Rodrigo

216

276-2-4

1.461

QVAESTIONES REGVLARES, ET CANONICAE, IN QVIBVS VTRIVSQVE IVRIS, ET

priuilegiorum Regularium, & Apostolicarum constitutionum nouæ, & veteres difficultates dispersæ, & confusæ miro ordine scholastico per quæstiones, & articulos elucidantur, prælatis Ecclesiasticis, & Regularibus, necnon iudicibus cuiuscunque tribunalis, & vtriusq; iuris peritis, & quibuscumque Ecclesiasticis & regularibus maximè necessariæ.

AVTORE P. F. EMANVELE RODERICO Lusitano, sacræ Theologiæ Lectore, Prouinciæ Sancti Iacobi Regularis obseruantiæ D. P. N. Francisci Diffinitore.

TOMVS SECVNDVS.

Reuerendissimo Domino, ac Domino Antonio à Matos de Noroña in Regnis Lusitaniæ Episcopo Eluensi Consilij Philippi Tertij Regis Dicatus.

His accesserunt indices tres. Quorum primus articulos & dubia quæstionum ostendit: Secundus rerum notabilium sententias insinuat: Tertius decreta Concilij Tridentini declarata proponit.



BIBLIOTECA PROVINCIAL DE LA PROVINCIA DE PALENCIA

es de este conu.to de S. Buenaventura de Palencia y no se puede sacar de el, que con esa calidad le dio de limosna el canonigo D. Pablo Ortiz siendo G.an N. H.o fr. Joseph de Jesus M.a Pred.or año de 1694 =

CVM PRIVILEGIO.

SALMANTICÆ.

Excudebat Didacus à Cussio.

Anno. M. DC. V.

Està tassado a tres marauedis el pliego, y son 185. pliegos, que montan diez y seys reales y onze marauedis



EL REY.

POR QVANTO, por parte de vos fray Manuel Rodriguez Lector de Theologia, de la Prouincia de Sanctiago; nos fue fecha relacion, que vos auiades compuesto el segundo, y tercero tomo de las *Questiones Canonicas y Regulares*: en lo qual auiades puesto mucho estudio, y trabajo, y nos pedistes y supplicastes; os mandassemos dar licencia, y priuilegio por quinze años, para poderlos hazer imprimir, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias, que la pragmatica por nos vltimamente fecha, sobre la impression de los libros, dispone. Fue acordado, que deuiamos de mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon. E nos tuuimoslo por bien, por la qual por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corran y se cuenten desde el dia de la fecha della, vos o la persona que vuestro poder vuiere, y no otro alguno, podays imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze mencion por el original, que en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado, y firmado al fin del, de Christoual Nuñez de Leon, nuestro escriuano de Camara, de los que en el residen con que antes que se venda, lo traygays ante ellos juntamente con el dicho original, para que se vea, si la dicha impresió esta conforme à el, o traygays fee en publica forma, en como por Corrector por nos nombrado, se vio y corregio la dicha impresion por su original. Y mandamos al impressor que imprimiere el dicho libro, no imprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro con el original al Autor, o persona à cuya costa se imprimiere y no à otro alguno, para effecto de la dicha correction y tassa, hasta q̃ primero el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro Consejo, y estando assi y no de otra manera podays imprimir enel dicho libro, principio, y primer pliego: en el qual seguidamente, se ponga esta nuestra licencia, y priuilegio, y la aprobacion, tassa, y erratas, sopena de caer e incurrir en las penas cõtenidas en las pragmaticas y leyes de nuestros Reynos q̃ sobre ello dispõẽ y mãdamos, que durante el dicho tiempo de los dichos diez años persona alguna sin vuestra licencia, no le pueda imprimir ni vender, sopena que el que lo imprimiere, aya perdido y pierda todos qualesquier libros, moldes, y aparejos, que del dicho libro tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis, la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra Camara, y la otra tercia parte para la persona que lo denunciare, y la otra tercia para el juez que lo sentenciare. Y mandamos à los del nuestro Consejo Presidente, y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la casa y Corte, y Chanllerias, y à todos los Corregidores, Assistente, Gouernadores, Alcaldes mayores, y Ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios, assi à los que aora son, como à los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula, y contra su tenor y forma, y de lo en ella contenido, no vays ni passeys, ni consintays yr ni passar en manera alguna, sopena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para nuestra Camara. Dada en Villacastin, à diez y nueue dias del mes de Enero, de mil y seyscientos y vn años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Don Luys de Salazar.

¶ 2 CEN-

CENSVRA.

HVNC Secundum Canonicarum & Regularium Quæstionum Tomum Doctiſsimi P.F. Emanuelis Roderici ex commiſſione clauſtri Salmanticenſis Academiæ, cui regius Senatus examinandum tradiderat, iam prius in lucem editum non inuitus euolui, diligenter perpendi, accurateque ponderaui. Abſit in eo quidquam ſinceritati fidei extraneum, morum probitati diſſentaneum, aut rectæ rationi diſparatum poſſe reperiri. Verum acutiſsimum prodit ingenium. Pontificum priuilegia partim cõfuſa atque diſperſa, partim ætate, & temporum iniuria ferme dilapſa ſuis diſtincta locis curioſe proponit: articulatim quæque redigit, & quæ in eis ſuboriuntur difficultates aperte, ſubtiliterque definit, ſacræ paginæ & vtriuſque iuris non minimã eruditans cognitionẽ. Vnde cũ in eo non duntaxat vtilia, verum etiã ad regularẽ diſciplinã & quorũcumque tribunalium regimen exacte ſubeundũ præſertim neceſſaria adeo vt nihil deſiderari poſsit Typis cenſeo excudendũ. Dat. Salmanticæ. Anno Domini 1600. 8. Auguſti.

Doctor Ioannes Yuañes.
á Frechilla.

CENSVRA.

SECVNDVM Hoc canonicarum & Regulariũ Quæſtionũ volumen ab eruditiſsimo P.F. Emanuele Roderico editum, à multis deſideratũ huius almæ Salmanticenſis Academiæ, cui examinandũ ſupremus commiſit ſenatus lubens vidi, lubens legi, libentius accurate introſpectum ſumma cum voluptate acvtilitate iterum iterumque relegi. In quo reconditi indultorum Theſauri ponuntur in propatulo. Romanorum Pontificum ſpeciales Regularibus conceſſæ gratiæ accurate reſtituuntur, necnon cuiuſcũque eccleſiaſticæ dignitatis munus & officium ponderatur. Qua propter cum nihil in eo à Sacræ Romanæ Eccleſiæ decretis, aut vitæ probitate alienum reperio & variarum materiarum veluti florilegio vernet, ſententijs ſcateat innumeris, omnibuſque canonicarum inſtitutionum præceptis ſuperabundet ſi prælo mandetur reipub. in vniverſum Chriſtianæ plurimum emolumenti eventurum promitto. Dat. Salmanticæ, in conuent. D. Auguſtiui. 9. Auguſt. Anno. 1600.

F. Franciſcus
à Cornejo.

Tomum

CENSVRA.

TOMVM ſecundum Quæſtionum Regularium R. P. F. Emanuelis Roderici Sacræ Theologiæ, & vtroque iure meritiſsimi, atque eruditiſsimi, de mandato Reuerendiſsimi P.N.F. Matthæi de Burgos nunc Epiſcopi Pampil. digniſsimi, tunc vero noſtri Seraphici ordinis Commiſſarij Generalis, euolui ſedulo, accuratèque perlegi. In eo autem non ſolum nihil ea tholicæ veritati aduerſum, aut diſſentaneum comperio: quinimo vberem eruditionem, præclaram doctrinam, atque perſpicuam methodum intueor. Et vt plane quod ſentio, proferam, præter paucas, quas alij vel ſummis labijs attigerunt, quæſtiones, quas ipſe exornat, & auget, plæraſque ab alijs hucuſque minime agitatas è latebris excitat, in artem redigit, luculenter amplificar, ac diffinit, merito & inuentoris & authoris laude dignus. Quamobrem opus illud tanto ingenio, & induſtria elaboratum, numeris abſolutum, ſi prodeat in publicum, cunctis qui vſi fuerint gratiſsimum atque vtiliſsimum fore. Datum in inſigni hoc Salmanticenſi S. F. conuentu Calendis Maij, 1601.

F. Andreas de Auila.

Licentia Generalis.

FRATER Franciſcus de Soſa totius ordinis Seraphici Patris noſtri Franciſci Generalis miniſter, ac ſeruus, Doctiſsimo Patri Fr. Emanueli Rodriguez, ſacræ Theologiæ Lectori, & noſtræ Sancti Iacobi prouinciæ Definitori ſalutem in Domino ſempiternam. Commodum & vtilitatem ex libris iampridem typis mandatis conſecutam videntes, & conſecuturam ex mandandis, præuidentes: Quæſtionum Regularium, tomum ſecundum, quem tam docte, quam accuratè cernimus elaboratum, â doctiſsimis præſertim, cenſoria (vt aiunt) trutina penſitatum, & examinatum, Regalique præſentatum, & approbatum Conſilio, typis excudi libenter concedimus, imo & mandamus, Chriſtianæ Reipublicæ non mediocre emolumentum arbitrantes, vt quam citiſsime volumen hoc in lucem proferatur, ne deinceps lumen hoc tam diu abſconditum quam deſideratum (præſertim omni literatorũ Concilio acclamante) lateat: Vale. Datis in noſtro Conuentu Salmanticenſi Kalendis Aprilis. Anno 1601.

F. Franciſcus à Soſa.
Miniſter Generalis.

SAPIEN-

SAPIENTISSIMO REVERENDISSIMO, ACILLVSTRISSIMO D. ac D. Antonio Matos de Noroña in Regnis Lusitaniæ Episcopo Eluensi: Consilij Philippi Regis Tertij

F. Emanuel Rodericus ordinis Fratrum minorum salutem dicit.

EXPERTVS sum Præsul dignissime, literarũ ac virtutum conceptu præclare quot, ac quantis me beneficijs cumulatissime semper affeceris, ideo maius vt spero opus & vtilitate vberrimum, ac necessarium dicare & offerre ausus sum. Ad quod faciendũ multæ me impulere causæ, quas sigillatim prosequi esset opus infinitũ. Tu nãque occurristi pastor dignissime, cui audaci animo, hoc, vt existimo industria elaboratum, ingenioque perfectũ opus optimeque examinatũ offerrem. Nam si animi tui præclara ornamenta insolubili nexu cum nobilitate copulata, ac diuino quodam vinculo coniuncta, tuamque multiplicẽ eruditionẽ contẽplemur, quis tecum iure poterit cõparari? Si enim nobilitatẽ tuã aduertere velimus, nobilitas inte tanta est, vt superuacaneum sit de ea à me aliquid in medium afferri. Quis enim ignorat te ex nobilissima Noroñarũ Lusitanorum familia, & antiquissima originem ac principiũ petisse? Quid hæc? Nonne tu Collegium D. Bartholomæi Salmanticense, quo nullũ maius in Repub. Christiana est mirifice ornasti, in quod prius pater tuus Supremi palatij auditor co optatus fuerat. Catholicæ præterea fidei Inquisitor in Ecclesia Cordubensi, postea vero in Toletana ac tandẽ in supremo Senatu, sic te in eo amplissimo munere, ac honorificẽtissimo gessisti, vt Eluensis Episcopus grauissimo Philippi Regis Secũdi iudicio fueris electus, ac postea integerrimus præses inquisitionis in Regnis Lusitaniæ pro Illustrissimo D. Alberto Cardinali, in quo sic te gessisti, vt postea generalis Inquisitor fueris cõstitutus atq; electus, q̃ munus mirifice per multos annos fuisti prosequutus, quod iuxta decretũ S. Domini nostri Clementis Papæ Octaui nõ potuisti cõtinuare, quia in tuo Episcopatu residere tenebaris, in quo præfatũ munus exercere minime poteras, sicut etiã illustrissimus & reuerendissimus Dominus Dominus Petrus a Portocarrero Episcopus Cochẽsis propter eiusdẽ sanctissimi-

ſimi D. decretum officium inquiſitionis generalis in his Hiſpaniarum Regnis cum ſummo omniũ dolore non potuit exercere, quia in ſua Eccleſia reſidere fuit cõpulſus. Tacitus etiam præterire non poſſũ fratrem tuum Rodericum Matos de Noroña quod plurimũ ope & auxilio ſuo Regem noſtrum Philippum Secundum, & quibus viribus poterat adiuuare conatus fuerat Luſitaniæ noti ſimũ fuiſſe audito rẽ palatij & cubiculi Regis Luſitaniæ & in ſupremo Matriti pro corona Luſitaniæ cõſtitutum. Maiores ergo tuos felicisſimos duxerã, qui eo ingenio præditum tanta ac tam præclara doctrina ornatũ filium genuerint, ac procreauerint, quod ſatis aperte indicat inſignis illa tua bibliotheca, multiplici librorũ varietate celebris in qua exornanda, & componenda propter probam ipſorum lectionem aſſiduumque ſtudium & laborẽ multũ temporis conſumere aſſueſcis. Verè medius fidius per beatus es, tota hæc gloria tua eſt, dignus etiam cui maiora ſi haberẽ conſecrarẽtur. Vetus enim eſt cõſuetudo, vir nobilitate familiæ & propriis virtutibus clariſsime, iam vſque ab heroicis ductã tẽporibus, vt qui opus aliquod qualecunq; ſit in hominum manus dare & in mediũ quaſi totius orbis theatrũ tranſmittere moliuntur, & nobilẽ virum aliquem literarum ſplendore, nobilitate generis ſapientiæ laudibus admirabilẽ, vndequaque cõſpicuum qui propter præclara animi & ingenij facinora omnium oculos ad ſe cõuertat diligenter quærant, cuius ductu & patrocinio poſſint ſui nominis, authoritatis, exiſtimationiſq; opinionẽ tueri aduerſus maleuolorũ, & obtrectãtium morſus valeant præcipites ac furentes inimicorum impetus & audaciam retardare. Nam cum nihil ſit tam ſanctũ nil tam perfectum, & omnibus vndequaque partibus abſolutum quod non caninis hominum morſibus impetatur, & in quod non ſoleant ſacrilego & incẽſto ore debachari, niſi firmiſsimo excellentiũ virorum præſidio muniuiſſet omnis eorum dignitas probris & maledictis paſsim deformaretur. Cum igitur ad hoc opus cõponẽdum animum applicare cæpiſſẽ quo quæſtionum Canonicarum documenta regulariũ ſumere volẽtibus labor abſit, tu præter cæteros occurriſti, mihique in mentẽ veniſti cuius nomini omnes mei labores à multis expectati committentur. Noſtra enim amicitia haud aliter fieri patiebatur, quia nõ magis potens ac præualidũ eſt vlla ex parte fortuitũ opus, hoc vero ſolido iudicio incoacta voluntas cõtrahit. Quæ propter tanti beneficij, aut vt melius dicã, tantorum memoria obſtrictũ beneficiorũ, non poterã non verba illa quæ magnanimus Traſibulus ſolitus eſt dicere, referre, qui cum grati animi ſpecimẽ erga remp. dare voluiſſet: faxit, inquit Deus, vt quãtas debeo illi gratias videar retuliſſe. Nolo tamẽ quamuis gratus ſim aut dicam potius ingratus tuas ingenioli mei laudes culpa deterere. Relinquo enim quã magna ac ſedula cura oues cõmiſſas tibi conatus fueris paſtorali baculo intra omniũ virtutũ & officiorum regiones continere, relinquo etiam quã impigro animo ſemper curaueris vitiorum ingruente peſtẽ, ſi qua eſt, coercere, atque reprimere: quæ omnia niſi ab animo humanæ lubricæq; gloriæ contẽptore proficiſci non poterant.

Adhuc

Adhuc tamẽ hac parũ notitia patẽt, ſed præſtat tacere, prudẽtiuſque ducitur, quã prorei dignitate minus apte verba facere. Suſcipe igitur præſul digniſsime hoc tibi promiſſum munus, librumque diligenter excute & á fragoſa petulãtiarũ turbine vmbratim obtege, longiſsimũq; tibi vitæ tẽpus deſiderabimus, claudaſque innumeram ſerus Olimpiadem, in quo ſatis noſtram erga te beneuolentiam, & volũtatẽ aperiemus. Quod ſi feceris vt ſpero, & tibi officia reddere ſtudioſiſsime conor & beneficia capere quod ſæpiſsime facio, potero. Facies igitur, ſi hoc facis, id certe quod eſt & diceris idest te bonorum ingeniorum excitatorem, honeſtorum ſtudiorum adiutorem, authoremque declaraueris. Valr & me tibi ſeruã perpetuæ ſeruituti.

AD LECTOREM.

CVM diuino, humanoque iure ij qui aliquid pollicentur præſertim ſi illud in reipub. vtilitatē quidquā adiuuaminis ſit allaturum, omni conatu præſtare teneātur. Cū in Quæſtionū Canonicarū & Regularium primo tomo inlucem edito ſimul & in alijs operibus meis Secundū & Tertiū tomum eandem materiam diſcutientes propediē me parituru fidem dederim, mihi viſum eſt ad promiſsi obſeruationē me iure optimo obligari, maxime cum exploratum habeam vniuerſam religionum multitudinem ad horum tomorum aſpectum lectionemque anhelare. Etenim vndequaque eorum omnium qui prioris tomi embamma deguſtarunt, vel ſaltim dubiorum in eo contentorum exactam ponderationem legentium relationibus intellexerunt quotidianis precibus fidei datæ ſatisfactionē vſque adeo flagitarūt, vt plerique me peccati arguerent, ſæpeſæpius inculcantes, quod promiſsis factis, iuſtis eorum deſiderijs, communique omnium vtilitati reſpondendo plus æquo tardauerim. Sed quid dicam? Fateor tandem lentius feciſſe greſſus, abſit tamen omnis culpæ ſuſpicio, cū propter tam varias, tamque crebras occupationum mearum moleſtias, quibus quoridie diſtrictus teneor vix quidquam temporis aut operis in ſatisfaciendo eorum petitionibus & communi commodo fidei factæ conformi potuerim impartiri. Nunc vero illud duntaxat reſtat vt te Chriſtiane lector implorem, vt ſi quæ alia in hoc tomo minus bene ponderata, minuſque firmiter comprobata reperies, vt candido animo ſincerè id imploranti ignoſcas, cogitando quod humanis repagulis detētus, humanæque imbecillitati varijs tenebris obfuſcatæ ſubiectus omnia nequeam, præſertim in rebus moralibus tantis opinionum interſe diſsidentium varietatibus implicatis, iuxta omnium vota cō prehendere. Verum cum hoc ex intellectus organis corporeis impediti errore, voluntate ad id neutiquam conſentiente proficiſcatur dignum eſt cui ignoſcatur, cum exactius ea trutinandi & cuilibet maturioris iudicij cenſuræ, ne erroribus implicentur hæc ſubijciendi plena voluntas nequaquam deſijt. Accipe itaque Chriſtiane lector ea ſinceritate hunc animi mei candorem, quā volumina parturientes in ijs obſeruare ſolent, & amicè, quæ minus rectè reſoluta videbuntur mihi inſinuare ne pigeat obteſtor. Etenim ſi vt corrigā tur videbitur oportere, vt emendentur operam dabo. Tandem, vt opus hoc cum reliquis iuxta deſiderium meum in lucē prodeat, huius & cæterorum cenſuram ſacroſanctæ Matri Eccleſiæ baſi ac ſoliditatis firmamento humiliter ſubijcio. Vale

TASSA.

YO Christoual Nuñez de Leon Escriuano de Camara del Rey nuestro señor, y vno de los que residen en su Consejo doy fe que auiendose presentado por parte de Fray Manuel Rodriguez de la orden de señor S, Francisco ante los señores del dicho Consejo vn libro intitulado segundo tomo de las Questiones regulares q̃ con licencia fue impresso, los dichos señores tassaron cada pliego del dicho libro en papel a tres marauedis, y al dicho precio mandaron se venda y no amas, y que esta tassa se ponga al principio de cada vno de los dichos libros, y para que dello conste de mandamiento de los dichos señores, y pedimiento del dicho Fray Manuel Rodriguez di la presente en la ciudad de Valladolid a treze dias del mes de Agosto de. 1607. Años.

Christoual Nuñez de Leon.

POR



QVAESTIONVM CANONICARVM, ET REGVLARIVM FRATRIS EMANVELIS RODERICI.

TOMVS SECVNDVS.

QVÆSTIO. I.

De correctione fratrum quo ad Iudicum neceſsitatem, & eorum qualitatem, in quatuor articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem quæruntur quatuor.

1 *Vtrum neceſſarium ſit iudices in religionibus conſtituere.*
2 *Quomodo Prælati & iudices debeãt particulares amicos euitare ne partiales videantur.*
3 *Vtrum Prælati & iudices debeant eſſe inexorabiles, ne de partialitate notentur.*
4 *Quomodo iudices & ſuperiores ab iracundia & verbis inordinatis debent eſſe alieni, vt rectè iudicent.*

ARTICVLVS. I.

Vtrum neceſſarium ſit iudices in religionibus conſtituere.

RESPONDEO dicendo, in hoc mundo omnia ſub contentione & diſcordia verſari, omnia enim ex partibus & qualitatibus contrarijs ſunt formata, & homo in quo omnia creata continentur, ex his qualitatibus contrarijs eſt compoſitus, & in eo caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, cuius natura poſt peccatum originale ab adoleſcentia ſua prona eſt ad malum, quod non ſolum ex ſacris literis patet, ſed videmus in Iure edoceri: *a* Vnde Euripides, in Bellerophonte ait: *Ingenita quidem eſt malitia cunctis mortalium*, quod tradit Ioannes Sthobæus, *b* & in quadam ordinamentorum lege continetur. Propter quam cauſam natura ita poſt peccatum corrupta, & ad malum inclinata, vnuſquiſque viam ſuam ſequitur, & inclinationem & affectionem amplectitur, ita vt in ſua vnuſquiſq; opinione perſiſtat, intelligens ſuo ſenſu abũdare. Ex quo fonte dimanant inimicitiæ, inuidię, partialitates, cõtentiones inſectationes iurgia.

a Cap. omnis ætas. 22. q. 4. authe. de monac. §. ſancimus ver. ſi fuero is quædã. in fine. glo. ſ. v. fui prodiga in prœm. decretaliũ.
b Stho. ſermon. 10. de iuſti. l. 13. ti. 2. lit. 7. ord.

iurgia, bella, æmulationes, & alia huius generis mala. Quæ omnia indies magis ac magis oriri, & augeri, in hoc loco ſolitudinis, & horroris, proh dolor, aſpicimus. Ex primo enim peccato vt dictum eſt, & tradit Scriptura *a* diuina, & explicat Diuus Auguſtinus, tanquam ex quodam ſeminario hæc omnia effluxerunt, in eo enim ſicut omnes peccauerunt, ita in omnes præfata genimina viperarum à charitate aberrantia in omnes homines pertranſit, & ſic factum eſt vt nullus ſit in mundo etiam minimus viuus, in quo huiuſmodi peſtis diſſentionis, contentionis, æmulationis, & ambitionis non irrepſerit. Vbique enim regnat ſuperbia, & quæ ſua ſunt quærunt, & omnes ambitioni incumbunt, & primas cathedras, & ſedes inſequi non verentur, quod adeo effudit in omnes, vt etiam ad ſtatum Eccleſiaſticum & Regularem peruenerit, & ita in eo ſuas immiſerit irradicatas radices, vt vulnus ab ipſis ortum in eo difficillimè poſsit medicari, cum in ſtatu Eccleſiaſtico & Regulari colore zeli iuſtitiæ, & boni regiminis ſit obuolutum, & à diabolo in calice iræ Dei ſubſpecie boni ipſis Eccleſiaſticis, & Regularibus propinetur: quæ infectationes & partialitates peſtis graſſabilis communitatis ſunt cenſendæ. Experimento enim compertum eſt multa Regna, plurimaſque prouincias hac vnica peſte funditus fuiſſe euerſas, & vſque ad fundamenta exinanitas. Partialitates enim ſanguinolentæ Guelforum & Gebelinorum, de quibus meminerunt Neuizan. *b* Alciatus, & Tiberius Decianus maximum malum in Italiam intulerunt. Quæ diſcordiæ multorum malorum abundantiſsima ſunt ſeminaria, vt luculenter Baldus, *c* Boerius, & alij tradunt. Et maximam in religionibus effeciſſe ſtragem experientia docet, Quę vitia ita facta ſunt communia, vt diſsimulentur & nulla lege ciuili prohibeantur, prout tradunt Bartolus, *d* & Socinus. Cum autem iuris ciuilis finis ſit, populum in pace & iuſtitia conſeruare, vt hæc mala hominum inclinatio in medio quodam diuino præcludatur, & homines ſe ipſos amantes poſt deſideria ſua ambulare volentes ab his omnibus inclinationibus abſtrahantur, oportuit vt Rectores, & Iudices conſtituerentur ab his inclinationibus ita alieni, vt eos poſſent in officio continere. Vnde quando contingit, Generales, aut Prouinciales aliquos patres ad viſitandum prouincias deputare, & aliqua grauia negotia ipſis committere decidenda, tenentur viros ad id conſtituere, qui non ſolum ſcientia & experientia ſint prædiți, ſed qui ſint ab omni affectione humana ſegregati, ita vt ſceleratos poſsint coercere, & filios religionis in diuerſas partes diſperſos in vnum congregare, geſtantes in manu ſtateram. Omnis enim qui recte iudicat, ſecundum Diuum Gregorium *e* & Hieronymum, ſtateram in manu portare debet, & Innocentius Quartus ait:

Iudices ſtateram geſtent in manibus, lances appendant & quo libramine.

Et in quadam Authentica ab ipſis iuramentum de ſeruanda iuſtitia ſumi præcipitur, quod ſi à prælatis Regularibus non ſumitur, ideo euenit, quia de eorum religione ratione ſui præeminentis ſtatus magis confiditur. Denique debent ſe conſtituere in medio, ita vt non declinent ad dexteram neque ad ſiniſtram, ſed vnicuique debent quod ſum eſt tribuere, partialitates & diſcordias tanquam patres componentes, conſiderantes, bonum eſſe & iucundum habitare fratres in vnum, vt alegans Speculatorem, & alios tradit Puteus *f* in ſuo tractatu de Syndicatu. Contrarium enim facientes nõ nomine iudicum debent nuncupari, cum ſint partiales & fautores factionum, & ſeditionum, prout ſolent in iure *g* appellari, iuxta allegata à Baldo, Speculatore, & Auendaño. Si enim hi Patres ad præfata negotia decidenda partiales in aliquo oſtenderint, omnium peccatorum rei profecto à fratribus iudicabuntur, & quid facere tentauerint in malam partem ab his accipietur: nam cum prouincias ſibi commiſſas non vt oportet paſtoraliter viſitauerint non relinquent earum religioſos in loco paſcuæ collocatos, ſed in diſcordia antiqua magis irradicatos: Ita vt de ijs prouincijs dici poſsit, eſſe ab apro de ſilua exterminatas, & à ſingulari fero eſſe depaſtas, quæ ſic exterminatæ & depaſtæ in plateis clamitant, & clamor earum vſque ad

Principum & Regum tribunalia non ſine maximo religionis diſcrimine aſcendit.

ART.

a Gene. 7. & 8. Aug. li. 22 c. 22. de Ciuit. Dei.

b Neuiz. in ſiluanup. li. 4. n. 134. fo. 93. Alcia. li. 1. Parerg. c. 12. Decian. in 2. to. criminũ li. 7. c. 7. nu. 11.

c Bald. in l. 2 nu. 13. ff. de orig. iuris Boer. in tract. de ſeditioſ. in prin. n. 10. & ſeq. Caccialup. in l. omnes populi. n. 13 ff. de iuſt. & iur. Decian. vbi ſu.

d Bart. in l. obſeruare C. de decur lib. 10. & in l. vniuerſa. C. de preci. imperat. offer. Socin. con. 95. co. 2. n. 3.

e Cap. omnes qui. 45 diſt. c. offeramus. 24. q. 1. c. 1. dere iu. li. 6. Authẽ. iuſiurã. quod præſtat ab ijs. ver. ſic & primum.

f Put. de ſyndic. v. iudex c. 2. n. 2. fol. 210. c. cũ inter. de exce. & ibi gloſ. v. claudica. re. l. fi. C. de fruct. & litiũ expenſis g l. 22. tit. 9 pa. 2. l. 4. & fi. ti. 17. par. 3. Bald. in l. vn. in prin. C. de eaduc. tol. Specul. ti. de treug. & pace, ver. quid ſi quilibet eorum Auenda. in ca. 2. præt. num. 2.

ARTICVLVS II.

Quodo Prælati, & Iudices debeant particulares amicos euitare, ne partiales videantur.

REſpondeo dicendo, quod prout ex ſuperioribus patet ad homines in officio continendos neceſſariũ eſt vt iudices & ſuperiores conſtituantur ita recti vt ab omni affectione humana videantur liberati, ita vt neque ad dexteram, nec ad ſiniſtram ab æqualitate ſeruanda recedant: propter quod in hoc articulo tractatur, quomodo debeant à particularibus amicis abſtinere, qui aliquando amici intellectum in ſuum obſequium captiuant. Ariſtoteles enim non prohibet ſuperioribus particulares amicos habere. Imperium enim & Philoſophia, vt dixit Iulius Capitolinus, loquens de Imperatore Antonino Pio affectus naturales non tollit, à ſocietate enim amicorum ſegregari, & verſari inter homines & hominum carere ſuffragijs vita hominis non eſt cenſenda, prout Imperator Iuſtinianus *a* affirmat, & Cicero *b* in Lelio

a l. hi qui, C. de apoſt.

b Cicer. in Lelio.

ait: *Omnis enim ratio, & inſtitutio vitæ adiumẽta hominum deſiderat, in primiſq; vt habeat quibuscũ familiares conferre poſſit ſermones.* Et idẽ *c* in officijs dicit, *Omniũ ſocietatum nulla præſtãtior eſt, nulla firmior, quã cũ boni viri mores ſimiles ſunt familiaritate coniũcti.* Et alibi ait, *Nihil eſt aptius vitæ, nihil ad beatius viuendũ accõmodatius quãcũ viris bonis, iucũdis amãtibꝰ noſtri viuere.* Hæc enim amicitia omni

c Cicc. 2. offic.

iure premiſſa eſt apud ſcripturam *d* enim dicit Dominus: *Audite ſermones meos: ſi quis fuerit inter vos Propheta Domini in viſione apparebo ei, vel per ſomniũ loquar ad illum, at non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domu mea fidelis ſimus eſt, ore enim ad os loquar ei palã & nõ per ænigmata, & figuras Dominũ videt.* Et Chriſtus Dñs *e* habuit amicũ Lazarum, quem reſuſcitauit, & vocauit *f* diſcipulos amicos dicens: *Iam non dicam vos ſeruos ſed amicos, quia omnia quæ audiui a Patre meo nota feci vobis.* Et ſic D. Petrum, Iacobum, & Ioannen ſuæ transfigurationis particulares amicos teſtes eſſe voluit, *g* & in oratione horti, ipſos voluit eſſe preſentes. *h* Ius etiã Ciuile *i* has permittit amicitias. Et Sueto nius refert Iulium Cæſarẽ ſpecialis amicitiæ vinculo erga Caium Opiũ, & Corneliũ Balbum fuiſſe affectũ. Et Imperatori Tiberio erga Iuris conſultum Nerua idipſum contigiſſe refert Cornelius *k* Tacitus, & ex quadã lege ſatis hoc patet in qua id Zaſius expendit. Imperatorem etiam Adrianum (vt eius narrat hiſtoria plurimos habuiſſe amicos particulares conſtat. Quod ipſum de Imperatore Marco Antonio Philoſopho Iulius Capitolinus in eius vita refert dicẽs Seium Fuſcianum, & Auſidiũ Victorinum, & Beuium Longum, & Galenum eius fuiſſe familiares. Et non me latet Imperatorẽ Alexandrum Seuerũ, Encolpium, Papinianum, & Vlpianum vt ſpeciales amicos coluiſſe, prout Lampridius in eius vita, & Diſplicianus in vita Imperatoris Caracallæ nobis ſcriptum reliquerũt. Nec etiã ignoro Alexandrũ Magnum inter alios vt familiarẽ amicũ Epheſtionẽ habuiſſe, prout refert Valerius *l* Maximus. Leges, quoque Patitarum *m* id ipſum videntur ſentire, & in ſpeciali lex *n* quædam, in qua de amicitia quærenda & retinenda rationibus agitur. At quid plura, nonne diui na oracula *o* prædicant dicendo: *Gratia & amicitia liberãt, quas tibi ſerua, ne exprobrabilis fias.* Ex quibus omnibus colligitur, ſuperiores, & prælatos à peculiaribus amicis non debere, nec poſſe omnino abſtinere, ſed vt hoc faciant, prout decet ſumma prudentia incedere oportet, vt ex ſequentibus documentis fit manifeſtum.

d Num. 12.

e Ioann 11. f Ioan. 15.

g Matth. 17. 3. Marci. 14

h l. Diui fratres. ff. de iure patr. l. fi. ff. de offi. præfect. vigil. l. latæ culpæ. 6. amicos ff. de verb. ſig. K Taci. li. 4 & 6 l. 2. §. poſt hunc maxime verſic. hic etiã. Nerua & ibi Zazius ff. de ordi. iur.

l Valer Maximi. li. 4. c. 7.

m l. 5. tit. 9. parti. l. 22. tit. 5. li. 3. recop.

n l. 2. tit. 27 part. 2.

o Prou. 25.

Aduertant autem primo iudices, & prælati quomodo ſe in communicatione amicorum habere debeant, vbi enim viderint partialitates vigere, ita ſe gerere debent vt nihil ex ipſis ſiniſtrum ſuſpicetur. Illi enim qui partialitatibus ſunt dediti, ea quæ ſincero animo fiũt in malam partẽ conuertũt, & iudices & prælatos de peccato acceptationis perſonarũ redarguunt, affirmantes, his gratificari, quos amant,

REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL

& eos aut omnino abſoluere, aut parui condemnare, cum amicitiæ ſit amor ſuperabundans, quæ oculos amicorum nonnunquam excæcat, cum amicus alter ipſe dicatur, vt ſcribit Ariſtoteles,[a]

a Ariſtot 2. Rhet. & 9. ethic.

Aduertant etiam, quod facientes juſtitiam obſecrationibus alicuius amici, nullum proprium intereſſe prætendentes non poſſunt iure ab aliquo partiales vocari, at facere omnia etiam gratuita obſecrationibus alicuius priuati amici, & nolle, eâ ad alterius ſupplicationem agere, ſpeciem & colorem partialitatis præferre videtur, à quo cauere debent iudices & prælati, cum domus Cæſaris non ſolum crimine, ſed criminis ſuſpicione debeat carere, prout Cicero in officijs ait: non tamen prælati & iudices de partialitatis vitio notari poſſunt, ſi religioſis pauperibus, & infimæ claſsis, quorum potentia eſt ſatis debilis ſe benevolos demonſtrauerint, paruulorum enim ſe debent exhibere publicos protectores, ne à potentibus opprimãtur, ita tamen vt hoc fauore elati contra ſuos prælatos recalcitrare minime præſumant, iuxta ea quæ Baldus, [b] & Auẽ danus de iudicibus ſcribunt,

b Bal. in l illicitas. § ne potio es. ff. de offi. præſid Auend. inc. 2. præt, n. 21. adfinẽ

Aduertant etiam vnũ, quod ante oculos ſemper habere debent, eos ratione ſui officij, & ratione grauitatis ſuarum perſonarum teneri euitare frequentiã quorundam hominũ adulatorũ, garrulatorũ, & audaciã, ociositati incumbentiũ, ſolent enim hi noctu & diu, iudicũ domus inuiſere, vt eorũ benevolentiã captent, qui in cõgregationibus male audiunt, & omnibus ſunt infeſti de quibus Horatius in hunc modum loquitur,

Percõtatorẽ fugito, nã garrulus idẽ eſt.
Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.

Qui cum ab omnibus odio habeantur ſuperiores eos audientes etiam odio habent, & licet omnia iuſte faciant, iniuſte, propter eos aliqua arbitrantur, cum ſoleant ſuis fallacijs & adulationibus ipſos ſuperiores malè informare. Vnde Cicero ad Quintum fratrem ſic ſcribit:

Sint aures tuæ, quæ id quod audiunt exiſtimentur audire non in quas ficte, aut ſimulate, quæſtus cauſa inſuſurretur: Nihil per eos qui ſimulant ſe apud te multum poſſe abs te ſolere impetrari. Hi enim cum ſint alti corde ſolẽt prædicare eorum prælatos omnia ſibi concedere & abſcondita illis vt veris amicis communicare, vt ita ab omnibus reuereantur.

Conſiderent deniquẽ prælati ſuas cogitationes & abſcondita minime amicis fore reuelanda, dicebant enim Seneca & Laberius, prout refert Patricius, [c] *Ita amicos habeas, fieri vt poſſe inimicos putes, non enim eſt deterior hoſtis quam fictus amicus, nec odium grauius quam ſimulatus amor.* Et Cicer. dixit: *Nulla capitalior peſtis quàm illorum, qui cum maxime fallunt id agunt, vt boni viri eſſe videantur.* Et idẽ [e] Cicero ad Quintum Fratrem Proconſulem Aſiæ ſcribit dicens: *In prouincia ipſa ſi quẽ es nactus qui tuã familiaritatem penitus intrauerit, qui nobis ánte fuerat ignotus huic quantum credendum ſit vide: non quin poſſint eſſe multi principales viri boni, ſed hoc ſperare licet, iudicare periculoſum eſt multis enim ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam oſtenditur vnius cuiuſque natura frons, oculi, vultus, ſæpe mentiuntur, oratio verò ſæpiſsimè, quam obrem qui poteſt reperiri ex eo genere hominum qui pecuniæ cupiditate adducti, careant his rebus omnibus, a quibus nos diuelli eſſe non poſſumus, te autem alienum hominem ament ex animo, ac non ſui commodi cauſa ſimulent, mihi quidem per magnum videtur, præſertim ſi ijdem homines priuatum non ferè quenquam prætores ſemper omnes ament: quo ex genere, ſi quem fortè tui cognouiſti amantiorem (fieri enim poterit) quã tẽporis ad tuũ numerũ libẽter aſcribito, ſin autem id non perſpicis, nullum erit genus in familiaritate cauendum ma-*

c Patric. de Repub. l 9. tit. 1. fo. 100

d Cice. li. 1. offic.

e Cicero ad Quintũ Fratrem.

gis

gis propterea quod & omnes vias pecuniæ norint, & omnia pecuniæ cauſa fiunt, & quicum victuri non ſunt, eius exiſtimationi conſulere non curant.

Ex quibus ſatis cordatis verbis colligitur prælatos, & iudices debere ſummopere examinare animos eorum, cum quibus amicitia coniunguntur, ne ſubſpecie amicitiæ ſui honoris & famæ curſu temporis lupi rapaces reddantur, ſicut ego expertus ſui, & multorum patrum experientia idipſum docet.

ARTICVLVS III.

Vtrum prælati & iudices debeant eſſe inexorabiles, ne de partialitate notentur

REſpondeo dicendo, quod ſicut prælati ne partiales & acceptatores perſonarum iudicentur, debent aliquorum familiaritatem, & amicitiam fugere, prout in articulo ſuperiori dictum eſt, ita ab importunationibus, & deprecationibus nimijs aliquorum debent ſe penitus abſtinere, ne his attracti nimis fauorabiles ſint aliquibus, in eaque qualitatis lance, in qua debent eſſe minime perſiſtant. Et præcipue tenentur obſecrationes potentium euitare, quæ id quod eſt difficile facto factibile ſæpè reddunt, prout Imperatores *a* Grat. Valentinus, & Theodoſius Eutropio præfecto ſcribunt, ibi:

al. 1. nepotē tior.

Sed quoniā plerūque ita in multis cauſis inuerecunda potentium inhiatione conſtringimur, vt etiam non concedenda tribuamus: Quæ verba ſummopere ſunt mente reuoluenda, ſi enim ipſorum potentium rogationibus Imperatores non concedenda tribuere fatentur, quid eſt de inferioribus ſuperioribus præſumendum, qui ab his potentibus in ſuis prætenſionibus dependunt? Sed quia non poſſunt ſuperiores non ab aliquibus rogari, ideo in his deprecationibus debent prælati aduertere tria, quæ conſiderata iuxta paſtorale eorum munus ipſos ad eas admittendas, aut reijciendas conducunt. Tria autem ſunt: *Qui rogat, qui rogatur, & pro quo negotio rogatur.* Nō enim debet culpare eum qui pro alijs rogat. Alexander enim Magnus Philoſophum Caliſtenē laudabat, eo quod pro alijs ſæpiſsime intercedat, pro ſe vero nunquam ab eo aliquid petebat. Vnde non debebent iudices, & prælati ſe inexorabiles oſtendere, ſed deprecantes quando oportuerit audire, & eorum votis ſi ipſis placuerit annuere, ſicut enim iudicum eſt non facere omnia quæ ab ipſis poſtulantur, ita magnanimi viri eſt pro alijs in rogando eſſe ſolicitum, nam ſicut proprium iudicis eſt eſſe iuſtum & rectum, ita proprium viri boni, & grauis eſt omnibus ſe miſericordem, & interceſſorem exhibere, vitium intolerabile eſt iudicis negare omnia ab eo poſtulata & non minus intolerabile eſt concedere omnia ab eo petita, bonus enim iudex in iudicando ſemper debet eſſe iuſtus, & in eo quod rogatur aliquando debet eſſe humanus: fit enim iudex & prælatus odioſus quando in omnibus inexorabilis oſtenditur. Et aliqui in hanc dementiam deueniunt, vt imperare cum auſteritate eorum autoritatem magnificare exiſtiment, non aduertentes in negotijs gratioſis ipſos ſe benignos & beneuolos præbere non eſſe peccatum, ſed virtutem & prudentiam, dummodo iuſtitiæ æqualitas nullum detrimentum patiatur. Videte quid Diuus Auguſtinus *b* Imperatori Macedonio ſcripſerit, dicens:

b Aug. ca. 8 epiſt. 53. ca. prodeſt. 23. q. 1.

Prodeſt interceſſio noſtra cuius miniſterio ſeuenitas temperatur, & veſtra non nobis diſplicet quod rogamini à bonis, quia nec nobis diſplicet quod terreamini à malis, ita formidetur vltio cognitoris, vt neque interceſſoris religio contemnatur: Vnde ipſemet Auguſtinus pro peſsimis Donaſtis Marcellinum Tribunum exorauit, vt ex quadā eius epiſt. *c* conſtat pro Circūcelionibus apud iudicem Ampigium interceſsiſſe, non debent iudices has poſtulationes ægre ferre, cum dominus preces *Ioſue d* etiam ante partam victoriam admiſerit, nec obdurauerit ad deprecationem Suſannæ, *e* & infirmi Ezechiæ, *f* & idolatræ Acab, & adulteri, & homicidæ Dauidis, & Niniuitarum, *h* quorum ciuitas ſubuerſionis vltioni erat damnata. Hæc eſt cha-

c Epiſt. 160

d Ioſue. 10.
e Daniel. 13
f Regū. 20.
Eſaiæ. 87. & 3.
g 3 Reg. 21.
h Ioā. 3 & 4.

ritas Christiana, qua Ecclesia quotidie Sanctos Dei priuatos deprecatur, vt eorum intercessionibus à Deo Optimo Maximo à periculis animæ & corporis liberemur, prout resoluunt Fratere Antonius Camos, & Cermenatus *f* in sua Rapsodia ait: *Neq; enim expedit Principem semper esse minacem asperum & superbum, sed magis interdum pro locorum tẽporum, ac personarum conditione placidum se & benignũ, ac mansuetum præbere.*

e Camos in microcos. 1. p. dialog. 10 p. 122. co. 1. f. Cerme in Rapsod. ca. 20. fol. 214.

ARTICVLVS IIII.

Quomodo iudices & superiores ab iracundia & verbis inordinatis debent esse alieni vt recte iudicent.

REspondeo dicendo, quod cum iudices ad maxillas affectionum carnalium confringendum sint cõstituti oportet suarum affectionum incitamenta ligare, vt ita in rectitudine debita nullo modo deuient, inter quas affectiones irascibilis in iram prorumpens oculos intellectus solet maximè excæcare, ita vt videntes non videant, & intelligentes non intelligant. Vnde ait Cicero: g

g Cicero li. 1. offic.

Qui Reipublicæ præsunt, legum similes sint, quæ ad puniendum non iracundia sed æquitate ducuntur. Ait etiam Plato: a *Iracundos ad disciplinas discendas idoneos, ad regendam rempublicam prorsus inutiles.* Et dicit Isidor. h *Quod iudex iratus examen sui intellectus minime potest percipere, ira enim intellectus oculos excæcat.* Et affirmãt i Valerius Maximus, & Cermenatus: *Iracundia nonmodo non parsit inimicis sed ne amicis quidem quamuis innocentibus, Hæc eadem crudelitatem comitem habet, crudelitatis vero horridus habitus, truculenta species violenti spiritus, vox terribilis, omnia minis, & cruentis impeijs referta.* Et hoc voluit sentire Antonius Carceres Pacheco k in hæc verba prorumpens. *Ergo Prætor moderatus comprimet istos trãquilli animi prædones, neque patietur eos contra rationis legem conspirare, totusque in eo erit, vt neque ex oculorum obtutu, ex fronte, vel remissione, vel contractione, ex risu, ex hilaritate, ex mæstitia, ex reticentia, ex voce, aut contentione, aut sub missione facile appareat esse se, aut bonorum suaui vsura, aut malorum acerbo dolore perturbatum.* Et Diuus Gregorius ait: l *Curandum est ne ira subrepat, ira quippè etiam cum delinquentium culpas exequitur, non debet menti quasi domina præire, sed post rationis terga velut ancilla famulari, vt ad faciem iussa veniat.* Aduertant tamen iudices, quod non ita debent iram comprimere, vt eius terror minimè sit super terram. Nam vt idem Diuus Gregorius, m & Lactantius asserunt: *Ira quæ ad correctionem vltionum pertinet, neque homini adimi debet, nec Deo potest, quia & vtilis est rebus humanis & necessaria,* & alibi n *Auferiram Regi non modo Regi nèmo parebit, sed etiam de fastigio præcipitabitur: imo vero cuilibet humili eripe hunc affectũ, quis enim non spoliabitur, quis non efficiet iniuriam.* Et ait Aristo o *Qui nõ irascitur pro quibus oportet & vt oportet & cũ oportet, & inquos oportet, is procul dubio fatuus, & stupidus est.*

K Carceres in cõp. præte. Vrban. tit. de animi affect. moderand. f. 16 in fin.

l Greg. epistola. 126. li. 7.

m Greg. epist. 51. lib. 8 Lactan li. 6 de ira Dei. c. 17.

n Cap. 23.

o Aristo. 3. Ethic. & li. 4. c. 6.

Aduertendum deinde, quod cum ira eos inuaserit, non vociferentur, tunc enim non ea moderatione loquantur, qua oportet superiores in loquendo vti, propter quod in Toletano concilio vndecimo p legitur:

p Quæst. 4 c. in loco.

In lo-

In loco benedictionis conſidentes domini ſacerdotes nullus debet aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuſlibet tumultibus perturbare: nullus etiam fabulis vanis, vel riſis agi, & quod eſt deterius obſtinatis diſceptationibus, tumultuoſas voces effundere. Si quis enim vt Apoſtolus ait, putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Conſiderent illud Gregorij, [a] *Lingua cū nō reſtringitur nequaquā vbi ceciderit iacet, ſed ſemper ad deteriora deſcendit.* Et ideo Alphōſus Sapiēs Rex Hiſpaniarū [b] manſuetudinē in verbis iudicibus cōmēdauit: propter quod merito vidi ego alī quādo ſindicatū fuiſſe quēdā iudicē regularē eo q verbis inordinatis ſubditos tractabat.

a Greg. l. 6. mora, c. 1,

b l. 4. tit. 4. part. 2 in fi.

QVÆSTIO. II.

De correctione fraterna, quo ad eorum iudices, in decem articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem quæruntur decem.

1 *Vtrum iudex ſæcularis poſsit cognoſcere de cauſis regularium.*
2 *Vtrum iudices ſæculares poſsint cognoſcere de cauſis religionū militātiū.*
3 *Vtrū iudex ſæcularis poſsit cognoſcere de crimine commiſſo á religioſo ante ingreſſum religionis.*
4 *Vtrum delinquens ſimul laicus cum monacho debeat conueniri coram iudice ſæculari, an regulari.*
5 *Vtrū religioſus conuerſus religionis approbatæ nullo ordine inſignitus, quæ relicto habitu, ſe immiſcuit rapinis & latrocinijs & alijs enormibus criminibus perdat ſecundum ius commune priuilegium fori, & ſubijciatur iudici ſæculari.*
6 *Vtrum Epiſcopi poſsint corrigere monachos delinquentes.*
7 *Vtrum milites diui Ioannis cōprehēdātur ſub diſpoſitione cōcilij Tridē tiniquatenus habet ordinariū tā quā ſedis Apoſtolicæ delegatum poſse viſitare, punire, corrigere quēcunque clericū cuiuſuis ordinis perſonalis, & regularis extra monaſterium degentem, & delinquentem, non obſtantibus priuilegijs.*
8 *Vtrum prælati regulares ſint iudices regularium.*
9 *Vtrum Prælati regulares & nō alij poſſint corrigere fratres matriculatos in ſtudijs generalibus.*
10 *Vtrū prælatus regularis poſsit de iure iudicare nouitiū qui occidit iniuſtè religioſum profeſsum, an potius tale iudiciū ad ſæcularem pertineat iudicem, & vtrum poſsit torqueri a iudice ſæculari.*

ARTICVLVS I.

Vtrum iudex ſæcularis poſsit cognoſcere de cauſis regularium.

RESpondeo dicendo, quod de nullis cauſis regularium poteſt iudex ſæcular. s cognoſcere, vt patet ex iure [a] cumquilibet talis gaudeat priuilegio Canonis, [b] & fori. Certum enim eſt multis Conciliorum, & Pontificum decretis confirmatum, non licere ſecularibus iudicibus de perſonis, aut de rebus clericorum iudicare, vt prædicant Iura Canonica, & Ciuilia, de quo nulla apud vtriuſque Iuris Doctores eſt dubitatio, ſolum enim dubitatur inter eos, vtrum prædicta exēptio ſit de iure Diuino, an humano, quod infra in quæſtione [d] de exēptione fratrū latius explicabitur.

a Aut. apud quos opt. mon. cauſ. diſsi. Alb. Aut. C. eo. de Epiſc. & cleric.
b Ca. ſiquis ſuadēte. 17. q. 7. c Nōdubiū deſent. excom. c. 2 de foro cōp c Cap. diligentū de foro cōp. ca. at ſi clerici. in princ. de iudicijs, ca. cum ſeq. 15, q. 1. Authē. ſtatuimus. C. de Epiſ, & cleris.
d In hoc tomo. 962.

ARTICVLVS. II.

Vtrum iudices ſæculares poſsint cognoſcere de cauſis religioſorum militiarum.

RESPONDEO quo ad Commẽdatarios Diui Iacobi concludit *a* Nauarrus eſſe perſonas Eccleſiaſticas, & ſic gaudere priuilegio Canonis, & fori, quod ex dictis in *b* primo tomo maximè confirmatur, vbi diximus & defendimus ipſos eſſe iure religioſos, licet enim quo ad aliqua potius laicis alsimilentur, quàm religioſis, cum ſuccedant ab inteſtato, & ſuccedant in maioratu religioſos excludente, prout reſoluunt Molina, *c* Auendañ, & Azeuedo, non propterea eſt negandum eſſe verè religioſos militares, vt in dicto loco ſatis latè defendimus. Quantum autem ad profeſſos ordinis militaris Diui Ioannis Baptiſtæ res magis certa eſt, cum ipſi tria vota eſſentialia emittant, prout tradit quædam deciſio *d* Pedemontana, & ſic Pius Quartus in Bulla quæ incipit, *Circunſpecta Romani Pontificis prouidentia.* data Romæ apud Diuũ Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, Kale. Iulij. Pontificatus ſui, anno primo decreuit, *Quod cum prioratus ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani Baiuliuiæ præceptoriæ domus, & alia beneficia hoſpitalis huiuſmodi, eorũque bona omnia præfato ordini inſeruiãt, & quodãmodo vnita ſint, & pro tempore exiſtentes Magiſter, & Cõuentus hoſpitalis huiuſmodi plenam in ea iuriſdictionem habeant Prioratus Baiuliuias præceptorias domus conuentus, & monaſteria, & alia beneficia huiuſmodi de cætero ex perſonis illam obtinentibus, vacare non poſſe, ſed cedentibus, vel decedentibus illorum pro tempore poſſeſſoribus, ea vni, vel pluribus non in titulum perpetuum beneficij Eccleſiaſtici, ſed tanquam annualia ad nutum, ſeu amobiliter iuxta formam ſtabilimẽtorum, & priuilegiorum aſsignari debere, & per quamcumque rem iudicatam Magiſtro, vel conuentui præfatis, niſi ipſi ſpecialiter ad cauſam vocati fuerint ſuper iuriſdictione prædicta, & ſua cuiuſlibet de eorum poſſeſſione præiudicari, aut præiudicatum cenſeri non poſſe, ſed eos ſemper (re iudicata huiuſmodi non obſtante) ſuper poſſeſſorio huiuſmodi agere, & deſpolio dari poſſe, ipſoſque Magiſtros Baiuliuos, præceptores, milites, fratres perſonas, vaſſallos, ſubditos, & ſeruitores in ipſius hoſpitalis, & religioſorum cauſis in omni iudicio & contra quoſcumque, vbi alias probationes non exiſtunt, adhiberi. Necnon Magiſtrum, & conuentum, quoſcunque, & ſingulos Priores Baiuliuos Caſtellanum em poſte, ſuorum prioratuũ Baiuliuarum & Caſtellaniæ, fratres, ſeu religioſos delinquentes, vel inobedientes, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ exiſtentes, etiamſi quauis Apoſtolica exemptione fungantur. In quocumque loco quantumuis priuilegiato, & quouis etiam, Imperatoris, Regum, ſeu aliorum Principum, etiam Eccleſiaſticorum curia per ſe, aut per ſuos officiales, & miniſtros capere, ac incarcerare, ac captos à ſe, & eorum nomine liberare, & ad hoſpitale prædictum per Magiſtrum, & conuentum prædictos, iuxta eorum conſtitutiones, & ſtabilimenta puniendos ſub debita cuſtodia tranſmittere, & trãſmitti facere liberè, & li*

cite

a Nauar. in Apo. decreti. Cæleſt. monitione 35. infi. q. 1.

b 1. tom. q. 1. ar. 6.

c Molin. de primog. li. 1. c. 13. n. 98. Auen. in c. 26. li. 2. n. 15 Aze in l. 14 n. 3. tomo 5 li. 3. recopi.

d Deciſ. Pedem. 27. nu. 81.

cite poſſe. Ac tam Eccleſiaſticos, quam ſæculares officiales, & locorum poteſtates ab eodem Magiſtro, & Conuentuum Prioribus Bailiuis & Caſtellano in præmiſſis aſsiſtendum, ac auxilium, cõſilium fauorẽ, & iuuamẽ præſtandũ ſubex communicatione, & alijs cenſuris Eccleſiaſticis teneri, & obligatos fore. Et indicta Bulla plenè conceditur deciſio cauſarum ipſius ordinis prælatis, tam in ciuilibus, quã in criminalibus cum prohibitione appellationis ad alios, quam dicti Ordinis Iudices, videlicet à delegatis ad Magiſtrum, & Conuentum, ab ipſis vero ad Generale Capitulum quoque omnes ſententiæ commiſsiones, citationes, collationes, & reſcripta Magiſter, & conuentus vbique exequi poſsint abſque aliquo de ſuper expectandõ conſenſu, quõd que contra fæculares, vel alterius ordinis regulares, laicos debitores eo modo procedi poſsit, quo contra fratres eiuſdem ordinis procedi conſueuit.

Quo ad ordinem militarem Diui Iacobi de la Spata conſtat hoc eſſe verum ex priuilegio Gregorij Papæ huic religioni conceſſo, quod hoc præſupponit in ſua conceſsione cuius tenor ſequitur.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus fratribus, Epiſcopis, & dilectis filijs aliis Eccleſiarum prælatis per Hiſpaniam conſtitutis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem profidei exaltatione certantibus non obiſtere debent, ſed adeſſe Chriſtiani nominis profeſſores, & promouere potius, quam impedire tam pium negotium comprobentur. Cum itaque dilecti filij, Magiſter, & fratres militiæ Sancti Iacobi oppoſitam Sarracenis frontariam, ſicut Athletæ Domini in perſonis proprijs tueantur, vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta, mandamus, quatenus ſinguli ſubditi veſtri, ne ipſis, quos deficientibus neceſſarijs, & eorum libertate tenere conculcata ſuper hoc contingeret impedire victualia, & alia neceſſaria vendi propellant. Moneatis attentius, & efficaciter inducatis ipſos adhoc, ſi neceſſe fuerit per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellentes.

Quo ad alias vero religiones militares idem ſine dubio eſt aſſerendum, vt patet ex libris ſtabilimentorum, quæ ad earum conſeruationem, & proteſtationem autoritate Apoſtolica ſunt inſtituta, præſertim cum omnes religiones militares in priuilegijs communicẽt. Circa quod omnino videnda ſunt quæ infra in quæſt. de exemptione regulariũ dicẽtur.

ARTICVLVS III.

Vtrum iudex ſæcularis poſsit cognoſcere de crimine commiſſo à religioſo ante ingreſſum religionis,

RESPONDEO dicendo, quod Sixtus Quintus in quadam eius conſtitutione incipiente, *cum de omnibus Eccleſiaſticis ordinibus*, Dat. Romæ apud Diuum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octogeſimo, ſexto Kalendas Decembris P.S. anno tertio decernens inter alia, ne criminoſi, & alij, qui in ſeculo aliqua commiſerunt delicta, ad religionem admitterentur. In ſequentia prorũpit verba dicens. *Et ſiquis eorum contra præſentem noſtram conſtitutionem temere admitteret tam ſuſceptionem habitus, quàm profeſſionem, & inde ſecuta ex nunc, prout ex tunc pari modo irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu carere decernimus, & iubemus, eos, qui ſic de facto recepti erunt, habitu ſpoliari, & à religione expelli, & nihilominus ſi expulſi non fuerunt volumus, & pariter declaramus habitus ſuſceptionem, & profeſsionem penitus nullam eſſe, & cenſeri, ac propterea attenta nullitate habitus, & profeſſionis licere quibuſcumque iudicibus, & curijs, etiã ſæcularibus, ad quos, ſeu quas ſpectat contra eos, vt prius iuris, & facti remedijs opportunis ex officio, vel ad cuiuſcunque inſtantiam, vel querelam ciuiliter, vel criminaliter, vel mixtim procedere.*

Circa quam conſtitutionem multa ſunt obſeruãda. Primò in eo, quod ad habitus ſuſceptionem, & profeſsionem prædictorum attinet, de quo infra in quæſtione de nouitijs quantum ad eorum profeſsionem late diſputabitur.

Secundo eſt circa illa verba, etiam ſæcularibus, dictio enim etiam huiuſmodi eſt naturæ, vt implicet caſum minus dubium, vt ſcribunt *a* Decius Craueta, & Alexãder, quos refert, & ſequitur Menochius. Cum enim licet non valeret eorum profeſsio, ipſi in habitu religioſo inuenirentur, Videbatur, quod iudices ſæculares minime ad eorum capturam poterant procedere, ſicut aliqui dubitauerunt de ſolenniter pœnitentibus, & decremitis vtrum gaudeant priuilegio fori, prout tradit Abbas *b* Panormitanus, voluit Summus Pontifex omnem tollere dubitandi rationẽ diffiniens, ſæculares iudices in eos manum mittere poſſe.

Tertio eſt notandum, quod Eccleſiaſticus ordo poſt delictum cõmiſſum ab aliquo abſque fraude vlla ſuſceptus omnino liberat delinquentem à iuriſdictione ſæculari prout tenent *c* Angelus Albericus, & dicunt communem de iure Canonico Auẽdañ, Couarruuias, Petrus Plaza, Iulius Clarus, & Gutierrez, quod non ſolum procedit in ordinibus ſacris inſignitis, ſed etiam in ordinibus minoribus initiatis, qui alicui Eccleſiæ miniſtrant, vel beneficiati exiſtunt iuxta terminos *d* Concilij Tridentini, prout tradit Couarruuias & in regnis Caſtellæ, vt habetur in quadam *e* lege nouæ recopitationis, ordinatum eſt quod clericus primæ tonſuræ, aut quatuor ordinum minorum, vt gaudeat priuilegio fori, præſentet titulos, & licentiam Epiſcopi ante iudicem ſæcularem & in regiſtro, & protocolo faciat tranſcribi accepta fide abſcriba de dicta præſentatione, qua forma ſeruata priuilegio fori gaudebit, & ceſſabunt contentiones inter iudices Eccleſiaſticos, & ſæculares ſuper hac re ortæ de quibus late per Couarruuias, & Auendañum. Attenta autem ordinatione Regni Portugaliæ ſacris inſignitus poſt delictum cõmiſſum exemptus remanet à iuriſdictione ſæculari quo ad criminalia negotia ſiue doloſe fecit ſe promoueri, ſiue non, quo adciuilia vero nõ remanet exemptus, vt probe tradit doctiſsimus Luſitanus Aluarus Velaſcus qua doctrina attenta ſi ipſi religioſi poſt delictum commiſſum fuerint ſacris initiati ſine fraude in religione in his Caſtellæ Regnis non poſſunt conuenirl coram iudice ſæculari, ſed coram iudice Eccleſiaſtico. In regnis autem Portugaliæ, ſiue doloſe, ſiue non doloſe fuerint initiati, nõ poſſunt de huiuſmodi delicto cognoſcere iudices ſæculares. Nã licet Sixtus Quintus eorum profeſsionẽ irritauerit, eos tamen non ſubiecit ſecularibus iudicibus, ſed iudicibus, ad quos ſpectat, vt patet ex eius conſtitutione ibi. *Decere qui buſcunque iudicibus, & curijs, etiam ſæcularibus, ad quos, ſeu quas ſpectat contra eos, &c.* ſacris autem initiati juxta prædicta ad iudicum Eccleſiaſticorum iuriſdictionem ſpectare, ſacri Canones proclamant.

Quarto eſt aduertendum, quod aſſumens ordinem Eccleſiaſticum, aut ingrediẽs religionem poſt delictũ à ſe commiſſum in fraudem, vt ſe eximeret à iuriſdictione ſæculari, non liberatur ab ea, ſed poteſt per iudicem ſæcularem contra eum procedi ad punitionem ipſius delicti, non vt poſsit puniri corporaliter à iudice Laico, ſi recipit ordines, ſed tantum incoſſincatione bonorum, aut pœna Pecuniaria, prout qualitas delicti expoſcerit. Remanebat igitur in hoc caſu clericus ſubditus iudici ſæculari ratione cauſę, & bonorum, non autem reſpectu perſonæ ita communis ſecundum auctores ſuperius allegatos, quod mihi veriſimum eſt reſpectu ſacris initiatorum, non autem reſpectu illorũ, qui non fuerunt ſacris inſigniti, ſed tantum in fraudem profeſsionem in religione approbata ſolenniter emiſerunt. Cũ Sixtus Quintus dicat, quod iudices, ad quos ſpectat, poſſunt procedere contra eos ciuiliter, vel criminaliter, aut mixtim, cum eorum profeſsio nulla ſit, & inanis.

Quinto eſt aduertendum, quod fraus in hoc caſu præſumitur, ſi quis poſt delictum commiſſum, & ante ſuſceptum ordinem, aut ante ingreſſum religionis fuerit accuſatus, vel denuntiatus, aut ſaltem infamatus, prout concludunt Doctores ſuperius citati, cũ quibus conſentiunt Plaza, *h* & Iulius Clarus aliqua iura allegantes, & Sixtus Quintus in alia eius cõſtitutione, quæ incipit, ad Romanum ſpectat Pontificem ſuam primam interpretantem, data Romæ in monte Quirinali anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingẽteſimo octogeſimo octauo duodecimo

a Deciusin l. qui ſe patris. n. 15. de lib. & poſt. Crauet. conſil. 194. nu. 7. Alex. cõſil 113. nu. 5. Menoc. cõſil. 116. n. 8. li. 2. & cõſ. 277 n. 15 & conſil. 281. n. 14.

b Panor. in c. 2. de for. comp.

c Ang. el. Albe in l. hoc. accu. §. hoc beneſ. ff. de accuſ. Auẽ. li. 1. de execuẽ. mãn. c. 22. n. 12. Couarr. pract. qq. c. 31. n. 4 in 7. & 2. cõ cl. Plaza li. 1 de delict. c. 3. n. 5. Clarus in pract. crim §. fin. q. 36. Gutier. lib. 2. pract. q. 5. n. 5.

d Con. ſeſſio. 23. ca. 6. Couar. lib. 1. var. cap. 1. n. 9.

e Titu. 4. li 1. nouæ recopila.

f Cou. prac. qq. c. 31. & cap. 32. Auen. vbi ſup. c. 22. n. 7

g Velaſcus. 1. tom. cõſ. con. 42.

h Plaza lib. 1. de delict. c. 35 n. 1. circa fin. Iulius Clarus in pract. crim. §. hn q. 6 l. vl. ff. de remiſſ. l. vlt. ff. de reb. eorũ qui mortem ſibi cõſciuerunt.

mo Kalē. Nouēbris P.S. anno quarto artic. *Contra criminoſos vero, quorum profeſſio eadem conſtitutione irrita declaratur ac propterea à iudicibus, & curijs ſæcularibus procedendi facultas conceditur. Tunc demũ id locũ habere volumus, & non aliter, cum actis publicis conſtiterit ipſos iudices, & curiam ſæcularem ante ſuſceptionem habitus de ipſo crimine aduerſus eos accuſationem ſuſcepiſſe, & inquiſitionem inſtituiſſe, quæ poſteriora* verba iuxta mentem communem Doctorum ideo fuerunt appoſita, quia tunc præſumitur ipſos ingredientes criminoſos in fraude curiæ ſæcularis habitum religioſorum ſuſcepiſſe, & hoc ſignificauerat Sixtus Quintus in ſua prima conſtitutione ibi, ac ſiquis eorum cõtra præſentem noſtram conſtitutionem temere admittant, illud enim aduerbium (temere) dolum, & fraudem importat ex parte recipientium, nam ipſis temere ad habitũ, & profeſsionem receptis, ſuſceptio habitus, & profeſsio irrita, iudicantur infraudem autem recepti præſumuntur, quando eorum crimen commiſſum erat iam in ſæculari iudicio cognitum per viam accuſationis, & inquiſitionis.

Vtrum autem ſufficiat temeritas illa ſolum ex parte volentium ordinem intrare, licet ſit ſimplicitas ex parte recipientium dicetur latè infra, cum de nouitiorum receptione fuerit nobis ſermo. Pro nunc dico quod ſic, cum dolus, & fraus illis patrocinari minime debeat.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum delinquens ſimul monachus ſcilicet & laicus debeant conuenirì coram iudice ſæculari, aut regulari.

REſpondeo dicendo, quod loquendo in caſu: quo delinquũt ſimul clericus & laicus, tenent aliqui iuris periti coram iudice Eccleſiaſtico tam clericũ, quam laicum eſſe cõueniendum, quã ſententiam tenuit originaliter Antonius de Prato, *a* quem ſequitur Soccinus dicens ita fuiſſe obtentum in practica, & eſſe bene notandum pro liberando amicum à pœna mortis. Idem teſtatur Mediolani vidiſſe Caſſaneus, quã ſententiam ſequuntur plures reliqui per Couarruuias, & per Didacum Perez, ſecundum quam opinionem videbatur, quod vterque conueniendus eſſet coram iudice regulari, cum iudices Eccleſiaſtici, & regulares ſint magis digni, & trahant ad ſe minus dignum. At contrariam opinionem tenent viri præclari, quæ veriſsima eſt, & ſæpe in iudicijs practicata, vt conſtat ex traditis per *b* Couarruuias, & Perez, & Padillam, & Iulium Clarum, & Antonium Gomez, & Mexiam, & Gutierrez, qui dicit eſſe in communi obſeruantia, & ab ea in practica minimè eſſe recedendum, quod ſcilicet ſæcularis debet conueniri coram iudice ſæculari Eccleſiaſticus vero coram iudice Eccleſiaſtico, & ſi fuerit regularis, per conſequens debet conueniri coram iudice regulari. Et probatur, nam mulier, quæ commiſit fornicationem cum clerico, non eſt de foro ipſius clerici, vt contra Federicum de Senis cũ alijs renet Auiles *c* dicens, quod in ciuitate Plaſentiæ inuenit quandam prouiſionem ſenatorum regalium, vbi cauebatur, quod Epiſcopus illius ciuitatis, ſeu eius Vicarius ſeu Prouiſor non cognoſceret contra concubinas clericorum ſuper concubinatu, ſed tantum iuſtitia ſæcularis illius ciuitatis. Neque illa regula, quod magis dignum attrahit ad ſe minus dignum in contentione iuriſdictionis, locum habet in hoc caſu, cum cauſa ſocij in crimine ſit diuiſibilis à cauſa alterius complicis, & licet prior opinio locum haberet ſcilicet vt iudex Eccleſiaſticus debeat cognoſcere de delicto laici commiſſo cum clerico, non tamen hæc doctrina debet applicari, quando monachus ſimul cum laico delinquit, ita vt iudex regularis debeat cognoſcere de cauſa ipſius laici. Magna eſt enim differentia inter iuriſdictionem iudicis Eccleſiaſtici, & iudicis regularis: iudex enim Eccleſiaſticus iuriſdictionem habet à iure communi iudex vero regularium eam à conceſſione priuilegiorum mendicauit, quæ priuilegia intra ſuos limites debent contineri. Vnde cum tantum concedant iuriſdictionem ad puniẽdum, & corrigendum fratres, nõ poſſunt ipſa extendi ad caſtigandum ſæculares ſimul cum fratribus delinquentes.

ARTI-

a Prat. in l. 1. in fin. ff. quæ ſent. ſi ne cap. Socei. in l. cum ſenatu de rebus dubijs col. fin in fine Caſ. ſan in conſue. Bur. rub. 1. §. 5. ver. Archidia. nu. 07. Couar. in pract. qq. c. 34. nu. 1. Perez in rub. & l. li. ord. co. 74. infin cum ſeq

b Couar. & Perez vbi ſup. Padilla inl. §. n. 5. ff. dediu. reſc. Gom. 3. tomo. de deli. c. 10. n. b. Mexia de Taxa. pan. cõ. §. n. 14. Gutie. pract q. 61. n. 8.

c Auiles c. 47. præror. in glo. ſacr. co. 2.

ARTICVLVS V.

An religiosus conuersus religionis approbatæ nullo ordine insignitus, qui relicto habitu se immiscuit rapinis & latrocinijs, & alijs enormibus criminibus, perdat secundum ius commune priuilegium fori & subijciatur iudici laico.

RESpondeo dicendo, quod religiosus, in quantum religiosus, licet sit minor omni clerico, nihilominus quæ concedũtur clerico, ipsi etiam, in quantum est religiosus, conceduntur. Nam iura æqualiter concedunt priuilegium Canonis, & fori monachis, ac clericis iuxta tradita in iure. *a* Et ideo idem dicendum est in hoc casu de monacho professo, licet sacris nõ sit initiatus, quod dicitur de clerico sacris ordinibus insignito. Vnde si clericus huiusmodi propter huiusmodi delicta non subijcitur iudici sęculari id ipsum in monacho huiusmodi delicta committenti tenemur necessario secundum iuris Canonici metas affirmare. Restat igitur videre. vtrum dictus criminosus clericus iudici sæculari subijciatur. Pro quo dico primo, quod nulla pæna ipso iure incurritur, nisi cum à iure exprimitur, vt est notum in iure, & nullibi est aliquod ius decernens, quod clericus immiscens se enormibus, etiam habitu, & tonsura clericalibus dimissis perdat ipso iure priuilegium fori, ante quam moneatur desistere, ergo non est concedendum ius. Et vtcumque res se habeat quoad clericos minoribus ordinibus insignitos, quorum bonam partem priuilegia fori eximit Concilium *c* Tridentinum, quoad tamen ordine sacro insignitos profecto constanter videtur tenenda hæc pars, ne dicamus presbyteros enormiter delinquentes ante vllam monitionem, & degradationem a potestate laica in grande Ecclesiæ dedecus posse suspendi, cum sacris Decretis hoc prohibeatur, & ita hanc opinionem contra communem tenet *d* Couarruuias quod ipsum est dicendum de religioso, conuerso, aut de alio nullis ordinibus initiato, cum iuxta superius annotata clerici, & conuersi huiusmodi quantum ad hoc pari passu ambulent, quod scilicet non possunt puniri à iudice sæculari, licet multis se immiscuerint sceleribus, cum ipsæ sint personæ Ecclesiasticæ; & etiam si à religione eijciantur, & habitu regulari spolientur, potestati Ecclesiasticæ maneant subiectæ, vt in quæstione vigesima de Apostatis, & expulsis à religione in primo tomo late diximus. Verum est tamen, quod si à religione expellantur & habitu regulari priuentur, eo quod eorum minime valuit professio, potest iudex sæcularis de eorum causis tam criminalibus, quam ciuilibus quam mixti fori cognoscere, siquidem hoc probato, & diffinito non sunt personę Ecclesiasticæ, sed seculares, propter quod iudices regulares, cum huiusmodi à religione expellunt in sententia expulsiua, dicant ipsos nullis sacris ordinibus esse initiatos, & ad iurisdictionem sæcularem eorum causas secundum ius spectare, quod ego feci aduerti in causa cuiusdam religiosi expulsi, eo quod eius irrita, & nulla fuit pronunciata professio.

a cap. siquis suadẽte. 17. q. 4. c. Non dubium ca. de moniali bus. ca. duo sunt genera 12. q. 1.
c Consuluistis. q. 4. c. 2. de trãslatione præl.
Concil. ses. 23. de refor. ca. 6.
d capi. cum non ab homine de iu.
e. Nouimus de verborũ signifi c. ad falsariorum de crimine falsi.
Cou pract. qq. q. 31

ARTICVLS VI.

Vtrum Episcopus possit corrigere monachos delinquentes.

RESpondeo dicendo, quod olim omnes monachi erãt subiecti Episcopo, intra cuius diœcesim erat sitũ monasterium, prout in iure e probatur, & tradit Panormitanus, & Concilia Toletana, & Concilium Ticinense, & Arelatense, Chalcedonense, & Aurelianum, & tradit Syluester, qua ratione tradunt viri docti, quod si nunc prælatus regularis subijciat in casu monachum suum Episcopo, potest Episcopus illum absoluere, & cum eo dispensare, & in illo tempore Episcopus in diœcesi sua erat quasi generalis, admittebat ad professionem in monasterijs, creabat Abbates, & ex causa illos deponebat, vt constat ex Concilio Tyburtino. *f* A tempore autem Gregorij primi Papæ exempti sunt religiosi à iurisdictione Episcoporum, & electio Abbatum monasterijs fuit commissa, vt tradit *g* Nauarrus. Vnde iam modo Episcopi non possunt procedere in causa criminali contra delinquentes monachos, cum ipsi iam habeant

e c. qui vere. 6. q. 1. Panor in cap. porrectum de regular. Concil. Tolet. 4. ca. 50 & Tolet. 7. ca. 5. & Tol. 10. c. 3. Ticinen. & Arelate. 3. Chal. c. 4. & 8. Aurel. 1. c. 10. c. monaste. 18 q. 1. Syluest. verbo religio. 3. §. 4.
f cap. siquis Abbas. 18. q. 2.
g. Nauar. in ca. Nullam. num. 3.

habeant proprios iudices regulares, prout articulo ſequenti explicabitur, & probabitur. Verum eſt tamen, quod [a] Nauarrus ait Epiſcopos modo poſſe procedere contra notorie delinquentes cum populi ſcandalo iuxta terminos decreti [b] Concilij Tridentini. Nunc autem adeſt pro executione huius ſanctiſsimi Decreti quædam conſtitutio ſanctiſsimi Domini Papæ Clementis Octaui, quæ ait.

[a] Nauar. in ca. Non dicatis. n. 96.
[b] Concil. Tri. ſeſſ. 25. de Regu. c. 12.

Suſcepti muneris ratio poſtulat, vt ea, quæ in ſacro Concilio Tridentino prouide conſtituta ſunt, ab his, ad quos ſpectat inuiolate obſeruari, curemus: maturo ſane conſilio ipſius Concilij Decreto prouiſum eſt, vt quicumque regularis non ſubditus Epiſcopo intra clauſtra degens, extra ea ita notorie delinquens, vt populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante à ſuo ſuperiori intra tempus ab Epiſcopo præfigendum ſeuere puniatur, & ſuperior de punitione certiorem faciat, ſin minus ipſe à ſuo item ſuperiori officio priuetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit. Verum quia experientia cõpertum eſt interdum in huiuſmodi Decreti executione nimis remiſſe procedi, cum enim Epiſcopus inſtat aliquem regularem eo, quo ſupradictum eſt, modo delinquentem à ſuo ſuperiori puniri, ſæpe fit, vt ſuperior regularis delinquentem ad alia ordinum ſuorum loca extra Epiſcopi diœceſim ex induſtria impunitum tranſmittat, atque etiam ipſe aliquando ad alias prouincias conferat, neque vlterius de ſuper delinquentis exceſsibus inquirat, & de eius punitione Epiſcopum certiorem reddat. Vnde neque regularis delinquens tunc ab Epiſcopo puniri poteſt, cum extra ſuam diœceſim exiſtat, neque ſuperior, qui delinquentem corrigere negligit, officio priuãtur. Nos pro paſtorali noſtra ſolicitudine præfati decreti executioni quantum cum Domino poſſumus fauere, & præmiſſis malis (vt par eſt) opportuno aliquo remedio occurrere volentes de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium prædicti Concilij interpretum ſententia Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis hac noſtra perpetuo valitura cõſtitutione omnibus & ſingulis cuiuſcumque ordinis, & inſtituti regularium, etiã mendicantium ſuperioribus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum per eos obtẽtorum eo ipſo incurrendis pœnis præcipimus, & mandamus, vt iuxta prædictum decretum quilibet ipſorum regularem non ſubditum Epiſcopo intra clauſtra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, vt populo ſcandalo ſit Epiſcopo inſtante intra tempus ab Epiſcopo præfigendum ſeuere puniat, ac de punitione Epiſcopũ certiorem faciat, & alias decretum ipſum in omnibus, & per omnia exequatur. Cæterum ſi ſuperior in regularem delinquentẽ non animaduerterit, quinimo ſi illum impunitũ ad alia ſuorũ ordinum loca extra Epiſcopi diœceſim, vt præfertur, tranſmiſerit, volumus, & ſimili motu, & autoritate decernimus, vt ſuperior inſtante Epiſcopo intra terminum ab Epiſcopo præfigendum, & ſub eiſdem indignationis noſtræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum, necnon ſub inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ac vlterius priuationis actiuæ, & paſſiuæ vo-

cis,

cis, ad quas à nemine præterquam á nobis, & à Romano Pontifice pro tempore existente restitui possit ipso facto similiter incurrendis pœnis, ipsum regulare delinquentem ad locum, ad quem transmissus fuit reuocare, & in quo deliquit restituere, seu sistere teneatur: quod si hoc etiam facere prætermiserit, per præsentes similiter statuimus, vt ordinarius loci, ad quem regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso ordinario loci, in quo deliquit, similiter requisitus, vel alias de illo delicto informatus, vt præfertur, tanquam sedis Apostolicæ delegatus prædictum Concilij Decretum omnino exequi, & in regularem delinquentem seuere animaduertere possit; & debeat decernentes sic & non aliter per quoscumque iudices, & commissarios, quauis autoritate fulgentes, etiam eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatij Apostolici auditores sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate vbique iudicari, & diffiniri debere irritum quoque, & inane quicquid secus super his á quouis quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari non obstantibus quibuscumque eorundem ordinum, vel institutorum, etiam iuramento confirmatorum Apostolica, vel quamuis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, cæterisque contrarijs quibuscumque, &c. Datum Romæ apud D. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, ſeptimo Kalend. Martij Pontificatus noſtri, anno quinto.

Ex qua conſtitutione clarè colligitur, quo deſiderio deſiderat S.D.N. delicta publica religioſorum caſtigare ſciens ex correctione fratrum delinquentium extra clauſtra religioni non modicum reformationis accreſcere & honorem ipſius per notoria, & ſcandaloſa fratrum crimina deperditum per publicam, & notoriam correctionem ex parte reſtitui.

Aduertendum inſuper hanc extrauagantem habere locum, quando ſuperior fratris delinquentis ipſum in alium locum transmittit, vt maneat impunitus, prout patet ex eius litera ibi. *Ex induſtria impunitum tranſmittat*, non autem habet locum quando prælatus regularis extra domum, in qua delinquit, tranſmittit delinquentem, non vt ipſe remaneat impunitus, ſed quia ita bono regimini conuenit, cum in loco delicti minime poſsit puniri propter aliquod ſcandalum ex eius punitione in tali loco vitandum.

Aduertendum denique ipſam extrauagantem habere locum, quando Epiſcopus inſtat prælato regulari, vt ad punitionem procedat, quod verbum (inſtare) ſecundum eius propriam ſignificationem inducat non vna ſola vice, ſed multis vicibus id à prælato regulari peti debere, vt ſic de negligentia poſsit conſtare, & ab eius officio, vt negligens à ſuperiori priuari.

Exiſtimo autem, quod vt dicatur Epiſcopus inſtare, & prælatus negligens, ſufficit, quod ter fuerit requiſitus, & nolit punitionem congruentem executioni mandare argumento eorum, quæ in iure adnotantur, & nō ſufficit ſecundum ipſum ius iunctis ibi notatis quod bis requiratur.

ARTICVS VII.

An milites D. Ioannis comprehendantur ſub diſpoſitione Concilij Tridentini, quatenus habet ordinarium tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatum poſſe viſitare, punire, & corrigere quencumque clericū cuiuſuis ordinis, perſonalis, & regularis extra monaſterium degentem, & delinquentem non obſtantibus priuilegijs.

REſpondeo dicendo, quod ratione prædictorum verborum à Concilij Tridentini[a]

[a] Con. Tri. ſeſſ. 6. de reform. c.

a Nau.li.3. Consi.titu. dereg.Con 21.p 242.

dentini mouet hoc dubium doctissimus a Nauarrus, quia it, quod ipse desiderat, quod declaretur vera litera præfati decreti, quia hæc, quam habemus, vix est intelligibilis quoad illa verba *cuiusuis ordinis personalis, vel regularis*: ait tamen, quod vt cumque intelligatur in effectu sonat, quod nullus clericus sæcularis, vel regularis, &c. Et negari non potest præfatos milites Diui Ioannis esse vere, & propriè regulares, quia quicquid aliqui dicant non satis agnoscentes, & venerantes naturam religionis à sede Apostolica approbatæ, omnes illi dicuntur verè, & proprie religiosi, siue regulares qui emittunt legitime, tria vota essentialia, castitatis, paupertatis, & obedientiæ in manibus superioris, vel locum eius tenentis, & sub aliqua regula à sede Apostolica approbata iuxta communem canonistarum, & Theologorum receptam, quam c Nauarrus grauissimis fundamentis probauit, & nos etiam in nostris quæstionibus regularibus, defendimus. Et constat præfatos milites emittere præfata tria essentialia vota in manibus superioris sub regula à sede Apostolica approbata, laudata, & ad sydera priuilegijs merito exaltata: & per consequens ponderando verba Concilij Tridentini ibi, nemo, & ibi, regulares secundum suam propriam significationem comprehendentia regulares etiam præfati milites in ipsis continentur, & comprehenduntur argumento cuiusdam glossæ *d acceptæ*, & laudatæ, cum ipsi milites proprie, & vere sint personæ regulares, & licet præfati milites sint *excepti* priuilegio Apostolico ad id obtento, considerandum est, quod ordinarius procedit, tanquam sedis Apostolicę delegatus, & mandatum Papæ factum alicui vt procedat autoritate delegata contra quemcumque exemptum, non est contrarium exemptionis priuilegio, & ita delegatus procedens, vt delegatus Papæ contra aliquem exẽptum, non videtur contrarium priuilegio exemptionis, qua nemo est exemptus à iurisdictione Papæ.

Et sic delegatus procedens, vt delegatus Papæ contra exemptum non procedit, vt ordinarius, a cuius iurisdictione ille est exemptus, vt sentit glossa, *f* quam in hoc cõmendat Panormitanus concludens quod delegatus ad corrigendos clericos autoritate delegata potest procedere contra exemptos.

b Doct. infra de regular Theologi in 4. dist. 38.

c Nauar. de rebus Eccles. q. 3. n. 55. & q. 3. n. 27. & 29.

d Inquibus regula. 2. tomo. q. 1. a. 6

e Cle. 1. de decim.

f Goss. inc. gra. de offi. ordin.

Sed contra hoc videtur facere, quod forte præfatus ordo militum habet priuilegium simile priuiuilegio ordinis Cistercienſis, nec per rescripta Papæ possint conueniri, nisi facta mentione sui ordinis. Sed huic argumento respondetur ex traditis à Felino, & ex congestis ab eodem copiosissime qui tenet sufficere clausulam generalem tollentem priuilegia, cum reuocatio eorum fit per viam legis, & non qualis qualis, sed de rescriptis Conciliarijs, dicit enim sufficere clausulam consuetam de stilo curiæ poni, quorum tenores habentur pro expressis, &c. Et sic clausula derogatoria priuilegiorum in dicto Decreto (quod est lex cõmunis) æquiualet clausulæ derogatoriæ præfatæ solitæ apponi de stilo curiæ. Et hæc intelligentia confirmatur, multæ enim religiones, præcipue mendicantes huiusmodi habent clausulam, & inuenio multa earum reuocari priuilegia in Concilio Tridentino, in quo nulla de ipsis religionibus mentio fit.

g Felin. inc. grau. & inc. Audẽ. n. 4.

Sed contra hoc obijcit Nauarrus dicens quod in dicto decreto solum reuocantur priuilegia religionibus concessa, & cum in multis eius Concilij Decretis non solũ fiat mentio de religionibus, sed etiam de ordinibus, quod nomen magis late patet, & in hoc nulla de ordinibus, sed tantum de religionibus fit mentio. Et licet milites supradicti sint religiosi, vt supradictum est, quando tamen aliquid de religionibus in Concilio Tridentino ordinatur de religionibus militaribus, fit mentio particularis. Et sic in Concilio Tridentino dicitur, quod monasteria sanctimonialium sanctæ sedi Apostolicæ immediate subiecta etiam sub nomine capitulorum Sancti Petri, vel S. Ioannis, dictio enim (etiam) casum magis dubitabilem indicat, quam casus præcedens, Sed his respondeti potest, quod in eodem *i* Concilio ordinatur, vt in quacumque religione tam virorum, quam mulierum professio non fiat ante decimum sextum annum expletum, in quo Decreto etiam si non fiat mentio de religionibus militaribus, censetur tamen ab omnibus communiter, prout suo loco dicemus id ipsum habere locum in ordinibus militaribus. Præterea in eodem K Concilio ordinatur, quod nemini sanctimonialiũ liceat post professionẽ exire à monasterio, quæ *decisio* etiã extẽditur ad moniales ordinũ militariũ, pro vt supra in 1. tomo late diximus.

h Con. Trid. sess. 25. de regu. c. 9.

i d. se. 25. de regu. c. 15.

k d se. 25. de reg. c. 5.

ARTI-

ARTICVLVS VIII.

Vtrum prælati regulares sint iudices regularium.

RESpondeo dicendo, quod iure communi iudex immediatus regularium est Abbas, vel alius prælatus in pertinentibus ad regulam suam, & regularia statuta, quod efficaciter fundatur in a iure Ciuili, & Canonico, iure enim communi prælatus inferior non habet iurisdictionem in eos, qui sui sunt Collegij quoad *extraria*, quæ non tangunt regularia statuta, & hoc volut ordinare Gellasius *b* Papa, de quo latius infra dicemus licet tamē hæc vera sint iure communi attento, non tamen attentis multis priuilegijs, quibus fere omnes regulares sunt exempti ab Episcoporum, & ordinariorum iurisdictione per priuilegia ipsis competentia per concessionem directā, vel per indirectam communicationem priuilegiorum aliorum, & consequenter habent iurisdictionem quasi Episcopalē iuxta quandam *c* glossam singularem.

a l. fin C. de iuris. omn. iudi c. cum ab Ecclesiarum prælatis de offi. ord.

b cap. Nullum, 18. q. 1.

c Hoc to. 9.

Pro quorum explicatione nota, quod *d* Innocentius Quartus statuit, *vt exempti, vel priuilegiati non teneantur, nisi sub certo iudice respondere, ac quod ratione delicti contractus, aut rei, de qua agitur contra ipsos, si hæc sint inita, & sita in loco non exempto, possunt conueniri coram ordinario, sed ratione domicilij nō* Ac Clemens Quartus, *e* qui fuit post Innocentium Quartum, *eximit fratres minores, ita quod fratres minores neque ratione delicti, neq; contractus, neque rei, de qua contra ipsos fratres ageretur, possunt coram laicorum ordinarijs conueniri, neque illi, quo ad hoc suam in ipsos iurisdictionem exercere decernens irritum, & inane quicquid secus factū, vel attentatū fuerit*, ita habetur in monumentis ordinis. Et Sixtus Quartus statuit, *ne locorum diœcesani, aut alij ordinarij, seu alij quicūque in personas, aut loca fratrum prædictorum contra præfati Clementis ordinationem supra proposita sibi quamcunq; iurisdictionem aut superioritatem vēdicare præsumāt. Ac districte inhibuit, ne quisquā absque sedis Apostolicæ speciali commissione, aut autoritate personas, domos & loca dicti ordinis vt pote prorsus exēpta aliquas censuras, vel sententias specialiter, vel generaliter promulgare audeat*, ita habetur in dicto libro in g prima, & secunda impressione, & habetur etiam latè in mari magno Carmelitarum *h* & in mari magno Prædicatorum, *i* & in mari magno Augustinienſium: & Bene dictus vndecimus eximit fratrum minorū ordinem, sicut fecerat Nicolaus Quartus, & addidit, quod neque etiam ratione delicti commissi vel initi contractus, aut rei sitæ, vel existentis extra loca eorumdem fratrum exempta possint coram ordinarijs, vel alijs prælatis Ecclesiasticis molestari, seu quomodolibet conueniri non obstante constitutione Innocentij Quarti in contrarium faciente, ita habetur in dicto libro, monumenta ordinum. Denique Collector priuilegiorum mendicantium innumera refert summorum Pontificum priuilegia hanc doctrinam confirmātia. Ex quibus patet verū esse id, quod docet doctissimus. Nauarrus, quod raro habet locum in religiosis constitutio Innocentij Quarti, cum iam concessa sit aliquibus religionibus directe, & alijs per communicationem, vt non possint conueniri etiam respectu eorum, quæ ordinarijs reseruauerit Innocentius Quartus.

d Glos. inc. 1. de rebus, Eccle. non alienan.

e c. Recolētes de priu. li. 6.

f In 1. imp. fo 59. & in 3. imp. fol. 142. cō. 342

g In 1. imp. fol. 60. & fo 144 cō 147

h In 2. imp. fol. ibi con. 384. & fol. 187. con. 47

i In 2. imp. fo 239. cō. 570.

l In 1. imp. fo. 24. & in 2. imp. fol. 108. cō. 232

m Collect. tit. exemp,

n Nau. inc. statui, n. 63.

Cō. Tr. ses. 7. c. 7. de ref

Sed videamus, vtrū dicta priuilegia sint per Concilium Tridentinum abrogata, ait enim *in exemptorum causis constitutio Innocentij Quarti, quæ incipit, volentes in Concilio Lugdunensi edita seruetur, quam eandem sacrosancta Synodus innouandam censuit, & innouat addendo insuper, quod in causis ciuilibus mercedum, & miserabilium personarum cleri-*

ci

rici ſeculares, aut regulares extra monaſterium degentes quomodolibet eximi ſi certum iudicem á ſede Apoſtolica deputatum in partibus habeant, in alijs verò ſi ipſum iudicem non habuerint coram locorum ordinarijs tanquam ad hoc ab ipſa ſede Apoſtolica delegatis conuenire, & iure medio abſoluendum debitum cogi, & compelli poſſint priuilegijs, & exemptionibus conſeruatorijs, deputationibus, & eorum inhibitionibus adaerſus præmiſſa nequaquam valituris.

Ex qua deſitione notanda eſt generalis differentia inter regulares exemptos degentes extra monaſteria, & degentes intra: nam viuentes intra clauſtra non ita poſſunt conueniri coram ordinarijs, ſicut viuentes extra clauſtra poſſunt conueniri in duobus generibus cauſarum. Secundo nota, quod eſt alia differentia, quod degentes intra non poſſunt conueniri propter ſua delicta ab ordinario, niſi quando extra monaſterium cum populi ſcandalo delinquunt, & non puniuntur á ſuis prælatis monitis ab ordinarijs, vt id faciant, degentes vero extra ſic, prout colligitur ex eodem Concilio *a* Tridentino, áiente regularis non ſubditis Epiſcopo, qui intra clauſtra monaſterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandalo ſit Epiſcopo inſtante à ſuo ſuperiore intra tempus ab eo præfigendum ſeuere puniatur, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat, ſin minus à ſuperiori ſuo officio priuetur. Hæc Concilium. Propter quod decretum ait *b* Nauarrus reſpondiſſe non potuiſſe Vicarium cuiuſdam Epiſcopi Regni Neapolitani cognoſcere de quodam cenſu, qui petebatur à quodam conuentu ordinis Minimorum habentium extenſionem, ſicut habent aliæ religiones cum derogatione dicti capituli: volentes, & rectè quidem, tum quia Fratres non degebant extra conuentum, tum quia non agebatur de vna prædictorum generum cauſa, neque de delicto extra monaſterium cum populi ſcandalo commiſſo, in quibus caſibus tantum per Concilium noſtra priuilegia exemptionum tolluntur. Quare concludit Nauarrus, *c* quod religioſi exempti degentes intra clauſtra monaſterij in nullis cauſis poſſunt conueniri coram Epiſcopis, & eorum ordinarijs. Neque obſtat decretum Innocentij innouatum in dicto Concilio *d* Tridentino, quo cautum eſt, vt ordinarius poſsit cognoſcere contra exemptos ratione delicti, vel contractus, vel rei extra loca fratrum. Nam vt ait *e* Nauarrus per priuilegia fratrum exemptorum derogatum eſt prædictum decretum, vt conſtat ex his, quæ ſuperius adduximus, & quamuis prædictum decretum ſit innouatum in Concilio Tridentino, non tamen derogantur à Concilio priuilegia, quæ contra dictum decretum conceſſa ſunt niſi in cauſis tantum mercedum, & miſerabilium, vt dictum eſt.

Aduertendum tamen pro prædictorum explicatione, quod non dicuntur degere extra monaſteria, qui cauſa prædicationis, vel confeſsionis, vel eleemoſynæ, vel alicuius rei ad tempus, & non permanenter extra monaſterium morantur, ſed degere dicuntur, qui habent domicilium extra monaſterium ſpeciali licentia, ſeu priuilegio. Nam qui ſecundum regularia inſtituta inſeruiunt beneficio, vel adijciuntur alicui monaſterio monialium, tales non comprehenduntur in tali decreto, quia non degunt extra monaſterium proprie, cum non ſint extra illud ex ſpeciali licentia, ſeu priuilegio, ſed ex inſtituto: alia autem, quæ in hac quæſtione poſſunt deſiderari in quæſtionibus de exemptionibus religioſorum dicentur.

Ex his patet, quod prælati regulares ſunt iudices eorum religioſorum, ſiquidem iudicibus ſecularibus & Eccleſiaſticis eorũ cognitio denegatur, & licet Innocẽtius Quartus *f* *vniuerſos fratres minores, qui morantur in obſequijs aliquorum (illis duntaxat exceptis, qui fuerint ad obſequia legatorum ſedis Apoſtolicæ deputati) poſsit, & valeat Generalis dicti ordinis libere viſitare, corrigere, & amouere & alios pro eis ſubſtituere, prout ſecundum Deum viderit expedire non obſtantibus literis, ſeu indultis ſedis Apoſtolicæ quibuſcunque*, prout habetur in li-

a Concil. Tri. ſeſſ. 25. de regul. c. 14. de Reg.

b Naua. vbi ſupra.

c Nau. in d. c. Non dicatis. n. 96.

d Con. Tri. ſeſſ. 7. c. 14.

e Naua. vbi ſup.

f In i. imp. fol. 79. & in 2. fol. 113. cõ 4245.

bro monumenta ordinum. Attamen Clemens a quartus ſtatuit. *Quod Generales, & Prouinciales, miniſtri, & eorum vicarij illos ex fratribus minoribus, de quibus autoritate ſedis Apoſtolicæ literarum, vel legatorum ipſius, Archiepiſcopis, vel Epiſcopis, & alijs quibuſcumque prouiſum fuerit, corrigere poſſunt, at etiam non obſtante contradictione aliqua eos ad ordinem ſuum reuocare, & quod neque per literas eiuſdem ſedis, ac legatorum ipſius aliquos de fratribus prædictis teneantur prælati ordinis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aut alijs perſonis in ſocios deputare, niſi dictæ literæ de indulto huiuſmodi, & ordinatione expreſſam facerent mentionem, ac alias id honeſtati ordinis, ac ſaluti illorum viderint expedire*, ita habetur in eodem libro, & in mari magno Carmelitarum, *b* & in marimagno prædicatorum *c* continetur.

Adeo eſt clara poteſtas prælatorum regularium ad ſubditos puniendos vt *d* Bonifacius Octauus hoc præſupponens conceſſerit, *vt prælati ordinis minorum ad correctiones, & punitiones Fratrum eiuſdem ordinis delinquentium inſligendas, ad quos ſpectare eadè noſcuntur (riuulis, & apicibus iuris poſtpoſitis) libere procedere valeant ſecundum conſuetudinem approbatam, & generalia ſtatuta ipſius ordinis facta, & fienda. Ac inſuper voluit non licere prædictis fratribus ab eiſdem correctionibus & punitionibus aliquatenus appellare, præuia tamen in hoc deliberatione, ac maturitate debita ſeruata*, ita habetur in eodem libro.

Denique Nicolaus *d* Quintus, *conceſſit miniſtro Generali pro tempore exiſtenti, quod omnes, & ſingulos fratres ſiue in monaſterijs monialium, ſiue in alijs domibus, conuentibus eremitorijs, & locis dicti ordinis commorantes etiam ab obedientia, viſitatione, & correctione dicti miniſtri per ſpecialia ſedis indulta ſe exemptos eſſe (præter regulæ, & ſtatutorum dicti ordinis formam) prætendentes non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, exemptionibus, indultis, & literis Apoſtolicis, eis, & eorum monaſterijs, ſiue domibus, ſiue conuentibus, & locis præfatis, & eremitorijs per ſedem Apoſtolicam in genere, vel in ſpecie conceſſis, de quibus in his literis habenda eſſet ſpecialis mentio, poſſit iuxta conſtitutiones, & regularia inſtituta antiqua dicti ordinis corrigere, viſitare, punire, & emendare, ac in crimibus maioribus, ſiue grauioribus (res ipſa exegerit cum moderatione tamen) coram ſe ſub ſe reponi, & valeat dictus miniſter generalis*, ita habetur in libro *e* Monumenta ordinum in ſecunda impreſſione, & in ſupplemento. Et aduertendum, quod S. D. N. Clemens Octauus, anno Domini milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo ſecundo Pontificatus ſui anno primo die decimaquinta Maij confirmauit priuilegium Innocentij Octaui ordini Ciſtercienſium conceſſum, quo ordinatur, ne perſonæ regulares dicti ordinis viſitentur, niſi à ſuo generali, aut ab alijs perſonis regularibus ad id ab ordine deputatis. Hoc priuilegium habetur in libro congregationis ſanctæ Mariæ de Alcobatia Ciſtercienſis ordinis Regnorum Portugaliæ impreſſo Venetijs anno Domini milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo tertio.

a In 1. imp. fol. 57. & n. 2 imp. fol. 141. conc. 3ſq.

b In 2. im. fol. 85. con. 467.

c In 2. imp. fo. 237. con. 552.

d In 1. imp. fo. 155. & in 2. fol. 202. con. 499.

e In 2. imp. fo. 47. con. 509. & fol. 78. con. 210.

ARTICVLVS IX.

Vtrum prælati regulares, & non alij poſsint corrigere fratres matriculatos in ſtudys generalibus.

REſpondeo dicẽdo, quod Innocentius Octauus, *conceſſit Vicario Generali fratrum ordinis prædicatorum de obſeruantia congregationis prouinciæ Hiſpaniæ, quod correctio fratrum dictæ congregationis vndecumque ad terminos præſidentium conuentuum reformatorum venientium iuxta conſtitutionem dicti ordinis fieri debeat, & ad eoſdem præſidentes pertineat non obſtantibus quibuscumque priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis Scholaſtico, ac Vniuerſitatis Salmantinæ, ac quibuſcumque Vniuerſitatibus per ſedem Apoſtolicam conceſsis, quæ aduerſus præſentes nolunt in aliquo ſuffragari poſſe, dummodo propter correptiones huiuſmodi faciendas ſtudium fratrum corrigendorum non impediatur*, ita habetur in libro monumenta *a* ordinum.

a In.1.imp. fol.76.con. 194.

Circa quam conceſsionem aduertit collector *b* compendij mendicantium, quod deſeruit etiam pro prælatis ordinis minorum partium Hiſpaniarum, vt virtute communicationis priuilegiorum poſsint ſimiliter corrigere fratres eiuſdem ordinis, & obſeruantiæ. Nam fratres congregationis, de quibus ſupra obſeruantiæ, vel de obſeruantibus erant, & ideo per iſtam correctionem non poſſet procedi contra conuentuales.

b Collector mendican. ti. correctio fratrum. §. 14. ſuper quem Corduba.

Et aduertit Corduba ſuper compendium, quod Pius ſecundus declarat, & concedit, quod miniſter generalis habeat liberam autoritatem, & iuriſdictionem ſuper fratres exiſtentes in quibuſcumque Vniuerſitatibus, & priuilegijs illarum gaudentes autoritate Apoſtolica, & de licentia ſuorum ad morandum in talibus ſtudijs committens ei pleniſsimam correctionem illorum cum grauibus cenſuris in contra facientes, aut reſiſtentes quomodolibet.

ARTICVLS X.

Vtrum prælatus regularis poſsit de iure iudicare nouitium, qui occidit iniuſte religioſum profeſsum, an potius tale iudicium ad ſæcularem pertineat iudicem, & vtrum poſsit torqueri á iudice ſæculari.

REſpondeo dicendo, quod titulus quæſtionis duo reſoluenda includit. Primũ eſt, quis iudex poſsit cognoſcere de hoc delicto, ſecundum, à quo iudice ſit torquendus delinquens.

Quantum ad primum dico, quod cognitio, & punitio talis delicti, & homicidij pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum argumento cuiuſdam *c* Canonis diffinientis nouitium religionis approbatæ gaudere priuilegio *d* Canonis, & cenſeri perſonam Eccleſiaſticam, & gaudere priuilegio perſonæ Eccleſiaſticæ argumento alterius *e* Canonis, & ita expreſſe determinant Ioãnes Andreas, *f* Dominicus, & Francus, quod cognitio delicti nouitij pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum, quam opinionem communis amplectitur, & probatur ratione. Nam nouitius poſt habitum ſuſceptum ſubiacet prælatis quo ad iuriſdictionem, & ſuperioritatem, ſaltem commutabiliter, & reuocabiliter, licet non irreuocabiliter pro tempore, quo ſunt nouitij, ſicut profeſsi, & cognitio, & punitio delictorum religioſorum profeſſorum pertinet ad iudices Eccleſiaſticos, & prælatos eorum, vt tradit Panormitanus poſt Ioannem de Lignano probans, quod delicta eorum pertinent ad cognitionem & caſtigationem prælatorum, etiam ſi ſint homicidia, & grauia delicta.

c c. religio. §.1. de ſent. excom. li.6 d cap. ſiquis ſuadente. 1794, e ca. duo ſũt genera. 12. quæſt. 1. f And. Domin. & Frã. in c. Beneſi. de reg. iur. lib.6 Dom. & omnes in d. c. religio.

Quantum ad ſecundũ dico, quod poterit iudex Eccleſiaſticus, & prælatus torquere, ſi meruerint torturam indicia delicti ſeruatis ſeruandis iuxta notata in *g* iure, & poterit prælatus torquere præfatum delinquentem, ſi opus fuerit, per aliquem clericum, vel religioſum iuxta ea, quæ in

g c. cum in contempla. de reg. iur. c. 1. depoſiti li. 1. & toto tit. de quæſ.

in quæſtione ſequenti dicentur, & ita tenet a Nauarrus, quod prædictum prælatus poteſt cognoſcere de hoc crimine, ſi tali prælato competit iuriſdictio cognoſcendi de crimine requirente depoſitionem iure aliquo ſpeciali, nam in hoc caſu agitur de crimine requirente depoſitionem, vel degradationem ſecnndum Panormitanum, b cum agatur de homicidio qualificato, quo dicitur nouitium occidiſſe profeſſum quanuis communis opinio teneat contra Panormitanum quo ad degradationem, vt poſt multa reſoluit Nauarrus. Et aduerrendum eſt ad id quod tradit c Nauarrus dicens credere ſe prælatos nouiter competere conſuetudine ſtatuto, ve priuilegio ſedis Apoſtolicæ iuriſdictionem ad cognoſcendum de cauſis ciuilibus, & criminalibus religioſorum profeſſorum ſaltem cum crimen non requirit depoſitionem ab ordine, quibus & alijs ab ipſo allatis videtur cõcludere iuriſdictionẽ ſuper profeſſos quo ad hoc parificari iuriſdictioni ſupernouitios.

a Naua. lib. 2. con. & de refo. com. comel.

b Panor. ca. 1. de homicidio.

c Nauarr. li. 2. conſil. ti. deforo. cõpetent. conſil. 6. p. 117.

QVÆSTIO. III.

De iudicibus regularibus quo ad modum procedendi in communi in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem quærũtur tria.

1 *Quomodo prælati procedent in iudicijs.*

2 *Vtrum antequam iudex procedat, debeat conſtare de delicto commiſſo,*

3 *Vtrum antequam iudex procedat cõtra aliquem delinquentem debeat cõſtare de delinquente.*

ARTICVLVS. I.

Quomodo prælati procedant in iudicijs.

RESPONDEO dicendo, quod duplici via poſſunt prælati regulares in monachos procedere. Primo patrum ſibi nomen, & vim aſſumendo, quibus ſane propoſitum erit, vt quo ad eius fieri poſsit nihil de ſupplicijs cogitẽt, monachorum vicia radicitus euellant, eorumque pie medeantur vulneribus, & ideo in religionibus Abbates, id eſt, patres nuncupantur, propter quod P. D. Benedictus in tertio ſuæ regulæ capite deſcripſit, quod meminiſſe debent, quo nomine ſint inſigniti patres videlicet, atque idcirco curent de re ipſa egregie præſtare. Hinc Diuus Ambroſius in ſuo paſtorali, actio (inquit) congruat nomini, nomenque actioni, ne ſit nomen inane, & crimen inane, honor ſublimis, & vita decliuis. Et in quantum pater debet prelatus regularis procurare, quoad eius fieri poſsit, nihil de ſupplicijs cogitando monachorum vicia radicitus euellere, & eorum pie mederi vulneribus, & quando vt pater agit, poteſt iudicij forma omiſſa rem, vt ſibi libet, gerere, prout tradit d Panormitanus. Alia vero via procedunt prælati regulares, vt iudices, & tunc ſecundum allegata, & probata debent procedere, aut ſeruato iuris ordine, aut ſummarie de facto, ſiue de plano ſola veritate facti inſpecta, vt probat Abbas. Quando vero punitur ſecundum ſtatuta regularia, proceditur ſummarie de plano ſine ſtrepitu iudicij in quo non traduntur capitula, neque debent citare ad videndum iurare teſtes, neque admittitur appellatio, prout dicitur in iure, & declarat Ioannes Monachus, quod in cauſis leuibus locum abſolute habet, ſicut etiam laicis conceditur, cum de eorum leuibus cauſis tractatur, vt iura determinant e ciuilia. Quid enim turpius, aut religioſis inſtitutis pernicioſius, quam prælati monaſteriorum ipſa monaſteria perluſtrantes repererint, ſilentium frangere, carnes comedi, & alia leuia contra accidentaria religionis fieri? quæ emendare nequirent, niſi contentioſo iudicio adhibito, teſtibuſque examinatis? ſi his enim eſſent ſtricti, paterno nomine non digni iudicarentur, & cum ſint patres, nihil per calumniam dicturos, & facturos præſumitur: ſed tantum fratrum correctionem, & emendationem pie, & prudenter prætenſuros.

Pro cuius rei explicatione eſt aduertẽdum, q̃ in iudicandis monachorũ cauſis duplici ratione poſsũt vti prælati. Primo quidẽ cum nihil eorũ, quæ legibus perſcripta ſunt, omittitur, qui modus de iure ordinario à iuris peritis appella-

d Panor. in c. reprehenſibilis de appella. & in c. eũ continet de foro compe.

e Abbas in c. ſiquis con tra clericum & in c. cum contingat. de for. com pet.

appellatur. Altero, quando ſummarie, & de plano iudicia exercent. At iuris pontificij eruditi fere omnes abſtinendũ à priori ratione prælatis conceſſerunt, tum quia id contentionis genus cum monaſticæ inſtitutionis tranquillitate multum pugnat, tum quia eo pertinent monaſteriorum inſtituta, vt ſecundum ea omnis monachorum adminiſtratio temperetur, prout decitur in iure *a* Canonico. Et hinc eſt, quod aiunt *b* Panormitanus, & Lupus, ne ſcilicet prælati regulares in monachorum cauſis diſceptandis iuris apices proſequantur: ſi enim iuris apices eſſent ſeruandi, ſequeretur neceſſario, vt eſſent conſulendi iuriſperiti ſæculares, & numi ad eorum ſumptus ſuppeditandi, & alia eiuſdem generis incommoda, quibus ſanæ religionis candor maculatur.

a c. qualiter & quando & 2. de accuſa c. olim eodem tit.

b Panor. in c. ſiquis cõtra clericum & in c. cum cõtingat de foro comp. Lupus elle. 73. Felin. de modis procedendi cõtra monac. n. 19. & 20.

Sed eſt neceſſarium pro explicatione prædictorum notare, quid his verbis (ſummarie, & deplano, & ſola veritate inſpecta) importetur, & primo quidem animaduerto, ad iudicium alia pertinere, vt neceſſaria, atque (vt iuriſperiti loquuntur) eſſentialia, alia vero dicuntur accidentaria, vt ſunt ſolennitates iudicij, & prætermiſsis his accidentarijs, quæ ad ſolennitatem pertinent, particulæ, quæ nobis explicandæ proponuntur eſſentialia iudicij ſignificant, prout aiunt Panormitanus, Paulus, Cardinalis, Felinus. Hoſtienſis, *c* Romanus, Baldus, & Florentinus. Videamus igitur hæc eſſentialia per prædictas particulas importata, hoc verbum (ſimpliciter) remouet calumniatorias, & doloſas protelationes, inaneſque exceptiones: ita *d* Paulus, & Cardinalis, verbum (de plano) ſecundum Paulum ſignificat, vt abiecta ſolennitate ſedendi in loco ſolito etiam feriatis diebus procedatur in cauſa (ſummarie vero) id ſignificationis proprie ſibi vſurpat, vt quæ ad iudicij vim, & naturam attinent, ſolum requirantur, nec reis conceditur, vt teſtium iuſiurandum videant, ſed teſtium, & capitulorum exemplar eis tantum tribuatur, quod colligitur ex traditis à Bartolo, *e* & Baldo, & Franciſco de Aretio, & Felino: verbum (inſpecta ſola veritate) denotat, vt iuris omnis reijciatur pompa eo tamen vt ius naturale, aut gentium nihil incommodi patiatur. Ita *f* Abbas, & Florentinus. Ius autem gentium apud regulares ſunt conſtitutiones generales religionum, prout aduertit *g* Victorianus, Manſo,

c Paul. & Card. in ca diſpendioſa de iud. n. 42

d Bart. & Barld. in l. filius fam. ff. de donat. Feli. in c. dilecti de iudi.

e Abb. in d. c. dilecti, & in d. c. qualiter & quando & Florẽ. vbi ſu.

f Mãſus de cauſis regu. c. 17. pa. 27. in fi.

Ex quibus facile indagare poſſumus, quæ in cauſis monachorum dicentur neceſſaria, & cum natura omnibus comparatum ſit ſeſe tueri, atque defendere ab his quæ nocitura videantur, omnia, quæ ad defenſionem reorum pertinent, de iure naturali ipſis reis præciſe conceduntur. Hæc ad eſſentiam iudicij ſpectant argumento *h* iuris, & eorum, quæ tradunt Ancharranus, & Felinus, & defenſio reo tollitur, ſi Capitulorum, de quibus cauſa dicenda eſt, notitia denegetur oportet namque arma, quibus appetimur nos proſpicere, vt ab eis defendamus nos metipſos. Præterea huiuſmodi capitula, ſeu delationes ab actore pendent, ex quo efficitur neceſſario accuſatorem, aut denunciatorem, aut infamiam ad iudicium excitandum debere eſſe, de quibus in quæſtione tertia agemus, quæ quidem vſque adeò faciunt ad naturam iudicij, vt eorum altero detracto latrocinium potius appellari poſsit, quam iudicium. Nec in hac re aliqua eſt inter doctores diſſenſio: conceſsionem autem moræ, aut interualli, vt ſcilicet reus apte iuret, mihi inter neceſſaria cennumeranda ſentio, ſiquidem actio nulla niſi interuallo temporis conſici poteſt. Quam ob rem conſentaneum rationi non eſt temporis interuallum reo denegari, ne imparatus, & incautus cauſam dicere cogatur. Vtrum autem teſtium nomina, atque dicta ipſius rei aperienda de peccatis clericorum ius *i* clarum eſt: de religioſis vero diſcrepant inter ſe Doctores. Nam K Panormitanus partem affirmatiuam grauiſsimis rationibus adductis tuetur. At Hoſtienſis dicta quidem reo eſſe manifeſtanda aſſeuerat, ipſorum vero nomina ſilentio inuoluenda, cum hæc ad iuris ſolennitatem ſpectent, quæ ſolennitas non ſeruatur apud regulares. Non deſunt tamen Doctores grauiſsimi, quiſentiant, neque teſtium nomina, neque eorum dicta vlla ratione eſſe reo aperienda, quod quoad dictum primum valde probabile opinatur *l* Manſus. Nam cum monachis plurimum commodi ex animi tranquillitate procedat, nihilque ſic religionis quietem labefactet, ſicut teſtium

g Mãſus de cauſis regu. c. 17. pa. 27. in fi.

h l. defenſio. facultas de iure fiſ. lib. 10. Ancar. cõſ. 259 Feli. in cap. qualiter, & quando & 2. §. licet de accuſa.

i d. c. qualiter, & quando. & 1. K Panor. in d. c. olim. & in ca. qualiter & quan.

l Mãſus vbi ſup. p. 29.

nomina, cum ex ipſa acerbiſsima excitentur odia, vltiones expectentur, innumeraque perturbationum ſemina naſcantur: videtur quod in monachorum cauſis ſufficit ſi capitulorum notitia conceſſa defenſionis locus non excludatur: quod tamen fallit, prout ait *a* Panormitanus in criminalibus, ac grauiſsimis cauſis, & ſic in quadam *b* ordinatione generali noſtræ ſacræ Religionis præcipitur, vt in his cauſis criminalibus grauibus teſtium nomina pandantur, ne reus indefenſus ſuccumbat, ſi ipſe reus eorum nomina illi manifeſtari petat.

a Panor. in d.c. qualiter & quando.
b Ordi. Toler. ca. 6. de correct. de linq. fol. 41

ARTICVLVS II.

An antequam iudex procedat, debeat conſtare de delicto facto.

RESPONDEO dicendo, quod antequam iudex procedat contra aliquem delinquentem debet conſtare commiſſum eſſe delictum: Ita Bartolus, *c* & poſt alios tradit Antonius Gomez, adeo hoc eſt verum, vt ſiquis confiteatur ſe occidiſſe aliquem, & non conſtat de corpore occiſo, talis confeſsio ei non præiudicat, vt poſt Baldum, & alios tenet Iaſon. *d*

c Bart. in l. 1. §. tene illud. ff. ad ſilan. Comez de delict. c. 9 tit. de captu. n 2.
d Iaſon. in l. error. col. 2. ff. de iur. & fact. ign.

ARTICVLVS III.

Vtrum antequam iudex procedat contra aliquem delinquentem, debeat conſtare de delinquente.

RESPONDEO dicendo, quod Angelus *e* dicit, quod valet, & tenet inquiſitio, licet ignoretur nomen delinquentis, licet enim ignoretur perſona delinquentis, ad declarandam perſonam delinquentem fit inquiſitio, vt ait quædam *f* Gloſſa: at, vt hæc doctrina clarius pateſiat, quæſtionis reſolutio quinque comprehenditur dictis. Primum dictum eſt, quod quando procedit iudex per viam accuſationis, non poteſt procedere, niſi compertum ſit, quæ ſit perſona delinquens, & quæ ſit perſona offenſa, & ratio clara eſt, quia nemo poteſt accuſare, niſi ſit offenſus, debet nominare in accuſatione, quem accuſat, & hoc eſt de ſubſtantia in libello, vt ponatur nomen actoris, & rei, vt tenet quædam *g* Gloſſa.

e Ang. in §. quadrup. co. 2. inſtit. de actio.
f Gloſ. in l. 1. §. illud. ff. ad ſilan.

Secundum dictum, ſi iudex procedit per viam denunciationis, & denunciatio fit per aliquem viſitantem denuntiando de delicto commiſſo tunc iudex poteſt procedere ex officio, cum conſtet ipſi de delicto commiſſo. Si vero denuncians nominat aliquem, & non nominet delictum, non poteſt iudex contra illum denunciatum procedere, imo & ſi commiſit delictum ſimul cum delinquente, non procederetur contra delinquentem nominatum, donec conſtaret illum commiſiſſe delictum, ſaltem præſumptiue, & ita practicatur, & iuxta hoc debet intelligi doctrina *h* Bartoli.

g Glo. in c. 1. de libell. obla.
h Bart. in l. 2. §. ſi publi. nu. 7. ff. de adulte.

Tertium dictum, ſi iudex procedit per ſolam inquiſitionem ſine aliqua accuſatione, vel denunciatione, tunc aut procedit ad inquirenda delicta, aut ad punienda, ſi ſecundum, non poteſt procedere contra delinquentem particularem, niſi ſciuerit commiſiſſe delictum, vel ſaltem præcedat infamia. Ita loquitur Gloſſa, *i* quam ſequitur Dinus, licet Bartolus, & Baldus contrarium velint ſentire, ſcilicet quoad infamiam ortam ex illa generali imquiſitione non poſſet quis puniri, niſi delinquenti daretur copia indiciorum, & audiretur. Quam opinionem Baldi puto ſequendam, & à fortiori, in cauſis regularium, non enim poteſt regularis incarcerari, prout inferius dicetur, niſi conſtet plana probatione delictum commiſiſſe, quod in noſtro caſu à fortiori eſt aſſerendum, cum ſecundum ius naturale nullus inauditus iudicetur: quando vero iudex procedit per inquiſitionem ad inquirenda delicta, & non ad punienda, tunc quando inquiſitio eſt particularis, non poteſt iudex procedere niſi propter graue crimen. Ita Bartolus: K tunc enim quando eſt graue delictum, poteſt quis capi, & incarcerari, & ſi fuerit regularis delinquens, debet præcedere plena probatio ad hoc, vt in carcerem detrudatur. Verum eſt tamen, quod ſufficit ſemiplena ad hoc vt in cuſtodia reponatur, quæ in religione (caſa de la diſciplina) vocatur. Quando vero

i Gloſ. vbi Dinus & Bart. n. 7. d. §. ſi publ. Bald. in d. l. iubemus eod de probatio.
K Bat. in d l. ſi. publ n 10. & 11.

vero procedit per inquisitionem generalem, bene potest inquirere, & tunc inquisitio in delictis potest dici generaliter fieri tripliciter. Primo ratione personæ, & delicti, vt fit in inquisitionibus, quę prælatus facit in visitatione diœcesis. Secundo potest dici generaliter ratione delictorum, licet ratione personæ sit specialis, vt quando inquiritur contra iudices vel officiales in syndicatu, & quando prælati regulares visitant alios prælatos. Tertio dicitur generalis ratione personæ, licet ratione delicti sit specialis, vt quando inuenitur aliquis homo mortuus, & nescitur, quis fuerit. In omnibus his tribus casibus dicitur generalis inquisitio, & potest iudex procedere ad patefaciendam veritatem: & licet ex tali inquisitione non possint religiosi delinquentes puniri, possunt tamen recludi in custodia, prout colligitur ex traditis à Bartolo, a & Baldo, & Fortunio Garcia. Sed de his latius in quæstionibus sequentibus, & cum hæc non possint expedire, nisi visitando prouincias, ideo oportet, vt de visitatoribus agamus.

a Bart. in d. l. se publi. n. 3. & Bal. in d. l. iubemus. nu. 1. Fortu. in l. Gall. in primo n. 55. ff. de li. & post thu.

QVAESTIO. IIII.

De correctione fratrum, quantum ad visitationem in sex articulos diuisa.

Circa quam quæstionem sex quæruntur.

1 *An sint obligati generales ordinum mittere commissarios ad prouincias visitandas.*
2 *Per quos patres debeãt superiores prouincias visitare.*
3 *Vtrũ visitatores possint subdelegare.*
4 *Vtrum generales & prouinciales teneantur singulis annis visitare.*
5 *Quomodo visitatio sit fratribus proponenda.*
6 *Vtrum Episcopus aut eius prælatus regularis possit visitare capellanum regularem triennium qui aduersis ventis ad partes suarum diœcesum deuenit & ibi commoratur.*

ARTICVLVS I.

An sint obligati generales mittere commissarios ad prouincias visitandas.

RESPONDEO dicendo, syndicatum officialium fuisse adinuentum, quia princeps tenetur rationem reddere pro subditorum iniustitia, prout dicitur in quadam autentica. b Est autem syndicatio experimentum totius iustitiæ, & quia Cęsariani fraudum consuetudine omnia temere consueuerant, vt dicitur in quadam lege c causam dederunt, vt ab officialibus arcta postularetur ratio, quę per prius nõ tam scrupulosè inquirebatur: etenim visum est, vt quod officialis in officio comedit tempore syndicatus ad instar cibi digerat iuxta quasdam leges, d & si bene in officio se habuerit, laudes, prędmia consequatur, si n autem male puniatur, vt in toto vno titulo e traditur. Et ideo prælati inferiores syndicatum ægre ferre non debent, quia diuinum prędceptum est, vnusquisque reddat rationem villicationis suæ, vt dicitur in Euangelio. f Et Samuel, f sic ad populum affatus fuit, *Loquimini ad me coram Domino, vtrum bouem cuiusque tulerim, aut asinum, si quempiam calumniauerim, si oppressi aliquem, & si de manu cuiusquã munus accepi, & restituam vobis, & dixerunt, non es calumniatus nos, nec oppressisti: nec tulisti de manu alicuius quidpiam, & dixit ad eos, testis est Dominus, quia non inueneritis quidpiam in manu mea:* hoc autem multis comprobãt Speculator g Andreas Iserna, & Doctores communiter dicentes, omnes debere visitari, & syndicari iuxta vniuscuiusque conditionem.

b Autho. vt iudex sine quoquo suf fr. §. scriptũ exemp. c l. defensiõis facultas de iure fisc. li. 10. d l. 1. cod. vbi se vel clá. l. 2. cod. ad l. véleiã. l. 3. cod. de ratio. agi oportet. e Tit. vt iud sine quo quo suffra. 6. r. f Samuel. 1. Reg.

g Specula. in ti. de syndi. Iserni. in tit. quæ sint regalia bona condẽnatorum.

(.?.)

ARTICVLVS II.

Vtrum poſſint omnes eſſe viſitatores prouinciarum.

REſpondeo dicendo, quod oportet, vt in religione adſit frequens viſitator ex eodē ordine, qui poſsit fratrum intentiones perſcrutari, cui denuncietur, quæ incapite, & in mēbris corrigenda videntur iuxta decreta *a* Concilij Tridentini, & tradita à Nauarro, & licet aliquibus religionibus conceſſum ſit à ſede Apoſtolica, vt poſsint in capitulo aſsignare viſitatores, qui viſitent monaſteria in capita, & inmembris, hæc tamen conceſsio ciuili modo intelligenda eſt, dummodo ſcilicet non eligantur ſuſpecti, *b* tradunt enim Doctores, quod princeps dando iudicem non videtur permittere, niſi debito modo agatur. Talis enim præſumitur eſſe intentio in priuilegijs, qualis eſt legis ſcriptæ, & naturalis rationis ſecundum *c* Baldum, & princeps non præſumitur velle aliquid iniuſtum vt notatur in iure, & tradit Baldus. Vnde priuilegium concedens, quod poſsit capitulum generale eligere ſyndicatores ex ſuis fratribus intelligatur de idoneis, & habilibus argumento multarum legum, *d* & Canonum. Viſitatores autem ſuſpecti iuſte inhabiles ad viſitandum cenſentur, ſi enim priuilegium conceſſum ad eos eligendos ad iuſte ſuſpectos extenderetur, iniuſtum profecto iudicaretur, prout concludit Paris *e* de Puteo. Vnde videant, & attente attendant generales ordinum, quos mittant viſitatores, & ſyndicatores, an ſint ſuſpecti, an ſint habiles ad huiuſmodi miniſterium exercendum, non enim poſſunt inſtituere illos, qui in cauſis regularibus ignari reputantur, cum poſsit de illis ſuſpicari, quod per ignorantiam aliqua, quæ non decet, ſint facturi, & ſic in noſtra ſacra religione ordinatur, non prouideantur, niſi illi, qui fuerunt aliquando patres prouinciales, aut diffinitores in praxi cauſarum regularium verſati.

(.?.)

a Trid. ſeſſ. 25. de regu. c. 1. c. 8. Nauar. c. Nullam. nu. 20. 34.

b Docto. li bertus. l. 2. ff. de in ius vocan.

c Bald. in l. 1. apud quæ quæſt. feud.

d c. 1. de cōſti. lib. Bald. in autē hoc inter liberos de donatio. nibus. c. habeat eod de ſacroſ. in l. vt gradatim de mune. & honoribus. c. cauſam de reſcriptis.

e Paris de Puteo de ſindicatu. §. eſt tamen. circa prædicta Ord. To let. c. 7. de electio. fo. 61.

ARTICVLVS III.

Vtrum viſitatores poſsint ſubdelegare.

REſpondeo dicendo, quod ſi ipſi inſtituantur ad viſitandam totam vnam prouinciam cum plenitudine poteſtatis, poſſunt iure optimo ſubdelegare, licet enim habeant iuriſdictionem ſubdelegatā, cum hæc committatur ex plenitudine poteſtatis, videtur ipſis concedi autoritas ad ſubdelegandum. Quod tamen ipſis quando committitur facultas, vt perſonaliter viſitent monaſterium, non procedit. In hoc enim caſu non poſſunt inſtituere ſubſtitutum, prout tradit *f* Felinus, quia videtur electa perſonæ induſtria ad negocia, quæ per alium expediri non poſſunt, cuiuſmodi ſunt arbitramenta argumento cuiuſdā legis, & tradunt Oldradus, & Nicolaus Meroni, quando autem ipſis neceſſarium eſt delegare, & inſtituere commiſſarios caſu, quo ipſos poſsint inſtituere, hoc bene inſtructis & doctis fratribus debent committere, vt in quæſtione ſequenti dicetur.

f Felí. in ca. quoniā. §. is autem de offi. deleg. l. ſi quis arbitra. ff. de verborum obligat. Oldrald. conſ. 42 nupitius de fide treuga. & pace. q. 61.

ARTICVLS IIII.

Vtrum generales, & prouinciales teneantur viſitare.

REſpondeo dicendo, quod generales debent obſeruare conſtitutiones ipſorum ordinum, quæ determinant, quando debeant viſitare. Pro nunc videtur neceſſario dicendo, quod obligatur Miniſter Generalis cuiuſcumque religionis per ſe, vel per alium ſuam religionem viſitare, cum ſit ſupremum ipſius caput: neque in regula patris noſtri Franciſci Generalibus præcipitur viſitatio, ſed tantum miniſtris prouincialibus, prout explicat Diuus Bonauentura, & tradit g Corduba, & certe iure diuino tenentur prouinciales iudicialiter ſuos fratres viſitare, vt probant Doctores ex illo Lucæ *a* & *tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*: Quæ verba ad om-

g Cor. ſup. re. c. 10. q. 1.

a Lucæ. 22.

ad omnes prælatos referuntur, qui curam habent animarum, quod ipſum iure humano præcipitur omnibus religionum exemptarum prælatis, vt viſitēt omnia monaſteria inferiora, prout in Concilio Tridentino *b* ordinatur. Vnde Ordinarij, vt ſunt Prouinciales quotannis tenentur, monaſteria ipſis ſubiecta viſitare; vt renouans ius antiquum ordinat idem Concilium Tridentinum. *c* Et cum ſit hoc præceptum affirmatiuum, non debet imputari ad peccatum mortale Prælatis ipſam annuam viſitationem omittētibus, nō inſtante aliqua neceſſitate ſubditos corrigendi: cum finis ipſius præcepti eorū ſit correctio, quo ceſſante, ceſſat eius ſaltē in foro interiori diſpoſitio.

b Con. Tri. ſeſ. 25. de Regul. c. 10. & c. 20.

c Trid. ſeſ. 20. c. 8.

ARTICVLVS V.

Quomodo viſitatio ſit fratribus proponenda.

REſpondeo dicendo, quod primo debent Prælati proponere verbum Dei & de vita & conuerſatione fratrum inquirere, & delocis alijs diuino cultui deputatis inxta tradita in iure. *d* & ſtatim debet inquirere quomodo ſeruentur leges Eccleſiaſticæ, præcipue Concilium Tridentinum, cuius decreta ſummopere ſunt obſeruanda, & veneranda, ſicut in eodem Concilio cōmendatur. Et Pius Quartus in Bulla confirmationis eiuſmet Concilij inſtanter commendat, & ſtatim debet deſcendere ad præcepta regulæ, quibus fratres ſunt obſtricti quomodo obſeruantur, vt Præcipit Concilium Tridentinum e obſeruari.

d c. Rom. de cenſi. li. 6.

e Con. Tri. ſeſ. 25. de Regul. c. 22.

Denique debent inquirere fratres de ijs, quæ ſolent in viſitationibus generalibus perquiri, quæ conſulto omitto, cū vnaquæque religio in his proponendis & perquirendis ſecundum diuerſitatem ſtatutorum & obſeruantiarum Regularium ſuo abundet ſenſu. Aduertant autem Viſitatores id quod grauiter Hoſtienſis adnotauit, nempe eo pacto iuſiurandum debere exigi, vt quilibet dicat quidquid ſcit, vel credit, vel fama eſt, Nā ſi iuſiurandum exigitur de veritate aperienda de his, quorum tantum eſt interrogatio, reſpondens nullo iure cætera ad id etiam attinentia patefacere aſtringitur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Epiſcopus, aut eius Prælatus Regularis poſſit viſitare Capellanū etiam Regularem tremiū, quæ ad uerſis ventis ad partes ſuarum diœceſum deuenerunt, & ibi commorantur.

REſpondeo dicendo, quod videtur diſtinguendum inter triremes vnam claſſem conſtituentes quibus communiter præficitur vnus generalis iudex, vel inquiſitor, contra delinquentes, vel debitores, & inter alias triremes ſingulares, quibus nullus talis iudex præficitur. Diſtinguendum etiam videtur inter capellanos quos duces earum accipiant autoritate Apoſtolica, & alias legitima ad celebrandum, & adminiſtrandum ſacramenta eūtibus in illis, & alios capellanos, qui ſunt tantum vectores, & viatores tranſeuntes ex vna patria in aliam. Tertio videtur diſtinguendum inter exemptos, & non exemptos. Quibus ſic prælibatis dico primo, quod loquendo de omnibus capellanis certum eſt, quod iudex deputatus poteſt cognoſcere de illis, & ſi habet facultatem ad cognoſcendum etiam de exemptis Regularibus poteſt vtique de illis cognoſcere.

Dico ſecundo quod ſi non ſit iudex prædicto modo deputatus, videtur aſſerendum quod Epiſcopus poteſt iudicare, ac cognoſcere de illis perinde ac de illis viatoribus, & tranſeuntibus ſeruando vnicuique ſua priuilegia, & ius quod habent iure communi aut particulari, iuxta ea, quæ ex iure *a* colliguntur. Ita Nauarrus. *b* ex quo colligitur, quod non poteſt cognoſcere de Regularibus capellanis, niſi iuxta terminos Concilij Tridentini, & conſtitutionem Clementis Octaui, de quibus ſupra quæſtione prima. Cætera pertinentia ad viſitationē in tertio tomo in quæſtione de viſitatione lare dicentur.

a De priuil. 1. §. legatis. ff. de iudic.

b Nau. li. 2. conſi. 1. de foro comp conſi. 4.

Et cum hæc viſitatio quatuor modis poſſit contingere. Primo per viam inquiſitionis generalis. Secundo per viam inquiſitionis particularis, Tertio per viam denunciationis, Quarto per viam accuſationis, oportet, de his omnibus ſigillatim agamus,

DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL

QVÆSTIO. V.

De fratrum correctione, quantum ad inquisitionem, in vndecim articulos diuisa.

Circa quam quæstionem vndecim quæruntur.

1 *Quis & quotuplex sit inquisitio.*
2 *Quis potest inquirere.*
3 *Vtrũ ad inquisitionem generalẽ faciẽdã necesse sit quod præcedat infamia.*
4 *Vtrum in inquisitione generali possit inquiri de aliquo particulari.*
5 *Vtrum in inquisitione particulari possit procedi contra non infamatum.*
6 *Vtrum possit aliquis specialiter inquiri, non præcedente infamia, quando crimen est contra Rempublicam.*
7 *Vtruminfamatus de vno delicto possit de alijs inquiri, de quibus non est infamatus.*
8 *Vtrum iudex possit inquirere de genere alicuius, licet contra eum nulla præcesserit infamia generis maculati: & vtrũ non præcedente infamia possint contra aliquem procedere.*
9 *Vtrũ Prælati contra fratres possint inquirere, & eos punire super delictis quæ ipsos dubitatur commisisse.*
10 *Quid debeant inquirere Visitatores monialium.*
11 *Vtrũ crimina præscribantur, ita vt iudex contra criminosum minime possit procedere.*

ARTICVLVS. I.

Quid & quotuplex sit inquisitio.

RESPONDEO dicendo, quod inquisitio ab inquirendo importat inquisitionem alicuius præcogniti, quæ & iuridica, & Canonica dicitur, si fiat secundum Iura. & Canones & est triplex secundum Parnormitanum, *a* scilicet, generalissima, qua inquiritur super statu totius prouinciæ, vel diœcesis, & generalis, qua inquiritur super statu alicuius ciuitatis, vel monasterij aut loci, & specialis, qua inquiritur contra certam personam, siue ad imponendam pœnam, siue ad peccatum euitandum ex debito officij, vel dic, quod est triplex. Prima scilicet. Generalis simpliciter, ideſt, quantum ad personas, & delicta, vt cum Præses inquirit, an sint homines facinorosi, de qua in quadam lege *b* Et secunda specialis simpliciter, ideſt quantum ad personas, & delicta, vt cum de certo & limitato crimine contra rectam & limitatam personam Præses, vel Prælatus inquirit, de quibus in alia lege. *c* Tertia generalis, simul ac specialis secundum quid, siue sit generalis quoad personas, & quoad delicta specialis, vt dum Præses inquirit contra eos, qui Titium occiderunt, de qua in alia *d* lege, siue è contrario sit generalis quoad delicta, & quoad personas specialis, vt cum Prælatus inquirit in syndicatu.

a Panor. in ca. qualiter, & quando. 2. de accusat.

b l. cõgruit. ff. de. offi. præsid.

c l. ea quidẽ C. de accus.

d l. mãdatis de cõdit. ob trup. causã.

ARTICVLVS II.

Quis potest inquirere.

RESpondeo dicẽdo, quod quilibet Prælatus inquirere potest contra subditũ suum, imo tenetur, ne subditorum sanguis de manibus eius exquiratur in die iudicij, prout dicitur in iure. *c* Et aduertant Prælati Regulares, quod non debent committere alijs non bene instructis & doctis fratribus inquisitionem delicti alicuius fratris, quæ debet fieri per testes sæculares, cum in causis clericorum, & monachorum criminalibus à testimonio & denunciatione laici repellantur, iuxta sacros Canones *f*. Et tradunt post alios Couarruuias Iulius Clarus, Menochius, & est communis opinio secundum Viues, & sic aduersus monachos caute sunt inquirentes, & iudices constituendi, cum non minima difficultas consistere videatur in examine culpæ ad capiendum, seu citandum aliquem clericum, aut monachum. Vnde eunctis Ecclesiæ iudicibus, & prælatis regularibus lubens consulerem, vt causæ omnes clericorum

e Cap. de ir refra. de offi. ordin. c. vl. de irreg. f Cap. decæterò. de vlt. Cou. pract. qq. c. 18. n. 2 Clar. l. 5. recep. sen. c. 8 n. 10 &. q. n 21. & q. 74. n. 9. Mer. l. 3. de testam §. 22. nu. 73 Viues commun. opin. fo. 282. verũ testificari. possunt.

rum, & monachorum, præsertim ex incontinentia procedentes caute & sub debito secreti sigilio agantur. Nam verecundi & bonæ famæ Ecclesiastici & Regulares viri, qui forsan humana fragilitate in incontinentiæ peccatum dilabuntur, mallent vtiquo grauiori pœna, ac censura corripi, quam publice leuissima pœna corripi, seu protinus absolui. Quod ex eo potissimum facere astringuntur dicti iudices Ecclesiastici & Regulares: quia laici, qui vitijs diditi sunt, quasi iam suorum criminum pares fecisse lætãtur, ac inde ansam suscipiunt in eisdem crimi nibus indurato animo permanẽdi, ac ignobile vulgus rumorum auditor lubens non solum similia credit, sed multiplicat, vnde sæpius quos imitari & venerari deberet spernit vtique. At si monachorum crimina, publica fuerint, tunc Apostolus monet, publice peccantes palam esse corripiendos, vt quos exemplo suo ad malos mores prouocauerunt, suæ emendationis testimonio ad rectam reuocent vitam, & adhuc, Prælatus hoc publicæ pœnitentiæ genus (si expedire iudicauerit) in alium secretũ, poterit commutare, iuxta decisionem Concilij Tridentini. a Quando autem laici possint esse testes in causis monachorum, vide in quæstione b de correctione fratrum, quo ad testes contra eos de ponentes,

a Tr. sess. 24. c. 8.

b Infra hoc 10. q. 10. a. 5.

ARTICVLVS III.

Vtrum ad inquisitionem generalem faciendam, necesse sit quod præcedat infamia.

REspondeo dicendo, quod ad inquisitionem generalem faciendum non est necessarium quod præcedat infamia, neque quod adsit accusator, neque denunciator, prout resoluit doctissimus Soto. c Vnde Prælati Regulares quando huiusmodi inquisitionem fratribus volunt intimare, debent ipsi quandam breuem paternis visceribus comitatam facere exhortationem qua facta debent statim visitare sacro sanctam Eucharistiam, & Sanctas reliquias & oleum sanctum. Quibus visitatis solicitudine Marthæ æstuantes ad enfermeriam, & officinam conuentuum debent se conuertere, vt oculis proprijs perspiciant, quomodo ea quę ad cultum diuinum pertinent, & ad curandos infirmos sustentadosque decenter fratres se habeant. Quibus peractis statim debent vocare fratres sigillatim inquirendo de his, quæ in superiori quæstione d satis diximus. Aduertant tamen Prelati inquirentes quod non recipiant denunciationem, nisi firmatam à denunciante. Et si dixerint nihil ipsos scire, quod denunciatione sit dignum, obstringant id ipsum propria manu firmare, ne peracta inquisitione aliqua animi maleuoli superueniẽte occasione scribant se multa digna correctione ad denunciandum habere. Aduertãt deinde ad quandam singularem doctrinam Hostiensis, e quod post & ante visitationem, & inquisitionem generalem non debent passim, Prælati recipere chartulas, quas monachi contra Præpositos suos clanculo offrerunt. Nec tamen debent esse nimis increduli, solent enim hæ manifestationes non vulgare commodum & vtilitatem reportare, si iudex maturo consilio, & prudentia veritatem indagauerit, vel saltem legitimam causam inuenerit, vt seruato iuris ordine, ad inquisitionem criminis, deueniat, non tamẽ supradictis capitulis aliquo modo procedendum est, etiam si in ipsis copia testium adhibeatur, cum capitula illa extraiudiciali ter fuerint producta, & si aliter fieret, ipse processus esset ipso iure nullus, vt scribit Iulius Clarus f affirmans apud suos iudices ita seruari,

c Soto de de teg. sacr. q. 6. inéb. seq.

d Ant. fin.

e Hostiẽ. de inquisi. §. 2. v. væantem

f Clarus in pract. crim. §. fin. q. 1. v. Scot. enim,

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in inquisitione generali de aliquo particulari possit inquiri,

REspondeo dicendo, quod non potest prælatus in inquisitione generali de aliquo fratre particulari interrogare, solum enim ipsis licet inquirere, quis tale commiserit delictum, prout infra dicetur, nisi aliqua persona sit infamia notata, quod tale commiserit crimen. Nemo etiã in inquisitione generali obligatur delictũ à se etiam publice commissum manifestare, non enim delinquẽs tenetur se prodere, nisi legitime sit interrogatus. Vnde Doctores communiter, teste Soto, g aduertunt, inquisitionem generalem non esse iudicium, sed præambulum ad iudicium, & sic iudex prius in ea inquirit, vtrum sit aliquod vitium contra comm

g Sot. de de teg. 2. p. q. 7 a con. 3. dub 1.

communitatem, & vtrum ſit aliquis delinquens de hoc crimine infamatus, & poſteà adhibitis teſtibus, iudicium in eo fit, prout tradunt Albertinus, *b* & Bartolus, & iure manifeſto confirmatur. Videamus ergo de inquiſitione particulari.

b Alber. in aſſer. q. 34. n. 6. Bart. in l. fina. ff. de quæſt. c. fin. de hæret.

ARTICVLVS V.

Vtrum in inquiſitione particulari poſſit procedi contra non infamatum.

REſpondeo dicendo, quod inquiſitiò particularis alicuius perſonæ, quæ ad eius correctionem ordinatur, debet ipſa perſona laborare huius delicti infamia, vt quando indicia grauia, notoria contra ipſam probantur, ita quod ſi iudex contra eum hoc caſu non procederet, ſcandalum caueret, prout reſoluit Nauarus, *a* dixi, (indicia grauia) ſi enim non ſunt grauia, non ſufficiunt ad procedendum per viam inquiſitionis, bene tamen per viã accuſationis. Non enim debent Prælati permittere de aliquo occulto crimine accuſantes clericum apud eos, niſi debitorem prius ſibi obtulerint, aut videant, quod dicti officiales ſufficienti probatione, aut legitimis indicijs moniti cauſam ipſam aggrediuntur, prout dicetur infra, vt poſt Nauarrum *b* tradit Soto. Tũc autem erunt indicia grauia, vt per viam inquiſitionis poſsit iudex procedere, quando ex ipſis euidenter poteſt malè præſumi, nulla in ipſis indicijs ad bene præſumendũ cõiectura aſsiſtente vt ſunt indebita oſcula, & amplexus cum mulieribus. Tunc autem erunt leuia indicia, quando alicuius peccati coniectura adeſt, & magnum alicuius boni indicium, ita vt ex illis ſuſpicio leuis oriatur. Verbi gratia, ſi aliquis bonæ famæ religioſus ſimul cum muliere in loco malæ ſuſpicionis digno alloqueretur, hoc enim indicium ad infamiam non ſufficit. Denique non eſt licitum iudici inquirere de aliqua perſona particulari ratione alicuius criminis occulti non infamata.

a Nauar. in man. c. 8 n. 38. & c. 28. n. 35. & 137.

b Naua. vbi ſuo. Soto li. 5. de iuſt. q. 6. ar. 2. & de deteg. ſecr. memb. 2. q. 6. con. 8. dubio. 1.

Et vt hoc melius intelligatur, exemplo rem confirmare neceſſe eſt. Eſt hic Petrus, de quo tres, aut quatuor denunciat dicentes ipſum cum quadam muliere accubanten vidiſſe, cuius criminis non eſt *P*etrus infamia notatus, denunciantes enim ſecreto Prælato, crimen ſunt manifeſtati: in hoc caſu nõ poteſt *P*rælatus publice delinquentem punire, nec poteſt vocare alios teſtes, vt de eorum vita inquirat, vt eſt deciſum in iure, *c* in quo multa loca ſacræ Scripturæ in confirmationem huius veritatis adducuntur. Ex quo colligitur male agere prælatos Eccleſiaſticos, & Regulares publice ſuos ſubditos punientes nulla præcedente accuſatione ratione criminum occultorum, quæ commiſerunt propter tres aut quatuor teſtes de ipſis criminibus teſtificantes, nulla contra eos infamia præcedente, & ſic refert *S*alzedus *d* in confirmationem huius doctrinæ nouiſsimam & egregiam deciſionem quæ in prouinciali Concilio *e* Toletano anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo quinto ſtatuta eſt, quæ ſic loquitur. *Promotor fiſcalis apud Eccleſiaſticum iudicem neminem deferat, niſi quem legitima, ac frequens grauet in famia. Neque ex ea delatione iudices inquirere audebunt, imo priuſquam ad inquiſitionem procedant, diligenter curẽt inueſtigare, an ea infamia à maleuolis, an á pys viris, & honeſtis orta fuerit.* Hæc ibi: & quia hic diuinus ordo, & modus procedendi ab aliquibus iudicibus Eccleſiaſticis, & regularibus non ſeruatur, volentes ad euitãdum aliquod in ſuo ordine ſcãdalum futurum, legem diuinam, & canonicam potius violare, iuſto Dei iudicio incidunt in Scyllã, volentes vitare Charybdin, permittente Deo, vt publica & grauia peccata à ſuis ſubditis perpetrentur: quorum criminum occaſione eorum religio maxime deluſtratur.

c Inquiſitio & ca. qualiter & quando. de accu.

d In ſua pract. cri. ca. 6. num. 4. ver. aggrediuntur. & c.

e Con. Tol. ar. 2 cap. 12.

Magnopere attendant Prælati ad ea quæ charitati Dei, & proximi ſunt annexa, & omnia ſubijcientur eis: & vt debita procedant charitate, notent, quod quando delictum fratris teſtibus non poteſt probari, & confeſsione delinquentis nõ comprobatur, tenentur ſuperſedere, vſque dum aliquid contingat, quod delictum reddat notorium, & manifeſtum, ita, vt delinquẽs poſsit iuridice conuinci: tenentur tamen hæc exequendo charitatem proximi ſemper præ oculis habere, conſiderando delinquentis humorem, ſi enim ex punitione delicti non ſperatur ipſius emendatio, imo è contrario eſt certa eius pertinacia, & induratio

ratio erit conſultius in eo caſu pro tunc delictum quo ad fieri poſsit diſsimulare. Pro quo notanda eſt quædá Abbatis *a* doctrina qui arbitratur, quod ſi clericus concubinarius efficeretur deterior, ſi cõpelletur præciſe ad dimittendam concubinam, quod tunc Prælatus tolerando ad tempus peccatum non committit, quod dicit notandum Stephanus Auferius *b* At Bernar. c Diaz de Lugo in ſua practica criminali ait: Aduertant autem Prælati omnes, & eorum vices gerentes, ne huius doctrinæ colore in vitiorum correctione torpeſcant, ſed cum talis toleratio facienda fuerit, certiſsimæ adſint coniecturæ deteriorationis, quã certe limitationem dignam ſuo autore iudico, licet enim pœnæ Canonicæ non ponantur in vltionem delicti, & ſit principaliter reſpectu publicę vtilitatis, prout ſunt pœnæ Iuris Ciuilis argumento aliquarum legum, ſed ſimpliciter imponantur, vt delinquens pœniteat, & ſaluet animam ſuam, & ſic principaliter imponuntur propter vtilitatem priuatam, vt de pœna perpetui carceris, patet ex iure. *d* Patet enim in detentione in monaſterio, vt ex alijs Canonibus *e* facile colligitur. Vnde tales detruſi dicuntur pœnitentes, & ſic clerici detruſi in monaſterijs vel etiam in perpetuis carceribus dicit quædam Decretalis *f* eos ibi detrudi, vt agant pœnitentiam. Non tamen poteſt negari, quod ipſæ pœnæ Canonicę ordinatur in publicam vtilitatem, cum proprium & peculiare munus Prælatorum ſit, ſubditorum crimina & ſcelera punire, eorumque vitia redarguere, & eis ſit ſumme cauendum, ne ſubditi ſint criminoſi, & ne inhoneſtam vitam agant, vel prauis & corruptis ſint moribus. Et in concilio *g* Tridentino ipſis præcipitur, & commendatur, & hoc non ſolum vt ipſi ſubditi emendentur, ſed alij timore pœnę corrigantur, & religio à peccatis eam maculantibus præſeruetur. Tenentur Prælati ex officio paſtorali illis commiſſo non diſsimulare pro aliquo tempore peccatum, ſi ex tali nimia indulgentia aliorum religioſorum ruina ſuſpiciatur. Et dato, quod ſine timore ruinæ aliorum fratrum vnius delictum pro aliquo tempore diſsimulari prudenter poſsit, non libere cã ego prælatos à peccatis, ſi ita tale peccatum diſsimulaſſent, vt ipſum pro tunc impunitum relinquerent punitione paterna, non iudiciaria ipſum ſecreto coram fratribus grauibus ſalubriter corrigendo cum adminiſtratione præcauendi peccata ſub pœna quod contra ipſum iudices debent procedere vt tenetur. Nam Chriſtus Dominus nobis hanc legem præſcripſit dicens: *h* *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum, ſi autem te non audierit, dic Eccleſiæ, & erit tibi tanquam ethnicus & publicanus.* Denique ſi facta dicta ſecreta admonitione & correctione ſubditus ad meliorem frugem reſipiſcit, non poteſt Prælatus amplius de eius cauſa, vt iudex cognoſcere, ad exemplum boni, & prudentis Medici, qui ſi poteſt vulnere mederi abſciſſo digito, non abſcindit totam manũ, prout colligitur ex traditis ab Aragon. *i*

Aduertant autem Prælati quid circa prædicta dicat Diuus Antoninus: *k*

Subditorum vitia prudenter diſsimulanda ſunt, ſuo tempore vindicanda vt videlicet delinquens deprehenſus toleratus tamen arguere culpas erubeſcat, ſeque ſe iudice, puniat, nonnulla vero aperte cognita maturè toleranda ſunt vt congua opportunitate corrigantur, quædã vero occulta ſalubriter ſunt perſcrutanda, vt quibuſdã ſignis cõpetẽtibus Rector, quod in ſubditorum mente clauſum habet, inueniat, & ex minimis maiora cognoſcat, ſeruatis tamen in omnibus ſecreti contegendi iure, & ratione, quam periti Theologi tradiderunt. Non nulla tamen ſunt leniter arguenda, nã cum non malitia, ſed ſola ignorantia, vel infirmitate peccatur, magno moderamine delicti correctio tẽperetur, vbi autem morbi grauitas correctionis aſperitatem poſtulat, ea non denegetur, imo & cauterium apponendum eſſe conſtat. Hæc Antoninus.

Contemplentur etiam Prælati, quid Vmbertinus vir pijſsimus, *l* atque doctus circa hoc dicat, enumerans enim cauſas ob quas à corre

a Abb. in c. vt clericorum de vit. & hon. cler.

b Aufrer. in Clem. 1. de oſſi. ord. cõ. 15.

c In pract. de concub. c. 79. in fine

d Ca. Nouimus infi. de verb. ſig. & inc. quãuis. de pœnis li. 6.

e Ca. Rom. 85. diſt. ca. tuæ. 1. de pœn. c. ſi illæ. 50. diſt.

f Cap. vt famæ deſent. excom.

g Seſſ. 6. de refor. c. 3.

h Math.

i Arag. 2. 2. q. 67. ar. 3. in fine.

k Ant. 3. p. Sum. tit. 19 c. 11. §. 6.

l Vmbre. in reg. D. Aug. ſuſ. c. 164.

à correctionibus prælati frequenter deſiſtunt, ita ſcribit.

Contingit interdum, vt Prælati tranſgreſſiones aliquas non corrigant, aut ex puſillanimitate cordis, aut ex humilitate ſuperſtitioſa, aut diffidentia proficiēdi, aut ex ignorantia, quod fratrū culpas ignorant, ſed nec curam ad eas cognoſcendas adhibeāt, aut rurſus propter pacem propriam, quam turbare nolunt, aut propter verecūdiam conſcientia eos accuſante, alios corrigere non audent, aut propter timorem odij verentes, ne in ſubditorum incurrant indignationem, aut propter Prælationis amorem, & deſiderium, quam amittere formidant ſubditos contra ſe huiuſmodi prouocantes correctionibus, aut ob defectum zeli, aut denique ex negligentia quæ in Prælationis ſtatu maxime damnanda eſt. Attendant ergo Prælati, & ſi quando ab opportuna correctione ceſſet, videāt quo fine, vel ratione ducantur, & hanc diligenter examinent, ne eis ob aliorum crimina in profundum demergi contingat. Hæc Vbertinus,

ARTICVLVS VI.

Vtrum poſſit aliquis ſpecialiter inquiri, non precedente infamia, quando crimen eſt contra Rempublicam.

REſpondeo dicendo, quod quando crimina ſunt contra Rempublicam poteſt iudex procedere perviam inquiſitionis contra delinquentem, etiam ſi contra ipſum non ſit aliqua probata infamia, & delicto probato poteſt publice puniri. Ita tenent Doctores, *a* qui vno ore fatentur, quod quando crimina ſunt atrocia, etiam ſi delinquentes non infamia notentur, poſſunt publicè puniri.

a DD. in cà. qualiter & quando el. 2 de accuſa.

Pro cuius rei explicatione eſt notandum, aliqua peccata fieri contra communitatem & ſunt illa, quibus delinquentes principaliter damnum Reipublicæ intendunt, & ruina publica prætenditur, vt eſt crimen læſæ maieſtatis, diuinę & humanæ, & furtum publici ærarij, & homicidium alicuius hominis eminentis, à quo ſalus Reipublicæ pendet, cum in omnibus his caſibus intendat delinquens Reipublicæ ruinam, prout reſoluit Soto, *b* quia ait, quod huius ſpeciei eſt in via publica latrocinia committere, cum huiuſmodi latrocinijs vijs publicis immediate fiat iniuria, & aliqui addunt, quod ſubornationes in cathedris, & in beneficio rum concurſu ſunt peccata contra communitatem, quando pro indignis ſubornatur. Et huius opinionis eſt doctiſsimus Soto, *c* cuius ſententiam amplector, cum per huiuſmodi peccata ex ſua natura damnum alicui comunitati inferatur immediate. Dicunt etiam aliqui, quod crimen nefandum eſt huiuſmodi ſpeciei propter ſuam grauitatem, imo affirmant, quod crimen fornicationis religioſi in eadem claſſe collocatur, cum ex eo ſi ſciatur & publicetur, tota communitas ipſius religioſi infametur. Sed qui in hac perſiſtunt opinione, tota aberrare videntur via, cum prædicta crimina ex ſua natura nociua non ſint communitati. Eſt tamen aduertendum, quod peccatum blaſphemiæ ſemper eſt viſitandum, etiam ſi coram paucis committatur, nulla præcedente infamia, attento, quod huiuſmodi peccatum committentes ſunt homines abiectæ vitæ, & morum ſuam famam paruifacientes: oportet tamen, vt correctione fraterna prius admoneantur, qua ſi non ſint emendati ad denunciationem poteſt deueniri.

b Sot. de ie gend. ſecr. memb. 2. q. 4. con. 3.

c Soto.

ARTICVLVS VII.

An infamatus de vno delicto poſsit de aliis inquiri, de quibus non eſt infamatus.

REſpondeo dicendo, quod infamatus de aliquo delicto, de hoc, & non de alio poteſt fieri inquiſitio, niſi ea crimina ſint adeo connexa, vt de vno non poſſit cognoſci ſine eo, quod de alio etiam cognoſcatur. Vnde Iudex ſæcularis de concubinarijs inquirens, videns aliquem concubuiſſe cum moniali poteſt incidenter cognoſce-

noscere de sacrilegio, etiam si dicti sacrilegij minime infamia præcesserit, & sic quod dicimus in hoc articulo, tantum habet locum cum agitur de criminibus disparatis, prout Dominus Caietanus, *a* & Soto, affirmant, & per consequens non potest Iudex inquirere de complicibus, nisi de eis, contra quos adest aliqua infamia, & indicia. Verum est tamen, quod si crimen, de quo inquiritur, est Reipublicæ nocium, vt sunt peccata contra Rempublicam, in hoc casu de complicibus est inquirendum etiam si contra eos nulla præcesserit infamia.

a Caie. 2.2. q. 69. art. 2. Soto vbi su. q. 9. dub. 5. con. 5.

ARTICVLVS III.

Vtrum Iudex possit inquirere de genere alicuius, licet contra eũ nulla præcesserit infamia generis maculati: & vtrũ non præcedente infamia possint cõtra aliquos procedere.

REspondeo dicendo, quòd Iudices inquirentes de genere alicuius non vt propterea aliqua pœna correspondẽte delicto puniatur, sed vt videatur, an aliquo canonico impedimento, aut inhabilitate teneatur, quo minus ad dignitates sæculares, Ecclesiasticas, aut Regulares promoueatur, aut in his post electionem confirmetur, aut ne post earum consecutionem possideat non peccat etiam si is, de quo inquiritur, nulla infamia respectu huius inquisitionis sit irretitus, sicut non est necessarium, vt prædicta infamia præcedat ad inquirendum, an volens cum aliqua contrahere matrimonium sit aliquo impedimento obstrictus, aut aliqua generis maculati pollutione fœdatus prout notatur in Iure, *a* Ex quibus educitur posse prouinciales optimo iure inquirere meritorum, aut demeritorũ, illorum, quos de aliquibus prælationibus intendunt prouidere, etiam si illorum demeritorum nulla præcesserit infamia. Possunt etiam iudices punire delinquentem, qui confessus est peccatum coram multis, etiam si eius nulla præcesserit infamia, contra ipsum ex eius confessione adest plusquam acclamatoria insinuatio. Dixi (coram multis) si enim ipse coram vno, aut duobus fuerit, aut coram Prælato tantum nulla vi coactus suum fuit delictum confessus, aut si Prælatus inuenit epistolam ab ipso obsignatã, manuque eius scriptam, qua se tale peccatum perpetrasse indicauerit, non potest prælatus contra ipsum perviam inquisitionis procedere ipsum iuridice puniendo: potest tamen eum paterna correctione visceribus paternitatis innixa emendare, nisi crimen sit contra bonum publicum, in hoc enim casu non tenetur prælatus has subire metas, possunt tamen iudices procedere contra eos, qui coram metipsis deliquerunt, & contra eos, qui aliquod crimen in præiudicium tertij cõmiserunt. ad officium enim iudicum spectat iniurias factas aliquibus compositione repellere. Et sic procedere possunt per viam inquisitionis, nulla præcedente accusatione aut infamia contra eum, qui occidit fratrem, aut aliquod commisit furtum, dummodo contra eos denunciatio intimetur, in his enim casibus denunciatio vim obtinet accusationis ad effectum veritatis huiusmodi indagandæ, iniuriasque punitione iuridica propellendi, prout doctissimus Soto *b* aduertit.

a Doct. in c. postquã, & c. cũ dilecta & ca. nihil, de elect. c. fina. de clandest. despõ. Inno. in ca. nihil. de excess. præl.

b Soto vbi su. con. 3. & q. 6. con. 1. dub. 2.

ARTICVLVS IX.

Vtrũ Prælati cõtra fratres possint inquirere & eos punire super delictis, quæ ipsos dubitatur commisisse.

REspondeo dicendo, non debere procedere Prælatos contra monachos per viam punitionis, seu pro crimine, de quo dubitatur, vtrum ab ipsis fuerit commissum, imo debent prælati circa ipsos bonam concipere opinionem nihil omnino in publico de ipsis diffidentes habentes se circa ipsos simplices, vt columbæ, prudentes autem sicut serpentes, vtentes cautelis & iustis simulationibus omnia remedia apponentes, quibus mala, & peccata ab ipsis committenda possibiliter impediantur: sunt enim iudices, & prælati super speculam constituti, vt hæc prouideant, neque per viam inquisitionis possunt in aliquo famam ipsorum denigrare, vsque dum de delicto constet, & ipsi infamia sint notati iuxta superius annotata iuridice.

Pro explicatione autem prædictorum est notandum cum D. Thoma *a* duplex esse iudiciũ. Alterũ vocatur iudiciũ secundũ suppositionem, quod contingit, quando Prælati

a 2.2.q. 6. ar. 4. ad 3.

lati in visitationibus de curâdis defectibus suorum subditorũ agunt supponentes ipsos vt homines potuisse delinquere, & huic tãtum iudicio innitentes, nihil contra ipsorum infamiam possunt agere. Alterum est iudicium secundũ diffinitionẽ, secũdum quod attenta lege diuina omnia indifferentia in meliorem partem tenentur accipere, in peiorẽ enim partem illa sumentes officium nõ patris, sed iniqui iudicis vsurpabunt. Ex his colligitur, quod prælati Regulares priori iudicio accincti non perperam agunt, quãdo post inquisitionem generalem ad alias domos transmittunt fratres de aliquo delicto, aut conuersatione indiciatos mala, licet de his minime sit infamia respersa. Hoc tamẽ grano salis est ab ipsis opere exequendũ famã subditorũ præ oculis habendo, hæc enim negligentes, zelantes maxime honorẽ monasterij incidunt in foueam, quã fecerunt transmittentes fratres statim post visitationem, ex qua subita, & non opportuna mutatione maxima infamia circa fratres, & monasteria sæpesæpius insurgit, & ea, quæ tantũ à populo leuiter suspicabantur pro veris à populo maligno, & male cõtra religiosos suspicare prædicãtur, sicut ego expertus sum aliquãdo euenisse. Considerent hæc Prælati, & in visitationibus Deũ semper præ oculis habeãt, qui odit Prælatos præcipitatos, & furore & iracundia anhelantes, & fratres secreto indiciatos statim post visitationem minime transmittant, nec hæc sine peccato possunt ab ipsis fieri. Inopportuna enim huiusmodi mutatio trãsmutato fratri & monasterio parit sæpesæpius infamiam, & dolor indiscretus ipsorum Prælatorũ no solũ in fratrem indiciatũ, sed etiã in eius monasteriũ, & congregationem conuertitur, & sic prudenter hanc secretam pœnam tenentur dilatare admonendo secreto prælatum localem monasterij vt clausuram monasterij faciat custodiri, & vagationes fratrum summopere euitet, & si aliquando necessitatibus cogentibus aliquos extra monasterium transmiserit, taliter associentur vt bonus socius fratrem suũ lucretur, & religio aliquo malo exemplo nõ delustretur. Attendant, quod in huiusmodi documentis adhibendis ità generaliter debent ipsi prælati docere, & de his admonere, vt de particulari aliquo religioso minime infamato, nullum verbum faciant, hæc enim faciendo infratrẽ suum peccabũt. Ex his etiam colligitur, quod imprudenter agunt aliqui indiscreti prælati, qui inquisitionem facientes statim humeris subditorum imponunt præcepta incõportabilia, ipsis in virtute Spiritus Sancti præcipientes, ne domos aliquas ingrediãtur, ad quas publice confluebãt, in his enim repentinis obedientijs, & excõmunicationibus latæ sententiæ appositis suspicio populi maleuoli cõfirmatur, matronæ nobiles & deuotæ in suæ deuotionis recõpensam à prælatis aliqua infamia notantur, & exurgunt à somno clamorosę insinuationes, quibus illud, quod iam penè sepultum erat, à mortuis, vt ita dicam resurgit, quã resurrectione maleuoli populi acuunt linguas suas, sicut serpentes, & sepulchrum patens est gutturecorum, linguis suis contra religiosos sanctæ & honestæ vitæ agunt, qui vitã honestã, & sancti ipsi vt veri amici Dei corda peccatorum ferire prætendebant, quod magis in populis paruæ notæ, quam in ciuitatibus magnis contingere experientia cognoui. Ex quo cõsequens fit, vt maiori prudentia opus sit in his opportunis remedijs adhibendis, quando aliquid secreto emendandum & corrigendũ contingit in monasterijs oppidorum, quam in his, quę in ciuitatibus magnis erecta sunt.

ARTICVLVS X

Quid debeant inquirere visitatores monialium.

REspondeo dicendo, quod visitatores monialiũ solicitum studiũ debẽt diligenter impendere, vt moniales ipsæ pannis sericeis variorũ fodiaturis, sandalitijs comatis, & cornutis crinibus, scaccatis, & virgatis capaciolis, non vtantur, non choręas non festa sæcularium sequantur, non voluptuosam alias vitam ducant, easq; solertius retrahere ab insolentijs quibus libet, & mundi huius illecebris, & inducere eas dem ad impendendum in monasterijs suis deuotum, & debitum in toto Domino famulatum, & electas Abbatissas inducere ad benedictionem infra annũ à tempore confirmationis computandum, nisi subsit causa rationabilis, alias cadent à iure suo, vt plenius in Iure notatur. Debet etiam visitator attendere omnia quæ habẽtur in cap. 1. de statu monachorum lib. 6. videlicet circa clausuram monialium, & quod vltra facultates nulla nouitia recipiatur, & quomodo fieri debeat homagium & fidelitas dominis temporalibus & sæcularibus, & quid agendum, quãdo in sæculari

a Cap. 1. de statu monachorum.

& Eccles-

& Eccleſiaſtico foro cauſas habent. Abbatiſſæ verò, & Prioriſſæ Regulares tã ſuũ monaſterium, quã inferiora ſibi ſubiecta viſitare poſſunt, & debent, ſi tamẽ clauſurã exire nõ poſſunt tanquam iniuſtè impeditæ debẽt, & poſſunt per aliũ etiam maſculũ omni exceptione maiorem viſitare, vt notat quædam Gloſſa, *a* quæ allegat ſic tenere Archidiaconum, & adde, quod ſi Prælatus exceſſerit in viſitando, prælatus, cuius eſt Vicarius, tenetur pro exceſſu, vt argumento aliquorum Iurium tradit poſt alios Ioannes Franciſcus Pacinus. *b* Hæc de iure antiquo, at ex Concilio Tridentino vbi eſt receptum, iã ad viſitãdũ non poſſunt dictæ Abbatiſſæ exire.

a Gloſſa in clemen. Attendentes de ſtatu Regula. c. epiſcopum 10. q. 1. & ca. inter de offi. Archi.

b Pacin. de viſit. 1. q. 2. n. 20.

ARTICVLVS XI.

Vtrum crimina tempore præſcribantur ita, vt Iudex contra criminoſum minimè poſsit procedere.

REſpondeo dicẽdo, quod ſi aliquis religioſus fuerit de aliquo crimine cõuictus, quod cõmiſerat ab hinc quindecim annis, & dicatur, quod non fuit punitus, poteſt nihilominus propter tale delictum puniri, cum delicta attento Iure Canonico minimè præſcribantur, vt probat quædam Gloſſa, *c* & tradit Decius, Boſsius, & Nauarrus. Verũ eſt tamẽ, quod accuſatio criminalis de jure Ciuili præſcribitur per ſpaciũ viginti annorum, & per hoc tempus excluditur volens agere, pro vt traditur in quadã lege, *d* & probatur in quadam lege partitarum & tradit Cantera. ¶ Ex his venit reſoluendũ, quoddã ſatis cõtrouerſum dubium, contingit enim aliquando, quod in Religionibus propter aliquos diſcolos Fratres (per quos inimicus homo ſuper ſeminat zizania) ſit ſtatutum quod elapſo certo termino non poſsit Fratres accuſare, neque denunciare, de cuius validitate cõtrouertitur, & ſecundum Ius Ciuile nemini dubium eſt validũ eſſe, vt patet ex dictis, & confirmatur, nã poſt annum præſcribitur actio iniuriarum, vt in quadam lege *e* determinatur in legibus partitarum comprobata. *f* Cum ergo de Iure cõmuni præſcribatur actio iniuriarum, poſſet præſcribi tempus ad accuſandũ, vel denuntiãdũ, & ſic poſſet quis excludi ab accuſatione, vel denunciatione, vt determinat Capella Tholoſana *g* dicit tamẽ, quod tale ſtatutum, non valeret, quãdo proceditur per prælatum quoad correctionem. Nam Prælatus etiã elapſo termino ſtatuti poſſet tunc corrigere delinquentem. Iſta fuit opinio Innocentij, *h* & iuxta hoc intelligit Cantera *i* Concil. Trident. in quo cõmẽdatur Ordinarijs correctio ſubditorum, & additur, *quod neque in his, vbi de viſitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut vlla inhibitio, appellatio, ſeu querela etiam ad Sedem Apoſtolicam interpoſita executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint, quo quomodo impediat, aut ſuſpendat*, hoc enim decretum videtur extendendum etiam ad dictum ſtatutum. Ita quod eo non obſtante poſsint Iudices Regulares argumento ipſius Decreti ad correctionem procedere, non vt parti ſatisfaciat cum contra eam vigore dicti ſtatuti ſatisfacit præſcriptum, ſed vt ſatisfaciat Reipublicæ, pro cuius ſatisfactione poteſt Iudex ex officio procedere: ſicut enim nõ poſſunt crimina præſcribi propter damnũ, quod ex tali præſcriptione Reipublicæ reſultat, vt ſecundum Ius Canonicum eſſe diffinitum ſupra determinauimus: Ita non poteſt fieri tale ſtatutum in præiudicium Reipublicæ, cum ipſi interſit, ne delicta remaneant impunita. Ita colligitur ex traditis à Baldo. K

c Gloſſ. in c. Admonere 33 9. v. pænit. Decius in l. licet eauſam de pro. Cart. 4. col. 4. dd. in ca. venerabilis de except. Boſsius in pract. tit. de accuſ. n. 30. Nauar. in c. conſideret. nu. 127. de pæni. d. 2.

d L. quere. C. de falſis. l. 1. tit. 286. part. 3. l. 5. ti. 6. par. 7. Cãtera in q. crimi. prælu. 2 e L. ſi non cõuitij ver. ſi autem ni xam C. de iniur. le. 22. tit. 9. par. 6.

f c. de iniurijs l. 22. tit. 9. pa. 6.

g Capel. Tolo. deciſ. 140. & deciſ. 188.

h Innoc. in in. ca. ad noſtram de appella.

i Cantera. vbi ſup. q. 6 nu. 2. Trid. ſeſ. 24. de refor. c. 10.

K Bald. in l. 1. C. ſi à nõ compet. Iudi.

Ex quo colligitur, quod ſi poſt elapſum terminum delinquens ſuum confiteatur delictum, poteſt Iudex procedere ad correctionem, licet ipſum nemo poſsit denunciare, aut accuſare: & dato quod nemo iuxta prædictũ ſtatutum poſsit accuſare, vel denunciare, hoc intelligerem, niſi confitens elapſo termino de ſuo delicto patrato gloriaretur, in hoc enim caſu de illo poſſet vtique accuſari, aut denunciari.

QVÆSTIO. VI.

De correctione Fratrum quantum ad obligationem denunciandi delinquentes in decem articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem quæruntur decem.

1 *Quid & quotuplex ſit denunciatio.*
2 *Vtrum omnes teneantur iudicialiter denunciare.*
3 *Vtrum aliqui denunciare prohibeantur.*
4 *Vtrum denunciatio ſtatim obliget ſine cor-*

reptione fraterna præcedente.

5 *Vtrum aliquando poſsit denunciatio fieri nulla correptione præcedente.*

6 *Vtrum denunciatio iudicialis ſit adhibenda, ſi creditur quod correctione fraterna adhibita frater non omnino emendabitur.*

7 *Vtrum teneatur quis denunciare quod audiuit.*

8 *Vtrum iudices facile debeant admittere denunciationes.*

9 *Vtrum peccent denunciantes, non potentes probare quod denunciant.*

10 *Vtrum literæ infamatrices, ſeu delatoriæ incerto autore ſcriptæ vim habeant accuſationis, aut denuntiationis, aut inquiſitionis.*

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex ſit denunciatio.

RESPONDEO dicendo, quod denunciatio eſt manifeſtatio facta Iudici alicuius criminis, vt animæ deliquentis medeatur, & damnum euitetur. Vnde magna eſt differentia inter accuſationem, & denunciationem, denunciatio enim criminis correctionem prætendit, accuſatio autem vindictã tanquã ſcopũ proſpicit. Vnde denũciãs priuſquam denunciet, tenetur corrigere Fratrẽ: accuſans autẽ, cum tẽdat ad vindictã, hac lege non arcetur, pro vt infra dicetur, denũciatio ex Charitatis fonte ſcaturit, accuſatio vero ex iuſtitiæ zelo proficiſcitur, denũciationem tenentur omnes præſtare, accuſationem vero nõ: denũciatio Fratre emendato ceſſat, adeo vt nec prælato, vt patri crimẽ manifeſtari debeat, cum probabiliter propter inopiã Charitatis aliqui Prælati à viſceribus paternitatis deficiãt, & probabiliter timere debeant, ne ad vindictã criminis vt Iudices ſe prodãt. Differt & iudicialis accuſatio ab inquiſitione, cũ in accuſatione criminis probatio requirirur, in denũciatione vero plerũq; neceſſaria non eſt, provt notant cõmuniter ſcribentes. [a] Eſt autẽ duplex denũciatio. Altera Euãgelica, altera vero iudicialis. Euangelica fit Prelato, tamquam correctio fraterna, de qua in inferioribus dicetur. Iudicialis eſt, quãdo quis accuſat coram Iudice cõpetente de aliquo delinquẽte. Ita [b] D. Antoninus, cuius opinionem ſequimur fugiẽtes ab aliquibus, qui diuiſiones, & ſubdiuiſiones multiplicãtes rẽ potius cõfundunt, quã declarant, vt videre licet ex his, quę tradunt Abbas, [c] & Soto. Denũciatio Euangelica, quæ fit Prælato, tanquam patri, cõtingit, quãdo quis prius corrigendo Fratrẽ ſine aliqua ſpe emẽdæ confugit ad Prælatum, vt ab ipſo ſecreto paternaliter corrigatur, confidens quod hoc modo ad meliorem frugẽ cõuerte tur. Denũciatio Iudicialis cõtingit, quãdo quis ordine prius Euãgelico ſeruato videns non proficere ad Iudicẽ confugit, vt Frater ſeruato prius ordine iudicialiter puniatur, ne delicta remaneant impunita.

[a] D.D. in c. quod ſuper his de accuſatio.

[b] Anton. 3. p. ti. 19. c. 9.

[c] Panor. in c. nouit. de Iudi. Soto de Secre. memb. 2. q. 2.

ARTICVLVS. II.

Vtrum omnes teneantur iudicialiter denunciare.

RESpondeo dicẽdo, quod quãdo agitur de denunciatione Iudiciali [d] quoad peccatũ cõmiſſum iã emẽdatũ ſolus ille tenetur denũciare, cui ex officio cõpetit, cũ hæc denũciatio ſit actus iuſtitiæ, quo vindicta delinquentis prętẽditur, nõ in animæ ſuę curã, ſed quia intereſt Reipublicę, ne delicta maneant impunita, prout tradit Innocẽtius, [e] & ex multis Iuris Canonici, & Ciuilibus Decretis cõſtat. Vnde hæc denũtiatio ſolũ ad Fiſcalẽ vt patrẽ Reipublicæ ſpectat. Quãdo vero agitur de denũciatione Iudiciali quantũ ad peccata cõmiſſa, & nõ correcta omnes tenẽtur ad ipſorum denũciationẽ, niſi ex huiuſmodi denũciatione aliquod detrimẽtũ ipſis obuẽturum probabiliter timeãt. Ita in Iure [f] diffinitur. Cum enim hæc denũciatio ſit actus charitatis, nõ tenemur ipſam cũ proprio detrimento, & dãno adhibere: hoc autem ceſſante omnes (vt dictũ eſt) ad ipſam intra terminum à Iudice prẽfixum tenentur corã ipſo proponere, prout reſoluit Nauar. [g] Ex quibus colligitur, quod Eccleſiaſtici ad huiuſmodi denunciationẽ aſtringuntur, cũ ſit opus (vt dictũ eſt) Charitatis: quod adeo verũ eſt, vt ad ipſam incauſis criminalibus etiam teneãtur, licet timeant denunciatos pæna effuſionis ſanguinis, aut mortis, aut abſciſsionis membrorũ fore ſubituros, dũmodo ab ipſis fiat legitima proteſtatio, vt vitetur irregularitas. Ita tenet Caiet. [h] Soto, & Nauarro Coua. dicẽtes ſacros Canones minime prohibere ea, quę à Iure naturali exiſtente neceſsitate imperantur, cuiuſmodi eſt hæc denunciatio huiuſmodi neceſsitate vrgent. [e]

[d] Innoc. in c. nouit. de iudi. c. præcipuẽ. 1. q. 2

[e] Innocen. in ca. noui. de iudic. ca. præcip. 11. q. 2.

[f] ca. hoc videtur. 22. q. 5.

[g] Nauar. in manual. ca. 25. n. 26.

[h] Caie. 2. 2. q. 33. art. 7. Soto de tegend. ſecre. memb. 2. q. 5. con. 3. Naua. ca. inter ver. 11. q. 3. Couar. n. Clemen. ſi. furioſ. 2. p. §. 5

ARTI-

ARTICVLVS III.

Vtrum aliqui denunciare prohibeantur.

REspondeo dicendo, quod nominatim excómunicatus excommunicatione maiori neq; poteſt denunciare, neque accuſare, hi enim actus autoritatem in proponente requirunt, à qua excómmunicatiiuridice ſunt priuati. Aduertit tamẽ Caiet. *b* quod licet tales non poſſunt manifeſtare Iudici delicta perviam denũciationis, aut accuſationis, non ex hoc tamen inhibẽtur, quo minus per viam ſimplicis monitionis poſſint certiorẽ facere Iudicẽ inquirentẽ talia delicta fuiſſe commiſſa, & à talibus (vt vulgo dicitur) fuiſſe patrata, & ad horũ cóprobationẽ Petrũ, & Franciſcum debere accerſiri, vt ex officio ipſe Iudex procedat, & ad punitionẽ delictorum, ſi opus fuerit, procedat. Hæc enim excõmunicati facientes non aliquod opus autoritatis exercent, ſed cópaſſione boni publici æſtuantes dicta monitione ipſum bonum publicum proſequuntur. Quod autẽ de excõmunicatis dictum eſt, ad infames eſſe extẽdẽdũ tenent omnes cõmuniter, prout tradit doctiſsimus Soto *c* Prohibentur etiã religioſi denunciare aut facere quod incarceretur delinquẽs pœna ſanguinis *d* caſtigandus ſub pœna irregularitatis ſine certis ꝓteſtationibus, quod per ea non prætẽdũt talẽ pœnã delinquenti imponi ſecundum ea quæ tradũt poſt alios Couarr. & Salzedo. At in regno Aragoniæ per bullã Apoſtolicã *Sixti V.* datã quinta die *Septembris* anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono quæ incipit cum Banniti. concedatur quibuſcunque clericis & religioſis vt poſsint auxilium prẽbere, & eſſe conſortes ad bannitos præfati regni manifeſtandos & vt incarcerentur & pœna etiã mortis afficiantur ſine timore alicuius irregularitatis. Cuius bullæ tenorem refert Petrus Cenetus *e* prior, & Canonicus Sanctæ Mariæ del Pilar Ciuitatis Cæſaraugustæ.

b Caie. 2.2. q. 68. arti. 2. ad. 1.

c Soto vbi ſup. q. 5. cõ. 3. in fin.

d Couarr. in Clement. ſi furioſus 2. par. §. 5. per totum Salze. in pract. c. 98. expag. 340.

e Cenet. in collect. ad Clem. ca. 12. pag. 406. n. 1

ARTICVLVS IIII.

Vtrum denunciatio ſtatim obliget ſine correctione fraterna præcedente.

REſpondeo dicendo, quod quãdo peccatum eſt publicum ſtatim nulla ſecreta correctione fraterna præcedẽte eſt denũciandũ, aut accuſandũ corã Iudice competẽte: cum enim ſit publicum, & ſcandalo plenũ ſine publica punitione non debet relinqui. Vnde ad huiuſmodi denunciationem, & accuſationem faciẽdam minime debet retrahi turbatio delinquẽtis, ſed bonũ publicum debet denunciantes ſtimulare, prout aſſerit D. Tho. *f* qui notat Chriſtum Dominum cõmendãtem correctionẽ fraternã dixiſſe, *Si peccauerit g in te Frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolum.* Notãdum eſt, quod nõ præcepit Redemptor noſter, vt corrigamus fratrẽ, quãdo eius peccatum eſt publicũ, tũc enim nõ ſoluꝫ contra corripiẽtem peccatur, ſed etiã cõtra alios ſcandalizando ipſos. Ita cum cõmuni tenet Soto, *h* quod eſt intelligendum, niſi pro certo habeatur, quod ipſe publicè peccans ex correctione publica, aut ſecreta ad agẽdam pœnitẽtiã publicè vitã in melius mutabit, in hoc enim caſu minimè licet accuſare, aut denunciare ſine Euãgelica correctione præmiſſa, prout aduertit doctiſsimus Corduba, *i* & etiam ſi Petrus à Nauarra aſſerat hoc debere intelligi, quãdo peccatum coram tribus cõmittitur & nõ quando corã populo perpetratur: hãc limitationem minimè admitto, iã enim publicum ſcãdalum datum publica pœnitentia, cõpẽſatur ſine eo, quod manus ad arma denuntiationis extendatur. Notandum eſt autẽ, quod in noſtro caſu illud dicetur publicũ delictũ, quod notum eſt omnibus, & ideo notorium appellatur, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt. Pro cuius explicatione eſt aduertendum, quod hic terminus (notorium) non deriuatur ab hoc verbo (noto) prout aſſerit Sylueſter, *k* ſed à verbo, noſco, & ſic eſt illud, cuius omnes habent notitiã. Quod tripliciter conſideratur. Quoddã enim eſt notorium de iure. Aliud eſt notorium facti: aliud eſt notoriũ ſecundum Iuris preſumptionem. Notorium Iuris eſt illud, quod in Iudicio notoriũ eſt, aut per ſententiam Iudicis, aut per confeſsionẽ partis, aut perclarã teſtium probationem, prout in Iure notatur. Notorium facti eſt illud, quod nullo modo poteſt negari, prout diffinit quædam Gloſſa, *m* veluti ſi Petrus occidat hominẽ coram multis. Notorium ex præſumtione Iuris ex ſe non eſt euidens, ſed Iudex procedit ad punitionẽ, ac ſi eſſet notorium facti propter vehementes coniecturas, & ſigna ipſum notificantia, quod contingit in Clerico cum muliere ſub eodem tecto habitante, hic enim pœna concubinarij afficitur propter huiuſmodi habitationis præſumptionem.

f D. Thom. 2.2. q. 33. ar. 7

g Matt. c. 5.

h So. vbi ſu. q. 4. con. 5.

i Cor. in add. ad Soto de tegen. ſecret. q. 4. cõcl. 5.

k Sylu. ver. notorium.

l C. olim. de verb. ſig. ca. quæſitum de cohabitatione cleri.

m Gl. 2. q. 1. C. de manifeſt. ca. euidẽtia de accuſat.

Notandum eſt inſuper, quod notorium

non poteſt regula certa præſcribi, vt affirmat Soto, a quod autem vt certius cõmuniter tenetur, eſt, quod ſi delictum fuit commiſſum in quadã populoſa ciuitate, requiritur, vt à pluribus ſciatur, quã ſi in Ciuitate parua, aut in oppido exiguo cõmitteretur. Et mihi certe videtur dicendum ſufficere, quod ſciatur à decẽ perſonis, hoc enim probato certiſsime tenendum eſt eius famã per maiorem partẽ ciuitatis vagari, non enim credẽdũ eſt ipſos decẽ tale peccatũ celaturos. ¶ Rurſus notãdum, quod licet aliqui b inter notorium, & manifeſtum differentiã poſuerint: At hi in Iure Metaphyſicantes tota via aberrare videntur, cũ hoc nomen, notorium, idem quod manifeſtum ſecundum communem ſignificet; vt ex etymologia vocabulorum clariſsime patet. Verum eſt tamen, quod licet omne notorium ſit publicum, non tamẽ omne publicum eſt notoriũ: bene enim poteſt peccatum eſſe publicum à maleuolis publicatũ ſine aliqua facti certitudine, aut euidentia, ratione cuius publicationis aliqua infamia eſt notatus, non tamen crimen à ſe notorium.

a Soto in 4.d.12.q.2. ar.6.

b Docto. in c. Quæſiui de cohab. cleri. & mu li. cap. cum olim de verbo. ſig.

Notandũ eſt vltimo, quod vt aliquis infamatus dicatur, vt eius delictũ poſsit denunciari, & de eo fieri inquiſitio particularis, non ſufficit, vt eius delictum ſit notorium habitantibus cum eo ſub eodẽ tecto, interim enim quod ab habitantibus extra ignoratur ſecretũ, & non notoriũ nuncupatur: præſumitur enim quod domeſtici dictum peccatum ſubticent. Verum tamẽ eſt, quod ſi eſſet magna domus famulorum ſatis plenã cũ detantis, & de filijs tantorum, & diuerſorum parentum non præſumatur ſecretum, ſi ab ipſis peccatum de euidentia facti ſciatur ipſum eſſe notorium ad huiuſmodi inquiſitionis, & denunciationis effectum nemo inficiabitur. ¶ Ex quo colligitur, quod crimẽ patratum à Collega, aut à Religioſo ſufficit eſſe notorium in ſuo Collegio, aut Monaſterio, vt velut notorium poſsit ſine aliquo ſcrupulo viſitari, & denũciari, & puniri, vt enim peccata Religioſorũ, aut viuentium in congregatione poſsint inquiri, viſitari, & puniri, ſufficit, quod apud cõgregationem ſint notoria, licet extra ea minime ſciãtur, nec ad populi notitiam propter grauitatem cõgregatorum perueniant, cũ denũciatio, inquiſitio, & punitio intra ipſam congregationem ſecreto, vt decet, debeat patrari, & ſi daremus, quod neceſſario peccata Collegarum & Regularium debẽt eſſe notoria apud populum, vt vindictæ, & correctioni ſubdãtur, ſequeretur huiuſmodi peccata impunita remanere ſæpiſsimè, cum ea ſecreto intra dictas congregationes committantur, ita, vt ab exteris prorſus ignorata dicantur.

ARTICVLVS V.

Vtrum denuntiatio ſit facienda nulla præuia correctione.

REſpondeo dicendo, quod ſi crimẽ indãnum tertij eſt, illico debet fieri denunciatio, ſi correctio non ſperetur, melior eſt enim conditio poſſidentis, quam rei, & per conſequẽs magis debet attendi bonum innocẽtis, quã bonum rei culpati: ita tamẽ denunciatio hæc eſt faciẽda, vt damnũ tertij reſarciatur, & reus, quo minus poſsibile fuerit reſpectu denunciationis lædatur: & ſic proponendo denunciationẽ debet denuntiator dicere quoddam crimen eſſe factum, aut in proximo fore faciendum nulla delinquentis facta mentione. Si enim hac in generali facta denunciatione poteſt damnum proximi reſarciri peccaret denunciator in particulari nominare delinquentẽ, cum ex hoc magnum ipſi detrimentum generetur. Quod à fortiori procedit, ſi damnum illatum, aut inferendum paruum fuerit, veluti ſi homo ſpectatæ famæ, & honoris aliquod furtũ parui valoris commiſerit, in hoc enim debet magis ponderari fama delinquentis, quam detrimentum, quod ex tali furto proximo procedit, pro vt notat Gabriel. c Quando vero delictum fuerit tantum in dãnum ipſius peccãtis commiſſum, vt eſt fornicatio, gula, auaritia, & alia ſimilia vitia, non licet delinquentes denuntiari, ſine eo quod correctio fraterna præcedat: ſi enim cõtrarium dicatur, contra Euangelium, & cõtra charitatem, & amorem fraternalem actum eſſet, cum hęc peccata tãtum ſint in dãnũ peccantis patrata, quæ ſi forte fraternaliter prius corrigantur, forte emendatus euaderet. Quod adeo verum eſt, quod etiam ſi nullã ſit ſpes emẽdæ non tenetur denunciator denunciare Iudici, etiãvt patri crimẽ commiſſum, ſi probabiliter timetur quod correctione fraterna iudicis pœnitentiam minime aget, imo fieri deteriorem ſane creditur. Vnde ſcientes crimen nullum aliud remedium apponere debent, niſi poſtulare à Deo gemitibus inenarrabilibus, vt frater ad eos redeat, & ad hanc Charitatis normam magis, quam

c Gab. ſuper Cano. lect. 54. li. 5.

alij

alij Religioſi aſtringuntur, cum habitent in vno, & vinculo fraternitatis ſint coniuncti: ipſis enim magis, quam alijs prædicatur illud Pauli dicentis, Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Hæc ſecundum mentem omniũ Theologorũ dicta ſunt. Et ſic cõſiderent denũciatores, quod ſi probabiliter ſperent emendationem Fratris reuelãdo ſuum peccatum Prælato, vt patri, vt ab ipſo ſecreto corrigatur, non obſtet ipſis infamia inde Fratri ſequenda, magis enim ponderat bonum animæ, quã bonum famæ, quod bonum animæ nulla alia correctione fraterna creditur adipiſcendum, quã correctione fraterna Prælati Fratrem ſecreto, & benigne, & prudenter admonentis. Ita *D.* Thom. *a* quem Sylueſter, & Cõmunis ſequitur. Aduertant etiam denunciãtes charitatem præ oculis habentes, quod nunquã deſcẽdant ad denũciationem iudicialẽ manifeſtando delinquentẽ iudici, vt Iudici, niſi prius denuncient iudici, vt patri, & talẽ denunciationem nihil proficere proſpexerint, omnia enim media ſunt tentanda, antequam manus ad arma denunciationis Iudicialis ſumatur, prout prædicti patres ſatis inſinuant.

a 22.2.q.32. art.6. in corpore art. Sylueſt. ver ho corre.

ARTICVLVS VI.

Vtrum denunciatio iudicialis ſit adhibenda, ſi creditur, quod correctione fraterna adhibita frater non omnino emendabitur.

REſpondeo dicendo, prout ex ſuperioribus ſatis patet, quod ſi correctione adhibita creditur & ſperatur non emendatio, ſed deterioratio peccantis ad denũciationem Iudicialẽ eſſe recurrendum, ne dãnũ tertij ex diſſimulatione ſuccedat: præcipue hoc habet locũ in cauſis Regularibus, cum delicta Regularium ſi non emẽdẽtur, & correctione præcaueantur, in tam grauedamnum Religionis cedant, ita vt quod eſt à ſanctiſſimis Religioſis multis retro annis factum in ædificationem, per malum vnius fratris delinquentis exemplum obſcuretur, prout ex mente Diui Thom. *b* Soti, & Corduba, Nauarri tenent Præſtantiſſimi Theologi. Verum eſt tamen, quod licet correctione fraterna adhibita non omnino deſiſtat delinquens à peccato, ſed melioremtamen frugem reſurget, non eſt ipſi licitum ad denunciationem Iudicialem conuolare, ſi enim prior correctio fraterna exiſtenti in peccato ſpiritualiter profecit, credendum eſt omnino fore emendandum deliquentem ſi iterum, atque iterum fraternaliter, & charitatiue corrigatur. Denique omnia tentanda ſunt ad ſalutem fratris conſequendã ſine eo, quod inaliquo apud eius Prælatum eius fama denigretur. Ex quo colligunt viri doctiſſimi, quod ſi Petrus videt Ioãnem aliquod committere delictum, & certo ſcit Ioanni Franciſcum amicitia maxima eſſe deuinctum ita, vt eius admonitio ſit ſufficientior ad eius correctionem, quã omnium aliorum exhortationes, tũ propter eminentem amicitiam, tum etiam propter reuerentiam, quibus dictũ amicum proſequi ſolet, dicunt (inquã) Franciſci correctionem prius eſſe adhibendã. Hæc ſententia partim eſt contra Medinã, *c* ſed eſt ſententia Durandi ex mente Auguſtini, prout refert Gabriel, quæ exẽplo Diuo Auguſtino adducto illuſtratur: ſcit aliquis proximũ ſuum in neceſsitate eſſe conſtitutum, & infirmitate maxima laborare, ſed eſſe proximũ ſanitati ita, vt à Medico iam vt ſanus minime viſitetur, at ſcit certo in infirmitatem eandem reincidere debere. Quis non videt charitatem, & pietatem clamare, vt præcognoſcens dictã infirmitatem futuram obligetur dictum fratrem certiorẽ facere de dicta recidiuatione, vt eam euitare omnino procuret; Si aliquis eſt crudelis, ait Hugo explicans Auguſtinũ, qui vulnus occultum fratris non reuelat, vt curretur, crudelior certe cenſendus erit, qui cicatricem exiſtẽtem in anima Medico ſpirituali abſcondit, ne fratris delicias contriſtaret, quod ſumme notandum affirmat Gabriel. *d*

b D. Tho. 2.2.q.32.ar 7. ad 4. Soto vbi ſu. q.4. con. 3. vbi Cord Nau. c.24.nu.12.

c Med. in in inſt. li.1.c 14 §.16.ver.du daſe. Durã. in 4.di. 19. q.4.n. 4.ad fin. Aug. ſuper.c.5.leui. Gab ſuper. can.lect.74 ſub li.1.

d Gab. vbi caſu.6.

ARTICLS VII.

Vtrum teneatur quis denunciare, quod audiuit.

REſpondeo dicendo, neminem obligatum eſſe denunciare quod à gente parui nominis, & æſtimationis audiuit ita, vt ſi illis fidem dederit, de facilitate in credendo poſsit à prudentibus notari.

Quod à fortiori procedet, quãdo intelligit, quod prælatus, cui talis denunciatio fit, furore accenſus contra viſitatum indigna-

bitur. Ita tenent Nauarrus, *a* Corduba, & Gutierrez. Quod adeo eſt verum, vt procedat, etiamſi à *Superiore* ſub pœna excommunicationis, & in virtute *Spiritus ſancti* imperetur, vt in edictis generalibus contingit in quibus etiam de auditu ſub dictis pœnis præcipitur denunciari, explicanda enim ſunt edicta quando ea ab hominibus famæ bonæ, & veracibus perceperunt, quod procedit, quãdo per viam inquiſitionis quis præcipitur de auditu denunciare, ſecus ſi teſtificari mandatur, tunc enim aliter eſt dicendum, prout infra agendo de teſtibus explicabitur.

a Nau. c 25. n 49. Cor. ii 5. q. 43. in 6. caſu. Gutie. in q. cano. c. 2. in 1. impreſ.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum iudices facile debeant admittere denunciationes.

REſpondeo dicendo, quod omnes Iuriſperiti calumnias hominum videntes vt circunſpecti ſentiunt non facile huiuſmodi denunciationes admittendas, quia ſceleratorum hominum genus extat, qui vt negocium alijs acerbiſsimũ tutè exhibeãt, accuſationem prætermittunt, ne parem pœnã, ſi probationem nõ præſtiterint, ſoluere cogantur: ad denunciationem autẽ vt ad ſuæ prauitatis aſylum confugiunt; itaque niſi homo denuncians ſpectatæ fuerit probitatis, non debet iudex eius ſermone moueri, ac ad inquiſitionem procedere, prout ex Iure *a* colligitur, & tradit Speculator, & ſimilẽ doctrinam tradit *b* Hoſtienſis dicens quod poſt, & antè inquiſitionem generalem non debẽt paſsim, neque frequenter iudices recipere chartulas, quas Laici contra Eccleſiaſticos clanculo offerunt, cum, qui facile credit, ſtultus ſit corde iuxta quandam Gloſſam in *c* Iure fundatam Et *d* Baldus ait de facili neminẽ eſſe credendum, & nimia facilitas in credendo cõdẽnatur à Gregorio Papa, qui reprehendit quendam Epiſcopum Corinthiorum, qui ſtatim vt audiret aliquem deliquiſſe, cauſa incognita puniebat, & ipſum inſtruens quomodo debeat in cauſis ſe habere ait. Siquid verò ad aures tuas de quocunque Clerico peruenerit, quod te iuſtè poſſet offendere; facile non credas, neque ad vindictam te res accendat incognita. Ex qua doctrina colligitur toto cælo errare Iudices, & prælatos qui non ſolum omnia facillime credunt, imo maleuolis, & de tractoribus libenter aures accommodant, & ſæpe libellis, & denuntiationum Capitulis clanculo emiſsis ſine ſubſcriptione forſitan, & certo nomine autoris fidem protinus adhibent, & quæcumque crimina in eis cõtenta illico inquirere curant a aduerſus honorem (heu) & bonam aliquando inquiſiti famam, qui, vt infametur, & eius honor penitus amittatur, ſceleſti quidam homines & ſæpe aliquę garrulæ mulieres hoc facere conſueuere, prout tradit *f* Aualos. Frequenter etiam auenire ſolet, vt hi nocturni, & clandeſtini denunciatores zelo iuſtitiæ ducti, & aliquando odio, & inimicitia moti iſthæc Iudicibus propalent, quos, vtcumque moueantur, non exaſperare decet, ne ipſi, vel alij ita deterriti amplius prodere crimina pertimeſcant, ſed neque vllatenus fidẽ adhibere debent, ſolum modo enim id caute agẽdum eſt, vt ipſorum denunciantium, & denũciati, atq; teſtium nomina, & conditionẽ eorumque habitationem, pariterque delicti tempus, & qualitatem, & an iterum tale delictum perpetrauerit, & à quo Prælato fuerit punitus, atque omnia alia, quæ circa id magis opportuna videbuntur diſtinctim in albeo lo deſcribere faciant, vt omnibus bene perpenſis inquirãt illique ſi oportuerit alia in opportuniora tempora, & loca differant, vel penitus procedere omittant, prout negotij qualitas exegerit: non enim debent eſſe penitus increduli Prælati ira, vt omnes mentiri, & calumniari perſuaſum habeant: nã credere debemus id, quod eſt veroſimile aduertentes, quod inter credere, & non credere medium conſtitui poteſt, quod eſt dubitare, vt ait *S*peculator, *g* atque illud medium, quod eſt inter vtrumque probare debent, vt caute diſcernant, quid non, quidue credendum ſit, in quo multum operabitur naturalis in Iudice diſcretio.

Aduertant inſuper Iudices Regulares, quod ſi denunciatores, & delatores ſolent plerumque magis ex aliquo odio, ſeu intereſſe moueri ad calumniandum, ſeu inſequendum, quem oderunt, quam virtutis amore, ſeu religionis zelo, quo fit, vt tales delatores vbicumque parui pendantur, & ſpernantur, & odio habeantur, viliſsimique ab omnibus exiſtimentur, quia & ſæpè tanquam calumnioſi inuidi, & pernicioſi alienę famæ inſidiatores diuerſimodè inueniantur vt etiam legere eſt apud Suetonium in Domitiano: Princeps, qui delatores non caſtigat, irritat de quo habemus aliqua Iura, *h* & tradit Budæus.

Aduertant etiam, quod quando ſubditi deferunt ad ſuperiorem crimen ſui prælati, non

f Aualos in direct. Iudi. Eccle. ca. ſi quid vero 86. diſt.

a c. repellãt. de accuſ. ca. ſi peccauc. 2. q. 1. Spec. de denunc. §. 1. in prin.

b Hoſtien. tit. de inquiſi. §. 2. verſ. vt autem.

c Gloſ. in c. cum contingat de reſc. c. ſiquis præpoſtera. 50. diſt.

d Bald. per tex. ibi in l. ſicu. C. de fide inſt. c. ſiquid verò 86. diſt.

g Speculat. tit. de depoſi. §. 6.

h L. 1. §. nã & puniendi de officio præſidis vrbis l vlti. in fine C. loca. Budæ. in l. pluriũ col. 2. ff. de Iuris, & facti ignor.

non esse eis omnino credendũ. Nam sicut laici infesti sunt clericis, & sæpissime videmus parrochianos, seu laicos alicuius oppidi parochum suum insequi, calumnijs & iniurijs afficere, ac capitali odio persequi, eo quod illis morem non gerat, non assentiatur, non blandiatur, vt videmus Achab *i* in Michæam Prophetam, sibi non grata vaticinantem, & Herodiades in Ioannem Baptistam Herodem propter eam reprehendentem, vt legitur apud Diuum Matthæum K & Diuum Marcum Euangelistas, & refertur in Iure Canonico, ita solet contingere in subditis erga suos Prælatos.

i 3. Reg. ca. 22. & 2. paral. 18.

K Matt. 14. Marci. 6. c. vna tantum §. Ioannes. 26. dist.

ARTICVLVS IX.

Vtrum peccent denunciantes non potentes probare quod denunciant.

REspondeo dicẽdo tripliciter fieri denunciationem. Primo ad iudicis munus, & officium excitandum, rennẽs denunciator probandi onus, atq; à fine vsq; ad denunciationem prosequedi, & huiusmodi denunciator partem, vt aiunt minime in iudicio sumit. Verum iudex proprio suo munere inquisitionis peragendæ rationem sumit iuxta Panormitanum. *a* At plerumque denunciatio in eo versatur, vt incõmodo sui, & Reipublicæ rationem quis habeat, eamq; ad finẽ prosequi consilium est, ac tunc ea omnia facere, & præstare constringatur denunciator quæ ad accusatorẽ spectant iuxta quandam legem & tradit *b* Baldus. Quare qui apud Regulares ita denunciandi officiũ habent, aut, literas ad regiminis, & capituli partes scribant, vt testes proferant, iudicesque molestius excitent, atq; vehementer vrgent, hoc secundo loco sunt constituẽdi, & ad probandũ, quod ita scribunt, sunt compellendi: & si legitimas probationes egregie non præstiterint, talionis (vt aiunt) pœna esse plectendos affirmo quo sic à calũnijs, & maledicis literis falsisq; denunciationibus facilius se temperent: & prohdolor, quod non solum dictas literas ad Prælatos ordinis missas faciunt, sed etiã ad tribunalia sæcularia mittere non formidant in Deũ, & in suã religionem peccantes, Constitutiones Pontificales hoc prohibentes sine timore aliquo transgrediẽtes, vtcũque autẽ sit, peccat mortaliter denunciator denuncians de aliquo iudicialiter non potens probare, quod reuelat, vt in iure *c* probatur, & tenet cum Cõmuni Nauarrus.

a Panor. in c. cum oporteat de accusa.

b L. 1. §. incidit. ff. ad Turpil. Bal. in l. per hãc C. de temper. & rep. appell.

c C. plerũque. 2. q. 7 c. dlacuit 6. q. 2. Nau. in c. inter verba con. 6. n. 23.

ARTICVLVS X.

Vtrum literæ infamatrices, seu delatoriæ incerto autore scriptæ vim habeant accusationis, aut inquisitionis, aut denunciationis.

REspõdeo dicendo quod loquẽdo de accusatione res perspicua, & euidens est, cũ enim pœna talionis puniri accusator debeat, si delatum crimẽ nõ probet, colligitur planè eiusmodi literas, ex quibus accusator, & scriptor minime scitur, nullius esse valoris, quidem scriptore ignorato, in quem esset talionis pœna imponenda, nescitur. De inquisitione autẽ res in ambiguo est, verũ est tamen, quod veritas facile eluceſcet, si sequentia perpendamus, sine infamia enim, aut expressis indicijs sine signis præcedentibus institui inquisitio non potest, & delatoriæ literæ neque infamiam queunt inducere, neque expressorũ signorũ vim sibi vendicare, cum enim illas prolibito scribere liberum cuique sit, patet ex his nihil probari. Accidit etiam, quod Pontificijs Sanctionibus aduersatur. In quadam enim Decretali *a* expresse prohibetur fieri inquisitionẽ ad eorũ postulationem, qui clam schedulas in alterius tamam proferunt, & sic fieri non possunt, prout ait *b* Panormitanus, quoniam dictæ schedulæ minime afferunt infamiam, vt in Iure probatur. Quod magis de delatorijs literis incerto scriptis autore intelligendum erit. Est namq; regula generalis, vbi exemplum est progredien dum esse à similibus ad similia iudicanda argumento cuiusdam *d* Iuris. Nec arbitror esse audiendos eos, qui asserunt, si in huiusmodi literis testes, qui interrogari possunt, explicentur, nihil obstare, vt inquisitio fiat: nam quam futilis hæc sententia sit, aperte conuincitur, nisi enim indicia expressa, aut infamia antecedat, nullus est inquisitionis locus ex his, quæ supra adduximus, & post quandam *e* Glossam tenet Bartolus. Nũquid valeant ad denunciationem? Hoc dubiũ facile eluditur, si denunciationis bipartitã rationem cõplectamur. Si enim dicamus esse denũciationẽ Euãgelicã,

a C. inquisi. extra de accusa.

b Panor. in d. c. inquisi. §. teruæ in. 4. col.

c ca. fin. de accusa. i d c. cum dilecti. de confir. vlt.

e Glos. l. 1. in c. 1. de offic. ordin. l. cõgruat. ff. de offi. præsid.

cum trinã antecedẽtem monitionem exigat nullo modo suum ius ex illis literis obtinet, non enim constat ex his factam esse denunciationẽ. Altera verò iudicialis denunciatio certæ cuiusdam personę debet esse, cui iudex possit merito fidẽ adhibere, atq; ex eius testimonijs excitatus ad inquisitionem aggredi. Quid autẽ debeat facere iudex, quando coram eo præsentantur aliquæ epistolæ infamatoriæ in secreto scriptæ ab aliquo, & missæ ad Prælatum, vt secundum ea quę proponuntur instructius cõtra aliquos rigorose in causa procedat? Respondeo de incerto autore inquisitionẽ sumere, vt ipsum, si res exigat, puniat arbitrariè.

QVAESTIO. VII.

De correctione fratrum quantum ad accusationem in octo articulos diuisa.

Circa quam quæstionem octo quæruntur.

1 *Quid sit accusatio, & vtrum in scriptis debeat fieri.*

2 *Vtrum iudices debeant procedere cõtra delinquentes, nulla accusatione imposita.*

3 *Vtrum in aliquibus casibus possint iudices absque accusatore procedere cõtra aliquos.*

4 *Vtrũ aliquis ad accusandũ obligetur.*

5 *Vtrum calumniatores & præuaricatores & tergiuersatores peccẽt in accusando mortaliter.*

6 *Vtrum iudex inferior possit rescindere accusationes coram se factas.*

7 *Vtrum laici & Ecclesiastici possint monachos accusare.*

8 *Vtrum accusator deficiens in accusatione sit talionis pœna plectendus.*

ARTICVLVS. I.

Quid sit accusatio, & vtrũ in scriptis debeat fieri

RESPONDEO dicendo, quod accusatio est proponere delictum coram iudice cõpetenti, vt ab eo vindicta sumatur, cum necessario debeat in scriptis proponi. Cum enim iudex sit mediator inter accusantem & accusatum vt examinata causa ius suum vnicuique tribuat, oportet vt in scriptis accusatio intimetur, quæ enim solum verbis proferuntur facillimè obliuioni traduntur, vt docet Diuus Thomas. *a* In delictis tamen leuibus nõ est necessarium vt accusatio in scriptis ponatur, prout in quadam *b* lege Iuris Ciuilis determinatur. Nec accusatio secundum suam naturam mala est, imo est iusta & necessaria, si fiat loco & tempore opportuno, vt docet Caietanus, *c* & Soto cum Doctoribus communiter, licet enim malum pro malo minimè reddi debeat secundum Diuum Paulum, *d* non tamen à nobis aufertur ius, quo per ministros iustitiæ à Deo Optimo Maximo habentes potestatem propter bonum Reipublicæ possimus conqueri de malefactoribus, vt per dictos ministros autoritatiuè arceantur à malis & Respublica ab his purgetur, & pace, & quiete perfruatur. Qui finis & vindicta particularis per accusationem intenditur si enim is, qui accusat vindictam particularem præ oculis habet, mala sine dubio eo casu erit accusatio, limites enim iustitiæ dulcedine charitatis superfusæ excedunt. Vnde cum malitia hominis ordinariè sic proponatur, minimè à viris timoratis consulitur imo totis viribus impeditur.

a 2.2.q. 68. art. 2.
b l. leuia. ff. de accusat.
c Caiet. 2.2. q. 67. Soto. de reg. secr. mẽb. 2. q. 5. con. 1. & li. 5. de iust. q. 1. ar. 1.
d Ad Rom. 9. cap.

ARTICVLVS II.

Vtrum iudices possint procedere contra delinquentes nulla accusatione interposita.

RESpondeo dicendo, quod ius naturale non imponit expressum mandatum iudicibus, ne procedant in criminalibus casibus si usis ad effectum puniendi delinquentes ne præuia accusatione. At ius Canonicum *a* & Ciuile rationi naturali innixa hoc ita decreuerunt. Vnde dixit Paulus. *b* Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, prius quam is, qui accusatur præsentes habeat testes, vel accusatores. Et huic doctrinæ allusit illud Christi Domini *c* ad mulierem adulteram dicens: *Mulier vbi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit, neque ego te condemnabo.*

a c. si leg. legitim. de accus. l. illicitas. ff. de offic. præsidis
b Colos. 5.
c Ioan. 8.

Hæc

Hæc doctrina eſt Diui Thomæ, *a* qua attenta etiam ſi prælati regulares poſsint punire delicta leuia ſuorum ſubditorum nemine eos accuſante, cum procedant ſine ſtrepitu, & figura iudicij, prout iam dictũ eſt in ſuperioribus: at crimina grauia, quæ ſine infamia delinquentis non poſſunt caſtigari, ſine laccuſatore minime puniri poſſunt, & ita ait Aragon, *b* quod nullus prælatus doctus, & timoratus condemnat ſuos fratres his crimiuibus conuictos ſine eo, & contra eos ſit aliquis accuſator. Ait inſuper, quod ſi aliquis prælatorum condemnat eos ſine aliquo accuſatore, de numero eorum debet repurari, qui in ſua poteſtate ignorãtia concomitata cõfidentes timorem Dei optimi maximi poſtponentes, non bonõ cõmuni, ſed ipſorũ paſsionibus iniquis ſatisfaciunt, qui hæc facientes non ſolum mortaliter peccant, ſed etiã ad reſtitutionẽ famæ ſuorum ſubditorũ remanent obligati, cum ex eo, quod contra iuſtitiam procedant, ad eã damna reſarcienda teneantur. Supradicta cõfirmantur. Nam cum D. Thoma affirmat Petrus à Nauarra, *c* quod etiam affirmat Soto, quod in crimine graui nulla eſt conſtitutio religionis iubens abſq; accuſatore, & ſubſtantiali ordine Iudiciali punire regulares, ſi enim crimen dignum ſit graui pœna, aut infami carcere, tenetur prælatus ſeruare ius cõmune, cui iuri non renunciant monachi, vt obſeruat conſuetudo religionum, conſtitutiones enim cõcedentes prælatis, vt ſine accuſatore ſecrete, aut publice puniant, intelliguntur de leuibus, & nõ de grauibus, per ipſas eñ in capitulo acceptatas renunciant ſubditi iuri ſuo, cum ita expediat religioni, vt decor, & honor ipſius conſeruetur. Nec iſta renunciatio diſtat ab his, quæ in cauſis leuibus ſæcularium in iure ordinantur, iudex enim ſæcularis in leuioribus procedit ſine accuſationis forma, & ſtrepitu iudicij, vt poſt D. Thomã aſſerunt *d* Syluester, & Soto, & *e* Concilium Tridentinum ſæpe Epiſcopos iubet procedere ſine ſtrepitu, & figura iudicij, quod de leuioribus, non autem de grauioribus debet verificari.

a D.Tho. 2. 2. q. 67. a. 1.

b Arag. 2, 2. q. 67. ar. 7.

c Nau. li. 2. de reſt. c. 4. nu. 176. nu. 236. Sotoli. 5. de iuſt. q. 4. ar. 3.

d Sylu. ver. iud. §. 1. & § 5. ver. 3. &. 5. Sot. vbiſ. q. 4. ar. 3.

e Con. Tri. ſeſ. 25. de refor. c. 6 &c 14. & ſeſ. 22 de refor. ca. 1. & ſeſ. 25. de reſid. 1. & ſeſ. 24. ca. 3. & 10.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in aliquibus caſibus poſsint iudices abſque accuſatore procedere contra aliquos.

REſpondeo dicendo quod aliqui ſunt caſus, in quibus iudices abſque accuſatore poſſunt procedere contra reum. Primus eſt, quando corã iudice committitur delictũ in præſentiã aliquorum prout Caietanus *f* ſait. Secundus quando contra reum ad ſunt infamia, & indicia, in hoc enim caſu poſſunt præcedere per viam inquiſitionis cõtra ipſum, prout dictũ eſt in ſuperioribus. Tertius, quando procedit denunciatio iuridica in vindictam contra ipſum reum, vt ſit in tribunali ſancti officij, quæ denunciatio nihil aliud eſt, quã coram ſuperiori delictum declarare, vt de eo ſumat vindictam. Et differt ab accuſatione, cũ denuncians minime probare teneatur, quod declarat. Quartus eſt, quãdo iudex non procedit, vt iudex ad vindictã ſed vt pater ad correctionem.

f Caie. 2. 2. q. 66. ar. 3.

Aduertendum conſuetudinem iam iam ad miſiſſe, quod quando delicta ſunt grauia, & deeſt accuſator, fiſcus ad accuſandum accingitur, qui ex officio non ſolum obligatur accuſare peccata, quæ contra rempublicam, aut eius principem patrantur, vt in quadam partitarum lege continetur, ſed etiam omnia alia cõtra quæ non opponitur aliquis particularis accuſator. Et ſicut iudici illicitum eſt aliquid pro ſententia ferendã percipere, ita fiſcali eſt prohibitum aliquid pro accuſatione proponenda ſibi oblatũ applicare, & etiam ſi non incidat in pœnam talionis deficiens in probatione cauſæ in accuſatione propoſitæ, peccat tamen mortaliter accuſando præuidens probabiliter in ipſa probatione defecturum ad modum, quo peccat accuſator accuſando in cauſa, vbi vero ſimiliter credit exactam, & iuridicam probationem minime poſſe dari, prout aduertit Aragon. *g* Ex his colligitur nunquam iudices ſæculares, aut Eccleſiaſticos ſine accuſatore in cauſis criminalibus procedere, cum in omnibus his publicus fiſcalis, ſeu accuſator publicus opponat, qua ratione ipſos à multis culpis liberamus, quæ, ſi non eſſet fiſcalis, ſine dubio committerent ſine accuſatore priuato procedentes: à quibus non poſſumus in aliquibus religionibus eximere prælatos ſine accuſatore cauſas criminales proſequentes, in quibus neceſſe eſt, vt inſtet, cum in dictis religionibus vſus huiuſmodi fiſcalis non ſit receptus.

g l. 12. ti. 18. part. 4.

h Ara. 2. 2. q. 67. art. 3. in fin.

ARTICVLVS IIII

Vtrũ aliqui ad accuſandum obligẽtur.

REſpondeo dicendo duobus modis poſſe accuſationem conſiderari. Primo quando per eã commune bonũ intenditur,

quia videlicet aliquod crimen damnosum Reipublicæ accusatur, & tunc accusatio obligat, si adsunt testes, quibus dictum potest sufficienter probari ita D. Thomas, *a* Alexander de Ales, Theologi, & Canonistæ cõmuniter. At doctissimus Soto *b* aduertit, quod in hoc casu sufficit, quod denunciet de delinquente, & quod nemo teneatur accusare, & in hoc sequitur opinionem Angeli, ait etiam, quod D. Thomas contrarium minime tenet, quando enim dicit obligationem esse accusandi, verbum (*accusare*) secundum amplam significationem considerat, quæ in sua latitudine non solum accusationem, sed etiam denuntiationem amplectitur. Quo attẽto necessario debemus dicere, quod vnusquisque tenetur vel accusare, vel denunciare delinquentem in Rempublicam, imo tale potest esse crimen, & adeo nociuum Reipublicæ, quod absolute obligaret accusatio.

a D.Tho.2.2.q.66.Ale.3.pag.q.42. mẽb.1.Theolog.in4.d.39.Canonistæ in c.nouit de iudi.

b Sot.de te gen. secre. mẽb.2 q.5. con. 3 pag. 64. colu.2.

Alio autem modo consideratur accusatio quando vnus alterum accusat propter iniuriã sibi illatam, quo casu nullus propter iniuriam sibi factam tenetur accusare, licet nõ sit illicitum id facere prout dictum est articulo primo huius quæstionis.

Et pro maiori declaratione est aduertendum, quod sola tria vitia possunt in accusatione contingere, quæ in iure vocantur, calumnia præuaricatio, & tergiuersatio. Pro quorum intellectu sunt hi termini explicandi. Calumnia est accusare aliquem falso ex proposito, & scienter. Præuaricatio est abscondere crimina vera sceleratis hominibus fouendo. Tergiuersatio est proposita accusatione ab ipsa desistere, prout explicat D. Thomas, de quibus statim artic. sequent.

D.Tho.2.2 q.68.ar.8.

ARTICVLVS. V.

Vtrum calumniatores, præuaricatoras, & tergiuersatores peccẽt in accusando mortaliter.

REspõdeo dicendo, primo, quod qui falso ex proposito accusant, peccant mortaliter, sicut ille, qui falso testificatur, & tenentur ad omnia damna, quæ extaii accusatione accusato proueniunt, & etiam peccat mortaliter accusans delinquentem, quem secreto scit tale peccatum commisisse: crimen enim, quod probari non potest falso impositũ cẽsetur, & qui tale crimen accusat, ponit suam famã periculo, cũ pro falsario, & calumniatore non probato crimine possit iudicari, & exponit se periculo incurrendi pœnam talionis, & licet se non tali pœnæ exponat, si quidem non est in vsu, prout ait Soto, *c* exponit se alijs multis, quæ calumniatoribus imponuntur: dixi (ex proposito) quia quando cum bona fide accusant aliquem de aliquo crimine, quod putabant commisisse calumniator minime debet nuncupari, licet ex dicta accusatione damni causati ad restitutionem teneatur.

c Soto dete gen. sec. mẽ bro. 1. q. 5. con. 6. iux. fin.

Quantum ad præuaricatores dico secundo quod duobus modis contingit præuaricatio. Primo quando quis in exteriori accusat reũ sed in interiori fauet purgationes satis friuolas acceptando. Secundo autem modo quando subticet crimina grauia, quæ contra accusatum proponi poterãt, & alia leuia, & parui momenti inculcat, qui hoc modo iudicium præuaricãtur non est dubium, quod in laqueũ incidiant diaboli, prout colligitur extraditis à Soto, *d* & Nauarro; quantum vero ad tergiuersatores dico tertio, quod accusator faciens pactum relinquendi accusationem alicuius criminis grauis cum damno Reipublicæ, aut tertij peccat mortaliter, siquidem facit contra id, quod iustis causis suadentibus in iure *e* est præceptũ, dixi (cum damno reipublicæ, aut proximi) nam si talis conuentio sine damno Reipublicæ, aut proximi, aut sine scandalo fiat, non video, cur de peccato mortali arguantur, cum prohibitio dicti iuris principaliter respiciat damnum Reipublicæ, aut proximi, & scandalum vitare intendat, prout affirmat *f* Nauarrus, qui addit semper esse peccatum dictam facere cõuentionẽ cũ præiudicio graui, & mendacio perniciosso, vt ait D. Thomas, *g* & etiam erit peccatum, quãdo ab accusatione desistitur etiam iniusta accepto aliquo dono, sed in his nolo amplius immorari, ne molestus sim lectori, & vt ad alia in praxi regularium magi. frequentia accedamus.

d Sot. vbi. Nauar. c. 25. n. 30.

e l. transigere C. de trãsact.

f Na. in manual. c. 25. n. 32.

g D.Tho.2 2.q.60.ar.3.

ARTICVLVS VI.

Vtrum iudex inferior possit rescindere accusationes coram se factas.

REspondeo dicendo, quod quicũq; iudex etiã inferior rescindere potest accusationes, quas non iuridice propositas inueuerit, sicut enim à principio potuit eas nõ admittere, sic postea potest eas omnino

nino cassare, imõ ex officio ad hoc teneri certum est, accusationem tamen iustam ad recõpensandũ iniuriam tertio illatam propositam minime rescindere potest, cum ius naturale, Diuinũ, Canonicum, & Ciuile alienũ ius ab inuito Domino auferri, minime permittant. Dixi (ad recõpensandã iniuriam tertio illatam) potest enim iudex superior, accusationes solum in bonum commune tendentes rescindere, siquidem potest iustis causis id suadentibus in suis legibus dispẽsare, adeo quod potest in aliquo casu particulari accusationes in damnum alicuius particularis rescindere cum secundum ius princeps possit in nõ magnum alicuius particularis damnum priuilegium alicui concedere. Aduertendum tamen quod iudex inferior non potest hoc absolute facere, sed vtendo epicheya intelligens rigorem iuris in hoc casu minime esse sequendum præuidens, quod si tali accusationi silentium non imponatur, magnũ inde damnum bono communi euenturum perturbata republica propter eminentiam personæ accusatæ, prout aduertit Dominus Caietanus, *a* quem sequitur Aragon, quod summe debent notare prælati regulares, quando accusantur aliqui patres graues, ex quorum accusatione inquietudo maxime aliena à religionibus originatur, præsertim quia in ipsis puniendis, sumendisque supplicijs dignitati & personæ, aliquãdo iuri deferri solet, prout in iure *b* notatur, & in omnibus arbitrarijs oportet aliquando iudicem se habere gratiosum, vt etiam in *c* iure notatur.

a Caiet. 2.2. q.66.ar.3. vbi Aragõ.

b c. Beatius. 45, d. c. fina. de transact.

c c. consu. luit. de offi. deleg. 2.q.7. per totum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum laici, & Ecclesiastici possint monachos accusare.

RESpondeo dicendo, legibus esse cautũ à Laicis clericos accusari minime posse, & sicut diuersæ familiæ religiosus aliũ religiosum accusare non potest, sic neq; laici, neq; sæculares monachos accusatorie deferre possunt, eiusdem enim fori debent esse accusator & accusatus, cum accusator ad pœna talionis, nisi ad probationẽ præstiterit, teneãtur, vt in sacris *c* Canonibus cõtinetur, quæ quidẽ pœna à monachorũ iudice in clericos vel laicos nõ probãtes infligi minime potest quod fallit, si laici, vel clerici accusando suã suorumq; iniuriã prosequantur, vt decernit Speculator. *d* Excluduntur quoque ab accusando calumniatores, quique alias falso in iudicio dixisse conuicti fuerint, quinimo detractores, aut infideles, vt in sacris Canonibus diffinitur, qui licet de accusatione Episcoporum loquantur, generaliter tamen idem in alijs procedere tenent Archidiaconus, *f* & Hugo, idque probatur, quisquis enim vt maledicus condemnatus est, efficitur infamis, vt notat Panormitanus. *g*

c. 2.q.3. per totum.

d Speculat. ti. de reo cir ca. finem.

e 3.q.4. ferẽ per totũ ca. detractores. f Archi. & Hugo in dicto. c. detractores.

g Pan. in cã. cũ te defent & re iudic.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum accusator deficiens in probatione, talionis pœna sit plectendus.

RESpondeo dicendo, quod qui falso accusat, & non probat, quod contra accusatum proposuit, talionis pœna multatur, prout dicitur in iure, *h* & resoluunt Soto, & Couarruuias, qui dicunt quod hæc lex talionis non est in vsu, nisi tantũ respectu testis falsum iurantis in causa crimina li, vt in quadam lege *i* Tauri ordinatur. Vnde circa istam pœnam inferendam debet obseruari consuetudo, & leges Regni, & prouinciarum. Et in casibus, in quibus debet obseruari hæc rigorosa lex, pœna illius non est obseruanda, secundum quod ipsa imponitur, sed proportionabiliter.

h c. calumn. 2.2. q.3 & c. qui non probauer. l. i, mul. l. quæsitum. ff. de abolit. Sot. vbi su. Concl. 6. Cou. l. r. variar. c. 9 p. 587. co. 1. i lege. fin. Tauri.

Pro cuius rei explicatione est notandum, quod medium in virtute aliquando sumitur secundum rem, aliquando vero secundũ proportionem. Secundũ rem est illud, quod realiter est medium in illa virtute, vt cõtingit in iustitia, quæ reddit, quod suum est vnicuique & hoc est medium, ad quod respicit ipsa virtus distributiua dãdo decem pro decẽ. Aliud mediũ est secundum proportionẽ, quod contingit, quando hoc medium respicit personas, & alias personas, quod mediũ respiciunt aliæ virtutes. Non enim possumus in virtute temperantiæ ponere medium reale, & indiuisibile, sed debemus necessariõ ipsum commensurare proportionabiliter respectu subiecti circa quod ipsa virtus exercetur. Quo supposito dico quod non debet imponi accusatori falsæ pœna talionis, quæ secundum rem accusato debebat imponi, si enim plebeius intulit iniuriam regi, non sufficit, quod rex iniuriet ipsum plebeium, nec econtra. Debet igitur pœna talionis commensurari secundum qualitates accusatores, & accusati iuxta doctrinam Aristotelis.

(?)

Quæst

QVÆSTIO. VIII.

De correctione fratrum quantum ad correctionem fraternam in ſeptem articulos diuiſa.

Circa quam ſeptem quæruntur.

1 *Quo iure ad correctionem fraternã teneamur.*
2 *Vtrum correctio fraterna obliget omni tempore & loco.*
3 *Vtrum exiſtens in peccato mortali teneatur corrigere fratrem.*
4 *Vtrum correctio fraterna ſit neceſſario coram duobus teſtibus exhibẽda.*
5 *Vtrum correctio fraterna in aliquo caſu obliget cum periculo vitæ.*
6 *Vtrum prælati teneãtur cum periculo vitæ fraternaliter ſubditos corrigere, quos ſciunt deliquiſſe.*
7 *Vtrum teneamur ante accuſationem, aut denuntiationem corrigere fratrẽ delinquentem.*

ARTICVLVS I.

Quo iure ad correctionem fraternam teneamur.

REſpondeo dicẽdo, quod iure naturali, & diuino, & politiuo, omnes obligãtur corrigere fratres, quando vidẽt eos peccãtes. Hæc eſt omnium ſententia, & nõ ſolũ tenentur corrigere peccata futura, ſed etiam præterita quod præceptũ obligat ad correctionẽ cuiuſcunque peccati mortalis, cũ eius finis ſit ſalus ſpiritualis proximi, quæ quocũq; peccato mortali deperditur, & attẽto quod peccato veniali charitas minime deperditur, ſalus ſpiritualis proximi minime impeditur peripſum, percõſequẽs ceſſat hoc charitatiuũ præceptũ quod tamẽ intelligendũ eſt, niſi ipſũ peccatũ veniale diſponat ad peccatũ mortale, ratione enim huius periculi correctio cadit ſub præcepto. Hæc concluſio eſt Soti, quem ſequitur a Nauarrus.

a Naua. in. inter cætera c. 23 co. 56.

ARTICVLVS II.

Vtrum correctio fraterna omni tempore, & loco obliget.

REſpondeo dicẽdo, quod correctio fraterna nõ obligat in omni loco, & tempore, ſed ſolum quãdo ſaluti ſpirituali proximi conuenit, cũ enim hoc præceptũ ſit affirmatiuum, non obligat, ſemper, & proſemper, ſed ſolum, in illo tẽpore, & loco, in quo poteſt, fieri correctio, ita vt ſpiritualiter proficiat, correctio. Vnde vt debite fiat, ſex circunſtantiæ requirũtur. Tres ſe habent ex parte corrigentis, aliæ tres ex parte correctionem recipientis, quas refert b Gerſon. Prima, quod habeat cognitionem peccati. Secunda quod cum ſpiritu ſenitatis fiat. Tertia, quod fiat loco, & tempore opportuno. Aliæ tres ex parte correctiſunt. Prima, quod eius peccatum ſit mortale, aut veniale, ꝙ diſponat ad mortale. Secunda, quod ſit in eo ſpes emẽdæ. Tertia, quod nõ expectetur aliud tempus opportunum. Atoportet prius explicare primas tres conditiones, & de alijs tribus ſecundo loco collocatis verba faciemus. Circa primam conditionem ex parte corrigentis aduertit c Adria. quod ad hoc vt aliquis ſit obligatus ad corrigendum, neceſſe eſt, quod habeat cognitionem peccati etiã incerti ꝓbabilẽ quod tamen tantũ procedit, quãdo ex omiſſione talis admonitionis poteſt graue dãnum corrigendo ſuccedere. At quando huiuſmodi periculum nõ timetur, nõ eſt neceſſariũ facere huiuſmodi denũciationẽ exiſtẽti ſolum probabili cognitione peccati propter pænã quæ ex tali admonitione correcto ſuperueniet, rationẽ cuius iracundia cõtra admonentem potius commouebitur, quam emendabitur.

b Gerſon tract. 14. de correct.

c Adrian. in 4. de correct.

Circa ſecũdã cõditionẽ lenitatis, quæ ſpiritum præſe fert, aduertendũ, quod hæc cõditio maxime eſt neceſſaria, præſertim cum inferior corrigit ſuperiorem, veluti ſi ſubditus vellet corrigere ſuum prælatum, in occulto enim hæc admonitio debet fieri aggrauando crimen cũ debita reuerentia, & potẽtibus id efficere patribus qualificatis, & ætate, & religione antiquis ſignum maximæ preſumptionis eſt, ſi id Neophytus, aut non tam antiquus in religione vellet efficere, vt poſt D. Thom. tenet Aragon. d

d Arag. 2. 2 q. 33. art. 4. pa. 806. co. 1

Circa tertiam cõditionẽ, quæ eſt cõmoditas, debet conſiderari quod exiſtentibus perſonis magis idoneis ad hoc munus correctionis peragendũ minus idoneus ad id mi-

mime

nime tenetur, si magis idonei ipsum munus subire nō recusant, si enim id efficere nolunt minus idonei, ad id iure optimo obligantur, prout omnes post D. Tho. a affirmant. Vnde illud, quod diximus de subdito respectu sui prælati, scilicet quod tenetur ipsum vt decet humiliter admonere, debet intelligi, quādo alij maioris autoritatis non inueniuntur, qui velint correctionē fraternā peragere. Explicatis igitur his conditionibus, quæ se tenēt exparte corrigentis, reliquum est, vt ad explicationem aliarum trium, quæ tenent se exparte correcti, deueniamus.

a Omn. post D. Th. 2.2.q 33. arti. 2.

Quantum ad primam, quod scilicet materia correctionis debet esse peccatum mortale aut veniale, in quo possit esse periculum ad mortale, iam remanet supra satis explicata.

Quantum ad secundā, quod scilicet sit spes emendæ, notādum est, quod ille, qui vero similiter credit sua correctione nullum dānū allaturum, licet dubitet de spirituali profectu, obligatur tamen ad eam exhibendā. Hęc doctrina est contra Dnm Caiet. b quam post Adrian. tenet Soto, & est sententia D. Chrisost. licet enim dubitetur de emēda alicuius, sicut non est licitum pro illo desinere orare, similiter non est licitū cessare à correctione ipsius, cum vnum, & alterum sit quoddam spirituale subsidium, verum est tamen, quod qui dubitat, an correctio bono communi præiudicet, ad id minime obligabitur. Ex quo colligitur, quod si subditus certo scit correctione prælatum potius irasci, quā spiritualiter proficere ita, vt iracundia commoto tota monasterij communitas inquietudinem maximā patietur, nullatenus ad eum corrigēdum astringetur, prout D. Tho. c explicat & fatetur. Et consequenter etiam infertur, q̄ dubitans, an correctione proficiet spiritualiter fratrē suū corrigere minime tenebitur, cū in hoc casu particulari finis scilicet, emenda proximi deficiat. Summo autem opere notandum venit, quod quando peccatum commissum est in damnum reipublicæ, aut tertij redundat, velut si quis pararet insidias ad occidendum proximum, obligat lex charitatis certiorem facere aliquem potentem tale facinus impedire in de nullo malo insidiatori præueniente, imo maximo commodo spirituali ipsi inde secuto, si corrigi voluerit. Vt licet sit certus, quod correctio nihil proficiet, instat nihilominus obligatio corrigendi, cū ex ea ipse correctus satis videat suā machinā malitiosam frustrari imo in hoc casu obligat denunciatio, si testes ad id cōprobandum possunt suppeditari, cum bonum cōmune, & proximi sit semper præ oculis habendum: quod bonum cōmune & spirituālis profectus nos vrget, vt post posita quacunq; proximi corrigēdi cōturbatione. & inde secuta infirmitate ad corrigēdum spiritualiter fratrē accedamus: nā bonum animæ omnibus alijs præponderare certum est.

b Caie. ver. correct. fraterna. Adria. in 4. de correct. fratris. art. 3. Soto deteg. secre. mēb. 2. qi3. con. 4 d. Chrysost. hom. 44. super. 1. epist. ad Corin.

c D. Tho. d. q. 33. a. 2. ad 3.

Quantum ad tertiā cōditionē, scilicet quod expectatur aliud tēpus opportunius, est notandum, quod si ex dilatione correctionis nullum aliud sequatur dānum, quā perseuerantia delinquentis in peccato, vsque dum ab aliquo corrigatur, bene potest correctio in aliud tēpus opportunius dilatari, præsertim si præsumetur, quod in hoc casu conuertetur peccator cum maiori cautela, cum iam cognouerit eius fragile figmentum in suis malis moribus persistens, prout tenet Aragon. d

d Arag. 2. 2. q. 33. q. 2. pa. 793. cō. 1. & 2.

ARTICVLVS III.

Vtrū existens in peccato mortali teneatur corrigere fratrem.

REspondeo dicendo, quod si existēs in peccato potest corrigēdo fratrem ipsum sanare spiritualiter, potest & debet in tali casu correctionē præstare, cum possit in peccato existens præstare actum idoneum adhuiusmodi profectum. Ita D. Tho. e At si ratione ipsius pecati scit correctionē esse frustratoriā, nullatenus ad corrigendum obligabitur, si ipse fuerit vir particularis, neque tenetur cōuerti ad Dominum, vt sic ipsum spiritualiter corrigat, sicut prodigus non tenetur perquirere diuitias ab eo paupere prodige dissipatas ad cōmodius subueniendum, etiam si grauis subuentionis necessitas existat. Ita cū cōmuni frater Ludouicus Lopez. f Dixi (si est homo particularis) nam si sit prælatus & superior, & constat ex sua bona vita subditos spiritualiter profectum iri, ad hunc effectum necessario tenebitur. Ita Soto, g & Aragon. Quæ tamen dicta sunt ex sententia doctissimorum virorum locum minime habent in his, qui alicuius præcepti de calogi habent inuincibilem ignorantiam, veluti si quis ignoraret simplicem fornicationem esse peccatum, quicunque enim licet priuata persona, ad corrigendum eum astringetur, licet intelligat spiritualiter minime profecturum, non enim potest similis ignorantia contingere sine aliqua magna Dei irreuerentia, & sine grauī Reipublicæ Christianæ damno, vt tenet Aragon.

e D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 5.

f Lopez in suo instruct. conse. 1. p. c. 16. n. 135.

g Soto dete gen. secret. mem. 2. q. 3. Arag. vbi s. n 44.

d Arag. 2. 2. q. 31. ar. 1.

ARTI-

ARTICVLVS IIII.

Vtrum vt proficiat correctio fraterna ſit coram duobus teſtibus exhibenda.

REſpondeo dicēdo, quod ſi proximus nō fuerit correctione emēdatus ſecreto ſi ipſa correctio profutura corā vno vel duobus teſtibus exiſtimatur, coram ipſis intimari poteſt, & debet, prout Chriſtus Dominꝰ a ordinauit, quod procedit, etiā ſi dicti teſtes delicti ſint ignari, & ſit notoriū ſolum corrigēti cum Euangeliū iſtam formā denūciationis præſcribēs de peccato ſecretō loquatur dicens, *Si peccauerit in te frater tuus*, quod vt explicat D. Aug. *b* ſignificat, ſi contigerit fratrē tuum peccare ita, vt tu peccati ſolus ſis conſcius. Neque obſtat, quod hoc modo infamabitur delinquens, ſpiritualis enim ſalus bono temporali famæ debet præferri, quā ſpirituale ſalutē Chriſtus Dominus intēdit præcipiens dictā correctionē corā vno vel duobus teſtibus peragi, vt ſic confuſus peccator, & de delicto ſuo conuictus ad vitā meliorem reſurgat. Hæc eſt cōmunis omniū opinio, quā poſt alios tenet *c* Corduba, Bañez, Petrus à Nauarra. Aduertant tamē charitatiui Chriſtiani, quod nō ſolum vna vice, ſed etiam alijs iteratis vicibus tenētur dictam admonitionē præſtare, cū gutta cauet lapidem, antequā ad manifeſtandum dictū corā dictis teſtibus accedant, quæ quot ſint, arbitrio boni viri relinquitur, vt Doctores ſuperius allegati affirmant. Verū eſt tamen, quod ſi certo ſciatur iteratas correctiones non profecturas, ſtatim dicti teſtes ſunt adhibēdi, maius enim malum eſt, quod peccator per ſpaciū tēporis in ſtatu peccati mortalis inſordeſcat, quam malum infamiæ, quod ex manifeſtatione dicti peccati corā duobus, aut tribus pati cōtinget. Aduertant deinde, quod ſi etiam ſciatur, quod proximus dictis admonitionibus corā teſtibus peractis non emendabitur, imo erit obſtinatior, & ad alia peiora peccata proſiliet, ſi de eo coram prælato denūciēt melius erit tunc tacere, ipſumq; Deo, qui ex lapidibus poteſt ſuſcitare filios Iſrael cōmēdare. Verum eſt tamē, quod Panormitanus *d* tenet, quod etiā in hoc caſu manifeſtandum erit tale peccatum, quod ego libēter reciperē caſu, quo dictū peccatū eſt reipublicæ, aut alicui cōmunitati præiudiciale, aut eſt ſimplex fornicatio ſecreta cōtinuata ab aliquo religioſo, quæ poteſt pro tēpore ſcandalū generare ad notitiā multorū deueniendo, prout aſſerit *e* Aragon. Aduertant inſuper, quod deficiētibus teſtibus idoneis corā quibus debet fieri correctio, corā prælato delinquētis debet fieri admonitio dicta, ſi intelligatur, p futura, attento, quod vulnus fratris aliter ipſi nimè poteſt curari, & tūc nō erūt teſtes idonei, quādo timetur, quod ſecretū minime ſeruabunt, ſed in hoc ſint cauti ipſi corrigētes, ſemper enim, quoad fieri poteſt, debet fieri correctio corā teſtibus, ſi magis intelligatur proficere corā ipſis facta, quā ea, quæ coram prælato: cū illa quæ coram teſtibus efficitur, ſuauius ſit mediū ad ſalutē ſpiritualem proximi indagandā, cum magis velint ſubditi corā teſtibus, quā coram prælatis etiā vt patres eorum crimina reuelari. At ſi intelligatur, q̄ correctio corā prælato habita magis proficiet & homo ſit ſpectatę virtutis, & prudētiæ & quod viſceribus charitatis ſuſcipiet delinquentē, & quod in negotio pie, & prudenter ſe habebit, licitū eſt ad ipſum prætermiſſis teſtibus recurrere, nā his circunſtantijs concurrentibus videtur hoc ſuauiſſimū, & facillimū medium magis, quā adhibitionem teſtiū eligendū. His tamē non concurrentibus omnibus diſſuadeo, ne ad prælatos etiā vt patres accedant, cū aliquādo hi, qui erāt ſubditi, & cō uerſādo videbātur benigni & māſueti, poſtea autē prælati volūt magis videri iudices rigoroſi, quā patres viſcereribus charitatis zeloſi,

a Matt. 5.

b c. Si peccauerit. 22. q. 1.

c Corduba in annot. ad Soto. mem. 2. q. 4. con. 6. Bañez. 2. n. q. 33. ar. 8 ad 1. Nauar. de reſt. li. 2. c. 4 n. 261.

d Panor. in 1. nouit. de cud.

e Arag 2. 2. q. 33. ar. 8. p.

ARTICVLS V.

Vtrum correctio fraterna in aliquo caſu obliget cum periculo vitæ.

REſpondeo dicendo, quod qui intelligit fratrem in peccato mortali vitā finiturū niſi ab eo fraternaliter corrigatur, cum periculo vitæ tenetur, iſtud charitatiuū medium interponere, ſiquidē Dñs noſter Ieſus Chriſtus animā ſuā pro ouibus ſuis poſuit. Quod intelligitur, quando videmus fratrē in articulo mortis, & ſcimus ipſum ſpiritualiter moriturum. Ita tenet Corduba *f* contra Sotū quod eſt adeo verū, vt dicat Nauar. *g* ſequēs Adrianū, quod vnuſquiſque obligatur ſuum corrigere proximū cū periculo vitæ, quando videt eum in periculo mortis cōſtitutum & æternaliter moriturum, etiam ſi eius peccatū ab ignorātia affectata, aut fragilitate originetur, dummodo tamē à malitia nō procedat, ad modū, quo quis tenetur ſuccurrere infanti, quem ſine Baptiſmo videt ab hac vita diſcedere. Hoc enim poſtulat charitas, quæ obligat poſtponere vitā corporalē propter

f Corduba ſuper Soto detegen. ſecre. memb. 2. q. 2. con. 6

g Nauar. c. 24. in man. n. 23.

vitam

vitam proximi ſpiritualē in extrema neceſsitate exiſtentis. Quod eſt ſequēdū, licet Soto teneat, quod non tenetur quis cū periculo vitæ vitā ſpiritualem dicti infantis procurare.

Verum eſt tamen, quod ſupra dicta nō habent locum in neceſsitate nō extrema, nemo enim in graui neceſsitate tenetur hæc cū tāto periculo præſtare, cum in non extrema neceſsitate remaneat tempus, quo alijs modis bonum ſpirituale proximi poſsit prouideri. Vnde in alijs caſibus vltra extremā neceſsitatē ſolū peccabunt venialiter hæc opera miſericordiæ non præſtantes, vt affirmat Corduba, *a* peccabunt tamen mortaliter etiā in non extrema neceſsitate hæc nō præſtantes ſi ex negatione huiuſmodi correctionis proximū in mortali peccato moriturū præuiderēt, quod intellige, dummodo graue detrimētū famæ, & vitæ ex præſtatione huius correctionis ſibi non proueniat cum hoc ſit præceptū obligans ex charitate & etiā in graui neceſsitate nō debemus ad ipſum cū tāto periculo aſtringere corrigētes, prout affirmat Soto,

a Cord. vbi ſup.

Sot. vbi ſu.

ARTICVLVS VI.

Vtrum prælati teneantur cum periculo vitæ corrigere fraternaliter ſubditos quos ſciunt deliquiſſe.

REſpondeo dicēdo, quod ſecundū opinionem doctorū affirmantiū prælatos nō ſolū ex lege charitatis, ſed etiā ex lege iuſtitiæ teneri fraternaliter corrigere ſuos ſubditos, etiā ſi eorum peccata nō procedant ex ignorātia: clarum eſt, quod dicti prælati tenentur cū periculo vitæ huic obligationi correſpondere, ita tenet Soto, *b* qui addit, quod ex eo, quod prelatus eſt obligatus corrigere ratione ſui officij ſuos ſubditos, eſt etiam aſtrictus ſub peccato mortali in tempore opportuno expurgare ſuā rempublicā à cōſuetudine etiā leuiter iurādi, & ipſam abſtrahere ab alijs cōſuetudinibus cōmittendi peccata etiā venialia. Nā peccata venialia, quando frequenter cōmittūtur in republica, etiam ſi notabile damnum ſingularibus perſonis non cauſant, ipſitamen reipublicæ, & bono communi afferunt nocumentū non paruū, deluſtratur enim reſpublica his malis aſſuefacta, & ne deluſtretur, iudex ex officio ad eam ab his purgandam aſtringitur. Quod ſi verū eſt, heu prælatis in iſthæc exequenda negligentibus. Ad noſtri igitur articuli reſolutionem deuenientes dico, quod cū ſecundū Caiet. *c* teneātur prælati corrigere ſuos ſubditos fraternaliter ex charitate, & non ex iuſtitia, cum in correctione fraterna non ſe habeant, vt prælati, ſed vt priuatę perſonæ, clarum eſt non eſſe ipſos ad eā prēſtandum cū periculo mortis, aut alio graui aſtringendos.

b Soto. vbi ſup. memb. 2. q. 1. c. 6. & q. 3. c. 3.

c Caiet. 2. 2. q. 33. ar. 2. & ibi. Arag.

ARTICVLVS VII.

Vtrū teneamur ante accuſationē aut denūciationē corrigere fratrē delinquētē.

REſpōdeo dicēdo, quod ſi is, qui accuſat poteſt probare id, quod intēdit accuſando, non eſt ante accuſationem præmittēda correctio fraterna ſiue bonū particulare, ſiue bonū cōmune accuſator præ ſe ferat, quod intelligitur, ſi aliter bono particulari, aut bono cōmuni prouideri non poteſt. Ita Silueſter, *d* & Caietan. & ſecundū hoc debent intelligi tradita à Nauarro, & à Driedone, ſi enim alio modo poteſt fieri ſatisfactio, & bonū cōmune prouideri, non boni particularis, aut cōmunis intuitu, ſed odio, & animo inordinato cēſetur interpoſita accuſatio. Imo addit *e* Corduba quoddā, quod mihi ſatis probabile videtur, quod etiam ſi bonū particulare, aut cōmune adſit, nō eſt proponēda accuſatio, antequā correctio fraterna præcedat, vt hoc modo bono ſpirituali proximi melius, & ſuauius medeatur, quod ante mentis oculos habendū eſſe ſemper, charitas vrget nos. Si vero ex accuſatione, nihil aliud quam correctio delinquentis intenditur ab accuſante, teneturipſe accuſans præmittere fraternam admonitionem, ſi enim ad eā minime teneri fateamur, contra charitatem aliquid moliri neceſſarioaffirmare debemus, quæ omnia media ad ſalutē ſpiritualem proximi tētanda proclamat. Et ius Canonicū ex Euāgelio docet hāc veritatē prēcipiēs ne pęna excōmunicationis niſi cōtumax feriatur. Hæc ſentētia eſt *f* Durā. & Cordubæ quē ſequitur Petrus à Naua. qui addit, quod nō cōdēnaret ſine dicta correctione accuſantē ad reſtitutionē famæ reſpectu dictæ accuſationis amiſſa, & ad ſatisfactionē omniū dā norū faciendā, ſi peccatū accuſati eſt peccatum cōmiſſum contra accuſantem: difficiliter enim poteſt grauatus, & iniuria cōmotus ſupergrauari, ad correctionē fraternā faciēdā nullū cōmodum ex accuſatione reportare intendens. Cætera autē quæ pertinēt ad viſitationē videbūtur in tertio tomo in quæſtione de viſitatione.

d Sylu. ver. accuſat. q. 3. Caie. 2. 2. q. 33. ar. 7. Nauar. c. 8. nu. 30. Drie de liber. Chriſta. 10. e Cordu. de regen. ſecret. memb. 2. q. 5.

f Duran. in 4. d. 19. Cordu. in addi. ad Sot. de regen. ſecret. memb. 2. q. 5. con. 4. Nauar. li. 2. de reſti. c. 4. n. 255.

QVAESTIO. IX.

De correctione fratrum quo ad teſtes ſingulares in ſex articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem ſex quærũtur.

1 *Quando dicuntur teſtes ſingulares.*
2 *An ſi duo vel tres, vnus poſt alterũ ſucceſſiue viderint perforamẽ, per quod ſimul videre non poterant aliquẽ delinquentem ſint teſtes ſingulares, an conteſtes.*
3 *Vtrũ teſtes dicantur ſingulares quãdo in facto principaliter conueniunt,*
4 *An per teſtes ſingulares aliquis ſit cõdemnandus.*
5 *Vtrum in aliquibus caſibus teſtes ſingulares faciant fidem.*
6 *Vtrum propter teſtes ſingulares poſſit aliquis incarcerari aut torqueri.*

ARTICVLVS I.

Quando dicantur teſtes ſingulares,

RESPONDEO dicendo, quod teſtes dici poſſunt ſingulares indecem prædicamentis. Primo in prædicamento ſubſtantiæ, vt cũ vnus de ponit de Paulo alius de Franciſco, vnus lapide fuiſſe occiſum, alter ferro, ita Baldus. *a* Secundo dicũtur ſingulares in prædicamẽto quantitatis, vt cũ vnus deponit de decẽ, alius de quinq; ſunt enim quoad decẽ ſingulares, quoad quinque vero concordes iuxta quandam legẽ. *b* Tertio dicuntur ſingulares in prædicamento qualitatis, vt cum vnus deponit de vino albo, alius de rubeo, vel vnus dicit furem nocte deprehenſum, alter interdiu iuxta quandam legẽ, vel vnus pure alter ſub conditione teſtificatur, vt in quadam *c* Decretali continetur. Quarto dicuntur ſingulares etiam in prædicamento, vbi, vel loci, vt ſi vnus deponat ſub ſchino, alter ſub pino vt patet de falſo teſtimonio ſuſannæ impoſito apud Danielem, *d* & tradit Alexander.

Pro cuius rei explicatione nota, quod quãdo falſum, ſuper quo teſtes deponũt, nõ eſt iterabile, tũc ſi teſtes in loco varij ſint, illa loci diuerſitas inducit contrarietatẽ, vel incompoſsibilitatẽ, quia quando vnũ falſum proponitur, & ad illud probandũ de diuerſo loco deponitur, falſum deponi neceſſe eſt. Verba ſunt Baldi. *c* Secus ſecundũ ſeum ſi factũ eſt iterabile vt confeſsio, tunc loci diuerſitas nõ reddit eos contrarios, ſed ſingulares, & ſingularitas teſtiũ diuidit teſtimoniũ & laceratid, quia omne diuiſũ laceratũ eſt, & ideo non probãt, vt iniure habetur. Quinto dicũtur ſingulares in prædicamẽto tẽporis, quãdo, vt pote quãdo vnus teſtis deponit factũ eſſe Kalen. Maij alter Iunij, illa enim diuerſitas in tẽpore vitiat dicta teſtium, vt argumento iuris reſoluit Bartolus. *g* Sexto dicuntur ſingulares in prædicamento relationis, vt ſi vnus deponit, quod pater occiderit Ioannẽ, alius vero, quod filius, vt aliquibus legibus colligitur. *h*

Septimo dicuntur ſingulares in prædicamẽto ſitus, vt ſi vnus dicat rem eſſe ſitam in iuriſdictione Salmãtina, alter in iuriſdictione Granatenſi vel ſi vnus dicit ſitam eſſe prope, alter vero longe, vt in iure i habetur. Octauo dicũtur ſingulares in prædicamento, agere, & pati, vt quando vnus dicit, quod pars voluit agere, alius quod egit, nam ſunt ſingulares, cũ aliud ſit agere, aliud vero agere velle, vt dicitur in iure, K vel vnus dicit Caiũ feciſſe homicidium, alter dicit tuliſſe opem, alter dicit mandaſſe, alter conſuluiſſe argumento eorum, quę in iure notantur. *l*

Nono dicuntur ſingulares in prędicamento, habere, vt quando vnus dicit talem habere rem ad proprium vſum, alter ad communem, *m* vel vnus dicit, quod poſsidebat pro domino, alter pro creditore. *n*

Decimo dicuntur ſingulares in ſenſu, vt ſi vnus deponat audiſe talem confitentem ſe habuiſſe decem aureos mutuo, alter dicit ſe audiſſe mutuare, hi enim non plene probant ſed quoddam faciunt indicium. *o* Ita Baldus, & Alexander,

Vndecimo dicuntur teſtes ſingulares in verbis, vt ſi vnus dicit teſtatorem talem heredem inſtituiſſe, alter vero dicit eundem dixiſſe, ſit hæres, & his verbis vſum. Ita Alexander vbi ſic dicit, quod ſi ſit neceſſe probari verba formalia, oportet, quod in verbis teſtes conueniant, alias ſunt ſingulares, vt tenent *p* Soccinus, & Cornelius: verum eſt tamen quod non curatur de verbis, ſi ſit inter partes contentio, prout tenet Antonius, quem

a Bald. in l. teſtiũ. col. 5. n. 11. C. de teſtibus.
b l. die profer. §. ſi plures ff. de ar. cl. furem. ff ad l. Cor. de ſicarijs.
c. Cũ Ioãnes de fide inſtru.
Dan. 3. Alex. con. 116. poſtea volu. 1.
d Bal. conſi. 25. punctus. infr. ſcript. co. 1. vol. 3. fl. teſtium. C. de teſtib. Los carniũ. §. fin. eod. tit. nihilom. 3. q. 9. Bart. inl. non ſolũ. §. ſed &. proba ff. de noui oper. enunciat. h poſt mortem. ff. de adop. l. zenodor. C. ad Maced. §. 1 §. inſula. inſt. de rerũ diuiſio. Kl. amplius ff. rem ratã haberi l. l. ſæpe. ff. de verbo. ſignifi. m l. hoc legatũ. ff. de legat. 3. n l. Titia. ff. ſolut. mat. o Bald. ex l. in cauſa. q. 22. C. de nouum. pecu. Alex. con. 143. quoniã abunde. colu. 1. volu. 2. p Soccinus. con. 133. in cauſa volu. 2. Cor. cõſil. 153. col. 2. vol. 1.
e Bal. conſi. 25. punctus. infr. ſcript. co. 1. vol. 3. fl. teſtium. C. de teſtib. Los carniũ. §. fin. eod. tit. nihilom. 3. q. 9. Bart. inl. non ſolũ. §. ſed &. proba ff. de noui oper. enunciat. h poſt mortem. ff. de adop. l. zenodor. C. ad Maced. §. 1 §. inſula. inſt. de rerũ diuiſio. Kl. amplius ff. rem ratã haberi l. l. ſæpe. ff. de verbo. ſignifi. m l. hoc legatũ. ff. de legat. 3. n l. Titia. ff. ſolut. mat. o Bald. ex l. in cauſa. q. 22. C. de nouum. pecu. Alex. con. 143. quoniã abunde. colu. 1. volu. 2. p Soccinus. con. 133. in cauſa volu. 2. Cor. cõſil. 153. col. 2. vol. 1.

quem ſequitur Cornelius. Sed de hoc infra in queſtione de variatione teſtium.

ARTICVLVS II.

An ſi duo, vel tres per vnum foramen, per quod ſimul videre non poterant, ſed tãtum vnus poſt alterum, viderunt quẽpiam committentem aliquod delictũ, an (inquam) huiuſmodi homines ſucceſſiue videntes tale quid, & de eo teſtificantes, ſint cenſendi teſtes ſingulares, an conteſtes, & propterea plenè probantes.

REſpõdeo dicendo, non eſſe teſtes ſingulares, ſed cõteſtes, & plene probantes, cũ inter breuiſsimum tẽporis ſpatium idem delictũ cõtinuatũ viderint, ac propterea de vno, & eodem actu numero teſtificentur, neq; enim hic præſumitur pluralitas actuum, neque temporis diuerſitas, ſed potius vnus numero actus, & vna tẽporis coniunctio. Ita ſcribunt cõmuniter multi inſignes, & antiqui Iuriſconſulti, *a* Iacobus Butrigarius, Iacobus de Arena, Cynus Salicetus, Baldus, & alij, cũ docent prædicto modo poſſe probari adulterium: quod etiã Gloſſa, *b* & Antonius de Butrio, Geminianus, & alij, qui hoc communiter ſequuntur.

Neque obſtat, ſi dicatur prædictos teſtes dicendos eſſe ſingulares ex diuerſitate tẽporis, quia dũ vnus videt, alius non videt. Reſpondetur enim, quod ex quo viderũt eundẽ actum, & in continente vnus poſt alium ſimul vidiſſe dicuntur, neque ſingulares ſunt. Ita præcęteris notat Iacobus de Arena, *b* & Cynus, & eodem modo poſſumus ad alia reſpondere, ſi quę fortaſsis obijciantur, adeo hoc eſt verum ſi actus eſt continuabilis, & aliqui vident diuerſis horis, ipſi teſtes ſunt conteſtes: verbi gratia eadem nocte viſus eſt Clericus in concubinæ lecto ab vno teſte in principio noctis, ab altero media nocte, vel ad auroram, hi enim etiam præſumuntur conteſtes, quia non præſumitur pluralitas actuum, ſed continuitas. Ita Caietanus *c* dicens, quod propter ſingulares teſtes inuenitur fulminata ſententia multorum Patrum in peccatis religioſorum. Quod ex eo reputabat tolerabile, licet non ſit ſecundum rigorem iuris, quia nõ tã proceditur inter religioſos ad puniẽdũ quam ad ſalutẽ animæ. Et reuera multa ſunt crimina præcipuè religioſorum, quæ probari non poſſunt, niſi per teſtes ſingulares, vt eſt ſolicitatio in actu ſacramentalis confeſsionis ad actum carnis, fornicatio extra conuentum in præſentia ſocij, ingreſſus in domos prohibitas. Quod probatur, nã etiam de iure ſeculari non valet in teſtem contra clericum, & Monachum in cauſa criminali, prout in Iure probatur, *d* neq; in accuſatorẽ, niſi ſuam, aut ſuorum iniuriam accuſet, tamen vbi alij teſtes non ſunt, aut eſſe non poſſunt, vt eſt populus, vbi vnus eſt tantũ clericus, Laici ſunt idonei teſtes, quoniã, vt veritas habeatur, cum aliter haberi nequeat, cõcedendum eſt, quod aliàs non concederetur, quod videlicet recedatur à reguis communibus: nam dato oppoſito fierent clerici, ſoli habitantes criminoſiſsimi, atque etiam religioſi promiſſa ſibi impunitate. Verum eſt tamen, quod in his, & ſimilibus, quando receditur à regula communi maior eſt adhibenda prudentia circa perſonam, & opinionem tã delinquentis, quam teſtium cõſiderandã, & quod ſi duo cõ teſtes probãt, & conuincunt, ſingulares vt probent plures neceſſe eſt eſſe, ita Ouando. *e*

d c. de cæte ro de teſti.

e Ouando in 4. d. 18. & 19. p. 778. & 779.

a DD. & Bald. in l. teſtium. C. de teſtibus.

b Gloſ. 1. in c. nihilomi. in verſic. ſimu. q. 3. & 6 Antonius d Butri. in ca. cum oportet de accu. n. 12. in d. c. nihilomt.

b Arena & Cynus in d. l. teſtium n. 5. verſ. ſed contra videtur.

c Caiet. 2. 2. q. 70. ar. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum teſtes dicantur ſingulares, quando in facto principali conueniunt.

REſpondeo dicendo, quod teſtes non ſunt ſingulares imo ſunt conteſtes, & conformes, quando in facto principali, in quo negotij ſubſtantia præcipue conſiſtit, concordant per eadem vel æquiualentia verba, quamuis in alijs minus præcipuis circunſtantijs diſcordent. Cum in Iure dicatur, *a* quod nihil obſtat narrandi diuerſitas, vbi eadem dicuntur, & argumento aliquorum Iurium *b* comprobatur, in quibus id notat Salicetus. Et hanc ſententiam non obſcure affirmat Diuus Thomas, qui ait: *Si vero ſit diſcordia teſtimonij in aliquibus circunſtantijs non pertinentibus ad ſubſtantiam facti & cæt. talis diſcordia nõ præiudicat teſtimonio, quia homines non conſueuerunt circa talia multũ ſoli citari, vnde facile a memoria elabũtur.* Hactenus D. Thomas, quem per omnia ſequitur Soto. *d* Idem tenet Gloſſa, *e* Alexander, & alij,

a c. nihil obſtat de Ver. ſign.

b L. qui ſententent. C. de pænis. l. qui cumque C. de hære.

c D. Th. 2. 2 q. 70. art. 2. ad 2.

d Sot. li. 1. de iuſt. & iure. q. 7. ar. 2. ad 1.

e Gloſ. in c. 2. de cõuer. coniu. Gabriel. li. 1. cõmun. cõcl. tit. de teſti. concl. 2. n. 64. verſi. & propterea. infert. Gemi. in d. cal nihilom. c. 3. q. 9. Rojas ſingula. n. 8. & ſeq. & in tract. de hære. 2. p. aſſer. 6. n. 127. cũ ſeq.

& alij, quos refert, & ſequitur Antonius Gabriel, quibus adde Germinianum, & hoc fatetur Rojas. Imo vſque adeo verũ eſt diſcordantiam in minimis quibuſdã nõ noſcere, vt hæc interdum teſtimoniũ reddãt validius & ita ait D. Thomas dicẽs. *Quinimo aliqua diſcordia in teſtibus, ſcilicet in circunſtantijs non pertinentibus ad ſubſtantiã facti facit teſtimonium credibilius, vt Chryſoſtomus affirmat ſuper Matthæũ quia ſi in omnibus concordarent, etiam in minimis viderentur ex condicto eundem ſermonem referre, quod tamen prudentiæ iudicum relinquitur decernendum.* Hactenus D. Thomas, & idipſum amplectitur Soto, g & probat quædam Iuris Ciuilis *h* ibi. *Vtrum vnum, eundemque ſermonem præmeditatum attulerunt,*

g Soto li. 5. de iuſt. q. 7. ar. 2. ad 1.
h L. 3. de teſti.

ARTICVLVS IIII.

An per teſtes ſingulares aliquis ſit condemnandus.

REſpõdeo dicendo, quod hæc quæſtio partim eſt difficilis, partim vero facilis quantum ad hoc, quod per teſtes ſingulares nemo eſt condẽnandus pœna ordinaria, & quantum ad hoc, quod nec etiã eſt condemnandus etiã ſi infamia, cum teſte ſingulari adiungatur certum eſt. In quo tamen difficultas verſatur, eſt, cũ teſtes ſingulares ſint in dictis, cõueniũt tamẽ in ſubſtãtia rei, ſeu in effectu, vtrum arbitrio iudicis relinquatur.

Et quo apertius intelligatur, obſeruandum eſt multiplicem eſſe ſingularitatem. Quædã eſt obſtatiua, alia vero eſt cumulatiua, ſeu adminiculatiua; tertia eſt diuerſificatiua. Ita Baldus, *a* & copioſius, & cæteris apertius Aymon Craueta, & Albertinus, quo loco refert plures alias ſingularitatis ſpecies, & quibus iam in articulo primo huius quæſtionis ſatiſfactum eſt: ſed nunc pro reſolutione noſtri propoſiti aliam accipe diuiſionem.

a Bald. in c. licet cauſam. n. 15. de proba. & in l. teſtium. n. 9. C. de teſti. & nu. 4. Crauet. in tract. de antiq. tempo. par. 4. n. 57 Alber. in c. quoniam de hæret. q. 16. nu. 38.

Obſtatiua eſt, quando ex dictis teſtium naſcitur repugnantia, aut contrarietas, vt cum vnus affirmat, alter vero negat, quo caſu dictum vnius aut infrigit, aut non probat. Cumulatiua eſt, quando dictum vnius cõadiuuat dictum alterius, vt cum vnus diſponit de facto, alter vero de fama, ſeu vnus de viſu, alter vero de auditu, & vt probat Craueta, hęc ſemi plenam facit probationem. Vltima eſt diuerſificatiua, ex qua naſcitur diuerſitas rei in ſubſtantia, vt cum vnus teſtis dicit vno loco, & tempore, quid factum, alius verò alio loco, & tempore, quo caſu dictum vnius nõ infringit dictũ alterius, imo coadiuuat, & corroborat. Quo ſuppoſito reſoluendum eſt, quod quæritur in articulo quæſtionis per ſequentes concluſiones. Sit ergo.

Prima concluſio. Per teſtes ſingulares nemo eſt condemnandus pæna ordinaria, nec etiam ſi infamia cum teſte ſingulari adiungatur; quod communi voto receptum eſt, & procedit, non ſolum, quando teſtes ſunt ſingulares ſingularitate obſtatiua, tunc enim nulla eſt difficultas, ſed etiam quando ſunt teſtes ſingularitate cumulatiua. Hãc ſententiam profitetur Ioannes *b* Andreas, Conradus, Brunus, Palatius Rubeus. Simancas, Iulius Clarus, Boccius *c* Marſilius, Pariſius. Denique vt numeroſas aliorum allegationes omittam, hæc ſententia eſt Angelici Doctoris Diui Thomæ, quem ſequitur Soto, qui affert pulchram rationem, quare teſti ſingulari non credatur, in quolibet crimine cum reus ſit vitæ ſuæ poſſeſſor & bonorum, & melior ſit conditio poſſidentis, ideo & actoris affirmatio non putatur ſufficiens ad pellendum illum à ſua poſſeſſione.

b Andreas in c. vt offi. in fin. verſi. certum eſt autẽ de hæreticis li. 6. Brun. de hæreti. li. 4. ca. 9. Palac. Rubi. in allega. de hære. ſi. §. 12. Simã. de inſ. carh. tit. 51. n. 3. & ti. 64. n. 61. Clar. in practi. cri. §. fi. n. 53. verſic. dixi etiam.
c Boccius deciſ. 342. pauſ. conſi. 2. li. 4. Mar. cõſ. 109. D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 2. Soto. li. 5. de iuſt. q. 7. ar. 2.

Secũda cõcluſio. *Si* cum teſte ſingulari ad ſit fama de crimine, quamuis legitimè ſit probata, non propterea condemnabitur reus. Ita ferè omnes præcitati. Quod probatur, nam in criminalibus ex pluribus imperfectis probationibus non conſurgit vna integra, & perfecta probatio, vt colligitur ex Gloſſa, *d* quã probant Antonius de Butrio, Marſilius, & Iulius Clarus. Quæ concluſio eſt vera quoad pœnã ordinariam imponendam, non autem quoad purgationem inducendam, vel aliam pœnitentiam iniungendam. Ita tradit Repertorium *e* Inquiſitorum.

d Gloſ. in c. veniens. el. 1. ver. illor. Marſ. in practi. de probat. Clarus in pract. crimin. q. 63. verſi. tuſcis.
e Reperto. Inquiſit. verſi. teſtes. §. an in cauſa hæreſis.

Pro cuius clariori explicatione eſt notãdum quod bifariam poteſt quis contra ſe habere plures teſtes ſingulares. Primo cũ duo, vel plures deponunt de diuerſis delictis; itẽ quia de diuerſis locis, atque temporibus, vt quia verbi cauſa, vnus dicit ſe vidiſſe Petrum prima die Maij committere tale delictum, alius vero dicit ſe vidiſſe committere aliud die prima Auguſti. *Secundo* poteſt quis

quis habere cõtra ſe duos, vel plures teſtes ſingulares de eodem, aut de eiſdẽ delictis deponentes, diſcordant tamẽ in loco, & tẽpore, vt ſi duo, vel plures teſtes omni exceptione maiores ita ſe habeant, vt vnus verbi cauſa dicat ſe vidiſſe Franciſcum tali in platea nudiuſtertius, alius verò dicat, quod nudius tertius vidit in ſcholis committere idemmet delictum.

a Butrig. in l. Arriani. & Salicet. in. l. quicũque C. de hæreticis Bal. in. l. act. C. de proba ti. Anania c. 1. de probat. n. 7 Ale. cõſ. 141. li. 1. & cõſ. 92. li. 1. Cla. in pract crim. q. 55. ve. dixitetiã Locatus in oper. iudi teſtis n. 19. Cãpe. de hæ ret. c. 13. ver. ſingulares.

Primũ membrũ diuiſionis neceſſe eſt enucleare. Pro quo aduertendum eſt, quod multorum eſt ſententia ad probandum aliquid in genere ſufficere teſtes ſingulares, vt v. g. in exemplo poſito, ſi agatur in genere de probãdo, an Franciſcus faceret tale delictum, ſatis enim eſſet ait dicta ſententia, ſi per teſtes ſingulares de diuerſis delictis, & de diuerſis locis, & temporibus prolatis conuincatur, tunc enim probatum erit in genere Franciſcũ eſſe delinquẽtem. Ita Iacobus e Butrigarius, Salicetus, Baldus, Anania, Alexander, & alij, quos refert Iulius Clarus, Locatus & Campegius ad Zanchinum. Et hanc opinionem probant multi Iuriſperiti, Philippus Porcius f, & fatetur communem Antonius Gomez, & Albertinus, vbi affirmat hanc opinionem forſan in praxi eſſe ſequendam.

f Porcius comm opinio. regu 34 ver. cõtrariã opinionem Gom. li. 3 variar. c. 12. n. 12. Albertinus c. quoniã. de hæret. li. 3. n. 51 &. 52. Peña in directo. inquiſitorũ 3. p. comm. 221. pa. 617. col. 1.

At cõtra prædictã opinionẽ fortiſsimis rationibus inuehit Penna in additionibus ad Directorium Inquiſitorum Emeric dicens, teſtibus ſingularibus prædicto modo neminẽ probari eſſe delinquentem in genere, etiã in cauſa hæreſis. Primun enim vix intelligi poteſt, quid ſit hominem aliquẽ eſſe delinquentem in genere: nam & ratio, & modus loquendi impugnant hanc ipſam eorum ſententiam, genus enim quid confuſum eſt, incertum, cõmune, & indeterminabile, & vbi quid in genere probatur, nullũ ad certum indiuiduũ demonſtratur. Rurſus nemo delicto poteſt condemnari, niſi duobus legitimis teſtibus ſit conuictus: at qui de pluribus differentibus articulis per teſtes ſingulares conuincitur non conuincitur legitimis teſtibus. Hanc ſententiam profitentur etiã inſignes Iuriſperiti, Salicetus g Cõradus, Brunus, Simancas, & Rojas, cui omnino aſcribendum cenſeo, cum ſit verior, & tutior. In cuius confirmationem volo in præſentia adducere verba doctiſsimi Archidiaconi h, qui ait, *Vbi tractatur de probando aliquos actus, ex quibus conſtat multiplicatio alicuius rei, non ſufficiunt teſtes ſingulares. Vnde ſi volo probare talem religioſum feciſſe miraculum, & per vnum teſtem probo, quod ſanauit vnum Claudum, & per alium teſtem probo, quod illuminauit cæcum, iſti teſtes non probant*, ita probat Archidiaconus i, & Vincentius, & Antonius de Brutrio.

g Salicet. in l. teſtis. n. 16 C. de teſti. Brun lib 4. de hæret. c. 9. Simã. de inſt. Catholit. 64. n. 69 cũſeqq. Rojas de hæreti. 2. p. aſſer. 6. nu. 142.

h Alex. cõſ. 204.

i Archid. in c. nec. minũ 26. q. 5. &. Vincent in c. venerabilis de teſtibus Anto. de Butrio in ca. cũ opottet de accuſ.

Nunc autem reſtat diluedã eſſe quãdã magni momenti difficultatem, an videlicet is plenè conuincatur de aliquo crimine, qui duos, aut plures habet teſtes legitimos, & omni exceptione maiores de eodem, aut de eiſdẽ criminibus deponentes, loco tamẽ, & tempore diuerſos. Albertinus k, Conradus, Butrius, & Simancas ſecuti Salicetum aſſerunt delictum remanere plenè, & perfectè probatum: ſiquis verbi cauſa conuincatur Salmanticæ commiſiſſe quoddam adulterium, & Romæ aliud perpetraſſe. Pro qua opinione affert Simancas rationes non vulgares, tum quia diuerſitas teſtium in alijs, quam in ſubſtantia non abrogat fidẽ eorum; tum quia perinde facit adulter, qui in varijs locis, & temporibus idem repetijt adulterium, ac fur, qui id, quod rapuit, & furatus eſt, ſingulis teſtibus oſtendit: tum quia abſurdum eſſet, quod criminoſus quidam corã ſingulis hominibus totius populi committeret tale crimen, & tamen vniuerſorum teſtimonijs conuinci non poſſet, quod nemo ſanæ mentis probat. Hæc pro ſimili caſu adducit Simancas, citatq; Diuum Thomam l. & Bartolum pro ſua parte, horumq; potiſsimum fundamentũ eſt, locũ, & tempus externa eſſe neq; plurificare, aut variare ſubſtantiã facti.

K Albertin trac. de cognoſ. aſſer. q. 34. n. 12. Brunus li. 4. de hæret. ca. 9. Simanc. de inſt. cath. titu. 64. n. 75. &. 76. Salicet. in l. teſtiũ. C. de teſtibus. nu. 16.

l D. Th. 2. 2. q. 70. art. 1. ad. 2.

Sed non debuit Simancas pro ſua parte Doctorem Angelicum allegare, cum ipſe in loco ab eo allegato contrarium prorſum ſentiat. Ait enim. *Ad ſecundum dicendum, quod diſcordia teſtium in aliquibus principalibus circunſtantijs, quæ variant ſubſtantiam facti (puta in tempore vel in loco, vel perſonis, de quibus principaliter agitur) aufert efficaciam teſtimonij, quia ſi diſcordant in talibus, videntur ſingulares eſſe in ſuis teſtimonijs, & de diuerſis loqui, puta ſi vnus dicat, hoc factum fuiſſe tali tempore, vel loco: alius vero alio tempore, vel loco non videntur de eodem facto loqui.* Hæc Diuus Thomas cum quo idem ſentiunt Caietanus m, & Soto. Et ſentio cum Diuo Thoma teſtes loco, & tempore diſcordes, quam uis de eodem delicto, vel delictis deponant, ſingulares eſſe, adeoq; non plene probare neque ex talium dictis ad pænam criminis ordinariam imponendam vllo modo eſſe

m Caietan. apud. Diuũ Tho. vbi ſupra Soto li. 5. de iuſt. q. 7. ar. 2. ad 1.

accedendum. Et hanc veritatem videtur probare Leo *n* Papa, de hac enim re ita sentiens, & differens ita sanciuit: *Nec eorum voces tanquam plurimum admittuntur, quos quidem temporum diuersitas simul interfuisse prohibuit. Hæc Leo Papa.* Ex quibus infertur, periculosum esse ad voces talium testium singularium quempiam condemnare, & Susannæ exemplum apud Danielem *o* satis ostendit etiam singulares esse censendos, nec propterea plenam fidem eis esse adhibendam, & ita etiam cognouerunt Rojas, *p* & Peña, & probatut hæc sententia sequentibus rationibus, quibus his, quæ pro contraria parte adducuntur, satisfacit. Primo quia ex pluribus diuersis nunquam consurgit vnum integrale, prout dicitur in Iure. *q* Secundo quia probationes in sua specie imperfectæ in criminalibus ad plenam probationem non coniunguntur, prout fatentur cum communi Simancas, *r* & Rojas. Tertio quia in concilio Bitterrensi ita scriptum est: *Ad nullius vero condemnationem procedatis sine confessione propria, vel probationibus dilucidis, & apertis, satius enim est relinquere facinus impunitum, quam innocentem condemnare.* Idem paulo post sanciuit Concilium Narbonense in hæc verba. *Ad nullius vero cõdemnationem sine lucidis, & apertis testimonijs probationibus, vel confessione propria procedatis, satius est enim facinus impunitum relinquere, quam innocẽtem damnare.* Hæc ibi. Denique hanc sententiam sequuntur viri insignes, Dominus Caietanus, *u* & Soto asserentes, quod tametsi inter religiosos, qui iam sunt mortui Mundo ob dicta plurium testium singularium facinorosi possint condemnari propter animæ salutem, & fauorem regularis obseruantiæ, in delictis tamen atrocioribus, vbi ad grauiora supplicia proceditur, id locum non habet, & idem voluit Ioannes *x* Rojas & quando per testes singulares condemnantur pœna ordinaria minime plecti debent prout clare sentit

Soto.

n c. Nihilominus. 3. q. 9.

o Dan. 3.

p Rojas de hæreti. asser. 6. n. 145 Peña indi. rect. inquisit. 3.

q L. Sanci. §. siquis autẽ. C. de donat. l. vsuris. C. de vsuris. Siman. in Ench. viol. relig. tit. 34. n. 4. Rojas. 3 de hæreticis. p. 2. asser. 6. n. 147. Cone. Brier. c. 11.

r Con. Narbo. c. 23.

u Caiet. vbi sup. Soto vbi sup. ar. 2. ad 1.

x Rojas de hære. 2. pa. asser. 6. nu. 146. & seq.

ARTICVLVS. V.

Vtrum in aliquibus casibus testes singulares faciant fidem.

REspondeo dicendo, quod in multis casibus testes singulares faciunt fidem. Primo quando testificantur de pluribus actibus habentibus vnam originem, & vnam causam, tunc illa origo probatur per testes singulares: vel quando ex dictis testium non resultat nisi vnum factũ, quod deducitur, vt si deponit me iurisdictionem exercuisse in causa Titij, alter in causa Martini, singuli enim de iurisdictione deponunt. Ita Baldus, *a* vel si vnus dicit me possidere, quia videt cõ gessisse me frumentum, & alter vinũ, hi enim probant possessionẽ, vel si vnus deponat, quod Titius voluit inuadere Castrum, alius dicit voluisse occupare, alius capere, hi enim probant delictum, vt ait Innocentius. *b* Item siquis dicat talẽ feciſſe cõcessionem in tali causa, & alius in alia causa, nã si licet sint singulares, probant concessionẽ in genere, & ita iudicatum fuisse in magno quodam Concilio testatur Rebufus, cat in hoc casu ego talẽ probationẽ delicti in genere non omnino reciperem, nisi in causis regulariũ, prout dictũ est in articulis superioribus, cũ eorũ punitio ad emẽdã tãtũ ordinetur, & obediẽtiæ Superiorũ sint astricti ita, vt mortui mũdo dicantur. Tertio etiã sufficiũt testes singulares, quãdo negotium, & factũ esset vnũ, & cõnexũ, vt si quis vellet probare quẽ esse irregularem eo quod post excõmunicationem celebrauerit, & vnus dicat audisse, *Gloria in excelsis Deo*, alter dixit interfuisse, quando in altari dixit. *Agnus Dei*, tunc enim probatũ erit factum argumento *d* cuiusdã legis, & tenet expresse Baldus, & Felinus.

a Bald. in c. licet. 2. in fi. de testi. & in margar. versi. testis q. 31.

b Inno. cap. qualit. 2. co. pen. de accusat.

c Rebuffus de reprob. & saluat. testi. n. 526. in fin.

d L. ob crimẽ. §. fin ff. de testib.

ARTICVLVS VI.

Vtrum propter testes singulares possit aliquis incarcerari, aut torqueri.

REspondeo dicẽdo, quod licet carcer in religionibus sit pœna delicti, cũ incarcerati priuentur voce actiua, & passiua, prout infra in quæstione de correctione fratrum quoad carcerem dicetur: possunt iudices regularium per testimonium testium singularium ita induci in credulitatem, vt potẽ quia testes sunt bonæ vitæ, & famæ viri, vt illis credere oporteat, prout tenet Paulus de Castro, *a* & Bartolus ait, quod iudex potest non credere testibus, etiam si sint con-

a Castren. in l. admonẽ. col. 7. ff. de iure iur. & in l. Lucius ff. de his qui norant infamia, vbi Bart.

conteſtes, pariter ſi conteſtes non ſint moueri poteſt ex quibuſdã cauſis ad credendum, prout tenet Soccinus *b* dicẽs quod omnis virtus probationis arbitrio iudicis ponderatur, & dijudicatur, an ſit ſufficiẽs, vel non argumento cuiuſdam Legis *c*, & tradit plene Hippolytus, & ſic poteſt iudicare iudex regularis per teſtes ſingulares monachum ſatis remanere conuictum delinquentem in genere, vt propterea iure optimo ſit incarcerem recludendus, & voce actiua, & paſsiua, priuandus. Et cum ex dictis talium teſtiũ probatorum, & idoneorum magna, & vrgentia naſcantur indicia aduerſus illum, qui vnum, & idem, aut plura, & eadem delicta diuerſis locis, & temporibus dicitur perpetrare, torquendus erit, & ſi nihil fateatur, quia hoc caſu non videtur ſufficienter purgaſſe indicia, aliqua pæna arbitraria erit puniendus. Hoc veriſsimum, & certiſsimum eſt, vbi tantum duo adſint teſtes ſingulares, ſi autem plures, quam duo teſtificantur, grauis fortaſſe eſt difficultas. In qua multorum ſententia eſt, quod cum teſtes ſingulares ad eundem finem tendunt, & plures ſint, & fide digni ita, vt iudicem adducant ad indubitatam fidem, non debet iudex multum curare de ſingularitate, ſed ex eorum dictis poterit iudicare, & pænam ordinariam imponere. Ita in caſu hæreſis, tenet Simancas, *d* quod ipſum inſignes Iuris Conſulti profitentur, Cacialupus, Franciſcus Brunus, Soccinus, Hippolytus, Marſilius, & Tiraquel. quã opinionem, vt ex ſuperioribus patet, ego nõ omnino amplector, cũ in hoc etiam caſu pæna extraordinaria ſufficere videatur iuxta mẽ ſuram credulitatis, quam dicti teſtes ſingulares poſſunt in iudicum animis generare, & ſi ne teneamus, quod per eos poteſt imponi pæna ordinaria, ſiue extraordinaria, quod nullus negat: ex eo tamen colligitur, quomodo iure optimo poſſunt incarcerari, torqueri monachi ſingularibus tantum teſtibus omni exceptione dignis conuicti.

b Socci. cõſ. 37. viſo vol. 3.

c l. 3. §. tu magis ff. de teſtib. Hippolyt. ſing. 84. vulgat.

d Siman. de inſti. cath. ti. 64. n. 77. Cacialu. in in re, pet. l. admonẽ. ff. de iurand. col. 39. verſ. patet igitur Brunno. in tract. de indic. & tortur. p. 1. q. 2. n. 6. Soccin. conſ. 262. li. 2. Hipoly. ſing. 144 & in. l. 1. §. ad quæſt. ff. de quæſtio. Tiraq. de pæn. tempor. aut remit. cauſ. 51. n. 161.

QVÆSTIO. X.

De correctione fraterna, quoad teſtium variationem in tres articulos diuiſa.

Circa quam tria quæruntur,

1 *Vtrum credendum ſit teſti varianti.*

2 *quando dicatur teſtis variare.*

3 *Vtrum teſtis varius poſſit torqueri.*

ARTICVLVS. I.

Vtrum credendum ſit teſti varianti.

RESPONDEO dicẽdo, quod teſti varianti ab his, quæ prius in iudicio dixerat, non creditur. Ita Innocentius, *a* Bartolus, & Baldus, Alexander affirmans cõmunem deciſio. Neapolitana, Baldus Ruinus, & Decius, & ſi contrarius ſit in eadem depoſitione clarum eſt, quod non ſtatur tali dicto, imo reijcitur in totum, tanquam falſum, vt habetur in Iure, *b* & eſt communis opinio. Si verò ſit contrarius in alia depoſitione eiuſdem cauſæ, tunc ait Bartolus *c* idem eſſe dicendum, quod ipſum tenet Fulgoſius, quia ex quo ſecundo in hoc dicto apparet, quod teſtis eſt falſus, & periurus lex præſumit, idem de prima examinatione. Sed Abbas, *d* tenet contrarium, ſcilicet, quod imo ſtetur primo dicto, quem ſequuntur Innocentius, Ioannes Andreas, Immola, & recentiores, & poſt Baldum tenet Alciatus. *e* Et ſuadetur optima ratione, quia talis teſtis ſubornatus præſumitur à parte, & ſic ſequitur, quod primum dictum eſt verius, aliàs eſſet in poteſtate teſtis annullare dictum ſuum, & tollere ius quæſitum parti. Et eandem opinionem tenet Aretinus, quando pars, pro qua teſtis ſemel præſens depoſuit, oppoſuiſſe reputaretur, ſecus ſi nihil oppoſuiſſet.

Verum eſt tamen, quod illud primum dictum debilitatur, quia talis teſtis non dicitur maior omni exceptione: & propterea dicit *f* Cardinalis, quod ad dictum talis teſtis non poſſet deferri iuramentum in ſupplementum probationis, quem ſequuntur Felinus, & Albertinus.

a Inno. in c. inan. 2. col. 2 de teſt. Bar. in l. eos. ff. de fal. Bald. in l. geſta. col. 2. C. de re iud. Ale. in l 2. n. 13. C. de eden. & conſi. 19. col. 1. vol. 4 deciſ. in nouis 242. col. penult. Ruinus conſ. 75 n. 8. l. 1. Decius conſi. 189. co. 6.

b c. licet cauſam de probar. l. eos ff. de falſis.

c Bart. in d. l. eos Fulg. in l. qui falſa. ff. de teſt.

d Abbas in c. cũ in tua de teſtib. & ibi, DD.

e Alciat. de præſu. reg. 2. præſum. 29. n. 6. & 7.

f Card. in c. veniẽs col. 2. in fin. de teſtib. Fel. & Alci. vbi ſup. Alber. in c. 1. de hęre. li. 6. q 16 nu. 71. cum ſeqq.

ARTICVLS II.

Quando dicatur teſtis variare.

RESpondeo dicẽdo, teſtẽ nõ dici variũ ſi continuo ſe corrigat allegando cauſam erroris, & correctionis iudici. Ita Bar-

tolus, *a* quem sequitur, & refert Aretinus declarans procedere in variatione, in additione, in suppletione. Variare autem dicitur, quando dimissus à iudice vult mutare, & mutat sententiam, vt ait Herminianus *b* post Baldum, qui ait, quod postquam testes deposuerunt, debet iterato eis legi dictum eorum, vt per lectionē depositio compellatur, & tollatur error. Quā sententiā sequitur Felinus. *c* At Bocius credit opinionem Bartoli esse veriorem simpliciter, scilicet quod dū testis examinatur, & post ante dimissionem non sit licita variatio, nisi iuxta modum per eū traditum & ideo ait, quod quā do testis in cōtinenti se corrigit, non statur correctioni simpliciter, sed debet iudex attēdere modum correctionis, & sic loquitur, & in ipso actu, & post antequam fuerit dimissus, & iudex debet diligenter attendere modum, & causam correctionis, & nisi cognoscat eum posse incontinēti se corrigere, incidit in suspicionem, & vacillationē argumēto cuiusdam Legis *d*, & sic dicit, quod incōtinenti se corrigere dicitur, quando nō dum exiuit à cōspectu iudicis, & antequam alioquutus fuerit partem, nisi aliud velit qualitas personæ. Et nemini dubiū est, quin incōtinenti dicitur, imo multo magis dum testis examinatur, & ita videtur loqui quædam Decretalis *e* Vide optimè Aretinum *f*, qui disputando, an Bartolus ibi benè loquatur, inquit, communiter solet dici admitti correctionem, quousque non trāsiuit tēpus, quo potuit loqui cum parte, & tunc sine dubio secundum cōmunē debet allegari causa correctionis, aliàs vt varius est puniendus, vt patet in Iure: g quod idem voluit Alciatus *h* addens, quod debet allegare iustam causam, vt si allegaret obliuionem in tempore, quia illa est magis verisimilis, si vero obliuio non esset vero simillis, tunc secus est dicendum. vt ait Baldus *i*, sicut etiam testis deponens super non vero simili, non probat, nisi, assignet etiam non interrogatus rationem, prout colligitur ex Iure, *k* & tradit Antonius, & Aretinus.

a Bart. in l. eos. co. 11 ff. de falsi. vers. item oppono. Aret. in ca. per tuas. col. 2. extra de testibus.
b Ferm. versi. testiū reperio. versi. 9. & 10. Bal. in l. fin. ca. plus valet, quod agitur Felin. in ca. per tuas col. pen. de test.
c Bocius in prac. crimi. tit. de tortu. testi. p. 244. co. 2. n. 24.
d L. in testi. ff. de test.
e ca. præte. de testi. agnos.
f Aret. in d. l. quæ quid stingen. ff. de ver. obli. col. 11.
g L. eos ff. de falsis.
h Alcia. reg. 2. de præsu. præsum. 29
i Bald. in l. presbyt. C. de episc. & cleri.
K ca. super, hoc de renū ci. & ibi Antonius, Are. in ca. 3. loco col. ver. pro quo facit de probati.

ARTICVLVS. III.

Vtrum testis varians possit torqueri.

REspōdeo dicēdo, quod testis varius in suis depositionibus non facit fidē, nisi firmet dictū suū in tortura, ita seruat praxis, vt ait Boccius *a*, & idem dicendū est etiam in clericis, quod scilicet clericus testis vacillans, vel suspectus, quod veritatem dicere recusat, possit torqueri. Et hęc est communis opinio canonistarum teste Follerio *b*, magis enim peccat Clericus celans veritatē, quam Laicus, quod secūdum ius canonicum corrigens ius ciuile est tenendū contra Bartolū, prout resoluit Iulius Clarus *c*: & id ipsum debet dici de monacho testificāte, & in dictis vacillante. Aduertendum tamen, quod possunt supradicti torqueri à suo iudice, Laicus à iudice Laico, Ecclesiasticus à iudice Ecclesiastico, Regularis à iudice regulari, à quo interrogatur. Notandum est, quod testis, qui cum dixit extra iudicium deinde in iudicio deponit contrarium eius, quod extraiudicialiter dixerat, poterit ex hoc etiam torqueri. Ita tenent communiter omnes vt testatur Alexander *d*, quem refert Turzan. Ait etiam Alexander *e*, quod in hoc omnes conueniunt, & ita practicari attestatur Boccius *f*, & in hoc casu standum est secundæ depositioni factæ in iudicio, prout cum communi contra Bartolum dicentem standum esse primo dicto, resoluit Couarruuias *g*, Menchaca, & Iulius Clarus.

a Boec. in ti. de tortur. testium. n. 2. r in fin.
b Foller. in prac. cri. fol. 127. n. 47.
c Clarius in pract. crim. §. fin. q. 25. n. 5.
d Alex. cōs. 63. circa fin. lib. 1. cons. Turzan. in sua coll. cōmun. opin. & 134.
e Alex. cōs. 25. in fin. li. 5
f Boccius 5 z pra. n. 41. in fin.
g Couar. li. 2. var. ca. 13. nu. 7. Mencha controuer. vsu frequē. c. 32. n. 4. Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 52. n. 11.

QVAESTIO. X.

De correctione Fratrum quātum adpersonas potentes testificare in quinque articulos diuisa.

Circa quam quæruntur quinque.

1 *Vtrū monachi possint esse testes in causis ciuilibus, & criminalibus suorū monasteriorum.*

2 *Vtrum monachi ad testimoniū ferendum compelli possint.*

3 *Vtrū in causis criminalibus moniales possint esse testes contra alias moniales.*

4 *Vtrum vt testificentur monachi, & moniales sit necessaria licentia prælatorum.*

5 *Vtrum laici contra clericum & monachum possint testes.*

ARTI-

ARTICVLVS. I.

Vtrum monachi possint esse testes in causis Ciuilibus, & Criminalibus monasteriorum.

RESpondeo dicendo, contingere aliquã do sæculares, aut Ecclesiasticos ciuiliter, aut criminaliter conqueri de regularibus dicentes ipsis esse debitores, & ipsis ad monasteria accedentibus non mediocrem iniuriam contulisse, ratione cuius prælati regulares sæpè sæpius ad decisionem causæ propositæ accedunt. Videndum igitur est, prout proponitur in titulo quæstionis, vtrũ monachi in his casibus testes esse possint. Et videtur, quod non quia secũdum communẽ quam tradũt a Doctores, & copiosè post alios Antonius Gomez, & Simancas, testes domestici ad testificandum sunt repellendi. Et in quadam Lege b partitarum declaratur, quod domestici, & familiares, seu de domo dicuntur seruus, colonus, libertus a scriptitius, mercenarius, famulus, & vt breuius dicam, familiares dicuntur, qui viuunt (vt cum nostris loquar) ad vnum panem, & ad vnum vinum, vt dicitur in quadam Authentica, tales sunt, qui viuunt in communi: qua ratione attenta videtur, quod monachi non possint esse testes in causis monasteriorum, nec pro fratribus in causis fratrum ciuilibus aut criminalibus possunt testificari.

Sed hoc non obstãte nõ reprobãtur, si deponant pro monacho etiã fui monasterij, vt ait quædam Glossa, d aliquãtulum tamen minor fides habetur eis pro qualitate amicitię, & fraternitatis, vt ait alia Glossa e, quam sequitur Lamfrancus: & sic Canonici, & monachi de his, quæ in capitulo fiunt, deponere possunt, quoniam per alios facile probari non possunt, & habetur in iure, f & tradit Alexander, & idem asserit ex idẽtitate rationis in Collegis, seu bursarijs Collegiorũ, vnde præstatio cõtinua alimentorum potest probari per bursarios, & cohabitãtes in eadẽ domo, quia non solẽt vocari ad hoc testes, vt cõsuluit Corneus g, idem dicendũ est quando volunt probari ea quæ fiunt domi, vt expresse voluit quædam Lex h ibi *Quoniã nõ facile, quæ domi geruntur, per alienos probari possũt.* Vnde illi, qui sũt de cõuẽtu super professione illius, qui repellitur à conuentu secundum Panormitanũ, i possunt testificare quia cum sit causa monasterij, nõdicũtur testificari in causa propria. Propter quod ait Syluester, quod prælati Ordinis Minorum possunt in hoc casu experiri in Iudicio.

Ex quo colligo non esse priuilegium magnũ, quod conceditur ab Vrbano IIII. Ordinis Cistertiensium, in quo conceditur, *quod in causis proprijs monasteriorum dicti Ordinis, siue ciuilibus, siue criminalibus, ne ius eorum depereat, licet monachorũ testimonijs vti, eaque tãquã iuridica recipienda esse.* Quod ipsum concessit Iulius II. congregationi Montis Oliueti. & Eugenius IIII. congregationi S. Iustinæ, vbi hoc extẽdit ad conuersos, & commissos dictæ congregationis. & Leo X. cõgregationi Camaldulẽsium extendit etiã ad nouitios. Hæc omnia iure communi, vt patet ex dictis, vide cõcessa, in causa enim communitatis collegiati admittuntur ad testimonium ferendum, quoniam non facile, quæ domi geruntur, per alienos probari possunt.

Circa quam concessionẽ videtur dicendũ quod etiã quando dãnum, vel lucrũ venit ipsis de monasterio, possunt ipsi monachi de monasterio testificari, ait enim *in causis proprijs, siue ciuilibus, siue criminalibus*, quæ verba cum sint generalia, videtur habere locũ etiã in causis, in quibus ipsis de monasterio damnum, vel lucrũ obueniret: & si hoc esset absolute, & generaliter tenendum, certe magnũ tunc foret priuilegium contra ea, quæ cõmuniter notant Doctores, dicẽtes, quod quãdo dãnum, vel lucrũ venit ipsis de capitulo, vel collegio applicandum, aut bursarijs, tunc etiã propter inopiã probationis nõ recipientur. Imputari enim eisdẽ debet, cur non vocauerunt testes aliquos, qui deponerent: quod egò certè non admittò, nunquã enim præsumitur Papã concedere priuilegium cõtra terminos iuris, quãdo eius verba, & mẽs possunt in alio casu, qui non sit contra ius, facile verificari; in dubio enim principis mens semper præsumitur esse talis, qualis, de iure esse debet, vt notarunt Baldus m, & Alexander, & Iason. Vnde supradictum priuilegium debet intelligi de causis ciuilibus, aut criminalibus secretis ipsorum monasteriorum, quando enim causæ secretæ sunt ex pediẽdæ, vt verbi gratia electio, tum quia posset fieri præiudicium vocando aliquos testes illi de capitulo, etiã si lucrum, vel dãnum sentirent.

a Doct. in c. literis de testibus An. Go. li. 3. ti. c. 12. n. 15. Siman. de institut. Cath. tit. 64 n. 46. & seq.
b L. 18. ti. 16 par. 3.
c Aurhẽ. de monach. §. cogitandũ,
d Gloss. in rubr. de offic. deleg.
e Gloss. in § cogitãdũ in verb. testis in Auth. de monachis col. 1. Lam Francus in ver. test. de positiones. col. 29.
f c. veniens 2. in fin. de testibus. Alexã. con. 151. repetitus colu. 2. vol. 5.
g Corne. consi. 113. circa consi. 2. volu. 1.
h l. consensu. §. seruus &. §. super pladijs. C. de repu.
i Panor. in c. nuper de testibus Syluest. tit. testis nu. 1. ver sic. nonofamilia.

K Habetur in compendio dicti ordinis.

l DD. in ca. super dete. stibus.

m Bald. in. l. ex facto. in princip. nor. 4. & ibi Alexã. ff. de vulgari Iaso. in l. benef. n. 15. ff. de legibus.

rent, ad testimonium ferendum sunt admittendi, prout tradunt Felinus *n*, Alexander, & Soccinus qui dicit tunc demũ hos admittendos, quando non fuerunt in culpa in non adhibendo alios ideneos testes, secus in illis casibus in quibus poterant testes vocari, quod ipsum tenet Rebuffus, *o* & hoc videntur innuere illa verba dicti priuilegij ibi, *Ne ius eorum depereat.*

n Felin. in c. veniẽs col. pen. de testib. Alexan. cons. 77. in causa colu. vlt. 7. volu. Socc. cons. 17. supradi. col. 2. volu. 1.

o Rebuf. de repro. & saluan. testib. n. 60. in fin.

Ex quibus concluditur, quod monachi sunt admittendi ad testimonium ferendum in causis Ciuilibus, & Criminalibus secretis monasteriorum, ad quarum cõprobationem non possunt vocari testes, qui non sunt de monasterio, etiã si ex expeditione ipsarũ causarum dãnũ, vel cõmodũ ipsis de monasterio esset applicandum, ne propter inopiã probationis ius eorum pereat: at in causis ipsorum monasteriorum, quæ per extraneos possunt probari, non debent admitti propter supradicta, & si propter inopiam probationis ius eorum pereat, sibi fratres imputent, qui cum possent conuocare testes extraneos, minime eos vocauerunt. Et sic videmus, quod quando Conuentus aliquod ius in aliquem cõfert, de quo fit instrumentum, etiam sibi adsint omnes monachi conuentuales sono cãpanæ vocati, ad firmitatem tamen ipsius negotij testes extranei vocentur.

Secũdo est aduertendum, quod licet hoc priuilegium concedat, quod liceat monachis testimonijs vti in dictis causis, hoc tamen nõ habet locũ in monachis, qui pro monasterijs fuerint actores, vel respõsales, vt in iure habetur, quod ius non infringit prædictum priuilegium, sicut non tollit quod iure communi cautum est, vt ex dictis satis patet. Et aduertendũ, quod Eugenius IIII *concessit Abbati S. Pauli extramuros vrbis ordinis S. Benedicti, & Conuentuũ ipsius monasterij fratrũ suorum testimonijs in proprijs causis vti, siue ciuile, siue criminale quæstionẽ contineat, ne pro defectu testiũ ius eorum valeat deperire.*

Ita concessit Eugenius IIII. anno Domini milesimo, quingentesimo, quadragesimo secundo septimo Kalendas Iunij Pontificatus sui anno duodecimo, prout refertur in libro priuilegiorum congregationis Sancti Benedicti Portugaliæ impresso Romæ ex typographia Tui, & Pauli Didianis, anno Domini millesimo, quingentesimo, octogesimo nono. *p*

p Folio. 80. eiusdem libri.

ARTICVLVS II

Vtrum monachi ad testimonium ferendum compelli possint.

REspondeo dicendo, quòd de iure ciuili indistinctè testes cõpelli debẽt ad testificandũ, cũ officiũ testis sit publicũ inge nere, ne taceatur veritas, quæ res est sacratissima, & Reipublicæ maximè necessaria, prout allegando aliqua iura concludunt Baldus, *a* & Panormitanus, de iure verò canonico compelluntur in ciuilibus, in criminalibus verò, nisi timore, odio, vel gratia se subtrahant, & in casibus exceptis, & alijs arbitrarium est, an cõpelli in ciuilibus debeant, prout dicitur in aliquibus Decretalibus. *b* Quod est valde notãdum, quia vtrũq; ius in suo debet seruari foro, vt tradunt Doctores, *c* tamen quando veritas aliter haberi nõ potest, in vtroq; foro cõpelli possunt, nisi in causis sanguinis, in quibus nõ compelluntur clerici, vel monachi, ne q; illi generaliter, qui volũt, vt dicunt Doctores, *d* promoueri: & iuxta supradicta debet intelligi quædã concessio Iulij II. congregationi Montis Oliueti, qua conceditur, vt ipsi monachi ad testimonium ferendum cõpelli non possint. Quod ipsum concesserit Honorius III. Chartusiensibus, & Leo X. congregationi Calmandulensium, hæ enim concessiones debent intelligi, quod non possunt cõpelli dicti monachi, vt testimonium ferãt in causis ciuilibus, nec criminalibus, nisi quãdo veritas aliter haberi non potest. Nã si veritas aliter haberi non potest, non est dubium, quod cõpelli possunt. Et ita Pius II. congregationi Montis Oliueti illud priuilegiũ illis limitauit, nisi aliter veritas haberi nõ possit, & tunc ait, quòd debent ferre testimoniũ in suis monasterijs. Vnde ait Collector *e* compendij Ordinis Cistercij, quod hæc limitatio Pij II. tanquam omni iuri cõsona in omnibus ad testimoniũ perhibendum priuilegiatis intelligenda est, vt priuilegio non obstante, quando aliter veritas haberi non potest, compelli possunt, vt optimè post Innocentium distinxit Panormitanus. *f* Quod ipsum, ait Nauarrus referens alios, eo enim casu, cum implicat peccatum, nulla lex, aut priuilegium, aut Princeps eos excusare potest argu-

a Bald. & Panor. in Rub. de testibus cogen.

b c. cum super. c. delictorũ de testib. cogen.

c DD. in Clem. dispendios. de iudic.

d Doct. in c. delictorũ de testibus cogendis.

e Collector cõpen. Cister. tit. testis §. 2.

f Pano. c. 1. n. 2. de test. cogen.

argumento aliquorum Iurium. Arbitror tamen in cauſa ſanguinis minime eſſe compellendos, etiam ſi veritas aliter probari nõ poſsit. Ex his colligitur, quomodo Prælati Regulares, tum ratione *Iuris* Ciuilis, *a* & Canonici, tum ratione obedientiæ, cui ſe monachi aſtrinxerunt, poſſunt compellere monachos ad teſtificandum, tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus aliorum fratrum cum, in cauſis criminalibus eorum pœna ſanguinis minime imponatur, & cum aliter veritas non poſsit probari, niſi per eos, qui in ipſis monaſterijs exiſtunt, in quibus ea, de quibus eſt teſtificandum, tantum ſciũtur, & percipiuntur, quod articulo primo clarius videbitis explicatum.

a cap. fide pract. ſcrip c. Iul. c. ſidomin. 11. q. 3. b c. mulierẽ 33 q. 6. vbi gloſ. Tiraq. in tracta. de leg. cõnubi. leg. 9. n. 49. c Decius in l. fœminæ. col. 5. verſi. 16. de reguiuris. d Maran. de ordin. iudi. p. 4. n. 43. e Andreas. in addit. ad ſpecul. titu. de teſt. §. 1. ver. itẽ quod eſt mulier. Alex. conſ. 64. vt ſub themate in prin. li. 1. idẽ cõſ. 29. animadueſi. co 4. li. 2. fl. in quæſt. ff. ad leg. iul. maieſ. ſpecul. tit. de teſtib. §. poſt quam verſ. porro Bald. & Salicc. in l. vlti. ff. de fide inſt. idẽ Bald. conſi. 455. quis melius in duobus locis li. 4. Abb. inc. forus verb. ſigni. & cõſ. 252. quidam in ægritudi. col. 2. li. 1. Tiraq. vbiſ. n. 57. g Deci. in l. fœminæ n. 35. de regul. iur. Maran. vbiſ. n. 45.

ARTICVLVS III.

Vtrum in cauſis criminalibus moniales poſsint eſſe teſtes contra alias moniales.

REſpondeo dicendo, quod de Iure Canonico *b* mulieres non poſſunt eſſe teſtes idonei in criminalibus, in quo iure id tradit diffuſe Gloſſa, & diffuſius more ſolito Andreas à Traquello, qui ait, nemo de hoc dubitare præter Philippum *c* Decium: imo etiam ſecundum opinionem aliquorum de iure ciuili in criminalibus non poſſunt eſſe teſtes idonei, prout tradit Maranta, *d* & ſic videtur, quod in criminalibus non poſſunt eſſe teſtes moniales contra alias moniales. Sed contrarium hoc non obſtante eſt tenendum, nam peius eſt, & magis contra Canones Sanctorum Patrum quod laici admittantur, & videtur, quod, mulieres laicæ etiam de Iure Canonico in criminalibus admittuntur in teſtes, quando aliter veritas haberi non poteſt, prout tradit Ioannes Andreas, e delicta autem monialium non niſi per moniales poſſunt probari. Eſt tamen aduertendum, quod in illis caſibus, in quibus de iure mulieres admittuntur ad teſtimonium minus fidei eis adhiberi debẽt, quam viris, vt optime probat quidam textus, *f* & hoc expreſſe voluit *Speculator*, quem ſequuntur Baldus, & Salicetus. Abbas, & latiſsime Tiraquelus. Imo ait Decius, *g* quod duæ mulieres non ſufficienter probarent, vt ex dicto earum poſſet quis condemnari, ſed ſi plures eſſent numero ſupplerent defectum, quod comprobat Maranta aliquibus adductis. At hoc non admitterem in monialibus, licet enim ſint mulieres, ſunt tamen religioſæ timentes Deum, & ita duæ ſufficienter probarent ſi omnia alia exceptione maiores fuerunt inuentæ,

ARTICVLVS IIII.

Vtrum vt teſtificentur monachi, & moniales ſit neceſsaria licentia Prælatorum.

REſpondeo dicendo quod ſecundum ius commune Canonicus Regularis poteſt à teſtimonio repelli, non enim ſecundum ipſum Ius *a* poſſunt poſtulare, quia ſpirituales viri non debent mundanis rebus inuolui, prout ait quædam Decretalis, *b* & quia non habent velle, neque nolle, ſolum enim reſidet in ſuperiori, & hoc idem eſt dicendum de monacho, & alio religioſo, vt conſuetudine, & opinione eſt receptum teſſe Alberto Maleta. *c* Idem concludens infratribus Minoribus, & in alijs mendicantibus, cum ſint mortui mundo, & ſic debet intelligi, quod circa hoc determinat Ius Canonicum. *d* Cum licentia tamen ſuorum ſuperiorum conuentualium bene poſſunt eſſe teſtes, prout dicitur in Iure, *e* & tradit Nepotis de Monte Albano. Et confirmatur, nam ad hoc, vt Clericus ſuum teſtimonium iuſte poſſet proferre, neceſſaria eſt ſui iudicis Eccleſiaſtici facultas, vt ſeruari de conſuetudine affirmat Franciſcus Mar. *f* quod iuri conſentaneum eſt, quia neque in cauſa ciuili clericus teſtificari poteſt, niſi dicta facultas præceſſerit: tamen ſi de facto ſine licentia deponat, eius teſtimonium non vitiatur, prout tenet quædam Gloſſa, *g* quod ipſum in religioſis aſſerendum eſſe affirmat alia Gloſſa. *h* Aduertendum tamen, quod Abbas *i* tenet, quod non tantum Epiſcopus, ſed etiam alius Prælatus inferior poteſt dictam licentiam concedere. Quod verum ſentit Salzedo *k* in ciuilibus controuerſijs, non autem in cauſis criminalibus ad tutelam, & defenſam rei accuſati, quia tunc ab Epiſcopo, vel eius Vicario Generali maturo iudicio, & præuia cauſæ cognitione concedenda eſt, non vero ab inferio-

a c. Monac. 16. q. 1. c. 2 d poſtuland.

b c. magno. pere ne Cletic. l. monachi.
c Malet. de teſtib. verſi. Vlterius videndum.
d. nuper de teſtib.
e c. 1. in fin. de iuramẽt. cal Nepotis de Mõtein. tract. de teſtib. n. 61.
f Fran. marc. dec. 77. n. 4

g Gloſſ. vbi Abb. & omnes in ca. 1. de iura. cal.
h Glo. in authen. de monach. §. cogit colat. 9.
i Abb. ind. c. 1.
k Salzed. in pract crim. c. 98. n. 25.

rioribus Iudicibus, qui cauſarum criminalium non habent cognitionem, & ait Salzedo, quod hoc iure vtimur. Vnde aduertant Prælati conuentuales, quando ab ipſis petitur prædicta licentia à ſuis ſubditis, quod cum eorum iuriſdictio non ſit quaſi Epiſcopalis, ſicut eſt iuriſdictio prouincialium, in rigore non poſſunt concedere dictam licentiam ſuis ſubditis in cauſis criminalibus ad defenſionem rei, & ſi apud eos conſuetudo eſt in contrarium ſcientibus Prouincialibus, eo tempore bene eam poſſunt indulgere cum ex autoritate Prouincialium ſtante dicta conſuetudine id faciant, ac tenentur ſummopere aduertere, quanta prudentia, & conſilio eam ſunt daturi, præcipue quia etiam ſi religioſi faciant proteſtationē iuridicam, ſi ex eorum teſtimonio ſequatur alicuius mors, aut enormis effuſio ſanguinis, aut membrorum mutilatio, remaneant irregulares, prout in noſtra Summa l cum Couarruuias, & communi teneo. Vnde iudex Eccleſiaſticus, aut regularis in cauſa criminali non debet concedere licentiam ad teſtificandum contra aliquem reum, & ſi defacto eam præſtiterint, ipſis obtemperandum non eſt, prout tenent Gofredus, m & Innocentius.

l In noſtra Sūma. 1. to. c. 119. pagi. 463. col. 1.

m Gofre. in Sum. tit. de teſtib. cog. Inno. in ca. delict. cōdē tir.

ARTICVLVS V.

Vtrum laici contra clericum, vel monachum poſsint eſſe teſtes.

REſpondeo dicendo, quod bene licet arguere de clericis ad monachos in hac materia, & ſicut certum eſt, quod laicus non poteſt in criminalibus ferre teſtimonium contra clericum, prout dicitur in iure, a Ita non poteſt contra monachum. Quod tamen ſecundum Abbatem b limitatur, niſi delictum, de quo clericus accuſatur, eſſet commiſſum in loco, in quo non eſſent clerici. At Felinus c credit, quod difficile iſta limitatio obtinet. Iaſon d tamen credit, & ſequitur limitationem Abbatis dicendo, quod quando eſſemus in vno oppido, in quo non reperitur, niſi vnus clericus, tunc quia neque actu, neque habitu delictum poteſt probari per alios clericos, laici ſunt idonei teſtes. At Bernardus e Diaz de Lugo ait, quod ſi opinio Abbatis non ſeruaretur, eſſet dare cauſam vel anſam presbyteris, vt ſecure, & impunè multa committerent delicta, etiam præſentibus laicis: Ideo ait credere opinionem Abbatis ſeruari poſſe habita prudenti conſideratione per iudicem qualitatis perſonæ clerici delinquentis, & teſtium, & delicti perpetrati, & an ille clericus alias ſit inuiſus, aut gratus oppidanis illius loci, & prædictam ſententiam ſimpliciter referendo Abbatem ſequitur Hippolytus f multa in propoſito adducens, ſcilicet, quod vt veritas inueniatur, quando ipſa aliter haberi non poteſt, conceditur illud, quod alias non concederetur, & propter id recedit à regulis iuris communis, Et ad particularia deſcendendo non procedit ius g ſupradictum in laicis integræ, & bonæ famæ, in quibus ceſſat communis ſuſpicio, vt tenet Andreas Siculus, h quem ſequitur Alciatus dicens, hoc eſſe diligenter notandum. Aduertendum tamen primo eſt, quod laici non admittuntur ad plenam probationem contra clericos, ſed ad indicium faciendum, nam vt ſaltem clerici ſubijciantur torturæ, bene admittuntur argumento eorum, quæ notant Gloſſa, i & Bartolus. Item procedit, quando agitur de crimine criminaliter, ſecus ſi agatur ciuiliter ſecundum Abbatem, K & Hoſtienſem, quos ſequitur Maranta. Vnde quando opponuntur crimina contra clericos, aut monachos teſtificantes ad repellendum eos à teſtimonio, tunc contra ipſos poſſunt admitti teſtes laici, cum talis cauſa ſit ciuilis, non autem criminalis, quia agitur de crimine per viam exceptionis, & non adpœnam ordinariam, ſed ad repellendum teſtimonium, prout argumento aliquorum iurium probat Abbas, & communis.

Aduertendum inſuper, quod vbicunque ex delicto agitur, vt quis puniatur non pœna ordinaria, introducta pro illo delicto, ſed vt priuetur aliquo officio, vel beneficio, vel adminiſtratione, vel dignitate, illa cauſa dicitur ciuilis, & non criminalis, licet agatur ex delicto. In hoc enim caſu non agitur ad vindictam publicam vt quis puniatur pœna condigni, vt tenet textus, m vbi Abbas, Felinus, & Ioannes de Anania: idem Abbas, & Philippus Corneus adeo, quod in tali cauſa tanquam ciuili poteſt interuenire procurator, vt dicunt Doctores n allegati. Vnde ſequitur, quod quando Prælati religionum inquirunt de delicto,

a c. de cæte ro de teſtib c. teſtim. 11. q. 1.

b Abb. ind. c. decætero.

c Feli in. d. c. de cætero

d Iaſ. inl. fi. in fin. C. de his. qui. vt indigni.

e Lugo in ſua pract cri m. c. 118. n. 2.

f Hippol. in l. deci. co. 2. ff. de quæſt.

g d c. de cæ tero.

h Siculus in c. cū nōn ab homine de iud. & ibi. Alciat. n. 92 e 2. 5. & 16. not. Glo. & Bart. ff. de adult. l. quæ ro in ſui. ff. de ædilit.

i Abbas, & Hoſt, ind. c. de cætero. Marāt. de ordin. iudici. p. 4. n. 48 clar. in pract. crim. §. fin. q. 24. l. c. ſuper his de accuſat. c. cū dilect. de ordi. cognit. c. ſuper. eo cl. 1. &c. teſtimoniū. & ibi Abb de teſtibus. m ſca ſuper his, vbi Abbas Feli. & Anan de accu. idē in c. tuæ de procurat. Corneus, cōſ. 19 col. 2 circa. fin. vol. 3. n Doct. vbi ſu. alleg.

cto,& volunt ipsum punire non pœna ordinaria,sed vt priuetur delinquens à dignitate, quam habet, quod hoc casu possunt contra ipsum admitti laici testes. Quod intelligendum est, nisi statutum religionis, aut Papæ imponerent aliam pœnam, præter pœnam priuationis,nam in hoc casu dicitur causa criminalis,& non ciuilis ex quo illa est pœna ordinaria prædicti delicti secundum Antonium de Butrio, o Abbatem,& Felinum. Aduertendum etiam est à Prælatis regularibus, quod cum monachi non ita sint laicis inuisi,& in grati,sicut sunt clerici sæculares,quod non eodem modo sunt repellendi laici à testimonio contra monachos in causa criminali, sicut repelluntur,quando contra clericos testificantur,cum in his cesset ratio vehementis suspicionis,quod ex dictis in superioribus satis patet,quæ secundum istam prudentialem, & arbitrariam limitationem sunt glossanda.

oBut.&Abbas.in.e.ca. super his col.2. in fi. Feli.in Rubr.de iudi.

Aduertant deinde quod, licet regulares iudices non possint compellere per excommunicationem laicos ad ferendum testimonium in causa criminali contra monachos in casu, quo ipsi possint esse testes: possunt tamen eos per iudicem Ecclesiasticum,aut secularem compellere ad testimonium,& cum sint iudices habentes iurisdictionem ordinariam,possunt ab eis petere iuramentum. Cum enim contra suos subditos ratione dictæ iurisdictionis possint fulminare processus vsque ad sententiam diffinitiuam contra eos procedendo,hoc efficere minime possunt absque facultate sumẽ di iuramentũ à laicis,cũ nullus iudex sine testibus iuridice,& legitime facientibus fidẽ possit condẽnare delinquentẽ,& cui conceditur aliquid,conceduntur etiã omnia, quæ sunt necessaria ad ipsius executionem, vt est in iure receptum.

QVÆSTIO. XI.

De correctione fratrum quantum ad torturam testibus dandã in quatuor articulos diuisa.

Circa quã quæstionẽ quatuor quærũtur

1 *Vtrum testes sint torquendi,vt veritatem indicent.*

2 *Vtrum quando testes sunt torquendi debeat eis dari copia indiciorum & processus.*

3 *Vtrum tortura purget defectum testium.*

4 *Vtrum omnes testes qui delicto interfuerunt sint torquendi.*

ARTICVLVS I.

Vtrum testis torqueri possit,vt veritatem indicet.

RESPONDEO dicendo,quod sic. Nam illi, cui commissa est aliqua causa,inquirere potest omnia ad illam necessaria, & sine quibus illa non potest expediri,prout dicitur in iure, *a* Et planum est, quod ad habendam veritatem debet iudex omnia facere,quæ huic muneri prodesse possunt, vt dicitur in multis iuribus,*b* quæ veritas ab inuito,& suspecto aliter haberi non potest, nisi per torturam,

a c. præterea de offi. deleg.l.2 ff.de iurisdi.omnium iudic. b c.quoniã. de probationi ca. quanquã.4, q. 2. c.iudicamẽt 30.q.5.

ARTICVLVS II.

Vtrum quando testes sunt torquendi, debeat eis dari copia indiciorum,& processus.

RESpondeo dicendo,quod non. Ita tenet Bartolus *a* cui nemo contra dicit, & Bosius *b* ait,quod ita vidit in practica seruari,& certe si aliter fieret, destruerentur mille processus, talis enim tortura, vt plurimum fit super inquisitione generali ad indagationem veritatis, cuius quidem generalis inquisitionis non datur copia parti,neque testibus,& ita obseruat consuetudo,vt ait Antonius de Camera: *c* bene tamen verum est, quod si testis sit torquendus propter causam,quæ aliunde quam ex processu oritur,puta,quod sit seruus, vel infamis, vel huiusmodi, vtique super hoc erit disputandum, & cognoscendum dato illi etiam termino ad dicendum,si quid in contrarium habet ad torturam euitandam, vt dicit Bosius, *d* quod ita seruat totus mundus. At Iulius Clarus in sua practica criminali

a Bart.in.l. vnus. 6. index.n.1.ff.d quæst. b Bos.tit.de tortur test. n.38 & seq. c Camer.de quæst.mẽb. 2.n.52. d Bos. intit. de man. ad. homic.post. n.30.

criminali dicit, quod nunquam tale vidit seruari. Nam iudices semper faciunt torqueri testes absque vlla disputatione, quod quidem tutius est propter periculum subornationis, quod admitto in iudicibus timoratis, qui timorate procedunt ad torturam.

ARTICVLVS III.

Vtrum tortura purget defectum testium.

REspondeo dicendo, quod licet testes sint inhabiles, quãdo tamen admittũtur, si torqueãtur, tortura purgat eorũ defectum, adeo vt fidem faciant contra reum, licet alias sine tortura non probarent. Exemplum autem poni potest in teste, qui sit infamis, talis enim siue sit infamis infamia iuris, siue sit infamia facti infamis, nunquam probat, nisi cum tortura. Et hæc est communis opinio, vt tradit Bossius *a* subdens, quod testis crimine notatus, etiam si non sit vilis persona, non admittitur sine tortura, sicut etiam non admittitur sine iuramento. Ita Marsilius. *b* Quam opinionem tenet Iulius Clarus: nam licet quoad se ipsum sit reus, tamen dum deponit contra alium, fungitur officio testis, & sic non est ei adhibenda fides, nisi cũ iuramento, & sufficit, quod iuramentum interueniat, siuè ante quam ponatur ad torturam, siue etiam si iurat præsente ipso, contra quem deponit, prout tradit Boerius. *c* Et licet aliqui dicant, quod non facit fidem dictum complicis in crimine, nisi sit confirmatum cum tortura, hoc tamẽ iudiciorum vsus non admittit, vt tradit Simancas. *d* Aduertendum tamen, quod si vilis persona testificetur in causa criminali, probat contra reum sine tortura secundum communem, quam probat Rolandus, & alij vero contrarium opinantur, Iulius tamen Clarus ait hoc esse relinquendum arbitrio boni iudicis, qui iuxta qualitatem personarum, & facti arbitrari debet, an talis testis torqueri debeat, an non, sed in omnem casum huiusmodi testibus nunquam adhibetur tanta fides, sicut alijs.

a Bos. in tit. de tort. test.
b Marsil. in pract. crim. §. dilig. nu. 62. Iul. Cla. in pract. cri. §. fin. q. 21. n. 10.
c Boe. dec. 329. post n. 4.
d Siman. de hæret. c. 62 n. 6.
e Rola. cõs. 34. n. 61. li. 1

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnes testes, qui delicto interfuerunt, sint torquendi.

REspondeo dicendo, quod torquentur testes, qui delicto interfuerunt, si tamen dicunt neminem vidisse, aut cognouisse, ex hoc reddunt se suspectos, tãquam quod veritatem celare velint. Ita in iure *a* probatur, non posset hoc casu tamen iudex omnes eos, qui interfuerunt, torquere, sed tantum duos, vel tres secundum communiter Doctores, vt ait Bossius. *b* At Iulius *c* Clarus dicit hoc non seruari in practica, imo relinquendum esse arbitrio boni iudicis. Vtrum omnes, vel duo debeant torqueri. Aduertant tamen Prælati regulares, quod in tormentis inferendis suis subditis non sint carnifices, non enim est in vsu religionum aliud tormentum, nisi flagellatio, & panis, & aquæ ieiunia, alia autem, quæ in alijs tribunalibus sunt in vsu, absit, quod in religionibus propter reuerentiam clericatus, & habitus regularis admittantur. Et quando contigerit, quod necesse sit quæstioni torturæ opponere moniales, recordentur fragilitatis fœminæ, propter quam fragilitatem à mulieribus incipiendam esse tormentorum quæstionem asserit Guandinus, *d* Decius, & Ioannes Lupi, & probat quædam partitarum lex, quæ opinio in fragilitate fœminei sexus suas mittit radices, fœminarum enim imbecillitas efficiet, vt leuioribus tormentis veritas citius indagetur, quæ si viris inferrentur, minimè eos facerent confessioni succumbere: nec testes possunt, nisi vna vice torqueri, & ad hoc præcedentibus aliquibus indicijs sufficientibus ad quæstionem prout tradit Brunus *e* post Baldum.

a L. vnus §. iupex ff. de quæst.
b Bossi. in pract. tit. de tortu. testiũ n. 10. in fin.
c Iul. Clar. vbi su. n. 8.
d Guand. in tract. de malefi. capi. de quæst. col. 3 Decius in l. 2. ff. de reg. iuris Lupus in Rubr. de donat. §. 4. 74. c. 12. tit. penul. p. 7.
e Brunn. in tract. de tortura. art. 6. col. 3. versi. dixit etiam Bart. Bal. cõsi. 385. vol. 5.

QVAESTIO. XII.

De correctione fratrum quoad numerum testium in sex articulos diuisa.

Circa quam quæstionem sex quærutur. Quæ probationes requirãtur in causis criminalibus.

2 *Vtrum*

2 *Vtrum pro crimine clam commisso admittantur leuiores probationes.*
3 *Vtrũ semel malus semper præsumatur malus ad hoc vt contra eũ minor sufficiat probatio.*
4 *Quomodo testes sint examinandi,*
5 *Vtrum sola scriptura priuata faciat plenam probationem.*
6 *Vtrum denunciator faciat numerũ cum alio teste.*

ARTICVLVS I.

Quæ probationes requirantur in causis criminalibus.

RESPONDEO dicendo, quod probationes in causis criminalibus debent esse luce meridiana clariores, vt dicitur in iure, a quod dum loquitur de coniunctione testiũ addit, *nouorum*, dum vero de coniunctione instrumentorum, addit, *apertissimorum*, & dum loquitur de coniũctione indiciorum, addit, *inhabitatorum, ac luce meridiana clariorum*, quod ius licet ciuile iam est canonizatum per sacros Canones, b & ratio est, quia vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum vt dicitur in iure, c quod non solum habet verum, vbi tractatur de magno periculo, verbi gratia, de vita hominis, sed etiam vbi agitur de minima pœna corporali, quia censetur maior qualibet causa ciuili argumento cuiusdã legis. d Adeo hoc est verum, quod licet in ore duorum, vel trium stet omne verbũ iuxta dictũ Saluatoris nostri, & duo veltres testes conteſtes, & omni exceptione maiores sufficiant, prout dicitur in iure, e ad damnationem tamen aliquorum requiritur numerus maior, quia Episcopus Cardinalis non damnatur, nisi septuaginta duobus testibus vt diffinitur in iure Canonico. f

Sexaginta duobus testibus damnatur Diaconicus Cardinalis, subdiaconi vero, & inferiores Cardinales damnantur viginti quatuor. g Quod tamen specialiter habet locum in Episcopis, & alijs clericis Ecclesiæ Romanæ triplici ratione, quam ponit D. Thomas, h contra quoscunque veros alios etiam Episcopos sufficit ad condemnationem testimonium duorum, vt dicitur in iure, i & non est cur, ad condemnationem Prælatorum regulariũ plusquam duos testes requitamus: cum omnes, licet sint supremi quoad iurisdictionem Episcopis tantum æquiparentur. Bene tamen verum est, quod inquirentes de delictis ipsis imputatis caute procedere debent in testium examine, cum ipsi sint positi, sicut scopus ad sagitam, propter quã causam non condemnarem ego eos ad pœnam ordinariam propter duos tantum testes, nisi causa, & circunstantia facti, & persona aliud postularet. Supradictis, non obstat, quod per hoc videtur derogatum ius diuinum, quod scilicet, in ore duorum, vel trium stet omne verbum, nam hæc regula debet intelligi, quod scilicet ad minus in ore duorum, vel trium stet omne verbum, non tamen tollit ius diuinum, vt plures testes aliquando requirantur, prout subiungũt Abbas, K Bartolus, & Fortunius Garcianus, de vltimo fine iuris Canonici, & Ciuilis.

i 11. q. 5. per totum.

K Abb. in cũ esses d. testam Barte inl. omnes. popul ff. de iurisd omn. iudic. Fort. Grac. de vltimo fine. n. 247. al. non omne. §. à barbaris. ff. de remilita. caveniẽs el. 2. & c. licet ex quadam, & c. præterea. extra de testib. Bart. in l. de pupillo §. siquis ipsi prætori. ff. ee noul oper. enun.

ARTICVLVS II.

Vtrũ pro crimine clam commisso admittantur leuiores probationes.

REspondeo dicendo, quod licet in his quæ solent clam fieri, sufficiant leuiores probationes, prout probatur in iure a & notat Bartolus, at in causis criminalibus semper requiruntur duo testes omni exceptione digni, & ideo non sufficit, quod producantur inhabiles eo prætextu, quod delictum sit clam factum. At in causa hæresis etiam clandestinæ specialiter admittuntur inhabiles, vt puta participes, vel excommunicati, vt dicitur in iure. Et comprobatur supradicta opinio in quadam Decretali, in qua licet sluprum soleat fieri clam, & ideo difficulter probetur, prout dicitur in iure, non tamẽ admittuntur domestici. Nec obstant adducta ab Alexandro, b nam prout respondet Alciatus. c domestici ibi admittuntur, quoad faciendum indicium, non quoad probationem, vt tenet Glossa d communiter recepta, & tenent Abbas, & Imola, & Doctores communiter. At in criminibus regularium, quæ occulte committuntur, etiam domestici

b Alex. cõs 156. volu. c Alciat. d. præsump. e reg. 1. q. 39 n. 10. & 11. d Glos. in l. fi. C. de accusat. Abbas. Imol. & Docto. inc. 1. de confess.

al. sciat. cũcti C. de probat.
b 11. q. vlt. c. sciãt cuncti l. qui. seruũ C. de pœnis l. Epiphan 5. q. 6. notat in c. veniẽs extra de testibus.
el. 1. §. sed. siquis. ff. ad carbo.
el. ita seuior ff. de pœnis d l. vbi numerus ff. de probat. c. si testis. §. itẽ numerus. 4 q. 3.
f 11. q. 4. ca præsui. pref byt. cardin.
g 11. q 4. ca. præsu. & se. h D. Tho. 2. 2. q. 70.

meſtici admittuntur ad probationem faciendam. Cum ab alijs commode non poſsint probari, quod abijs, quæ tradunt Doctores, non eſt alienum: nam quando agitur de delictis, quæ occulte committuntur, ac ob id ſunt difficilis probationis, tunc ſufficiunt violentæ præſumptiones etiam ad condénandum, vt in ſpecie ſentit Paulus de Caſtro, e quam opinionem tenet Hippolytus, & receptam à Doctoribus aſſerunt, Carrerius, & Corraſius, & eam ſeruare Curiam aſſerit Caſſaneus, & late Maſcardus, & tradunt etiam Aymon, & Deciſio Rotæ. Quibus adde Hoſtienſem dicentem, quod in his, quæ in occulto committuntur & certa probatio haberi non poteſt, indicia probabilia, & vrgentes præſumptiones habentur pro ſufficienti probatione.

Denique omnium receptiſsima eſt opinio, quod in his, quæ ſuapte natura difficulter probari poſſunt, probatio ſufficit per coniecturas, vel probationes, quæ in alijs cauſis non cenſentur ſufficientes prout allegando multos, & multa reſoluit doctiſſimus Luſitanus Barboſa. g Non tamen dictæ coniecturæ ad pœnam ordinariam imponendam ſufficient.

e Paulus de Caſt. conſi. 299. co. pen ad med. l. 2. Hippoly. in Rubric. de prob. n. 138. Carre. de homic. in princi. n. 105. pagi. 62. Corraſ. in l. 2. lect. 2. n. 7. ff ſolut. matr. Caſſa. in cō ſuetudinib. Burgundiæ Rubr. 1. §. 2 gio. el apreuen. n. 59. p. 102. Maſcar de proba. 3. p. con. 1124. n. 8. & con. 122. nu. 26. Aimō. conſ 178, n. 8. Rot deci. 113. n. 2 p. noniſsi. f Hoſtiēſ. in Sum. tit. de filijs presbyte n. 1. ad ſi. g Barb. in l. 7 in prin. n. 80. ff. ſolut. matr.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſemel malus ſemper præſumatur malus.

REſpondeo dicendo, quod qui fuit malus, etiā nunc præſumitur malus, prout in regula *a* iuris probatur, de qua late per Hippolytū. Ex qua infert Salicetus, *b* quod vbi plures fuerunt in rixa, & reperitur vnus vulneratus, poterit Iudex peruenire ad torturam contra illum, qui alias ſimile delictum commiſerit, quam opinionem ſequuntur recentiores. *c* Quæ tamen regula habet locum, & intelligitur in eodem genere mali, vel illi ſimili, vt tradit Alciatus. *d* Verum eſt tamen, quod qui eſt malus in vno habet contra ſe non modicam opinionem, quod ſit malus in alijs propter magnam connexionem, quam habent vitia inter ſe: & ſic in quodam Canone e ex vna ſpecie delicti paterni præſumuntur filij laboraturi, Hoc tamen non procedit, quando aliquis ſtetiſſet probus, & abſtinens ab alio, vel ab illo delicto per aliquod tempus ſaltem per triennium magnam agendo pœnitentiam, puta quia ingreditur religionem iuxta ea, quæ in iure f notantur, & tradunt Angelus, & Salicetus, nec etiam procedit in delictis, quæ per naturam, ſeu ætatem alterantur, licet enim iuuenis fuerit ſibidinoſus, non præſumitur idem vitium in ſene, vt cum Bartolo, & Felino reſoluit Alciatus, g

Prædicta autem regula. Quod ſemel malus ſemper præſumitur malus, intelligitur reſpectu futurorum, quia qui fecerat alias delictum, præſumitur ſimile in futurum facturus, ſed reſpectu præſentis ita præſumptio non facit probationem, ſed ſuſpicionem tantum. Vnde colligitur, quod ſi monachus condemnatur, quia furtum quoddam commiſit, non propterea præſumitur cætera commiſiſſe, prout tenet Innocentius, h Abbas, Imola, Ioannes de Anania, & late Felinus, bonus autem ſemper præſumitur bonus etiam nunc, vt dicitur in Iure, i quia de tranſacta vita addiſcimus, quid deſequenti conuerſatione præſumamus argumento cuiuſdam textus, k & tradit Felinus. Quæ omnia ſunt notanda pro ſolutione cauſarum regularium, quando ad præſumptiones recurrere, oportet.

a Reg. ſemel malus de regu. iur. li. 6. Hippolyt. ſing. 74. b Sali. in l. ſi. vlt. col. c. de quæſtio. c Moderni in l. 1. in practic. vlt. col. ff. de quæſt. d Alciat. de præſum. regu. 2. præſup. 7. n. 2. e ca. ſi gens Anglorum 56. diſt. f §. hinc autē nobis in Auth. dmonachis, vbi Ange. Sali. in l. ſi. §. ſi fidei iuſſor. ff. ſi quis ſatisdare cogat. g Alcia. vbi ſup. n. 3. h Inno. Abbas, Imola, Anania, Feli. in ca. fraternitas de hæriti. i c. mandata de præſum k c. nō omnis §. à barbaris. ff. de re militari Feli. in c. cum in iure in. prin. de offi delegat. & infin. 4. col. 1. de probat. a Paner. in c. 1. de teſtibus. & in c. 1. de conſan gui. & affin. b c. fi. de ſuc ceſ. ab inteſtat. vbi Panorm. n. 15. Bart in l. ad monēdi. ff. de iure iur. c Sot. l. 5. de iuſti. q. 7. a 3 d l. denunciaſſe. ff. de adulte. Panor. in c. ſignificaſti. de adulter.

ARTICVLVS IIII.

Quomodo teſtes ſunt examinandi.

REſpondeo dicendo, quod teſtis debet eſſe omni exceptione maior: illi autem ſunt omni exceptione maiores, qui nulla legitima exceptione reijci poſſunt, prout aſſerit Panormitanus. *a* Et vnus teſtis cum confeſsione facta ſuper conſtantia actus licet obiter nihilominus probat ex quadam Decretali, b vbi Panormitanus, & alibi Bartolus. Aduertendum etiam quod ſi duo teſtes, quorum quidam pro reo ſtat, alter vero pro actore, ſemper maior fides adhibenda eſt ei, qui rei cauſam tuetur, niſi perſona pro actore faciens, aliqua magna dignitate, autoritate, vel probitate eluceret, vt proponitur à Soto. c Et teſtes contra reum adducti id tantum probant, quod aduerſus eum in iudicium afferetur, & nullo pacto vim habent contra eum, qui eodem crimine aſtringeretur, vt dicitur in iure, d & tradit Panormitanus.

Præterea

Prætereà eſt aduertendum, quod magna cura in examinandis teſtibus eſt adhibenda, delata enim crimina per ſuas circunſtantias in diuerſos articulos diſtinguenda ſunt. Quę circunſtantiæ his verſibus notantur.

Quis, cui, cur, quomodo, quando, vbi, quibus auxilijs, aut ſocijs,

Scimus enim ex locorum varietate frequentius teſtium mendacium eſſe compertum, vt etiam ex diuerſa loci ratione, vt in Daniele legimus. Excutiant igitur iudices diligenter, an teſtes nimis promptè reſpondeant, ſignum eſt enim quòd conuentione inter ſe facta ad teſtimonium ferendum ſe contulerunt, quod ſi nimis eſt perplexus conſcientia deterreri, non minimum eſt indicium. Illuſtremus hoc exemplo, vt melius intelligatur, ſi enim quiſpiam de carnium eſu ad cauſam dicendam cogeretur, proferretque eius maleficij teſtes in articulos, debet huiuſmodi delatio defundi hoc pacto. Quo die hoc crimẽ ſit commiſſum, tum quo loco eius reiactio ſit, tertio vtrum ſolus, an cum alijs carnes ederit, deinde quo loco ipſi teſtes manebant, vt huiuſmodi crimen perſpicerent; quinto cuius eſſent generis illæ carnes, quæ edebantur, & de hoc debent examinationes deſcribi, N. teſtis vocatus, & medio iuramento examinatus ſuper proceſſu, & tota cauſa, & primo interrogatus reſpondit.

a Dan.

a Rebuf. in tract. & chirog. & ſchedul. recog. n. 44. Couar. li. 2. variar. c. 21 n. 4. Auẽda. in c. præto. 2. p. ca. 30 n. 1. verſi. aliquã. tamẽ. Auiles in c. præto. c. 10. in gloſ. ver. excu. nu. 33. b c. fi. de cõfeſſ. Couar. li. 2. variar. ca. 10. n. 4. in fin. Auend. in c. præto. 2. p. c. 30. n. 4. Pere. in l. 4. tit. 8. li. 3. ordi. col. 1090

ARTICVLVS. V.

Vtrum ſola ſcriptura priuata faciat plenam probationem.

REſpondeo dicendo, quod ſi quis in aliqua, verbi cauſa, epiſtola confiteatur ſuũ delictũ, ſola illa ſcriptura priuata ſine alijs teſtibus ſufficit ad plenam probationem, dummodo in iudicio recognoſcatur ab ſcriptore reo, prout tradit Rebufus, *a* & notant Couarruuias, Auendañus, & Auiles hoc tamquam clarum præſupponentes, ſolum enim quærunt, vtrum habeat executionem paratam. Quinimo aiunt, quod ſcriptura habetur pro recognita ob contumaciam rei nolentis reſpondere, & recuſantis comparere per quendam textum, *b* quem ad hoc commendant Couarruuias, Auendañus, & Didacus Perez. Quod verum eſſe intelligunt, dummodo ad cognitionem faciendam perſonalis citatio procederet, niſi dolo, & fraude reus effugeret citationem, & latitaret, tunc enim ſufficiunt edicta conſueta. At ſi reus in iudicio compareret, & negaret ſcripturam à ſe ſcriptam, & actor teſtibus careret, quibus veritatem probare poſſet, tunc actor à iudice petere debebit, quod reum compellat ad ſimilem ſcripturam manu propria ſcribendam, vel prodat aliam ſcripturam à reo ſcriptam, & ſubſcriptam, vt ex ea comparatione literarum poſſet fieri recognitio iuxta quandam Authenticam, *c* per quam ita tenent Baldus, Hippolytus, & Gregorius Lopez. Et poſt quam reus eã ſcripſerit, aut prolata fuerit alia ſcriptura ipſius, iudex debet eligere ſcribentes peritos in arte, & ſub iuramento eos aſtringere ad deponendum ſuper comparatione. Aduertendum tamen, quod huiuſmodi comparatio non inducit plenam probationem, ſed ſemiplenam, vt poſt alios reſoluit Couarruuias, *d* & Paz. Et tunc actor petere debet, quod iuramentum reo deferatur in ſupplementum probationis iuxta quendam textum, & tradit Paz, *e* qui licet agat tantum in cauſa ciuili, idem omnino aſſerendum eſt in cauſis criminalibus. verbi gratia, quando reus in ſcriptura priuata ſuum confitetur delictum, vel ſcribit peccata aliorum, ratione quorum ipſi infamentur, & apud iudices ad recompenſationem per viam denunciationis, vel accuſationis accedunt.

c Authẽ. de inſtru. caut. & fid. §. ſi quis igitur. Hippoly. in Rub. de probat. Lopez in lege. 129 tit. 18. p. 3. d Couar. pract. qq. c. 26. n. 6. Paz. allegandus. e Paz in pract. crim. 4. p. to. 1. c. 1. a n. 25. vſque ad n. 31.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum denunciator faciat numerum cum alio teſte.

REſpondeo dicẽdo, quod cum accuſator teneatur adducere teſtes idoneos in ipſum accuſatum, & eius delictum probare, clarum eſt, quod ipſe in iudicio non valet pro teſte. At loquendo de denunciante, vtrum in denunciatione valeat pro teſte, magis dubitatur. Aragon *a* enim tenet, quod non. At contrariam opinionem tenent Soto, *b* Simancas, & Nauarrus, & Bañez, quod probant ex Euangelio, vbi denunciaturus iubetur præhabuiſſe vnum, aut

a Arag. 2. 2. q. 33. arti. 6. verſi. ſed eſt aliud dub. b Soto. de ſecret. mẽb. 2. q. 4. p. 41. col. 2. & li. 5 de iuſti. q. 6 ar. 2. con. 4. Siman. de inſtit. cath. p. 5. Nau. in Rub. de iudi. nu. 91. in fin. Bañez 2 2. q. 33. ar. 85 ver. 3.

aut duos teſtes, vt cum vno ipſe faciens alium haberentur duo, & cum duobus tres. Et certe ego non video, cur iuridice loquendo denunciator à teſtificando repellatur, ſi ipſe denunciator prius fratrernaliter reũ correxerit, hoc enim faciens indicat non maleuolo animam denuntiationem intimaſſe, cum correctionẽ videns nõ profeciſſe ad denuntiationem procedat, vt hac via poſsit denunciatio ſpiritualiter proficere.

QVÆSTIO. XIII.

De correctione fratrum quoad teſtium interrogationes in octo articulos diuiſa.

Circa quã quæſtionem octo quæruntur,

1 *Vtrum teſtes neceſsario debeant interrogari á iudice.*

2 *Vtrũ perſona notarij ad ſcribenda dicta teſtium ad apices iuris pertineat*

3 *Quomodo ſaluanda ſit conſuetudo aliquarũ religionũ, in quibus per ſeipſos iudices regulares, ſcribunt ea, quæ á teſtibus dicũtur nõ adhibito notario ordinis.*

4 *Vtrum teſtis poſsit deponere dictum ſuũ in ſcriptis poſt iuramentũ, taliter quod ipſe ſcribat ſuum dictum.*

5 *Vtrum in cauſis ordinis ſint à iudice teſtes neceſſario inquirendi.*

6 *Vtrũ teſtes ſint interrogandi, de loco tempore, & cauſa ſui dicti.*

7 *Vtrum teſtes poſsint interrogari de occultis.*

8 *Vtrum teſtes, vt valeant, ſint ſub iuramento interrogandi.*

ARTICVLVS. I.

Vtrum teſtes neceſsario debeant interrogari á iudice.

RESpondeo dicendo, quod ſecundum ius iuramenta teſtibus deferre interrogare, atque examinare officiũ ipſius iudicis eſt, non autẽ Notarij, niſi à iudice notario demandetur, prout ordinat quædam lex, *a* vbi notant Gloſſa, Angelus, Baldus Belamera, Abbas, & Lãfrancus omnes enim concludunt, quod iudex impeditus hoc notario cõmittere poſsit per quandã Authenticá, & id ipſum tenet Alexãder. Verũeſt tamen, quod iudex non poteſt propria manu ſcribere dicta teſtium, ſed à Notario debent literis mandari, aut ab ipſis teſtibus, ſi ſciant ſcribere, vt dicetur articulis ſequentibus.

ARTICVLVS II.

Vtrum perſona Notarij ad ſcribenda dicta teſtiũ ad apices iuris pertineat.

RESpondeo dicendo, concluſionẽ eſſe indutabilẽ, quod in iudicio, ſiue, ordinario, hoc eſt in illo, in quo de apicibus iuris curatur ſiue extra ordinario, hoc eſt ſummario, in quo ſola veritate inſpecta proceditur, & iuris apices non requiruntur, vt ſententia dicatur aliqua, & habere fundamentum, requiritur, quod in tali iudicio interueniat perſona publica Notarij Tabellionis, ſeu Scribæ, qui acta ſcribat, vel eo deficiente interueniant duo teſtes idonei qui vniuerſa iudicij acta conſcribãt. Hoc expreſſe determinatum eſt in iure, *a* dicente, Statuimus, vt tã in ordinario iudicio, quam in extraordinario iudex ſemper adhibeat, aut publicam (ſi poteſt habere) perſonam aut duos teſtes idoneos, qui vniuerſa iudicij acta, conſcribant. Adeo hoc eſt verum, vt licet ſecundum ius *b* ſemper pro ſententia præſumatur, attamen ſi iudex procedat in aliqua cauſa ſiue ordinaria, ſiue ſummaria non ſeruato ordine proceſſus, aut non adhibendo Notarium, aut non fulminando ante duos teſtes acta proceſſus, non ſtat præſumptio pro ſententia ab eo lata, & nullius valoris eſſe reputabitur, vt probatur in multis iuribus, & tenet Gloſſa.

Quod inſuper cõfirmatur ex quadam Clementina, *d* in qua traditur modus, qui debet haberi in cauſis in quibus de apicibus iuris non curatur, quæ in multis eius partibus mẽtionem facit à ctorum proceſſus, quæ ait, ſi deficiant iudicatum nullius eſſe valoris, vel momenti, vt patet ex contextu dictæ Clementinæ, ibi, *actis tamen continuo ſcribenda*, & ibi, *ad exhibẽda omnia acta*

& me

a l. hac conſultiſsima. § ſiquis autẽ. teſta. & ibi. glo. v. de poſitiones. & Ange. C. de teſti. glo. in l. iubem. C. de liber. cau Bald. in. l. qui teſt. C. de teſtib. Belamer. deciſ. 81. Abbas in c. quoniam. contra poſt nu. 35. § ibi. Lamfr. inſi. q. 10. de probat. idẽ Abbas inc. cum Barto. de re iudic.

b Authẽ. de defenſorib. ciuit. Alexand. in l. hac conſultiſsima. § ſi quis autem. C. de teſta & conſi. 70 n. 13. lib. 3. a ea. quoniã cõtra de probat.

b l. 2. C. de offi. ciuil. iudicũ. vir bonus ff. iudicatũ ſol. c. bonæ de elect. ca. in præſentia. de renunt. c Authẽ. de his, qui ing. ad appel. § ſi illud. col. lat. 5. arg. c. cũ olim. de priuil. ca. ſicut de re iudi. glo. inc. quoniã contra

d Clem. ſæpe de verbe rũ ſignific.

e DD. in c. quoniã contra de probat. vbi glo. 5. & Inn. & alij circ. fin. & in c. cũ in iure de offi. deleg. Ægidius cõſ. 89 Alex. conſi. 22. lib. 2 Caſio. dec. 152. de præſũ. Sarm. ſ. per regulas de trien. q. 33. Vant. de nullit. tit. qualiter. & á quo poſſit & debeat nullitas probari, & in tit. nullitat. ex defectu proceſſus n. 14.

f Abb. in 3. & 4. not. in c. cũ dilecti. per ipſũ de empt. & vẽdit. Ba. in l. 2. nota. 14. de empti. & vend. Alex. cõſ. 79 verſ. eſt verũ li. 2 Decius conſi. 484.

g §. pretiũ iuſti de empti. l. pretia. ff. eodẽ tit. h Bart. in l. prolatã col. 2. verſ. dico. C. de ſẽt. & interlocu. omn. iudic. Bal. ibi col. 1. verſ. item præmitto. i Card. in d. Clem. ſæpe q. 12. de verb. ſignifi. K l. formã C. de offic. præfect. præto. Alex. cõſi. 36. in fin. lib. 2.

& monumenta, & ibi, *probatione, & alijs actitatis*, & ibi in verſiculo, *quo omnia*, vbi dicit, quod iſta ſunt ſeruanda etiã in illis caſibus, in quibus ſimpliciter, & de plano, & ſine figura iudicij proceditur, ſicut procedi tur in cauſis regularium.

Corroboratur hoc præterea cõmuni Doctorũ e reſolutione dicẽtiũ, quod ſentẽtia lata ſine eo, quod cõſtet de proceſſu, eſt ipſo iure nulla. Ita tenet quẽdã Gloſſa, & Innocẽtius, & Ægidius, Alexand. & Caſiodorus affirmans poſt Alexandrũ hanc eſſe cõmunem, quod etiã amplectitur Vantius in ſuo tractatu de nullitatibus, adeo hoc eſt verũ, vt iudex, ad quem appellatur, cognita proceſſus nullitate, non poterit reformare ſententiam reformando proceſſum, ſed debet ſtatim pronunciare ipſam ſentẽtiam nullius eſſe valoris, & momenti vt tenet Abbas, *f* poſt alios per quandã Decretalem, quã ad hoc commendat Baldus, & tradunt Alexander, & Decius.

Confirmatur hoc præterea; nam partes, quibus hoc cõpetit, nõ poſſunt talẽ ſentẽtiã approbare, quia quando proceſſus, & ordo eſt ſubſtãtialis, à partibus aliquo mõdo amitti, vel remitti poteſt, & illud dicitur ſubſtãtiale alicuius rei, ſine quo illa res eſſe nõ poteſt, ſicut nõ poteſt eſſe vẽditio, & emptio ſine pretio, vt dicitur in iure, *g* eodẽ modo ſententia ſine proceſſu ſuo ſubſtantiali cõſtare nõ poteſt, vt formaliter arguit Bartolus, *h* & tenet expreſſe Baldus. Et ratio huius doctrinę in promptu eſt, eſt enim in iure firmatum ad vtilitatẽ publicam pertinere proceſſum in cauſis ciuilibus, ſiue criminalibus, ſiuè publicis adeſſe ſecundũ Cardinalẽ, *i* quod ius publicũ etiam conſentientibus partibus minime poſſunt iudices in aliquo derogare, vt traditur in iure, K & tenet Alexander, inferior enim contra legem ſuperioris diſpenſare non poteſt, vt poſt alios tradit Capicius, *l* & Graueta.

Denique noſtra ſententia cõfirmatur ex præfatione dictæ Decretalis, vbi Innocẽtius III. in Concilio Generali ſtatuere volens, vt acta proceſſus in iudicio tã ordinario, quã extraordinario fiãt à iudice adhibẽdo ſemper Notariũ, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuerſa iudicis acta cõſcribat, rationẽ huius aſſignat dicẽs, *quoniã cõtra falſam aſſertionẽ iniqui iudicis innocẽs litigator quãdoque nõ poteſt verã negationẽ probare*, clarè in his verbis innuẽs, quod cõuenit acta proceſſus per notariũ, vel per duos viros idoneos à iudice adhibitos cõſcribi, ne detur anſa iudicibus iniquis ſecũdũ eorum deprauatũ libitũ acta cõſcribere, vt innocẽs puniatur. Sicut enim magis præſumitur pro notario, etiã teſte negante id dixiſſe prout dicit Speculator, *m* Abbas, Felinus, & Alexãder, ita magis præſumetur pro iudice ſcribẽte cõtra miſerũ teſtẽ & partem negantes talia dixiſſe, & ſic corrueret veritas in tribunalibus cõtra ius naturale diuinũ, & humanũ fraudibus, & dolis obuiãs: ex quibus conſtat conſcribi acta proceſſu nõ à iudice, ſed à Notario in præſentia iudicis non eſſe quid de apicibus iuris, ſed quid pertinens ad eſſentialia.

Ex quibus colligitur, non videri iuridicè agere quoſdã iudices regulares, qui nõ ſolũ nõ ſumunt iuramenta à teſtibus eos examinantes in cauſis regulariũ, ſed eorũ depoſitiones propria manu ſcribunt, dicẽtes ſcribi à Notarijs religionũ, qui alio nomine Secretarij nũcupantur, pertinere ad apices iuris, & non vbi proceditur de plano & ſine figura iudicij, ſicut proceditur in cauſis regulariũ ſufficere acta proceſſus, & dicta teſtiũ à iudice propria manu ſcribi. Hoc enim eſt expreſſè contra ea, quæ ordinãtur in capite, *quoniã cõtra de probationibus*, vt patet ex eius præfatione & litera, ibi, *iudicio extraordinario*, iũcta gloſſa, ibi extraordinariũ enim iudiciũ eſt illud in quo proceditur nõ ſeruatis iuris apicibus ſed ſũmariè, & de plano. Et aduertẽdũ præfatã Decretalẽ habere locũ etiã quãdo proceditur per viã inquiſitionis ſicut proceditur inter regulares, vt tenet Gloſſa *o* communiter recepta quod eſt iudiciũ extraordinarium, vt teſtatur Rippa *p* & ex multis probat Decius argumentis contrariorum ſatisfaciens.

ARTICVLVS III.

Quomodo ſaluãda ſit conſuetudo aliquarũ religionũ, in quibus per ſeipſos iudices regulares ſcribunt ea, quæ à teſtibus dicuntur non adhibito notario ordinis.

REſpõdeo dicendo, conſuetudinem eſſe aliquorũ religionũ, quã in noſtra Minorũ video apud graues, & doctos obſeruari, quando enim ex officio

l Capic. de cãſ. 46. in fi. Crau. conſi. 182. col. 2. in princ.

m d. c. quoniã contra. n Specul. de teſte. §. 1. verſi. de teſte Abb. & Feli. in c. cũ cauſam 1. in fin. ſupr. de teſtib. Alexand. conſi. 74. col. vlti. vol. 1.

o Glo. in d. c. quoniam contra.

p Rip. n. 54. in rubr. extra de iudi. & Deci. ibi lect. 1. n. 7.

per viam inquiſitionis procedunt interrogant teſtes,& eorum dicta & reſponſa ipſi met propria manu ſcribunt ſine eo quod notarium, & ſecretarium, ad id aſſumant. Quam conſuetudinem ex duobus exiſtimo poſſe ſaluari.

Primo ex eo, quod fratres videntes ſuos iudices regul. res procedere magis ad correctionem quam ad vindictam, ius ipſis cõpetens ex præfata Decretali *a* renunciarunt, vt ſubditi & ſubiecti ſuis prælatis per votum ſolemne obediẽtię reſpectu cuius in multis iuri ſuo renunciaſſe ſentiunt, vniuerſi patres,& præfato iuri, de quo in præſentiarum nolle vti potuerunt, nam ſecundum ſententiam doctiſſimorum virorum deciſio præfatæ decretalis nõ procedit caſu quo inter partes fit pactũ vel cõuentio, ne acta iudicialia in cauſis magnæ quantitatis, ſcribantur iuxta formã in ea præſcriptam, & iudici poteſtatem faciũt proceden di abſque ea, prout tenet Abbas, *b* Imola, Felinus, Pariſ. Beroius, & Alexan. Pro qua ſententia facit nã præfata decretalis emanaſſe videtur in fauorem & vtilitatẽ priuatorum nempè litigãtium, vt contra falſam iudicis aſſertionem poſſent ſemper negatiuam facilè probare, ac proinde poterũt illi per cõſenſum huic fauori renunciare iuxta tritiſsimam regulam iuris, *c* qua cuilibet iuri ſuo renunciare permittitur.

Nec obſtat ſi obijcias ex huiuſmodi pacto & cõuentione, & cõſenſu delinquẽdi occaſionẽ præſtari iudici falſum aſſerenti, quod tamẽ Pontifex hic vitare intẽdit, & inde cõuentio hæc vti illicita contra legẽ valere non debet iuxta ſacros Canones. *d* Reſpõdetur enim verius eſſe ſecundũ cõmuniter Doctores Pontificẽ in præfata decretali principalius intẽdere litigantiũ fauorem, vt ſi velint habeant facilẽ modum probandi ex ſcriptura negatiuã, quę antea nõ ſine difficultate probabatur, & ſicut ante hanc cõſtitutionẽ quo tempore acta nõ ſcribebãtur, & iudici circa proceſſum credebatur nõ erat iniuſta lex, quæ ſcriptura non egebat, ſic hodie poſt dictam conſtitutionem, quæ litigantium laboribus prõuidet non erit iniqua conuentio per quam ad illud ius antiquum regreſſus ſit â litigãtibus proinde ac ſi præfata conſtitutio minimè emanaſſet.

Aduertendũ tamẽ, quod quãuis Abbas *e* Decius, Niconicius, & Carnacenus, reſoluant ex huiuſmodi conuentione & partiũ cõſenſu per quẽ â partibus data eſt facultas iudici, vt ſine ſcriptis cauſam expediat, & quod neceſſario ſequatur præfatos paciſcẽtes, & cõſentientes, voluiſſe, vt ipſius iudicis ſimplici aſſertioni credatur, nihilominus tamen oppoſitũ verius eſt, imo eidẽ non eſſe credendũ, ſed aliũde probãda eſſe iudicij acta, vel ex teſtibus, vel ex partium cõfeſsione aſſerunt poſt alios Alexãder, *f* & Felinus affirmans ita cõmuniter teneri, tum quia eiuſmodi cõuentio & cõſenſus, & ſcripturæ renunciatio eſt quid odioſum & ſtricti iuris, & inde neceſſario reſtringi debet. Tũ etiã quia ſi cũ iudicio aduertas duo præfata conſtitutio induxiſſe videtur. Primũ acta omnia eſſe ſcribenda. Alterũ verò non eſſe iudici credẽdum circa proceſſum niſi quatenus ex actis cõſtiterit, ac ſublata actorũ ſcriptura ex illa partium conuentione adhuc durat alterũ vinculum, ſcilicet, ne credatur Iudici, quoties enim alicui duo competunt remedia vno renunciato altèrum remanet prout definitum eſt in iure. *g*

Nec Decij *h* cõſideratio cõtrariã opinionẽ iuuat, nẽpè ex partium conuentione regreſſum fieri in ius antiquũ, quo attento ante præfatam decretalem *i* iudici credebatur. Id enim falſum eſt, vt conſtat ex alia Decretali K â Pariſio ponderata.

Nec ſatisfacit illorũ diſtinctio qui differẽtiã cõſtituũt inter acta ordinatoria iudicij qualia ſunt cõparatio cõtumacia præſentatio teſtiũ & ſimilia, & inter acta deciſoria & ſubſtantialia iudicij in libello in ſcriptis & in litis conteſtatione, & in eo quod ſententia in ſcriptis feratur, vt ſcilicet, in illis obtineat cõtraria opinio, vt ſcilicet, iudici credatur quia in eis nõ agitur de tanto præiudicio, in his verò procedat noſtra opinio, quia in hac ſpecie lõgè maius præiudicium vertitur, ita Abbas & cõmunis ſecundũ Pariſiũ, & Ferretũ. Hoc tamen refelitur, quia verius eſt etiã in ordinatorijs iudicijs nunquã ſimplicis iudicis dicto ſtandũ eſſe, ſiquidẽ in illis fundatur totius cauſæ deciſio, & inde ſi acta illa falſa conſtiterint graue dãnũ alteri ex litigantibus inferri poterit, qui forſan neque citatus nec contumax fuit, cuius oppoſitum iudex affirmat ac proinde ei nõ eſſe credendũ affirmant Romanus, *m* & Felinus.

Secunda via hæc praxis regularium poteſt

a c. quoniã contra de probat.

b Abb. n. 2. Imol. n. 15. Fel. n. 3. Pariſ. n. 19. in d. c. quoniã contra Ale. in l. ſciendũ nu. 15. ff. de verb. oblig. cl. penu. C. de pact. c. ad Apoſtolicã de regul.

d c. ex parte de conſuet.

e Abb. n. 2. Deci. nu. 7. Niconi. nu. 204. Carna. n. 26. in d. c. quoniã contra.

f Alexã. vbi ſu. n. 25. Felin. d. c. quoniam contra. n. 3.

g §. affinitatis inſt. de nupt. l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrbano. prædio.

h Decius d. n. 7.

i d. c. quoniã contra. K c. cũ à nobis 28. de teſti. Pariſ. ibi n. 22.

l Abb. in d. c. quoniãcõtra. n. 3. Pariſ. n. 23. Ferrer. nu. 8.

m Roma. in l. ſciendum nu. 65. ff. de verb. oblig. Fel. in d. ca. quoniam cõtra. nu. 3.

teſt defendi ex eo quod inter regulares de cauſis minimis ſæpè agitur. Et præfata decretalis in cauſis exiguis & minimis locum non habet, in his enim ſine ſcriptura ſtandum eſt ſimplici iudicis aſſertioni, vt in ſpecie docuerunt Abbas, *n* Imola, Felinus, Berõius, & eſt communis ſecundum Pariſium, & Ferretum. Pro qua interpretatione facit nam iure noſtro in his exiguis regulariter non ita ſeruatur rigor formæ & iuris ſolemnitas argumento eorum quæ in iure *o* notantur. Item quia in his modicis ſimplici Nuntij aſſertioni creditur, vt dicitur in iure *p* iuncta ſua gloſſa ergo â fortiori debet credi ſimplici iudicis aſſertioni argumento eorum quæ in eodem iure *q* notantur, & ita ſecurè tenẽdum eſt quamuis contrarium defendat Decius, *r* & poſt eum Niconicius.

Nec huic cõmuni opinioni obſtat generalitas præfatæ decretalis, *ſ* ibi, *vniuerſa iudicij acta*, ex quo qui totum dicit nihil excludit, vt dicitur in iure. *t* Nam reſpondeo verba hæc vniuerſalia reſtringenda eſſe de habilitate, vt intelligantur in cauſis habilibus ad ſcribendum argumento eorum quę in iure *u* notantur. Quales non ſunt cauſæ modicæ quantitatis ſiquidem in eis credendum non eſt voluiſſe Principem acta conſcribi, quia in ea ſpecie vltra temporis dilationem ſequerentur expenſæ excedentes valorem & æſtimationem principalis contra quandam iuris regulam *x* de qua per Pinelum.

Quod ſi adhuc inſtetur ex particula *Semper*, præfatæ Decretalis, *y* quæ ad omnem cauſam referenda eſt iuxta in iure *z* notata. Facilè reſpondetur, ſi aduertas eiuſmodi exigua & minima ſecundum prudentium opinionem non conſiderari, & regulariter haberi, ac ſi non eſſent, vt notatur in iure, *a* & poſt Diuum Thomam tradit Nauarrus, ſecũdum enim Doctores paruitas rei in quauis materia excuſari ſolet. Vnde dictio illa *Semper*, cõſiderari debet in illis caſibus dum taxat in quibus ſcriptura ſecundum rectam rationem boni viri arbitrio locum habere debet. Quod ipſum colligo ex præfata decretali non enim dicit in vniuerſis cauſis acta ſcribenda eſſe, ſed vniuerſa acta ſcribẽda eſſe, quaſi velit in illis cauſis in quibus ſcriptura neceſſaria eſt præfatam decretalem locum habere.

Nec ſupradictis obſtat rationem in ea decretali præſcriptam habere locum in cauſis minimis ſicut & in arduis, nam vt aduertunt Pariſius, *b* & Mantuanus in exiguis non eſt veroſimile, neque præſumendũ iudicẽ pro quo ius, *c* præſumit falſum aliquid aſſeuerare. Quod ſi inſtas minima ſæpè in iure *d* cõſiderari facile reſpõdeo illud verum eſſe eo caſu quo planè conſtat aliquem præiudicari in aliquo, aut damno affici, ſecus tamen eſt in noſtra ſpecie in qua non ita contingit, ſiquidem in cauſis modicis diuerſa militat ratio, & pro iudice præſumitur in eis nolle alicui præiudicare aut calumniari. Quæ autem cauſæ modicæ dicantur arbitrio iudicis relinquitur ex traditis per *Menochium*, *e* diuerſas circa hoc referentem opiniones, & ex traditis per Auiles *f* & Gregorium Lopez. Ex quibus patet quomodo præfata iudicum regularium praxis qui ad acta proceſſus conficienda non adhibent notarios poſsit ſuſtineri & defendi. Quomodo autem ipſi poſsint creare notarios regulares ad huiuſmodi cauſas, & ad intimandas literas Apoſtolicas in tertio tomo, in quæſtione de notarijs dicetur.

u Abb. n.3. Imol.nu.15 Fel.n.1. Beroi.n.21. Pariſ.n.14. Ferret nu.5. in d.c. quoniã contra.

o l.leuia.ff. de accuſa. c. terrulas. 11. q.2. Corſet. in tracta. de minimis Tiraq. in tract. de iudic. in rebus exiguis habẽd. p ca. parati iũcta ſua gl. v. ſuus Nuntius inf. de appell.

q Auth. multo magis C. de ſacr. ſan.

r Dec. n.7. in d.c. quoniã contra.

ſ l.ca. quoniã contra.

t c. ſi Roma norũ. 11. d.

v l. vt gradatim in prin ff. de mun. & honorib.

x l. mediterraneæ C. de anno. & tribut. li. 12. Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vẽd. 1. p. c. 1. n. 28.

y ca. quoniã contra.

z ca. 1. de in integ. reſti. l. 1. ff. ſolut. mat.

a Nauarr. in prælu. 9. n. 12. & c. 17. n. 2.

b Pariſi. & Mant. in d. c. quoniam contra.

c c. ex præſẽtia de renũ.

d l. ſi proprietarius, ff. de dam. infect. l. in maioribus, C. de appel.

e Menoch. de arbitris, caſu 72. n. 3

f Auil. in c. pitulis præt. c. 36. §. ſumaria nu. 6. Grego. in l. 4. tit. 2. p. 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum teſtis poſsit deponere dictum ſuum in ſcriptis poſt iuramentum taliter, quod ipſe ſcribat ſuum.

REſpõdeo dicẽdo, quod Bartolus *a* tenet, quod teſtis poteſt ſcribere dictũ ſuũ, & ſic reſpõdere in ſcriptis, & per ſcripturã, & additio Abbatis dicit, quod cõmuniter ſeruatur opinio Bartoli Venetijs, Contrariã tamen opinionẽ, imò quod teſtis nõ poſsit in ſcriptis reſpõdere tenet expreſſe Ioãnes Andræas, *b* quem ſequitur Abbas, & Salicetus, & ante eos tenuit Speculator, Felinus, & Couarruuias.

Pro reſolutione dico primo quod ſi loquamur in cauſis criminalibus, nunquã teſtis poteſt deponere in ſcriptis, etiam ſi legeret ſcripturã, quia cum in cauſis criminalibus probationes debeãt eſſe luce meridiana clariores, in ſcriptis autẽ nõ declaratur animꝰ teſtis, ſicut decet. Nã (vt ait D. Hieronymus) vox viua habet, neſcio quod enet

a Bart. in l. Theopompuſſ. de Docto. prin. n. 12. Addit. Abb. in ca. de teſt. & c. teſtib.

b And. c. de teſtam. Sal. in l. iuſiurã. C. de teſtib. Specul. 3. p. tit. de teſte. § nunc. tractat. nu. 17. Cou. libr. 2. varia. ca. 13. n. 6.

giæ, & propterea argumento cuiuſdã Authenticę c conſulunt Doctores, vt iudices in cauſis criminalibus examinẽt teſtes per ſeipſos, & hoc tenet Abbas, d & Couarruuias, quia vt ait quidã textus, e plurimum quoque in excutienda veritate etiã vox ipſa, & cognitoris ſubtilis diligentia affert. Nã ex ſermone, & ex eo, qua quis cõſtãtia qua trepidatione quid diceret, vel cuius æſtimationis quis in ciuitate ſua eſt, quædam ad illuminandam veritatem perlucẽ emergunt. Ex quibus verbis certè colligitur teſtem non poſſe deponere in ſcriptis, ſed viua voce, & ſi poteſt fieri, iudex per ſeipſum examinare debet, & non committere alicui examinationem, videat, quomodo, qua moderatione, & quo animo teſtis deponat, de quo agit Nelus. f Ex quibus colligitur non iuridice procedere aliquos iudices regulares, qui in cauſis criminalibus mandant teſtibus, vt in ſcriptis ſua dicta deponant. Infertur etiam conſuetudinem aliquorum iudicum regulariũ, qui in inquiſitione, & viſitatione ſua generali ſuorum conuentuum præcipiũt ſubditis, vt ea, de quibus denuntiant etiam in cauſis criminalibus ſcribãt, & propria manu ſubſcribant, nõ eſſe (inquam) dictam conſuetudinem iuri conformem, cum dicta denũtiatorum, ſi iuramento firmentur, teſtimonia ſint contrà reum efficacia, prout quæſtione præcedenti diximus.

Dico ſecundo, quod ſi loquamur in cauſis ciuilibus magnæ quantitatis, vel qualitatis, tales cauſæ quoad ſolẽnitates, & modũ procedendi æquiparantur cauſis criminalibus. Nã quando tractatur de omnibus bonis, vel maioris partis bonorum dicitur tractari de vita hominis, & idẽ eſt, quando tractatur de honore hominis: nam melius eſt bonum nomen quam diuitiæ multæ, propter quod etiam tunc requiritur, quod iudex examinet teſtem, & non ſufficit, quoddicat teſtis in ſcriptis, licet beneverũ ſit, quod ſi tũc legeret ſcripturã, & a iudice interrogaretur ſuperſcriptura, & reſpõderet ad interrogationem taliter, quod iudex intelligeret illam ſcripturam eſſe veram, bene valeret tunc dictum in ſcripturis: & in hoc caſu intelligerem doctrinam Bartoli. Et ſi aliquis diceret, quod tunc etiam valeret tale dictum in criminalibus, concedo quidem, ſed maior declaratio requireretur in his, quam in iſtis cauſis mere ciuilibus, licet magnæ quantitatis, & qualitatis ſint.

Dico tertio quod ſi loquamur in cauſis ciuilibus minimis & parui præiudicij tunc crederem valere tale dictum in ſcriptis maxime ſi talis eſt conſuetudo, & ſic fit multoties inter ſcribas & curiales, vt aſſerit Cãtera g affirmãs ita iuridice practicari in conſilio ſupremo Regni Nauarræ, vnde non ſunt condemnandi prælati regulares qui audientes minima in viſitationibus conuentuum ea teſtibus & denunciatoribus ſcribi manu propria præcipiunt, & de his amplius in articulo ſequenti.

ARTICVLVS. V.

Verum in cauſis arduis ſint a iudice teſtes neceſſario inquirendi.

REſpondeo dicendo, quod in cauſis ciuilibus & criminalibus teſtes debent a iudice præſentialiter interrogari & examinari, & nullo modo hoc examen eorum ſecretarijs & ſcribis committere prout in iure, a eſt definitum & tradunt Doctores, Bernardus Diaz Salzedo, Auendañus, Segura, Olanus, Iulius Clarus, Auiles, Azeuedo, & Gregorius Lopez. Multæ enim falſitates ex tali cõmiſſione ortæ inueniuntur, pernicioſa certè talis commiſsio ab omnibus reputatur, & iudices id facere conſueti ſunt grauiter puniendi, cũ ex informationibus ſiniſtre & non ſecundum Deũ ſumptis malum iudicium neceſſario ſequatur. Nam iudex ſecundum probata & allegata debet iudicare, prout in hunc modum nobis ſcriptum reliquit Simancas, b ſcribæ ipſi potius quam ipſi iudices iudicant, quia cauſarum vincula diſſoluũt, neq; enim iudices aliud facere poſſunt, quam fidem eorum ſequi quæ apud iſtos probata fuerint contractum teſtamentorum, & actorũ omnium robur ex fide ſcribarum pendet.

Aliqui tamẽ à Doctoribus caſus enumerãtur in quibus interrogationes & examẽ teſtiũ ſcribis cõmitti conſueuit, inter quas præcipuum eſt impedimẽtum ex parte iudicis eos minimè potentis inquirere, quia verbi gratia, magnis & arduis negotijs eſt occupatus, & ex parte teſtium non potentium ad præſentiam iudicis ad teſtifi-

c authent. apud eloquẽti. C. de ſide iuſſor. & ibi Doct.

d Abb. in c. cũ cauſam, n. 12 de teſt. Coua. l. b. 2. varia. ca. 15. n. 11.

e l. de minore §. formẽ ff. de qq.

f Nelus de teſtib. n. 90 vol. 5. tract.

g Cante. in queſt. crim. c. 2. de pro. per teſtes n. 8. pag. 150. col. 1.

a Tex. & gl. in c. 2. de iudic. li. 6. gl. in clem. 1. de of. de lega. Authen. apud eloquẽtiſsimũ & ibi DD. C. de fid. inſtrum. l. 26, & 27. tit. 16 p. 3. l. 28. tit. 6. li. 3. recopil. Bernar. regul. 717. & ibi Salz. Auen. in ca. 17. prætorũ 2. p. Segura in direct. iudic. 2. p. c. 2, n. 19. fol. 9. Olan. in auten. verb. index nu. 69. fol. 195. Clarus in prac. §. fi. q. 26. Auiles in ca. 37. prætore glo. ſi. por ſi. Azeue. in l. 18. tit. 6. li. 2. reco. n. 1. & 2. Grego. in dictis leg. Partit. Simanc. de repu. libr. c. 23. n. 3. pagi. 412.

teſtificandum accedere. Aliud eſt quando res ſuper qua agitur leuiſsima iudicatur prout Felinus *c* & Auiles poſt alios affirmarunt.

Quando autem iudex ſcribæ examinationem & receptionem teſtium commiſerit neceſſarium eſt, vt id ſcriptura conſtet, nam ſi ſine ſcriptura talis commiſsio fuerit data quidquid virtute eius fuerit factum pro nullo reputatur, prout affirmat Matthæus de Afflictis *d* Menochius, Auiles, Paz, Grammaticus, & Gratianus, dicto enim ſcribæ minimè debet fides adhiberi etiam ſi affirmet ſibi talem commiſsionē fuiſſe factam prout cum communi poſt Hoſtienſem, Ioannem Andream, & alios conſuluit Alexander, *e* & Gregorius Lopez, contra Bartolum affirmat. Et ſine dicta commiſsione in ſcriptis data non poteſt ſcriba recipere depoſitiones, & ſumere iuramentum ab ipſis teſtibus prout tenet quædam Gloſſa, *f* Baldus, & Bonifacius: adeò hoc eſt verum, vt eorum dicta nullam faciant in iudicio fidem etiā ſi ſint examinata ab ſcriba cui in ſcriptis facta eſt commiſsio, ſi cauſa ſuper quam teſtificati ſunt ſit grauis, requiritur enim quòd in tali examine præſentia iudicis non deficiat, vt poſt alios tenet Gregorius *g* Lopez.

Ex quibus infertur nō iuridicè procedere prælatos regulares ſuis ſecretarijs, teſtiū receptionē, & examinationē delegantes, non ſolum in rebus leuibus in quibus talis delegatio poteſt fieri, ſed etiam in rebus grauibus, pro quibus fulminandis, & examinandis experientia ſagacitas, & induſtria integerrimi iudicis deſideratur.

Infertur ſecundo, ipſo toto cœlo videri aberrare qui conſuetudinem allegantes has delegationes ſæpè ſæpius in cauſis maximi momenti dictis ſecretarijs committunt. Cum hæc conſuetudo quia ſatis pernicioſa magis corruptelā quam conſuetudo ſit iudicanda, & propterea minimè ſeruanda, prout tenet quædam Gloſſa, *h* quā approbant Hippolytus, Felinus, Rojas, & Paz. Nec valet allegare quòd examinatio teſtium coram iudice ad apices iuris pertinet, quibus iudices regulares minimè ſunt aſtricti, nam reſpondetur, id ad apices iuris non pertinere. Cum ad indagandam & extorquendam veritatem maximè conducat.

Infertur tertio eos, etiam maximè errare committendo ſecretarijs prædictam receptionem & examen ſine ſpeciali commiſsione in ſcriptis ſuper eo facta, acta enim proceſſus ab his præfata commiſsione facta nullius ex ſupradictis erit valoris, & momēti, & iuramentū ab eis ſumptum nullam fidem in iudicio faciet, cum â iudice nō competenti ſumptum fuiſſe cōſtet.

ARTICVLVS. VI.

Verum teſtes ſint interrogandi de loco, tempore, & cauſa ſui dicti.

REſpondeo dicendo, quod quādo in inquiſitione eſt deducta qualitas loci, & temporis, non ſufficit quod teſtis dicat tale delictum fuiſſe commiſſum in genere, quia per hoc non probatur tempus inquiſitionis, & locus. & ſi diceretur aliud tempus, non poſſet ſequi condemnatio, ſed debet dicere teſtis contenta in inquiſitione eſſe vera, vel vidiſſe fieri malefi cium loco, & tempore, de quibus in inquiſitione. Ita Bartolus, *a* qui vult amplius, quod licet dicat contenta in capitulo eſſe vera, ſi tamen poſtea interrogetur de ratione, vt dicat quod vidit fieri homicidium non addendo locum, & tempus nō ſufficit, quam opinionem ſequitur Aretinus. *b* Item caueat teſtis, vel reus, ſi interrogetur, an quid viderit noctis tempore, ne temerè reſpondeat vidiſſe nulla addita ratione, quia nocte non videmus, niſi Luna luceat, vel lumen accenſum ſit, vnde redderetur ſuſpectus, vt tenet quædam Gloſſa. *c* Vbi notant Baldus, & Doctores, imoetiam quando Luna lucet, non eſt ita clarum, ſicut de die, quod patet ex multis iuribus, *d* & tenet Gloſſa, habet enim Luna radios lugubres, Sol vero claros. Et aduertendum quod ſi teſtis deponat ſuper non veriſimili, non probat, niſi aſsignet etiam non interrogatus rationem ſui dicti, vt probatur in iure, *e* & notant Antonius, & Aretinus, de quo iam in ſuperioribus *f* dictum eſt.

c Auil. in c. 37. prætor. gl. por ſiper totā poſt Feli. in c. cum cauſam nu. 36. de teſti. Auen. in ca. 17. prætorū n. 3. p. 2. Paz in practi. 1. p. tomo. 18. tēpore. fol. 67. nu. 100. d Affl. deci. 317. Menoch. cōſ. 100. n. 43. Auiles vbi ſu. n. 18. & ſeq. Paz in d. 3. to. 4. p. cū. nu. 4. fo 5'. col. 2. ad fi. Gramma. cōſi. 67 n. 34. Grat. reg. 260. n. 6.

e Alex. cōſi. 104. colu. 4. vol. 5. Abb. in c. quoniā cōtra de probat. Grego. n. 27. tit. 16. gl. in fi. p. 3. contra Bart. in Authen. de teſt. §. & quoniam. f Glo. in l. ſi per nūcupationē C. de teſtam. vbi Bald. §. ſi quis autem Bonif. in peregri. v. probat. fol. 293. colu. 3. v. iudex.

g Grego. in l. 22. titu. 11. p. 3. gl. 4.

h Glo. in c. teſtes 1. q. 9. Hippoly. in l. de minore §. plurimū quoque n. 9 ff. de quæſt.

Fel. in c. cū cauſ. 1. n. 21. de teſt. Rojas ſing. 205 Paz in prac. 1. to. 5. p. c. 3. §. 1. n. 10. fo. 234.

a Bar. in l. 1. ff. de Aleat. & in l. labeo ff. de ſupel. lect. legat.

b Aret. in l. ſerui elect. §. 1. ff. de legat.

c Gl. in l. ſi cum exceptione, & ibi Bald & Doct. in §. fi. ff. quod metus cauſ. in l. ſi minorē C. de trāſa. d Glo. in §. noſtra autē conſtitutio inſt. deleg. in v. lucubratione et cap. ſuper hoc de renūciat. & ibi. Ant. Aret. in c. tertio loco col. 4. verſic. pro quo facit de probat. f q. 1. arti. 4.

ARTICVLVS VII.

Vtrum teſtes poſsint interrogari de occultis.

REſpondeo dicendo, quod teſtis legitimè interrogatus â iudice competente obligatur dicere veritatẽ, ſi enim ipſi iudici in hoc non obediat, iuſtitiæ executionem impediet, quod ſecundum ius minimè eſt permiſſum. Verum tamen eſt, quod ſi iudex interroget de delicto occulto nulla infamia præcedente, poteſt teſti reſpondere ſe nihil ſcire intelligendo mente, ſe nihil ſcire, quod reuelare teneatur. Ita poſt alios *a* Nauarrus, cuius opinionẽ libenter amplector, licet contrarium teneat Sepulueda, quã tamen Sepulueda opinionẽ non omnino reijcerẽ caſu, quo ex non manifeſtatione veritatis graue alijs præiudiciũ generaretur, quod multum dãni ex infamia reiſecuta excederet, ſi enim damnũ infamię maioris eſſet valoris, licitum eſt teſti non reuelare delinquentem occultum, etiam ſi ſit legitime interrogatus, vt idem Nauarrus affirmat. Dixi (legitimè interrogatus) ſi enim non legitimè interrogatur, nulla obligatione ad dicendam veritatem aſtringitur.

a Nauar. in man. ca. 25. n. 43. Sepul. de rat. dece gen. teſt. ca. 13.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum teſtes, vt valeant, ſint ſub iuramento interrogandi.

REſpõdeo dicendo, quod dũ teſtes interrogãtur à iudicibus, vt eorũ dictũ valeat, debent ab eis ſumere iuramentum, teſtis enim, qui nõ iurat minimè valet, vt dicitur in iure, *a* quod intelligitur etiam ſi ſit Cardinalis, vt ait quædam Gloſa *b* communiter recepta, etiam ſi ſint mille teſtes, vt reſoluit Dominicus *c* Auguſtinus de Ancona, & Felinus dicentes eſſe hanc doctrinam ſtupendam & incognitã, quam dicit ſingularem Hippolytus, & ſic debet teſtis iurare ſuper Euãgelijs, neque alicui teſti quantumcunque religioſo creditur, niſi iurato, niſi ſit Epiſcopus, vel ſacerdos, qui non iurat ſuper libro, ſed ſuper pectore ſuo, prout dicitur in iure, *d* & notat Panormitanus. Aduertendũ etiã quòd præcipere ſubdito in virtute Spiritus ſancti non eſt in virtute iuramentum à ſubdito ſumere cum illa virtus Spiritus ſancti obedientiã quã ſubditus Spiritui ſancto promittit deſignet, & ſic nihil aliud eſt dicere præcipio ſub obedientia, & in virtute Spiritus ſancti, quam dicere prælatum præcipio ſub obedientia quã Spiritui ſancto & mihi promiſiſti. Ex quibus conuincitur malefacere aliquos Prælatos regulares, qui non ſumũt iuramentum à teſtibus quando ſuper aliquibus teſtificantur, ſed tantũ ipſis ſub obedientia præcipiunt, vt dicant veritatem, nam ſecundum rigorem eorum depoſitiones minime valent.

a cap. nuper nobis de teſtibus.
b Gl. in ca. cũ eſſemus v. fratrũ de priuil.
c Domin. in c. multisper tex. ibi 44 d. Anco. de poteſt Eccl. q. 55 ar. fin. Fel. in cap. non conſtitutus n. 16. de reſcript. Hippol. ſin gul. 124. circa finem d c. fi. de iuram. calum. Panor. in c. tuis de teſt.

* Nec valet dicere, quod ita cõſuetudine receptum eſt in aliquibus religionibus, cõſuetudo enim in præiudicium boni cõmunis minimè cõſuetudo, ſed corruptela eſt appellanda iuxta quæ in iure *e* notantur, bonum enim cõmune in veritate indagan da, & ſcienda cõſeruatur, reuelata enim veritate innocens liberatur, delinquens autẽ iuxta menſuram delicti caſtigatur, quæ veritas per iuramentum â teſtibus extorquetur. Et aduertendum quod teſtes ſolum debent teſtificari ſuper iuratis, & non ſuper alijs, ſi enim ſuper alijs teſtificarẽtur, eorũ dictum minimè valeret, vt argumento cuiuſdam Decretalis. *f* Tenet Syluester, & poſt alios tradit Grãmaticus. Aduertendũ inſuper, quod teſtis etiã ſi nõ ſit iuratus aliquam facit coniecturã vt tenet Angelus. *g*

e c. fi. de cõſuet. c. 1. & 2. eodẽ lib. 6. l. 1. ca. de conſuet.

f ca. de teſt. excom. teſtibus Syl. v. teſtis nu. 6. in ſi Gram. mat. deciſi. 180. n 80.
g Angel. in l. iu lices C. de fide inſtrum.

QVÆSTIO. XIIII.

De correctione fratrum quoad veritatem à teſtibus proferendam in duos articulos diuiſa.

Circa quã quæſtionẽ duo quæruntur.

1 *Vtrũ teſtis præſumatur dicere verum.*

2 *Qua pœna falſi teſtes ſunt puniẽdi.*

ARTICVLVS I.

An præſumatur teſtis dicere verum.

REſpondeo dicendo, quod in dubio non præſumitur teſtẽ ignorãter depoſuiſſe falſum. Nam teſtis præſumitur propter iuramentum deponere conſiderate, & de eo quod

quod eſt certus, vt argumento cuiuſdã Decretalis, *a* notat Alexander. Secundo quia dicens aliquid falſum cõmittit contra ius diuinum, & naturale, nã ignorantia nõ excuſat â dolo, vt per Angelum, *b* Salicetũ, Bartolum Veronenſem, quia in his, in quibus debet præcedere diligentia, præſumitur ſcientia, & dolus illius, qui debebat diligenter inquirere: neq; admittitur excuſatio ignorantiæ, vt dicit quædam Gloſſa, *c* quã ſequitur Ioannes de Anania, vt præſumitur in ruſtico ſecũdum Alciatum: fallit tamen in bonæ æſtimationis viro, & magnę probitatis, qui præſumitur potius deposuiſſe falſum per errorẽ, vt ait Veronenſis, *d* & ſic iſtud multũ cõſiſtit in arbitrio iudicis, qui habebit arbitrari, nunquid iſte dolosè depoſuerit, & quã fidẽ debet adhiberi eius teſtimonio argumento eorũ, quę in iure *e* tradũtur, & reſoluit Barbacia: facit etiã, quia licet falſum nõ committatur ſine dolo, eſt tamẽ in arbitrio iudicis, qua alia pœna eũ iudex puniet iuxta quandam Gloſſam, *f* quam ſequitur Alciatus.

a c. x refert pro extrade iureiur. Alexã. in Rub. de iureiurã. col penul.

b Ang in l. plag. C. ad leg. Flan Sali. in l Senatus C. de his qui ſibi teſta. Veron. cõſ. 21. col. 3

c Glos in c. falſariorum vbi Anania col. pen. extra de crim. falſi. Alciat. de præſum. regu. 2 præſum. 31. n. 4.

d Veronen. vbi ſup. col. penul.

e ca. Literis, verſi. quanquã verosimilius de præſumpti. Barba conſ. 6. 54. colu. vol. 4.

f Gl. in c. & ſeuerior ex quibus cauſis Alc. in l. 1. §. ſed ſi mihi Pãph. de verb. ſign.

a Cou. in c. quamuis pactũ 1. p. §. 7. n. 6. l. Taur. 43. vbi Gomez.

b Panor. in c. 1. extra de crim. falſ.

c Bart. in l. ſi quis legatum ff. ad l. Corn. de fal. Salic. & DD. in l. 1. C de ſepul. viol. Rub. in l. 8. Tau. Claros in §. falſum ver. fu. ſcif. in prac. crim.

ARTICVLVS II.

Qua pœna falſi teſtes ſunt puniendi.

REſpõdeo dicẽdo, quod quãuis in accuſatione abolita ſit, & antiquata talionis pœna, in teſtibus tamẽ eã adhuc habere locũ teſtatur Bald. Corſetus, Iaſon, Alexander, Guido Papa, Caſſaneus, Soccinus, quos refert, & ſequitur Couarruuias, *a* Et in quadã lege Taurina expreſſe eſt cautum, in qua id tradit Antonius Gomez. Et in cauſa hæreſis reſcriptũ habẽt inquiſitores â Leone X. Directum Adriano Cardinali generali Inquiſitori Hiſpaniæ datum Romę apud D. Petrũ die decima quarta Decembris anno Dñi milleſimo quingẽteſimo decimo ſeptimo Põficatus ſui anno ſexto, vt teſtes falſi in illo ſancto tribunali tradantur brachio ſeculari. Id autẽ obſeruandũ eſt, quod tradit Panormitanus *b* falſum, ſcilicet, teſtem in forma iudicij deponentẽ corã legitimo iudice eſſe puniẽdũ, tametſi eius dictũ non valeret, & quia verbi gratia nõ iurauit, vel ob alias cauſas. Idẽ tenet Bartolus, *c* Salicetus, Palacius Rubeus, & Iulius Clarus dicentes hanc opinionem eſſe cõmunẽ. Ratio verò illa eſt, qua in præcitato loco vtitur Salicetus, quia falſus teſtis in quantũ in ſe fuit, iã nocere curauit, imò verò & delictum cõſummauit, quod ſi ob aliquem defectum eius dictum non valuit, aut non nocuit, prętereo intentionem fuit.

Aduertendũ tamẽ, quod multis modis ſpectata perſonarũ, & delicti qualitate in puniendis falſis teſtibus pœna augeri, aut cõtra minui poteſt, ſed illa minuendi pœnã ſatis idonea cauſa cẽſetur, cũ quis ſponte ad cõfitendũ crimen accedit, & errative niã poſtulat, prout latè probat Tiraquelus. *d* Et cum falſo in iudicio teſtificari ſit peccatũ maximę malitię, oportet, vt acrius puniatur, quãm ſolet puniri delictũ, ſuper quo falſo fuit depoſitũ Et ſic licẽt hæreticus admittatur ad pœnitentiã, antequã curiæ ſæculari tradatur, falſo tamẽ imponẽs alicui hæreſim hoc ei minimẽ eſt cõcedendũ, non enim ipſi eſt parcendum pœnitere volẽti, prout tenet Iacobus de Aretio. *e* Cynus, Baldus, Ioannes Andreas, Antonius de Butrio, Marianus Socinus, & alij Canoniſtæ, quos ſequitur doctiſsimus Simancas. Reliqua vide infra in quæſtione *f* de correctione criminis falſi.

d Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 30.

e Areti. in l. vlt. C. de accuſ. Bald. & alij in c. excom. l. 2. extra de hæreti. Simã. de inſtit. catholi. tit. 64. nu. 24.

f Infra hoc tom. q. 31.

QVÆSTIO XV.

De correctione fratrum quoad teſtium detectionem, & oppugnationem in quatuor articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem quatuor quærunt.

1 *An teſtes ſint reo detegendi.*
2 *Vtrum licitum ſit opponere aliquid contra teſtes.*
3 *Ex quibus cauſis oriatur inimicitia capitalis ad euacuationem teſtium.*
4 *Vtrum vera aut falſa opponentes teſtibus mortaliter peccent.*

ARTICVLVS I.

An teſtes ſint reo detegendi.

REſpondeo dicẽdo, quod hodie prævaluit cõſuetudo, & hoc iure vtitur in cauſa fidei, quæ omnium eſt maxima, & grauiſsima, vt nomina teſtium, & denunciatorum nullo modo reis edẽda ſint, & ſi eorũ publicatio fiat, & copia depoſitionum eis detur, quia graue periculum ex ea re euenire ſolet

solet testibus, & vniuersis causis fidei, cũ pauci inuenirẽtur, qui aduersus hęreticos testimonium perhibere vellent. Quam obrẽm constitutione Innocentij IIII. quę incipit, *Cũ negotiũ Fidei*, & alia Pij IIII. quę incipit, *Cum sicut* prohibetur, ne dicta nomina testium reis ipsis vllo pacto publicẽtur, vt tradũt & referũt Directoriũ *a* Inquisitorũ, vbi Quintilianus Mandosius, & Simancas, Rojas, & Aualos reuocãs in dubium, nunquid ex eadem causa periculi, in qua ius cõtra hęresim fundatur in alijs criminibus præter quã in hęresi possint iudices accusatis negare testiũ nomina, & qui dẽ fatetur in cęteris quibuscũque criminibus regulariter dicta nomina testium reis accusatis edẽda esse, vt testes refutare possint, & innocentiã suã ostẽdere. Et hoc docẽt Simancas, *b* Salzedo, Abbas, Annania, & alij multi, quos refert, & sequitur Petrus Cenetus. Sed aduertit, quod Ioannes Martinez *c* de Olã in antinomijs asserit, quod ex cõsuetudine Hispaniæ in causis Syndicatus, Magistratuũ & militariũ ordinum, scilicet, S. Ioannis Baptistæ, S. Iacobi Alcãtaræ, & Calatrauæ in habitus susceptione, & in Collegarũ ingressu, & in Ecclesiasticis obtinẽdis beneficijs, cũ de oppositorũ nobilitate, ac qualitatibus inquisitio fit, nõ publicantur testes. Quam consuetudinem multis defendit rationibus Ioannes *d* Rodin, eãque Segura de Aualos validam esse respõdet in quantũ singulariũ iudicũ personas respicit, & rei iudiciarię iniquã admi nistrationem, in quibus nimirũ si iudices nõ facta testiũ publicatione puniantur, nõ tamẽ ei videtur iusta dicta cõsuetudo, quã do nõ solũ personã ad militiã, siue Ecclesiasticã dignitatẽ ascẽdere cupientẽ, verũ etiã totius generis, & posteritatis claritatẽ, vel maculatã nobilitatẽ, vel ignobilitatẽ respiceret. nam vt ait quo iure, qua ratione fundari potest, vt alicuius pręclarissimũ genus nulla forsan ignobilitate Agarenorũ, Iudæorũque macula fœdatũ perpetuo diffamaretur hac præsertim ætate, in qua maleuoli quidã inuidi sunt homines, quorũ ministerio Sathan ipse vtitur ad homines nobilissimos, & claris genitos parentibus diffamandũ, qui cũ primũ cõpertum habent suarũ testificationũ publicationẽ esse subticẽdã linguas suas, sicut serpẽtes acuunt, audacius diffamant, audaciusque falsa testificẽtur aduersus nobiles, hi enim vt plurimũ ab alijs inuidia vexantur, & calũnijs afficiuntur, & sunt positi tãquã signum ad sagittã, quorum progenies inimici eorum, vt inuidi plebeij ab antiquo ita diiudicare præsumũt, vt ab Adã velint ducere originẽ, nõ vt veluti antiquiorem, sed vt alicuius falsi nominis, vel cognominis sumpta occasione calũniæ aliquid producãt. Ex quibus, & alijs doctissimus, & pijssimus Segura *e* latissimè, & pulchrè hanc defendit opinionẽ. Quæ mihi semper verior apparuit, & nemo mortaliũ, qui domui suæ statũ, & dignitatẽ augere contendit se credat à simili calumnia tutum, vt huius sententiæ contrarias velit assumere partes. Nam plerosque vidimus, qui in se nimirum multum confidebant, & generis sui claritatem illæsam, & intactam esse putabant, quam post modum calumniantium insidijs periclitantem perspeximus.

Nec prædictis obstat præcipuũ, & principale fundamentum cõtrariæ opinionis, q, scilicet testes deterrerẽtur, si hæc opinio seruaretur, & ita de cętero veritatẽ propalare recusabunt propter periculũ, quod ab inquisitis eis saqui potest. Respondetur enim, quod testium nomina (si expedire visum fuerit) occultari possunt dicta autẽ eo in casu solummodo publicari, & inquo defectus cõsistat, vt errori, aut fallsitati occurratur: vel etiam respõdetur Regijs sanctionibus dispositũ esse in causis nobilitatis, & exẽptionis, quã dicimus (*hidalguiã*) Hispanẽ, quod testes vocentur ad Regia prætoria, vt examinẽtur abvno ex ipsis iudicibus, vt referũt Couarruuias, *f* & Azeuedo, & in eo casu testiũ nomina, eorũq; depositiones publicantur, & tamen ex eo periculum, damnum, terrorẽ, aut alia huiusmodi imminere testibus nunquã audiuimus, quamuis deponant aduersus reum, vt quid ergo in causis regulariũ trepidamus: vbi nõ est timor, vt nomina testiũ, vel saltẽ eorũ depositiones nõ publicabũtur, vt ipsis malũ aliquod sequatur? sed vt i. inc in de visis rationibus, & depositionibus eorũdẽ veritas eluceſcat, pręsertim quia periculum, quod testibus euenire potest ab inquisitis, lõgè leuius est audacia, quã ex subticẽdis dictis, & nominibus eorũ prædicti testes sumere solent ad falsè, cõfusè, temere q; deponẽdũ. Et sic cõcludo dicens, q, in causis syndicatus magistratuũ, seu inquisitionibus, & visitationibus, quæ aduersus iudices,

a Dir. ff. in quisit. §. nomina verti. nunc vid. n. dũ vbi Mã dõpta Ib d. tio. n. 8. Simanc. de inst. cath. ti tu. 64. n. 27 & in Inch. tit. 3. nu. 13. Rojas sing. 140. verſ. sed quãdo Aualos in directo. iud. 2. p. c. 11. n. 11. & 16. vbi ex n. 17.

b Simin. d. tit. 64. n. 29 Salz. in practi. crimi. c. 128. liter. D. pa. 439. Abbas in ca. olim. n. 8. de accuſ. Anani. in c. qua liter. & quã do. el 2. §. debet igitur n. 4. de accuſat. Cenetus collect. 6. pag. 298.

c Olan in anti. lite. T. n. 16.

d Rodin. de Magi. Prin. §. sed etiam per legitimos tramites â n. 147. vſq; ad nu. 202. Aualos vbi ſu. c. 14. n. 28.

e Segura de Aualos vbi ſup. 4. á nu. 2(

f Coua. li. 2. variar. c. 13. n. 10. Azeu. li. 3. nou. cõpi. tit. 6. l. 28 n. 2.

iudices,& eorũ miniſtros fiũt,& quæ fiũt aduerſus iudices regulares, nomina teſtiũ & eorũ dicta ſunt publicãda, quod ex dictis maximè comprobatur,& ex his, quæ poſt Seguram,& alios tradunt Auiles, g & Azeuedo. Vnde in ordinationibus Toletanis noſtræ Sacræ Religionis ſtatutũ eſt, vt in cauſis grauibus nomina teſtium publicentur, quo ipſi rei â graui iniuria ſe opponendo aliquid contra teſtes poſsint liberare.

g Auil. in c. 4. ſynd. Gl. 1. ex num. 9 Azeu. lib. 5. nouę com. titu. 7. l. 13. ex princip.

ARTICVLVS II.

Vtrum licitum ſit opponere aliquid contra teſtes.

RESpõdeo dicẽdo id licitũ eſſe, dũmodo ea, quæ opponũtur, cum veritate proponãtur, prout tradit *D.* a Thomas,& inter cauſas, quæ ſolent opponi, ea præcipua reputatur, quæ inimicitia capitalis nuncupatur. Quæ oppoſitio etiam in cauſa fidei locum habet, capitalis enim inimici in ea minimè debẽt eſſe teſtes, prout tradit Emericus, b & diffinitur in Concilio Biterrenſi, & Narbonenſi, in quibus ſic dicitur. *Illis autẽ exceptionibus ſidẽ teſtiũ euacuãtibus in totum, quæ nõ ex zelo iuſtitiæ, ſed de malignitatis fomite procedere videãtur, vt ſunt conſpirationes, & inimicitiæ capitales.* Et hoc in multis iuribus probatur, & tradit Gũdiſaluus. Et aduertẽdũ, quod præſumitur hodie inimicus, qui olim fuit inimicus, vt probatur in quadam lege, d vbi notat Baldus: & propterea infert Aretinus, e quod cũ aliquis litigat cõtra alium, ex quo præſumitur inimicus, non poterit cõtra eũ dicere teſtimonium etiã lite finita, quia præſumitur inimicus durare, vel inimicitia. At communis opinio videtur aliter ſentire per quandam Authenticã, f videlicet quod illud reſideat in arbitrio iudicis, qui ex qualitate negotij,& perſonarũ arbitrabitur, nũquid iſti ſeruent adhuc inimicitiam. Vt per Antoniũ de Butrio, & recentiores in dicta Authentica: quod etiã non procedit, quado inimicus eſſet recõciliatus, quod probat tantum lex pro contraria parte allegata niſi modico tempore reconciliatio præceſsiſſet, vt ex aliquibus iuribus probat Alciatus. g

a D. Th. 2. 2 q. 11.

b Emer. in direct. inquiſ. 3. p. q. 67. pa. 607, cc. repellantur, & c. me minimus & c. cum oportet de accuſ. & c. ſi teſt. 3. q. 3. Gundiſal. de hæret. q. 13. n. 13 d l. in ipſius vbi Bald. C. fam. hereiſcund.

e Aret. in c. 1. de iudic.

f §. ſi vero odioſum in Auth. de teſti.

g Alcia. reg. 2. præſump. præſump. 13

ARTICVLVS III.

Ex quibus cauſis oritur inimicitiæ capitalis ad teſtium euacuationem.

RESpõdeo dicẽdo, quod cauſæ, ex quibus inimicitiæ capitales oriũtur, quo modo cognoſci poſsint, egregie tradidit *Eymericus.* a Cæterũ cũ ea res ſit magni põderis,& momenti, vt lectoribus plenè ſatisfaciã, viſum eſt mihi, nec indecẽs, nec inutile referre hic ex varijs locis,& iuris peritorũ reſponſis cauſas, ex quibus iuſte credatur capitales inimicitias oriri, vt cũm cognitæ fuerint, teſtificantium dicta repellant.

Sunt, qui dicant, iudicantiũ arbitrio eſſe relinquendũ diffinire, quæ inimicitiæ dicantur capitales, propterea quod â iure cõmuni nominatim cauſæ proſcriptæ non ſint: ita Felinus, b Marianus Soccinus, & Grammaticus, quos alij recentiores ſequũtur. Verũ ne de nouo arbitrari oporteat, & ne in arbitrando propter humanam fragilitatem in rebus grauibus iudices decipiantur, tutius erit in hac re aliorum arbitriũ ſequi, quanquam non diffitear hanc facultatem nõ eſſe iudici denegãdam, cũ poſsint occurrere caſus, ex quibus oriãtur inimicitiæ quos alij nõdum præuiderũt.

In Hiſpanicis legibus ſeptipartitis nominatim traduntur cauſæ plurimæ, ob quas vnus in alterũ iure dicere teſtimoniũ prohibeatur. Nam in quadam partitarum Lege c dicitur, prohibemus, nè quiſquam qui magnam gerit cum altero inimicitiã, cõtra illũ in aliqua cauſa poſsit eſſe teſtis, vt ſi inimicitia ſit contracta ob conſanguineos occiſos, aut quia teſtis conatur occidere eum, contra quem vult teſtificari, vel accuſant eũ de delicto, quod ſi fuiſſet probatum, ſequeretur vel mors, vel membri abſciſsio, vel exilium, vel priuatio dignitatis, aut aliqua infamia, nam ob ſingulas ex cauſis prædictis non poteſt vnus contra alterũ eſſe teſtis durante inimicitia. Hæc in dicta lege partitarum.

Prima ergo cauſa inimicitiæ oritur contra eum, qui occidit cõſanguineum meũ, vel dedit operam, vt interficeretur. Ita

a Eymeri. in direct. inq. n. 118. vbiſu.

b Feli. in c. cum oporteat de acc. Socci. in c. repellantur n. 13. Grammati. conſ. 57. num. 9.

c l. 22. par. 3 titul. 16.

d Soccin in ca. repellantur n. 14. de accusat.
e Glos. in l. licet ff. de recep. arb. ver si. capitalis, Alex. cons. 14. li. 3 Grā. cons. 57. n. 8
f Bald. in l. metum ff. quod met. caus.
g DD. in l. 1 C vnde vi & in l. vt vim ff de iustit. & iur. Marsil. in d. §. præterea. h Bart. in l. 4. §. fi. ff. de alim. legat. glos. in l. 3. § capitales ff. de recep. arbitr. Abbas in c. accedēs vt lit. nō cō test, & in c. repellantur, n. 4. de accus sat. zabarel. in c. cūopor teat n. 12. de accus.
i Anan. & alij in c. cū p. Mancon nella de accusat. glos. Bart. in l. 3. ff. de testi. speculat. tit. de testib. §. 1. in prin. Grā. cōs. 46 n. 4. & seq.
K Fel. in d. c. repellātur in n. 3. Grā. mat. vbi su. nu. 1. & 2.
l Bald. in l. non ignora bit de exhi ben. reis.
m Bald. inc. veniens circa fi. de iur. iuran. d. inl.

Soccinus *d* allegans Bartolū, & alios, vnde non videtur, quod possit testificari religiosus contra alium religiosum, cuius frater occidit, vel aliquod magnum malū intulit eius consanguineo, cum ipse consanguineus sit aliquid ipsius.

Secunda est, quę oritur ex solis minis de occidendo prout tenet quædam Glossa, *e* & Alexander, & Grāmaticus. Quod tunc procedit secūdum Baldū, *f* quādo is, qui minatur, aut est potens ad id faciendum, quod minatur, aut est solitus minas suas executioni mādare iuxta notata per Doctores, *g* quos refert, & sequitur Marsilius Vnde infero, quod si Monialis minaretur occidere veneno aliam monialem, nō potest monialis minata contra ipsam testificari, cum hoc possit dicta monialis efficere, licet non sit solita tale quid executioni mādare, & talia verba ex sua natura in animo fœmineo odium capitale excitāt. Verum est tamen, quod in iudicis animo nō sufficientia indicia debēt ingerere ad procedendum contra eam, si illa monialis minata ex aliquo accidēte incognito ab hac vita discedat. Solent enim mulieres dicta verba faciliter proferre, quorum statim obliuiscūtur, qua enim facilitate dicūtur, à memoria statim elabūtur, quod ex alijs circūstantijs temporis, & loci, & personæ cordatus iudex potest inuestigare, sicut quidā iudices regulares inquibusdā huiusmodi minis â quadam moniali ira repenti na, & facilitate contra suam prælatam prolatis de facto iudicauerunt.

Tertia causa est, quando quis aliquē accusauit de aliquo crimine, ex quo graue damnum reo poterat obuenire. Ita Bartolus *h* post quasdam Glossas Speculator, Grammaticus, & Zabarella.

Quarta causa est, quando deposuit in criminali causa contra reum. Ita Ioannes de Anania, *i* Soccinus, & alij, faciunt tradita per Glossam, & Bartolum, & Doctores, & per Speculatorē, & Grāmaticū.

Quinta causa, ex qua oritur capitalis inimicitia, est, ex eo, quod aliquis eū, qui modo cōtra se testificatur, aliquando in vinculis detinuit, prout tradit Felinus, *k* Grāmaticus. Hęc autem inimicitia semper dūratura præsumitur, nisi contrarium probetur, vt docuit Baldus. *l*

Sextò oritur capitalis inimicitia ex sola iniuriarum prolatione, prout tenuit Baldus, *m* quem sequuntur Iason, & Marsilius, & Thomas Grāmaticus, verbi gratia si aliquis appellauit monachum ebrium apostatam à sua religione cauillatorem falsarium, atque vt vno verbo dicam, verbū improperiosum dicat. Verba autē improperij sunt, siquis siue in genere, siuè in specie delictum commissum, licet cōmissum non sit, alicui improperat, vt notant Bartolus, *n* Baldus, & communiter Doctores, Faber Aretinus, Ioannes de Platea, & alij.

Sed in hac materia aduertūt Doctores, quod considerare oportet personas, inter quas cōuitia sunt prolata, personæ enim viles & infames, quemadmodum parū curant de honore, ita quoque facile ad faciē das iniurias prorumpūt, quorum etiam facillimè obliuiscūtur, & mòx reconciliantur: at hoc in religiosis non procedit, cum licèt sint minimi in sua religione ex decētia, & honorificentia status ipsorum contrarium præsumitur, &, vt experientia docet, religiosi maximè sentiūt quodcumq; improperiū, quod cōtra ipsos ab alijs fratribus infertur, cum totis viribus ad bonū nomen habendum anhelent. Ait Bartolus, *o* quod iniuria fit alicui dicēdo ei, mētiris, & idem sentit Grammaticus, *p* quando alicui dicitur, tu es spurius.

Septimò oritur iniuria capitalis, siquis alteri mouet quæstionē status, videlicet eū esse Plebeiū, aut ex genere Iudæorum, aut Sarracenorum originem trahentem iuxta tradita in iure, *q* & in simili tradit Accursius, & tenet Baldus.

Octauo oritur inimicitia capitalis, cum mouet quis alicui quæstionē de prælatione obtenta, & ipsi iam confirmata. Probatur, quia oritur huiusmodi inimicitia, cū quis mouet alicui quæstionem de omnibus bonis, aut de aliqua parte bonorum, & prælatio obtenta aliqua pars est bonorum. Ita Felinus, *r* Panormitanus, Ioannes de Anania, & Alexander, & comprobat partitarum lex. Et confirmatur, nam inimicitia capitalis nascitur de spoliatione, aut perditione alicuius magnæ rei tantum, vt argumento aliquorum iurium *s* tenet Ioānes de Anania.

Nonò oritur inimicitia capitalis, cum quis offendit in persona, cum inhoneſto mo-

(contest. Anan. vbi supra numero 6.

procuratoribus C. de procurat.
Marsilius in l. 1. §. præterea. ff. de quæst. Grāmatic. cons. 6. nu. 46.
n Bart. Bal. & Doct. in l. 3. ff. de liber. & posthum. Aretin. Platea, & alij in l. 2 inst. de iniur.
o Bartol. in l. siquis extraneus ff. de acquir. hæredit.
p Gramm. decis. 17. in ca. magnifi. carol.
q §. item is inst. de accus sat. vbi glo. vers. pupill. & in §. inimicitiæ vers sic. si capitales inst. de excus. tuto. Bald. in l. Athle. §. dant remiss. ff. de excus. tuto.
r Felin. in ca. quoties, de test. nu. 5. Panormit. in ca. 1. nu 5. de iudic.
s Anan. in c. cū oporteat de Accusat. libro 6. Alexand. consilio 99. libro 1. Iege 22. titulo 16 part. 3. § capit. ita cumquis de restitu. spoliat. cap. accedens el 2. vt lit. non

§ 5.2. inſti. de iniur. Ant. Gomez, li.3. varia.c. 6.nu.1. t Alexand. conſ. 99.li. 1. Marſil. in l.1.§.præterea de quæſtion. u C.1. c.accuſa d l.q.5 y Alci. reg. 2.præſump. 11 Ant Go. tomo 3.var. c.12.n.14. z l. Athlera. §.dat.remiſſionē ff. d. excuſat. vbi Bal.& cōm. Anto. Gomez vbi ſupra.

modo aliquis corporalem iniuriam pertulit, vt ſi cui pugnus, aut alapa ſit inflicta, aut fuſtibus ſit pulſatus, ſeu arundine, quod genus iniuriæ magnā opinione hominum affert iniuriam, & dedecus, vt argumento aliquorum iurium s tradit Antonius Gomez. Idem ſentiendum eſt, quotieſcumque quis alterum in facie vulneraūit, præſertim ſi turpis in vultu remaneat cicatrix; ita tenet Alexander, t quem ſequitur Marſilius.

Decimo non poſſunt eſſe teſtes in criminalibus, qui dudum fuerunt inimici, ſi recenter ſunt recōciliati, vt probatur in iure, u cuius verba ſunt, accuſatores, & teſtes eſſe non poſſunt, qui antē heſternam diē, aut nudius tertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiāt, vel leſi ſe vlciſci velint, per quod ius hoc poſt alios tenet Alciatus, y & Antonius Gomez.

Vndecimò ab inimico capitali deſcendens præſumitur etiā inimicus & ideo à teſtimonio repellitur, vt probatur in iure z & notant Baldus, & communiter Doctores, quos ſequitur Antonius Gomez, eadem ratione collaterales vſque ad quartum gradum reputantur inimici, vt argumento cuiuſdam textus atenet Baldus, & Marſilius, & Felinus, b quod ſi ego cōtraxi inimicitiā cū aliquo de tali familia, præſumitur, quod omnes de dicta familia ſunt mihi inimici vſq; ad quartū gradum inclusiuē, & hanc opinionem tenēt Angelus, c Alexander, & Grammaticus.

Duodecimò præſumuntur inimici, qui cū meis inimicis commorantur, & propterea à teſtimonio merito repellūtur, vt colligitur ex Iure, d vbi notant Geminianus, & alij. Hinc amicus inimici mei non admittetur ad me accuſandum, neq; ad teſtimonium contra me ferendum, præſertim ſi meo cum inimico maxima ſit coniunctus amicitia. Et id ipſum eſt dicēdum de eo, qui fecit (vt noſtri loquūtur) parentelam, ſeu confederationē e cū inimico meo capitali, vt voluit Baldus, cum quo tranſeunt omnes multa in propoſito accumulantes. Et idem habet locū in eo, qui cōtraxit inimicitiam cum meis amicis, is enim inimicus meus rectē dicitur, vt latē, & verē probat Thomas f Grammaticus, & Iaſon,

Decimo tertio nō inceptē quis dicit eos eſſe inimicos cenſendos, & propterea forteſſis à teſtimonio repellendos, qui ſunt de aliqua familia, ſeu factione alteri familiæ, & factioni cōtrariæ, quales ſunt Guelphi & Gebellini in tota Italia, & in ſingulis ciuitatibus ferè eſt vna familia potens, & nobilis alteri contraria. Vnde horum teſtimonium mutuo contra ſe non eſſet forte facile admittendum. Ita Baldus, g quem ſequitur Ioannes Rojas. Verū in hac parte multo iudicio opus eſt.

Nam ſi teſtes ſpectatę eſſent virtutis, & probitatis, etiā in his prædictis talis ſuſpicio ſiniſtra ceſſaret, quanuis in alijs multū eſſet cōſideranda. Solent enim ſæpe homines ex huiuſmodi familijs, & factionibus vehementer inter ſe inimici eſſe, in alijsve rebus iam penitus iſta ceſſant, quanuis inimicitia interceſſerit. Ita Doctiſsimus Peña. h At hæc in religioſis intelligo minimè habere locum, cum enim in præſumptione fundentur, non debemus præſumere factiones, quæ inter aliquos ipſorum verſantur in ambitionibus, & prętenſionibus fundatis ita eſſe ſanguinolentas, vt inimicitias capitales generare dicamus: licèt enim aliqui ipſorum ſuis partibus, & factionibus ita firmiter adhæreant ſicut nobiles, qui veſcuntur in croceis ſuis, ſunt deuincti, habitus tamen regularis, eorūq; profeſsio, ſacramentorū frequētatio præſumptionem in contrarium vertunt, & licet de facto propter obicem, quem ponūt Spiritus ſancti gratiæ dictas partes, & factiones per praua media ſuſtētent, ex regulatis vitæ tamen præſumptione exiſtimo eos à tali macula purgari.

Pro maiori autem prædictorum explicatione notare oportet, quod ſuperiora locū habēt, etiam ſi inimicitia contracta eſſet culpa eius, contra quem deponitur, vt ſcribunt Doctores, i & poſt alios tradit Antonius Gomez.

Item locum habent, quoties ſubeſt cauſa inimicitiæ, vnde veriſimiliter oriri poſſit, quanuis teſtis dicat, & aſſerat ſe nō eſſe inimicum, prout tradit Innocentius, k Bartolus, Abbas, Antonius Gomez, & Grammaticus.

Aduertendum eſt ſupradicta bifariam poſſe limitari. Primo quando recōciliatio inter amicos interceſsiſſet antiqua, & bene fundata, quādo autem interceſsiſſe dicatur, arbitrio iudicāti relinquitur, nam tunc cū ceſſet inimicitiæ cauſa, ceſſat etiā ratio,

g Bald. in l. vn. C. d rap. Virg. Rojas cō. 200. n. 8.

h in direct. inquiſi. 3. p. com. 68. pag. 610.

i DD. in repet. de accuſat. Anto. Gom. lib. 3. varia. ca. 12. nu. 14. verſi. quod etiam extende, Klnno. inc. cum 1. §. A. de ſen. & reiud. Bart. in l. 1. de his, quibus vt indig. Abb. in ca. repellan. de accuſat. Ant. Gom. vbi ſupra, Grammat. vol. 24. nu. 1.

ratio, ob quam repelli teſtes debeant, vt argumento aliquorum iuriũ *l* notant Bartolus & communiter Doctores.

l L. 3. §. fin. & ſeq. ff. de adim. legat. vbi Bart. & cõmu. DD.

Rurſus non procedunt, quoties inimicitia eſſet dolo procurata, & fraude, eo enim progreſſa eſt humana audacia, vt ſæpe homines cũ intelligerent in aliquo graui delicto aliquem poſſe contra eos teſtificari fraudulenter prius quæſita cauſa, cum eo rixantur, eique ſponte iniuriam inferunt, vt poſtea eum â teſtimonio repellere poſsint, & ita liberãtur à crimine, quod reuera commiſerunt: nam hoc caſu non debet talibus ſua fraus patrocinari, ideoque talis offenſus poterit admitti in teſtẽ contra offenſorem. Ita Bartolus, *m* quem ſequitur Antonius Gomez, quæ opinio mihi probatiſsima eſt, ſed quomodo dolus hic poſsit ſufficienter probari, mihi difficile apparet, & ſic hoc iudicis arbitrio exiſtimo relinquendum. In ſuperioribus enim cauſis, & in alijs, ex quibus inimicitia capitalis criri ſolet, multum eſt conſideranda perſonarum qualitas, ſæpe enim contingit, vi illa cauſa, quæ ſufficiens eſt ad producendam inimicitiam capitalem inter aliquos, in alijs non ſufficiet. Contra verò ſunt multi ita ſuapte natura ingenio iniquo, & maleuoli, vt leui cauſa ingentes concipiant in animo iras aduerſus alios, quos cum non poſsint, aut non audeant palam offendere, etiam moliuntur aduerſus eos omnia iniquitatum genera, quorum aliqui ſunt in communitatibus, quos interdum alterius facilitas abſque vlla alia cauſa in inimicitiam concitat, quæ quanuis non omnino repellant teſtes, tamen diminuuntur, prout aduertit Doctiſsimus, & prudentiſsimus, & pijſsimus Peña. *n*

m Bart. in l. 2 §. cũ quis ff. de quæſt. Gomez 3. tom. var. ca. 12. n. 14.

n Peña 3. p. director. in quiſit. cõm. 117. pag. 610 col. 1. infin.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum vera, & falſa opponentes teſtibus mortaliter peccent.

REſpondeo dicendo, quod opponẽs teſti veritatem dicẽti aliquod crimẽ publicum, aut manifeſtum, non peccat, hoc enim caſu nullam illi irrogat infamiã, quod intelligitur, dũmodo reus iuſtè defendatur, ſi enim iniuſtè defenditur vltra peccatũ iniuſtitiæ ab eo cõmiſſum, peccat etiam contra charitatem opponendo publicè patratum peccatum, & aduerto, quod reus indiciatus vno ſolo teſte de aliquo crimine poteſt opponere teſti crimen ſecretum, ratione cuius eius teſtimonium inualidatur: cũm hic reus iuſtè ſe defendat, prout tenet Doctiſsimus Soto. *a* Quæ Doctrina vt ſit vera aliquibus limitationibus debet moderari.

a Sot. lib. 5. de iuſt. q. 7. art. 3.

Prima eſt, quod reuelatio huius criminis ſit neceſſaria ad purgationem ſui criminis. Secunda, quod infamia ſequuta ex manifeſtatione criminis ſecreti proportionetur aliquo modo damno, quod ex tali manifeſtatione reſultat. Non enim ſecundum charitatem faciet manifeſtans aliquod crimen magnum ſecretum ad euadendam leuem infamiam, & pœnam, quæ crimini, de quo eſt vno teſte indicatus, correſpondet. Tertia eſt, quod ſi teſtis ſponte ad iurandum accedit, facilius eius ſecretum delictum poteſt propalari, quã ſi â iudice conſtrictus ad deponendum vocaretur. Opponentes autem teſtibus crimina falſa peccatum committunt, etiã ſi opponantur ex parte rei legitimè ſe defendẽtis. Nam etſi licitum ſit reo veris exceptionibus contra teſtes ſe defendere, dummodo ſuam tantũ prætendat defenſionẽ iuxta tradita â Caietano, *b* Corduba, Soto, & Petro à Nauarra, cauillationibus tamẽ, & falſis allegationibus ſuam protegere infamiam infamia eſt maxima.

b Caiet. 2. 2 q. 95 art. 8. Cord. libro 1. qq. q. 18. dub. 1. Soto, lib. 1. de iuſtit. q. 1 art. 8. Naua. lib. 2. de teſt. ca. 3. n. 349.

QVESTIO XVI.

De correctione fratrum quantum ad carcerem reorum in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem quatuor quæruntur.

1 *Quid ſit carcer.*
2 *Quis ſit carceris inuentor.*
3 *Vtrum carcer poſsit eſſe tetet, & obſcurus.*
4 *Vtrum religioſi poſsint incarcerari ſine informatione ſummaria.*

AR-

ARTICVLVS I.

Quid sit carcer.



Espõdeo dicẽdo, quod carcer est mala mansio adeo quod morti æquiparatur secũdũ Baldũ, *a* & inuẽtus est ad custodiã, & nõ adpœnã, vt probatur in iure *b* quodetiã ordo tituli demonstrat, quia primò agit de custodia, & exhibitione reorũ, postea de pœnis, licet secus sit de iure canonico, vt ait Bart. *c* & late tradit Felinus, & rationẽ diuersitatis ponit Geminianus, & Fulgosius, quia ius canonicũ ad correctionẽ delinquẽtis magis, quã ad vindictã sumenda intendit, & carceri emancipatus ad pœnitentiã agendã, & ad propositũ mutandi vitã maxime prouocatur. Vnde dicitur in Iure Canonico, *d Pro illo vero falsario scelerato, quẽ ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulẽdum, vt in perpetuum carcerẽ ad agendã pœnitentiã ipsum includas pane doloris, & angustiæ aqua sustentandũ, vt cõmissa defleat & flenda vlterius non committat.* Hæc in dicta decretali.

a Bald. in c. 1. § denique in titu. quæ sit prima caus. benefi. amitten.
b l. incredibile. C. de pœnis.
c Bart. in l. aut damna. §. solent. ff. de pœnis. Felin c. qualiter, & quando el. 2. §. fi. extra de accusa. Gemi. in ca. quauis ad reorum de pœnis. li. 6. Fulg. cõs. 44.
d cap. nouimus. §. fi. de ver. signifi.

ARTICVLVS II.

Quis sit carceris inuentor.

Respõdeo dicẽdo cũ Cicerone *a* vindicẽ nefariorũ, ac manifestorũ scelerũ maiores nostros carcerem esse voluisse. Quod & tradit Celius Rodeginius. *b* Titus Liuius *c* affirmat Ancũ Marciũ in genti incremẽto rebus auctis, cum in tanta multitudine hominum facinora clandestina fierent carcerem ad terrorem increscentis audaciæ media vrbe eminẽtem foro ædificasse. Et secundum Alexandrum *d* de Alexandro, & alios prout refert Auiles Rex Tarquinus superbus primus omnium vincula pro carceratis inuenit contra clericos autem primus qui carcerẽ & vincula adinuenit fuit Papa Eugenius secũdus prout affirmat Duarenus. *e*

At ab antiquiori tempore vsum carcerũ in mũdo inualuisse cõstat ex illo quod in libro Geneseos *f* nobis prima veritas narrat in Aegypto scilicet Ioseph vẽditũ fuisse carceri mãcipatũ. Et Alexãderg de Alexãdro & eius scholiator Tiraquelus & Rhodiginus, & Tallada referũt apud Persas & Thessalonicos, & Siracusanos Messenios, Athenienses, Cartaginẽses Cypros & alias nationes carceres fuisse.

Imo à Deo optimo maximo ab origine mũdi carcerẽ fuisse deputatũ cõstat ex eo quòd Lucifer projectus est in terrã & angeli eius missi sunt iuxta Esaię *h* vaticiniũ & aliud Zachariæ *i* dicẽtis. Tu quoque in sanguine testamenti eduxisti remotos de lacu in quo non erat aqua.

a Cicer. li. 2. in Catilin. Idem in Verrem.
b Rodegin. lib. 17. antiquit.
c Liuius li. 1. ab vrbe cõdi. decad. 1.
d Alex. de Alexand. genial. dier. c. 3. pa. 2 Auiles in cap. 8. præto. glos. prision.
e Duaren. de særis Eccles. ministris li. 1. c. 4. in princ.
f Genes. 4.
g Alexand ab Alexan. vbi su. & ibi Tiraq. Tallada de carcer c. 1. pag. 11.
h Isai. 14.
i Zachar. 9.

ARTICVLVS III.

Vtrum carcer possit esse atrox & obscurus,

Respõdeo dicẽdo quod illud in primis generatim est dicẽdũ quod cum carcer ad custodiã præcipuè nõ ad pœnã datus sit vt tradit Parisius *a* & egregiè Baldinus, debet carcer huiusmodi esse, vt custodiãtur, & nõ vt pereant incarcerati. Humanissimus enim ille Constantius Imperator sua lege constituit carceres tales esse debere, vt præter custodiam nihil habeant.

Quo circa censuit Cardinalis *c* prælatos irregulares, & homicidas reddi, si tetro carcere claudant clericũ, vel alium delinquẽtẽ, quẽ sequutus est Folerius *d* subijciens intimas tenebras carceratos pati nõ debere. Quo circa si noctis tempore ad tutiorem custodiam in obscuro carcere claudantur, orta die educi debent, vt in quadã Lege *e* continetur. Hinc respondet Corneus *f* carcerem subterraneum esse nõ debere. an autem carcer is, alijsq; vinculis ligaridebeant à iudicis arbitrio pendere, vt in specie resoluunt Paris de Puteo, *g* & ante eos Baldus, quem sequutus est Tiraquelus. Prudens ergo iũdex diligenter personæ conditionem, & delicti qualitatem perpendet, si fuerit persona vilis, & iudici suspecta, carcerari etiam adhibitis vinculis poterit, si vero fuerit persona nobilis, & crimen est leue, seu non atrox, poterit honestiori loco sub custodia detineri iuxta quandam Legem, *h* per quam ita tradunt Angelus, & Tiraquelus. Si vẽ-

a Parisius cons. 2. a n. 148. li. 4. Baldui. in cõmentar. ad l. 12. tabul. l. 46.
b L. 1. C. de cust. reor.
c Cardin. in Clem. 1. q. 7. de pœnit.
d Foleri. in pract. crimi. in vers. vel incarceratus n. 2. & 3.
e L. 1. C. de custo. reor.
f Corneus. cons. 325. n. 4. li. 4.
g Pute. de syndic. ver. carcer. Foler. vbi sup. n. 8. Bal. in l. 2. in fin. C. de exhiben. reis, Tiraq. de pœnis caus. 31. n. 11.
h d. l. 1. & l. diuus. ff. de custodia reor. Ang. in l. si bonæ fidei. ff. de rei vindicat. Tiraquel. de nobili. ca. 2. num. 31.

verò delictũ fuerit atrox, ſed de eo adhuc non fuerit conuictus, tunc in carcere cuſtodietur etiam ſine vinculis, niſi habeat illum ſuſpectum, vel carcer eſſet parum tutus. Si verò crimen fverit atrox, & de eo conuinctus, tunc nõ ſolum in carcere, ſed etiã in vinculis, & cõpedibus conijci poterit reus. *Ita tenet Baldus.* i Ex quibus clarè colligitur, quomodo ſe debeant habere prælati regulares in religionibus circa ſuos ſubditos propter delicta incarceratos. Si enim ſunt patres graues, non debent eos ita duro carcere cuſtodire, ſicut alios inferioris claſsis religioſos, niſi qualitas criminis cum alijs circunſtantijs aliter faciendum perſuaſerit. *Et* cum in religionibus carceres non ſolum ordinentur ad cuſtodiam, ſed etiam ad afflictionem corporis, vt quia ſæpe ſæpius Prælati Regulares intendunt ſola carceris pæna punire delictum, tunc poteſt dari aſperior iuxta exceſſus menſuram, perſonæque qualitatem, vtilis namque in monachis (quos à membrorum mutilatione ſacri canones effecerunt immunes) carceris pæna cenſetur, & qua afflictione præterita purgantur vitia præſentia impediunt fieri, futura ſæpius poſt liberationem ſui memoria vitari ſolẽt. Et propter hanc cauſam poſſunt iudices regulares, & Eccleſiaſtici reos de graui crimine delatos prohibere, nè cum aliquo loquantur, & ita practicari per iudices peritos, & expertos teſtatur Antonius K Gomez, quem ſequitur Iulius Clarus, & propter eandem non eſt alienum à iure, in religionibus maiori clauſura, & obſcuriori detineri monachos delinquentes, quã detinentur in carceribus ſæcularibus fures, & latrones.

i Bald. in l. 2 in fine decu ſto. reor. C.

K Ant. Go. ca. 9. del. & nu. 6 in fin. Clarus in prac. crimi. §. fin. q. 46. in princ.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum religioſi poſsint incarcerari ſine informatione ſummaria.

REſpõdeo dicẽdo, quod clericorum captura iuſtũ eſt, quod præcedat informatio ſummaria delictorum, cũ in alijs delinquentibus id etiam requiratur. Eſt enim clericorum incarceratio maturo conſilio facienda, quæ in atrocibus criminibus aliquam honoris iactuam parit, & ſic non eſt facienda ſine cauſæ cognitione, vt notat Ioannes Andreas, a nec informatione leui capiendi ſunt, ſeu incarcerandi clerici, cum ſola relaxatione à carcere nequeant per iudices reſtitui ad famæ integritatem, quia vt plurimum homines in captura facta magis capti cum culpa, quam iudicis leuitatem adeſſe conſiderant: in liberatione vero non innocentiam rei, ſed iudicis in inquirendo deſidiam, aut in admiſsione precum, ſeu munerum facilitatẽ interueniſſe ſæpius audiunt reclamare. Quo fit, vt apud iudices Eccleſiaſticos, idẽ ferè operari ſolet, quod quis pro crimine aliquo incarceretur, ſicut ſi damnetur, præcipuè cũm præter id, quod ex iniuſta captura non leuis clerico irrogatur iniuria, quę tanto eſt grauior, quanto captus maiori erat inſignitus honore, crimenque ſibi impoſitum grauius. Quod in captura monachorum magis patet, cum vltra clericatus gradum ſint religioſi, quo incarcerati habitu monachali priuantur, & ipſo iure ſecundum ſtatuta aliquarum religionum voce actiua, & paſsiua ſpoliantur, ideoque ſummaria informatio præcedere debet. Et vnum inter alia exhortor iudices Regulares, vt non leuiter teſtes examinent in hoc ſummario iudicio, ſed omnia ſciſcitentur ab eis plenè, & ſcribi faciant per notarium, quia cum in ſummaria hac informatione teſtes maiori gaudeant libertate facilius, & liberius ea, quæ norint, explanant, quam poſtquam licuit fautoribus rei illos alloqui, ſeu corrumpere, quod ipſum aduerſarij rei facere intentabunt.

a Andr. in c. ſi clericus de ſentẽtia, excom. li. 6.

Ex his colligo non eſſe religioſos in carcerem cõijciẽdos, niſi aduerſus eos duo, aut tres teſtes conteſtes dixerint teſtimonium, quia accuſatio contra ipſos non eſt recipienda niſi cum duobus, auttribus teſtibus, prout ait Paulus. *b* Denique in religioſorum captura maximo conſilio opus eſt. Vnde apud Inquiſitores, ſi reus delatus inſignis fuerit autoritatis, videlicet nobilis, literis cõſpicuus, vel religione cõdecoratus, etiam ſi ſufficiens præceſſerit informatio, non eſt ad capturam deueniendũ, niſi ſupremus Inquiſitionis Senatus prius cõſulatur, quæ forma præſcripta eſt Inquiſitoribus Hiſpaniæ, Matritij, inſtructione Anno Domini milleſimo quingẽtiſimo ſexageſimo primo capite quinto

b Paul. 1. ad Tim. c. 5. & ibi D. Tho. c. accuſatio 2. q. 7.

in

in hęc verba. *Si Inquisitores de captura cōcesserint, iubeātq; eā fieri, sicut decreuerāt, quod si negotiū fuerit magni momēti propter personas insignes, vel ob alias causas prius quam suum decretū executioni mādent, Senatū consulāt, vbi veró suffragia nō fuerint cōformia, res ad Senatū remittatur, vt his prouideat, quod fieri conuenit.* Hęc dicta instructio. Et si verisimiliter fuga rei timeatur, licèt concedant Doctores communiter clericum posse deprehendi, cum sæpenumero perpensa qualitate criminis, & delinquentis, & attentis alijs circunstantijs plurimum circa capturā presbyterorū deferēdum sit iudicis arbitrio: ego verò circa capturam monachorū non plurimū illis deferrem sine magna pręuia consultatione, cum Iudices Regulares de more religionū possint monachos delinquentes recludere in aliqua secura cellula domo pænitentiæ vocata, in qua licèt recludantur, & detineantur, non tamen habitu regulari exuuntur, nec voce actiua, & passiua priuantur. Quoties verò religiosorum crimina talia sunt, vt carcere digni iudicentur, cauere debent omni solicitudine Iudices Regulares, vt carceres sint boni, & optimis ministris commendati, qui secretè, atque diligēter circa illorum capturam intendant, & illos captos custodiant, longe enim magis officit delictorum correctioni religiosorum errare capturam, quam Laicorum.

Nam præter id, quod sine ea crimina, vt expedit, puniri non possunt, temporibus istis infœlicibus ipsi à carcere effugiētes dolis, & intercessionibus fraudulentis facilem obtinent contra suos Regulares Iudices inhibitionem, qua non modo aliquoties criminis impunitatem consequuntur, sed summam suscipiunt audaciam coram Iudice, qui dudum illos capi præceperat deambulandi non minoris frontis tranquillitate, quam cæteri bonis moribus imbuti solent incedere, vltra quod per aliquot temporis spatia vagati sunt apostatæ, & excommunicati, in qua excommunicatione maxima delicta contra Deum, & Ecclesiam, & suam regulam in nihilo scrupulizantes committunt.

QVÆSTIO XVIII.

De correctione fratrum quoad citationem reorum in tres articulos diuisa.

Circa quam quæstionem tria quæruntur.

1 *Vtrum generalis regulariū possit priuare monachos officijs visitandi & procurādi sine citatione propter delictū graue ab ipsis commissum notorie.*

2 *Vtrū quādo citetur religiosus, vt compareat debeat seruari stylus, & ritus Sanctæ Romanæ Eccle.*

3 *Vtrū valeat processus factus per viā Inquisitionis etiā si nulla interueniat partis citatio.*

ARTICVLVS I.

Vtrū generalis regulariū possit priuare monachos officijs visitandi, & procurandi sine citatione propter delictum graue ab ipsis commissum notorie.



Respōdeo dicēdo, quod citatio de iure communi nō requiritur erga eum, qui nō potest actui cōtradicere, vt in aliquibus iuribus *a* probatur, & tradit Curtius Iunior, vel quando certū est parti nullā cōpetere defensionē, vt ait Paris. *b* dicens, quod in hoc casu cessat ius diuinū, & naturale prohibentia, ne incitatus aliquis puniatur, prout voluit Paulus *c* Eleazarus, & fuit de mente Antonij de Butrio; sed monachus Abbati contradicere non potest, si velit eum ab officijs remouere, & priuare, vt in iure *d* probatur, vbi Abbas hoc ratione comprobat. Quod procedit, etiam si prælatus promiserit non reuocare secūdū Abbatē, *e* ergo

a l. 1. ff de fideicommiss. libert. l. recusare in princ. ff. ad Treb. Curt. iun. cons. 175. n. 13. & cōs. 498. ad finem.

b Paris. cōs. 101. col. 16. lib. 1.

c Eleazar. in clementina pastoralis de re iudi. But. in ca. olim. eodem titu. d c. ad monasterium. §. talis de statu mona. & Abbas co. 2 nu. 11.

e Abbas vbi supra nu. 11. idem Abb. in ca. præterea de transact.

go in remotione huiusmodi nulla requiritur penitus citatio de iure. Pro quo pōdero verba textus in capitulo, *Ad monasterium paragrapho, talis. de de statu monachorū*, sed cū oportuerit amouere, sine contraditione aliqua reuocetur.

Probatur etiam arguendo ab absurdo, quod in iure *f* magni est momēti. Nam si diceremus citationem requiri in amotione monachorum ab officijs, plura sequerentur absurda, videlicet quod monachi contradicere possent, litigare possent, vagari possent contra sententiam Innocentij, *g* consequenter possent se ipsos voluntati Abbatis imprudenter opponere, & sic frigescere, imò cessaret obedientia, ac suprema Abbatis potestas contra id, quod in Iure *h* proclamatur.

Hæc opinio procedit, quando delicta cō missa per monachum notoria sunt, aut ex eius literis missiuis probantur, & monachus nullā habet, neq; habere potest defensionē, fitq; inexcusabilis, tūc enim iuxta veriorē opinionē citatio nō requiritur, quo casu procedunt tradita per Innocentiū, *i* Hostiēsem, Ioānē Andreā, Oldradū, & per alios relatos à Grāmatico. Quod si hæc nō cōcurrerēt iuxta veriorē, & magis cōmunē opinionē, etiā in notorio crimine citatio requireretur iuxta quādā Glossam, *l* quā sequitur Innocentius, Speculator, & alij, quos referūt, & sequuntur Felinus, & Aretinus, qui hanc veriorē, & probabiliorē affirmāt opinionē, scilicet, quòd citatio requiritur. Et certē in casu, quo nō posset se defendere, nullum præiudicium generatur ipsi monacho, si inauditus condemnetur, & ab officio remoueatur, cum ex tali prælatione ab onere, & grauamine prælationis liberetur, & tollantur impedimenta, quibus auocabatur, reuocabatur, & amouebatur ab studijs, oratione, & contemplatione diuinorum. Inter quæ impedimenta præcipuum est solicitudo, præsertim circa temporalia, cum turbentur erga plura non aduertentes vnum esse necessarium. Præterea ipsi monachi sunt mortui Mundo, & enixè curare debent, vt soli Deo seruiant, & vacent, atque illorum prælatis obediant, qui illorum capita, & patres sunt & non secus ac membra capiti obediant iuxta tradita in Iure, *l* per hæc, & alia fundamenta hanc tenēt partem Quintilianus Mandosius. *m*

Sed contra eam est argumentum. Nā citatio est de iure naturali ad defensam inuēta, vt tenet Baldus, *n* & de iure diuino, vt patet ex illo Geneſis, *o* *Adam vbies?* at cōtra iura naturalia Princeps venire non potest, nec contra ius diuinum vt probatur in Iure, *p* vbi id tenet Baldus, & tradūt Doctores, & resoluit Quintilianus Mādosius. Respondetur, quod licèt iura naturalia, & diuina immutabilia sint, firma, & omnino seruanda, tamen nō in omni casu obseruā tur iuxta quādā Glossā. *q* Vnde talia possunt limitari, interpretari, & ad vnum casum magis, quàm ad alium aptari. Quantū autem ad ius diuinū videmus de iure diuino obligare correctionem fraternam, quæ tamen non obligat quando cessat correctionis causa, prout dictum est.

ARTICVLVS. II.

Vtrum quando citatur religiosus, vt compareat debeat seruari stilus, & ritus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

REspōdeo dicēdo videri partē affirmatiuā esse sequendā argumento eorum, quæ in sacris Canonibus *a* ex Diuo Ambrosio notātur, qui in omnibus Sanctam Romanam Ecclesiam, vt magistram sequi profitetur. At hoc non obstante dicēdū est, quod citatio debet fieri iuxta antiquissimum stylum, & inueteratam consuetudinem, quæ in aliquibus religionibus solet fieri per literas secretarij, Abbatis generalis, aut prouincialis ab ipso Abbate subscriptis ipsi reo dirigi solitas, & in ipsius manibus dari consuetas cum omnibus alijs circunstantijs, quibus vocatur, & in his, quæ spectant ad litis seu iudicij formam, & ordinem, consuetudo attenditur, vt aiunt Bartolus, *b* & Baldus. Et quod cōsuetudo citationi illiusque solemnitati formā dare possit, concludit Salicetus, *c* & Alexander. Imò voluit Baldus, *d* hoc esse verum, nisi aliter consuetudo induceret posset quod citatio non requiratur.

Nec obstāt in contrariū adducta, loquūtur enim, quando agimus de aliquibus cōcernētibus ipsam Curiā Romanā, vt est materia literarū Apostolicarū, de qua in quadam

fl. nam absurdum. ff. de bonis libert.

g Innoc. in c. cum olim p opter v-r si. monachi de priuil.

h. C. nullam 18. q. 2.

i Inno. in c. ex insinuatione de appel. Host. & Andr. in ca. quanto de translat. prælat. Olra. cons. 291. in princ. Grā. decis. 65. nu. 55.

K Gloss. in vers. dicenda in c. cum dilectis filijs de purg. can. Inno. in c. tua, eodē tit. Spec. tit. de notorio crimine §. 1. versic scias. Fel. in c. cum olim colu. 7. & 9 de re iudic. Areti. cons. 163. col. 8.

l c. cum ad monast. §. Abbas vero ds statu monach.

m Mandos. cans. 56.

n Bald. in l. cum frater. nu. 8. C. de his, qui. vt indigni.

o Genes. 3.

p l. 12. tabulæ. vbi Bal. not. 2. C. legati hæredi §. sed naturalia, inst. de iure naturali DD in l. 1. ff. de cons. tit. prin. Mādos. in ca. 1. de const. n. 35.

q Gloss. in d. §. sed natur. in prin.

a c. fi Romanorū in pri. 19. q. 1. in fi. ca. 122. d. ca. damnamus prope finē de summa Trinita.

b Bartol. in l testium. §. testis. ff. de testibus Baldus in. l. 2. in princ. C. quemadmodum test. aperi.

c Salicet. in Auth. siquis in aliquo n. 4. C. de ede. Alex. cōs. 65 n. 10 li. 1.

d Bald. ind. Auth. siquis in aliquo. n. 14.

dam Clementina, *a* imo quod particulares consuetudines attendātur vltra supra dicta, docet quædam Decretalis, *b* imo videtur, quod si contra consuetudinem prædictam venisset dictus Abbas, peccasset ex traditis in iure, *c* & notatis ab Speculatore.

a Clem. quā graui decri. falsi.
b c. cū olim de consue.
c c. in his rebus 11. dist. Specula. de aduocat. §. nūc de exordijs a n. 32.

ARTICVLVS III.

Vtrū valeat processus factus per viam inquisitionis, etiam si nulla interueniat partis citatio.

RESpondeo dicendo, quod valet processus factus per viam inquisitionis, etiam si nulla interueniat partis citatio, prout voluit Innocentius *d* dicens hoc seruare totum mundum, quem sequitur Baldus. Idem voluit Anania, & de informatione generali tractat Iulius Clarus, verum est tamen, quod sententia erit nulla, si antequam citetur, vt respondeat, fuerit prolata, quod in religionibus inquibus, vt plurimum proceditur per viam inquisitionis video obseruari.

d Innocen. in c. bonæ, 1. n. 5. de ele. Bald. in l. edita. n. 30. C. de eden. & in l. eaqui dem 42. C. de legib. Anania in c. æqualiter & quando, 2. § debet n. 9. de acc. Cla. lib. 5. §. fin. q. 5 ver. poterit. Itaque iudex & q. 50. ver. Item quia processum fuisset.

QVÆSTIO. XIX.

De correctione fratrum quantum ad interrogationes reorum in vndecim articulos diuisa.

Circa quam quæstionem vndecim quæruntur.

1 *Quomodo iudices regulares debent à reis veritatem extorquere.*
2 *Vtrum reus iuridice interrogatus à iudice competenti statim cum ab eo interrogatur, teneatur respondere & ad veritatem confitendam possit astringi.*
3 *Quomodo dicatur iudex recte procedere, vt reum iuridice possit interrogare.*
4 *Vtrum reus legitime interrogatus possit verbis æquiuocis celare veritatem.*
5 *Vtrum reus legitime interrogatus tacendo habeatur pro confesso.*
6 *Vtrum reus cui defertur iuramentum possit verbis æquiuocis celare veritatem.*
7 *Vtrum reus in rebus parui momenti interrogatus iuridice peccet mortaliter non manifestando veritatem.*
8 *Vtrum reus indiciatus de vno crimine possit de alio interrogari.*
9 *Vtrum reus negans delictum teneatur ipsum confiteri post sententiam contra ipsum prolatam.*
10 *Vtrū reus possit de complicibus interrogari.*
11 *Vtrum possit dari iuramentum reo, quando à iudice interrogatur.*

ARTICVLVS I.

Quomodo iudices regulares debent à reis veritatem extorquere.

RESpondeo dicendo, quod in his quæ ad praxim & interrogandi reos modum spectant, nihil iure diffinitum est, sed prudentiæ iudicis relinquitur, ideoque nulla certa regula in hoc constitui potest. Vnde aliqua digna consideratione sunt aduertenda. Et in primis monendi sunt iudices, vt reos captos, dum de criminibus interrogant, humane, & benigne tranctent, quod sæpenumero ad veritatem patefaciendam mirè conducit, ne illos seuero vultu, & proteruis oculis perterrefaciant, neue iniuriosis verbis aut contumeliosis in eos irrumpant: est enim hoc à Christiana religione alienum, & a religionis fraternitate deuium, meminerint ipsos homines esse, & similia crimina, vel forte maiora committere posse, nisi Dei omnipotentis gratia, & auxilio iuuarentur. Deinde caueant, ne interrogationibus faciendis molesti sint ea interrogantes, quæ inutilia sunt, sed ea duntaxat, quæ faciunt ad rem, sed si reus confiteri cœperit, minime illum interrumpant, sed attente, & libenter audiant, nisi inutilia confiteatur.

In generali sunt interrogandi, & deinde paulatim ad speciem procedendum est nullam singularem delicti circunstantiam exprimendo, cætera vero iudicis arbitrio cōmittuntur nam aliquando expedit ad minima, & particularia descendere, vt reus conuincatur, & crimen, quod perpetrauit, detectum esse intelligat. Et hunc ordinē præscribere videtur iuris *a* Consultus in hęc verba, *Qui quæstionem habiturus est, non debet specialiter*

a l. 1. §. vt causa ff. de quæst.

cialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, ſed generaliter quis id fecerit, alterũ enim magis ſuggerentis, quam requirentis videtur. Denique iudex debet eſſe ſubtilis inueſtigator, vt commendat quidã iuris conſultus *b* interrogando pro inueſtiganda veritate de circunſtantijs etiam remotis fingendo ſe velle facere, quod nõ vult, vt videat, quẽ actum faciat reus, qui examinatur, & qualiter ſe gerat argumento facti Salomonis, *c* qui dixit. Afferte gladiũ fingens velle puerum diuidere, quæ appellatur ſubtilis diligentia cognitionis, vt aduertit Bartolus, *d* & ſic iudex pro maleficio inueniendo poteſt facere aliquam experientiam dando aquam calidã ad bibendũ reo, qui culpabatur de furto ficuum, vt illas euomat. Debet etiam attendere ad coniecturas veroſimiles, quæ coniecturæ capiuntur ex qualitate facti, & conditione perſonarum. *e* In quibus oportet conſiderare cuius conditionis quis fuerit à ſua natura, quia eum talem eſſe præſumimus, qualem enim vitam, & habitum quis duxerit, talis eſſe præſumitur, vt in multis legibus *f* probatur, quia ex mala conuerſatione quis efficitur criminoſus. *g* Et penſatis actibus præcedentibus, & ſequentibus de aliquo, præſumimus bonum, *h* vel malum, & præſumptiones bonæ aliquando recipiunt probationem in contrarium, quia factum plerũque prudentiſsimos fallit. Sunt autem indicia, & argumenta multiplicia, & variantur ex varietate factorum, quod iudicis relinquitur arbitrio, & ſemper fit interpretatio in partem magis æquam, & benignam iuxta aliquas ciuiles leges. *i*

b l. domino 16 §. 1. ff. de quæſt.

c Habet. in c. afferte extra de præſump.

d Bart. ind. §. 1.

e l. vtrũ de donatio. inter virum l. fi. C. de act. & obli.

f l. itẽ apud §. ſiquis virginem, de iur. iu. l. quidã in ſuo de cõdit. inſti.

g l. pedius §. pediusde ædil. edic.

h l. non omnes §. ábarbaris de remilit.

i l. 1. ff. de iuris, & facti igno. l. ſanctio de pœnis l. interpretatione de pœnis.

ARTICVLVS II.

Vtrũ reus iuridice interrogatus à iudice competẽte ſtatim cum abeo interrogatur, teneatur reſpõdere & ad veritatẽ cõſequendã poſsit aſtringi.

REſpondeo dicendo, quod reus iuridicè interrogatus à iudice cõpetẽte ſtatim cũ ab eo interrogatur, tenetur reſpondere, & ad veritatem confitendam poteſt aſtringi ita, vt nullo modo poſsit à iudice petere, vt ſibi dilatio aliqua, vel tẽpus ad deliberandũ conferatur, cũ de facto proprio interrogatur. Ita Baldus, *i* quã opinionẽ teſtatur Auguſtinus ad Angelũ communẽ & Conradus, & eã totius orbis cõſuetudo recipit, vt fatetur Salicetus, & eam tenet Paulus de Caſtro, quicquid in contrarium dicat Alexander. K licet D. Thomas, *l* & Caietanus, & Nauarrus teneant, quod prius deſideratur, quod probatio infamiæ, & indiciorũ, & ſemiplenæ probationis in proceſſu cõtineatur, de eaq; reus certior factus ſit, vt ſciat tũc iudici eſſe obtẽperãdũ.

At cõſuetudo, quę ſæpenumero integer rima iura deſtruit opinionẽ contrariã recipit, qua ſcilicet reus interrogetur, & examinetur ante datas defenſiones, & indiciorũ copiã. Et ita quotidie practicatur, vt docet Folerius, *m* & practica Ludouici, & Iulius Clarus dicens, quod ſtante hac conſuetudine generali malefaciet iudex, qui aliter obſeruaret. Quæ fortaſsis cõſuetudo iuuari poteſt apud Hiſpanos ex quadã lege *n* partitarũ, vbi eã ad hoc notat Gregorius Lopez affirmans ſub dubio tamẽ forte, quod ſtãte illa regia cõſtitutione iudex iuſtus interrogare poteſt nõ data copia inquiſitionis. Et Salzedo *o* dicit, quod ſibi ſemper ſumme placuit ea fortaſsis practica, qua Eccleſiaſtici, & ſæculares iudices Deum timẽtes vti ſolent, vt ante confeſsionem receptam minime præcipiant informationis copiã dari, ſed tantũ tabellioni; vel notario præcipiunt, quod teſtiũ depoſitiones abſq; eorũ nominibus corã reo legat, vt inde cõpertum habeat, quid contra ipſum probatũ ſit, & veritatẽ fateatur, quod iudices regulares in cauſis regularium ſeruare oportet, cũ in his de bono, & æquo ſecundum æquitatem procedere teneantur.

i Bald. in l. falſum n. 2. ff. de acqui. hære. Aug. ad Ang. in tract. male. vet. conſueuerunt dicti inquiſiti & confiten te n. 6. Conra. in pract. fol. 280. n. 2 Salicet. in Auth. offertur n. 6. delitis conteſt. vbi Caſtro n. 5. & 11. K Alex. in l. 1. n. 6. ff. de edend.

l D. Thom 4. 2. q. 96. a. 2. & ibi Cai. Naua. c. 25. nu. 56.

m Fole. in pract. crim. fol. 165. n. 9 pract. Ludoui. fol. 24. n. 18. Clarus, lib. 5. recep. ſent. §. fi. q. 45. verſ. ſed quid.

n l. 4. ti. 29. part. 7. & ibi glo. magna in fin. verb.

o Salze. in pract. crim. c. 128. verb. copia indiciorum.

ARTICVLVS III.

Quãdo dicatur iudex rectè procedere, vt reũ iuridice poſsit interrogare.

REſpondeo dicendo, quod dicetur iudex ad confeſsionem exigendam à reo rectè procedere, quando contra reum accuſatio eſt, & eſt vnus teſtis oculatus omni exceptione maior, aut vnum indicium, vel plura illi teſti æquiparantia; vt videtur ſentire Bartolus *p* vel quod reus infamia laboret. Nam licet Gregorius Lopez

p Bart. in l. fin. n. 7. ff. de quæſt.

a Lopez in l.4 tit.29 par.7.

pez, *a* ſcribat, quod quando non adeſt ſemiplena probatio, vel indicia, ex quibus nō poſsit imponi tortura, vel ſaltim incuti timor ipſius, etiā ſi adeſſet infamia, reus interrogari nō poſsit, & ideo admonet iudices, ne de occultis criminibus interrogēt: nā cum reos cōtra iuris ordinē pœnis afficere intēdūt proprias animas damnāt, Deūque optimū maximum offendunt. Cōtrarium tamē tenet Salzedo, *b* quod in hunc modum probat. Nā ſi iudex, cum reus infamia laborat, vel cōtra ipſum obiecti crimenis indicia vrgēt, iuſte procedit, vt in iure cōtinetur, *c* ergo reus ſecluſa morte tenetur reſpōdere, neque ſemiplena probatio, neque illa vrgētiſsima indicia, quæ requirit Gregorius, deſiderātur, vt ad id cōpelli poſsit. Quando verò crimen occultum fuerit, placuū eſſet, & lōge à pietate Christiana reū interrogare. Quod ſummē notandum eſt, aliqui enim ſunt imperitiſsimi & impij iudices in hoc paſsim errātes, qui iuris ordine prætermiſſo de occultis criminibus interrogant.

b Salzedo in prac. crim. c.116. verſ. quod autē dicatur crimen occultum. c. qualiter & quando, x. & c. ſuper his de accuſ.

ARTICVLVS III.

Vtrū reus legitime interrogatus poſsit verbis æquiuocis celare veritatē.

REſpōdeo dicendo, quod hoc præcipue memoriæ cōmendandū cenſeo, quod licet communis opinio teneat, quod reus interrogatus legitime tenetur veritatē patefacere, hoc tamē procedit in cauſis ciuilibus, & criminalibus, in quibus pœna ſanguinis nō timetur, nec nō in omnibus ſpiritualibus cōtrouerſijs. At veroin cauſis capitalibus, & vbi de graui dedecore agitur, naturali æquitate dictāte aſſerēdū eſſe cēſeo poſſe reū ſalua cōſciētia veritatē ipſam abſq; mēdacio verborū artificio, cōtegere: cōparatum quidē eſt hominibus à natura, vt ſe defendāt, & à mortis faucibus incolumē vitā reddāt. Hinc leges oriūtur, quibus inuaſorē cū moderamine inculpatæ tutelæ occidere licet. Ab hac naturali æquitate profiſcitur ius aliena furripiendi extrema famis neceſsitate ad idcōpellēte. Similiter profiſcitur illa poteſtas, qua ſeruo vitādę ſeruitutis gratia (quæ mors naturalis eſt) permittitur à Dño fugere: fortior igitur ratio iure naturali radicata ſua det, vt reus abſq; criminis nota veritatem quæ probari nō poteſt, vt vitā tueatur, celare poſsit. Deinde neruoſa, & vrgētiſsima ratione præcedēs doctrina fulcitur. Nā ſi cōſanguineus ad teſtimoniū ferendū cōpelli non poteſt, quādo ingens aliquod diſpēdiū timetur, vt dicitur in quada lege, *c* nullus quidē abſq; infamia negare poteſt hoc nō magis licere ei, qui mortē, vel infamię labē eſt paſsurus. Neq; his refragatur quod iudex iuſte interrogat, nā ſimiliter reſpōdetur, quod reus iuſte veritatē celat, & vterque ſuo iure vtitur. Hoc illuſtratur exēplo, iure enim cōpertū eſt licere iudici precipere dānato ad pœnam vltimi ſupplicij, ne fugiat â carcere, ipſe vero obtēperare nō tenetur. Dñs ſimiliter iubet iuſte ſeruū ſuū, ne fugiat, ipſe autem fugiēdo ſe à ſeruitute liberare poteſt. Ita in terminis huius propoſitæ diſputationis tenet Petrus â Nauarra, *d* quē ſequūtur Salzedo, & Aragon. Quod maxime debent notare regulares, quādo vocātur ad cōfeſsiones de inquētiū audiēdas tēpore, quo quęſtionibus opponi debēt ratione criminū ex quibus ſequi poteſt pœna ſanguinis, aut grauis dedecoris, vt ipſos inſtruāt, quomodo ſua delicta propalare tencantur, aut occultare poſsint eclando veritatē ſine aliquo mēdacio. Notare debēt etiā aliqui religioſi grauiſsimis delictis notati, nō tamē plene probatis, vt ſe nō prodant, etiā ſi à ſuis prælatis interrogati iuridice præcipiātur dicere veritatē, poſſunt enim ipſam verborum inuolucro celare vt ex dictis patet.

c l. 4. ff. de leg.

d Nauar. de reſt. lib. 2. c. 4. n. 142. Salzed. in prac. crim c. 116. Aragon 2.2

ARTICVLVS V.

Vtrū reus legitime interrogatus non reſpondendo habeatur pro confeſſo.

REſpondeo dicendo, quod reus legitimè interrogatus nolens reſpondere poteſt compelli à iudice competēte dicere veritatē, qui ſi pertinaciter nolit, pro confeſſo iudicatur, vt affirmat Rodericus Xuarez *e* dicens ita in Hiſpania in cauſa ſatis graui fuiſſe iudicatum, & ita fuiſſe practicatum tradit Iulius Clarus, qui ait, quod ita tenetur reſpondere, vt non poſsit â iudice petere dilationem ad deliberandū, vt affirmat Salzedo. *f* Verū eſt tamen, quòd poteſt petere copiam proceſſus, vt videat,

e Xuarez in l. 4. ti. de las iuras. mēb. 2. prin. Clarus li. 5. recep. ſent. §. fi. q. 45. verſi. ſed pone f Salze. vbi ſu. c. 116. pagin. 128.

qua obligatione ad reſpondendum tenea tur, prout dictum eſt ſupra hac quæſtione articulo tertio.

Aduertendũ tamen, quod reus, aut teſtes dubitantes, vtrum legitimi inquirantur, & interrogẽtur, debet confeſſor iudicare in fauorem rei, ſcilicet quod nõ legitime interrogatur, quod principaliter procedit in crimine graui: peius enim eſſet reo tũc imponi pœnã graue in caſu dubio propter eius confeſsionem, quam non reſpondere iudici iuridice interroganti, vt aduertit doctiſsimus Soto. a Quã doctrinam debent plurimũ notare cõfeſſores regulares, qui vt plurimũ reos cõfitentur, ne ipſos intrepide obligẽt ad reſpondendũ veritatẽ, cũ iudices vt plurimũ non iuridice eos inquirant nolẽdo ipſis proceſſum cõtra eos fulminatũ oſtendere. Et cũ ſæpe ſæpius oporteat, quod reus non petat manifeſtationẽ proceſſus, ex hac inim petitione aliquid mali cõtra ipſum iudex autumabitur & tormentis extraordinarijs cũ vexabit. Quibus attentis in dicto dubio, & perplexitate cõſulant, vt proceſſus manifeſtatio nõ petatur, niſi id tẽpus, & circunſtantiæ ſummè poſtulauerint, quod arbitrio prudẽtis, & ſapiẽtis confeſſarij eſt relinquendũ, qui ſi certo ſciat iudicẽ eſſe rectum, & in cauſa ſecundũ iuris ordinẽ proceſſurũ, neq; ex petitione proceſſus aliquid contra reum moliturum, debet præcipere delinquenti viſo proceſſu veritatem patefacere ipſi ſignificans ad eam dicendam ſub pœna peccati mortalis obligari.

a Soto de teg. ſecret. memb 2.q. 7. pag. 62. col. 1.

ARTICVLVS. VI.

Vtrũ reus, cui defertur iuramentũ, poſsit verbis æquiuocis celare veritatem.

REſpõdeo dicẽdo, quod reus iuramẽto interrogatus obligatur ad reſpõdendum ſecundũ iudicis mentẽ iuridice interrogantis, iurãs enim contra ipſius intentionẽ mortaliter peccabit, prout tenẽt D. Thomas, *b* Dominus Caietanus & Soto Quod ipſum eſt dicẽdũ reſpondendo cũ æquiuoco iuramento, quod verbis diſſimulatorijs artificioſe formatur, ſumendo enim iuridice â reo licite iuramentum nõ eſt licitũ vti verbis Amphibologicis, ſed ſimpliciter veritatem confiteri, prout ait Soto, *c* niſi in caſu, de quo ſupra articulo quarto. Si enim verba, quibus reus reſpondet, ſecundum vſum ordinariũ loquendi non admittũt ſenſum verum ſecundũ intentionem iudicis, mendacium in tali caſu committeretur, quod omni iure illicitum eſt prout tenent Soto, *d* & Corduba. Dixi (iudicis iuridice interrogantis) nã ſi iuridice non interrogetur, minime reus tenetur ipſi reſpondere, etiã ſi vt prælatus ipſi ſub pœna excõmunicationis maioris incurrẽda, & in virtute Spiritus ſancti id præcipiat prout affirmat Aragon. *e* Et tunc non iuridice interrogatur reus, quando â non ſuo iudice inquiritur, *vel* ſi â ſuo iudice interrogatur, eius tamen iuriſdictio ſuſpenſa eſt. Dixi niſi in caſu de quo ſupra articulo quarto. In hoc enim caſu ego vtendo verbis Amphibologicis puto cum Nauarra, & alijs reum non mentiri ex rationibus adductis in dicto articulo: non enim in eo caſu tenetur ſecundum mentem iudicis reſpondere.

b D. Tho. 2.2.q.87 a. 3.a d 4. & ibi Caie. & Sot. li.5. de iuſt.q.1.a.7

c Soto vbi ſup.

d Soto lib. 5. de iuſt. q. 6. ar. 2. con 7. pag. 443. Cord. de caſi. q. 65.

e Arag 2.2. q. 33. art. 8.

ARTICVLVS VII.

Vtrũ reus in rebus parui momenti interrogatus peccet non manifeſtando veritatem.

REſpõdeo dicẽdo, quod ſi reus, aut teſtis fuerit â ſuo iudice interrogatus in rebus parui momẽti nõ peccat mortaliter celãdo veritatẽ. Quod procedit, etiã ſi iudex ſit prælatus regularis, & in virtute Spiritus ſancti ſubdito præcipiat, vt ipſam veritatẽ manifeſtet, iſenim nõ obediendo in hoc caſu minimè mortaliter peccabit, cũ prælati regulares in reb⁹ minimis minime præceptũ obediẽtiæ poſsint imponere. Et ſi ſubditus dubitat, an ſint res minimæ conſiderationis, obligabit tũc dicta obediẽtia, niſi ex ea aliquod graue dãnũ proximo ſequatur, qđ ſæpe ex rebus minimis religioſis ſolet cõtingere. Ita Aragon: *f* quod eſt limitandum, niſi iuramento confirmetur, tunc enim mortaliter peccabit, cum quodcumq; iuramentum etiã in re parua cũ mendacio ſit peccatũ mortale. Ita tenet Soto, *g* & Nauar. Verum eſt tamen quod ſi ſubditus â prælato fuerit interrogatus etiã cũ iuramẽto ſi intrauit in quamdam do-

f Arag. 2.2. q. 69. art. 2. pag. 504.

g Soto de teg. ſec. mẽbro. 2. q. 7. con. 7. Na. in c. inter ver. Corol. 55. n. 254.

domum, ſi talis ingreſſus innocenter, & ſine aliquo ſiniſtro fine factꝰ fuit, & ſcit prę latum ex cõfeſsione ipſius occaſionẽ ſumpturum ad ipſum ſubditum puniendũ, nõ tenetur eo tẽpore veritatẽ propalare. Ita colligitur ex traditis per Soto, *a* licet enim negare videatur prima facie veritatẽ, & cõfirmare mendacio iuramentũ, quod eſt in trinſecè malũ, nõ tamen re vera ipſam negat, cũ reſpõdeat ſecũdũ intentionẽ iudicis ipſum interrogantis, qui prę ſumitur regulatus iuribus inquirere de ingreſſu peccaminoſo, & malo fine patrato, ſicut ei fuerat ab alijs ſubditis, aut ſecularibus viſitatum.

a Sot. vbi ſ. con. 3. pa. 62 col. 1. & 2.

ARTICVLVS VIII.

Vtrũ reus indiciatus de vno crimine poſsit de alio interrogari.

REſpondeo dicendo, quod reus conuictus de vno crimine nõ poteſt de alijs inquiri, niſi cõtra ipſum reſpectu aliorum ſint indicia æquiualentia ſemiplenæ probationi. Ita Soto, *b* Nauarrus, & Alcocer. Verũ tamen eſt, quod reus conuictus de vno delicto poteſt interrogari, vtrum alia ciuſdem ſpeciei commiſerit: vnde cõfeſſus cõmiſiſſe furtum poteſt interrogari, an alia commiſerit. Quod ait Nauarrus *c* eſſe intelligendum, quando ille per infamiam, aut indicia clamoroſa creditur alia commiſiſſe. Vnde ſi famoſus latro confeſſus eſt quoddam crimen, poteſt de alijs interrogari: at ſi ſolũ de vno furto eſt infamatus, & nulla contra eum eſt præſumptio, quod alia commiſerit, non poteſt interrogari, vtrum alia perpetrauerit.

b Sot. lib. 5. de iuſt. q. 6. arti 2. poſt. med. & de regen. ſecr. vbi ſup. Nauar. in c. 25. n. 36. Alco. in ſumma cap. 26.

c Nauar. in Rub. c. 1. de iudic. n. 61.

ARTICVLVS IX.

Vtrũ reus negans delictum teneatur ipſum cõfiteri, ſi nihilominus data eſt cõtra eum ſententia grauis.

REſpondeo dicendo, quod ſi reus legitime interrogatus negauerit delictũ à ſe commiſſum, qua negatione non obſtãte ſententia grauis contra ipſum lata fuit, licet negando veritatem peccauerit mortaliter, non eſt obligatus poſt condẽnationem ipſam pateſacere, niſi ex negatione graue damnum alicui partiri reſultet. Hanc opinionem tenet Nauarrus *d* & Segura de Aualos, quæ ſequenda eſt, licet cõtrarium ſine ſolido fundamento tenuerit Medina, qui intrepidè, & abſolute affirmat, quod non confitendo delictũ nõdebet à confeſſore abſolui propter iniuriã illatã iudici, negãdo enim delictum arguit ipſum de iniuſtitia, quaſi innocentem condemnauerit. Quæ ratio nullius eſt momẽti, licet enim reus ſit innocens, non amittit iudex ſuum honorem innocentem cõdemnando, ſi procedit ad talem condẽnationem ſecundũ allegata, & probata, quod poteſt ſecundum iura facere, prout infra dicetur.

d Nauar. ca. 25. n. 38. Segura in direct. 2. p. ca. 17. n. 36. Metina in ſumma fol. 78. pa. 1.

ARTICVLVS X.

Vtrũ reus poſsit interrogari de complicibus.

REſpõdeo dicendo, obligari reos, aliquando ſuum delictum propalantes declarare, quot in eo committendo complices habuerit, ſi à iudice competente ſuper hoc fuerit interrogatus. Quod tamen intelligendum eſt, dummodo credãt ipſos eſſe paratos ad ſimilia pãtrãda delicta cõtinuando vitia cum maximo reipublicæ, aut particulariũ diſpendio, dummodo etiã credant, quod nõ debent emẽdari, etiã ſi fraternaliter corrigantur, vt ſæpe cõtingit in latronibus, & in falſificatoribus monetæ, & in hæreticis, & in lamijs; oportet enim, vt hæc malorũ turba iudici manifeſtetur, etiam ſi de his inquiſitio minime fiat, vt reſoluit Nauarrus. *e* Vnde tenentur cõfeſſarij monere, & exhortari reos vt dictos complices declarẽt, vt docet Soto, *f* quod ſi nolint obedire, tãquã impœnitẽtes minime ſunt abſoluẽdi, vt aiũt Nauarrus. *g* & Alcocer. Quod tamẽ intelligẽdũ eſt, dũmodo iudex inquirẽdo, & interrogãdo iudice procedat, ſi enim prætermiſſo iuris ordine procedat, nec ſe, neque alios tenentur reuelare.

Notandũ tamẽ eſt, quod nõ poteſt iudex interrogare de cõplicibus niſi in caſibus à iure permiſsis, nec debet inquirere de aliquo cõplice in particulari dicẽdo reis, reuelate, vtrũ N. & N. fuerint vobiſcũ in delicto participes, ſed debet inquirere ingenerali, indicate mihi cõplices. Obligati ſunt etiã iudices declarare reis, quomodo, & in

e Nauar. in c. inter verba Corol. 6

f Soto de reg. ſecret. memb. 1. q. 6. pag. 17.

g Nauar. c. 18. n. 58. Alcocer vbi ſupra fol. 86.

quibus caſibus tenentur complices manifeſtare, aut dare ipſis licentiam ad deliberandum conſulendo doctos confeſſores, quomodo id facere debeant, ne incidãt in laqueum diaboli. Qua licẽtia negata affirmat Nauarrus *a* ſe non audere liberare ipſos iudices â peccato mortali, præſertim ſi hoc faciant ſibi perſuadentes iuſtum eſſe quacũque via delicta reuelare, & vt apud homines habeantur in opinione iudicum maximo rigore procedentium, conſtringentium diuerſis vijs reos ad complicum reuelationẽ cõtra quos nec infamia, nec indicia ſufficiẽtiá adſunt. Imo addit etiãidẽ Nauarrus, quod minus eos liberaret à dãnatione æterna, quando tormentis cõſtringunt reos ad dictorum conſortium reuelationem, ſeu manifeſtationem nulla infamia, aut indicijs cõtrà complices præcedẽtibus, niſi delictũ confeſſum ab ipſis talis eſſet naturæ, & conditionis, vt minime ſine complicibus poſsit perpetrari, vt eſt peccatum Sodomiæ, & peccatum adulterij, & alia huius peſsimæ farinæ.

a Nau. vbiſu.

Licitum eſt etiam iudici interrogare de cõplicibus, licet nec ſint infamati, neque indiciati, ſi inquirat non ad vindictã, ſed ad correctionem, non vt iudex ſed vt pater procedat, prout affirmat Corduba. *b*

b Cor. ſup. Sotodeteg. ſecre. 94. con. 7.

Aduertant tamen ſubditi, ne ex hac doctrina intrepide occaſionẽ aſſumãt reuelãdi ſuis prælatis, vt patres ea, quę vt iudices ipſis minimè ſecundum ius poterãt reuelare cum ipſis, nec conſtet, nec facile poſſit conſtare, vt patres proceſſuros.

Vnde confeſſores vigilent ſuper hoc ſibi diffidẽtes ad alios prudentes recurrentes, antequã obligẽnt reos complices declarare, & ſi aliqua via poſſunt ab hac obligatione reos eximere, libenter id faciãt, ſi vero nullum ſubterfugium inuenerint, cũrent docere eos, quomodo, & quos complices teneãtur reuelare, ne alios reuelent prẽter eos, quos neceſsitas publica, & particularis obligat manifeſtare.

ARTICVLVS XI.

Vtrum poſsit dari iuramentum reo, quando a iudice interrogatur.

REſpõdeo dicendo, quod loquẽdo de iuramẽto aſſertorio de re præſenti, & futura quando ab actore reo offertur, quod à Doctoribus volũtarium appellatur, in vtriuſque partis libertate eſt poſitum, vt aſſumatur, nec ne. At vero loquendo de iuramento neceſſario, quãdo ſcilicet à iudice reo, vel actori offertur, de quo per Hoſtienſem, *c* & Doctores, hoc iuramentum ad veritatem extorquendã extorqueri à legitimo iudice alienum â lege nõ eſt. Ita D. Thomas. *d* Hoc autem hac ratione fieri debet. Primo ad partium poſtulationem iuſiurandũ offerri nec poteſt, nec debet, nã & ſi de clericis hoc aſſeruerit Bernardus *e* Diaz de Lugo, in monachis idnõ minori cura cauendũ eſt. At ſi iudex proprio conſilio id ad manifeſtationem veritatis valere iudicat, offerendum eſt, vt ſentit Panormitanus. *f* At non in omnibus paſsim dandum eſt, ſed his tãtum quorum crimen, aut inchoatam, ſemiplenãque probationem, aut expreſſe indicia habet, aut infamiam, quemadmodum ex Ex D. *g* Thoma docet Bernardus *h* Diaz, qui addit aliud omni religione, ac cura obſeruãdum, nempe ſola indicia, ſiue infamiam non ſatis eſſe, vt iudex de crimine iuſiurãdum tribuat, ne periurij virus ſerpat, aut occulti criminis detectio habeatur, idem etiã autor ait, errant apertiſsime temerarij quidam iudices, qui ſtatim poſt capturam nullo facto perſonarum diſcrimine à captis omnibus deliquentibus iuramentum exigunt, cum ſæpius leuia quædam indicia cauſam præſtiterint capturę. Hæc ille. Sed quid agendum, cum timetur de periurio, vtrum debeat tunc iuſiurandum deferri? Ad quod reſpondetur, quod ſi iuris ordine flagitatur, id detur: licet profecto quãdo, aut publici boni, aut tertiæ perſonæ incõmodo conſulitur, nec tale iuſiurandũ *Iudex* prætemittere poteſt, vt ait Panormitanus. *i* Quod ſi neq; tertiæ perſonæ, neq; boni ratio id ſuadet, dubitandũ nõ eſt id eſſe iniuſtũ, & homicidio pernicioſius, vt aſſerit Cardinalis. *k* Cum autẽ fuerint euidẽtia indicia aut idoneis teſtibus probari crimẽ admiſſum poteſt, nõ tantũ ius, ſed ratio ſuadet, vt qui in ſuſpicionẽ probabilẽ apud iudicem venerit de periurio, ad iurandũ, neq; cogatur, neq; vlla ratione permittatur, ſi enim literas nulla prælati venia monachũ ſcripſiſſe, aut numinos in cellula cãſeruaſſe prælatus teſtib⁹, ſiue rei euidẽtia cognouerit, & monachus de his à prælato interrogatus aſſeueratẽr neget, nõ erit pium de hac re monachum iuſiu-

c Hoſtienſ. in ſum. tit. iure iuran: dd. in c. debitores ca. quintaua. & in c. veniens, & in c. fi. de iure iurand.

d D. Tho 2.2.q.69

e Bernard. Diaz in pract. crimin. c.118.

f Pan. in c. cum ſuper de confeſſ.

g D. Tho. vbi ſup.

h Bernard. Diaz vbiſu.

i Panormi. in c. cũ cle. de coha. clerico. & mul.

k Card. in Clemẽ. vnitade iureiu.

iusiurandum offerre cum probabili suspicione sciat eum periuriũ admissurum, quæ omnia habentur â Panormitano, *a* neque ab his diuersa afferenda sunt, quando iusiurandum testibus offertur.

a Panor. in c. fin. de iureiurand.

Summopere debent curare iudices, vt si reus vinculis constrictus, aut carcere dimissus fuerit, nunquam interrogationes adhibeantur ei, nisi à carcere educto, vinculisque soluto, omnem enim vim, atque metũ à reorum confessione abesse iura decernunt, & secretarius causæ debet dicere in processu. N. carcere, solutisque vinculisq; liber, atq; in sua potestate positus vocatus fuit, & medio iuramento & cætera, quod & in causis regularium obseruandum existimo, cum liberras ad testificandum, non ad apices iuris, sed ad substantialia ipsius spectet.

QVÆSTIO XIX.

De correctione fratrum quo ad torturam in decem articulos diuisa.

Circa quam quæstionẽ decem quæruntur.

1 *Quid & quot sint tormentorum genera.*
2 *Quid præcedendum antequam ad torturam deueniatur.*
3 *Quibus ex causis & indicijs ad tortnram est deueniendum.*
4 *Vtrum iudex teneatur dare reo copiam indiciorum cum certo termino ante quam ponatur ad torturam.*
5 *Vtrum danda sit copia indiciornm etiam si reus eam non petat.*
6 *Vtrum non data copia indiciorum si reus ponatur ad torturam sit nullum dictum rei in tortura & processus, & an ex tali dicto & confessione debeat puniri.*
7 *Vtrum clerici & monachi possint torqueri.*
8 *Vtrum prælati regulares possint verberare quendam sibi subditum per laicum familiarem monasterij deferentem habitum tertij ordinis minorum.*
9 *Vtrum tormenta repeti possint.*
10 *Vtrum liceat alicui metu tormentorum crimen quod non commisit fateri.*

ARTICVLVS I.

Quid, & quot sint tormentorum genera.

REspondeo dicendo, nõ esse iure cautum, quot tormẽtorum genera vti debeant, ideoque arbitraria sunt, potestq; iudex id tormenti genus imponere, quod sibi ad veritatem exprimẽdam commodius videatur iuxta qualitatem personarum, & indiciorum, dummodo id caueat diligenter, ne insolita tormentorũ genera adhibeat, sed ea tantum, quæ vsu iudicantium prudentia recepta sunt, vt pulchrè & verè more suo explicat Antonius *b* Gomez, funis, vt vulgo dicitur, chordæ, tormentum hodie vbiq; frequens est, à quo non est recedendum. Nontamen defuerũt, qui plura excogitauerunt tormentorũ genera, vt Marsilius, *c* qui quatuordecim excogitauit, addiditq; se alia inuenisse, vt somni subtractionem, quam laudat Paulus Grillandus, *d* quorum multos torquendi modos commemorat Locatus. Cæterum vt ingenue dicam, quod sentio, hæc tractatio de nouis tormentis excogitandis carnificum potius est, & crudelium, quam iuris Consultorum, & Theologorum, & alienum prorsus à pietate, qua causæ religiosorum debent tractari, ideoque hęc omitto, vt ad id, quod oportet, deueniamus.

b Gom. li. 3 var. c. 13. n. 5

c Marsi. in l. 2. ff. de q. in pr.

d Grillan. de quæ. q. 2 loc. in opere iudic. verbo tortura. nũ. 38.

ARTICVLVS II.

Quid præcedendum antequam ad torturam deueniatur.

REspondeo dicendo, quod ad torturam non est accedendum, priusquã de delicto constet: tortura enim non tam adhibetur ad inuestigandum factum, quam ad habendam veritatem ex ore ipsiusmet delinquentis, cum factum, quod dicitur esse cõmissum, diffitetur, ita recte Franciscus Brunus, quem sequitur Clarus, & cæteri communiter, & de delicto constare dicitur, cum adest semiplena probatio, vel sufficiens indicium ad torquendum.

e Brun. de ind. & tortu. p. 2. q. 5. Clar. in pra. crim. §. fin. q. 64. ve. debet autẽ iudex.

Notandum primo, quod si delictum aliter, quam per torturam probari potest, ad torturam accedere nō debemus, quoniam regulariter non deuenitur ad torturam, nisi in defectum probationis, est enim tortura subsidium quoddam extremum ad inueniendam veritatem, quanuis hodie de sanguinariorum quorundam iudicum consuetudine facile non expectatis alijs probationibus ad torturam potius accedatur, in quo grauissime erratur, vt tenent Angelus *a* Boerius, & Marsilius affirmans hanc esse communem, quam cæteri Canonistæ ore vno fatentur, & Panormitanus. Ex quo infertur, quod in delictis manifestis non habet locum tortura, sed in occultis, cum occulta delicta sint difficilis probationis, ideoque facilius in occultis, quam in manifestis quæstio vsurpatur, quod concludens esse commune multis illustrat exemplis Franciscus Brunus. *b* Notandum est secundo, quod ante quàm ad torturam deueniatur, indicia debent præcedere, hanc testatur communem Clarus. *c* Et indicia, exquibus torqueri potest, probata esse debent, vt vere tradit Marsilius: *d* estque communis, conclusio quod quodlibet indicium, seu adminiculum adminus per duos testes est probandum, prout tenet Bartolus *e* & probat plenissime Iulius Clarus. Notandum tertio, quod indicia, exquibus reus torqueri potest, debent esse legitima, & âiure approbata, vel saltem communi voto â magnis Doctoribus recepta. Nam ex leuibus indicijs ad torturam minime est deueniendum. Vbi ergo præcedentes regulæ fuerint obseruatæ, ad torturam est deueniendum.

a Angel. in l. fin. 4. C. de quæstio Boeri dec. 165. n. 1. Marsil. in l. 1. in fra n. 7. ff. d quæstio. Panor. in c. cū in cōtempl. q. 2. de reg. iur.

b Brun. de iudic. & tortu. 2. p. q. 8. n. 2.

c Clar. vbi supr. q. 64. versi. dic etiam.

d Marsi. in pra. crim. § diligen. & Clar. §. idē ff. de quæs. e Bart. in l. fi. n. 7. ff. de quæst. Cla. vbi su, q. 22

ARTIVLVS III.

Quibus ex causis, & indicijs ad torturam est deueniendum.

REspondeo dicendo, quod vt titulus quæstionis magis eluceſcat, aliquas regulas pro clara resolutione proponere decreui.

Prima sit. Per variationem delinquentis sumitur indicium ad torturam. Aduerte tamen, quod ista sola variatio, seu vacillatio non facit indicium ad torturam, vt tenet communis teste Carrerio *f* asserente, solam variationem, aut mendacium, vt pallorem turbationē, trepidationem, & id genus alia quæ coram iudice fiunt, non facere indicium ad torturam, sed quandam suspicionem, cum hoc sit remotum indicium, vt tenent Marsilius, *g* & Grammaticus vnde vltra variationem sequentia debent concurrere. Primo, quod varietas, seu mendacium committatur circa substantiam delicti, de quo quæritur, vt tradit Paris *h* de Puteo, quem sequitur Carrerius, quos refert Iulius Clarus, & ait Peña *i* in Directorio Inquisitorum, hanc opinionem tenere Eymericum, dum ait, quod negans id, quod principaliter inquiritur, quæstionandus est. Quare variatio circa alias circunstantias extrinsecas, & remotas delicti nullo modo est iudicium sufficiens, seu causa ad infligendam torturam, & hanc sententiam sic explicatam appellat communem Puteus. *k* Quam obrem sola variatio, aut titubatio, aut pallor, nisi præcesserit infamia, quod id crimen torquendus commiserit, non sufficiunt ad torturam: nam verecundia, timor, periculi magnitudo, rei nouitas, iudicum autoritas, ira dolor, recordatio futuræ infamiæ, & cæteræ animæ perturbationes, ita sæpè rationem impediunt, & perturbant vt sæpe sapientissimi, & prudentissimi viri aliena loquantur, quod potius in religiosis, quam in alijs contingit, cum ipsi propter eminentiam status maiori verecundia concitentur videntes aliquid contra ipsos indecens suo statui proponi.

Secunda regula est, si quis reperiatur de delicto diffamatus, & sit contra eum vnus testis potest poni ad quæstionem de tortura, probatur, sola fama, quandoque vnus testis aliquando faciunt indicium ad torturā, planè ambæ simul iunctæ plenissimum facient indicium. Hoc satis aperte innuit quædam Decretalis, *l* & probatur à Doctoribus communiter, & efficaciter, Antonius Gomez, ergo si quis alicuius delicti vnico teste fuerit conuictus, simulque fuerit exorta fama de hoc delicto contra eum isq; coram iudice neget delictum, proculdubio ex dicto illius testis, & fama rapi poterit ad quæstionem tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus, prout cum communi tenet Antonius Gomez, *m* & idem testatur Zabarela.

f Carrer. in pract. crim. n. 119. vers. quintū iudicium.

g Marsi. in pract. crim. §. diligēter & consi. 51. Gramm. de cis. 34. inci. in præsent.

h Puteo de syndi. verb. tortura Carre. in pract. crim. n. 119 & 120. Cla. in pract. cri. §. fin. q. 21. verb. mendacium.

i Peña in direct. inquisit. 3. p. com mē. 90. pa. 595. co. 1. n. 1. impref. Veneciana.

k Puteus in repe. c. siquā do nu. 886.

l c. præterea de testi. dd. in l. de minore. §. tormenta vbi glo. Bart. & communiter. ff. de quæst. Ant. Gomez. li. 3 Variar. c. 13. nu. 7. & 10 Carrer. in pract. crim. n. 110. & n. 111.

m Anto. Gomez li. 3. Varia c. 12. n. 1. circa fi. Zabarela con. 9. in facto Dñi Cayeta num. 7.

Ter-

Tertia regula est. Fama de delicto commisso contra aliquem orta iuncta cum alijs grauibus indicijs sufficit, vt quis torqueatur. N. cõmisisse tale delictum. Ita Grammaticus, *a* & hanc sententiam testantur esse communem Clarus, & Carrerius. Et nota, quod licèt aliqui dixerint se nũquã reperisse, quod Clericus possit torqueri, nisi sit infamatus, quamuis alia cõcurrant indicia, quod communi insignium Doctorum voto, receptum est, quos refert, & sequitur Bernardus Diaz *b* de Lugo, quod ipsum probat latissime Carrerius. Attamẽ Panormitanus, *c* & alciatus, Simancas cõtrarium tenent, â quibus recedo ad mitiorem, & benigniorem partem accedendo præcipuè in causis Regularium, & si opinio Panormitani, & Alciati sequenda esset, hoc esset in causa fidei; in qua asserit Peña *d* esse admittendam, at mitius tunc reum esse torquendum.

Quarta regula est, ex vehementibus, aut violentis indicijs torqueri aliquis potest absque infamia, vel testibus. Hæc sententia est communis, quam probat Bartoli doctrina, *e* quem sequitur Marcus Antonius Blanco. Probatur, Nam vnicũ tantum indicium vehemens, seu violentũ, propinquum tamen, & cum crimine coniunctum sufficiens facit indicium ad torturam.

Quinta regula est, sola fama, vel infamia vehemens est sufficiens ad torturam, vt allegando multos, quos sequitur, tenet Dueñas, *f* & fama vehemẽs erit, si â dignis personis orta erit, si frequẽs sit, si ob id quis amicos fratres conuentuales, & viros probos fecerit alienauit, & quando reus fuerit malæ opinionis, & famæ, & malę vitæ, & malis moribus præditus, prout tradũt Gandinus, & alij, quos refert, & sequitur Dueñas. *g*

Sexta regula est, quando simul cum fama adesset fuga delinquentis, is torqueri potest, vt post alios resoluit Antonius Gomez, *h* & pulchrè docet Carrerius.

Septima regula est, ex fama orta contra aliquem, quam primum fuit delictum cõmissum, ad torturam potest deueniri, quãdo alia cõcurrunt adminicula, aliæque cõiecturæ verosimiles præcessissent, quod arbitrio prudentis Iudicis arbitro relinquendum.

Octaua regula, socius criminis non facit indicium ad torturam, quamuis quale quale indicium inde oriatur, ita tenent Boerius, *i* & Grammaticus cum alijs. Si tamen duo socij criminis aduersus aliquẽ deponant, & is neget, torqueri poterit, vt tradunt Boerius, *K* & Iulius Clarus, qui quærit, & disputat, an Confessio facta coram Iudice incompetenti sufficiat ad torturam.

a Gram. cõs. 57. n. 8. lib 2 Clar. in pra. crim. §. fin. q. 21. versic. sola fa. Carrerius in pract crim. versi. secundum indicium n. 111.

b Bernar Diazin pra. cri. c. 117. & re. 125. in 3. subtilitat.

c Panor. in c. grauis. de posi. n. 6. Alciat. in c. 1. de offi. ord. n. 43. Simã de inst. Catho tit. 65. n. 48.

d Peña in dict. Inquisi. 3. p. com. 10. pa. 398. col. 1.

e Bar. in l. fi. nu. 6. Mad quæstionem in tract. Iudicijs in 6. præmissum. 39. cum multis seq. per Pa. in l. 2. ff. de

f Dueñas reg. 561. in cap. fama in Crimi. in 1. limit.

g Dueñas vbi su. in 3. limit.

h Gom. lib. 3. var. c. 13. n. 10. Carrer. in pract crim. 112. ver. tertium indicium.

i Boer. decis. 319. Gram. decis. 28.

K Boer. decis. 319. cla. in prac. cri. §. fin. q. 21. vers. sed pone.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Iudex teneatur dare reo copiam indiciorum cum certo termino, antequam ponatur ad torturam.

REspondeo dicendo, quod Iudex tenetur dare copiam indiciorum ipsi reo cum certo termino ad se purgãdum, & antequam detur talis copia, nõ est procedendum contra ipsum ad torturam, neque ad aliam sententiam, & hoc tenet quædam glossa, *l* & est opinio Bartoli, quam post alios sequuntur Marantæ, & Antonius Gomez, & non solum indicia sunt danda reo, verum etiam sunt dãda nomina testium, vt aliqui dicere non formidarunt, de quo iam in superioribus cum egimus de testibus latè diximus. Quod procedit, etiam si Iudex procedat ex mero officio, vt aduertunt Augustinus *m* in additionibus ad Angelum, & Carrerius, quia ita practicari. Extenditur etiã si inquisitus fuerit malæ vitæ, & famæ, nã etiã tunc ei essent danda indicia, & ratio est, quia non potest se sine indicijs defendere, & non datis indicijs tolleretur defensio, quæ est de iure naturali, & cum in tortura tractetur de vita hominis, quantumcunque sit malus homo, non debet ei tolli defensio, quæ est de iure naturali. *n* Verum est tamen, quod si constaret, etiam si non daretur copia indiciorum, quod non haberet reus aliquam excusationem, tunc bene crederem, quod talis copia non deberet dari, præcipuè quando Iudex viderit hominẽ esse malæ famę, & quod est notũ, & euidens contra eum, & præsumitur, quod petit copiam indiciorum ad dilationem tantum tormentorum.

Aduertendum tamen quod etiam si in-

l Gl. v. viros in l. custodia. ff. de publi. Iud. Bar. in l. vnius §. sui ff. de q. Marant. in praxi par. 6. versi. indicũ tutariã partitui Gom. 2 de delic. c. 13. n. 21 m Augu in addi. ad Angel. v. fama publica nu. 37. & 38. Carr. in pract. §. circa secundum n. 12. fol. 90 n Aut. report. inquis. v. aduocatus §. sed an aduocati & in verb. tortura §. sed an aduocatus.

tribunali sanctę inquisitionis detur reo aduocatus, vt videat, an indicia sint sufficiẽtia ad torturam, ne reus indefensus videri possit, prout tradit autor repertorij inquisitorum. In religionibus vbi non datur aduocatus Regularibus ad se defendendum, Prælati Regularium simul debent esse Iudices, & aduocati, & videre, an indicia sint sufficientia ad torturam, & debent dare eorum exemplar, & copiam, & tempus opportunum ad ea diluenda, & ad suam innocentiam comprobandam. Hoc enim & naturalia, & humana Iura fieri iubent, & Iuris consulti vno ore fatentur, & tradũt, pro vt videre est apud Antonium Gomez. *a*

a Anto. Gomez li. 3. varia. c. 13. n. 21

ARTICVLVS V.

Vtrùm danda sit copia indiciorum etiam si reus eam non petat.

RESpondeo dicendo, circa hoc duas contrarias versari opiniones. Prima est, quod Iudex nõ tenetur dare copiam indiciorum reo non petente. Et hãc opinionem dicit communem AEgydius Bossius. *b* Alia est opinio, quod etiam si non petatur â parte, Iudex ex officio tenetur dare copiam indiciorum. Hanc tenet Bartolus, *c* quam in practica seruari affirmat Carrerius. Pro quarum opinionum concordia notat Hippolytus, *d* quod aut reus est homo Idiota, mulier, vel pupillus, vel alias verisimiliter ignorans iura, & nesciens suam facere defensionem, & tunc Iudex reo etiam non petente tenetur dare copiam indiciorum. Quod ego intelligerem, nisi in casu, quod talis reus haberet doctum pro sua parte aduocatum, si autẽ ipse haberet aduocatum, deberet petere, & cum eo se excusaret Iudex, nisi videret, quod aduocatus non rectè suum exequitur munus de eo dolum sentiens, vel latã culpam, aut ignorantiam, nam hoc casu tenetur Iudex etiam eo non petente dare copiam indiciorum. Aut est homo literatus, & qui verosimiliter scit talem copiam esse postulandam, & tunc non tenetur Iudex eo non petente talem indiciorum copiam manifestare. Et hæc concordia videtur admittenda, præsertim cum pro parte affirmatiua, scilicet quod Iudex absolute teneatur dare copiam indiciorum etiã parte non petente faciat, quod reus non potest renunciare secundum aliquos ius defensionis in causa criminali, quam concordiam in causis Regularium seruandam iudico, cum in his sit simul Iudex & aduocatus, Prælatus Regularis.

b Bossius in prac. in tra. de indici n. 79.
c Bar. in l. 1. §. fi. n. 3. ff. de quæst. Carre. in praxi. §. circa secundũ n. 7.
d. Hippol. in praxi. §. nunc. vidẽ. in prin.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum non data copia indiciorum si reus ponatur ad torturã sit nullum dictum rei in tortura, & an ex tali dicto, & confessione debeat puniri.

RESpondeo dicendo, certum esse extra ditis ab Antonio Gomez, *e* quod confessio extraiudicialis, si reus postea positus in tormento confiteatur delictum, non sufficit, vt reus diffinitiue condemnetur, nisi postea sequatur ratificatio, nam generaliter Ius disponit confessionẽ factam, in tormentis postea extra tormenta ratificandam, quia confessio extraiudicialis iam fuit suum effectum operata, vt scilicet ex ea reus torqueri possit, & sic non debet alium effectum operari, vt scilicet nõ requiratur ratificatio. Denique cõfessio in tormentis facta est nulla, nisi post tormentum ratificetur. Quod autem est in hac materia difficile iuxta titulum quæstionis, Vtrum confessio facta in tormentis postea ratificata valeat non data reo copia indiciorum: & Iudex non dat talem copiam, est nullum, quidquid sit, & nõ valet tale dictum ipsius rei quod tenet Angelus *f* allegans ad hoc quandam Decretalem, & idem videtur dicendum, quando Iudex tenetur dare copiam sine eo, quod petatur, nam tunc videtur esse nullum, quidquid est actum, nam contra talẽ modum procedendi est quædã Decretalis *g* expressa, & cum fiat lege resistente, non est, quod valeat, quod fit, argumẽto *h* eorum, quæ in Iure notantur. Et quoad punitionem Iudicis vide Bartolum, *i* & Alexandrum, & qua pæna puniatur, vide Baldum, & Hippolytum.

In casibus verô, in quibus Iudex non tene-

e Anto. Gomez libr. 3. var. n. 8. versi. 1.
f Angel. de malef. v. fama publica vers. Itẽ. aduer. n. 37. c. qualiter, & quando de accus.
g d. c. qualiter, & quando el 2. y el 1.
h L. pacta quæ contra C. de pact. ca. qui contra iura. de regu. iur.
i Bar. in l. 4. §. hoc autẽ indicium & §. in cũquidquid ff. de dam. infect. & ibi Alex. Bal. in Rude pæn. Iudi. Hippol. in pract. §. expedit. n. 87.

tenetur dare reo non petente copiam indiciorũ, si non petit, certe tũc valet, quid quid, sit, quòd ex dictis virisimum reputatur. Nec dicant Iudices Regulares dare copiam indiciorum esse de apicibus iuris, quibus ipsi in causis Regularium minimè astringuntur, pro vt dictũ est in superiori bus, a cõtrariũ enim probatur in dicta Decretali, ibi, *& exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendũ, vt facultatẽ habeat defẽdẽdi se ipsum.* Ex quibus verbis colligitur, quod negatio indiciorum, & capitulorum est negatio cuiusdam rei, quæ ad substantialia, & essentialia Iudicij spectat, pro vt patet ex dictis in superioribus, b & sic dicta negatio non pertinet ad apices Iuris, quibus Iudices Regulares minimè astringuntur. Neque obstat, quod in finalibus verbis dictæ Decretalis dicatur. Hunc tamen ordinem contra personas Regulares non credimus vsque quaque seruandum, quæ (cum causa requirit) facilius, & liberius â suis possint administrationibus amoueri. Respondetur enim quod illa verba vsquequaque declarant nobis velle Innocẽtiũ III. quod non omnia cõtẽta inducta Decretali possint prætermitti in causis Regularium, sed tantum ea, quæ ad dilationem Iudicij spectant, & quæ sunt solennitates tantum Iuris, vt sunt dilationes, & exceptiones, non autem ea, quæ ad substãtialia Iuris pertinent, cuiusmodi est manifestatio indiciorum, quæ ad defensionem rei est maxime necessaria.

a su. quæst.

b sup q. 2. ar. 1.

ARTICVLVS VII.

Vtrum clerici, & monachi possint torqueri.

REspondeo dicendo, quod Ioannes Andreas c affirmat Clericos, & monachos posse in quæstionibus poni quia accusatores, & testes Episcoporum torquentur. Alij dicunt nullum Clericum torqueri posse, licèt possit pro crimine verberari argumento cuiusdã Canonis d leuiter tamen ita, vt non in sanguinis vindictam, nam de Clericis vilibus, vel suspectis licita est tortura ex causa, dommodo sit moderata. Et dicit Abbas e nunquam reperiri Clericos torquendos, nisi sint infames, vt erat quidam Belial, & ait, quod debent quæstiones moderari, quia in foro Ecclesiastico non debent fieri tormenta, quæ fiunt in foro sæculari, scilicet cũ subijciuntur equuleis, virgulis, fidiculis, & alijs seuerioribus. Sed virgis subijci poterunt argumento cuiusdam Canonis, f dũ modo torquendi seruentur incolumes, vt in quadam lege g continetur, & hoc in religionibus seruatur.

c And. in c. cum in contemplatione de regu. Iur. inouel d c. cũbeatus 45. dist. ca. ne clerici vel monachi. c. in Archiepisc. patu. de rapto

e Abb. in c. 1. ext. deposit.

f C. 1. in fi. 23. q. 5.

g L. 2. ff. de quæst.

ARTICVLVS. VIII

Vtrum Prælatus Regularis possit verberare quendam sibi subditum per Laicum familiarem monasterij deferentem habitum tertij ordinis minorum.

REspondeo dicendo, quod Alexander Sextus concesit, quod *non obstante Capitulo Vniuersitatis, de sententia excõmunicationis prælati nostri possint percutere per alium (causa correctionis) & non cogantur cum persona propria, etiãsi necessitas nõ vrgeat.* Ita habetur in libro, Monumenta Ordinum, h in prima, & secunda impressione. Et Leo Decimus concesit idem, quod Alexander Sextus, & adhuc clarius, *scilicet vt quãdo aliquem fratrem causa correctionis, vel absolutionis oportet verberare possint prælati Ordinis minorũ de obseruantia, & eorum Cõmissarij manu Vicarij, vel alicuius alterius fratris, subditi eum verberare, seu disciplinare, nõ obstante Capitulo Vniuersitatis de sententia excõmunicationis.* Ita habetur in supplemento i Ordinis. Quæ priuilegia solum intendunt statuere, quod correctio possit fieri â Prælatis per alium absolutè, etiam si non vrgeat aliqua necessitas id faciẽdi per aliũ, modo ipse sit frater sibi subditus, vt exprimit

h In 1. Imp. fo. 70. concel. 175. & in 2. fo. 99. cõ cel. 359.

i Supple. fo. 930. cõcel. 292.

mit Alexander, cuius priuilegium videtur, aliqua ex parte maius priuilegio Leonis, ita quod ampliat dictum capitulum *Vniuersitatis* ad hoc, vt corrigere posit per alium, etiam si necessitas non vrgeret, non tamen ampliat ad hoc, vt corrigere possit per laicum, etiam si necessitas vrgeret, & sic dictum capitulum *Vniuersitatis*, quod habet Abbates, & alios prælatos inferiores Episcopis posse quidem causa correctionis verberare suos subditos per alium, modo ille sit Clericus, vel monachus, debet ampliari, etiam si necessitas non vrgeret, at per laicum minime ipsam verberationem fieri posse, pro vt explicat Nauarrus. a Ex quibus infertur respõsio ad id, quod in titulo quæstionis est propositum, quod etiam vrgẽte necessitate nõ potest prædictus Prælatus sibi subditum verberare per dictũ Laicum familiarem monasterij. In Gallia autẽ consuetudo est, per Laicos Clericos verberari, & ideò Prælati, & verberantes non incidunt in excommunicationem. Verum est tamẽ, quod error male intelligendi priuilegia prædicta posset excusare Prælatum, qui per alium supradictum subditum verberaret, si ex illorum malo intellectu bona fide credidisset præfatum capitulum *Vniuersitatis*, ampliatum esse per dicta priuilegia, etiam si non esset consuetudo in contrarium: nam qui bona fide facit aliquid contra ius positiuum male intellectum, excusatur à pœna, imò etiam à culpa, pro vt affirmat idem Nauarrus. b

Aduertendum etiam circa supradicta, quod dictam castigationem, & verberationem semper dixi debere esse moderatam, quæ moderatio arbitrio Iudicis relinquitur, pro vt tradit Menochius, c & per coniecturas potest iudicari, an moderatus castigationis modus excessus fuerit ex traditis à Signorolo Homodeo, d tunc arbitrabuntur esse moderatæ castigationes, & torturæ datæ Religiosis, quãdo fuerint in Religione consuetæ, vt sunt consuetæ disciplinę funiũ. Vnde si in manibus, aut in pedibus castigentur, videntur excedere modum, vnde ait Soto, e quod nemini potest in dubium venire Prælatos subditos etiam Sacerdotes flagellis cædere modò consucto posse, vt patet in aliquibus sacris Canonibus. f An vero vili arrepto fuste possint eos verberare, nescio, an liceat, quia cum modus non sit cõsuetus, nimium apparet tam castigatio, quam iniuriosa læsio, vt ait Soto. Vnde videtur non posse dictos Prælatos sine pœna excommunicationis torquere sibi subditos guttis feruentibus pinguedinis super dorsum eorum distillatis, cum hic modus non sit consuetus in Religionibus, & male ego semper audiui de quodam Prælato, qui hoc insolito vsus fuerat tormento,

a Nau. li. 5 cons. tit. de sen. excom. cons. 28.

b Naua. vbi sup.

c Menoch. lib. 2. de arbitris Cen. 4 casu. 364. n. 13.

d Homod. cons. 63. n. 2 & n. 6. & 7.

e Sot. lib. 5. de iust. q. 2. ar. 2.

f Distin 45. per totum.

ARTIVLVS IX.

Vtrum tormenta repeti possint.

REspõdeo dicendo, vsu compertũ esse nõ semel tantã esse delinquentiũ in tormẽtis constantiã, vt sæpe, & acriter affecti cruciatibus nihil fateri velint. Exẽpla sunt apud Valeriũ Maximũ g de Alexandro seruo Fanij, & de Philippo seruo Fuluij Flacci, de Zenone, de Theodio, & Leena, qui & si maximis cruciatibus affecti compelli tamen non potuerunt, vt perpetratum facinus fatercntur. Quo circa rectè dixit Vlpianus h plerosque ita tormenta contemnere, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit. Propter quod dubitari non semel contingit, an sæpius tormenta repetenda sint. Baldus i docuit hoc esse in arbitrio iudicis positum, quando repetendæ sunt quæstiones, & cruciatus, neq; aliter sentit Paris K de Puteo, & clarius Marsilius. Erit ergo diligens Iudex, & obseruare poterit, quod à nostris frequentiori calculo scriptum est, si noua indicia non superuenerunt, semel tortum torqueri amplius non debere, quod intelligitur, quando vt cõuenit, vel acriter tortus fuit, secus si leuiter, quia tũc repeti tortura potest. Ita Baldus, l & Marsilius subdit posse etiam repeti, quando indicia sunt multum vrgentia, & is admodũ constans torquendus. Et idem asserũt Curcius m Iunior Soccinus Senior, & Boerius. Si verò noua indicia superuenerint, tunc tormenta repeti possunt, quando ista noua indicia sunt primis fortiora, vt concludit Marsilius, n & tradit Menochius. At prælatos Regulares non decet ea etiam in religione consueta tormenta, & flagellationes repetere, nisi grauissimo id suadente delicto, & vehementibus multò

g Val. li. 18 cap. 4.

h Vlp. li. 1. § quæst. fidẽ ff. de quæst.

i Bal. in l. 1. C. quod met. cau.

K Paris de Syndi. pag. 5. Marsil. in l. quæst.

l Bal. in l. 2. C. quorum appell. non recip. Mar. in l. repeti. nu. 5. quæst. n. 7.

m Curcius cons. 60. colu. 8. Socci. Sen. consil. 54. li. 2. Boerius q. 162. n. 910.

n Mars. in d. l. repet. n. 8. & in pract. § quoniam num 9. Menoch lib. 2. de arbitr. cas. 3. casu. 272.

multò fortioribus primis id poſtulãtibus indicijs, cum eorum punitiones magis ad medicinam, quàm ad vindictam proponãtur, & primis appoſitis torturis præſumitur Religioſus ad pœnitentiam cõuerſus, cum vexatio det intellectum.

ARTICVLVS. X.

Vtrum liceat alicui metu tormentorũ crimen de ſe falſum fateri.

REſpondeo dicendo, duas circa hoc in uenire contrarias opiniones. Prima eſt affirmatiua ipſum confitentem mortaliter peccare, ſicut peccat, qui alteri falſum teſtimonium impingit, pro vt notant Archidiaconus, *a* Abbas, & alij, quos refert Sylueſter, & Caietanus. Sed contrariam opinionem tenet D. Thomas, *b* quæ probatur in hunc modum. Ita enim liberum arbitrium habet homo ſuper famam, ac ſuper pecuniã, aliaſque res exteriores, & tẽporales, cũ fama & honor vſui hominũ ſubſint, & ita multis rationibus adductis probat eleganter Soto *c* non eſſe mortale crimen aliquem vi tormentorum, aut ob fugiendam mortem propriam perdere famam, quæ opinio vera eſt in ea ſpecie, quã ipſe proponit, nempe vbi iſthæc falſi criminis impoſitio directè operatur confitẽtis occiſionem, vel membri mutilationẽ, quod neque ipſe Soto negat. At non procedit, vbi ex hac famæ perditione alteri non tantum ipſi confitenti damnum notabile imminet, ſicut doctiſsimus explicat Nauarrus, *d* & erit idem ſecundum Couarruuiam, *e* quotieſcumque ipſi ſibi quis imponit abſurdiſsima, nefandaque flagitia, quæ aures exhorreſcunt, tunc enim famæ adeò prodigus vix excuſabitur à crimine mortali, quod notat Soto, idcirco in crimine hæreſis multis rationibus non obtinebit opinio *D.* Thomæ. Primo quia ille, qui ſibi falſo crimen hæreſis imponit, eius poſteritati, & ſanguini maximè nocet, & ſuę famę eſt maxime prodigus, cũ antea eſſet homo optimi nominis. Quôd â fortiori procedet, quando non ſolum ſe infamat & ſuum ſanguinem falſo maculat, ſec. eius delicti complices falſo declarat, qui ſunt, ſicut ipſe, innocentes. Aduertendum tamen, quod in regularibus cauſis ſupradicta doctrina poteſt etiam verificari, vt ſi Religioſus grauis & optima fama præditus, qui in ſua Religione vt exemplar ſanctitatis habebatur, ſibi aliquod grauiſsimum peccatum metu tormentorum imponeret, vix enim ego hunc à peccato liberarem. Vide, quid de Eleazaro vno de primatibus ſcribarum viro ætate prouecto, & vultũ decoro, qui compellebatur carnem porcinam manducare, & ad ſupplicium præibat nolens eam manducare, commemorat Scriptura *g* dicens, *Hi autem qui aſtabant iniqua miſeratione commoti propter antiquam viri amicitiam tollentes eum ſecreto rogabant afferri carnes, quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur manducaſſe, ſicut Rex imperauerat de ſacrificij carnibus, vt hoc facto a morte liberaretur, & propter veterem viri amicitiam hãc cũ eo faciebant humanitatẽ. At ille cogitare cæpit ætatis, ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque a puero optimæ conuerſationis actus, & ſecundum ſanctæ, & a Deo conditæ leges conſtitutæ reſpondit cito dicens, præmitti ſe velle in infernum non enim ætati noſtræ dignum eſt, inquit, fingere, vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarũ, & ipſi propter meã ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hanc maculam, atque execrationem meæ ſenectuti conquiram.* g 2. Mach. 6.

Ita habetur in ſecundo Machabeorum.

QVAE-

a Archi. in c. nõ eſt. 21. q. Abb. in c. ex parte de ſepul. Sylu. v. detract. q. 3 Caie. in ſum. in eodem verbo & 2. 2 q. 73 ar. 2.

b D. Th. 2. 2. q. 129. a. 1.

c Sot. de ration. tegen. mẽb. 1. q. 3.

d Nau. in c. inter. verba 11. q 5 conc. 6. corol. 4 1

e Cou. lib. 1. var. c. 2. n. 8.

f Soto li. 4. de iuſt. q. 2. ar. vlt.

QVÆSTIO XX.

De correctione fratrum quoad purgationem canonicam in duos articulos diuiſa.

Circa qua quæſtionẽ duo quæruntur.

1 *Vtrum religioſis ſolum infamatis ſit canonica purgatio indicenda.*

2 *Quis ſit effectus purgationis canonicæ.*

ARTICVLVS I.

Vtrum religioſis ſolum infamatis ſit canonica purgatio indicenda.

REſpõdeo dicẽdo, quod ſicut ſacri Canones, & Sanctiones delinquentibus (quorum crimina probari poterãt) pœnas ſtatuerunt, ſic illis, contra quos de crimine infamiæ, aut graue ſcandalum, aut vehemens ſuſpicio ſurgebat, purgationem Canonicam indicendam, decreuerunt, pro vt Hoſtienſis *a* annotauit. Quod adeò in vſu erat, vt multi Summi Pontifices de grauioribus criminibus diffamati, quãuis à nemine iudicari poſſent, ad remouendum tamen ſubditorum ſcandalum ſolenniter ſe purgare dedignati nõ ſunt, Sic Damaſus Paſchalis primus Simachus publicè purgati ſunt, Gregorius ſeptimus coram Enrico quarto. Pelagius primus coram Narſete ex purgati publicè fuerunt. Quod in annalibus Romanorum Põtificum videri poteſt apud Platinam, *b* & apud Campenſem, & Brunum, de quo optimè agit Iacobus Septimacenſis.

Aduerrere tamen debent Iudices, quod ſi infamia ſit ſimplex, & abſque ſcandalo, & originem habuit à maleuolis procurantibus, purgatio Canonica non indicitur, vt in Iure *c* probatur, & concludit Aretinus, cuius concluſionem ſequitur Decius. Si verò infamia à maleuolis hoc non procurantibus procedit purgatio poteſt indici ſecundum Aretinum. At Bernardus Diaz *d* de Lugo dicit hoc eſſe relinquendum in poteſtate ſuperioris. Circa quod debent Iudices maximè aduertere, nam infamia ſæpe fallax eſt ſecundum Panormitanum: *e* cum iuxta ſententiam Diui Bernardi *f* ſæpe fallatur humana ſuſpicio. Accidit namque ſæpiſsimè, quod temerarij quidam homines ab omni pietate, & religione Chriſtiana alieni ex leuibus coniecturis, ſeu ſignis grania quidem, & enormia ſcelera ſuſpicari, ac aſſerere audent in magnum ſuarum animarum, ac alieni honoris, & famæ diſpendium. Eſt præterea aliud ſceleratiſſimum hominum genus quorum (ad virtutis exterminium) Sathan ſæpè vtitur miniſterio, qui virtuti inuident, atque inſidiantur, quando in claris viris illam intuentur, & quaſi eius ſplendore excæcati, dum ſuis noctuarum oculis mederi deberent, virtutis lucem potius obnubilãt falſorum criminum puluerem, ac nebulam ſpargendo, dumque bonorum hominum ſplendorem obtenebrant illos ſuæ veræ ac apertæ nequitiæ quaſi iam pares feciſſe lætantur. Vulgus autem reliquum ignobile rumorum auditor lubens, ac concitator, & conſeruator ſtrenuus non modo ſimilia credit, ſed multiplicat. Vnde ſæpius, quos imitari deberet, ac venerari, nec dũ contẽnit, ſed perſequitur, ipſiq; inſenſati vitã illorũ exiſtimant infamiam, & finem illorum ſine honore. Hac igitur Dæmonum, & prauorum hominũ intellecta verſutia, quã ſæpius experiri contingit, curare debent ſemper Iudices prudentes, vt depraua tæ alicuius (in reliquis maximè rebus probi viri) famæ originẽ quærant, ac inueſtigent, ne velut ille infœlix præfectus Pilatus populi clamoribus permoti innocẽtem virũ carceribus affligãt, aut pœnis afficiãt. Si enim innocẽtis viri ſanguis à priuato homine quodãmodo prouocato effuſus clamare ſolet ad Deum quidnũ etiã innocẽtis hominis honor ipſo ſanguine pretioſior contra incautum, & temerarium Iudicẽ, qui poteſtate diuina abutens, quos tueri debebat, viros innocẽtes lædit omnibus horis clamabit? Hæc omnia nobis reliquit ſcripta doctiſsimus, & pijſsimus ille Præſul D. Bernardus *g* Diaz de Lugo. Quę ideo in hoc loco adduxi, vt ea prę oculis habeãt Iudices Regulares, cũ â fallis

a Hoſtien. tit. de purgatio. Canoni. §. 1.

b Platina Cãpenſis li. 6. Hierar. Eccleſ. cap. 17. Bru. li. 4. de hæret. c. 11. ſeptimacẽſis. de cath. inſt. c. 54.

c c. cũ in Iuuentute. §. nos autẽ de purga. Cano. Areti. in c. at ſi cleric. de indic. & ibi Dec. col. 6. verſ. 2. con.

d Diaz pra. c. 143. nu. 9.

e Pano. in c. cũ inſuper in fin. de cõfeſſ.

f Bern. epiſc. de perfect. vitæ.

g Diaz de Lugo vbi

falsis fratribus alij fratres, & Religiosi infamijs non vulgaribus notentur, quorum ipsi debent esse protectores inquisitione diligenti, & paternali præmissa, qui aduertere debent, quod licèt infamia sit orta à maleuolis, si est scandalosa, & potest sedari, tunc licèt sit comprehendẽdus infamatus, indicenda est purgatio, vt concludit Abbas *a* sic intelligendo Glossam in quadam Decretali.

a Abb. in c. qualiter, & quãdo el 2. de accus. penul. col.

ARTICVLVS II.

Quis sit effectus purgationis Canonicæ.

REspõdeo dicendo, quod siquis suã purgationẽ ritè perfecerit, Iudex sine mora debet illũ declarare innocẽtem, & ab infamia criminis absoluere, & restituere ipsum in pristinum statum, vt in Iure *b* ordinatur. Si verò in purgatione defecerit, si fuerit accusatus, punitur, tãquam conuictus iuxta sacros Canones. *c* Si verò præcesserit inquisitio, aut denunciatio, pœna erit arbitraria secundum Gofredum, *d* Hostiensem, & Panormitanum. Similiter si nullus dictorum modorũ agẽdi præcessisset, sed solum propter infamiã purgatio fuit indita, punitur extrardinarie, vt decidit quædam Decretalis *e* sic intelligenda, & cum iudex in hoc casu procedat ex præsumptione, debet multum tẽperare sententiam, vt ipsi in Iure *f* commendatur, & tradit Syluester, & Iacobus Septimacensis dicit ita communiter teneri.

b c. ex tuarũ de pur. canon.
c ca. de hoc de simon. c. insinuatum & c. cum P. de accus.
d Gof. Hostien. Panor. in c. accedẽte de accus.
e c. significasti de adult.
f ca. afferte de præsum. Syl. v. purg. Cano. in fi. Septimacẽs. in Cath. in sti. c. 57. n. 7

Aduertendum tamen, quod prædicta opinio videlicet quod accusatus punitur tanquam conuictus, si defecerit in purgatione, licèt in Clericis locum habeat, in Religiosis autem eam minimè gentium admitterem. Nam licet contra talem deficientem adsit præsumptio probabilis orta ex infamia, & transeat in violentam præsumptionem, cùm reus deficit in purgando iuxta Canonica, g & ciuilia Iura, violenta tamen præsumptio non sufficit adomponendam pœnam ordinariã delicti, & ita credo, quod Religiosus hocc asu tantum pœna arbitraria debet puniri à suo Prælato.

g ca. afferte de præsum. l. indicia de rei vindicat.

QVÆSTIO. XXI.

De correctione fratrum quantum ad sententiam definitiuam proferendam in Generali in octo articulos diuisa.

Circa quam quæstionem quærunt octo.

1 *Quomodo debeant se habere iudices in iusta sententia ferenda.*
2 *Quomodo iudices regulares debent se iuribus regulare, in sententijs ferendis moderãdo pœnas.*
3 *Quomodo iudices regulares deficiente diffinitione iuris debeant finaliter causas suas determinare moderando pœnas,*
4 *Quomodo debent se habere iudices in pœnis arbitrarijs imponendis.*
5 *Vtrum indiciati de aliquo crimine possint puniri.*
6 *Vtrum propter infamiã possit quis puniri.*
7 *Vtrum Generales & Prouinciales possint punire delinquentem monachum sine consilio patrum prouinciæ.*
8 *Vtrum commissarius cum plenitudine potestatis à generali institutus proferens in iustam sententiam possit impediri à prouinciali eam exequi.*

ARTICLS I.

Quomodo debent se habere Iudices in iusta sententia ferenda.

REspõdeo dicẽdo, quod cum actus iustitiæ auctoritasque iudicandi sit quædam potestas delegata à Deo hominibus, qua ratione appellãtur ministri Dei in terris, vt sacri Canones proclamãt, *h* eorũque iudiciũ cẽsetur prodire de vultu Dei, vt ijdẽ sacri Canones *i* nos docent proinde discreti Iudices proviribus debent eum imitari, & præ oculis semper habere, quia vbi Christus non est fundamentum, nullius boni operis supereſt ædificiũ secundũ veritatẽ, & sacros Canones K in ipsa fundatos, cui præstantissimo fundamento coaptantur

h Ca. nõ solum, & cap. qui malus, 21. q. 4.
i Ca. vt nostrũ in princip. de appel.
K cap. cum Paul. 1. q. 1.

tãtur duo lapides angulares, Veritas nempe, & AEquitas, quos quilibet Iudex exactiſſimè cuſtodire, & ſubſequi tenetur, vt tradit Baldus, *a* & potiſsimum veritatem, quæ tanquam Iuſtitiæ mater in omnibus primatum tenet, & â quocunque colenda eſt, vt dicitur in Iure, *b* & Iſidorus de ſummo bono exclamat dicens, *O quam magna eſt vis veritatis, quæ omnia ingenia, aſtutias, & calliditates ſuperat, quæ cõtra facta, ſimulataque figmenta ſe ipſam defendit, quæ poſt Deũ colenda eſt*, imo ipſe Deus dicit, Ego *c* ſum via, veritas, & vita. Prætereà hoc ſuffulti fundamento circa criminum animadueriſionẽ non inanis gloriæ cupidi ſeueritate vtãtur, nec iniuſta miſericordia moti leuiorẽ pœnã, quã ipſa delicta depoſcunt, infligãt, quia ſeueritas, aut clemẽtia gloria affectãda nõ eſt, ſed perpẽſa iudicio pro vt vnaquæque res expoſtulauerit, ſtatuenda, ſicut diiudicanda iuxta quendam textum *d* ſingularem. In cauſis verò leuioribus faciliores ad gratiam, clementiamque proniores exiſtant, nam pudor in leuibus delictis pro pœna imponi poteſt iuxta quãdam gloſſam, *e* In grauioribus autem ſeueritatem legum adhuc, cũ temperamẽto ſubſequantur, vt docet quædã lex, *f* & ita ſe debent habere in adminiſtranda in criminalibus iuſtitia, vt nec rigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta. Sunt namque nonnulli, vt ait Gregorius *g* in Moralibus ita diſtricti, vt etiam omnem manſuetudinẽ benignitatis amittant, & ſunt nonnulli ita manſueti, vt perdant diſtricti Iuris regimen, & idem Gregorius *h* ait, omnis, qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu geſtat, in vtraque penſa iuſtitiã, & miſericordiam portat, ſed per iuſtitiam reddit peccati ſententiam, per miſericordiã peccati temperat pœnam, vt iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædã verò per miſericordiã indulgeat. Vide, quid circa hoc ſcripſerunt Patres Concilij Tridentini *i* Iudices Eccleſiaſticos alloquentes.

Ex quibus videtur nõ conuenire aliquẽ ſtatim pro vno delicto punire, cum potius ſit expectandus, & corripiẽdus iuxta quẽdam textum, *K* præſertim loquendo de Clericorũ, & monachorum correctione, quænon realis, ſed verbalis, ideſt non verberibus, ſed verbis fieri debet, vt admonẽt ſacri Canones. *l* Vnde Epiſcopus, & Prælatus Regularis, qui quærit timeri potius verberibus, quàm verbis, ab officio eſt deponendus, vt dicitur in Iure, *m* & notat Berrachinus, ſed nõ adeo beneuoli videri appetant, vt cũctis indulgeãt, nimia enim indulgentia datur iterata occaſio flagitia cõmittendi, neque eſt miſericors, qui vitijs nutriẽdis paret, vt ſancti Patres *n* nobis ſcriptum reliquerunt. Vnde Gregorius in expoſitione Pſalmi, *Lætabitur iuſtus* aſſeruit dicens eſſe peſtẽ Reipublicæ, qui reos cum rigore non corrigit.

Aduertant Iudices, quod æquitas non â Capite, vel imaginatione eſſe debet, ſed â Iure regulata, vt docẽt Baldus, *o* Romanus, & Molineus. Denique adhoc vnum aduertant, quod non ad punitionem, & vindictã principaliter intẽdere debẽt, ſed ad ẽmẽdã, & malorum correctionem, quã nunc clementia, & pietate, nunc ſeueritate, & rigore, atque alijs, & alijs mediis cõſequi curabũt, quia & plectendo, & ignoſcendo hoc ſolum benè agitur, vt vita hominum corrigatur, atque Iudicis officium eſt peccatoris ſaluti prouidere magis quã pœnam exigere, vt docet Ananias. *p*

a Bal. in ca. quoniã contra deprob.
b Ca. quæritur 24. q. 8.
c Ioan. ca. 4
d L. reſpiciẽdum ff. de pœnis.
e Gloſſ. e ſi quis. 2. q. 8.
f L. pedibus §. 1. de incend. ruin. & nauf.
g Greg. in moral. lib. 19. p. 4. c. 23
h Ca. omnis. 45. d.
i Trid. ſeſſ. 12 de refor. cũ.
K Ca. plerique 6. d.
l Ca. 1. 2. & 3. d. 45.
m c. epiſco. eadem diſt. Berta. in tract. de epiſc. 3 p. lib. 4. n. 25.
n Ca de hiſo. d. ca. quivitijs. 23. q. 5
o Bal. in Rubri. de cõſt. pecun. Rubi. conſi. 149 Molin. in conſuet. pari. tit. 11. de matiere f. dal. §. 41. n. 86.
p Ananias.

ARTIVLVS II.

Quomodo Iudices Regulares debent ſe iuribus regulari in ſententijs ferendis moderando pœnas.

REſpondeo dicẽdo, quod proprium, & peculiare munus Prælatorum eſt ſubditorum crimina, & ſcelera punire, eorumque vitia redarguere, & quod ab eis ſumme cauendum eſt, ne monachi criminoſi ſint, & inhoneſtam vitam agãt, vel prauis, & corruptis ſint moribus, vt in ſimili caſu præcipitur Ordinarijs in Sacro Sancto Concilio Tridentino. *q* Quæ enim ibi Epiſcopis dicuntur, eadem omnia (exceptis his, quæ non coaptantur ſtatui Regularium,) Prælatis Regularibus dictain telliguntur: cum ipſi ex munere ſibi commiſſo candẽ habeant circa ſuos ſubditos Apoſtolicæ ſolicitudinis commiſsionem

q Trid. ſeſſ. 14. in proœ de refor. & ſeſ. 6. c. 3. de refor.

Aduer-

Aduertere tamẽ debẽt, quid Sacrorũ Canonũ censura statuat, & quomodo pœnas iuxta illorũ Decreta irrogare debent considerantes, quod Episcopi iurant seruare Canones, & si eos ex contemptu transgrediuntur, periuri reputantur, vt tradunt Panormitanus, *b* & Felinus, & licèt ipsi quando ad ministeriũ Generalatus, vel Prouincialatus assumuntur, non iurant expresse Canones seruare obligantur tamen ratione assumptæ iurisdictionis secundum sacros Canones illam exercere, & ita si contemptis Canonibus alia non iuridica gradiuntur via, â culpa mortali minimè sunt immunes. Quando autem aliqua causa subest ex his, quas Doctores scribunt, propter quas pœnæ de iure ciuili etiã ordinariæ moderari possunt, non dubitandũ est iudices Ecclesiasticos, aut regulares posse etiã canonicas pœnas moderari, dummodo hoc faciant in ipsa sententia iuxta ea, quæ scribunt Innocentius, *c* latè Tiraquelus, Clarus, & Menochius. Quam sanè Moderationem inferiores iudices facere possunt, licèt nonnulli hoc superioribus iudicibus tantum concedãt, quasi solis superioribus equitate vti liceat, ac quasi inferiores superiorum recta iudicia imitari nõ debeant. Huiusmodi sanè moderationis æquitas non est contra legẽ, neque sacras cõstitutiones, sed illis cõformis. Vnde nulla ratio excogitari potest, ratione cuius inferioribus iudicibus sit interdicta, vt probat Salzedo. *d* Aduertãt tamen iudices, quod quando ex causa recesserint â pœnis à iure statutis, debent causam exprimere, hoc enim regulariter, & vniuersaliter procedit nõ solum in hoc casu *f* sed & in alijs, cum ex causa iudex â iure communi recedit, debet enim eã causam adscribere, vt probat quædam lex, quã ad hoc allegat Lucas de Pena, & sequuntur Abbas, & Felinus, quod intelligendũ est procedere ad ipsius iudicis excusationem, non autem ad sententiæ firmitatem, nã si sine causa facit, lex supplet id, quod deest, & quod non sit necessariũ ad sententiæ validitatem, quod ipsa causa exprimatur, asserunt Bartolus, Felinus, & Menochius, & *g* Iulius Clarus aiunt, quod dato casu quod causa sit exprimenda, sufficit, quod iudex in ipsa sententia asseueret, quod iustis, & rationabilibus causis animũ suũ mouentibus id fecerit absq; eo, quod in ipsa sententia causam ipsam exprimat, quam opinionem dicunt esse communem prædicti iuris patres.

b Pan. c. cũ non liceat col. de rescri. Fel. in c. ego de iur. iur.

c Inno. ca. qualiter, & quãdo el 2. de accu. col. 1. Tiraq. in trac. de pœnis in præfa. n. 16. Clar. lib. 5. recep. sen. §. fi. q. 8 vers. vlteriꝰ quæro Meno. de arbi. iud. lib. 1. q. 96.

d Salze. in pract. crim. can. ca. 144. vers. moderari fo. 477 ẽ. Lucas de Pena in l. 1. col. 1. in fin. C. de his qui non cõple. stip. facer. libr. 10. Abb in c. si cũ col 2 vbi Fel. colu. 9. de reiud.

f Bar. in l. relegatorum, §. ad tẽpus in fi. ff. de re iudi. Feli. in d c. sicut colu. 10.

g Meno cõtro. illust. c. 14. n 5. Clarus vbi su. vers. vlterius quæro.

ARTICVLVS III.

Quomodo iudices regulares deficiente diffinitione iuris debeant finaliter suas causas determinare moderando pœnas.

REspondeo dicẽdo, debere aduertere iudices regulares, quod si nulla reperitur â iure pœna descripta, tũc ad ordinationes generales, aut Prouinciales recurrendum est. Solent namque boni prælati, aut ius commune supplendo delictis pluribus specialem pœnam imponere ordinationibus generalibus, aut Prouincialibus, aut idem ius adiuuando, quando sic expedit pœnã â iure impositam aggrauare, quod licitè facere possunt, vt latissimè per Enricum de Bottis. *a* Quando verò defuerint ordinationes generales aut Prouinciales, aut alienarum prouinciarum statuta, ad aliarum religiorum ordinationes recurrere debent, potius quam proprio duci sensu, vel arbitrio, nisi qualitas temporis, locorum, vel personarũ aliud suadeat, si enim vnius Doctoris quantumuis remotis partibus scribentis opinionem sequi laudabile iudicatur, quantò magis prouinciæ, aut alterius religionis statuta, vbi tot sana solent interesse consilia?

a Bottis in tract. de synodo Episc. 3. p. ar. 1. cõclu. 13.

Iure autem Pontificio deficiente, deficientibus etiam constitutionibus generalibus prouincialibus etiam aliarum prouinciarũ, & religionũ ad ius commune oportet recurrere, quando in Regnis Romanorum Imperatorum antiquæ sanctiones rationis solum, non verò legum sibi vendicant autoritatem, debent enim iudices regulares per eas regi, nõ quod lex sic dicit, sed quia ratio, qua lex vtitur, sic vult, prout voluerunt Baldus, *b* Cumanus, & Decius. Et cum ius Regni dicatur ius ciuile, & commune, prout asserit Segura, *c* & in quadã lege ordinamentorũ decernitur, adeo quod sunt præferendæ ab ipsis iudicibus legibus Imperialibus secũdũ Villadiego, *d* quem refert Ioãnes Lupus. Ad ipsas leges regni etiam recurrere oportet, eius rationem, & mentem legi naturali con-

b Bal. in l. iudices C. de sent. Cuma. cõs. 14. Dec. in l. senium C. qui testamen. facer. possunt.

c Segu. in l. cohæred. §. cum filiẽ n. 19. ff. de vulga. & pupil. l. 5 ti. 4. lib. ord.

d Villad. in c. constitut. de rest. in integr. Lup. in repet. rubr. de donat. inter virũ fol. co. 1. in fi.

formem cauſis regularium applicantes.

Debent etiam prælati regulares iudicare ſecũdum conſuetudines legitimas, quę quidem etiam in pœnalibus conſiderandæ ſunt, vbi nõ eſt pœna decreta, ſed arbitrio iudicis relicta, vt placuit Gloſſæ, & tradunt late Imola, c Abbas, & Decius, & Tiraquellus. Dixi, (conſuetudines legitimas) à prauis enim conſuetudinibus â negligentibus, & zelo iuſtitiæ carentibus iudicibus introductis debent fugere, quorum quædam, quæ grauia ſunt, leuiter punire ſolent, quaſi iam Sacrorum Canonum, & rectè inſtitutorum diſciplina quauis conſuetudine abrogata ſit. Vidi enim ego aliquando quendam religioſum conuictũ de quadã nimia amicitia (quæ deprauato nomine dicitur deuotio) cũ quadam moniali quod peccatũ grauiſsimis pœnis, & conſtitutionibus Apoſtolicis, & ſtatutis regularibus punitur, & quidam Iudex volens ipſum ab his pœnis liberare aſſerebat ipſum minime eſſe talibus plectẽdũ, eo quod cõſuetudine dictæ pęnæ erant exterminatę. Cui ego certè ſi eſſem præſens, reſpõderẽ exterminauit eas aperde Sylua, & ſingularis ferus, qui depaſtus eſt obſeruantiam regularem. Heu quomodo tepiditas, & remiſsio Modernorum, ſeu potius imperitorum Iudicum ſanctum illum antiquorum Patrum zelum, quo plura ſtatuerunt, ad refrænãdos religioſorũ exceſſus, & eorũ mores reformandos, abrogauit? O aduertant Patres Ordinum, quod non ſunt patres ſibi metipſis, ſed patres ipſis ordinibus. Et ſi ſibimetipſis ſunt patres, nõ dicãtur Patres Ordinũ, ſed ſui ipſorum patres, cùm quærant, quæ ſua ſunt, non quæ Chriſti. Sint diligentes in extirpandis ſubditorum vitijs regẽdo eos, ſi opus fuerit, virga ferrea: facile enim totius religionis diuini tus inſpiratus Ordo, & obſeruantia confunditur, ſi prælatorum ignauia, ſeu negligentia eius gladius hebetatur.

c Dec. in c. de cauſis de of. de legat. vbi Imola, & Abb. & Tiraq. in tract. de pœn. in præfat. n. 14.

ARTICVLVS. IIII.

Quomodo debent ſe habere Iudices in pœnis arbitrarijs imponendis.

REſpondeo dicẽdo, quod licet arbitrio Iudicis ſæpẽ ſępius cõmittatur pœna arbitrariã delinquentibus imponere quando à Iure nõ eſt ſtatuta iuxta ea, quæ in Iure *a* notãtur, eorũ tamen arbitriũ a Iure regulandũ eſt, vt eleganter ſcribunt Baldus, *b* & Romanus. Vnde æquitas cõmendata in Concilio *c* Tridentino, & in cauſis regularium non â capite, & imaginaria eſſe debet, ſed ſecundum ius & ſecundum Canones, & rationem naturalẽ procedant debent attendere ad Doctrinam Innocentij dicẽtis eſſe procedendum de ſimilibus ad ſimilia, & multa doctẽ, & piè ſcribit circa ea Antonius Gomez, & Bernardus Diaz de Lugo ait, quod in arbitrandis huiuſmodi pœnis diſcretus iudex plura debet cõſiderare, videlicet delinquẽtis cõditionẽ, & an ſoleat delicta ſæpe perpetrare, an cauſa acciderit, vilis, an honeſta ſit perſona, doctus, an indoctus, ſacerdos, an alterius ordinis, lubens an coactus, laceſsitus, vel nõ, deliquerit, & an fuerit ſcãdalũ ortũ ex delicto, vel nõ. Attẽdere præterea debet qualitatem loci delicti, grauius enim iudicatur delictũ in regno, vel loco illo, quã aliud, in foro Eccleſiæ, aut in loco deſerto, priuata via, ſiue domo: delicti inſuper diuturnitatẽ, ſeu grauitatem, ac irrogatæ iniuriæ modũ, & atrocitatẽ, ac dãni dati magnitudinẽ examinare conueniet, perſonæ inſuper offenſæ qualitates nimiũ ponderandæ ſunt, quæ augere, vel minuere ſolẽt quodcũque facinus, videlicet an vilis fuerit perſona offenſa, vel aliquis dignitate præditus, qualis conditionis, an poteſtate, & autoritate ſuperior. Nec indecens præterea erit temporis cõmiſsi criminis habere rationem ſacris videlicet, an feſtiuis diebus.

a l. hodie ff. de pœnis l. 1 §. expilatores verſ. id circo ff. de effrac. & expilato.

b Bal. in rubri. C. decõſti. pecu. Roma. cõ. 149. ti. 1. §. 14. n. 86.

c Trid. ſeſſ. 13. c. 1. de refor.

d Inno. in c. qualiter el. 2. colu. fin. verſ. itẽ nota de accuſ. Ant. Gom. lib. 3. variã. ca. 6. n. 11. 7. Diaz in præti. c. 147. n. 2.

ARTICVLVS V.

Vtrum indiciati de aliquo crimine poſsint punire.

REſpõdeo dicẽdo, quod indiciũ eſt notabile ſignũ alicuius dicti, rei vel facti, quod ſubijcitur neceſsitati probãdi. Ita Panormitanus, *a* quoddã autẽ eſt plenũ, quoddam verò ſemiplenum. Plenum eſt rei cõiectatio per ſigna efficacia, quibus animus in aliquo, tanquam in vero quieſcit, nihil præterea requirens: ita Baldus. *b* Semiplenum eſt cõiectura quædam, quam ipſe præſumptionem appellat acrius crimina vrgens ad aſſentiendum. Alij autẽ addunt quoddam eſſe indicium leue

a Panor. in c. tua de cohabit. cleri. & mulier.

b Bal. in l. ea quidem C. de accuſ.

leue, quod id eſt, cui frequenter veritatem cõtingit adeſſe, quod ad probationem nõ nullam cõducit. Indicia verò grauia appellantur, propterea quod veritatem adiũctã habent, & veritati præſumptione iuris æquantur argumento cuiuſdam Legis. *c* Aduertendũ inſuper, quod plenũ indiciũ vocatur â Doctoribus, violentũ. Nã vt ait Panormitanus *d* argumẽto aliquarũ legũ, ex cõiecturis poteſt dici euidẽs probatio: ſemiplenũ autem probabile, & vehemens appellãt. Deniq; quæ ſint indicia plena, & ſemiplena, arbitrio iudicis relinquitur, qui excuſsis rationibus perſonarũ, loci temporis, cõditionis, &c. id ſequetur, quod & in ſto magis cõſentiat, & lenitati propenſius cõueniat. Ita Panormitanus Bartolus, *e* & Caietanus. Aduertendũ etiã, quod indicia duobus ſaltem teſtibus iure iurando præſtito communiri neceſſe eſt. Ita Bartolus. *f* Et ex indicijs, & coniecturis pręcipuis euidens probatio exiſtimari poteſt, nõ vt pœna inferatur, qua ingenti incommodo cõdẽnatus afficiatur, vt eſt ad perpetuũ carcerem damnatio, nec enim ſufficiũt ad pœnam ordinariã inferẽdã, etiã ſi ſint vrgẽtia iuxta quãdã Gloſsã *g* cõmuniter receptã.

c l. metum, ff. de dolo.
d Pan. in c. cũ contingat de reſcrip. n. 3. l. licet ff. de lega. 1. l. ſcias cũcti C. de probat.
e Panor. in c. cũ in contemplat. de regul. iur. Bar. in l. fin. ff. de quæſt. Caiet. 2. 2. q. 69.
f Bart. in d. l. fin.
g Gl. in c. fi. §. porro vt lite non cõteſt.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum propter infamiam poſsit quis puniri.

REſpondeo dicendo, quod infamia eſt exiſtimationis apud probos viros facta cõmaculatio, vel vt ait Panormitanus, *a* eſt communis locutio ex veriſimilibus coniecturis. Dixi (ex veriſimilibus) quia aliâs proprie nõ eſt fama, ſaltẽ quoad iuris effectũ, ſed ſunt vanæ voces populi, appellanturq; rumor, id eſt, particularis inſinuatio ex ſuſpicione ſola, & incerto autore exortus: vt autẽ ſit fama, requiritur, quod à pluribus diſſeminetur, non autem ſatis erũt duo, vel tres, vt optimẽ ſentiũt Gloſſa, *b* Doctores, & Bartolus. Et infamia erit vehemens, cum hi, qui eiuſmodi rei cognitionẽ habere poſſunt, id peruulgãt.

Exemplo hoc illuſtratur, ſi Epiſcopus cum clericis degens infamia laboret, eius probatio ex potiori illorum numero pendet, potiorem autem numerum intelligo omittendo pueros, & mulieres includendo graues viros, atque probos. Deinde id, quod infamiæ notam inducit non vnica tantum vice, ſed pluſquam trina neceſſe eſt, eueniat. Et nunquam infamia quis notatur, ſi ab inimicis, facinoroſiſq; hominibus id rumoris diſſeminetur, aut ab his, qui aliqua infamia, aut vilitate notantur, ſed viri deſiderantur graues quique lõgè à calũnijs abhorrere iudicẽtur. Quod inter regulares magno ſtudio eſt curãdũ, quorũ in eo cura omnis verſetur, vt probos viros, præclariſque moribus honeſtatos ſuis linguis peſsimis quoquo pacto obſcurẽt.

Pro cuius rei maiori explicatione ſciendũ eſt infamiã dupliciter cõſiderari. Quædam enim eſt iuris, alia facti. Prima quidẽ naſcitur ex facto: ſententiaque, de qua Iure *c* cauetur, & notatur per Innocentium, & is, qui tali labe aſpergitur, nulla eſt fide dignus, & hac infamiæ nota ſunt fratres, qui ex ſuæ profeſsionis gradu deiecti mancipati carceri voce actiua (vt aiunt) & paſsiua deſtituti ſunt, vel qui vt maledici, & detractores cõdemnati ſunt. Ita Hoſtiẽſis, *d* & eſt valde notabile, hi enim omnes ad teſtimonium ferendum, aut accuſandũ nullatenus idonei cenſentur. Cuius quidem ratio eſt, quod ſicut Imperator auferens alicui inſignia, aut in exilium mittens infamem eum reddit, vt traditur in Iure *e* multo id magis de ſupradictis intelligẽdũ eſt. Sũt etiam infames, qui periurij crimine iure fuerint condemnati, vt dicitur in Iure, *f* non ſi ſententia eſſet ab arbitro iuxta quandam Legẽ, *g* infamia autẽ facti ex quolibet crimine capitali contrahitur, vt decernunt Sacri Canones, *h* etſi perſeuerãt, ſine dubio â teſtimonio ferẽdo ſunt repellẽdi præter quam ſi emendentur. Ea dẽ quoque ratione repellitur, qui aliâs à teſtimonio repulſus vt qui criminoſus fuit vel apud bonos viros criminis labe, & infamia *i* maculatur. Quibus profecto etiam hi annumerandi ſunt, qui à religione, aut electi, aut ipſi ſua ſponte aufugerunt, quæ infamia duobus teſtibus debet probari, vt eruditè Gofredus, *K* & Ioannes Andreas ſecuti quandam Gloſſam aduerterunt. Ratum eſt autem, & conſtans, quod infamia vrgente, & inquiſitione inſtituta, ſi certi nihil reperitur, reus abſoluendus non eſt, niſi Canonica purgatione indicta. Æquũ eſt enim, vt is, qui prudentiæ luce abiecta, prauoque ordine progrediens exiſtimationi ſuæ labem intu-

a Panor. in c. veſtra nu. 12. de cohabitat. cler.
b Gloſſ. & DD. in c. in quiſitionis. & in c. cum oporteat de accuſa. Bar. in l. de minore. §. tormenta de quæſt.
e l. quid ergo §. ex cõpromiſſo & ſeqq. ff. de his, qui nota, infam. Innocẽ. in ca. qualiter, & quando de accuſ.
d Hoſt. in ſum. titu. de malef.
e Vt traditur ff. de his qui notantur infa.
f c. cum dilectus in fi. de ord. cognit.
g l. quid ergo ff. de his qui notan. infam.
h Ca. infamis 6. q. 1.
i c. teſtimonium de teſtibus.
K Gofre. & Andre. ex glo. in c. Inſitionis §. quæſiuiſti de accuſ.

lit eiusdē decorē ad aliorum offensionem tolerandam purgatione susceptā restituere cogatur, quemadmodum habetur in titulo de purgatione canonica, quæ quidem non solum ex infamia potest constitui, verum etiam cùm graue offendiculum, vehemensque suspicio fuerit suo vitio orta.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Generales, & Prouinciales possint punire delinquētem monachū sine cōsilio patrum Prouinciæ,

RESpondeo dicēdo, quod ad resolutionem propositæ quæstionis in dagandam videre oportet, quid sacri canones circa hoc Episcopis cōcedant in punitione clericorum delinquentiū. Et aduertendum, quod cōceditur Episcopis amplissima potestas & iurisdictio visitandi, corrigendi, & emendandi clericos omnes suæ diœcesis, etiam capitulares Cathedralium, & omnium Ecclesiarum non obstantibus exemptionibus, consuetudinibus, sententijs iuramento munitis, & concordijs in contrarium, ita decernitur in Concilio Tridentino. *a* Procuius rei explicatione oportet præmittere in Concilio Carthaginensi *b* quarto diffiniri, quod nullus Episcopus vllam causam audiat sine suorum clericorum præsentia, alioquin sententia sit irrita, & quanuis illud Concilium fuerit Prouinciale, ferè id ipsum fuit stabilitum in quadam Decretali, *c* nempe quod Episcopus minimè sententiam interdicti proferat, vel clericos suspendat sine iudicio capituli, quo loco Glossa *d* cōsensum capituli exposcit allegans in suam sententiam quandam Decretalem. *e* Quod confirmatur â congestis â Felino. Quæ opinio seruāda est, quando de re graui, & seuera pæna imponenda tractatur, prout tradunt Ioannes Andreas *f* Antonius de Butrio, Dominicus, & Oldradus. Vnde veteres Canones *g* solum considerantes, & præcipiētes Consilium Capituli in supplicio clericis inferendo loquuntur in leuibus criminibus, in his enim Consilium Capituli ab Episcopis tātum requirendū est. Itaque vt colligitur ex Doctoribus communiter, prout tradit Salzedo, *h* est, quod considerata criminum qualitate iure requirentia consilium de consensu sunt intelligenda, si ardua, & grauia sunt, si verò causa leuis, & parui momenti fuerit, vel non ad modum grauis, sufficit consilium absque consensu requiri, & sic iudices in eo casu, quo tenentur petere consiliū, non tenentur ipsum sequi: at casu, quo tenentur petere consensum, ipsum vtique tenētur sequi, prout iā diximus latè in primo Tom. *i* Et ita Bonifacius Nonus cōcessit *ministro generali ordinis Prædicatorū, vt ipse, & alij præsidētes dicti ordinis in correctionibus fratrum eiusdem ordinis iuris ordine postposito secundum cōsuetudines approbatas, & instituta ordinis antedicti procedere, libere, & licite possint, & valeāt.* Ita habetur in supplemēto Ordinis. *k* In qua concessione quantum ad nostrū propositum notanda sunt illa verba *secundum consuetudines approbatas*, consuetudo enim approbata est in religionibus, vt nulla res grauis definiatur sine consilio adminus eorum, qui in causis regularium sunt versati. Et Pius V. *l* Anno Domini millesimo, quingentesimo sexagesimo sexto statuit, vt non capitulo expectato per solum Priorem Generalem fratrum damnatio, & ad triremes relegatio possit fieri perpetuò, vel ad tempus, dummodo hæc omnia faciat de consilio Seniorum, quæ iuxta supradictam distinctionem sunt accipenda.

i 1.to.q.20. de Apostat. & excusa religion.

k In supplemen.fo.120 concess.545.

l Habet. in compē. D. Hieron.tit. condēnare.

ARTICLS VIII.

Contigit, quod generalis, aut Cōmissarius generalis delegat aliquā causam alicui patri, qui procedens auctoritate sibi commissa profert in illa causa sententiā euidenter iniustam, & vult illam exequi, procuius executione facit mandatū prouinciali rei delinquentis, aut eius guardiano, vt dictam sententiā exequatur, prouincialis autem, & guardianus videntes sententiam iniquam denegant velle illā exequi, quæritur quid iuris.

Respon-

a Tri sess. 6. c. 4. de refor. b ca. nullus Episc. n. q 7 c. 1. de excess. prælat. c Gl. in d. c. 1 e c. quæsiui de his, quę fiunt a mai. part. Feli. in c. irrefragabili co. 2. de offi. ord. f Andr. But. Abb & Dominicus in c. 1. de hæreti. lib. 6. Oldra cōs. 241 g c. 3. de cōsuet. li. 6 ca. nouit. & c. quando de his, quæsiū. a Præl. gl. in vers. per capitulū in d. c. irrefragabili. h Salzed. in pra. crim. c. 3 p. g. 9. colu. 2.

REspõdeo dicẽdo, quod Marãta *a* in simili casu rẽ istam disputat, & pro vtraq; parte varia argumẽta, & rationes proponit. Et pro resolutione multipliciter casum distinguit, sed breuitatis causa procedẽdo prout in religiosorũ causis solet cõtingere est notãdũ, quod si delegatus procedit iudicialiter secũdum cõmissionẽ, quę in causis regulariũ datur, tũc procedẽdo in forma iudicij, & vult exequi si executio est reparabilis, quia potest per appellationem reuocari. V.g. si sumus in causa ciuili, vel alia executione pecuniaria, aut priuatione officij, aut dignitatis, & tunc aut sententia fuit lata contra legem, & statuta religionis, & sic est euidenter iniusta, vel est aliter ipso iure nulla.

Nam quãdo sententia est iniusta notorie, & contra legem, dicitur continere nullitatẽ, vt habetur per Abbatẽ, *b* & Felinũ, & isto casu possunt Prouincialis, & Guardianus resistere ipsi delegato volẽti procedere, quia cẽsetur de facto procedere non de iure cũ sententia nulla nõ mereatur de iure executionem, vt tenet Dynus, *c* quẽ sequitur Bartolus, vbi ait, quod nihil addit ad ea, quæ ibi dixit Dynus. Aut sententia est nulla cõtra ius litigatoris, ex qua iniustitia nõ potest oriri nullitas, quia valet, sed est iniusta, & tunc si transit in rem iudicatam, vel non fuit ab ea appellatum, debet mandari executioni, & non potest aliquo modo resisti, & imputatur ei, qui non appellauit. Ita secundum Abbatem ibi diffinitur in quadam Decretali. *d* Vbi est casus, quod delegatus potest mandare Ordinario, vt suam sententiã exequatur, & tenetur illam exequi ordinarius, etiã si sciat illam esse iniustam, & id ipsum probatur in alia Decretali, *e* vbi delegatus Papæ potest mãdare ordinario, vt exequatur, & potest ipse delegatus resistẽtem compellere per censuram Ecclesiasticam. Et ita procedũt omnia iura, quæ dicunt esse obediendum præcepto superioris, siue iusto, siue iniusto, dummodo non sit ipso iure nullum, vel non contineat notoriam iniustitiam. Fateor tamen, quod si sententia nondum transisset in rem iudicatam, & delegatus committeret ordinario sententiam exequendam, posset ordinarius sciens eam iniustam, instare apud delegatum precibus, vt eam non exequatur, sed principi rescribat secundum terminum cuiusdam Decretalis, *f* vbi Innocentius, & Abbas.

Aut dubium est, an sententia sit iusta, an iniusta, & tunc obediendum est iudici, cuius autoritati in hoc non potest resisti, quia habet præsumptionem pro se. Ita Dynus. *g* Si verò â tali sententia fuerit appellatum, tunc pendente appellatione non potest iudex à quo exequi, & si exequeretur, posset impune sibi resisti iuxta vulgaria iura *h* & tenent Innocentius Abbas, & Felinus. Et ratio est, quia post appellationem iudex â quo efficitur incompetens, ex quo negotium deuoluitur ad superiorem, & sibi tanquam incompetenti impune non paratur iuxta alia vulgaria etiam iura, *i* & ita tenent Baldus, & Oldradus, quod habet locum in religionibus, vbi appellatio habet effectum suspensiuum.

Supradicta autẽ sunt tenenda, nam licet per delegationem censeatur ablata iurisdictio ordinario, vt non possit procedere in illa causa alteri commissa, non tamen censetur abdicata potestas ordinario, vt non possit defendere subditum à violẽtia sibi inferẽda â priuato, prout tradit Felinus. K iuridicè fundatus, nã supposito casu, quo possit resisti delegato, remanet delegatus, vt priuatus, non vt iudex, & sic merito sibi vt priuato resistetur per modum cuiusdã defensionis, quia contra ius exequitur delegatus, quod non censetur sibi mandatũ per Principem, imô potius contrarium, vt in Iure *l* probatur, sicut in simili videmus. Nam quando aliquis Laicus iniustè opprimitur ab aliqua persona Ecclesiastica, potest implorare auxilium iudicis sæcularis, vt per modum cuiusdam defensionis sibi assistat citando per edictum personam Ecclesiasticam, si sua putauerit interesse, & sic poterit restituere Laicum contra personam Ecclesiasticam in possessionẽ, qua fuerat spoliatus, non obstante quod illa persona Ecclesiastica non sit sibi subiecta, vt plenè habetur per Matthæũ *m* de Afflictis. Nec dicendũ est absolute, quod autoritas iudicis facit licitũ, nã hoc procedit solũ, quãdo interponitur secũdũ ius, & iuris ordine seruato, aliâs nihil operatur autoritas iudicis secundũ Abbatẽ. *n* Neque etiã obstat, quod proditum est generale remediũ appellationis, & ita etiam si sit sententia notoriè nulla & iniusta, nõ potest ordinarius resistere in facie delegati volentis exequi eã, cũ positvti remedio appellationis,

a Marã. post trac. de ord. iudic. disputa. 1.

b Abb. & Feli. in c. inter cætera de re iud.

c Dynus in c. quod quis de regu. iur. li. 6 Bart. in l. vt vim. colum. 7. ff. de iust. & iure.

d ca. pastor. §. quia vero de offic. de leg.

e significat in fin. de offi. deleg.

f c. si quando de rescr. vbi Inno. & Abb. col. 2. in fi.

g Dyn. in d. c. quod quis

h l. quõniã Iudices C. de appel. Inno. Abb. & Fel. in ca. si quando de offi. deleg. i l. 1. ff. de iurisdic. omn iud. ca. 2. de constit. li. 6 Bal. in l. ad dictos C. de Episcop. audient. Oldr. cons. 20. K Feli. in c. quantæ de sent. excõ. l. illicitas ff. de ol. præsi

l c. cũ æterni de reiud. lib. 6.

m Afflict. decis. 2 & 24. cõs. Neapolit.

n Abb. in c. cõsultatio. co. 2. de iure patron.

nã hoc remediũ inuentũ eſt ad reparandũ grauamen illatũ per iudicem, vt iudicẽ, ſe cus ſi iudex procedit, vt priuatus extra officiũ ſibi cõmiſſum, vel exequendo ſententiam nullam, vel notoriè iniuſtã, vel poſt appellationem, quia tunc per modũ defenſionis ſibi reſiſtitur, ſicut cuilibet priuato.

QVÆSTIO *XXII.*

De correctione fratrũ quantum ad arbitrariam pœnã, & ad pœnam carceris ipſis imponẽdam prodelictis in ſeptem articulos diuiſa.

Circa quã quæſtionẽ ſeptẽ quærũtur.

1 *Vtrum pœna arbitraria poſſit extẽdi vſque ad pœnam mortis*

2 *Vtrum prælati debeant eſſe faciles ad incarcerandum.*

3 *Vtrum ad incarcerandum monachos delinquentes fugientes poſſit à prælatis regularibus inuocari auxilium ſæculare,*

4 *Vtrum religioſi poſſint ad carcerem perpetuum damnari.*

5 *Vtrũ cõdẽnatio alicuius ad perpetuũ carcerẽ cũ aſſignatione quatuor vnciarũ panis pro cibo, & totidẽ aquæ pro potu ſingulis diebus ſit condẽnatio ad vltimũ ſupplicium, ita vt ſi ſic condemnatus moriatur cẽſendus ſit condemnans irregularis.*

6 *Vtrum religioſus legitime ad carcerem perpetuam a ſuo ſuperiore damnatus, & in eo incluſus poſſit abſque peccato fugere.*

7 *Vtrum detruſio in monaſterio ſit magna pœna, & fratribus pro delictis ſit imponenda.*

ARTICVLVS. I.

Vtrum pœna arbitraria poſſit extendi vſque ad pœnam mortis.

REſpõdeo dicẽdo, quod in multis delictis nõ corrreſpondet in iure pœna ſignata, & ordinaria, ſed pœna quædã arbitraria, quæ poteſt extẽdi vſq; ad pœnã mortis incluſiue, prout doctẽ ſuo more tradit Maranta, *a* qui hanc quęſtionẽ tractãs duas opiniones refert cõtrarias, primã affirmatiuã, ſecũdã negatiuã & vtriuſque opinionis argumẽta proponit, putãs vtrãq; probabilẽ, vtrãque defendit, ſed vt ex eius mẽte colligere, magis ſe videtur inclinare in partẽ negatiuã ſecũdũ doctrinã Bal. *b* dicẽtis, q̃ iudex in arbitrarijs debet eligere mitiorẽ pœnã, & certẽ hęc opinio tãquã benignior eſt amplectẽda iuxta ea, quę in Iure *c* notãtur, p̃cipue in foro eccleſiaſtico, aut regulari, vbi pœnę ſãguinis, & mortis correſpõdet pœna expulſionis à religione, & alię pœnę ſimiles. Et ſic licet in his tribunalibus nemo poſſit cõdẽnari ad pœnã mortis, poteſt tñ cõdẽnari ad pœnas grauiſſimas ſcilicet degradationis, depoſitionis realis, aut verbalis, & deiectionis ab ordine, & ſpoliationis habit⁹ regularis. In quibus tribunalib⁹ ſẽper iudices debẽt in pœnas mitiores inclinari, quãdo eorũ arbitrio cõmittũtur. Quod tñ eſt limitãdũ, dũmodo delictũ nõ ſit ita graue attẽtis circũſtãtijs, quod mereatur grauiſſimã pœnã exẽplũ eſt in religioſo, qui dedit alapã in medio ciuitatis guardiano ſuo, aut vicario cõuẽtus, aut prouincię diffinitori, quę iniuria attẽta circũſtãtia reſpectu qualitatis perſonę lęſæ cenſetur atrociſſima. In hoc enim caſu iudex poteſt imponere pœnã eiectionis ab ordine, ſicut iudex ſæcularis poteſt imponere pœnã mortis dicti alapã, officiali publico, *d* put tradũt Bald. & Ioãn. de Anan. & Felin. Et ita debet intelligi dictũ Baldi *e* dicẽtis, q̃ poteſt p̃cedere ad ſupplicium hoc ſi hoc deſiderat criminis magnitudo, & ita intelligit Maran. At Foler. in additionib⁹ ait, q̃ dictũ Baldi hodie nõ p̃cedit, nã etiã ſi intuitu officij in quãtũ ipſũ exercet impinguatur illi alapa, nõ debet cõdẽnari re⁹ vſq; ad pœnã mortis incluſiuẽ, ſed ratione circũſtãtię pœna duplicata. Vnde videtur q̃ ratione huiuſmodi iniuriæ nõ p̃ot monachus habitu priuari. Aduerte tamẽ, quod quãdo in ſimilibus delictis eſſet cõſuetudo, aut lex, quod nõ imponatur priuationis habitus, ſed minor pœna, tunc iudex nõ poteſt imponere pœnã priuationis habitus, ſed tenetur ſequi pœnã cõſuetã, & lege taxatã, & tũc ceſſat arbitraria, vt ſũt iura ſin-

a Maran. de ordi. iudi. 2. par. 4. par. prineipal n. 59. cũ ſeqq.

b Bald. in l. quicumque col. 4. C. de ſeruis fugiti.

c l. preſes & in l. de interpretat. ff. de pœnis.

d Bald. in c. 1. §. iniuria in princ. de pace iuram. firm. Anan. in c. Inquiſitio. in fi. de accuſ. Fel. in c. ex literis, col. penúlt. verſi. prima declaratio de conſtit.

e Bal in l. 1. in fin. C. de his, qui latroci. Marã. vbi ſu. n. 71.

ra ſingularia, vbi notãt Doctores, & tenẽt Baldus, *f* Felinus, & Abbas, quod ſi iudex excedat pœnam ſolitam, dicitur grauare partem, & poteſt appellare, & tenetur in ſyndicatu. Quod confirmatur ex dicto Baldi *b* aſſerentis, quod quoties ſtylus infringitur, non valet, quod agitur.

f Bald. in l. quicunque col. 4. verſ. ſcias tamen de ſeruis fugi. Feli. in c. de cauſis col. 1. de offi. deleg.

g Abb. in c. Inquiſitio. colu. fin. de accuſat.

h Bald. in l. de quibus. 7. col. verſ. item quæritur ff. delegib.

ARTICVLVS II.

Vtrum prælati debeãt eſſe faciles ad incarcerandum,

REſpõdeo dicẽdo, quod multi regulares prælati carceris pœnã pro criminis punitione irrogãt, prout annotauit Bernardus Diaz de Lugo, quã vtique praxim lubẽs approbarẽ, niſi ex ea facilitas ad reos incarcerãdũ oriretur. Ex quo etiã id deterius contingere ſolet, vt ex quibuſvis probationibus prælati ducti detentionẽ in carceribus in pœnã delicti temerè irrogent, quæ vtiq; pœna nõ minima eſt.

Et ſic ipſos prælatos admoneo, ne facilè, ac temere monachos capere, & in carcerẽ, & in vincula mittere iubeant, nõ enim ipſa captura debet fieri ſine proceſſu, ſaltem informatiuo iuxta tradita a Bernardo *b* Diaz de Lugo, & Rodericũ Suarez, Boſſiũ, & Antoniũ Gomez. Caueant igitur, ne ſeueritatis gloriam affectãtes ad reorũ captura illico prorũpant, quia captura eſt iniuria irreparabilis, vt docent Iaſon, *c* & Suarez. Et quia plerũque cõtingere ſolet, quod incarcerando monachos ſola delicti ſuſpicione, aut præſumptione, aut etiam ſemiplena probatione præcedẽti innocentes, & ſine culpa aliqua poſtea reperiũtur, & etiam ſi prælatorum ſententia abſoluatur à carceribus, & delicti pœna liberentur iniuria, ſeu infamia, qua captura ipſa contrahitur, nequaquam deletur in totũ. Vnde mea ſententia eſt, quod vbi delinquentis monachis fuga nõ timetur, neq; vllatenus ſuſpicatur, niſi plena delicti probatione præcedenti ad aliquem monachũ incarcerandum minimè procedant, ſi verò timetur, in domo diſciplinæ ſecure detineatur. Quod comprobari videtur ex Concilio Tridentino, *d* vbi in criminalibus, ex incõtinentia procedentibus, & alijs atrocibus, vbi fuga timetur, ne iudicium eludatur, poteſt Epiſcopus facta ſummaria informatione ad capturam procedere, ſecus autem videtur fuga ceſſante.

b Lugo vbi ſu. c. 114. & 116. Suar. de fideiuſ. dãd. in cauſ. cri. verſ. præterea eſt Boſſi. de capit. in prin. Ant. Gom. lib. 3. variar. c. 9. de captur. reorum

c Iaſ. in l. ſi ſe non obtulerit nu. 24. de re iudic. Suar. in l. 2. tit. delos gouiernos, q. 4. colu. 1.

d Trid. ſeſſ. 6. c. 25. circa mediũ de reform.

Ex quibus infertur, quod diſcreti iudices non debẽt eſſe faciles ad capturam. Vnde ſi delinquentẽ iniuſtè in carcerẽ, & in vincula coniecerint, vltra reatũ peccati, quod cõmittũt, damnũ, & iniuriã incarcerato cõpenſare tenentur, vt aſſerit Nauarrus *e* allegando ad hoc aliqua iura, & vltra ſupradictas pœnas nõ liberi erũt â ſentẽtia Canonis, *Siquis ſuadẽte*, prout facile colligi poteſt ex Doctoribus, *f* ex Nauarro, præſertim in leuibus delictis, vbi neq; fuga timetur, & corporalis pœna imponenda nõ eſt. Et ſic ſunt maximè condẽnandi prælati, & alij iudices, qui facili negotio ad capturam monachorum procedentes faciunt, vt ipſi rei miſeri inquiſiti, vt & citius poſſint â carcere, & vinculis liberari, delicta, quæ fortè nunquam cõmiſerunt, confiteantur perpetraſſe in maximũ famę improperiũ, & diſpendium, qui nimia aſperitate, & diuturna carceris detentione eos ita premũt, vt quaſi inuitos ad id confitendum inducant, cum adhuc ipſi Diabolo ſi adeſſet in iudicio, non eſſet neganda defenſio, vt Rota *g* in multis deciſionibus notat.

e Na. in manu. c. 15. li. 1. c. de priuat. carceris c. ſane. 24. q. 5. verſ. fin.

f DD. in cap. ſi clericos de ſent. excom. lib. 6. Nau. ca. 27. n. 85.

ARTICVLVS. III.

Vtrum ad incarcerandum monachos delinquentes fugientes poſſit inuocari auxilium ſæculare.

g Rota in nouis deciſ. 364. n. 3. & deciſ. 201. de procur.

REſpondeo dicẽdo, quod ſæpe priuilegium conceditur Epiſcopis, vt ad executionem alicuius rei grauis illis commiſſæ poſſint inuocare auxiliũ ſæculare, quod ſæculares iudices difficillimè, & ægrè ferunt officiũ ſuum poſtulatũ impartiri, quod tamen ad ipſorum petitionẽ omnino præſtare tenentur, prout latè diximus in primo tomo *a* quęſtione octaua.

a 1. tom. qq. Regul. q. 8. art. 14.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum religioſi poſſint ad carcerem perpetuum damnari.

REſpõdeo dicẽdo, quod hæc perpetua carceris pœna capitalis eſt ſecũdũ Bal. *a* quẽ refert Felinus quæ de iure Ciuili in pœnam irrogari non poteſt niſi ſeruo, vt allegando multa tradit Menochius, *b* ex iure tamen Pontificio ſecus eſt, & licèt Iulius Clarus *c* dicat; quod

a Bald. in l. reos in prin. ci. colu. 1. de accuſ. Feli. in ca qualiter & quando el. 2. §. ad corrigẽdos col. 4. de accuſ.

b Meno. de iudicibus arbit. q. 89.

c Clarus in prac. q. 7. n. 4.

Laicus ad perpetuũ carcerẽ condẽnari nó poteſt quãdo Laicus propter delictũ eſſe ctus eſt de Iure Eccleſiaſtico: ipſum tamẽ

d Aual. in dirẽct. iudic. c. 3. p. n. 7. Diaz in pract. c. 129. n. 4.

improbat Aualos *d* dicens, quod loquitur ne ratione, & ipſum tenet Bernardus Diaz de Lugo, inquit enim, non video, ſi pœna perpetui carceris ſit condigna delicto, quare Laico nó irrogabitur, cum clericus illo dignior eam ſubire teneatur. Et aduerte, quod ſi pęna carceris perpetui ab Eccleſia ſticis iudicibus imponatur, vbi delictorũ grauiũ exigit cuſtodia, tali pęna perpetua loge leuius cẽſerẽtur punita Laicorũ delicta naturali morte, quã clericorum perpetuo carcere. Nã (vt Cardinalis *e* ſcribit) lõgè minore pęna eſt ſtatim mori, quã diu affligi ſine ſalutis ſpe. Sed in religionibus hæc non militãt, ſunt enim in his carceres cõmuniter loquẽdo nõ ita rigoroſi, & religioſi cuſtodes ita charitatiui nimia inordinata charitate æſtuãtes prauo zelo iuſtitiæ inflãmati ipſis omnia neceſſaria ſuppeditãt ita, vt videãtur cõſtitui magis in cuſtodia delicijs affluẽti, quã in carcere pęnoſo, & rigoroſo, magis in domo cõuerſationis cũ alijs religioſis à cuſtodibus introductis, quã in domo pœnitentię, & orationis. Vnde licet Innocẽtius *f* ęquiparet pœnam carceris perpetui pœnę dãnationis in metallũ Iuris Ciuilis, & ſic ſecũdũ eũ videtur imponenda in caſibus, quibus Iure Ciuili quis punitur tali pœna. In religionibus tamen cũ carceres ſint nõ immanes, & cuſtodes charitatiui fratres, hęc locũ minimẽ habere exiſtimo, & ſic credo, quod religioſi committentes delictum, cui in ſæculo correſpõdet pœna damnationis in metallum, aut pœna mortis poſſunt carceri perpetuo mancipari, & ſic intelligitur, quod Philippus Decius *g* concludit loquendo de clericis ex ſententia Aretini, *h* quod quamuis pœna mortis imponatur de Iure Ciuili, nõ tamẽ debet imponi Iure Canonico, pœna perpetui carceris exceptis caſibus, in quibus expreſſe cauetur de pœna carceris, vt in quibuſdam Decretalibus, continetur.

c Card. in c. cũ non ab homi. de iudi.

f Inno. in c. qualiter el 2. de accuſa. col. pen.

g Dec. in c. cum nõ ab homine de iudi. col. 6.

h Aret. in c. clerici de exceſ. prælat. i. c. pen. & fi. de hæret

ARTICVLS V.

Vtrũ cõdẽnatio alicuius ad perpetuũ carcerẽ cũ aſſignatione quatuor vnciarũ panis pro cibo, & totidẽ aquæ pro potu ſingulis diebus, ſit condemnatio ad vltimũ ſupplicium, ita, vt ſic condemnatus moriatur, cenſendus ſit condemnans irregularis.

REſpõdeo dicendo, quod hęc quæſtio nõ videtur Iuris Cõſulti, ſed medici, vel alterius experti iudicare an poſsit quis viuere diu pane quatuor vnciarũ, & aqua totidẽ, iuxta illud, quod medicorum propriũ eſt, permittãt medici, tractẽt fabri lia fabri, relatũ â D. Hieronymo in prologo Bibliorũ, & ſuppoſito, quod poſsit dãnatus ad carcerẽ perpetuũ vitã agere lõgã prædicto ſolo cibo, & potu vtẽdo ſaltẽ attẽta cõditione ſuę perſonę, vt Paulus Eremita, & alij multi patres referũtur vixiſſe, certũ eſt taxationẽ eius, & dãnationẽ ad talẽ vitã agendã nõ eſſe vltimũ ſupplium, neq; propriẽ, neq; largè argumẽto cuiuſdã Legis. *a* Et licet huiuſmodi victus non ſit ſufficiẽs ad ſuſtentandũ diu dãnatũ, taxationẽ illã minimẽ reputãdã eſſe ſentio vltimũ ſuppliciũ. Verũ tamẽ eſt, quod dãnare aliquẽ, vt nihil plus in die edat, & bibat eſt in effectu dãnare illũ vltimo ſupplicio, & ad vltimũ ſupplicium, quia nihil refert, quid de æquipollentibus fiat iuxta Leges, *b* & ſacros Canones, & tenet Panormitanus communiter receptus dicens. Aduerte tamen, quod vbi quis facit aliqua delicta ita quod debita pœnitẽtia ſit imponẽda non tamẽ per hoc tantũ debet vita attenuari, quod veroſimiliter citius moriatur. Vnde notat Ioannes de Lignano, quod carcer iſtis deputãdus nõ debet eſſe nimis arctus, vt certe inter paucos dies ſimiliter moriatur. Vnde tales officiales ſic in dicto carcere includentes efficiũtur irregulares morte ſecuta, & pro hoc vide Decretalẽ *c* ſingularẽ ibi. *Quod eſt pane doloris, & aqua angustiæ ſuſtẽtãdus.* Vbi notandum eſt verbum (*ſuſtentãdus*) non enim dicit, illico cõſumendus eſt. Item dicit ibi, quod mors debet eſſe ſolatium, vita tormentũ, & vult, quod viuat, & vitam ducat in iugi pœnitentia. Vnde ait, caueant ſibi prælati noſtri temporis, qui aliquando ponunt incauea, & neceſſaria ſubtrahũt, adeo quod mors eſt veriſimiliter cito conſecuta, ſiuè ſubſecuta. Hæc ibi. Quibus concordat Decius *d* in ea Decretali ſic ſcribens. Poſtremo notãdum, quod Abbas dicit circa pœnitentiam, quæ taliter imponi debet,

a L. qui vltimo ſupplicio ff. de pœnis.

b L. fi. ff. mãdat. ca. licet ex quadãde teſt. Pan. in c. cum nouad homine n. 31. de iud.

c c. Nouimus de verbor. ſign.

d Dec. in d. c. nouimus.

ne-

ne quis veroſimiliter in breui moriatur, vel quoad qualitatem carceris, vel quoad vitæ neceſſaria, aliâs ſecuta morte Prælatus erit irregularis. Et concordat Alciatus, e & ante eos Felinus in hæc verba. *Circa pœnã eorum, qui iniungunt carcerem mortalem, ponit ſic Abbas, ego vero allego Baldum in lege de pecoribus. in fine ff. ad legem Aquiliam, vbi cõſulit, quod ſi quis moriatur in carcere, Epiſcopus non ſit irregularis, quia eius actus non eſt immediate cauſa mortis, niſi poſuiſſet in loco arcto, qui careret ſufficiẽti aere, vel ex paucitate cibi conſumptus periret,* & ad hoc allegat quandam legem, f vbi necare dicitur, qui non aluit, & quendam Canonem g dicentem, Paſce fame eſurientem, ſi non pauiſtis, occidiſti, & in confirmationem allego Ioannem Andream h dicentem. *Caueãt multi Prælati, quia carceratis vita relinquitur, licet cum miſeria, & ideo ſi moriantur ex nimia miſeria, incurritur irregularitas,* & ſequitur ibi Anania, i & tradit Segura de Aualos. Nec ignorãtia eos in hac parte excuſat, eſt enim ignorantia eius, quod oportuit per eos ſciri, quæ non excuſat, vt prædicant iura, k quanuis excuſare poſsit iudicium Medicorum dicentium dictum victum ſufficere ad ipſius incarcerati diuturnam ſuſtentationem.

e Alciat. in d. ca. nouimus & Fel.

f l. necare. ff. de liber. agnoſcend.

g c. paſce fame eſurientem. 86. di.

h And. inc. 1. de Apoſt.

i Anan. inc. qualiter 3. col. de accuſa. Aual. in direct. iudi. Eccleſ. c. 13. 2. p. n. 7.

k 1. q. 4. §. notãdũ ca. ignorantia, de reg. iur. lib. 6.

ARTICVLVS VI.

An religioſus legitime ad carcerem perpetuum á ſuo ſuperiore damnatus, & in eo incluſus poſsit abſque peccato fugere.

REſpõdeo dicẽdo, quod laicus, & clericus ſecularis licite fugere poſsũt â carcere nulla violentia cuſtodibus facta, etiam ante quam eis illa pœna ſtatuatur per ſententiam, prout reſoluit Caietanus a tenens, quod in carcerem iuſte coniectus poteſt fugere, licet inde aliquid damni per accidens cuſtodibus euentum ſit, modo eis non inferatur vis. Et idem Caietanus b cõcludit poſſe fugere etiam rumpendo vincula limando compedes, & effringẽdo carcerem. Ait inſuper idem Caietanus, c poſſe â vinculis liberos, modo non ſint cuſtodes, vt publicæ iuſtitiæ officiales adiuuare coniectos in carceres ad fugiendum etiam præbendo inſtrumenta in id conuenientia. Attamen religioſus â ſuo Prælato in carcerem ſui monaſterij cõiectus non poteſt licite fugere ab eo etiam ante condemnationem, tum quia non poteſt exire iuſte â monaſterio ſine iuſta licentia, tum quia tenetur manere in ea parte monaſterij, in qua eum Prælatus iuſte præceperit manere argumento ſacrorum Canonum, d & ſic à fortiori tenetur religioſus legitime à ſuo Prælato ad carcerem perpetuum damnatus in foro conſcientiæ ſubire iſtam pœnam. Nam licet nemo teneatur in foro cõſcientiæ ad ſoluendam, vel ſubeundam pœnam, quæ excedit intereſſe antequam condemneturiuxta quandam Gloſſam, e communiter receptam, poſt condemnationem tamen tenetur ſecundum Diuum Thomam, f communiter receptum, non ſolum quando condemnatur ad dandum, ſed etiam quando condemnatur ad patiendũ, vt videtur ibi ſentire Caietanus, g dum ponit exempla de pœnis mortis, mutilationis, &c. Ad quas aiunt delinquentes non teneri donec condemnatur ſignificando teneri poſt condemnationem. Et ita vterque ſentit teneri damnatum in foro conſcientiæ ad patiendam mortem, carcerem, exilium, & conſequenter à fortiori tenetur iſte regularis ratione iſta, & propter votum obedientiæ ab eo emiſſum, propter quod tenetur ſuo Prælato obedire ſecundum regulam præcipienti, & ſic dictus religioſus obligatur coram Deo, ſiue in cõſcientia, ſi fugit â carcere perpetuo iterum in ipſum redire, niſi Papa, aut eius generalis aliquo iuſto remedio illi ſubuenerint. Verum tamen eſt, quod non eſt excõmunicatus eo ſolo, quod ſine habitu ſui ordinis venit, & incedit, quia per eandem ſententiam, qua fuit damnatus ad carcerem perpetuum, ſiue etiam denudãtus habitu ordinis, & iuſſus indui, & indutus clericali, aut ſæculari tunica, per eandem poteſt ſine habitu incedere, & non tenetur, neque

a Cai. 2 2. q. 69. a. 4. ad. 1

b Caiet. vbi ſu. in reſpo. ad 3. & 4.

c Caiet ibi in reſp. ad 5

d c. quorundam. c. ſi religioſus de elect. lib. 6.

e Glo in c. fraternitas. 12. q. 2.

f D. Tho. 2 2. q. 62 ar 3.

g Caiet ſuper D. Th. in d. ar. 3.

iustè potest illum deferre, cũ teneatur etiã pati pœnam illam damnationis habitus religiosi, & delationis alterius habitus.

Dixi in titulo quæstionis (legitimè ad carcerem perpetuum damnatus) quia secus est si illegitimè sit damnatus, pœna enim iniusta illata non est in foro conscientiæ subeunda, vt colligitur ex Innocentio, *h* ab omnibus recepto per pulchram rationem Diui Thomæ, *i* nisi ad id scandalum aliquod magnum, quod ex non paritione sequeretur, damnatum adigeret, vt Diuus Thomas adiunxit, & rectè quidem argumento aliquorum Canonum, *k* & tradit Nauarrus *l* addens, quod idem erit dicendum, cum pœna est quidem iusta, sed executio iniusta, vt cum quis iustè damnatur ad carcerem perpetuum vel temporarium, sed custos carceris suo proprio motu, vel alterius iussu iniustè illi subtrahit cibum, vestitum, velignem, vel locum necessarium ad vitæ sustentationem, vt qui nuper (ait Nauarrus) cuidam regulari solas quinas panis cum aqua in dies singulos ministrabat, & qui alij media hyeme in loco frigidissimo solam tunicam permittebat nocte, ac die ignem denegans, & qui in loco subterraneo humidissimo absque stragulo humi dormire cogebat, & qui alia similia parũ religiosè, & Christianè; & multum crudeliter faciunt, ex quibus probabiliter creditur mortem consecuturam, qui & consulentes, & mandantes eis non solũ peccant mortaliter, & incidunt in irregularitatem, si mors inde sequatur secundum Panormitanum *m* communiter receptum, sed etiam nomen cuiusdam inclementiæ, & crudelitatis sibi faciunt iuxta ea, quæ de clementia, & crudelitate tradit *D.* Thomas, *n* & vide etiam circa supradicta Salzedo. *o*

h Inno. inc. quia plerique de immunita. Ecclesiast.

i D.Th.2.2 q.62.art.3.

k c. scandalo de.

l Nau. in c. statuimus, 19.q.3.n.64

m Panor. in c. nõ ab homine. n.31. de iudi.

n D.Th.2.2 q.157. & q. 158.

o Salzed. in pract. crim. Canon cap. 137.v.pæna perpetuicarceris pa.455

ARTICVLVS VII.

Vtrum detrusio in monasteriũ sit magna pœna, & fratribus pro delictis sit imponenda.

REspondeo dicendo, quod detentio, & detrusio in monasterium magna pœna putatur, & quando datur, & imponitur alicui clerico ratione grauis criminis applicatur, vt per Bartolum, *a* Salicetum, & Guidonem Papam.

Pro quorum explicatione aduertit Petrus Gregorius, *b* quod potissima Ecclesiasticarum personarum habentiũ iurisdictionem cura in eo versatur, vt omnibus modis, quibus fieri possit, intendant delinquẽtes à scelere reuocare. & pertinaces seu cõtumaces in iter, à quo aberrauerunt, reducere, mortemq; naturalem nunquam infligunt, expectantes aliquando resipiscant. Proinde monasteriorum, & carcerum perpetuorum pœnam adinuenerunt, vel vsurparunt expectantes, si has inter moras viuendi inclusos peccasse pœniteret, referũt eos ad monasteria solitaria semota ab omni hominum sæcularium societate, & ab his, quæ mentem à Dei contemplatione auocare possunt, vt in quodam Canone *c* notatur, sicut & monachi nomen solitarium, triste ve significat, in alio Canone notatur. *d* Nam vitæ austeritas, quæ olim in monasterijs esse solebat, facile ibi addictos retrahere poterat ad vitam meliorem, propter quod regulare olim erat, vt *Episcopus* assignaret clerico, quem deposuisset monasterium, vbi sua peccata lugeret, & amplius delinquendi summoueretur occasio: solebantque vel in quinquennium, vel septennium ibi recludi, vt patet ex iure, *e* iure quoque ciuili hæc pœna inclusionis monasterij recepta est, vt ex pœna adulteræ constat in quadam Authentica. *f* Ex quibus patet, quod hæc non efficiebant nisi delicto aliquo graui, vt ex iuribus allegatis satis patet: licet tamen hæc quod sæculares locum habeant, quoad regulares tamen non ita procedunt, qui cum habitationes eorum sint monasteria, possunt in ipsis recludi etiam pro delictis non grauibus, si enim pro delictis grauibus tantum sæcularibus pœna intrusionis in monasterio imponitur, hoc ideo est, quia extra monasteria viuunt, & inter sæculares sæculariter conuersantur.

a Bart. in l. Ieuia ff. de accus. Salic. in l.1. C. de requi. reis. Guido Pap. in decis. del fin. q.429.

b Greg. syntag. iur. p.3. c.32.

c c.calũnio so.189.

d c.placuit. 16.q.1. ca.si cupis eodẽ.

e c.sicut dignũ 5. clericos de homicidio.

f Auth. sed hodie ad legem Iuliã. de adul. §. vero.

QVAES-

QVÆSTIO. *XXIII.*

De correctione fratrum quoad monaſterij relegationem in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 *Vtrum religioſi poſsint propter eorum delicta mitti in exilium.*

2 *Vtrum monaſterium vbi monachus commiſit delictum debeat ipſi ſuppeditare alimẽta quando in aliud relegatur.*

ARTICVLVS I.

Vtrum religioſi poſsint propter eorum delicta mitti in exilium.

REſpondeo dicendo, certum eſſe Eccleſiaſticos iudices poſſe clericis imponere pœnam exilij, vt ex multis ſacris Canonibus notatur, *a* & tradunt communiter Doctores. Quod ipſum conceſſum eſt iudicibus regularium reſpectu regularium delinquentium, cum quo adeos habeant quantum ad puniendum, & corrigendum poteſtatem, quam habent Epiſcopi circa ſuos diœceſanos, & ſic vbi pœna certa non eſt impoſita â iure, & delictum, quod ab his eſt puniendum in monachis videtur quodammodo cohærere alicui loco, prudenter ſe gerant iudices regulares, ſi delinquentibus monachis pœnam inferant exilij, ſicut enim occaſio delinquendi facile præcipitat etiam eos, qui aliquam virtutis curam habere ſolent: ſic eâdem occaſione ſublata facilius eſt à difficillima, & aſperrima vitiorum ſemita ad amœniſsimam virtutis viam reuocari, quod bene comprobat Diuus Iſidorus, quem refert Gratianus, *b* valet (inquit ille) interdum conuerſis pro ſalute animæ ſuæ mutatio loci, plerumque enim, ſum mutatur locus, mutatur mentis effectus. Congruum eſt enim, & inde etiã corporaliter euelli, vbi quiſque illecebris deſeruiuit, nam locus vbi quiſq; praue vixerit, in aſpectu mentis apponit, quod ſæpe ibi cogitauit, vel geſsit. Iudex autem religioſum in exilium mittens ex iuſta cauſa poterit ipſum ab exilio reuocare. Cum Epiſcopus, vel eius Vicarius mittens aliquem clericum in exilium poſsit iuſta cauſa interueniente ipſum ab exilio reuocare. Quod in regularibus intelligitur, niſi conſtitutiones regulares aliud diſponant ſecundum Præpoſitum, *c* & Baldum, & Iaſonem, & quod notat Bernardus Diaz de Lugo, quod eius additionator Salzedo ibi aliquibus confirmat. Dixi (niſi conſtitutiones regulares aliud diſponant) in aliquibus enim religionibus Prouinciales, & Diffinitores, ſententiam ab ipſis datam contra aliquem religioſum non poſſunt in ea poſtea diſpenſare, niſi ad id generalis licentia accedat. Aduertendum tamen, quod interdum euenit, vt religioſus à dignitate obtenta, & poſſeſſa deponatur, & in monaſterium quoddam ſolitarium transferatur, vbi agat pœnitentiam. Quod eſt conſonum conſuetudini Sanctorum Patrum, antiquis enim illis, ac venerabilibus Patribus, qui futuræ vniuerſalis Eccleſiæ ſtatui, necdum claritate, atque ſanctimonia vitæ, ſed pijs ſanctionibus conſuluerũt, non minus fuit curæ delinquentium pœnas decernere, quàm eorum futuræ emendæ prouidere non ſatis ſuo animarum zelo mirabile eſſe cenſentes, ſi facinoroſis inflicta pœna (quæ alijs & ſimilia perpetrandi metum ingeſsit) ipſiſmet admiſſa deplorandi non præſtare opportunitatem, ac proinde poſt depoſitionis pœnam, quod depoſitus ad agendam pœnitentiam in monaſterium aliquod detruderetur, ordinauerunt, vt ſic eos monachorum integritas, ac venuſtas confunderent, & vitæ auſterius ad amplectendum voluntarie pro ſuis exceſsibus pœnitentiam ſuaderet æquitas (quæ dum verior eſt in alijs, prolapſos magis ſubleuet, quàm improperet) ad agnitionem culpæ, & ſpem veniæ commoneret. Vnde antiquis illis temporibus Epiſcopus aſsignabat clerico, quem deponebat monaſteriũ, vbi peccata lugeret, & illa vlterius non cõmitteret, vt in iure *d* probatur, de quo iam in articulo finali quæſtionis præcedentis dictum eſt. Quod licèt iam non ita ſit in vſu, cũ monaſteria à iuriſdictione Epiſcoporum ſint exempta, debet tamen eſſe in

vſu

a c.1. de calum. & inc. pen. de pœnit. & in c. ſi qui. 3. q. 4 & in c. cum beatus. 45. d DD. in c. cum nõ ab homine de iud.

b c. valet 81 diſt.

c Præpoſ. in c. in primis 2. q. 1. Bald. per ibi in c. excõmu. de reſcrip. Bal. & Iaſ. in l. ſi pacto quo pœnam C. de pactis, Lugo in præct. 1. erim. c. 135. in fi. Sal. ibi v. reuocari.

d c. ſacerdos 81. diſt.

vſu apud Prælatos regulares, quibus monaſteria ſunt ſubiecta, vt fratres delinquentes correcti in aliqua monaſteria ſolitaria amica mæroribus mittantur, vt ibi ſuorum delictorum partem pœna luant, & vitæ præteritæ fletu lachrymis, & gemitibus in enarrabilibus peccata deplorent.

ARTICVLVS II.

Vtrum monaſterium, vbi monachus commiſit delictum, debeat ipſi ſuppeditare alimenta, quando in aliud relegatur.

RESpõdeo dicẽdo, quod monaſterium, vbi monachus commiſit delictum, debet præſtare illi alimenta, ſi in aliud relegatur, & ibi detrudatur, aut ſi quid habet de ſuo prouideat ei de ipſo. Ita Abbas. At ego in hoc diſtinctione vtendum cenſeo, quod ſi ipſe monachus facit profeſsionem in ordine capaci bonorum in cõmuni, quod monaſterium, ad quod hæreditas monachi delinquentis peruenit, debet ipſum alere, ſi autem nullam hæreditatem ex ipſo monacho alicui monaſterio peruenit, tenebitur præſtare Abbas illius monaſterij, cuius ipſe ſubditus erat, vbi commiſit delictum, & in hoc caſu vera eſt opinio Abbatis. In religione autem fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, cum in ea ſummam paupertatẽ profiteatur, & neque in communi, neque in particulari aliquid habeant, monaſteria, & fratres, vſu receptum eſt, vt monaſterium in quod mittitur ad pœnitentiam agendam ei neceſſaria miniſtret.

a Abb. inc. vlt. de reg.

QVÆSTIO XXIIII.

De correctione fratrum quoad relegationem ad triremes & expulſionem ab ordine in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionẽ tria quærũtur.

1 *Vtrum religioſi poſsint ad triremes relegari.*
2 *Vtrum deceat prælatum regularem ad triremes ſuos ſubditos relegare.*
3 *Quomodo expulſi ab ordine ſint recipiendi.*

ARTICVLVS I.

Vtrum religioſi poſsint ad triremes relegari.

RESpõdeo dicẽdo, q̃ in iure, a phibetur Abbas caſtigare clericos, vel monachos, ſicut conuerſos puniẽdo eos per laicos, etiã cauſa regularis diſciplinæ, & nemo gaudens priuilegio Canonis, *Si quis ſuadente*, poteſt verberibus puniri, niſi modis à iure expreſsis, de quibus nõ eſt dãnatio ad triremes, cũ etiã depoſit' verbaliter eo gaudeat, donec realiter degradetur iuxta cõtextũ cuiuſdã Decret. b iũcta Glo. ibi, & dãnati ad triremes nõ videtur exutipriuilegio, ergo nemo prẽter Papã poteſt eos ad triremes damnare, ſolus enim Papa poteſt diſpẽſare, ne feriẽtes clericũ incidãt in pœnam Canonis, *Siquis ſuadente*. Vnde Sũmi Pontifices cõceſſerunt Prælatis religionũ, vt hoc poſsint facere, & hoc poſſunt facere, prout iam dixi in noſtra confeſſorum Summa in tractatu Ordinis c iudicialis. Et tãdem Pius V. anno Dñi milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo Põtificatus ſui anno ſecundo vigeſima prima die Decẽbris, ad perpetuam rei memoriam.

a c. vniuerſi tatis de ſententia excõm. lib. 6.

b c. degradatio iuncta glo. recept. de ſent. li. 6

c In ordin. iudic. c. 12. nu. 13. iuxta med.

Cõſiderans, quod prior generalis ordinis D. Hieronymi in Hiſpaniarũ partibus per cõſtitutiones dicti ordinis habet omnimodã, & ordinariã poteſtatẽ, quã ipſum capitulũ generale tẽpore, quo celebratur, habet, ipſi priori generali cõceſsit facultatẽ relegandi, & condẽnãdi fratres ſuos delinquẽtes ad triremes perpetuo, vel ad tẽpus, necnõ habitu priuãdi, & ipſum habitũ extrahẽdi & auferẽdi per ſe, vel per ſuos miniſtros, dum tamẽ hæc omnia faciat de cõſilio fratrũ deputatorũ monaſterij Sãcti Bartholomæi De cuius conceſsionis intelligentia iam in Primo Tomo cum egimus de apoſtatis, aliqua diximus.

d d. 1. to. q. 20.

ARTI.

ARTICVLVS II.

Vtrum deceat Prælatos regulares ad triremes suos subditos relegare.

REspondeo dicendo, quod licet monachorum sit non solum regularibus obtemperare institutis, verum etiam Pontificijs sanctionibus subsequi, eorũ tamen crimina & delicta secrete, non palam corrigi, & emendari debent, ne Christianis offendiculũ præbeatur. Igitur pœnæ illæ, quę vi Canonũ cõstitutæ in monachos sunt, ad regulæ normã moderãdæ sunt, & redigẽdę, alioquin quorsum religionum regulę cõstituę essent? Habetur hoc clarè in sacris Canonibus, *a* triremiũ autẽ pęna, quæ in facinorosos videtur locũ obtinuisse, nisi grauissimũ maximiq; offendiculi esset scelus aduersus monachos, adhibenda non est. Hinc doctissimus, & Christianissimus Bernadus Diaz de Lugo in sua practica criminali canonica huiusmodi supplicium deplorat multis efficacissimis, & prudentissimis rationibus vsus in hæc verba prorumpens. *Quis merito non iudicabit indecens sacerdotibus Dei, quibus maior dignitas est collata, quam Angelis, quantumcũque facinorosos, tam perpetuo, quam temporali hoc infami punitionis generi tradi, vbi tanta est sceleratorum hominũ copia, tantus squalor, tantus denique omnium ærumnarum, atque immunditiarũ acervus est? Satius nãque vltimo supplicio esset, vt ferirentur aliqua animi pietate, quam in triremibus vitam agendo, vbi non solũ de præteritis non est sperandus dolor, sed duriores mores ibidem acquisituros, & cũ illis morituros verosimilius timeri potest.* Et sic ait pijssimus, & doctissimus Nauarrus *b* satis videri alienum â Charitate fraternitatis, & paternitatis inter regulares habendæ simul, & consuetudine Diui Augustini, Benedicti, Bernardi, Dominici Frãcisci, & aliorum regularium institutorum huiusmodi pœnam infligere cum sola eiectione à religione videantur fuisse contenti. Hæc Nauarrus. Nec ego ad tempus fratrem ad triremes consulerem relegari, cum indecens sit huiusmodi relegatos vestibus regularibus postea incedere.

a c. scripturis 66. d. c. sacerdotibus, 11. q. 1.

b Nau. in c. nullam. 18. q. 1. in fi. ca.

Articulus Tertius. Quomodo expulsi ab ordine sint recipiendi. Vide quæ habes in 1. tomo, in quæstione *a* de apostatis. a Supr. q. 26

QVÆSTIO. XXV.

De correctione fratrum quoad priuationem officiorum in tres articulos diuisa.

Circa quã quæstionem tria quærũtur.

1 *Vtrum prælati religiosorum possint subditos ab officijs suspendere & deponere ipsis non citatis.*

2 *Propter quod crimen possit aliquis religiosus sua prælatione priuari, & inhabilitari ad aliam.*

3 *Vtrum in ordine Cistertij visitatores possint extra capitulum suspendere consiliarios eiusdem ordinis.*

ARTICVLVS I.

Vtrum prælati religiosorũ possint subditos ab officijs deponere, & suspendere ipsis non citatis.

RESpondeo dicendo, quod sic, iuxta notata per Doctores, *a* & maximè per Panormitanum, & ita habet eorum consuetudo, vel regula: neque est in eis seruandus ordo iuris vlquequaque, id est, ad vnguem, & secundum Henricum de Gandauo in quodã quodlibeto, ait, religiosis nõ licet appellare, vel resistere prælatis, quandiu procedunt secundum ius commune, vel secundum constitutiones, vel consuetudines suas. Et Federicus de Senis *b* dicit, quod valent consuetudines, per quas sine ordine iuris etiam ex leuibus causis religiosi ex suis locis, & administrationibus amouentur, & ad hoc allegat aliquot *Decretalia*. *c* Addit tamen doctissimus Syluester, *d* quod pœna expulsionis priuationis, & remotio

a DD. & Panormi. inc. cum speciali, & in ca. quia de appel. & in c. qualiter, & quãdo el 2. de accusat.

b Feder. cõsil. 105.

c c. qualiter & quando, c. cũ speciali de accus. & cap. pertuas de simon.

d Sylu. v. citatio. n. 7.

remotionis quandoque procedit à crimine patrato ipſam pœnam habente ipſo facto, & tunc probato crimine non eſt neceſſaria partis citatio, & in hoc caſu habet verum opinio Federici. Aut vero originem habet à contumacia, vel inobedientia, & tũc ait, vt locus ſit pœnę neceſſaria eſt citatio. Quibus ego addo, quod ſi habet originem à crimine, cui correſpondet pœna arbitraria, neceſſaria eſt citatio partis, id eſt, monitio, & licet iura in pœnalibus, cum agitur ad pœnam incurrendam ſecundum Ioannem Andream, *e* & Panormitanum requirant trinam citationem, at hæc ſolennitas, quæ de apicibus iuris eſt, non debet inter religioſos ſeruari, cum procedant ipſis non ſeruatis: at vnica monitio non de apicibus iuris, ſed de ſubſtantia iuris eſt cenſenda, & ideo nullo modo ab ipſis Prælatis relinquenda, & iuxta hæc ſunt intelligenda, quæ ſupradicta ſunt.

e And. inc. extuæ decle ricis non re ſidẽt, & Panor. in c. fi. devita & honeſt. cler.

ARTICVLVS II.

Propter quod crimen poſsit aliquis religioſus ſua priuari prælatione, & inhabilitari ad aliam.

REſpondeo dicendo, quod merito quidem iura canonica fanxere facinoroſos, atque improbros clericos beneficijs priuandos fore, vt probis viris concedantur, qui, qua decet vitæ puritate, miniſtrent. Vnum tamen aduertere debent iudices, quod beneficio non debet priuari clericus, niſi ſit crimen graue iuxta quendam Canonem, *a* quem ad hoc dicit notabilem Abbas, & tradit Rebuffus allegans ad hoc ſatis bonam Decretalem, & ſic nõ poteſt quis priuari prælatione apud regulares, niſi aliquod delictum commiſerit graue qualificatum, vt tale per ius, aut per conſtitutiones regulares. Et licet pœna priuationis à beneficio non poſsit imponi à iudice, niſi exprimatur à iure iuxta quã dam Gloſſam, *b* quam reputant ſingularem Abbas, & tradit late Tiraquelus.

a c. inuent ũ 16. q. 7. Ab. in c. tua de pœnis, & idem Abb. in c. 1. n. 2. d iudi. Rebu. in pract. benef. 3. p. de mõdo amit tẽdi benefi. *b* Gloſſ. & Ab. in c. fi. de iure patronat. & in c. cũ nos de offic. Tiraquel. in l. ſi vnquã C. de reuocãd. dona. verb. reuertatur. n. 206.

Poteſt tamen Regularis à ſua prælatione priuari per ſententiam iudicis propter aliquod delictum, quod licet non ſit expreſſum in iure tali pœna eſſe puniendum, eſt tamen adeo graue in religione, vt arbitrio bonorum, & grauium religioſorum tali pœna ſit ſubdendus. Primo quia prælationes in religione non ſunt beneficia collata ad modum beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ ſunt perpetua, & ex ſe irreuocabilia. Secundo, quia beneficia Eccleſiaſtica ſunt ſtipendia bonorum Eccleſiæ, & non decet priuari eos, qui vt boni miniſtri habent ius quæſitum, niſi probetur non eſſe bonos miniſtros: at prælationes regulares non ſunt beneficia Eccleſiaſtica, imo poſſunt comparari beneficijs annualibus ad nutum amouibilibus, quia vt plurimum ſunt temporariæ, tum etiam quia religioſi non habent velle, neque nolle, & ſic cauſa legitima debet interuenire, vt priuentur, non tamen tanta eſſe debet, quanta eſt neceſſaria, vt clericus, qui habet velle, & nolle, à ſuo beneficio expellatur. Et propter has cauſas Innocentius *c* III. aſsignans formam procedendi in cauſis Eccleſiaſticis addit. *Hunc tamẽ ordinem, cõtra regulares perſonas non credimus eſſe vſquequaque ſeruandũ quæ (cũ cauſa requirit) facilius, & liberalius ſuis poſſunt à miniſtrationibus amoueri.* Ex quibus verbis non poteſt ſumi argumẽtum, quod dignior ſit cætus clericorum, quam monachorum, prout ex dictis verbis ibi Gloſſa *d* malè colligit, non enim monachi facilius poſſunt remoueri à ſuis adminiſtrationibus, ex eo quod dignior ſit cætus clericorum, ſed quia in eorum adminiſtrationibus, & in eis militant rationes, quæ in Eccleſiaſticis beneficijs, & in clericis ſęcularibus minimè locum habent, cum beneficia Eccleſiaſtica ſint perpetua, prælationes autem & adminiſtrationes regulares ſint temporariæ, & quia religioſi per profeſsionem iuri ſuo renunciant propter Deum.

c c. qualiter & quando el 2. de accuſat.

d Glo. in d. c. qualiter, in ver. facilius.

ARTICVLVS III.

Vtrum in ordine Ciſtertij viſitatores poſsint extra capitulum ſuſpendere conſiliarios eiuſdem ordinis.

IN religione quadam ſunt quædam officia ad regimen illius conuenientia, inter quæ vnum præcipuum eſt officium Conſiliarij cuius officium, & munus eſt, quod ſit ſuperioris illius religionis conſiliarius, cum quo, & cum alijs eiuſdem claſſis conſulit res graues religionis, & præcipuè ſunt iudices delegati in capitulo generali

rali deputati ad videndas, & examinandas sententias, quas ipsi generalis, & visitatores protulerunt, sed ipsi consiliarij non possunt causam creare, neque processum fulminare, sed iuxta allegata, & probata ante ipsum generalē, aut visitatores iudicare. Verum tamen est, quod si aliquis se grauatum nimis sentiret, posset recurrere ad ipsos, non per viam appellationis, sed per viam simplicis querelæ, quæ habet effectum tantum deuolutiuum, non autem suspensiuum.

Est etiam in eâdem religione quædam constitutio facta in ipsa, quod visitatores non possunt priuare Prælatos, Abbates, sed solum eos suspendere remittendo priuationem, si fuerit necessarium, ad capitulum, & Consiliarios, licet possint priuare quemcunque ab officio monasterij ab ipsis visitati manifestādo Prælato ipsius priuationis causam, quæ constitutio fuit extracta ex alia constitutione, & priuilegio concesso à Clemente IIII. ipsimet Religioni. Quæritur modo vtrum dicti Ordinis Visitatores non obstante dicta constitutione, aut priuilegio possint priuare aliquem Consiliarium culpis, & delictis id petentibus non remittendo eam priuationem capitulo casu, quo sit necessarium, vt breuiter puniatur, ne offensus potens reclamet, antequam puniatur, & maiori tūc pœna instante tanta parte, negligentiam Prælatorum accusante afficiatur.

Respondeo dicendo, quod resolutio istius dubij pendet ab intelligentia constitutionis dicti Ordinis, quæ cum sit extracta ex constitutione Apostolica Clementis IIII. data anno Domini millesimo, ducēteſimo sexagesimo quinto, quæ incipit. *Parvus fons, qui creuit in fluuium*, quæ continetur in libro priuilegiorum eiusdem Ordinis *a* debet intelligi iuxta terminos dictæ constitutionis Apostolicæ, cum lex facta extracta ab alia lege iuxta terminos eius debeat explicari, vt traditur in Authentica quadam & tradit post alios Nauarrus. *b* Videamus igitur constitutionem Apostolicam, cuius tenor sequitur.

a Priuil. 41.

b Nau. in cx trauag. de de dat. & promis. no. 3. n. 6. in fi.

Caterum vt circa depositiones Abbatū via malitijs præcludatur, statuimus, vt quicunque Abbatem aliquem deposuerit, causam depositionis, & processum habitum circa ipsam per literas suo, & Abbatum, qui depositioni etiam interfuerunt sigillis signatas in sequenti capitulo generali, nullo etiam requirente, vel proclamāte insinuare, ac exprimere teneatur, dicti etiam Abbates, si præsentes fuerint, processum depositionis eiusdem, & an de cōsilio eorum sic fuerit processum, exponant, & tūc generale capitulum, vtrū depositio iusta, an iniusta fuerit, iudicabit. Quod si prædicti Abbates præsentes non fuerint, hoc ipsum per suas patentes literas generali capitulo explicite attestentur, & omnes prædicti supra suas conscientias hoc facere teneantur. Et vt ab Abbatibus prædicti Ordinis subtrahatur materia delinquendi, neque ipsi conqueri valeant per eorū Patres Abbates se indebite foregrauatos statuimus, & ordinamus, quod pater Abbas subiectū sibi Abbatem deponere debeat pro causis dūtaxat inferius annotatis, videlicet pro hæresi, pro simoniamanifesta, pro immūditia carnali prolapidatione sui monasterij enormiter alienādo, vel dissipando, pro furto, homicidio, graui sacrilegio, solemni periurio, pro conspiratione, & si falsarius fuerit literarum Summi Pontificis, vel Sāctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, principū, Episcoporū, vel Abbatū ordinis suprædicti. Et si cōtra cōmunia statuta ipsius ordinis priuilegia impetrauerit, vel retinuerit, aut vti præsumpserit impetratis. In alijs autē casibus superius non expressis iniūgat ei Pater Abbas, vel Visitator, vt veniā petat in sequenti Capitulo generali ad

li ad arbitrium ipſius capituli per depoſitionem, vel aliter puniendus. Hæc Clemens IIII. in dicta conſtitutione.

Circa quam primò eſt notandum, quod partim eſt odioſa, & partim fauorabilis, eſt odioſa ſubditis, in quantum præcluditur via malitijs fratrum, & cauilationibus in viſitando defectus Prælatorum; eſt fauorabilis Abatibus, in quantum non poſſunt, niſi in capitulo priuari, vt conſtat ex eius verbis ibi, *Vt circa depoſitiones Abbatũ via malitijs præcludatur*, & magis fuit facta in ſubditorum odium, quàm in fauorem Abbatum, cum Summus Pontifex ſumpta occaſione ex cauilationibus ſuprapoſitis hanc tulit conſtitutionem. Quod autem magis ſit in odium ſubditorum, quam in fauorem Prælatorum, inſuper probatur, quia ſtatim, ne Prælati intumeſcant cum imperio, & auſteritate imperantes, addit Summus Pontifex. Et vt ab Abbatibus prædicti ordinis ſubtrahatur materia delinquendi videntes eos non poſſe, priuari, niſi in capitulo, enumerat delicta propter quæ non obſtante prædicta ordinatione poſſunt extra capitulum priuari. Quæ delicta ſunt illa, quæ ipſi Abbates ſecundum curſum ordinarium poſſunt aliquando committere.

Ex quibus colligi videtur, quod hæc conſtitutio magis eſt odioſa, quam fauorabilis, nam quando aliqua conſtitutio partim eſt odioſa, partim verò fauorabilis, ſi minus principaliter eſt facta in fauorem, & magis principaliter in odium, odioſa eſt cenſenda argumento eorum, quæ traduntur in quadam lege, *b* & quæ notantur â Dominico, & Franco.

b l. queritur ff. de ſtatu homin. Domin. & Frã. in ca. ſciant cuncti de elect. lib. 6. cl. exceptionẽ ff. de cõdit. indebit. l. 1. ff. ad Macedonian.

Secundò notandum eſt, quod lex odioſa debet reſtringi, prout in multis iuris locis continetur. *c* In quibus probatur, quod Senatus Conſultum Macedonianũ, quod fauet filijs familias eorum contractus irritando, in odium fœneratorum eſt odioſum, & per conſequens reſtrigendum prout aduertit Nauarrus *d* probans, quod Bullæ Pij IIII. & Pij V. loquentes contra confidentias in beneficijs Eccleſiaſticis debent reſtringi, ſiquidem principaliter fuerunt latæ ad excludendum, & diminuendum dolos, & fraudes, quæ ex dictis illicitis confidentijs oriebantur. Vnde ſequitur, quod cum conſtitutio Clementis IIII. fuerit principaliter facta in odium calumniarum ſubditorum circa ſuos Prælatos debet tanquam odioſa reſtringi, & intelligi ſolum in caſu, in quo loquitur. Vnde cũ ſolum loquatur de Abbatibus non debet ad Conſiliarios extendi. Quod aliquibus rationibus comprobatur. Prima ſumitur ex natura, & præeminentia horum officiorum: Abbatiæ enim Regulares ſunt dignitates, cum dignitas Eccleſiaſtica ſecundum Panormitanum *e* ſit habere iuriſdictionem in foro contẽtioſo excommunicando ſuſpendendo, & abſoluendo, & ſufficit, quod poſſit eſſe perpetua, etiam ſi de facto ſit temporalis. In iure enim illud, quod poteſt eſſe perpetuum, perpetuum cenſetur, vt ait Cardinalis, *f* & tradit Gloſſa ſingularis. Propter quod in ordinibus Mendicantibus Miniſtri, Priores, & Guardiani, Prouinciales cenſentur habere dignitatem, & â fortiori eam cenſentur habere Abbates ordinis Ciſtertij, de quibus hic agimus, hi enim habent iuriſdictionem magis qualificatam, quàm Prouinciales Mendicantium, hi enim vltra quod habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem circa ſuos ſubditos, habent etiam baculum, & mitram, & in eorum diſtrictu exercent pontificalia, & poſſunt ſuos ſubditos ordinibus minoribus initiare, & aliqui eorum habent poteſtatem ſacrorum Ordinum conferendi, quod priuilegium ſi per Concilium Tridentinum non tolleretur, ad omnes Abbates ordinis per communicationem extenderetur, prout ego explicaui in primo tomo, tum etiam quia dicti Abbates non ſolum poſſunt eſſe perpetui, ſed de facto erant perpetui, & licet non benedicantur, omnia priuilegia benedictorum, illis communicantur, quæ dignitas, & quę præeminentia minimè in Conſiliarijs reperiuntur. Qui nec etiam perſonatibus Eccleſiarum Cathedralium poſſunt comparari, qui ſecundum Archidiaconum *g* habent præeminentiam in Eccleſia ſine iuriſdictione, vt habere ſtallum in choro, & in capitulo, & in electionibus, & in proceſſionibus, & in dandis ſuffragijs. Quæ omnia non habent Patres Conſiliarij, qui licet habeant præeminentiam, & locum in communitatibus, congregationibus, & capitulis, & licèt habeãt votum deciſiuum in proceſſibus examinandis, & iudicandis, non tamen habent votum electiuũ, nec paſſiuũ.

e Pan. in c. de multa de præb.

f Cardin. in clem. 2. de reſcrip. glo. v. perpetuã in ca. cleric. de cohabit. cleri. & mulier.

g Archid. in c. 1. de conſuet. libr. 6.

Vnde

Vnde cum multo minor ſit eorum præeminentia, quam dignitas Abbatiatus, non debemus extendere conſtitutionem Clementis Quarti, loquendo de Abbatibus ad dictos Conſiliarios.

Secundo probatur ex tatione ipſius cóſtitutionis Clementis Quarti, ibi, *Vt circa depoſitiones Abbatũ via malitijs præcludatur*, quæ ratio nó militat in Conſiliarijs, ſiquidem Abbates non ſolum habent poteſtatem iuriſdictionis, ſed etiam poteſtatem dominatiuam, & poteſtatem temporalem æconomicam, qua prouident neceſſitatibus ſibi commiſſi gregis, quæ poteſtates reddũt ipſos Abbates odioſos, cum ſubditi diſcoli, & ſe ipſos amantes ſæpius conquerantur his poteſtatibus grauari, licet de facto nullo grauamine afficiantur. Vnde ſacri Canones maiorem numerum teſtium, & magis qualificatorum requirunt, quando agitur de cauſis prælatorum, quàm quando contra fratres inferiores notæ procedunt, prout ſupra eſt explicatum, quod ideo fuit à Sanctis Patribus ordinatum, quia contra ipſos magis, quam contra alios fratres ipſi monachi æmulantur. At omnia hæc ceſſant in Conſiliarijs, ſolum enim examinant, & iudicant proceſſus, & licet aliquando ex ſententijs ab eis contra aliquos latis odioſi efficiantur, ab hoc tamen odio facillimo negotio purgantur omnem culpam in generalem, & Viſitatores reijcientes dicentes ita eſſe rigoroſe proceſſus per ipſos fulminatos, & ſubſtantiatos, vt non poſſint aliter eos iudicare, imò ipſos miſericordia & benignitate vſos fuiſſe affirmant. Nec his obſtat quod tempore huius Conſtitutionis Clementis Quarti adhuc in ordine non erant creati Conſiliarij, qui ſi eſſent creati, illud, quod definierat Clemens Quartus de Abbatibus ad Conſiliarios extenderet, ſiquidem cauſam Abbatum iudicant, & quoad hoc ſunt illis ſuperiores. Nam reſpondetur, quod maiorem præeminentiam habẽt Viſitatores generales, quàm Conſiliarij, & erant creati tempore Clementis Quarti, vt patet ex eius conſtitutione ſæpius de ipſis mentionem faciente. Et Clemens IIII ſuam conſtitionem ad ipſos non extendit. Et quod præeminentia viſitatorum ſit maior quàm præeminentia Conſiliariorum, patet. Nam viſitatores habentes iuriſdictionem delegatam, fulminant, & efficiunt proceſſus, ad quorum executionem pœnam excommunicationis imponunt, & habent durante viſitatione locum prælatorum, & ea finita habent titulum Viſitatorum Generalium, & vt tales præcipit quædam diffinitio vt ad Capitulum, etiã ſi non ſint Abbates, nec procuratores, vadant. Præterea conſtitutio ordinis extracta & deſumpta â dicta conſtitutione Clementis Quarti ordinantis, quòd Abbates non poſſunt deponi, niſi in Capitulo, facta fuit tempore, quo erant iam Conſiliarij, & de ipſis nihil egit, & ſic remanent in diſpoſitione iuris communis. Neque obſtat dicere, quod ſolum per dictas conſtitutiones licitum eſt Viſitatoribus Generalibus priuare officiales monaſteriorum conferendo hoc cum Abbatibus, & Conſiliarij non ſunt officiales monaſteriorum ſed ordinis, & ideo ab ordine debent iudicari. Nam reſpondetur, quod nulla eſt conſtitutio qua præcipiatur, ipſos ab ordine debere iudicari, & ſic de peccato minime argui poſſunt. Verum tamen eſt, quod ad ſententiam ferendam contra huiuſmodi viros tenebantur prædicti Viſitatores Generales conſulere viros graues, & in cauſis Regularium expertos argumento eorum, quæ in ſacro Concilio [a] Tridentino notãtur.

a Trid. ſeſſ. 25. de refor. cap. 6.

QVÆSTIO XXVI.

De correctione fratrum quantum ad pœnam inceſtus cum filiabus ſpiritualibus commiſſi, in tres articulos diuiſa.

Circa quã quæſtionẽ tria quæruntur:

1 *Quæ pœnæ ſunt puniendi ſacerdotes Regulares inceſtum cum filiabus confeſſionis cõmittentes.*

2 *Vtrum Regulares ſolicitantes fœminam extra confeſſionis actum poſſint puniri ab eorum prælatis.*

3 *Vtrum ſacerdotes in actu, vel iuxta actum confeſſionis prouocantes ad peccatum nefandum comprehendantur in hac conſtitutione Pij Quarti.*

ARTICVLVS I.

Quæ pœna sunt puniendi Sacerdotes Regulares, incestum cum filiabus confessionum committentes.

REspõdeo dicẽdo, q̃ si in actu vel iuxta actum confessionis eliciant ad peccãdũ filias spirituales confessionũ, clarũ est ipsas filias spirituales non posse absolui à confessarijs quantũcumque priuilegiatis, donec dominis Iquisitoribus hoc delictũ patefaciant, prout patet ex quodã Breui Pauli IIII. cuius tenorẽ sup. in 1. tomo q. 59. adduximus art. 4. & de hoc non est nobis quæstio, cum sit eius decisio manifesta. Quæstio igitur nobis est, qua pœna sunt puniendi illi qui extra actũ cõfessionis alliciũt ad peccandũ, aut peccãt cũ supradictis filijs spiritualibus, quarũ confessiones audierunt? Ad quod respondetur, q̃ si eorũ delictũ fuerit probatũ, sunt deponẽdi. Hoc probatur ex quodã Canone *a* dicente. Si quis sacerdos cũ filiabus spiritualibus fornicatur, graue delictũ committit, & qui malũ exemplũ dãt hominibus, ab omni officio deponũtur, & peregrinando duodecim annos pœnitere debent, & tãdẽ admonasteriũ vadant, vbi per totũ vitæ tempus Deo seruiãt. Ita disponitur in dicto Canone, & tradunt Abbas, *b* Anania, Felinus, & Decius. Et licet ille textus videatur loqui de filia spirituali simpliciter, aduertit Bernardus Diaz de Lugo, *c* quod idem est si fornicatur cũ ea, quæ propter sacramentum pœnitẽtiæ fuit filia spiritualis effecta, vt probatur in ca. præced. proximo dicto Canoni, quod dicit omnes, quos in pœnitẽtia accipimus, ita filij nostri sunt, vt in baptismate susceptí, & subditi, quòd qui hoc scelus perpetrauerit, nõ solũ dignitatis honorẽ amittit, verũ etiã vsq; ad exitũ vitæ suæ iugi pœnitentiæ se subdat. Deniq; aliqua adducens affirmat Bernardus Diaz de Lugo clericũ de hoc delicto conuictũ indistinctè esse puniendũ, imò & tẽpestate hac carceri alicui per aliquot, & non per paucos annos mancipandũ. Oportet enim, inquit doctissimus, & Christianissimus ille Præsul, quod in his diebus, in quibus, peccatis nostris id promerentibus, admirabile hoc sacramentum pœnitentiæ spiritualiũ omniũ infirmitatum singularis, & vnica medicina ab hæreticis impugnari, atque auerti curatur, sacerdotes in hoc delinquẽtes grauiter puniãtur, ne ex eorũ delictis ausus præstetur hæreticis, ne frigescẽte charitate, ac timore Dei, occasio detur maritis, ac patribus vxores ac filias ab hoc sacramento retrahendi, & vt rarius ad illud accedant procurando. Et sic sanctissimè, & prudentissimè Inquisitores hæreticæ prauitatis illos, quos in actu, vel iuxta actũ confessionis reperiunt allicere mulieres ad peccandum, secretò puniunt non permittẽtes eos in publico theatro cum alijs pœnitẽtiandis cõdemnari, & vt suspectos de hæresi declarari, iuxta dictã *f* Pauli IIII. constitutionem, cuius tenorem supra in primo tomo retulimus.

f 1. tomo. q. 59. art. 4.

a Cap. siquis sacerdos 30 q. 1.

b Abb. in c vltde purg. can. Anrn. in c. cũ dilectus de accus. Feli in c. at si clerici. nu. 15. de Iudic.

c Lugo in sua pract. crimin. c. 82. n. 1.

d Cap. omnes. 30. q. 1. e Lugo vbi sup.

ARTICVLVS II.

Vtrum Regulares solicitantes feminas extra actum confessionis possint puniri ab eorum prælatis.

REspondeo dicendo, hoc iam in articulo superiori fuisse præsuppositum tradendo pœnam quæ ipsis à Prælatis est imponenda. Et nunc ex proposito de hoc latiùs agendo dico, quod constitutio Pauli Quarti, solum loquitur de his sacerdotibus, qui pœnitentes mulieres ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones, alliciunt & prouocant, seu allicere, seu prouocare tentant, non habet locum in his qui post actum confessionis transactũ postquam ad sua habitacula mulieres reuertuntur, ipsas visitando, alliciunt ad peccandum. Nam tũc Inquisitores dẽ his minimè possunt cognoscere, prout affirmat doctissimus Nauarrus. *a* Et ratio huius est, nam dicta constitutio solum loquitur de his, qui in actu, vel iuxta actum confessionis, hoc crimen committunt, maculantes, quantum ex sua parte est actum à Deo Optimo Maximo institutum, & ordinatum ad animas putificandas, ratione cuius suspecti de hæresi iure optimo reputantur. Quæ præsumptio cessat in his, qui multo post transactum dictum actum id intendunt, & procurant, in eo enim innuunt nolle ipsum actum suis fœcibus fœdare,

a Nau. lib. 3 cons. tit. de hæret. cõs. 1

& per

& per consequens eum sanctum à Deo ordinatum, & institutum prædicant. Puniuntur ergo isti ab ordinarijs cum pœna supra posita sacris Canonibus cõfirmata.

ARTICVLVS III.

Vtrum sacerdotes in actu, vel iuxtà actum confessionis prouocantes ad peccatũ nefandum cõprehendãtur in hac constitutione Pauli IIII.

RESpondeo dicendo, quod constitutio Pauli Quarti habet locũ in his etiam, qui in actu, vel iuxta actum confessionis solicitãt ad peccatum nefandum aliquos adolescentes, licet enim dicta constitutio loquatur de confessoribus fœminas allicientibus ad carnaliter peccandum, vt patet ex eius contextu, ibi, *mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones alliciendo, & prouocando, &c.* & ibi, *grauiorum peccatorum mole eas onerando*. Attamen ratio, & mens ipsius cõstitutionis ad hunc nostrũ casum se etiam extẽdit, cum illi, qui hoc instituit sacramentũ scilicet domino Deo, & saluatori nostro Iesu Christo faciant iniuriã, & cũ etiã de illis verificentur verba dictæ cõstitutionis, ibi, *Nos in animum inducere nequeũtes, quodqui de fide catholica recte sentiunt, sacramẽtis ab Ecclesia Dei institutis abutantur, aut iniuriã faciãt &c.* Quaratione attẽta tã quam contra suspectos de hæresi concedit Summus Pontifex, vt contra eos procedatur. Præterea vltra quod ratio dictæ cõstitutionis, & eius verba huic parti fauent, fauet etiam, quod multo grauius est hoc peccatum, quàm solicitatio ad actus inhonestos cum mulieribus, cum hoc vltimum sit peccatum carnis secundum naturam, aliud autem sit peccatum Sodomiæ contra naturam.

Neque obstat, quod constitutio tantũ loquatur de solicitatione ad actus impudicos circa mulieres, nam loquitur de his, quæ communiter eueniunt non excludẽs propter hoc alia, quæ raro contingunt, sed sunt eiusdem generis, imo grauiori & maiori macula, quantum ex se efficiunt hoc reconciliationis, renouationis, & puritatis sacramentum.

Tom. 2.

QVAESTIO XXVII.

De correctione fratrum quoad pœnam imponendam confessarijs Regularibus sine iurisdictione confessiones audientibus, & sine ordine sacerdotali celebrantibus, in duos articulos diuisa.

Circa quã quæstionẽ duo quærũtur.

1 *Qua pœna puniantur sacerdotes Regulares audientes confessiones sine iurisdictione actuali.*

2 *Qua pœna debet puniri ille qui non est sacerdos & celebrat.*

ARTICVLVS I.

Qua pœna puniantur sacerdotes Regulares audientes confessiones sine iurisdictione actuali.

RESpondeo dicendo, quod vt hæc quæstio resoluatur, distinctione opus est, aut enim hi audiunt secularium confessiones cum approbatione Episcopi diœcesani sine licentia suorũ superiorum, aut ipsas audiunt contra ipsorũ expressam volũtatẽ, aut eas audiũt sine licẽtia diœcesani, & suorũ superiorũ simul. Si enim audiunt cõfessiones cũ approbatione Ordinarij sine licẽtia suorũ superiorũ, licet secundũ aliquos valeant cõfessiones, prout ego latè trado in additionibus *a* ad Bullã Cruciatæ, Prælati tamen possunt eos pœna arbitraria pro modo culpæ castigare, vt patet ex traditis per Sotum. *b* Et â fortiori possunt ab ipsis puniri, si contra eorum expressam volũtatẽ se cõfessionibus audiendis immiscere præsumpserint. In hoc enim casu maior culpa inuenitur, præsertim si Prælati eorum confessiones irritas esse declarauerint, etiam virtute iurisdictionis ipsis â diœcesanis communicatæ factas. Quod posse facere virtute priuilegij prælatis ordinis Prædicatorum ad instantiam Patris fratris Stephani Vsusmaris dicti ordinis Generalis â Iulio III. concessi Romæ decimoseptimo Kalend. Ianuarij anno Dñi milleſimo quingentesimo quinquagesimo quinto non est dubium prout

a In addit. ad Bullam. §. 9. n. 6. & 7. à fol. 64.

b Soto in. 4 dist. 18. q. 4. art. 3.

in dictis additionibus ad explicationem Cruciatæ latè dixi: in hoc enim caſu maior culpa inuenitur. Si enim delicti grauitas ex circunſtantijs debeat cõſiderari, vt iura vulgaria nos admonent, in hoc circũſtantiæ grauiores inueniuntur. Prima eſt inobedientiæ peccatũ in re graui, ſecunda, nullitas confeſsionũ, cui poteſt alia addi quod nullus Regularis etiam approbatus ab Ordinario ſine licentia ſuorũ ſuperiorum præſentatus poteſt abſoluere â reſeruatis, cũ priuilegia Regularia concedentia Cõfeſſarijs Regularibus poteſtatẽ ad abſoluendum â reſeruatis Epiſcopis, aut ſedi Apoſtolicæ tantum de his Confeſſarijs loquantur, qui à ſuis Prælatis coram Ordinarijs præſentantur, & ab ipſis approbationẽ conſequuntur, & ipſi forte à reſeruatis abſoluerunt.

Reſtat autem modo videre, qua pœna puniantur ſacerdotes ſimplices, qui cõfeſſiones ſecularium audierunt. Et vt pœnam huic delicto correſpondentẽ ex ſacris Canonibus poſsim indagare, inuenio. quod Vrbanus c Papa II. in ſimili materia nobis quẽdam Canonẽ ſcriptum reliquit dicens. *Placuit, vt deinceps nulli ſacerdotum liceat quemlibet commiſſum alteri ſacerdoti ad pœnitentiam ſuſcipere ſine eius conſenſu, cui prius ſe commiſit, niſi pro ignorantia illius, cui pœnitens prius confeſsus eſt. Qui vero contra hæc ſtatuta facere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit*, qui Canon noſtrum dubium clarè diluit, in eo enim agitur de ſimplici ſacerdote, cui cum licentia illius, cui erat pœnitens cõmiſſus poterat ante Concilium Tridentinum ipſe pœnitens confiteri, & ait, quod talis ſacerdos ſimplex ſine dicta licentia, & actuali iuriſdictione audiens pœnitẽtem poſuit ſe periculo ſuſpẽſionis à gradu ſacerdotij, quem receperat. In quo innuitur, quod abſolutè non ſuſpendatur, ſed quod commiſit delictum dignum ſuſpenſione, & ſuſpenſionis periculo ſe expoſuit. Quare conſtanter affirmo, quod ſi ſacerdos Regularis ſimile cõmiſerit delictum admittendo aliquos ad pœnitentiã ſine licẽtia Ordinarij, cui ouis ſunt commiſſæ, & ſuorũ ſuperiorum debet iuxta prædictũ Canonem ſuſpendi, ſaltem â gradu, & poteſtate, & iuriſdictione habituali, quá in ſacerdotio recepit, ita, vt nunquã dicta poteſtas, & iuriſdictio habitualis in actum redigatur actualem iuriſdictionẽ recipiendo ad confeſsiones auriculares audiendas, niſi ipſe tantã egerit pœnitentiã, vt ad ipſum gradum reſtitui mereatur. Si enim ſimplici ſacerdoti laico ſupradicta pœna ab Vrbano Papa II. fuit conſtituta, cur hãc, quã appoſuimus, debemus in ſimplici ſacerdote Regulari denegare? qui nõ ſolum ſacrilegium cõmiſit audiens cõfeſſiones ſine iuriſdictione actuali, ſed etiam contra Regularia ſui Ordinis ſtatuta egit, ſine licentia ſuorũ ſuperiorũ, hoc tantum munus ſibi propria autoritate vendicãdo. Et ſi tẽpore Vrbani hoc delictũ ita puniebatur, in quo nõ ita rigoroſè cũ confeſſarijs agebatur, ſiquidẽ cũ licentia ſolum Parochi poterant ſimplices cõfeſſores confeſsiones ſuorum parochianorum audire, quare debemus trepidare ipſos modo ſupradictæ pœnæ ſubiacere, cũ omnibus ſit cõpertũ ab Ordinarijs, ſcilicet ab Epiſcopis debere neceſſario approbari. Dixi (ſaltem â gradu, & poteſtate, & iuriſdictione habituali) nam dicti ſacri Canonis Vrbani II. veſtigijs inhærendo, videtur, quod etiam à Miſſa per aliquod tempus ſuſpendi poteſt, ait enim gradus ſui periculo ſubiacebit, qui abſolutè videtur loqui non ſolum de gradu iuriſdictionis habitualis, quã in ſacerdotio, recepit, ſed etiam de gradu ſacerdotij, quem ad conſecrandum Chriſti Domini corpus in conſecratione, & ordinatione ab eodem Chriſto Domino accepit.

c c. placuit de pœnit. diſt. 6.

ARTICVLVS II.

Qua pœna debet puniri ille qui non eſt ſacerdos & celebrat.

REſpondeo dicendo, quod ſicut contra parricidam non fuit aliqua pœna ſtatuta in legibus Solonis & Romuli, & in legibus duodecim tabularum, quia nunquam tale quid in animum humanum venire poſſe fuit præmeditatum, pro ut referunt Cicero pro Roſcio Amerino, Plutachus in vita Romuli, prout poſt alios cõſiderat Couarruuias, a ſic contra huiuſmodi celebrantes non inuenitur in Iure Canonico aliqua pœna ſpecialis ſtatuta, quia tantum nefas non fuit â Pontificibus præcogitatum. Vnde ait Bernardus b Diaz de Lugo & eius additionator Salzedo pœna arbitraria hoc delictum eſſe puniendum, Abbas c verò pœnam falſi impo-

a Couar. in Clem. ſi furioſus in initio. 2. p. num. 12. de homicid.
b Bern. in pract. cri. c. 12. vbi Salzedo.
c Abbas in c. 1. de cleric. nõord. miniſt.

imponendâ eſſe iudicat, quæ pæna ſecũdũ Bald. *d* & alios quos refert Boerius etiam contra eum qui fingit ſe ſacerdotem proponitur, cum re vera nõ ſit. Eſt enim adeo execrabile vſurpare officium & dignitatẽ ſacerdotalem, quod legitur in libro Paralip. *e* Oziã Regẽ Iuda, quia obtulit ſuper altare fuiſſe â Deo grauiter punitum. Et in Leuitico *f* legitur non eſſe licitum leuitis vaſa ſanctuarij tangere, ſed tantum ſacerdotibus. Et Rex Balthaſar, quia bibit per vaſa ſacra templi fuit ſtatim iuſto Dei iudicio â vita & à regno priuatus vt legitur apud Danielem, & Oza, quia extendit manus ad ſuſtentandum arcam Domini minantem ruinam ſtatim cecidit mortuus, vt in libro Regum narratur. *h* Ex his colligitur quam deteſtabile & horrendum crimen ſit ſanctiſsimum Euchariſtiæ ſacramẽtum manibus pollutis & prophanis tangere, & ſacrilega mente recipere celebrando, vt bene conſiderat aliqua adducendo Blaſius. *i* Et Gregorius XIII. hoc crimen conſiderans tanquam hæreſim ſapiens officio Inquiſitionis ſanctiſsimæ puniendum commiſit, vt ex tenore ſequentis conſtitutionis colligitur.

d Bald. in l. qui ſub præ textu. C. de ſacroſan. eccle. Boer. de cif. 71. nu. 9.
e Paralipo. lib. 2. c. 6.
f Num. 18.
g Dan. 5. c.
h 2. Reg. 6.
i Blaſius li. 2 de ſacroſan. eccleſ. prin. c. 5. fol. 34.

Gregorius Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam officij noſtri partes ſedulo præſtare tenemur, vt dubia quæ varijs doctorum opinionibus hinc inde diuerſa ſentientibus agitantur, ea ad iuriſdictionẽ ſanctiſsimi officij Inquiſitionis hæreticæ prauitatis pertinent noſtræ declarationis oraculo (prout ratio ipſa ſuadere videtur) dilucidẽtur, vt nulla cuiquam dubitãdi occaſio, in poſterũ relinquatur, ad aures noſtras ſiquidẽ nuper peruenit, multos eſſe qui dubitẽt, an cõtra eos qui in ſacro presbyteratus ordine nõ cõſtituti, miſſas celebrare, cõfeſſiones audire, ac abſolutionẽ impartiri, ac ſi fuerint per officiũ ſanctiſsimæ inquiſitionis hæreticæ prauitatis in Hiſpaniarũ regnis inſtitutũ, & illius inquiſitores procedẽdũ, vel etiã animaduertẽdũ ſit, achi qui talia patrauerint, per inquiſitores prædictos puniri debeãt. Nã etſi multorũ ſentẽtia affirmetur prædictũ delictũ ab inquiſitoribus plectẽdũ eſſe, hiſce præſertim tẽporibus quibus hæretici temere audẽt proferre, vel ſeculares eorũ ſacramẽtorũ miniſtros eſſe poſſe, nõ deſunt tamẽ hi qui cõtrariæ adhærẽt opinioni, vnde plerũq; per eorũdẽ regnorũ inquiſitores diuerſa ferũtur in huiuſmodi cauſis ſuffragia. Nos itaq; (vt omnis difficultas dubitatioq; tollatur, animaduertẽtes eos qui presbyteratꝰ ordine, nõ ſunt inſigniti, & ſe in adminiſtrã dis dictis ſacramẽtis ingerũt, facto catholicã veritatẽ impugnare, quæ ſolos presbyteros, miniſtros eorũdẽ ſacramẽtorũ cõſtituẽdo, illos dũtaxat quibꝰ eadẽ munera cõgruere exiſtimauit, cõmitti voluit eorũ qui in presbyteratꝰ ordine nõ cõſtituti miſſas celebrãt, ac cõfeſſiones audiũt) vt præfertur, cognitionẽ, & punitionẽ etiã adinquiſitionis officiũ, & inquiſitores ante dictos pertinere, ita huiuſmodi delicti ratione, aduerſus eos inquirere, procedere ac culpabiles repertos punire, officiũ & inquiſitores prædicti, valeãt apoſtolica autoritate præſentiũ tenore perpetuo declaramꝰ, & diffinimꝰ, & ita ab omnibus & ſingulis ordinarijs, & delegatis iudicibꝰ ſublata eis, & eorũcuilibet, quauis aliqua iudicãdi, & interptãdi difficultate, iudicari ac definiri debere, irritũque & inane, ſi ſecꝰ ſuper à quoquã, quauis autoritate ſciẽter, vel ignorãter cõtigerit attẽtari, decernimꝰ. Nõ obſtãtibus cõſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis necnõ iuribus municipalibꝰ legibus regnorũ prædictorũ, pragmaticisq; ſanctionibꝰ ac ſtatutis, & cõſuetudinibꝰ ciuitatũ & locorũ quorũcunq; dictorũ regnorũ etiã iuramẽto cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate aliqua roboratis, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis forſã per nos, ac quoſcũque alios Romanos Põtifices, prædeceſſores noſtros ſub quibuſuis verborũ formis, & inſolitis clauſulis irritãtibusq; & alijs decretis etiã motu proprio, & ex certa ſciẽtia, ſeu de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vel ad ſupplicationẽ Regũ, Ducũ, & aliorũ principũ cõceſſis, & cõfirmatis, quibus omnibus illorũ tenores præſentibus, pro expreſſis habẽtes illis in ſuo robore permanſuris, hac vice dũtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæterisq; cõtrarijs quibuſcunq;. Datũ Romæ apud Sanctũ Marcũ ſub annulo piſcatoris die ſexto Auguſti milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto anno à natiuitate Domini, Pontificatus noſtri anno tertio.

Hæc conſtitutio habetur in libro K Inquiſitionis Hiſpaniæ ex quo deſumpſi: & vidi ſub ſigillo authentico. Qua conſtitutione attenta non poſſunt prælati regulares modo punire eos qui ſacerdotio non inſigniti miſſam celebrauerint & confeſsiones audierint pœnitẽtibus abſolutionẽ impartientes. Circa quod aduertendum tantum eſſe caſum Inquiſitioni ſanctæ commiſſum, quando ille qui ſacro presbyteratus ordine non eſt inſignitus confeſsiones audit & ſimul abſolutionem impatitur, nõ autem qui ſolum audit confeſsiones, quod ſatis ſignificant illa verba, *& confeſsiones* Tit. 12. fol. 319.

nes audire ac abſolutionem impartiri. Illaenim coniũctio, ac, ſignificare hoc noneſt dubiũ. Et ratione probatur: ſi enim audit cõfeſſiones, non impartiendo abſolutionẽ nullum cõfert ſacramentum, & ſic facto catholicã veritatẽ non impugnat, ille enim facto cã impugnat, qui cũ in presbyteratus ordine non ſit inſignitus ſe in adminiſtrandis ſacramẽtis ingerit, vt patet ex hac cõſtitutione.

Secũdo eſt notãdũ, illũ qui ordine ſacro presbyteratus eſt inſignitus non cõmittere crimẽ hæreticæ prauitatis inquiſitioni ſubiectũ, ſi ſine iuriſdictione actuali fideliũ audiat cõfeſſiones eos à peccatis mortalibus abſoluens. In hac enim cõſtitutione ſolum cõmittitur ſanctiſsimæ Inquiſitioni caſtigatio criminis illius qui audit cõfeſſiones & abſoluit ſine eo quod ſit ſacro presbyteratus ordine inſignitus. Quod inſuper probatur: nã vt hoc crimẽ ſanctiſsimæ Inquiſitioni cõmittatur, occaſio ſumitur ex hæreſi, quæ hiſce præſertim tẽporibus ab hæreticis profertur, ſcilicet, quod ſæculares eorũ ſacramẽtorũ, ſcilicet, Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ miniſtri eſſe poſſunt, quam hæreſim, illiqui ſacropresbyteratus ordine nõ ſunt inſigniti facto tenent in adminiſtrando præfatum ſacramentum ſe ingerendo. Vnde religioſi audientes fidelium confeſſiones & eos abſoluentes ſine actuali iuriſdictione cũ habituali tantũ in ordine ſacer dotali collata poſſunt â ſuis Prælatis puniri, prout in articulo ſuperiori dictum eſt.

QVÆSTIO XXVIII.

De correctione fratrum quoad crimen ſodomiæ, & adulterij, in tres articulos diuiſa.

Circa quàm quæſtionem quæruntur tria.

1 *Quomodo vitium ſodomiæ ſit abominabile & fugiendum,*
2 *Quibus cenſuris & pœnis Sodomita afficiãtur, & à quibus iudicibus iudicentur.*
3 *Vtrũ monachus ſit puniendus propter fornicationem commiſſam cum muliere maritata.*

ARTICVLVS I.

Vtrum vitiũ ſodomiæ ſit abominabile & puniendum.

REſpõdeo dicẽdo, hoc vitiũ abominabile eſſe, vt oſtẽdit quædã lex, *a* quæ erubeſcens de hac re verba facere, adeo obſcure loquitur, vt vix intelligi poſsit, & deinde deſcendens ad pœnam huic criminis condignã his verbis ſeueriſsimis vtitur. *Iubemꝰ inſurgere leges, armariq; iura gladio vlturi, vt exquiſitis pœnis ſubdãtur infames qui ſunt & qui futuri ſũt rei.* Deinde hoc oſtẽdũt verba Bartoli ibidem dicẽtis, quôd illa lex non cõſueuit legi, quia de ea loqui nõ eſt honeſtum, & eſt luxuria ferina non humana ſecundũ Philoſophum, *b* quem allegat, & in hoc approbat Diuus Thomas, & in hoc peccato deordinatur ordinatio Dei, & naturæ, & ſic dicitur in ſacris Canonibus, *c* quod ſocietas quę cum Deo eſſe nobis debet, violabitur, cũ natura cuius ipſa eſt autor, libidinis peruerſitate polluitur, & adeo eſt abominabile, vt etiã apud gentes eſſet deteſtabile. Et ait Auguſt. in ſermonibus de Sodoma, & Gomorrha eſt illa turpitudo, quam immunditiam Apoſtolus vocat dicens, quod ab immunditia & miſeria Angeli fugiunt, & Dæmones ipſi oculos claudunt. Dicit etiam D. Auguſt. quod adeo hoc ſcelus abominabile eſt, vt Sanctus Ioſephus poſthabito honore domus, & amore ſanguinis ſui, fratres incuſare non timuerit. De hoc peſsimo crimine aliqua flagella nobis ſacræ literæ *d* teſtantur. Item ſecundum Auguſtinũ vxor Loth conuerſa fuit in ſtatuã ſalis, quia Sodomitis nõ procurauit reſiſtere, & ſubdit, quod principiũ tanti criminis illis Ciuitatibus, quæ igne Dei conſumptę ſunt, ortum eſt à mulieribus, & homines poſt modũ ipſæ docuerunt. Vnde clamat contra eos dicens: O mulieres luxuriæ matres nonne ſufficiebat vobis primum hominem deceꝑiſſe?

a l.vir.C.de adult.

b Ariſtot.2 Ethicor. D. Tho. in 4. d.16.arti.4. poſt mediũ c Ca.adult. & c.flagitia 31.q.7.

d Geneſ.18. & 37.

ARTICVLVS II.

Quibus cenſuris & pœnis Sodomitæ afficiantur, & á quibus Iudicibus iudicentur.

REſpondeo dicendo, quôd Sodomita occultus nõ remanet irregularis, nec ſuſpenſus in ordinibus obtentis, & ſic celebrando nõ remanet irregularis, vt poſt Aretinum defendit Nauarrus. *a* Verum

a Nau.c.27. n.249.

rum tamen eſt, quòd communis opinio, quam defendit Couarruuias, *b* & Iulius Clarus contrarium tenet, quam minimè admitto, cum nullus in iure reperiatur locus, qui hanc irregularitatem inducat. Dixi, Sodomita occultus, ſi enim eſt publicus & notorius, irregularis remanet. Et ratio eſt: notatus enim de crimine enormi, & depoſitione digno, ſi eſt notorium, irregularis remanet, prout reſoluit Nauarrus *c* cum tale crimen ſit depoſitione dignum, ſiquidem eſt adeo enorme, vt nefandum ab omnibus dicatur, vt tradunt Barbatia, *d* Alexander de Neuo, Decius, & Marſilius.

Circa quod crimen quædam adeſt conſtitutio *e* Pij V. data tertio Calendas Septembris, Pontificatus ſui anno tertio, quæ incipit. *Horrẽdum illud ſcelus*, &c. ibi, *Cæterum ne tãti flagitij contagiũ impunitatis ſpe, quæ maxima peccãdi illecebra eſt, fidentius inualeſcat clericos huius nefarij criminis reos grauius vlciſcẽdos deliberamus, vt qui animæ interitum nõ horreſcunt, hos certè deterreat ciuilium legum vindex gladius ſecularis. Itaq; quod nos iã in ipſo Pontificatus noſtri principio hac de re decreuimus plenius nunc, fortiusq; perſequi intẽdẽtes omnes, & quoſcũque presbyteros, & alios clericos ſeculares & regulares cuiuſcũq; gradus & dignitatis tã dirũ nefas exercẽtes omni priuilegio clericali, omniq; officio & dignitate & beneficio eccleſiaſtico præſentis canonis autoritate priuamus. Itaq; per iudicẽ Eccleſiaſticũ degrãdati poteſtati ſtatim ſeculari tradentur, qui de eis illud idem capiat ſuppliciũ, quod in laicos hoc in exercitio deuolutos legitimis reperitur ſanctionibus cõſtitutũ.* Hæc Pius V. in dicta conſtitutione.

Circa quam conſtitutionem notat Nauarrus, *f* non inducere illam ſupra dictas pœnas quoad laicos, quia nihil agit de illis.

Notat ſecundò, quod neque quoad clericos ſi teneamus pœnas eius ipſo iure non incurri, quod tamẽ teneri nõ poteſt propter illa verba: *Præſentis Canonis autoritate priuamus*, quæ cũ ſint præſentis temporis inducunt ipſo iure pœnam, prout traditur in iure, *g* & reſoluit Felinus iuncta Gloſſa communiter recepta.

Notat tertiò non includere illam quem cũque clericum ſodomitã, ſed ſolum exercentem, quod verbum dixit mihi ſanctiſſimum dominũ noſtrum Gregorium XIII. de induſtria, poſuiſſe hæc Nauar. aliqua in confirmationem huius dicti adducens.

At Salzedo in additionibus ad practicam criminalẽ canonicam Bernardi Diaz de Lugo contra Nauarrum inſurgit, dicẽs eandem pœnam eſſe imponendam clerico aut regulari hoc crimẽ committenti, licet nõ cõtinuanti, & exercenti. Quod probat ex alia Pij V. conſtitutione data anno Dñi milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, anno primo ſui Pontificatus, quæ incipit: *Cum primum Apoſtolicum officium diuina nobis diſpoſitione commiſſum*, &c. Cuius cõſtitutionis fecit mẽtionẽ Pius V. in ſua ſecunda, cuius tenorẽ ſupra retulimus: in qua prima cõſtitutione nõ facit meritionẽ dicti verbi, *exercentes*, ſed ſolũ vtitur verbis *ſiquis perpetrauerit*, quibus innuit, dictas pœnas perpetrantes tale delictũ cõprehendere, licet illud cõtinuãdo minimè exerceãt. At miror valdè, quòd hic adeò doctus vir quodã tã fragili argumẽto in hãc ſententiã tã durã venerit deuiando ab opinione tã pia Nauar. ab ipſo tã doctè probata, & autoritate Gregorij XIII. cõfirmata, præſertim cũ eius argumento facillimo negotio poſſit reſpõderi, ſcilicet, quòd leges poſteriores limitãt & declarãt priores: & ſic ſecũda cõſtitutio vtendo dicto verbo, exercentes, declarat primã conſtitutionẽ, quæ ſolũ vſa fuit verbo, perpetrauit. Nec mirũ eſt etiã, quod in hac ſecũda conſtitutione verbo, exercẽtes, Sũmus Pontifex vtatur, cùm pœnæ appoſitæ cõtra ſodomitas in ea maiores multo ſint, quã in prima cõſtitutione appoſita, vt patet ex eius verbis, ibi: *Itaq; quod nos in ipſo Pontificatus noſtri principio hac de re decreuimus nũc plenius, fortiusq; perſequi intendentes*, &c. intelligit enim Sũmus Pontifex tã graues pœnas nõ contra quẽcunque hoc crimẽ perpetrantẽ fragilitate humana eſſe infligendas, ſed tantum cõtra continuatione vitioſa exercentes.

b Couar. in Cle. ſi furioſus par. 1. c. 1 n. 6. Clar. in pract. cri. §. ſodomia, verſ. itẽ clericus.

c Nau. in c. 25. nu. 73. & 77. &c. 27. n. 248.

d Barb. cõſ. 64. li. 1. Alexãd. de Neuo cõſi. 90. Decius cõſ. 90 Marſi. cõſi. 28 &c. eis incõſti. Põtific. inter cõſtit. Pij V. cõſti. 28. pa. 587.

e Cap. execõmunicam⁹ de hære. Felin. in c. Rodulphus n. 28. & meli⁹ n. 3. de reſcrip. gloſ. in c. in pœnis, de reg. iuris lib. 6.

f Nau. in c. 27. n. 248.

Aduertendum eſt etiam circa prædictã cõſtitutionẽ, quod videtur temperandã ne comprehendat omnẽ exercentẽ crimẽ cõtra naturã, quæ comprehendit omnẽ pollutionem extraordinariam ſecundum D. Thomam, a nec exercentẽ omnem actum ſodomiticum qui comprehendit omnem pollutionem habitam cum alio, vel cum alia extra vas ordinarium, ſecundũ eundem D. Thomam, ſed ſolũ habentẽ copulam, ſodomiticam argumento cuiuſdam decretalis, b quæ habet non cõſumari copulam niſi intra vas naturale ſemẽ effundatur, & alterius Canonis, c dicentis ex tali pollutione nõ gigni affinitatẽ. Ex quibus videtur colligere Nauarrus d quod etiã in hoc caſu, vt huiuſmodi pœnæ locum habeant, requiritur vt cõſummatio huius nefandi criminis fiat in vaſe extraordinario alioquin non comprehẽdent ipſum exercentẽ pœnæ prædictæ conſtitutionis. Notandum eſt etiam circa prædictam conſtitutionem an ſicut eſt recepta in foro exteriori, ita ea in foro interiori ſit recepta, ad quam ait Nauarrus e reſpondere non eſt Iuriſconſultiargumẽto cuiuſdam legis. f Ego non poſſum mihi perſuadere quòd obliget in foro cõſcientiæ, cũ leges pœnales rigoroſæ ſecundũ ea, quæ in dicto primo Tomo diximus, ſint ita mitigandæ, vt eas tantũ in foro exteriori obligare dicamus. Ex quo infertur quod licet ipſo iure ſint depoſiti dictũ peccatũ exercentes vt patet ex dicta conſtitutione & tenet Nauarrus in foro tamen conſcientiæ non debent cenſeri depoſiti, nam cũ depoſitio ſit grauior pœna quam irregularitas, non eſt credendũ Sũmum Pontificem animarũ ſalutis maxime zelatorẽ ipſas in foro conſciẽtiæ reſpectu tam rigoroſæ pœnæ illaquearevoluiſſe, qua autem pœna ſit puniendus hoc delictum committens, vide ea quæ in primo tomo diximus. g

a D. Tho. 2. 2. q. 144. a. 11

b ca fin. de ſponſal.

c c. extraordinaria 35. quæſt. 2.

d Nau. vbiſ.

e Na. vbiſu.

f l. vt reſpõſum C. de tranſactio.

g 1. to. q. 50. ar. 18. p. 515.

ARTICVLVS. III.

Quomodo monachus ſit puniendus propter fornicationem commiſſam cũ Muliere maritata.

REſpondeo dicendo quod in Hiſpaniarum Regnis eſt quædã ordinatio h facta â Rege Ferdinãdo, & à Domina Regina Eliſabet, Hiſpali, anno Domini, milleſimo quadringẽteſimo nonageſimo primo & alia pragmatica facta Cordubæ eodem anno decimo octauo die Auguſti, & alia ſimilis facta in Hiſpali, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſecũdo, qua dicitur. *Pero declaramos que ninguna muger caſada pueda dezirſe manceba declerigo, frayle, ni caſado, ſaluoſiẽdo ſoltera y tenida por el clerigo por mãce ba publica, y q̃ la tal muger caſada no puede ſer demãdada en juyzio ni fuera del ſaluo ſi ſu marido la quiſiere acuſar.* Quæ determinatio deciſioni Iuris cõmunis eſt cõſona prout in quadã lege i cõtinetur vbi habetur quod licet acceſſus ad meretricẽ non ſit punibilis, fallit tamen in meretrice nupta, eam quippe poterit vir eius de adulterio accuſare, adulteriũ enim non cadit ſub legibus ſimpliciter loquentibus de acceſſu, & delicto carnali mulierũ ſecundũ Ioannem k Andream, cuius ſententiam extollit Andreas Siculus, Antonius Gomez, & alij relati per Ioannẽ Matienço, verum eſt tamen quod concubina Clerici etiam coniugata ſi modo publica fuerit pro modo culpæ ab eccleſiaſticis iudicibus eſt punienda vt ſtatutũ eſt, in Cõcilio Tridentino, l & ita ex legibus ſupra dictis tenet, & reſoluit cum alijs Azeuedo, m quod ſi clericus talem mulierẽ coniugatam publicè vt concubinã ſuã teneat in domo ſua, contra ipſam procedi poteſt pro vt tenet Bernardus Diaz n de Lugo, & Salzedo, eius additionator, dictũ Concilĩ ad hoc conſiderat, & ait o Azeuedo, quod iudices Eccleſiaſtici quotidie id faciunt, vt per eundẽ Bernardũ Diaz, p ſed nõ ſine magno eorũ periculo, nãviſum eſt iã maritos id ſciuiſſe, & eas de adulterio accuſaſſe & ideo ait debent ab his abſtinere, vel ſaltẽ cũ maximo ſecreto, & cautela id facere, ne forte maritus ſciat, & accuſet eã de adulterio, vel eã occidat pro vt cõſulit faciẽdũ Auẽdañus, q ex his infertur deciſio, & reſolutio ad id quod in articulo quæſtionis propoſitũ fuit diffiniẽdũ, quod ſcilicet Iudices regulares nulla lege prohibẽtur contra regulares adulteros procedere leges enim Iuris cõſultorũ Imperiales, & regales nullo modo prælatos regulares ligant,

h in l. regali. li. 8. ti. 19. de los amãcebados l. 2.

i L. ſi vxor verſ. ſed in eade adulterijs nouæ recopilationis.

K Ioan. Andre. lib. 5. ti. 8. de ſucceſſ. li. 8. gloſ. 2.

l Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. de refor.

m Azeued. lib. 8. nouæ compoſti. 19 de los amãcebados in l. 2. n. 2. & 3

n Ber. Diaz in pract. crimi. cano. c. 79. & ibi Salzedo verſ. concubina clerici.

o Azeuedo vbi ſupra.

p Lugo vbi ſup. c. 35. numero 6.

q Auenda. vbi ſupra.

gãt, niſi in quãtũ lege Diuina, aut naturali ad eorũ obſeruationẽ obligantur pro vt in 1. tomo, *a* cũ Theologis dictũ eſt, tũ etiã, quia negotia religionũ ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola veritate inſpecta peragũtur. Vbi iudices ſunt prælati regulares. Notarij ſunt ipſarũ religionũ regulares, quorũ proceſſus ita ſecrete fiunt vt nullis niſi principalioribus patribus ſint manifeſti, & iudex regularis poteſt præcipere notario ſuo ſubdito, vt nomẽ adulteræ ſileatur, & tãtũ referatur, & cõprobetur ipſũ religioſum cũ quadã muliere coniugata adulteriũ cõmiſiſſe, ex cuius proceſſus fulminatione nihil poſſet ſumere maritus adulteræ, vt eã in iudicio accuſaret Et ita ex mẽte eorũ, quæ tradunt Doctores ſuperius citati iudices regulares poſſunt, & tenentur cõtra monachos adulteriũ committentes procedere examinando veritatẽ ea prouidẽtia & ſecreto, quod in tã graui negocio requiritur, ita, vt huiuſmodi proceſſu fulminato maritus ad mulierẽ accuſandã, aut occidendã minimè irritetur, & delinquẽs pro modo culpæ puniatur. Vnde miror, qua ratione iudices regulares in aliquibus partibus contra religioſos adulteros criminaliter per viam inquiſitionis ſecreto ſumẽdo teſtes ſæculares procedere nolunt, cũ id ipſis nulla lege Canonica prohibeatur, neque ex tali inquiſitione admodum explicatum facta aliquid mali adulteræ futurum timeatur, & ex impunitate huius delicti poſſunt religioſi ſui inſtituti obliti coniugatas magis, quãm ſolutas adamare.

a 1. Tomo, q. 8.

QVÆSTIO. XXIX.

De correctione fratrum quoad pœnam ſacrilegij cum monialibus imponendam in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 *Qua pœna debeãt puniri cõmittentes ſacrilegium cum monialibus, & ipſæ moniales conſentientes.*

2 *Vtrum filij monialium, & ſacerdotum ſint ſacrilegi.*

ARTICVLVS I.

Qua pœna debeãt puniri commmittẽtes ſacrilegium cum monialibus, & ipſæ moniales conſentientes.

RESpondeo dicendo, quod obſeruantia Caſtitatis quid annexum eſt ſtatui monialium. *V*eſtales enim, quæ dijs virginitatem vouerant, ſi deprehendebantur in aliquo peccato contra virginitatem, virgis cædebantur fere vſque ad necem, deinde viuas defodi lege ſancitum fuit vt memoriæ protulit Pomponius Lætus de ſacerdotibus Romanorum, vbi de Veſtalibus agit Plutarchus *b* & multa de ſupplicijs harũ Veſtalium lectu nõ indigna Liuius, *c* & alij hiſtorici ſcribunt, imo tanta in his religio obſeruabatur, quod Minutia Veſtalis virgo propter mundiorẽ iuſto cultũ libidinis fuit ſuſpecta, viuaque defoſſa, vt refert Liuius. *d* Vnde non mirum, ſi monialis hodie huius criminis rea à ſuo monaſterio ſit extrahenda, & in alio recludi, vt diligentius ſeruetur, ne forte deinceps in tale ſcelus incidat iuxta ea, quæ in iure *e* notãtur, is autẽ, qui dictam monialem corruperit, licet vnum tantum commiſerit peccatum, hoc tamen vnum varias habet deformitates, qua ratione peccatum ſit gratius, hoc enim facinus perpetrans ſpõſam Chriſti corrũpit, & committit tria peccata ſacrilegium, adulterium, & inceſtũ quoad accuſationem, quia de his omnibus poteſt accuſari, vt per gloſſam notabilẽ quam ſequitur Abbas, *f* cuius pœna eſt, vt deponatur ab officio, & beneficio per textum iuncta gloſſa ibi, tradunt Anania, *g* Bermondus Choueronius, Couarruuias, Didacus Perez, & Menochius. Si vero fuerit laicus corrumpens virginem in foro Canonico, propter hoc crimen excommunicatur, vt in eodem iure *h* continetur, & in lege partitarũ recipitur. In foro vero ſæculari laicus, qui crimen hoc perpetrauerit, pœna vltimi ſupplicij eſt plectẽdus, bonaque ſua monaſterio ſunt adiudicãda, prout tradit Bermondus in loco ſuperius allegato. Mediolani vero legibus, & Papæ ſtatutis, qui grauiſsimum hoc crimen perpetraue-

b Plut. proem. uer. 36.
c Liui. li. 1. 4 & 8. decad. 2 & Diony. Alicar. li. 8. & 8. Plin. iunior. lib. 4. epiſ.
d Liuius li. 8. decade. 1.
e Authẽ. de ſanctiſ. epiſ. § penul. collat. 9. cap. ſi quis rapuerit 27. q. 1.
f Gl. in c. virginib. 7. q. 1 Abb. in c. at q clerici de iud. n. 3, & in c. pen. nota. 3. de purgat. cano.
g ca. ſi quis epiſc. 27. q. 1 Anan. cõſi. 1. col. 2. Bermon. tit. de publi. concu. in rubr. de ſacrileg. pag. 67. Coua. in Clem. ſi furioſus in initio 2. p. n. 8. de homicidio Perez in l. 5. ti. 15. li. 8. ordi. Menoc. de arb. li. 2. cẽt. 4. caſu. 60. n. 57.
h d. c. ſiquis epiſc. lib. 6. ti. 18. p. 1.

fit pœna mortis puniuntur, vt refert Menochius. *a* Quod ipsum etiam est statutũ priuatis constitutionibus, & statutis Italiæ vt referũt Hippolytus, *b* & Iulius Clarus. Ex pœnis autem relatis colligere possunt iudices regulares, qua pœna debent affici moniales hoc tantum delictum perpetrantes & religiosi cum ipsis coeuntes.

a Meno. vbi su casu. 384
b Hippo. in l. vnic. n. 4. & seq. de rap. virg. Clar. in pra. § forn. vers. cũ moniali.

ARTICVLVS II.

Vtrum filij monialium, & sacerdotũ sint sacrilegi.

RESpondeo dicẽdo, quod resolutio propositi dubij ex resolutione alterius, scilicet an filij presbyterorum sint sacrilegi, satis clara remanet.

Pro explicatione autem supradicti dubij est notandum quosdam tenere presbyterum cum soluta coeuntem simplicẽ tantum committere fornicationem. Quã opinionem dicunt communem Iulius Clarus & Paleotus, *c* & Decius. At quod committat adulterium, vel incestum tenet Nauarrus, *d* tenentes autem hanc cum Nauarro, & eius sequacibus opinionem fundatur in quodam Canone *e* diffiniente, quod nullum facere subdiaconum præsumant Episcopi nisi qui se caste victurũ promittat, & in alio Canone diffiniente *f* quod clericus, qui post dictam promissionem habuerit concubinam, cõmittit sacrilegium, vbi id notat Archidiaconus, & pro hoc est glossa in pragmatica sanctione dicens, quod talis clericus etiam cũ soluta & corrupta committit adulterium, & sacrilegiũ, quæ difficultas in hoc consistit, an illa promissio, de qua in præfato Canone, habeat vim voti, si enim habet prædictam vim, est videndum, quam obligationem de sui natura includat, & omnes Doctores faciunt differentiam inter votum, quod fit per ingressum religionis, & votum, quod fit per susceptionem ordinis sacri scilicet quod in voto, quod fit per ingredientẽ religionẽ est cõtinentia essentialiter annexa, per quã professionẽ homo totaliter renunciat sæculo, sed per votũ, quod fit per susceptionem Ordinis sacri nõ est cõtinentia ita essentialiter annexa, sed potest manere solennitas ipsius ordinis sine dicta continentia Ita inter alios resoluunt Syluester, *g* & Soto post antiquos. Si ergo continentia non est essentialiter annexa voto, quod fit ex susceptione ordinis, videtur quod faciẽdo contra continentiam non fiat essentialiter contra votum, & sic non committitur adulterium, nec sacrilegium, sed simplex fornicatio.

c Cla. lib. 5. sen. § forni. & § incest. vers. sed nunquid Paleot. de not. & sput. c. 16 n. 11. Dec. in c. ãtũ clerici de iud. n. 37
d Nau. c. 16. n. 2.
e c. de ijs 28 dist. vbi Archid.
f Gl. in pragmat. sancti. ver. carcere tit. de concubina. 2. tomo. fo. 192.

At huic contrariorum rationi respõdetur, quod licet non sit ita essentialiter annexa, non potest negari, quod in sacri ordinis susceptione voueatur implicite solemniter castitas, & per cõsequens faciẽtẽ cõtra prædictum votum committere adulterium, & sacrilegium. Quod autem in sacri ordinis receptione fiat votum implicitũ castitatis luculenter ex multis Pontificum Decretis, & sanctorum patrum autoritatibus tradit doctissimus pater frater Michael à Medina, *h* inter quæ allegat Concilium Toletanum secũdum sub Amalarico principe Gotthorum, quod Concilium disponit, vt sacris initiandi castitatem promittant. Quo constituto ait ipsummet Concilium, cauendum tamen est his (scilicet sacris initiatis) ne quando sponsionis immemores ad terrenas nuptias, aut abortiuos concubitus vltra recurrant, quod si forte fecerint, vt sacrilegi rei ab Ecclesia habeãtur extranei. Hæc Concilium. Quam constitutionem vniuersa hodie Latina Ecclesia religiose colit, & eam, cũ subdiaconos ordinat, quasi ordinis fundamentum supponit, vt ex Romano Pontificali constat, in quo Episcopus ordinans ita promouendos ad subdiaconatum affatur. *Fratres dilectissimi ad sacrũ subdiaconatus ordinẽ promouendi iterum, atque iterũ cõsiderare debetis attente, quod onus appetitis, hactenus liberi estis, licetque vobis ad secularia vota trãsire, quod si hũc ordinẽ susceperitis, amplius nõ licebit à proposito resilire, sed Deo, cui seruire regnare est, perpetuo famulari & castitatẽ illo fauente seruare oportebit, atque in Ecclesia Dei semper esse mãcipatos, proinde dũ tẽpus est, cogitate, & si in sancto proposito perseuerare placet, in nomine Domini huc accedite, quibus placet accedere.* Hactenus

h Medin. sacro. hominum cõtin. li. 3. c. 1. & 3.

g Syl. v. votum 4. q. 5. Sot. de iust. li. 7. q. 6. ar. 1. & 2.

nus Episcopus ordinator. Qui sanè cum subdiaconos teneri ad castitatem doceat, neque tempore ordinationis eandem castitatem illis imperet, nec ab illis votum reposcat, aperte proditur etiam iam votum castitatis supponere ex ipsa Ecclesiastica constitutione ordini subdiaconatus adiunctum, ita neque cum ordinem suscipiat ipsam non minus, quam verbis castitatē vouet. Exigebant quidem prius, vt ex multis Conciliorum, & Pontificum locis relatis â Medina proditur votum verbis præconceptis, & explicitis, quod fortasse tūc reserat noua, neque satis vsu iam obtenta, postea vero verba omitti cœperunt, quod satis ad professionem videretur ipsa ordinis sacri susceptio, cum æqualiter res, & verba promittentes obstringant, qui enim per diem, & annū integrum in religione persistit, aut professorum habitum spontaneū accepit, non minus professus cēsetur, quāis, qui verbis præconceptis professionem testatus est, id autem votum implicitū Pōtifices appellant. a Ex dictis satis patet, quod si frāgunt votum solenne castitatis, fornicando, committunt sacrilegium: ex quibus satis etiam apparet, quod filij habiti â monachis, aut monialibus post votum castitatis in professione admissum, sunt sacrilegi, & in odium suorum progenitorum pœna sacrilegorum filiorum plectuntur, prout Sixtus Quintus in sua rigorosa constitutione contra sacrilegos edita satis significauit.

a. quod votum de voto, & voti redemp. lib. 6 c. periculoso de statu regularium lib. 6.

QVÆSTIO. XXX.

De correctione fratrum quoad punitionem calumniatorum, & maledicorum in quatuor articulos diuisa.

Circa quam quæstionem quatuor quæruntur:

1 *Qua pæna puniatur calumniator.*
2 *Vtrum mittens litteras ad suum prælatum suo sigillo clausas de aliquibus criminibus contra aliquos eum certiorem faciens sit puniendus tanquam calumniator ipsa crimina non probando.*
3 *Qua pæna maledicus sit puniēdus.*
4 *Qua pæna sit puniēdus monachus seditiosus, & seminans discordias inter fratres.*

ARTICVLVS I.

Qua pœna puniatur calumniator.



Espōdeo dicēdo, quod Soto b ait pœnā contra calūniatores diuino iure c probari, quod elegāter ipse de more explicat. Aristotel. d vero asserit inbene instituta republica grauiter calūniatores esse puniēdos, quoniā nō populares in iudiciū vocare cōsueuerunt, sed nobiles. Vnde Demosthenes in oratione cōtra Astrologū calūniatores appellat ipsos quoque veluti viperinā habentes naturā puniendos esse, & vsq; ad radices penitus esse extirpandū hoc genus hominū calūniatorū, velut hostiū naturæ prudēter admoneat. Erat quidem olim lex Memmia contra calumniatores inuenta, vt ait Cicero pro Sexto Roscio, nec liceret in iudicio legibus, aut maiestate postulari abuti ad quæstum, & libidinem, & ita accusare, vel id obijcere, quod planū facere non modo non possis, verum ne coneris, sunt quidem calumniatores seuerissimis pænis plectendi & ideo nō immerito Agesilaus seuerius calumniantes, quam fures persequebatur, quod annotauit doctissimus Nicolaus, Antonius e Craueta. Apud Romanos vero aliquando calumniatores ab vrbe eijciebantur, vt autor est Cornelius Tacitus. f Et lex antiqua g Vuisigatorum aduersus calumniatores talionis pænam statuit, vt qui accusauit innocentem, talionis pœnam suscipiat, quam pateretur accusatus, si de crimine fuisset conuictus. Ex lege vero Charundiæ in calumnia deprehensi myrtho coronati per vrbē circunferebantur. Erat sanê apud eos ignominiosa pæna myrtho coronari, vt refert Diodorus Siculus, h cum Iulius Cæsar puniret seditionem iuxta Placentiam ab exercitu suo commissam & cum inter seditiosos quidam, qui nihil peccasset ductus ad eum fuisset, Cæsar ductorem, quillum

b Sot. lib. 5. de iust. q. 5. ar. 4.
c Exod. 20. deuto. 20.
d Arist. lib. 8. fol. c. 5.
e Grauet. in annot. ad octaua.
f Tacitus li. 5. annalium
g l. 5. tit. de iud. furt. li. 7. vbi sig.
h Siculus li. 12. Bibliot.

REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL

lum accusauit, eius loco interfici mãdauit vt refert Appius Alexander. *a* Et in huius tanti criminis detestationem non vulgariter conducit, quod legitur in libro Hester, *b* Aman calumniatorem laqueo fuisse suspensum ob eã causam, quia Mardocheum innocentem suspendi calumniose totis viribus intendebat. Iure autẽ Canonico antiquo talionis pœna plectitur dictus calumniator: & in Concilio Arelatẽsi *c* disponitur eos, qui falsa fratribus obiecisse conuicti fuerint placuit vsque ad exitũ non communicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactione pœnituerint, & in quadam Decretali decernitur *d* quod clericus calumniosus accusator priuetur officio, & verberatus publicè in exilium mittatur. At vt aduertunt ibi Antonius & Abbas, hoc ideo ibi fuit decisum, quia pœna, qua erat puniendus accusatus, non erat proportionabilis accusatori, si enim esset proportionabilis, talionis pœna plecteretur. Verum est tamen, quod hodie talionis pœna antiquata est, & sic calumniator iudicis arbitrio punitur iuxta Baldum, *e* Abbatem, Hippolytum, Bosium, Couarruuias, & Alciatum. Vnde cũ pœna calumniatoris arbitrio iudicis sit imponenda, varias pœnas variusque iuris Doctores excogitarunt, de quibus per Menochium, *f* & Gregorium Lopez. Aduertant iudices, quod si aliquis calumniator plura obijciat crimina, quæ non probat, si aliquid eorum probet, non est plectendus, nisi mitius, prout tenet quædam Glossa *g* qui aduertere debent, ne in practica errẽt, quod in ordine procedendi sententia absolutoria condemnati debet præcedere, & postea succesiuè non diuertendo ad alia accusator de calumnia condemnãdus est. Ita communiter receptũ est, vt fatetur Salicetus, *h* & receptissima practica est, quod iudex prius quam accusatori terminum statuat, vt se defendat, alleget, & probet causas, propter quas non debeat de calumnia condemnari, quando vero nihil allegauerit, & probauerit, eadem sententia debet condemnari. Ita Bartolus. *i* Si vero iudex non statuto dicto termino accusatorem condemnauerit, in syndicatu tenetur, & condignis pœnis est plectendus, prout scribit Angelus, K quem refert, & sequitur Iulius Clarus. Ex his satis patet, quomodo iudices regulares se debent habere cum fratribus calumniatoribus, ipsorum enim arbitrio eorum cõmissa est pœna, qui qualitatem calumniæ, & personæ calumniatæ, & calumniatoris, & nocumentum paci, & tranquillitati religioni proueniens debent maxime attendere.

a Alex. lib. 2 de bello ciuili.
b Hester 8. c. Arel. c. 24 d c. 1. de cal e Bald. in l. Athletas. 5 calumniatorẽ. 6. ff. de his, qui notan. infam. Abbas in c. 1. in fin. vbi Feli. n. 1. de calũn. Hippol. in l. quæstionis mẽdum. n. 52. ff. de q. Bossius in tract. de delict. titu. de accusat. nu. 17 & tit. de calum. n. 8. Couar. lib. 1. varia. c. 9. n. 1 Alciatus li. 9. parerg. iur. ca. f Menoch. de arbit. q. 2 centu. 4. ca. su. 322. Gre in l. 15. tit. part. 7. ver. tal malicia & in l. 7. & in l. fin. tit. 17 part. 3.
g Glos. in d. c. 1. ver. deferent. de elect. lib. 6.
h Sali. in l. 1 n. 31. C. de calũ.
i Bart. in d. l. Athletas. 5. calũ. n. 6. ff. de his, qui notan.
K Angel. in tract. malef. ver. & ad querelã. n 7 Clarus li. 1. recep. sen 6 fi. q 62. v sed quæro.

QVARTICVLVS II.

Vtrum mittens litteras ad suũ prælatum suo sigillo clausas de aliquibus criminibus contra aliquos eũ certiorem faciens sit puniendus tã quam calumniator ipsa crimina non probando.

REspõdeo dicẽdo, quod ad hãc quæstionẽ decidendam est aduertendũ illum dici calumniatorem, qui falsa crimina proponit, vt notatur in iure l. & tradunt Doctores, & sic Cicero contra Saluastium inquit, sed est quædam calumnia, quam vnusquisque nostrum tacente animo suo fert, de eo, qui falsum crimẽ bonis obiectat Laurentius *m* Vallã, calumniari, inquit nihil aliud esse, quã cauillari, cuius opinionem falsam esse censet Alciatus, *n* Sed hæc denomine tractent Grammatici. Nos autem in altiori classe militantes dicimus, quod ille calumniator eo ipso, quod propositam accusationem non probat, præsumitur calumniator. Hoc patet ex dictis in superiori articulo, & tenet quædam Glossa, *o* quam communiter receptam testatur Iulius Clarus, & Menochius, & multa congerit Mascardus. Et calumniator dicitur, qui simul tantum calumniosẽ accusauit ex sententia Rippæ, *p* vnde cũ mittens literas in epistola missiua non accusauerit, minime calumniatoris pœna debet puniri, etiam si in ea aliqua falsa scripserit, cum ea fuerint scripta ad suum prælatum secreto suo sigillo obsignata, & neq; etiam ea ipse dixerit per viam denunciationis iuridicæ, denunciatio enim iuridica est quando aliquis inquisitus in inquisitione generali, aut speciali sub obediẽtia, vt propalet veritatem punibilem denuntiat Petrum verbi gratia talia commisisse. At talis epistolam mittens tãtum extra iudicialiter asserit Petrum talia commisisse, quæ extra iudicialis assertio non facit fidem, vt ali-

II. Siquẽ. 5. notandum. 3. q. 3. li. 1. 5. 1. ff. ad senatus consul. Turpilia.
m Valla. li. 6. elegant c. 50.
n Alciat li. 4. de verb. signifi.
o Gloss. in c. 2. calum de calumni Clarus li. 5. recep. sent. 5. fin. q. 62. versi. dixisupra Menoc de arbit. li. 2. cent. 4. ca su 32. n. 4. Mascar. de probat vo. 1. concl. 29. p. Rip. in c. 1. n. 96. de ud.

aliquis per eam puniatur, vnde etiam si nō probet, non debet puniri pœna calumniatoris, cum re vera iuridice loquendo nemi nem fuerit calumniatus. Nec etiam debet puniri pœna infamatoris, cum reuera nullius famam maculauerit, siquidem vt supponitur epistola fuit secreto missa, & tantum fuit informatiua intendens per eam suum prælatum informare, vt caute procedat, & cognoscat oues pascendas & corrigendas. Verum tamen est, quod si eam epistolam scripsit animo iniuriandi sine causa, siue verum dixerit, siue falsum videtur teneri actione iniuriarum, vt in simili tenēt multi allegati pe. Bernardum *a* Diaz de Lugo, quam opinionem dixit communē Curcius *b* Iunior. At Salzedo eius additionator ait, quod si delictū, quod detegitur reipublicæ expedit, vt detegatur, nulli pænæ locus est: si vero non expedit reipublicæ, tunc qui crimen reuelat, vel defectum obijcit pro modo culpæ est animaduertendus, & dicit hanc opinionem esse Bartoli, *c* quam post alios sequitur Iulius Clarus. At Couarruuias *d* ait iniuriarū actione illum liberum non esse, qui in iudicio, vel extra iudicium propriæ vindictæ causa conuicium aliquod alicui dixerit, nō vt ei, vel reipublicæ consulat, licet verum crimen obijciat, & reipublicæ manifestum fieri interest. Denique idem sequuntur Plaza, *e* & Didacus Perez, qui expresse reprehendit Gregorium Lopez, & hæc opinio in controuersijs forensibus est recepta, & meritovt ansa obijciendi crimina iniquo animo omnino tollatur, & aduertit Salzedo, *f* expedientissimum esse iure Pontificio supradictam communem opinionem nō esse admittendam, cum eo iure minime excusetur, qui iniuriosa verba in alium protulerit licet vera sint, cum prius charitatis monitio debeat præcedere, ita Doctores cōmuni sensu receptum referunt Alexāder de Neuo *g* & Iulius Clarus, quæ doctrina celebris est, & in tribunalibus Ecclesiasticis, & regularibus maxime notanda. At in nostro casu hæc locum non habent cū ea epistola non sit scripta animo iniuriādi siquidem vt supponitur ad prælatum sigillo obsignata est missa, & à secreti naturalis limite minime recesserit, imo prælatus ad quē fuit missa potest agere actione iniuriarum contra epistolam aperientem & publicantem cum ipsi ex huiusmodi aper-

a Lug. in pra &ti. c. 66. n. 6.

b Curc. Iun. in l. fi. n. 30. ff. quod quisque iuris.

c Bart. in l. eum qui in nocentia in ser. ff. de iur. Clar. li. 5. recep. ser. §. iniuriam versic. item quæro.

d Cou. lib. 1 var. c. 11. n. 6

e Plaça de deli. c. 1. n. 7 Perez in rubr. ff. 9. li. 8. ordinamē. versi. aut de lictum.

f Sal. vbi su. in fi. lu. B.

g Neuo cōs. 82. n. 5. in fi. Clarus lib. 5. recepta. § iniuriam. versi. item quæro in ff.

tione maxima iniuria irrogetur, & munus prælationis detrimentū patiatur: propter timorem enim similis apertionis & publicationis multi ab scribēdis & mittendis literis ad suos prælatos retrahentur, quarum scriptio & missio aliquando in maximam religionis vtilitatem necessaria est, vt per eas informentur prælati de his quæ necessario vt suum munus recte exequantur scire debent.

ARTICVLVS. III.

Qua pœna maledicus puniatur.

REspondeo dicēdo, quod Bernardus Diaz de Lugo *h* tenet maledicū condemnari ad petitionem iniuriati ad hoc vt præsentia iudicis, & bonorū hominum dicat se mentitum fuisse, cum ita cautum sit, & seruari soleat in Laicis iuxta quādam legem *i* huius regni. At opinionem contrariam tenuit Boerius K in clericis, & sacerdotibus, quam sequitur Perez & Plaça, & Padilla, qui omnes autorem prædictum reprehendunt, & merito in ea sententia, quia clericus ob tale crimē habet à iure Canonico pœnā statutā, vt veniam ab aduersario petere cogatur, vt habetur in iure, *l* igitur illa pœna clericus à suis prælatis puniri debet, non enim oportet, vt ex alienis tribunalibus extraordinarias & crudeles nimis pœnas reportent. Quā etiam sententiā non mediocriter adiuuat, quia sicut nobiles non tenentur palinodiā recantare, vt determinatum est in quadam ordinamentorū lege *m* pari ratione neq; religiosus, neque sacris ordinibus insignitus. Nam priuilegium militis sæcularis ad militem cælestis militiæ extenditur iuxta quandam glossam, *n* quam post alios communiter receptam dicit Couarruuias, & esset sane iniquū, quod miles sæcularis militiæ hoc priuilegio frueretur non vero miles cælestis militiæ, cum non solum huius dignitas illius dignitatem superet, verum regalem quoque superemineat, vt sacri Canones *o* insinuant, & quanta differentia est inter Solem, & Lunam, tanta est, aut certe maior inter imperium, & sacerdotiū, vt dicitur in iure, *p* & Salzedo *q* ait, semper in controuersijs forēsibus receptā vidisse hanc opinionem, & primum omnium eā

h Lugo vbi sup.

i l. 2. tit. 3. li. 4 fol. 50. K Boerius cōs. 4 n. 40. Perez in l. 1. tit. lib. 1. ordi. & in l. 3. vers. de maledico rit. 8. lib. 8. ordin. Plaça de delict. lib. 1. c. 1. n. 21. Padilla in l. quāuisn. 9. C. di iur. & fact. igno.

l c. clericus maledicus. 46. dist.

m l. 2. tit. 10. lib. 8. ordi. n Glos. in l. miles. ff. de re iudi. Couar. lib. 2. varia. c. 1. n. 9. o c. duo sūt quippe. 96. dist.

p Ca. solite de mat. & obed.

q Sal. vbi su.

Salman-

Salmanticæ publice legendo ſequutũ fuiſſe inſignẽ eius præceptorem Doctorẽ Gutierrez Diaz de Sandoual, & Nogerol ſacrorum Canonum in ea Academia profeſſorem primarium. Vnde videtur concludendum, quod maledicus ſacerdos nõ eſt obligandus palinodiam recantare, etiam ſi contra alios crimina falſa protulerit. Nec obſtat, quod contra aliquos ſacris ordinibus inſignitos, & in dignitatibus conſtitutos, talia protulerit ſcribendo, ita vt eorũ honor aliquod detrimentum patiatur, niſi ſe mentitum eſſe fateatur. Nam reſpondetur, quod honor ſacerdotum, magis conſiſtit in patiendo propter Deum, quã indictam palinodiam petẽdo per actionem in iuriarũ, imo eorũ decus, & honor in proponendo dictam actionem maxime deluſtratur admodum ſæcularium in eorũ cauſis procedendo, & framam fatrum ſuorum ſacerdotum deturbando enixe eorum palinodiam procurando præcipue ſi ſunt religioſi cũ ipſi reliquerint propter Deũ omnia, & mundo mortui â ſacris Canonibus iudicentur, quod argumento eorum, quæ ſcribunt Iulius Clarus, *a* & Ioannes Martinez de Olano cõfirmatur. Verum eſt tamen, quod ſi fuerit conuictus eſſe notabiliter maledicum & his eſſe aſſuefactũ crediderim ego quod iudex ex officio poterit obligare ipſum etiam ſi ſit clericus, aut religioſus, vt dicat ſe fuiſſe mentitũ, nec enim iudex vt pius ſit iniurianti crudelis debet eſſe iniuriatis, & reipublicę, quæ his & alijs ſimilibus deturbatur, & religioni, quæ non ſolum his inquietatur, ſed etiam maximè deluſtratur, cum alias ſi in ſola petitione veniæ condemnaretur, ſemper maleuoli crederent, & beneuoli ſuſpicarẽtur illum dixiſſe verum, niſi cum retractãtem & palinodiam recantantẽ audirent. Quod à fortiori procedit, ſi fuerit locutus cõtra prælatos, quorum honor eſt non ſolum ipſorum, ſed totius communitatis, & congregationis ipſis commiſſæ. Vnde iudices in hoc caſu debent procedere conſideratis qualitatibus perſonæ, & eorum, quæ ſunt dicta, & loco, & tempore, quæ omnia arbitrio iudicum relinquuntur. Neque obſtat, quod ſacerdotes maledici ſecundum ius *b* Canonicum pœna palinodiæ minime plectantur. Nam reſpõdetur illud procedere regulariter loquendo at non prohibet ius, vt hac afficiantur pœna illi, qui aſſueſcunt ſimilia dicere. Quod principaliter locum habet in religioſis, cum ex linguis maledicis religionis paci, & tranquillitati proueniat non modicum detrimentum, & ipſi religioſi prælatis ſubijciãtur in his, quæ ad obſeruantiam regularem concurrunt, quæ obſeruantia regularis in pace, & tranquillitate religioſorum, conſiſtit, quæ pax, & ſocietas per maledicos ſæpe ſæpius tollitur. Vnde oportet, vt in virga ferrea regantur, vt caſtigatione intellectũ conſequantur, dicente Scriptura quod *vexatio dat intellectum.*

a Clarus li. 5. accept. ſent. 6. iniuria verſi. itẽ condemnatus Olanus in concor. antrino iur. com. & Regi, lit. L. n. 9

b d. c. clericus maledicus.

ARTICVLVS IIII.

Qua pœna ſit puniendus Monachus ſeditioſos, & ſeminans diſcordias.

REſpondeo dicendo clericum diſcordias ſeminantem iudicis arbitrio eſſe puniendum, prout in ſacris Canonibus *c* eſt determinatum, iudex autem iuſtus pro qualitate perſonæ, & excitatæ ſeditionis pœnam arbitrabitur, ſeditionis enim delictum graue eſt admodum, prout aduertit Menochius, *d* & clericus maledicus degradatur: neque vnquam abſque ſatisfactione ad officium reuocatur, vt dictum eſt in articulo ſuperiori, & eo magis eius maledicentia eſt coercenda, quod excitat ſeditionem in Eccleſijs, & clauſtris vbi pax, & quies ſummopere debet obſeruari iuxta ea, quæ in quadam lege *e* dicuntur, & ſcribit Conradus primus, qui multis probat obloci, & temporis qualitatem, cõditionemque ſeditioſos eſſe grauius, vel leuius animaduertendum, ſicut ipſemet Conradus *f* oſtendit propter euentum pœnam eſt augendam, vel minuendam, & grauior eſſe creditur illa ſeditio, quæ aduerſus maiores ſuos, & Magiſtratus committitur, vt ſcribit Brunus. *g* Nam & qui eorum iuriſdictionem, & poteſtatem perturbat, & impedit, grauiter punitur, vt ſupradictus Menochius *h* affirmat.

c ca. ſi quis monachus. 90. diſt.

d Menoch. de arb. cent. 4. caſu. 266. n. 4.

e l. denunciam⁹ C. de ijs, qui ad Eccleſ. confugiunt Cõra. in tract. de ſeditioſ. li. 5 c. 7.

f Conr. vbi ſu. c. 8.

g Brun. lib. 5. c. 11. ad fi.

h Men. li. 2 de arb. cẽt. 5. caſu. 437.

(*.*)

Quæſt.

QVÆSTIO. XXXI.

De correctione fratrum quoad pœnam imponendam falſa rijs in duos articulos diuiſa,

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 *Quomodo falſarij ſunt puniendi.*
2 *Qua pena puniantur falſos teſtes ſolicitantes.*

ARTICVLVS I.

Quomodo falſarij ſunt puniendi.

Eſpõdeo dicẽdo, iuxta ſacros Canones, quod presbyteri, aut diaconi dicẽtes falſum teſtimoniũ ab officij honore depoſiti in monaſteriũ detruduntur. Ita cẽſuit Cõcilũ Agatẽſe prout tradit Gratianus, *a* & Præpoſitus hoc intelligit verum, quando clericus eſt de hoc crimine directe accuſatus, & cõuictus, vel iniure cõfeſſus, ſecus autem ſi non conſtat de illo via directa, ſed incidenter, videlicet quando contra clericum in teſtem productum probatur exceptio falſitatis, quia tunc non debet deponi, nec etiam propter hoc infamari, ſed tantum â teſtimonio repelli. *b* Vide Hoſtienſem hoc crimen falſi teſtimonij inter crimina capitalia, quæ inducunt depoſitionem commemorantem & hoc procedit ſiue in ciuili cauſa, ſiue in criminali clericus dicat falſum teſtimonium ſecundum Turrecrematam, & alios, quos refert Bernardus Diaz de Lugo *c* dicens maximè eſſe conſiderandam qualitatem cauſæ, in qua clericus falſum teſtimonium dixit, grauius enim eſt puniendus clericus, ſi damnum fuit ſecutum ex eius teſtimonio, quàm ſi non fuit ſecutum conſiderata qualitate damni, vel iniuriæ illius, contra quem depoſuit, grauius eſt etiam puniendus clericus, qui in cauſa criminali falſum protulit teſtimonium, quã qui in cauſa ciuili. In his præterea prouincijs, in quibus ex lege, & conſtitutione earum imponi debet teſti falſum deponenti eadẽ pœna, quæ imponeretur accuſato, ſi verum eſſet delictum, de quo impetitur, de quo eſt lex *d* hoc conſtituẽs in his Hiſpaniarũ partibus, quæ Iuri communi conſona eſt iuxta aliam eiuſdem iuris legem, *e* & tradit Hippolytus, multum debent iudices Eccleſiaſtici procurare, quod grauius, quàm alibi, vbi non viget huiuſmodi lex, *d* hoc delictum puniatur, cum videntam grauiter puniri laicos in ſimilibus. Hæc doctiſsimus Bernardus Diaz *f* de Lugo, quod aduertere debent iudices regulares circa ſuos ſubditos de hoc crimine cõuictos. Aduertant tamen iudices Eccleſiaſtici, & regulares, quod dicta pœna imponi non debet, quãdo falſitas ſine dolo fuerit commiſſa, nempe per errorem, cum falſitas formaliter loquendo ſine dolo minime committatur, prout in iure *g* Ciuili, & Canonico probatur, & affirmat Socinus Iunior hanc eſſe communem opinionem. Aduertant inſuper, quod pœna ſupradicta ordinaria imponenda eſt, quando iudicio ordinario, & mediante accuſatione proceditur, ſecus ſi per viam inquiſitionis procedatur, quia tunc arbitraria pœna eſt inſligenda iuxta quandam Gloſſam, *h* quam communiter receptam tradunt Couarruias, & Menochius.

Aduertant denique, quod minime eſt locus pœnæ ordinariæ, quando clericus, vel religioſus falſum teſtimonium dixit, non interpoſito iuramento prout tenet Baldus, *i* Angelus, Robertus Maranta, quod puto verius, licet contrarium Iulius Clarus atteſtetur, *K* non enim teſtimonium eſt tunc ita qualificatum, vt pœna ordinaria veniat neceſſario puniendum.

a ca. Epiſcopus 50. diſti vbi præpoſitus.

b Hoſt. in ſumma de accuſat. §. quis ſit effectus verſ. & gratia exempli.

c Lugo in pract. c. 93.

d l. 43. Taur.

e l. 1. §. præterea vb i Hippol. ff. ad l. Iuliam. de ſica.

f Lugo vbi ſup.

g l. nec ex ampliſ. l. ſi quis decurioff. de fal. tradunt omnes in c. Ioã de fid. iuſ. Soccin. cõſ. 39. n. 33. li. 2 h Gloſſ. in l. nullum C. de teſti. Couã. in c. quãuis pactum. 1. part. §. 7. n. 5. Menoc lib. 2. de arbitr. cent. 4. q. 306.

i Bal. conſ. 106. col. 7. Angel. cõſ. 194. colu. 2. in fi. Maran in ſpecul. ad uoca. 1. p. c. 1. n. 21. K Clarus li. 5. recep. §. falſum vers. tuſcia.

ARTICVLVS II.

Qua pœna puniantur falſos teſtes ſolicitantes.

Eſpõdeo dicendo, quod in atrociſsimis delictis, vt eſt falſum teſtimoniũ in iudicio, & ſolicitare mulierẽ in cõfeſsione punitur conatus, licet nõ ſequatur effectus, maxime ſi deuentum ſit ad

ad actum facto proximum, quo casu perinde puniri debet, ac si delictũ esset consummatum, vt per plura concludit Grammaticus, & sic eadem pœna puniuntur solicitantes mulieres in actu confessionis proximo, sicut in ipso actu, vnde solicitantes alios ad falsum testimonium ferendum eadem pœna puniuntur, ac punirentur, si ipsum falsum testimonium propter eorum solicitationem deferrent.

QVÆSTIO. XXXII.

De correctione fratrum quoad crimen læsæ Maiestatis, diuinæ, & humanæ in quatuor articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæstionem quatuor quæruntur.*

1 *Qua pœna puniãtur religiosi (quod absit) hæreticantes.*
2 *Qua pœna afficiantur crimen læsæ Maiestatis committentes.*
3 *Qua pœna puniendi extrahentes delinquentes a manibus iustitiæ.*
4 *Qua pœna sit puniendus monachus de rege maledicens.*

ARTICVLVS I.

Qua pœna puniantur religiosi (quod absit) hæreticantes.

DE hoc articulo vide infra in quæstione de hæretica prauitate.

ARTICVLVS II.

Qua pœna afficiantur crimen læsæ Maiestatis committentes.

REspondeo dicendo, quod crimen læsæ Maiestatis committentes vltimo supplicio afficiuntur, & eorum habitacula aratro, exarantur, & sale deinde aspergũtur iuxta ea, quæ tradit Ioannes Parladorus, *a* & sanè de perduelis ædibus diruendis iure aperto cautum legimus, vt ex legibus *b* partitarum constat. Et huius rei ratio redditur in quadam Decretali *c* his verbis. *Sint habitationes eius desertæ, & vt non sit, qui eas inhabitet, dentur cuncta ædificia eius in ruinam, & vt perpetuæ notæ infamiam perpetua ruina testetur, nullo tempore reparentur.* De aratro vero inducẽdo, quanuis non sit iure cautũ, hoc tamẽ ductum est à ciuitatum euersione exemplo illius, quod in quadam lege *d* legimus. Nec hoc â ratione deuiat, sicut enim in vrbibus condendis aratro locus diffiniebatur, vt inquit quidam iuris Consultus *e* dicens, vrbs, ab vrbo appellata est, vrbare est aratro diffinire. Et Varro ait, vrbum vocari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi soleret: ita in illius ruinam, depopulationemque eodem instrumento vti conueniens erat, cũ nihil sit tam naturale, quam vnamquanque rem per quascunque causas nascitur, per easdem dissolui, atque de hac aratri inductione in euertendis vrbibus tradit luculẽter Cęlius Rodiginus. *f* Atque de sale aspergendo non erit in promptu causam inuenire, id enim neque iure comuni, nec Regio scriptum legimus. Vnde ego hunc ritum effluxisse arbitror, non quidẽ ex annalibus, fabulis circulatorij sue nugis, sed ex sacris profecto Biblijs: legitur in libro Iudicum, *g* Abimelech Vrbem Sichem propterea quod â suo imperio defecerat, funditus diruisse, & habitatoribus interfectis sale aspersisse. Et huius facti fuisse credo causam ex eo, quod aliarum rerum fere omniũ ingenium ad generandum semper est procliue, salis contra natura effecta est, ac non tantum ad non generãdum, quam ad erodendum, consumendumque prompta. Ex quibus patet, quibus pœnis crimẽ læsæ Maiestatis puniatur, & ratio huius punitionis est propter præ dicta in promptu. Quæ pœnæ licet non possint regularibus accõmodari, aliæ pœnæ loco earum sunt imponendæ, ita, vt vltimum supplicium illis dando sit qualificatum per brachiũ sæculare exequendum, cui ipsi post degradationem sunt tradendi.

a Parlad. li. 1 quotid. c. 21.
b Lib. 6. tit. 13. & in l. fi. tit. 19. & in l. 6. titu. 27. par. 2.
c ca. Fælicis de pœn. li. 6
d l. si vsus fruct. ff. quibus mod. vsus. fruct. e l. pupil. §. vrbs. ff. de verb. sign.
f Rodig. li. 14. lect. antiquarũ c. 5.
g Iud. c. 9.

Arti-

ARTICVLVS. III.

Qua pœna ſint puniendi extrahentes delinquentes a manibus iuſtitiæ.

a l. addictos C. de Epiſc. audient.

REſpondeo dicendo, quod imperatores Archadius, & *a* Honorius deſcripſerunt quod ſi pro immanitate criminis addictos ſupplicio monachi, vel clerici eripuerint, eorum crimen vindicetur, quod ſi tanta fuerit monachorum, clericorumque audacia, vt in huiuſmodi iniuria potenter reſiſtant, vel ſe defendant, ad Principem referatur, vt eius autoritate ſecurius caſtigentur. Ex qua lege Gloſſa, *b* ibi obſeruat iudicem laicum poſſe eo caſu in monachos, & clericos animaduertere, & ita dicunt aliqui, quod iudices ſæculares poſſunt Eccleſiaſticos ita condemnare, & ex eorum patrimonio, & bonis exigere propter delictum hoc. Ita tenet Ioannes Garcia. *c* Sed hanc legem addictos, eſſe hodie correctam, vt verius, & receptius tenet Gloſſa; *d* & affirmant Albericus, Angelus, Salicetus, & Fulgoſius. Et probatur, nam leges ſæculares Eccleſiaſticis contrarias etiam in cauſis publicis, & communibus in re merè temporali, & pecuniaria abrogatas eſſe tradunt poſt alios Boerius, *e* Nauarrus, Palacius, Gaſpar Stephanus, ergo à fortiori erit abrogata lex addictos, ab Imperatoribus ſeculariubs lata, cum agat de crimine per monachos, & clericos cõmiſſo, in quo in perſonas Eccleſiaſticas iuſtior eſt laicorum incapacitas. Neque hoc crimen debet à prælatis regularibus pœna rigoroſa puniri, licet enim aliquando monachi in hoc excedant: at dictus exceſſus non prouenit ex contemptu ſæcularis poteſtatis, nec Regiæ Maieſtatis, ſed ex nimia eorum non bene fundata charitate, quæ in hoc caſu, ſicut in alijs operit multitudinem peccatorum.

b Gl. in d. l. addictos. v. vẽdicare & v. vindicetur.

c Garcia de nobil. glo. 9 n. 10.

d Glo. in v. vindicetur. Albe. Ang. Salic. & Fulgoſi. n. 3. in d. l. addictos

e Boer. cõſ. 31. vol. 1. Naua. c. 17. nu. 201. & c. 23 n. 100. Palat. in Theolo. cõtract. li. 2. Stepha. de defen. immun. pagi. 108.

ARTICVLVS IIII.

Qua pœna ſit puniendus Monachus de Rege maledicens.

a l. 1. C. ſi quis Imperator. maledixerit.

REſpondeo dicendo, quod Imperatores Theodoſius, Archadius, *a* & Honorius, Rufino præfecto prætorio reſcripſerunt dicentes, ſiquis modeſtiæ neſcius, & pudoris ignarus improbo, petulantique maledicto nomina noſtra crediderit laceſſenda, ac tumultuantia turbulentus obtrectator temporum noſtrorum fuerit: eum pœnæ nolumus ſubiugari, neque durum aliquid, neque aſperum volumus ſuſtinere, quoniã ſi is ex leuitate proceſſerit, contemnendum eſt: ſi ex inſania miſeratione digniſsimum: ſi ab iniuria, remittendum. Vnde integris omnibus ad noſtram ſcientiam referatur, vt ex perſonis hominum dicta penſemus, & vtrũ præ termitti, an exquiri debeãt, cenſeamus. Et in quadam partitarum lege, *b* quaſi ſimilẽ conſtitutionem contineri videmus. At in nouæ Compilationis lege, *c* ſequentia proponuntur.

b l. fin. tit. 2. par. 3.

c l. 3. tit. 4. li. 8. recopilã.

Porque algunos malos hombres no temiendo a Dios, y oluidando la lealtad, a que ſon tenidos a ſu Señor, y Rey natural, y a ſus Reynos, donde ſon naturales ſe atreuen con malicia a blaſphemar, y dezir palabras injurioſas y feas contra nos. Y nos queriendo refrenar, y contraſtar eſta oſadia, ordenamos que qualeſquier, que las tales coſas y blaſphemias dixeren contra noſotros, o contra qualquier de nos, y contra la Reyna, o contra nueſtro eſtado real, o cõtra el Principe, o Infantes nueſtros hijos. y contra qualeſquier dellos, que ſi fuere hombre de mayor guiſa, y eſtado, que ſea luego preſo por la juſticia donde eſto acaeciere, y nos lo embien preſo, donde quier que nos ſeamos, para que le mandemos dar la pœna que entendieremos que merece. Y ſi fuere hombre de ciudad, o villa, de qualquier ley, eſtado, o condicion que ſea, ſi hijos ouiere de bendicion, que pierda la mitad de ſus bienes, para la nueſtra camara, y la otra mitad, que ſea para ſus hijos, y ſi hijos no ouiere, que pierda todos ſus bienes, las dos partes para la nueſtra camara, y la otra terciaparte para el acuſador, y eſtos bienes que aſsi ſe perdieren, ſe entiendan, ſacadas las deudas, y ſacando el dote, y arras de ſu muger, y ſi el que aſsi blaſphemare fuere Conde, o rico hombre, o caualliero, o eſcudero, o otro hombre de gran guiſa, que la nueſtra juſticia del lugar donde eſto acaeſciere haga peſquiſa ſobre ello, y nos embie a hazer relacion dello, porque nos lo mandemos caſtigar.

Y otroſi rogamos y mandamos a los Prelados de nueſtros Reynos, que ſi algun frayle, o clerigo, o Ermitaño, o otro religioſo dixere alguna coſa de las ſobredichas, que lo prendan, y nos lo embien pueſto a recado.

Circa quod notandum est primo, quod pœnæ supradictæ non sunt imponendæ, nisi illis, qui improbo, petulantique, & maledico animo verba contra Maiestatem realem protulerint, prout lege *d* dictorum Imperatorum satis patet. Vbi glossa declarat dicta verba improbo, petulantique, id est, superbo, & inflato. Si enim dicũtur ex quadã leuitate, & inconsideratione, non est locus dictis pœnis. Aiunt enim dicti Imperatores, quoniam si id ex leuitate processerit, contemnendum est, si ex insania, miseratione dignissimum, si ab iniuria, remittendum. Vnde cum dicti Imperatores in hoc delinquentes ad se remittendos decreuerint eo tantum casu, quo ex iniuria, petulantique animo maledixerint Imperatori, debemus necessario intellige re rigorem dictæ legis compilationis in hoc tantum casu locum habere. Cum eãdem saltem ne dicam maiorem benignitatem in Regibus Ioanne I. & Enrico III. Christianis ipsius legis conditoribus præsumere teneamur, quàm in Theodosio, Archadio, & Honorio, antiquæ illius legis promulgatoribus. Vnde tenentur religiosi considerare, quo animo dicta verba contra Regem proferantur, animum petulantem, & superbum experientur, si maledicentes ab eis fuerint reprehensi, & fraterna correctione moniti, & nihilominus in verbis superbis, & inflatis perseuerauerint & è contra animum syncerum, & leuitate motum indicabunt, si statim quod fuerint correpti ad se reuersi talia dixisse pœnituerint.

d d.l.1. vbi glo.v.petulanti.

Notandum est secundo, quod si contigerit, quod frater maledicus contra Regiam Maiestatem à Prælatis suæ religionis fuerit iudicandus iuxta qualitatem pœnæ indicta lege nouæ Compilationis appositæ debet iste delinquens pœna arbitraria puniri, in qua pœna arbitraria imponenda circunstantiarum debet ratio haberi, quæ in pœnis arbitrarijs infligendis â doctis, & prudentibus iudicibus considerantur. Religiosus autem, qui in huiusmodi delicto fuerit deprehensus priuandus erit voce actiua, & passiua, & in aliquod monasterium relegandus, & si fuerit prælatus, â sua Prælatione remouendus, si quidem non habet alia bona, â quibus possit priuari.

QVÆSTIO XXXIII.

De correctione fratrum quantum ad pœnam homicidij imponendam in quatuor articulos diuisa.

Circa quam quæstionem quæruntur quatuor.

1 *Qua pœna sunt puniendi religiosi homicidæ.*

2 *Qua pœna sint puniẽdi subditi qui manus violẽtas in prælatos suos injciunt.*

3 *Si in aliqua religione statuatur, vt qui vulneraueric fratrẽ tali pœna puniatur quomodo huiusmodi statutum sit intelligendum.*

4 *Qua pœna sint puniendi venefici.*

ARTICVLVS I.

Qua pœna sunt puniendi Religiosi homicidæ.

REspõdeo dicẽdo, quod homicidium inter grauiora, & horribiliora crimina cõputatur, vt notat abbas, *a* ideo clericus homicida est deponẽdus, vt ex quodam Canone *b* patet, quod est ex Canonibus Apostolorum. Quod communiter intelligitur in quocũque homicidio per clericũ facto, præcepto, consilio, lingua exhortatione, vt notat quẽdã Glossa *c* & post depositionem detrudendus in monasteriũ vt probatur in iure *d* & tenet Anania, & multos allegãdo Bernardus Diaz de Lugo qui aduertit, quod licet in iure disponatur, quod clericus, qui consilio tantum homicidium perpetrauit, eadem depositionis puniatur pœna, qua & occidentes actu puniuntur: tamen nemo dubitat, in retrusione non ita diuturna pœna puniendum esse consilium præbentem, sicut verè occidentẽ. Intelligenda est etiã supradicta pœna, quãdo iniustè, & voluntariè est homicidiũ commissum, prout tradit Hostiẽsis. *e*

a Abb. in c. cũ cõtingat col. 6. de foro comp. c. quæsitũ de temporum ordina.
b c. presby. 81. dist.
c Gl. in c. sicut dignum de homi. in §. clericos. v. consil.
d c. cũ nõ ab homine iũcto. cap. tuæ de pæn. Anan. in c. r. col. pen. de presb. qui filios occid. Lugo in sua pract. c. 94. tit. homici. n. 1.
e Hostiẽ. in Sum. de homici. §. qua pœna. vers. & hoc intelige.

Præte-

Præterea clericus homicida priuādus est beneficio, quod habet cum homicida non sit priuatus ipso iure beneficio, prout tenet communis secundum Nauarrum f Alciatum, & Couarruuias.

f Na. in manua. c. 27. n. 249. & in c. si quādo ex cep. 9. d rescrip. Alciat. in d c. cū nō ab homine. n. 16. de iud. Clem. si furiosus 2. p. § 3. n. 6.

Ex his possumus indagare, qua pœna sint plectendi religiosi hoc crimē committentes occidendo alium religiosum, præciuē suum Prælatum, qui nō dicentur simpliciter homicidæ, sed fratricidæ, & parricidæ, concludit enim Abbas g post Petrū de Ancharrano, quod clerici parricidium committentes, vel aliās homicidium enorme perpetrantes, vt si Episcopum occiderent, deberent deponi, & tradi statim Curiæ sæculari nō expectata incorrigibilitate. Et Alciatus h ait opinionem istam sæpissimè in practica fuisse receptam, eāque communem esse fatetur Ludouicus Corrasius, i & Couarruuias, qui Couarruuias sequutus Bernardum Diaz de Lugo contrariam opinionem amplectitur, quam appellat communem Petrus Plaça, K cui suffragatur quædam Decretalis, l quæ in principio docet in omni crimine quantumcunque graui sæcularem iudicē non posse clericos punire, eos tamen esse deponendos, & si incorrigibiles fuerint, sæculari brachio esse tradendos. Ecce Romani Pontificis aptissimum testimonium, ex quo manifestē constat, quod etiam ob crimen enorme, nisi accesserit pertinacia, & incorrigibilitas, traditio fieri non debet, & hāc opinionem, vt veriorem, & magis consentaneam pietati Christianæ testatur Nauarrus, m contrariorū rationibus respōdens. Verum est tamen, quod in praxi contraria opinio in his Hispaniarum partibus fuit secuta in casu quorundam religiosorum, qui prouincialem suum suffocauerunt, & comprehensi à quodam Archiepiscopo Hispalensi Sanctæ Romanæ Eccle suæ Cardinale autoritate Pauli III. eos maxima deliberatione præhabita depositos & degradatos tradidit brachio sæculari, à quo fuerunt cōdemnati, vt furca suspendentur, & de facto fuerūt suspēsi. Sed hoc contigit quia prælatus conuentualis, & dicti fratres contra prædictum Prouincialem conspirauerunt, & cum maximo scandalo ipsum occiderunt. At dicta Bulla Pauli III. maximè facit pro opinione Bernardi Diaz de Lugo, secuta à Couarruuias, in eo enim breui Pauli III. dicto Archiepiscopo, & ipsis associatis virtualiter cōcedit Paulus III. facultatē adhoc, vt ipsi fratres vltimo afficiantur supplicio. Ait enim, quod ipse, neque ei associati incurrant alia quam pœnā Ecclesiasticam, & censuram, etiam si ad vltimū supplicium sit deueniēdum. Et insuper ait Paulus III. in eodem Breui. *Volumusque, vt si locus sit degradationi, & traditioni Curiæ sæculari, tu, vel Catholicus Antistes per te eligendus cū duobus alijs Episcopis & vsque ad degradationē procedere valeatis.* Ecce quo modo in dictis verbis concessit Paulus III. vt si atrocitas delicti appareret morti dicti parricidæ traderentur. Ex quo colligitur in iure cōmuni contrariū esse verius, vt scilicet, licet sit crimē atrox minimè gentiū delinquētē possunt prælati regulares tradere brachio sæculari, si enim iure cōmuni id possent non expectata incorregibilitate, & in hoc casu â fortiori possent, cū hoc fuerit horrendū delictū, & si inultū remaneret, vt oportebat regimen religionū detrimentū patere tur, quarū professores in virga ferrea necesse est aliquando regere, & metu alicuius similis criminis Prouinciales, & Prælati conuentuales ab hoc vnico remedio abstinerent. Et sic dicit Paulus III. in dicta Bulla, *Ne si tam horrendum facinus impunitum remaneat, alia similia & deteriora perpetranda inuitentur.* Et sic concessit Pius IIII. ordini sancti Hieronymi, vt ad triremes possint fratres relegari qui commiserint delictum cui in sæculo pœna mortis correspondet, prout in 1. tomo latè diximus.

g Abb. in c. at si clerici in princ. de iud. col. penul.

h Alciat. in d. c. cum nō ab homine, n. 12.

i Corras. in prac. cri. fo. 240. n. 5. Couar. lib. 2. varia. c. 10. n. 7

K Plaça lib. de delict. c. 23. n. 43.

l d. c. cū nō ab homine

m Nau. tit. de priu. cō. si. 17.

ARTICVLVS II.

Qua pœna sint puniendi subditi, qui manus violentas in prælatos suos iniciunt.

REspōdeo dicēdo, quod vbicūque prælati à subditis fuerint inuēti, siue in cō munitate, siue extra communitatem debent reuereri. Vnde secūdum Titum Liuium, a & Bodinum, & alios respublica pro securitate magistratum deponebat quod caput eius qui tribuno plebis, aut iudici detraheret Deo Ioui sacrificaretur, & secundum Iurisconsultum b Arrium Menandrum, qui manus intulit præposito capite puniendus est, quod dictum

a Liui. lib. 3. Bodin. lib. 3 de repub. c. 5. pag. 264. in fin.

b l. omne delictum ff. de remilitari.

ctũ notãt Baldus, *c* Iaſon, Felinus, Puteus, Follerius, Auiles, Plaça, qui declarãt quæ ſit pœna capitalis, qui defendunt milites manus violentas in ſuum iudicẽ inijcientes, aut alapã correctori ſuo dantes capite eſſe puniẽdos, qui enim ipſos offẽdit principem offendit, prout tradunt Franciſcus Lucanus, *d* Conradus. Auiles, Lucas de Pena & Caſſaneus.

Quod cõfirmatur ex Ariſtotele *e* dicente ſi quis magiſtratum gerens percuſſerit quẽpiã nõ decet eũ repercuti, & ſiquiſpiã cum qui magiſtratum gerit percuſſerit, is non ſolum repercutiendus eſt, verũ etiam ſupplicio afficiendus. Atrocitas autem huius delicti conſideratur, quando correctori, & eius vicem gerenti, libellos infamatorios, & alia ſigna iniuriæ, & contumeliæ publicẽ imponunt prout ordinatur in quadam lege *f* Partitæ, & tradit Plaça.

Ex his quæ dicta ſunt circa pœnas debitas contra percutiẽtes correctores & magiſtratus in ſæcularibus, licet indagare qua pœna ſint afficiendi in religionibus qui priorẽ aut ſuperiorẽ guardianum, aut vicariũ percuſſerint. Si enim percuſsio eſt enormis videtur quod poſſunt â religione eijci, cũ huic delicto immũdo pœna capitalis correſpondeat, qui enim offendit vicarium Epiſcopi dicitur offendere ipſum Epiſcopum, vt dicitur in iure, *g* & qui offendit viceregem eadem pœna punitur, qua qui offendit Regem caſtigatur, quod idem de offendẽte Nũtium iudicis, tradit Gregorius Lopez. *h* At ego licet ſupradicta pœna plectẽdos eſſe affirmẽ eos qui priores, aut Guardianos grauiter percuſſerint nunquam tamen potui ſubſcribere ſententiæ eijciẽdi â religione monachũ, eo quod percuſſerit grauiter vicariũ conuentus. Primo quia non tantus honor debetur vicario ſicut principali, ſed debetur illi honor in quantum repræſentat principalem prout tradunt Alexander, *i* Iaſon Decius, Cõradus, Euerardus, Oroſcus, Secũdo quia nõ debet fieri argumentũ detinentibus correctorũ, & vicarijs Epiſcoporũ, ad vicarios guardianorũ, vicẽ enim tenentes correctorũ fulminãt proceſſus proferũt ſententiã, & iuriſdictionẽ habent amplam ſecundũ quod iure eſt ſtabilitum, vicarij etiã Epiſcoporũ ſunt iudices veri, & habent dignitatem, & obtinent ampliſsimã iuriſdictionẽ, vt ex ſacris Canonibus Kpatet. At vicarij Guardianorũ non eã habent iuriſdictionẽ, neq; habent dignitatẽ neq; poſſunt excõmunicare, & nullã omnino in ipſis inuenio iuriſdictionẽ, niſi quãdo propter lõgã abſentiã guardianorum, vt præſidentes â patre Prouinciali conſtituuntur, vnde ſicut eis nõ debetur tantus honor ſicut debetur Guardianis ita hi qui manus in eos inijciunt nõ merentur tantã pœnã quanta correſpõdet his qui manus violẽtas in guardianos inijciunt, quod cõfirmatur, non enim committit proditionẽ qui offendit locũ tenẽtem ſicut qui offendit præſicentem quarundam ciuitatũ iuxta quandam recopilationis legem. *l*

Neque ego puto eijci poſſe â religione monachũ qui diffinitorẽ eius prouinciæ grauiter percuſſerit, licet enim qui percutiũt iudices collaterales regũ, & eorũ cõſiliarios pœna capitali puniãtur, vt colligitur ex iure, *m* & tradunt Gregorius Lopez Boerius, Gigas, & ſingulariter Andreas de Iſerna, Capiccius, Didacus Perez, Bartholomæus Philippus, & Caſſaneus, attamen diffinitores nõ cõcludunt negotia in religionibus, vt cõſiliarij regũ in ſuis tribunalibus, conſiliarij enim regũ cum ſigillo regali, & in nomine regis multa præcipiunt & cauſas decidunt pro tribunali ſedentes, at diffinitores nõ habent ſigillũ generalis aut prouincialis, vt cauſas diffiniãt, ſed ſolũ aſsiſtunt inconſultationibus habẽtes in his votũ cõſultiuũ & deciſiuum reſpectu earum cauſarũ quæ ſecundũ conſtitutiones religionũ ſine eorum voto decidi non poſſunt, & ideo iura loquentia de regijs conſiliarijs, quo ad ſubiectam materiam ad diffinitores ordinũ minimè ſunt extendẽda. Verum eſt tamen quod grauiori pœna ſubijci debent fratres illis aliquam iniuriã irrogantes, propter reuerentiam ipſis debitam ratione præeminentiæ, quam à conſtitutionibus habent quod arbitrio iudicis eſt relinquendum.

ARTICVLVS III.

Si in aliqua religione ſtatuatur, vt qui vulnerauerit fratrem tali pœna puniatur quomodo huiuſmodi ſtatutum ſit intelligendum.

REſpondeo dicendo, quod tale ſtatutum non intelligitur de modica ſciſſura, ar-

c Bal. in c. 1. §. injuria in prin. de Pace iur. fi. Iaſ. in l. qui iuriſdi. co. 1. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Fel. inc. ex litteris, n. 22. & 23. decõſt. Put. de ſyndica. v. pæn. c. 20 n. 2. fol. 165. Marant. de ordi. iud. 4. p. n. 53. Fole. in pract. 7. p. n. 6. pagi. 385. Auil. c. 20. prætorũ gl. remediãdo in fi. Plaça de delictis li. 1. c. 6. n. 3. pag. 48. *d* Luca. in tract. de fiscoin rob. de cri. læſæ Maie. n. 10. Cõrad. in tem plojud. li. 10 c. 1. §. 4. n. 11 Auil. in c. 1. prætorũ gl. tierra nu. 4. pena. in l. omnes ſtationarij. C. de cohartali. li. 11. co. 2 Caſſ. de gloria mũdi 7. p. conſideratione. 10. poſt mediũ e Ariſt. li. 5. ethic. c. 5. f lib. 6. ti. 9. p. 7. Plaça vbi ſu. c. 3. pagi. 39. g l. oſſa. ff. de relig. & ſump fun. h Greg. l. 13 i. 1. p. 2 gl. 5 i Alex. in l. ſedſi. §. ſẽp. in prin. ff. de in ius vocando vbi Iaſ. n. 6. Dec. in c. ſanè co. 1. deof. deleg. Con. in tẽp. iudicũ l. 2. c. 6. §. 1. n. 14. Euer. in locis v. de tan quam ſeu reſpectiuiſpa. 612. Oroz. in l. Tolet. col. 590. K Titul. de vicario Epiſcop. l. 1. 2. ti. 22. li. 8. recop. ml. quiſquã C. ad l. Iul. Maieſt. Grego. li. 1. v. adelantados. tit. 2. par. 7. Boer. in tracta. de ſeditioſ. pag. 7. n 36. Gig. de læſa Maieſt. li. 1. q 14. n. 24. Iſern. in tit. quæ ſint regalia, v. bona cõmittẽtium, cri. læſæ Maieſt. Capic. deciſ. 130. n. 11. Perez in l. 39. tit. 19. gl. matar al alcalde, l. 8. ordinamento. pag. 289. col. 1. Phili. in tract. de los conſejeros diſc. 7. priu. 8. f. 50. n. 4 & 5. Caſſan. de glor. mundi. 7. p. conſid. 13.

ra, argumento cuiuſdam legis, *a* & probatur ex dicto Baldi, *b* aſſerentis quod modicum vulnus nullum habet in ſe delictũ, facit quod tradit Panormitanus *c* dicens quod ſtatutum pœnale loquens de ſanguinis effuſione, non habet locum in modica vel minima, & ſic videmus quod pro modica re non datur in integrum reſtitutio, vt dicitur in quadã lege, *d* nec in locatione modica res attenditur, vt in alia lege *e* cõtinetur, nec pro modico fit redcilſio cõtractus, vt tenet Baldus, *f* nec modica res viciat contractum, quod multis alijs exemplis probat Albertus Brunus Aſtenſis, *g* quod maxime debẽt prælati regulares notare ne circa ea quæ ſint leuia nimis rigoroſi extẽdãtur, aliquibus breuibus â ſede Apoſtolica emanatis implicati, quorum occaſione religioſi ignari aliquando ſcrupulis agitantur ſuper rebus nimis ſcrupulizantes, & cõmunitatem conturbantes, licet enim Summi Põtifices in his generaliter loquantur ſunt tamen rationabiliter limitandi, vt eorũ pœnales conſtitutiones in minimis frangentes minimè cõprehendant, non enim mihi poſſum perſuadere quod guardianus admittens fœminas deuotiſsimas intra clauſtrum monaſterij ſtatim ad ianuã, vt alias partes poſsint intueri in pœnas conſtitutionis Pij V. maximè plectentis fœminas intra dicta clauſtra admittentes incidant, non enim credendum eſt Pontificem maximum pietate plenum & prudentia in definiendo proſpectũ portantẽ in ſcrutinio pectoris ſui omnia iura velle tam rigoroſis pœnis affici niſi delictum committentem. Hunc autem guardianum in hoc minimo deficientem puto delictum minimè commiſiſſe, & de ſimilibus ſimile erit iudiciũ, quod ad multa notandum eſt.

a l.1.§.ſciendum.
b Bal. in l. ſi prædiũ. C. de ædilit. edict. q.3.
c Pan. in ca. propoſuiſti de cõſec. Eccl. l. alta. ca. pro illorum in fi. de ſen. excom.
d l. ſcio. ff. de in integ. reſtitutione.
e l. ſiquis cõductionis. C. locat.
f Bald. in authen. qui rẽ 2. notab. 4. de ſacr. Eccleſ.
g Aſtenſ. de ſtatut. art. 9. à n. 99. vſq; ad n. 115.

ARTICVLVS IIII.

Qua pœna ſint puniendi venefici.

REſpõdeo dicendo, quod clericus qui veneno quẽpiã occidit, præter quam quod in pœnam homicidij (de qua ſupra articulo ſuperiori) incidit, quia verò grauius delinquit, quã ſimplex homicida, dignè poſt depoſitionẽ grauiori detruſionẽ, & lõgiori puniendus eſt, plus eſt enim hominẽ veneno necare, quã gladio, vt in quadã lege *a* continetur: Vnde dicit Baldus, *b* quod qui veneno occidit dicitur proditoriè occidere, & vt communem allegãdo aliquos ſequitur Bernardus Diaz de Lugo *c* qui credit, quod propter execrabile delictũ quod clericus qui venenũ emit, vt daret alicui, tamen paravit, & per eum nõ ſtetit eadem pœna puniatur, ac ſi dediſſet, quod eius additionator Salzedo *d* intelligit, cum quia ad actum proximũ acceſsit, & quia venenũ propinauit, ſed venenatus adhibitis medicamentis mortem effugit: tunc enim pœna ordinaria eſt puniendus, prout explicat Couarruuias, *e* non vero quando tentat aliquẽ veneno occidere, & eade cauſa venenum emit, ſed non propinauit, quia fortè pœnituit, aut fuit impeditus, tunc enim pœna extraordinaria iudicis arbitrio eſt plectendus. Vnde illa regula quod conatus ad effectum minime productus non punitur intelligenda eſt de conatu remoto, vt is nõ puniatur pœna ordinaria criminis, ſed extraordinaria: eſt tamẽ notãdũ quod ſiuè ſit conatus propinquus, ſiue remotus ſi ad effectum, nimè producitur, non punitur cenſuris Eccleſiaſticis.

Aduertendũ eſt circa hoc, quod Sixtus V. Romæ incarnationis Dnicæ anno millesimo quingẽteſimo octogeſimo octauo quarto Kalend. Decẽbris Pontificatus ſui anno quarto edidit quãdã conſtitutionẽ, in qua diffiniuit. *c Aduerſus quaſcũque perſonas ſæculares, Eccleſiaſticas, & quorũcũque ordinũ regulares, qui venenoſis medicamẽtis, potionibus vel alijs modis abortus maturi, ſiuè immaturi, animati, ſiue inanimati fœtus eiectionẽ procurauerint, vel venena, aut potiones, ne mulieres cõcipiãt, propinauerint, vel cõſiliũ præſtiterint deponẽdi, & degradãdi ſũt a iudicibus Eccleſiaſticis, ac curiæ ſæculari poſtea tradẽdi, vt capitalẽ pœnã patiãtur, & ipſo facto excommunicauit, reſeruando abſolutionem ſedi Apoſtolicæ.*

a l. 1. C. de malefic. & math.
b Bald. in l. nemo C de ſum. Trinit.
c Lugo in pract. c. 95.
d Salz. ad d. c. 95. v. ac ſi dediſſet.
e Couar. in Clem. ſi furioſus 2. p. relect. n. 11.

Circa quam conſtitutionem eſt notandum quod Gregorius XIIII. ann. Domi-

ni milleſimo nonageſimo primo pridie Kalẽdas Iulij Pontificatus ſui anno primo conſtitutionem Sixti V. in hunc modum moderatur, ita vt dicta excommunicatio ſibi, & ſucceſſoribus ſuis reſeruata quilibet confeſſor approbatus ab ordinario, & ad hoc deputatus poſsit ab ea in foro conſcientiæ tantum abſoluere, in foro vero exteriori innuit Sũmus Pontifex in dictis verbis, *in foro conſcientiæ tantũ*, quod non valebit talis abſolutio, & perconſequẽs ad Sũmũ Pontificẽ cui per Sixtũ V. reſeruata eſt, in foro exteriori præfata abſolutio pertinebit. Verũ eſt tamẽ quod prælati regulares per eorũ priuilegia in foro exteriori poſſunt ſuos monachos, & moniales de hoc crimine cõuictos abſoluere: licet enim priuilegia regularium quoad hoc fuerint per Sixtũ V. reuocata, & per Gregor. XIIII. nõ fuerint reualidata (prout in primo tomo diximus) & per cõſequens videatur ipſos prælatos nõ poſſe in foro exteriori â prẽfata abſoluere excõmunicatione, nunc autẽ cũ ſanctiſsimus Dñs noſter Clemens, VIII. anno Dñi milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo Põtificatus ſui anno ſexto, ex certa ſciẽtia cõfirmauerit priuilegia fratrũ minorũ de obſeruãtia monialiũque S. Claræ, necnon de pœnitẽtia nuncupatorum ordinibus per Sũmos Pontifices conceſſa in Bulla quæ incipit, *Paſtoralis officij*: data ad inſtantiam Patris fratris Ioannis Baptiſtæ Moles, Commiſſarij Generalis in Romana Curia Vltramontanæ familiæ prædicti ordinis de obſeruantia dicẽs. *Nos igitur qui omniũ votis præſertimque illorum qui ſub ſuaui religionis iugo diuinis laudibus, & Chriſtianæ religionis augmento incumbentium perſonarum tranquillitati, & commoditati conſulũt, libenter annuimus eaque fauoribus proſequimur opportunis huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quæcũque præmiſſa, ac omnia & ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores cõſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias cõceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia, etiã per modum cõmunicationis, & extenſionis inter ſe, & cum aliis ordinibus mendicantibus, & nõ mendicantibus eiſdem fratrum minorum regularis obſeruantiæ, & S. Claræ, & de pœnitentia tertio ordinibus, etiam in congregatione ſub trium votorum ſubſtantialium profeſsione, & eorum ſuperiorum ordinis minorum regularis obſeruantiæ huiuſmodi obedientiæ degentibus ipſorũque ſuperiorum fratribus monialibus, ſororibus, ac vtriuſque ſexus, etiam ſingularibus perſonis necnon monaſterijs, domibus, Eccleſijs, & locis quibuſcunque in genere, & in ſpecie, etiam per ſolam ſignaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alias per eoſdem Romanos Põtifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictã ſubquacunque forma, & expreſsione verborũ conceſſa, ac etiã iteratis vicibus approbata, necnon omnibus, & ſingulis in eis forſan cõtentis clauſulis decretis, & declarationibus quibuſcũque ac ſingulas deſuper, etiam pluribus vicibus confectas literas, & in eis cõtenta, & inde ſequuta quæcunque illorum omnium tenores, & formas, datas, effectas, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, & in his eſſent inſerta, præſentibus pro ſufficienter expreſsis habentes dicta autoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ ex certa ſcientia in his omnibus, in quibus decretis Concilij Tridentini non aduerſentur, ſaluis etiam decretis a nobis in fauorem fratrum*

reſor-

reformatorum concessis, approbamus, & confirmamus, ac inuocamus, perpetuãque roboris firmitatem obtinere, & firmiter obseruari. Hæc Clemens Octauus, cuius literas vidi sub sigillo authentico. Ex quibus colligo per eas esse reualidata priuilegia â Sixto V. reuocata.

Quod probatur ex tenore dictarum literarum cùm in his confirmentur priuilegia minorum ex certa scientir. Pro qua probatione nota secundum Doctores, g cõmuniter, quòd confirmatio est duplex. Prima est in forma communi, secunda est ex certa scientia, hæc autem confirmatio ex certa scientia inter alia vnum operatur, scilicet, quod validat inualidum, & reuocatũ, & habet vim innouationis, vt in iure h notatur. Probatur præterea ex dictis literis sanctissimi Domini nostri, ibi, in quibus decretis Concilij, & ibi, saluis etiam decretis, excipiendo enim decreta in quibus aliqua priuilegia reuocantur, innuit clare reualidare, & innouare priuilegia alijs constitutionibus reuocata.

g DD. in c. ex frequentibus de institut. & in c. quę diuersitatem de cõcessione præbe. & in tit. de cõfirma. vtili. vel inutili.

h c. 1. de trãsact. c. quoties de pact.

Aduertendum insuper quod Gregorius XIIII. in præfata moderatione diffinit quod quoad pœnas procurantiũ aborsum fœtus inanimati, aut exhibentium mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocunque modo consilium, aut auxiliũ, eis dantium, in prædicta constitutione cõtentas reduxit ad terminos iuris communis, & sacrorũ Canonum, & Concilij Tridentini dispositionem, ac si ipsa cõstitutio in huiusmodi parte nunquam emanasset, vnde modo qui deformat embrionem inanimatum non est irregularis, vt in sacris Canonibus i determinatur, nec est irregularis qui propinat mulieri aut viro potum, quo eis generandi facultas impediatur, vt in eodem iure K probatur. Nec qui prægnantem abortiri facit, antequam fœtus anima rationali animetur, vt probant Canones. l.

i c. sicut literarũ de homic. c. quod veroc. Moyses 32. q. 2.

K c. si aliquis de homici.

l ca. sicut ex tuorum de homicid.

Secundo est notandum quod Cõcilium Tridentinum m non concedit licentiam Episcopis ad dispensandum in irregularitate, procedente ex datione potus venenosi, quo creatura animata abortitur, cum hoc sit plusquam homicidium voluntarium, scilicet, homidium calificatum. Vnde si aliquis huiusmodi potum propinauerit, quo fœtus formatus, & animatus de facto perijt, non potest Episcopus in eius irregularitate dispensare, neque prouinciales ordinum mendicantium possunt cum suis subditis in hoc dispensare virtute cuiusdam breuis â Martino Quinto, Benedictinis concessi, licet enim concesserit prælatis prædicti ordinis, vt possint dispensare in irregularitate procedente ex homicidio voluntario, dummodo sit occultum, (prout in primo tomo n late dictum est) at in hoc casu nõ possunt dispensare, quia in priuilegio Martini Quinti, conceditur prædictis prælatis facultas ad dispensandũ in homicidio voluntario occulto, & ille qui habet facultatem ad dispẽsandum in homicidio voluntario non habet facultatẽ ad dispensandum in homicidio calificato cuiusmodi est occidere cum veneno creaturam animatam ipsi tollendo vitam temporalem, & vitam æternam quam in Christo regenerata si nasceretur poterat adipisci, (prout in simili tenet Nauarrus.) o

m Con. Tri. ses. 14. ca. 7. de reform.

n 1. to. q. 34. ar. 19.

o Nau. lib. 5 consi. tit. de homicidio. consi. 4.

Vltimo est notandum circa dictam constitutionem quod solum moderatur a Gregorio XIIII. quo ad gladium ecclesiasticæ disciplinæ, id est, quo ad censuras positas contra procurantes aborsum fœtus inanimati, aut exhibẽtes mulieribus, vel sumentes venena sterilitatis, aut quocunque alio modo auxilium, vel consilium ad id dantes, vt patet clare, ex litera eiusdem breuis, non vero moderantur alia in ipsa constitutione contenta contra procurantes aborsum fœtus animati, aut fauorem, aut auxilium, & consilium ad id dantes, vt patet ex verbis eiusdem constitutionis Gregorij XIIII. ibi. *Non obstantibus eadem prædecessoris nostri constitutione, quam quo ad reliqua omnia præter contenta in hac nostra constitutione, in suo robore omnino permanere volumus.* Ex quibus sequitur quod procurantes huiusmodi aborsum, si sequatur effectus si clerici fuerint, sunt â iudicibus ecclesiasticis degradandi, & curiæ sæculari tradendi, quantum enim ad hoc nõ video constitutionem Sixti Quinti per Gregorium XIIII. neque per alium Summum Pontificem reuocatam,

REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL BIBLIOTECA

QVÆSTIO XXXIIII.

De correctione fratrum quoad pœnam imponendam, dilapidatoribus bonorum monaſterij in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 *Qua pœna puniatur dilapidator bonorum monaſterij.*

2 *Vtrum monachi poſſint conſpirare contra Abbatem bona monaſterij dilapidantem.*

ARTICVLVS I.

Qua pœna puniatur dilapidator bonorum monaſterij.

REſpondeo dicẽdo, quod quæ ſit imponẽda pœna Monachis dilapidatoribus bonorũ monaſterij dilucidè, ex clericorum vindicta manifeſtari poteſt, nam clericus decoctor ex beneficij iure ipſiuſq; adminiſtratione deijcitur infamiæq; nota iniuriatur in perpetuũ vt colligit Archidiaconus, *a* & tradũt Anton. & Abb. Vnde huiuſmodi Monachi decoctores omni debẽt digni tate ſpoliari, omni adminiſtratione in ꝑpetuũ priuari, atq; ad infamiæ notã carceri mancipari hoc autẽ ordine debẽt iudices ꝓcedere in punitione huiuſmodi delicti primo ſuſpicione vrgẽte, vel infamia prouulgata debet ipſius vel infamiæ, vel ſuſpicionis proceſſus (vt aiunt) inſtitui. In quo ſane cõficiendo ſummariè nulliaque ſcriptura eſt progrediendũ, ne reus id ſciẽs cauſæ veritatẽ labefactare quoquo pacto eonetur vt bene adnotauit Iacobus de Belou. *b* quẽ ſequitur Panormitanus. Cũque de infamia vel ſuſpicione tametſi leui conſtat ex adminiſtratione remouebitur. Poſt hac de decoctionis veritate aliũ cõſcribere proceſſum iudex debet in quo de bonorũ decoctione cõuincatur pœna etiã ſupradicta puniatur, vt ex eiſdẽ authoribꝰ habetur aſſentiturque Bernardus Diaz de Lugo. *c* In quo crimine duo ſummopere, animaduertẽda nẽ eo. Primũ quod propter ſolã ſuſpicionẽ ab adminiſtratione is, cõtra quẽ fit inquiſitio, remoueri poteſt ſecũdũ quod ad huius criminis delationẽ, quilibet auditur accuſans, licet in primo ſint admittẽdi quorũ de re agitur, ita Hoſtiẽ. *d* & Antonius. Hæc autem omnia iudicis arbitrio pro rerũ perſonarum criminumque ratione temperãda eſſe ſentit Panormitanus. *e*

a Arch. in c. vobis, & in c. vlteran. 11 q. 2. Ant. in c. venerabili de of. de leg. & in c. licet Hely. de ſimonia. Abb. id c. c. venerabili.

b Iacob de Bel. in Authẽ. vt iudi. ſine quo, ſuf frag. §. neceſsitatẽ Panor. in d. c. venerabili. n. 8. in fi.

c Lug. in ſua pract. c. 71.

d Hoſtiẽ. & Ant in d. c. licet Heli.

e Pan. in d. c. licet Helii

ARTICVLVS II.

Vtrum Monachi poſſint conſpirare contra Abbatem bona monaſterij dilapidantem?

REſpondeo dicendo, quod Archidiaconus *a* Petrus de Ancharrano, & Philippus Frãcus quærunt an Monachi qui videntes ſuũ monaſteriũ in tẽporalib'labi ex dilapidatione Abbatis iurauerũt ſimul ſe iuuare & defendere poſſe tã cõtra Abbatẽ quã contra aliã quãcunque perſonã monaſteriũ deſtruentẽ dicantur cõiuratores à iure reprobati, vbi cõcludũt quod ſi ex cauſa de præſenti, & cõmuni contra prælatũ & ſuperiorẽ, & quia iã dilapidabat & male tractabat perſonas, & bona monaſterij, ꝙpoſſet fieri prædicta cõuentio. Sed ſi cõtra ſuperiorẽ nihil apparet de præſenti iniuſtũ, vel præſumptũ quod tũ nõ licèt ſubdito cõiurare, vel cõſpirare cõtra prælatũ cũ hæ cõuentiones alliciant ſubditos ad peccandum, & ad iurgia quæ licẽt per ſe non ſint mala, tamen quia malum ex his ſequi poteſt reprobantur â iure, *b* & tenet Lucas de Pena, Alexander de Iſerna Cardinalis Alexandrinus, Doctores, & Bartolus, Baldus, & tradit Nicolaus Boerius.

a Archi. Anchar. Franc. in c. cõſtit. de ver. ſign.

be. & ſi Chriſtus de iur. iur. Luc. de Pena in l. magiſtros colu. vlt. de profe. & medic. Iſern & Alexan. de de Pace iuram. firm. § conuenticulos DD. in l. per iniquũ C. de iuriſ. omn. iudi. Bar. in l. ſi. ff. decolleg. illic. Bal. cõ. 130. Boer. in tracta. de ſediti propoſit. §. n 2.

QVÆSTIO. XXXV.

De correctione fratrum quoad pœnam imponendam reuelantibus ſecreta ſacramentalia, aut naturalia in articulos quatuor diuiſa.

Circa quam quæſtionem quatuor quæruntur.

1 *Qua pœna puniatur confeſſor peccata confeſſa detegendo.*

2 *Quam*

2 *Qua pœna puniantur religioſi aperientes literas obſignatas, eaſque aduerſario mittentis oſtendentes.*

3 *Qua pœna debent puniri religioſi ſecreta ordinis intra & extra ordinem reuelantes.*

4 *Vtrum excuſentur à pœnis aperiẽtes literas obſignatas eas aduerſarijs ad eorum defenſionem oſtendentes.*

ARTICVLVS I.

Qua pœna puniatur confeſſor peccata confeſſa detegendo.



Eſpõdeo dicẽdo, quod ſacerdoti, qui ſibi peccata cõfeſſa ſingula detegit verbis, vel ſignis inuito cõfeſſo, aut nõ permittẽte, imponitur grauis pœna in quadã Decretali. *a* Quibus pœnis punitur is, qui reuelat confeſsionẽ, cuius eſt tantum interpres, & is, qui caſu tantum audiuit, & is, qui latenter abditus peccata auſcultauit, & ea manifeſtauit; & is, qui dimidiam delictorum cõfeſsionẽ cũ audiſſet, abſolutionis beneficiũ minimẽ cõtulit, vt tenẽt Syluester, *b* Antoninus, *c* & Soto. Extraordinarijs autẽ pœnis afficiũtur illi, qui dicũt, talis habet peccata â quibus eũ abſoluere nõ potui, vel audiui eius peccata, & nõ abſolui, hic enim vt confeſsionis detector puniendus eſt. Ita Antoninus. Pœna autem dictę Decretalis comprehẽdit eos, qui ſingula peccata manifeſtãt, non autem illos, qui vniuerſam cõfeſsionẽ in generali nullo in ſpeciali reuelato peccato aperiunt. Aduertendũ tamen, quod Bernardus Diaz de Lugo *d* addit dicens, quod ſacerdoti famæ bonæ, & honeſtæ vitæ dicenti ſe habuiſſe veniam pœnitentis ad manifeſtandã confeſsionẽ credi debet, cum actus veniæ ſecreto fieri ſoleat, & nullo interueniẽte teſte ad hoc ſaltẽ, vt trãsferat onus probandi in aſſerentẽ ſine venia ſe manifeſtaſſe. Hæc ille referẽs Lappũ. *e* De quo crimine nullam poſſe dari certam Doctrinã & rationẽ aſſerit, ſed potius qualitas confeſſoris, & pœnitentis coniecturã augebit, aut minuet. Conſtituta verò ordinaria in eum pœna eſt vt omni munere, ac dignitate ſpoliatus in arctũ cœnobium ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudãtur, vt in dicta Decretali continetur, de quo videndi ſunt Nauarrus, *f* Gregorius Lopez, & Salzedo, & Couarruuias, & Antonius Gabriel.

a ca. omnis vtriuſque ſexus depæn. & remiſ.

b Sylu. ver. cõfeſsio D Antonin. 3. p. ti. 17. c. 22 §. 1. & 11. Soto detegen. ſecr. mem. 3 *c* Antonin. vbi ſupra.

d Lugo in prac. c. 109. nu. 4.

e Lappus al leg. 94.

ARTICVLVS II.

Qua pœna puniantur religioſi aperiẽtes literas obſignatas, eaſque aduerſario mittentis oſtendentes.

REſpondeo dicẽdo, quod aperiens obſignatas literas & aduerſario mittentis oſtendens incidit in pœnam falſi. Ita Bartolus, *a* quem ſequitur Panormitanus, & alij, quos refert, & ſequitur Iaſon, Clericus vero hoc faciens deponẽdus eſt. Ita ſentit Romanus *b* hoc fundamẽto motus, quod de iure canonico pœna falſi eſt depoſitio in clerico, vt conſtat ex *Iure. c* At Bernardus Diaz de Lugo *d* hanc refellit opinionem, cum illud ius non imponat pœnam depoſitionis clerico pro qualibet falſitate, ſed quando vtitur falſis literis Papæ, & in ſuum patrocinium allegat Hoſtiẽſem. Vnde non debet extendi deciſio illius iuris ad hoc delictum & conſequenter credit pœnam huius criminis arbitrio iudicis eſſe relinquendam cõſiderato nocumẽto, quod ex apertione dictarum literarum mittentũ, & alijs euenit. Conſiderando etiã hoc crimen eſſe grauiſsimum fraudulenter enim ambulat, vt inquit Sapiens *e* dicens, *ei qui reuelat ſecreta, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua, ne commiſcearis.*

Aduertenda eſt tamen doctrina Bartoli in hoc caſu diſtinguentis, vt iudices ſciãt diſtinguere inter lepram, & lepram, & arbitrari pœnam huic delicto correſpondentẽ. Ait enim Bartolus, *f* quod aut quis aperuit literas, vt aduerſario mittentis oſtenderet, & is (ait) incidit in pœnam falſi, allegat autem ad hoc quendam textũ *g* ſi verò aperuit, vt ipſe eas legeret, alijs autẽ nõ oſtẽderet, putat Bartolus non puniri pœna falſi, ſed extraordinaria pœna talionis argumento cuiuſdam Decretalis. *h* Et hoc ipſum tenet Romanus, *i* & Alciatus. Quod ſiquis nõ reſtituit literas ei, cũ reddere mã-

a Nau. in c. Sacerdos n. 120. Greg. Lop. in l. 35. ti. 4. p. 1. ver encarcelado. Salz. in c. 109. verb. detrudatur. Coua. in 4. par. 2. c. 8. § 12. n. 10. Gali. 1. comm. opin. 5. de teſtib. cõ. 1. a Bart. in l. qui teſtamẽtũ ad l. Cornelią de falſis, Pano. in ca. cũ olim. el 2. de legibus, Iaſ. in § pœnales. ñ. 26. inſtitu. de actio.

b Roman. conſ. 65. circa fin.

c c. ad falſariorũ & cri. falſ.

d Lugo in ſua pract. c. 105. n. 2.

e Prouer. 20.

f Bart. vbiſ. gl. 1. § isqui depoſita ff. adl. Corne. de falſis.

h c. cũ olim magiſter de offi. deleg. i Roman. cõſ. 367. Alciat. in ſuo conſi. habito poſt. tra. de duelo n. 54.

datum ſuſcepetit, ſed illas alteri pandit, nõ tamen aduerſario mittendas, tenet Bartolus, *k* quod iſte incidit in pænam falſi. Itẽ qui literas alicuius aperiret, & diuulgaret ad alterius iniuriam, actione iniuriarum tenetur, vt voluit Gondiſaluus de Villadiego *l* ſubdens, quod non dicitur literas aperire, qui clauſuram earum detrahit, ſi aliter eas non aperiat nec legat, pro quo dicit eſſe textum *m* notabilem, & ibi Bartolum. Qui autem literas alteri ſcriptas lacerat, vel comburit crimine falſi tenetur, vt voluit Abbas. *n* Remouens autem ſigillũ de literis alicuius, tenetur de falſo, vt tenet Baldus, *o* & Berthachinus. Ex his autẽ poſſunt prælati regulares indagare qua pœna ſint afficiendi religioſi hoc delictum committentes.

k Bart. in l. Titio verſi. venio ad ſecundum ff. ad municipal.

l Villadiego in tract. de leg. 5 p. q. 1. n. 4.

m l. ſi quis id graui. §. in tabul. ff. ad Saly.

n Ab. in c. cũ olim de offi. deleg.

o Bald. in l. Paulus ff. de falſ. Bertha. in tract. de Epiſco. 1 p. verſic. vlterius quæro n. 336.

ARTICVLVS III.

Qua pœna debent puniri religioſi ſecreta ordinis intra, & extra ordinem reuelantes.

REſpondeo dicendo, quod reuelare ſecreta grauiſsima crimẽ omni æuo iudicatũ fuit. Referũt apud Aethnicos Siſyphum illum ob id, quod deorum arcana hominibus patefecit, apud inferos eam pœnam ſuſtinere, nempẽ vt ingens ſaxum ad montis cacumen deferat, â quo proijciat, & iterum ſtatim repetat, & in huiuſmodi labore perpetuo aſsiduus ſit, vt autor eſt Seruius. *a* Sic Tarquinus Romanorũ Rex Marcum Tullium Decemuirum, cum librum ſecreta cultuum ſacrorum cõtinentẽ cuſtodiæ ſuæ commiſſum corruptus Petronio Sabino deſcribendũ dediſſet culeo inſutum in mare abijci iuſsit, prout teſtis eſt Valerius Maximus. *b*

a Seruius ad Vir. libr. 6. Ænt.

b Valer. Maxi. li. 1. ti. de cult. deorũ

Ex quibus infertur, quod ciuitatis Conſiliarius, ſiuè decurio, qui ſecreta detexerit cum ratione iuramenti & officij tacere debuit, ab officio, & dignitate amoueri debet, prout tenet Baldus, *c* quẽ ſequitur Cepola, & alij, quos refert Villadiego, circa quod multa congerit Quintilianus Mandoſius. Ex quibus aſſeuerandum ſentit Salzedo *d* Canonicos, qui capituli ſui ſecreta reuelant, ſi iuramẽto ab eis præſtito de nõ reuelãdo cõtrauenerint pœnis ſacrorũ canonũ contra periuros clericos ſancitis eſſe plectẽdos, ſi verõ nullum præſtiterint iuramentum pœna arbitraria. Quod â fortiori aſſerendũ eſt in diffinitoribus, qui ſecreta diffinitorij contra obedientiã ibi præſidẽtis pandũt, & à fortiori aſſerendũ eſt illos maximis pœnis eſſe afficiendos, qui eadem ſecreta, aut alia, quæ intra clauſtra in ſecretu inter religioſos fiũt, ſæcularibus patefaciunt, contra quos in religionibus bene ordinatis pœnæ rigoroſæ ordinantur.

c Bald. ind. ca. de teſtibus & in ti tulo de pac. conſtãt. ve. credentia, Cepola cõ. crimi. conſ. 30. n. 29. Villadieg. intracta. deleg. 3 p. q. 1. n. 36. Mandoſ. de ingratitu c. 62. conſ. 13. d Salz. inpr. c. 103. iux. fi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ excuſentur a pœnis aperientes literas obſignatas eas aduerſarijs ad eorum defenſionem oſtendentes.

REſpõdeo dicẽdo, quod videtur excuſari clerici, & regulares à pœnis ſupra poſitis, ſi ad propriã vitã, vel alterius tuẽdã crimẽ hoc cõmiſerint. At Salzedo *a* cẽſet verius nõ licere literas aperire, & aduerſarijs oſtẽdere falſum cõmittẽdo, nõ enim ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona, alioquin eſſet licitũ periuriũ, & falſum cõmittere ad propriã vitã defendendã, quod nullus autor affirmat. Ita ſcribit Simõ Maiolus. *b* Illud verõ negari non poteſt licere huic literas has deferẽti eas nõ tradere eis, quibus mittũtur, & alijs licitis modis cõtẽdere, ne eis aliquod malũm ſibi contingat. Quod ſi hoc trãſgreſſus fuerit, quia qualẽ qualẽ habet excuſationẽ, minimè ordinaria criminis pœna plecteretur, ſed benignior iudicis arbitrio imponẽda erit iuxta qualitatẽ nocumenti. Ex quo infero, quod ſi dictæ literæ ſolutis earũ ſignaculis à regularibus in tribunalibus ſæcularibus, aut Eccleſiaſticis ad defenſionẽ aliquorũ religioſorũ oſtendantur, vt legantur, & omnibus quid in eis contineatur, patefiat, nõ ſunt liberi ab aliqua pœna dictas epiſtolas publicãtes, & oſtẽdentes, etiã ſi ex earũ publicatione multorũ infamia apud dicta tribunalia attenuetur: ſeruare enim ſecretũ de iure naturali eſt, quod ad propellendã infamiã nõ eſt frangendũ, præcipuè quia licet infamia aliquorũ ex publicatione literarũ ex vna parte minuatur, ex alijs augetur, cum ipſa tribunalia, in quibus aſsiſtũt viri grauiſsimi cõcipiant malè de religioſis videntes eos talia ſcribere & alios eiuſdẽ claſsis fratres ea ſecreta reuelare in maximũ religionis ſuæ detrimentũ proprio religionis decori, & honori ſuũ particulare intereſſe ante-

a Salzed. d. ca. 103. iuxta fin.

b Maiol. in tract. de irregu. li. 5. c. 55.

anteponentes. Quod forte magis ipsi aggrauabunt considerantes tales religiosos â religione elongasse fugientes, & in solitudine non manere soli Deo placentes, sed post desideria sua ambulantes, & desideria carnis perficientes.

QVÆSTIO XXXVI.

De correctione fratrum quantũ ad pœnam ebrietati imponendam, in duos articulos diuisa.

Circa quã quæstionem duo quærũtur

1 *Vtrum ebrietas sit à religiosis aliena.*
2 *Quomodo sit probanda ebrietas, vt castigetur*

ARTICVLVS I.

Vtrum ebrietas sit á religiosis aliena.

REspõdeo dicẽdo, quod Salomõ in Prouerbijs, *a* bibẽdi assiduitatẽ detestatur dicẽs. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas, quicumq; his delectatur, non erit sapiens. Vnde ait D. Paulus. *b* Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, vẽter enim mero effluens, vt ait Accursius, *c* facilẽ spumat in libidinẽ. Et idẽ Paulus dicit. *d* Neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; molles, neq; masculorũ cõcubitores, neq; auari, neq; adulteri, neq; ebriosi regnum Dei possidebunt. Ex quo loco clarẽ colligitur ebrietatis delictũ, cũ inter tam grauia crimina connumeretur esse detestandũ, & *D.* Augustinus, *e* & Isidorus, & Basilius multa cõtra ebrietatẽ dicunt, & rationẽ hebetari ex immoderato potu post D. Gregorium *f* probat D. Thomas, & multa tãm de vtilitate, quam de incõmodis vini longa manu scribit Andreas Tiraquelus. *g* Imo apud Gẽtiles vitiũ ebrietatis detestabatur, Homerus *h* enim eleganter scribit potũ maximè noxiũ esse, vt ex Ouidio cõstat, dũ ait.

Vina parant animos Veneri
In vinũ confertur plerumq; culpa
Quod si loqui posset se defenderet.

Vnde quia ebrietas omnium vitiorum fomes, ac nutrix est, ideò placuit Agathẽsis *i* Concilij Venerandis patribus, vt clericus, de quo fuisse ebrium constiterit, aut trigin ta dierũ spatio à cõmunione remoueatur, aut corporali supplicio subdatur. Quæ pœnæ sic fuerunt distinctiuè scriptæ, vt discretus iudex, quem huic vitio deditum animaduerteret, & quoad à cõmunione priuatur parui pẽdere videret, corporali potius officio castiget. Et Innocẽtius III. *k* in Cõcilio Generali Lateranensi disposuit, clericũ à crapula, & ebrietate nõ abstinentẽ, & à superiori commonitum si nõ satisfaceret ab officio, & beneficio suspẽdendũ. Vnde vt clerici ab hoc vitio cauerẽt, eorumq; honestati cõsuleretur, antiqua illa concilia tabernarũ etiam ingressum illis inhibuerũt, nisi peregrinationis, vel itineris necessitate cõpullis, vt in Cõcilio Laodicẽsi, *l* & in Sexta Synodo Generali, & in Cõcilio Carthaginensi Tertio, & in Concilio Generali sub Innocentio III. celebrato constat.

Ex quibus constat, quàm detestandum sit hoc vitium in religiosis, quorum nomen præse fert maiorem honestatẽ, & qua pœna sint puniendi huic vitio assuefacti, & ad imitationem pœnæ, quà clerici ebrietati dediti â Sacris Canonibus plectuntur, sunt illi etiam castigandi non separando eos à communione solum, cũ hanc pœnam tales viles, quorum Deus venter est, parũ pendant, sed verberibus & carcere, cum pane, & aqua sunt mancipandi, siquidẽ non possint aliter corporaliter puniri.

Et cum specialiter alia pœna determinetur in religionibus plectẽdos esse, ad eã possunt prælati regulares recurrere ipsam aggrauando, aut minuendo considerata frequentatione vitij, & personarum qualitate & videntium scandalo.

ARTICVLVS II.

Quomodo sit probanda ebrietas, vt castigetur.

REspondeo dicẽdo. quod ebrietas probatione difficilis est ex Innocẽtij *a* sententia, vt tradunt Baldus, & Decius. Vnde satis est indicijs, & præsumptionibus probari, eo quod nullo corporis sensu potest apprehendi, sed oculis mentis, idest ratione.

Ex

a Prouc. 20.

b Ad Eph. 5

c Accurs. in l. quæ adulterium §. in tẽperantiæ C. ad l. Iuliã de adul.

d Ad Gal. 5

e D. Augu. in sermone de ebriet. 1. Isido. de sũmo bon. li. 3. ca. 43. de ebrietate Basil. in to. hom. 14 de ebri.

f Greg. 31. moral. D. Tho. 2. 2. q. 148. art. 6.

g Tiraq. de nobilit. c. 31 nu. 163.

h Homer. Ilad. 6.

i c. fi. 35. dist.

K c. c. crapũla de vita, & honest. cler.

l c. nõ oportet & c. nulli clerico & in c. clerici. 44. di. & in c. clerici de vita, & honestat. cler.

a c. cũ causam de test. Bald. in ca. á crapula. n. 1. de vita & honest. cle. Decius cõs. III. nu. 13

Ex quo sequitur, quo si religiosus alium religiosum ebrium vidisse testatur, nihil sanè probat, nisi probabiles rationes sui testimonij ostendat, testi enim nõ creditur, nisi rationem redderet, etiam non interrogato. *Ita* Antonius, *b* Abbas, Felinus, & Rippa. Solet tamẽ ebrietas ex aspectu probari, vt tenet Lucas de Penna, *c* & tradit Mascardus, & patet ex *Iure*. *d* Solet etiam probari ex multiloquio, & in ordinato, & ex ambulatione in circuitu.

b Anton. Abb. & Fel. in c cũ causam Rippa inl. si vnquã n. 8. C. de reuocan. don.
c Penn inl. 1 n. 7. C. de erogat. mil. Mascar. de prõba. vol. 2 con. 574.
d c. Eccles. princeps. 35 dist.

QVÆSTIO. XXXVII.

De correctione fratrum quoad pœnam imponẽdam ludentibus fratribus in tres articulos diuisa.

Circa quã quæstionem tria quærũtur.

1 *Vtrum religiosis licitum sit ludere ad aleas.*

2 *Qua pœna puniãtur religiosi aleis ludentes.*

3 *Vtrũ lucrata in ludis à religiosis sint ipsis, an monasterijs restituenda.*

ARTICVLVS I.

Vtrum sit religiosis licitum sit ludere ad aleas.

RESpondeo dicendo, quod, si Calepino credimus, alea ludus tabulę est omnis ludus in veritate fortunæ cõsistens. Vnde aleator dicitur, qui sæpê alea ludit, ludere autẽ ad aleas, & taxillos clericis prohibitum est vt traditur in iure. *a* Quod maxime prohibitũ videtur propter multa crimina, quę in talibus ludis perpetrari solẽt, quorũ sexdecim refert Hostiẽsis, *b* & Florẽtinus dicentes, quod quot sunt puncta in taxillis, tot sunt scelera in ludo, & ponit viginti vnum peccata quę in illo interueniũt, quę omnia transcripsit Petrus de Rauena. *c* Et sic Cõcilium *d* Tridentinum prohibet Ecclesiasticis ludere, & lex *e* quædam partitarum contrarium honestati clericorũ reputat dicẽs, *Otrosi no deuẽ jugardados, ni tablas, ni pelota, ni rejuelo, ni otros juegos semejantes, porq̃ ni aũ de salir de su assossegamiẽto, ni pararse a verlos, ni a tenerse con los que juegan.* Propter quã causam verê scribit Soto, *f* quod sacerdotibus vix citra mortale peccatum vtilicet ludis vetitis, ac præsertim religiosis, & præsulibus, quia ludus illis, non qua ratione sæcularibus, sed quia contra eorum est paupertatem, est prohibitus. Possunt tamen clerici vel monachi sine vlla culpa etiam veniali chartis lusorijs ludere ob honestam causam puta ad excitandum, vel recreandum sociũ ea re indigentem, dummodo non frangant aliquam legem ad mortale peccatum obligantem, prout tenet Bernadus Diaz *g* de Lugo, quem sequitur Nauarrus.

a ca. clerici. de vita, & honest. cle.
b Hostiens. in sum. tit. d excess. prę la. §. cleric. Floren. 2. p. tit. 1. c. 23. §. 6. col. 1. & 2 & 3.
c Rauen. in suo Alpha ver. ludus.
d Trid. ses. 22. c. 2. de reforma. & ses. 24. de refor. c. 22.
e l. 57. tit. 5. part. 5.

f Soto li. 4. de iusti. q. 5 art. 2.

g Lugo in pract. c. 70. n. 2. Nau. in c. si quando n. 52. de rescrip.

ARTICVLVS II.

Qua pœna puniãtur religiosi aleis ludentes.

RESpõdeo dicẽdo, quod Menochius *a* aliqua de hac materia tradit, & de Iure *b* ciuili statuta erat pœna, quod si clericus post monitionẽ prælati aleæ indulgeret per triennium proprio munere suspendendus erat, & hoc in quadam lege partitarum approbatur. Quæ quidem pœna cum iure canonico approbata nõ reperiatur. Ecclesiastici, & regulares iudices eã clericis, & monachis infligere non debẽt: sed eas pœnas, quæ Sacris Canonibus sunt approbatæ. Pœna autem canonica publici aleatoris est, vt repellatur ab obtinendo beneficio, etiam si nunquam fuerit monitus, vt desistat à ludo, vt argumento cuiusdam Decretalis *c* tenet Glossa. Vnde affirmat Abbas, quod collatio facta tali est nulla, nisi de hoc cõstabat, tanquam facta vili, & indigno, & si hoc non constabat, quia erat occultus, debet irritari. Quæ vltima verba Abbati *d* displicent. Nam si hæc est pœna aleatoris publici, quomodo occultus aleator illa debet puniri? Vnde beneficio obtento non priuatur propter ludum secundum eum, sed mitiori pœna plecti debet, scilicet arbitraria. Si autem monitus non se correxerit, tunc potest beneficio priuari secũdum eum. At Bernardus Diaz de

a Menoch. lib. 2. de arbi. c. 9. cen. 44. cas. 399 nu. 3.
b c. inter dicimus in Authen. de Sãctis episc. colar. 5. lib. 57 tit. 5. part. 1.
c inter dilectos de excess. præla. iuncta glo. in c. clerici de vita & honest. ver. ad aleas.
d Abbas in d. c. inter dilectos.

de Lugo e dicit hunc ſimiliter pæna arbitraria eſſe damnãdum, peccatum enim variari ſolet ex circunſtantijs concurrentibus, quæ ad aggrauandam, vel minuẽdam pænam animum iudicis inclinabunt: ideo que arbitrari eos oportebit, quanta ſit conſuetudo ludentis, & quæ quantitas pretij, & quæ qualitas perſonæ, qualis ve exempli pernicies, & an in hoc delinquentes occaſione ludi diuina deſeruerint officia, quibus intereſſe tenebantur, conſiderent. Præterea quidam ludi arctiori pæna caſtigantur à legibus ciuilibus, nam iuxta earũ pœnas talia arbitramenta fieri debent, ludus enim taxillorum maiori pœna afficitur, vt patet ex additione ad Didacũ Perez. *f* Et ſimiliter iudices regularium debent ſententiam arbitrariam ferre contra luſores fratres iuxta qualitatem delicti aduertentes, quod debent fratres puniri etiam ſi non ludant, dummodo ſint participes, prout tradunt Cynus, *g* & Baldus, qui eleganter ſcribũt, quod ſi ſtatuta pœna ludenti imponatur, eadem ludi participes multandi ſunt. Quam opinionem ſequutus fuit Angelus, & Fulgoſius affirmat, quod ſiquis iurauit non ludere, & dat alteri pecuniam, vt ſuo nomine ludat, â periurio minimè excuſatur. Quam opinionem ſequitur Auguſtinus *h* ad Angelum, quod plurimum notandum aſſerit Salzedo.

e Lugo in pract. ca. 70 de aleato.

f Addit. Perez in l. 37. ti. 19. lib. 8. odin.

g Baldus in Auth. inter dicimus C. de Epiſco. & cleri. & ibi Angel. & Fulgol.

h Augu. ad Angel. in tract. male. in prite Matedora de malidati. n. 11. Salzedo in addit. ad ca. 70. in fi.

ARTICVLVS III.

Vtrũ lucrata in ludis à religioſis ſint ipſis, an monaſterijs reſtituenda.

REſpondeo dicẽdo, hoc eſſe apud omnes certiſsimum, quod qui in ludo perdit aliquid, cuius nõ habet dominium, neque adminiſtrationem, qui id lucratur, ad reſtitutionem obligatur vero Domino iuxta tradita à Diuo Thoma, *a* Soto, & Nauarro. Vnde quidquid à religioſis in ludo lucratur, debet reſtitui monaſterijs, quorum ſunt religioſi, quia propter votum paupertatis nihil ſibi poſſunt acquirere, tum quia quidquid acquirit monachus, acquirit monaſterio. Adeo autem hoc eſt verum, vt etiam ſi religioſi licentiam habeant ad certam quantitatem donandam, non poſſunt in ludo dictam perdere quantitatem, & ſic qui eam fuit lucratus, monaſterio reſtituere tenetur. Quod probatur, religioſi enim non habent poteſtatem ad transferendum dominium, nec eius vſum contra voluntatem tacitam, aut expreſſam ſuorum prælatorum.

a D. Th. 2. 2 q. 62. a. 5. Soto li. 4. de iuſt. q. 7. ar. 2. Nau. ca. 27. n. 18. & 19.

Neq; obſtat, quod illis facta fuerit facultas ad dictam donationem, non enim credendum eſt prælatos obſeruantiæ regulares maximè zelatores licentiam ſuis ſubditis velle concedere, vt ludendo huiuſmodi faciant alienationes, quæ eorum ſtatui, maximè contrariantur. Hanc opinionem dicit Frater Ludouicus *b* à Lopez non tenuiſſe Alcocer, ſed certè fallitur, Alcocer enim noſtrũ clarè amplectitur ſententiam. Quæ eſt tenenda contra Medinam, *c* qui nullo fundamento adducto tenet contra eam. Quod maiori ratione procedit in fratribus minoribus, quorum prælati non habent facultatem ad aliquid extra religionem alienandum. Nec etiam ſyndici Apoſtolici pro ipſis deputati hanc habẽt facultatem, niſi talis alienatio in vtilitatem fiat religionis, alienatio autem facta in ludo non ſolum non eſt vtilis, imo maximè inutilis, & religioni nociua.

b Lopez in ſum. 2 p. ca. 33. pag. 248. in 1. impre. Alcocer de Ludo. ca. 13 & 14. Med. in ſua inſtruct. fo. 173

c Medin. in ſua inſtruct. fol. 172

QVÆSTIO. XXXVIII.

De correctione fratrum quoad pœnam furibus imponendam in duos articulos diuiſa.

Circa quã quæſtionẽ duo quærantur.

1 *Qua pœna ſint puniẽdi religioſi furtum committentes.*

2 *Vtrũ furãtes calices & patenas à locis religioſis ſint excommunicati*

ARTICVLVS I.

Qua pœna ſint puniẽdi religioſi fures.

REſpondeo dicẽdo, quod quidam modernus Ioannes Trullo *a* nimis rigidè religioſe tamẽ cũ furibus ſe gerit. Ait enim, q̃ eſt graue crimẽ in religione peccatũ furti, & vt incorrigibilis eſt tractandus, ita quoq; fur in religione eſt puniendus.

a Trullo li. 2. decanon regul. ca. 25 num. 9.

Quod

Quod ſi contra obijcias (ait) qua ratione propter furtum', quod dũtaxat damnũ eſt temporale, abijciendus ſit frater, propter quem Chriſtus mortem pertulit? Reſpondet primô, quod fures in religione non ſolũ rebus temporalibus, ſed etiam ſpiritualibus nocent, deinde & ſanctã congregationem conturbant, bonumq; aliorũ ſpirituale impediũt. Eſt quoq; & alia ratio in ipſorum furum vtilitatem, vt cum expulſos ſe intueantur, confuſione, tribulationeque percuſsi ad cor reuertantur. Quapropter (ait) propter ipſorum, illorumq; ſpirituale bonum, tanquã iuſta huiuſmodi pœna eis infligetur. Hæc prædictus auter. Quod ego ſequenti ratione confirmo. Nam cum res religioſorum ſæpe ſæpius perdãtur, & â ſæcularibus rapiantur, aliqui cũ ipſo cõmorantes in ipſum inculpatũ dicent ſecũ furẽ inhabitare, & propterea non eſſe mirum, ſi omnia ipſius conuentus deficiant, quod ipſi infamato erit quædam perpetua crux, & tormentum. Vnde ipſi, vt quietius viuat, melius eſt, vt eijciatur, quâm quod inter fratres cõmoretur: ſed hę rationes non vtique conuincunt, vt huic miſero tam rigoroſam pœnam inijciamus, ſed ſecundum ius alia iuxta qualitatem latrocinij leuior eſt adhibenda, præcipuè cum ſecundum ſacros canones nullus â religione eijci poſsit, niſi eius incorrigibilitas de iure, aut de facto probetur, præcipuê etiam cũ ſecundũ priuilegia religionũ, prout dictũ eſt ſupra in primo tomo *b* pœna eiectionis à religione inordinibus correſpondeat deficiente incorrigibilitate delicto, quod in mundo pœna vltimi ſupplicij afficitur, & non cuicumq; furto hoc vltimũ ſupplicium correſpõdeat, pœna enim furti eſt fuſtigatio, vel exiliũ, vel aliud arbitrio iudicis, non tamen occiſio, vel mutilatio, vt in quadam Authẽtica cõtinetur. *c* Quod verum eſt, ſi eſt ſimplex fur, ſecus ſi cũ armis, aut violenter aggreditur in domibus, in itinere, & in mari, vel ſi palã furripit, quia tunc ſuſpenditur argumento cuiuſdam Legis. *d* Vnde ego non reciperem ſupradictã opinionẽ Ioannis de Trullo, niſi quãdo (quod abſit) religioſus eſſet famoſus latro, graſſator, aut ita continuaret furari, vt eius incorrigibilitas in hoc eſſet omnibus nota, vel ex alijs furtis factis, vel ex conditione perſonæ, quod arbitrio prudẽtis iudicis relinquẽdũ puto: licet enim priuilegia regulariũ cõcedãt eorũ prælatis, vt pro delicto, quod in ſæculo pœnã mortis meretur, pœna priuationis habitus infligatur, nõ tamẽ dicta priuilegia ipſos iudices arctant, vt nõ poſsint aliã mitiorẽ pœnã imponere, quando circunſtantiæ concurrẽtes id poſtulãt, & bonũ commune religionum efflagitat, propter quod omnes leges ferũtur, imo & priuilegia impetrãtur, nõ enim in eorũ impetratione attenditur particularis delinquentium vtilitas temporalis, & pax, & tranquillitas, ſi hæc enim attenderẽtur, innumeras oporteret leges ordinari, & priuilegia procurari, cum huiuſmodi hominum conditio diuerſiſsima commoda particularia antè oculos ſemper habeat, & cum ipſi irrationabiliter aliquando viuant, irrationabilia aliquando erunt.

b 1.to.q.20

c Auth. ſed nouo iure C. de ſeru. fugitiu.

d l. capitaliũ §. graſſatores, & §. famoſos. ff. de pœnis.

ARTICVLVS II.

Vtrum furantes calices, & patenas ſint excommunicati.

REſpondeo dicendo, quod qui furatur calices, patenas, & huiuſmodi ſacra non eſt excommunicatus ſecundum Panormitanum, *a* niſi cum furto ſimul effregit portas Eccleſiæ, vel armentaria, aut feneſtras. Ita Syluеſter *b* & hoc probatur in quadam Decretali, *c* quæ habet excommunicatos eſſe ſacrilegos, qui effringunt, & ſpoliant Eccleſias. Quæ Decretalis non excommunicat, ſed ſupponit eſſe excommunicatos, ſi quidem iubet denunciari eos, vt tales argumento alterius Decretalis. *d* Ad incurrendã autem hanc excommunicationem duo requiruntur, ſcilicet perfringere, & rapere, ſiue furari, & ob id effringens crucem, ſacrarium, aut perpetrans alia ſimilia nefaria ſcelera, ſi non furatur, non incurrit eam, prout poſt Panormitanum tenent Antoninus *e* & Caietanus. Per Eccleſiam autẽ intelliguntur monaſteria, hoſpitalia, & reliqua pia ædificia autoritate *Epiſcopi* ad id ſacrata, & nõ alia ſecundũ Panormitanũ *f* argumento cuiuſdam Decretalis, is autem dicitur effringere Eccleſiã, qui effringit, vel effodit parietẽ, aut frãgit fores, diruit ſeras, & qui impellẽdo, vel quocumq; alio medio violento ingreſſum ſibi parat, prout tenet Syluеſter *g* non autem qui reſerat eas claue, ſiue eam ſurripuerit, vel extorſerit, ſiuè nõ, iuxta cõmunem, quam ſequitur Nauarrus. *h*

a Panor. in c. ex literis, de fur.

b Sylu. tit. furtum n. 7

c Cõqueſt. deſen. excõmunicati.

d c. paſtoralis §. verum de appel.

e Antonin. 3. p. ti. 24. c. 11. Caiet. in ſum. caſu. 21

f Panor. in d. c. conqueſtus cap. ad hæc de religio. domibus.

g Sylu. excõmunicatio. 7. caſu. 8.

h Nauar. in man. ca. 27. n. 94.

QVAE-

QVAESTIO XXXIX.
de correctione fratrũ quoad pœnam imponendam iudicibus regularibus negligentibus, & imperitis, in quatuor articulos diuiſa.

Circa quã quæſtionẽ quatuor quærũtur

1 *Qua pœna puniatur iudex negligẽs in caſtigando delicta.*
2 *An iudex male iudicans imperitia puniatur.*
3 *Quomodo cognoſcentur iudices male iudicãtes ex dolo vel ex leui culpa procedere.*
4 *Quæ pœna ſit imponẽda prælato, cuius culpa effectũ eſt vt ſubditus ſine ſacramẽto pœnitẽtiæ deceſſerit.*

ARTICVLVS I.

Qua pœna puniatur iudex negligens in caſtigando delicta.

RESPONDEO dicendo, videri, quod nullo modo poſsit procedi ad pœnã priuationis, etiam ſi iudex ſit in caſtigando remiſſus, ſententia enim priuationis non poteſt imponi, niſi in caſibus à iure expreſſis. Ita probari videtur in iure, vbi notat *a* Gloſſa, & tradunt Iaſon, & Decius: & negligentia iudicis minime pœna priuationis caſtigatur.

Sed pro contraria parte facit, quod iudex ita facit, rem ſuã negligendo, & denegando facere iuſtitiam, ſicut faciendo iniuſtitiam, vt tenet quædam Gloſſa *b* allegando aliqua iura, & tenet Iaſon poſt Baldum dicens, quod vidit damnatum quendam iudicem, qui accuſationem ſibi porrectã accepit, ſed noluit examinare teſtes productos. Et ſic tenet, & notat Deciusper textũ ibi. Quod propter negligẽtiam magnam, & non paruã poteſt iudex priuari officio ſuo. Et cõfirmatur, nã propter negligentiã Epiſcopus poteſt licitẽ deponi, prout notat Ioannes de Anania. *c* Faciunt tradita per Panormitanum, & eadem pœna punitur rector negligens, qua ipſe delinquens, vt dicitur in Iure. *d* Et prælati merito de negligentia arguuntur, & puniuntur, eorum enim negligẽtia cadit in magnum detrimentum ſubditorum, vt Canones *e* ſacri nos docent, negligentia enim correctionis perdit diſciplinam in ſubditis, vt experienria indicat, & ius *f* Canonicũ affirmat. Vnde rectores negligentes multam nutriunt peſtilentiam, dum diſſimulant adhibere diſciplinam, & medicinam. Quod ex Sacris Canonibus *g* ſatis probatur. Et merito pro vno pede illius beſtiæ depingitur illa negligentia, quæ fouet crimina, negligens enim dupliciter peccat, cum nõ ſolum ipſe delinquat, ſed alios foueat ad delinquendum, vt ait D. Thomas, *h* & licet ſupradicta nõ adducat alia allegãdo tenet Aegydius Boſius, *i* quod ſi iudex fuerit negligẽs in adminiſtratione iuſtitiæ cum dolo, & fraude poteſt ab officio licitẽ amoueri: ſi autẽ eius negligentia ex ſimplicitate animi proceſſerit, tunc nõ eſt condemnandus in priuatione officij, ſed in alia pœna mitiori ad arbitriũ prudẽtis iudicis. Et per hoc reſpondetur ad argumentũ in principio adductum negando, quod in iure non apponatur pœna priuationis iudicibus negligentibus, ſi talis negligentia dolo fuerit comitata, prout patet ex ſuperioribus, & iuxta hæc debent explicari tradita in Sacris Canonibus, *k* & tradita à Iaſone allegante Ioannem Andream, & Geminianũ tenentes, quod rex, vel dux, vel comes negligẽtes poſſunt à regno, & ab alijs dignitatibus priuari, & ad hoc aliqua iura *l* allegãt. Superiora autẽ â fortiori procedent in cauſis regulariũ, cũ religioſorum prælationes ſint manuales, & ſic facilius amoueri poſsint, quãm beneficia Eccleſiaſtica, quæ ex ſua natura non ſunt beneficia manualia, ſed perpetua, prout in ſuperioribus dictum eſt: cũ egimus de correctione fratrũ quantum ad pœnam priuationis officiorũ Iudices igitur regulares ad priuationẽ alicuius prælati negligentis accedentes tenẽtur eius negligentiæ originem indagare, ſi enim ex dolo procedit, & cum dolo ſociatur, poſſunt ipſum à prælatione, & ab adminiſtratione amouere, ſi autem inuenerint eius negligentiam abſque dolo, non poſſunt

a Gloſ. vbi DD. in l. 2. & ibi Iaſon n. 12. de iure patrona. Decius in c. 2. n. 15. de offi. deleg. b Gloſ. inc. excommunicamus in ver. neglexerit de hæret. teſt. vbi Iaſon in 4. not. in l argẽtarius §. fin. ff. de addit.

c Anan. in c. excõmunicamus in fine col. de hæret. Pan. in c. cũ dilectus de accuſat.
d l. 1. in fi. l. Chriſtianiſſimus C. de pagan.
e c. ſi Papa 40. diſt.
f c. iuſtũ 23 q. 2.
g c. infeſtorum. 36. di. c. ſed illud 45 diſt.
h D. Th. 2. 2 q. 54. ar. fin.
i Boſius in pract crim: tit. de offi. cial. corru. p. 292. n. 36

K can. quid quid. i. q. 1. ca. placuit, vniuerſocõcilio. 11. q. 3. Iaſon. in l. cum, quires C. de procurato. l. grãdi & ibi glo. ver. regis deſupl. neg. l. ſi quis v. propter negligẽ. C. de offic. præfec. præto. glo. in ca. cũ ad monaſt. §. fin. verſ. negligens, & ibi Abbas, deſta. monachor.

poſſunt ipſum à ſuo officio priuare, quod ex dictis patet.

ARTICVLVS II.

An iudex male iudicans ex imperitia puniatur.

REſpondeo dicendo, quod iudex male iudicans ex imperitia tenetur ad pœnam arbitrariam, vt conſtat ex aliquibus *Iuribus*. a Et ſi eſt lata culpa poteſt ſibi æquum videri, vt teneatur in vera litis æſtimatione, quia æquiparatur dolo, vt dicunt vulgaria iura, ſed ſi non ſit lata, quia licèt malè iudicauerit, tantæ erunt pro eo opiniones in illo articulo, vt ſi lata culpa illum excuſarent, imo ab omni culpa, ita, vt ad nihilum teneatur, non tenetur ad tantam pœnam, prout tenet Baldus, b & Doctores communiter, dicit communem Homodeus. Qui conſiderat modum puniendi culpam, an ſit lata, leuis, & leuiſsima, & vult, quod pro leui, & leuiſsima, criminaliter non puniatur, licet Baldus c ſentiat, quod pro leui puniatur criminaliter, pro lata autem habet illud pro abſoluto. Denique dico, quod iudex malè iudicans ex imperitia puniri debet pœna arbitraria, prout dicitur in quadam Lege, d & notat Baldus, adeo quod etiam ſi condemnaret ex ignorantia, & imperitia ad mortem debet pœna arbitraria caſtigari, vt docent Faber e & Angelus, & Boerius: ſecus tamen eſt dicendum, quando imperitia eſt iuncta cum dolo, & fraude, iudex enim dolo innocentem ad mortem condemnando eadem pœna puniendus eſt iuxta ea, quæ tradit Boſius. f Et in his, & in alijs aduertant iudices ad illud, quod nobis ſcriptum reliquit Baldus g dicens, quod iuſtius peccamus in abſoluendo, quàm in condemnando. Ex quibus manifeſtè apparet, quomodo regulares prælati debent ſe habere cũ iudicibus male iudicantibus ex negligentia culpabili cum dolo, vel ſine dolo, & ex imperitia, ſed quia hæc non eſt facile intelligere niſi cognito an ipſi iudices taliter procedant ideo ſequens proponitur articulus.

a inſtit. de obliga. quæ ex delict. na ſcũ. in pr. l. fin. ff. de extraordina. cognit. in princ.

b Bal. in l. mãcipia C. de ſer. fugi. DD. in l. fi. C. de pœnis iudi. c. male iudi. Homo. in trac. ſyn. charta 89.

c Bal. in §. iudices de pac. iurãm. firm.

d §. d. l. fin. & Bald. vbi ſupra.

e Faber. & Angel. in § 2. inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. Boerius q. 153. n. 12.

f Boſius in pract. crim. titu. de offi. corrup. iudicis pecunia pa. 291. n. 22

g Bal. conſ. 115. in fin. volum. 5.

ARTICVLVS III.

Quomodo cognoſcetur iudices male iudicantes ex dolo, aut ex leui culpa procedere.

REſpondeo dicẽdo, quod vt hoc intelligamus, & claré reſoluamus, eſt intelligendum, quid ſit dolus, & fraus, latior culpa, leuis, leuior, leuiſsima.

Pro quo aduertẽdum, quod Bartolus a de Saxo ferrato in tractatu de teſtibus dicit, quoſdam affirmare dolum eſſe genus fraudem autem eſſe ſpeciem: committitur enim dolus re, vel conſilio, fraus verò re tã tum, & in hoc videntur Doctores magis inclinari & huic ſententiæ, ait, quod videtur aſſentire D. Thomas dicens, quod dolus committitur ſiue per verba, ſiue per facta, fraus verò per facta tantum, cuius teſtimonio ſtandum eſt.

a Bart. de teſta. nu. 205. quihabetur 4. tomo diuer. 50. doc. tract.

At pro explicatione primo eſt aduertẽdum, quod interdũ fraus ſumitur pro ſpecie diſtincta à dolo. Nam ad dolum requiritur, quod fiat contra aliquam perſonam, vt patet ex eius diffinitione: eſt enim omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad decipiendum, fallendum vè alterum adhibita, quæ diffinitio in hunc modum explicatur, ſcilicet quod ſit calliditas intacendo, fallacia in mentiendo, machinatio in arte verborum, fraus autẽ committitur, etiam ſi non ſit contra perſonam, ſed contra legis præcepta principaliter fit, ſed quandoque contra perſonam. Ex quibus patet, quod dolus ſit genus, fraus autem ſpecies loquendo propriè, & in ſuo rigore. Verum eſt tamen, quod iura quandoque his vocabulis abutũtur ſumendo dolum pro fraude, & fraudem pro dolo. Ex his patet, quando iudices ex dolo, & fraude ſunt in puniendo delicta negligentes, aut ignoranteſ: enim ex dolo, & fraude negligẽtes, quando callidè tacent nolentes reſpondere querelis ab aliquibus propoſitis, aut in aliquibus mendacio, aut arte verborum diſſimulando, vt appareant hominibus zelantes virtutem, & iuſtitiam, cũ ipſius ſint diſſipatores, quod ex proceſſu ab eis habito ſatis patebit, & ex his, quæ contra ipſos fulminantur, qui cum dolo præſumuntur procedere, quando formã ſacrorũ canonũ, & cõſtitutionũ ordinum tranſgrediuntur:

quo

quo dolo,& fraude contra eos probatis legitime ab eorum administrationibus possunt amoueri.

Latior autem culpa est dolus præsumptus,& sic differt â dolo, sicut manifestum â præsumpto. Ille autem dolus dicitur manifestus, de quo ita claræ præsumptiones habentur, quod iudex in clarâ, & perfectâ fidem deducitur. Quando autem præsumptiones ita claræ nõ sunt, aliquæ tamen apparentiæ inueniuntur, dolus præsumptus dicitur, qui idem est, quod culpa latior, qui quidẽ dolus non sufficit, si agatur in causâ criminali ad hoc, vt reus pœna ordinaria puniatur, quoniã probationes tunc requiruntur, quæ sint lucẽ clariores, prout cõstat ex traditis per Bartolum. *a* Ex quibus patet quod si inueniatur iudices fuisse remissos in castigãdo,& in procedẽdo nõ circũspectẽ, si hoc tantũ ex præsumptionibus habeatur resultantibus ex eius dictis,& factis quæ dicta,& facta possunt etiã in bonã partem retorqueri, non debent per hoc ab officijs amoueri, etiã si arbitrio prudentiũ in his dicendis, aut faciendis latiorẽ culpam cõmiserint præbendo occasionẽ, vt de his possit aliqua fraus,& dolus non solum suspicari, sed etiam præsumi.

a Bart. in l. quod verũ in 3.& 4. colu.& seq. ff. de pos. & ibi Apostil. ver. culpa.

Lata culpa est deuiatio indeliberata ab ea prudentia, quæ inest cõmuniter omnibus, qui sunt eiusdẽ conditionis,& professionis, ideõ autẽ dicitur deuiatio generaliter, vt comprehendat deuiationem, siue faciendo, siue omittendo. Dicitur (indeliberata) ad differentiam doli, qui ex deliberatione manifesta, vel præsumpta cõmittitur Dixi (quæ inest communiter omnibus) ad differentiam culpæ leuis, leuioris,& leuissimæ, vt inferius patebit. Dixi (qui sunt eiusdem conditionis,& professionis) quia, vt ait Iuris Consultus Paulus *b* latæ culpæ finis est non intelligere, quod omnes intelligunt, & vt alius Iuris Consultus Vlpianus ait, lata culpa est negligentia nimia non intelligere, quod omnes intelligunt. Declaratur exemplo. Conductor pullum nimis,& præmature onerauit, vnde mortuus est, lata culpa est, probatur, homines enim, qui talis animalis ministerio vtuntur non sunt soliti onerare pullos ante dictum tempus. Alijs exemplis hoc declarat,& illustrat Bartolus *c* de Saxo Ferrato, Bartolus,& Alexander. Et prælati, qui in castigando delicta latam culpam cõmisisse fue-

b l. latæ culpæ. 222. ff. de verb. signif. c Bar. Saxo Ferrato vbi sup. n 113 & 114. Bar. in l. quod Nerua. 3. col. ff. depos. & 16. Apostil. Alexã. ver. culpa Ale. in l. itẽ quæ rit in princ. ff. profectio

rint conuicti, nõ priuatione officiorũ sunt castigandi, latam autem culpam commisisse credentur, quando desinunt facere ea, quæ alij prudẽtes, docti, & experti iudices facere in simili causa consueuerunt, si ex alijs dolus non præsumatur.

Leuis culpa diuersimode consideratur. Aliter enim sumitur in rebus alienis, seu alijs debitis, aliter in rebus cõmunibus inciderter, aliter in communibus ex conuentione. Primo modo leuis culpa est deuiatio indeliberata ab ea prudentia, quæ inest diligentibus hominibus, qui sunt eiusdẽ cõditionis. Et sic Paulus *d* Iuris Consultus cum dixisset in pignoratitia actione venire & dolũ,& culpã, subiunxit hæc verba.

d l. ea igitur ff. de pigno act.

Ea igitur, quæ diligẽs pater familias suis rebus præstare solet, a creditore exigitur, secundo ex rebus communibus cõmunione incidenti culpa leuis sic diffinitur, scilicet quod sit deuiatio indeliberata ab ea diligentia, quam in suo tempore, seu in illo tempore suis rebus adhibet. Paulus enim Iuris Consultus *e* in titulo familiæ herciscũdæ sic ait. *Non tamen talem diligentiam præstare debet hæres, qualẽ diligẽs pater familias, quoniã per suã partem causam habet gerendi, talem enim diligentiã præstare debet, qualẽ in suis rebus.* Circa vero res communes ex cõuẽtione culpa leuis sic diffinitur, scilicet, quod culpa leuis sit deuiatio indeliberata ab ea diligentia, quam ante contractum in rebus suis adhibere solebat. Dixi (*in rebus suis*) nam in rebus alienis culpa leuis æstimatur, si deuiat ab ea diligẽtia, vel prudẽtia, quæ inest omnibus diligẽtibus eiusdẽ cõditionis,& professionis. Leuior culpa est deuiatio deliberata ab ea prudentia, quæ inest diligẽtibus hominibus, qui sunt eiusdẽ cõditionis,& professionis. Leuissima vero est deuiatio indeliberata ab ea prudentia, quæ inest diligentioribus hominibus,& diligentissimis, qui sunt eiusdẽ conditionis,& professionis. Et sic Caius *f* Iuris Consultus in titulo de actionibus,& obligationibus loquens de Commodatario sic ait.

e l. hæred. § non tantũ dolũ ff. fa. herciscũd.

f l. 1. ff. de act.& obli.

Quod exactissimã diligentiam præ-

ſtare cõpellitur cuſtodiẽdæ rei, neque ſufficit eũ eam diligentiam adhibere quã in ſuis adhibet, ſi alius diligenter poterit cuſtodire. Ex quibus infertur deciſio cuiuſdam caſus, qui in facti contingẽtia accidit. Quidam prælatus intelligens ſuum ſubditum de quodam crimine graui vehementer indiciatum, ſed nõ plene probatum communicauit cum alio ſuę religionis prælato ſatis in cauſis regularium experto, quomodo ad capturam rei ſe habere deberet, qui reſpondit, quod crimine nõ plene probato non poſſet ipſum carceri mancipare, cum carcer in religione nõ ſolum ſit cuſtodia ſed etiam pœna. Propter quod, & alia, quæ conſulẽdo libros Doctorũ didicerat, noluit reum vincire in carcere, propter quod obſequium ſe præſtare Deo, & religioni aſſerebat, ipſum enim incarcerando ſuſpicio, quæ inter ſæculares inundauerat, radices mitteret ita, vt euidẽtia delicti, & delinquẽtis nomẽ ſortiretur. Accuſatus fuit dictus prælatus de nimia negligẽtia, quidam aſſerebant officio ſuo eſſe priuandum, tanquam infidelem, & non prudentem. Alij autem pœna arbitraria puniendum eſſe contendebant. Ego autem ex dictis dico, quod in rigore loquendo viſis ab eo allegatis non debuit priuari, cum ipſe, licet culpam commiſerit aliquam, â dolo, & fraude ſit immunis, & vbi non eſt dolus, & fraus, ſed tantum quædam indeliberata deuiatio ab eo, quod ipſe tenebatur ratione officij facere, nõ debet tam rigoroſa pœna irrogari. Vnde ipſum prælatum ſyndicantes attente allegata, & probata debent conſiderare, & non inuento dolo claro, & manifeſto ad priuationem dignitatis minime procedant. Inuento autem dolo, aut fraude præſumptis, & latiori lata, leui, & leuiſsima culpa ad pœnam arbitrariam accedant, in cuius iudicio magis ad pietatẽ quam ad rigorem debent animũ ſuum applicare.

ARTICVLVS IIII.

Quæ pœna ſit imponẽda prælato, cuius culpa effectũ eſt, vt ſubditus deceſſerit ſine ſacramento pœnitentiæ.

REſpõdeo dicendo, quod pro tali culpa generaliter eſt nulla pœna (quod meminerim) ipſo iure, niſi amiſsionis gratiæ gratum facientis, ſi culpa peruenit ad gradum, quo eſſet mortalis. Per ſententiam autem imponitur pœna arbitraria iuxta quantitatem culpæ ſecundum illud *a* iuxta menſuram delicti ſit & plagarum modus, & iuxta iura, quæ ad negligentiam puniendam citat quædam gloſſa celebris.

a Deut. 25. & c. non aſſeramus 24 q. 1. c c. quæ de offic. Archi

QVÆSTIO XL.

De correctione fratrum, quoad reprehenſionẽ ipſis propter delicta, cum ſententia legitur dandam in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionẽ tria quærũtur.

1 *Vtrum arguere ſubditos delinquentes ſit licitum prælatis.*
2 *Vtrum prælati poſsint contumeliari ſubditos delinquentes.*
3 *Qua pœna puniãtur prælati in dicendis verbis contumelioſis excedentes.*

ARTICVLVS I.

Vtrum arguere ſubditos delinquentes ſit licitum prælatis.



Eſpõdeo dicẽdo, ꝓpriũ prelatorũ eſſe arguere ſubditos de peccatis ab ipſis cõmiſsis, ſi quidẽ in mundo, loco Dei conſtituti ſunt, de quo apud Ioannẽ *a* habetur, ꝙ arguat mũdũ de peccato. Et Diuus Paulus ad Timotheũ *b* ſcribens, quomodo ſe cum eis Diœceſanis habere debet, ait, argue, obſecra, increpa. Quod nos docuerunt patres Concilij Tridentini *c* in Spiritu ſancto congregati dicentes, *quod prælati in cõmiſsis ſibi Eccleſijs eo libentius reſideant, quo facilius, & cõmodius ſibi ſubditos regere, & in vitæ, ac morũ honeſtate cõtinere potuerint. Illos primũ cos admonẽdos*

a Ioan 16.
b ad Ti. c. 4.
c Trid. ſeſſ. 13. c. 1. de reform.

cenſet

censet, vt se pastores, nõ percussores esse meminerint, atq; ita præesse sibi subditis oportere, vt nõ in eis dominẽtur, sed illos tanquam filios, & fratres diligãt: elaborentq;, vt hortãdo, & monẽdo ab illicitis deterreant ne, vbi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur, quibus tamen si quid per humanã fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis seruãda præceptio, vt illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate, & patientia, cũ sæpe plus erga corrigẽdos agat beneuolentia, quã austeritas, plus exhortatio, quã cõminatio, plus charitas, quã potestas. Si autẽ ob delicti grauitatẽ Virga opus fuerit, tunc cum mãsuetudine rigor, cũ misericordia iudiciũ, cũ lenitate seueritas adhibenda est, vt sine asperitate disciplina populo salutaris, ac necessaria cõseruetur, & qui correcti fuerint emendentur, aut si resipiscere noluerint, cæteri salubri in eos animaduersionis exẽplo à vitijs deterreãtur, cũ sit diligentis, & pij simul pastoris morbis ouiũ leuia primũ adhibere fomẽta, post vbi morbi grauitas ita postulet, ad acriora, & grauiora remedia descendere, sin autẽ ne ea quidẽ proficiãt illis submouendis, cæteras saltem oues à contagionis periculo liberare. Hæc Concilij Tridentinũ. Vide, quid circa hoc moneat Diuus Augustinus, a ait enim. *Corripiantur itaque a præpositis suis subditi correctionibus de charitate venientibus pro culparum diuersitate diuersis, vel minoribus, vel amplioribus, quia ipsa quædam natio nominatur, quam facit Episcopale iudicium, qua pœna in Ecclesia nulla maior potest (si Deus voluerit) in correctionem saluberrimã cedere, atque proficere. Neque enim scimus quid contingat sequenti die, aut ante finem vitæ huius, de aliquo tali desperandum est, aut contradici Deo potest, ne resipiscat, & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati, cordisque contriti a reatu quanuis iustæ damnationis absoluat damnatum, quem ipse non damnat. Pastoris tamẽ necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare ab ouibus sanis morbidam ab illo, cui nihil est impossibile, ipsa forsitã separatione sanandã. Nescientes enim quis pertineat ad prædestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri.* Hæc Diuus Augustinus. Quæ omnia prælati debent alta mente recolere, vt in arguendis subditorum excessibus ab hac doctrina, & abhis documentis minimẽ recedant; & cum subditi audiunt, & acceptant condemnatoriã sententiam, ita blandis verbis debent eorũ corrigere culpas, vt ipsa sententia eis ad salutem animæ proficiat.

a 24.q.3.cã. corripiant.

ARTICVLVS II.

Vtrum prælati possint contumeliari subditos delinquentes.

REspondeo dicendo, videri peccatum mortale, & non inueniri in viris perfectis, qui tamen conuitia, vel contumelias aliquando dicunt, sicut patet de Apostolo, qui ad Galatas b scribens ait. *O insensati Galatæ*, & Dominus noster Iesus Christus c dixit discipulis suis:

b Ad Gal.3

c Luc.vlt.c.

Ostulti, & tardi corde ad credendum. Vnde cum Dominus, & eius sancti hoc sine peccato, imô cum maximo merito dixerint, à Prælatis reprehendentibus suorum subditorum vitia possunt etiam dici, & sic ait *Diuus Thomas* a quod sicut licitum est verberare, vel in rebus damnificare causa disciplinæ, ita etiam & causa disciplinæ potest aliquis alteri, quem debet corrigere, verbum aliquod conuitiosum dicere, & hoc modo ait, Dominus, discipulos vocauit stultos, & Apostolus Galatas insensatos, tamen sicut dicit Diuus Augustinus in libro de sermone Domini in monte, raro, & ex magna necessitate obiurgationes sunt adhibendæ, in quibus non nobis, sed vt Domino seruiatur, instamus. Hęc Diuus Thomas. Circa quæ verba aduertit Caietanus, b quod contumelias, quas prælati obiurgando proferre possunt licet, vt materiam virtutis assumant, & in litera dicatur, quod raro, & ex magna necessitate dicere debeant, tutius tamen videtur quod nunquam nisi Spiritu sancto suggerente dicantur, quoniam repræsentatur subditis, quod non ex charitate, sed ex passione procedant, fiuntque deteriores non suscipiendo disciplinam leuiusque verbera, quam contumeliosa verba suscipiunt: Vnde Tullius in libro tertio de officijs ait, omnis animaduersio, & castigatio contumelia vacare debet. Et aduertit Nauarrus, c quod vt absque peccato fiat, etiam propter correctionem oportet, vt solum significetur vitium, cuius correctio prætenditur, & non alia vitia iam castigata, emendata, & ab hominibus oblita, quod aliqui prælati minus prudentes non aduertunt, quod aduertere maxime debuissent.

a 2.2. q.72. art.2. ad 2.

b In d.ar.2.

c In man.c. 18.n.10.

ARTICVLVS. III.

Qua pœna puniantur prælati in dicendis verbis contumelioſis excedentes.

REspondeo dicendo, quod licet prælati in reprehensionibus, & obiurgationibus aliquando excedant: non tamen sunt aliqua pœna afficiendi, solum enim sunt reuerenter monendi, & in secreto, ne ex ea publica facta admonitione aliqua occasio eos parui faciendi à subditis assumatur. Debent enim superiores prælati aliquos veniales defectus prælatorum inferiorum tolerare, ne inde deterius aliquid contingat, si enim tolerant defectus subditorum, cur prælatorum culpiolas dissimulare non tenebuntur, cum ipsi portent pondus Dei, & æstus, & occasione discolorum subditorum aliquorum aliquando contingat eos aberrare in obiurgationibus dandis, & in alijs remedijs adhibendis nimio odio defectus odiendo, & sic ordinatur in quadam partitarum lege. d Quod si ministri iustitiæ occasione commoti in faciendo, vel dicendo iustitiæ, & vrbanitatis limites excesserint, non propterea debent puniri, nec ad satisfaciendum compelli: cuius ordinationis prudentissimæ assignat lex rationem dicens. *Casi apenas se puede guardar el que ha de gouernar compañia de castigarla, que no faga, o que no diga a las vegadas alguna cosa de mas*, & de hoc videndus est autor Politicæ. e

d l. 49. ti. 5. par. 1.

e Polit. li. 5. c. 13. n. 128.

QVAESTIO XLI.

De correctione fratrum quantum ad facultatem à sententia appellandi.

RESPONDEO dicendo, quod hæc quæstio multa continet, quæ iam in Primo Tomo b dicta remanent. Nunc autem addendum est, quod Clemens Octauus anno Dñi milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, die vigeſima ſecunda Augusti Pōtificatus ſui anno primo. Priuilegia Alexandri Quarti, & Pij Secundi, & Innocentij Octaui, aliorumque Romanorum Pontificum, quibus prohibetur, ne personæ Regulares Ordinis Cisterciensis possint à suis superioribus ad quascunque personas appellare, nisi à Capitulo generali ad sedem Apostolicam tantum approbauit, ordinauitque sub pœnis in eisdem

b L. to. q. 29.

dem

dem priuilegijs contentis, ne persone regulares dictæ cógregationis posint à suis superioribus ad quascumq; personas appellare, nisi tantum ad dictæ congregationis generalem, & ab ipso ad capitulum intermedium, & ab illo ad capitulũ generale, & ab ipso ad sedem Apostolicam tantum. Ac insuper eisdem personis prohibetur, ne res religionis manifestent, ac etiam ne suorũ prelatorum, aut personarum congregationis aliqua crimia, aut querelas obijciant coram personis sæcularibus. Ita habetur in libro priuilegiorum congregationis sanctæ Mariæ de Alcobatia Cistercien sis ordinis Regnorum Portugaliæ impresso Venetijs anno Domini milleſimo quingenteſimo tertio in fine eiusdem libri.

QVÆSTIO. XLII.

De correctione fratrum, quoad criminis codemnationem in sex articulos diuisa.

Circa quã quæstionem quærũtur sex.

1 *Vtrum qui apud iudicem intercedit, vt pœna per legem statuta remittatur, teneatur ad restitutionem.*
2 *Vtrum liceat principi concedere remissionem delicti futuri.*
3 *Vtrum si pater monachus interficiatur remissio pertineat ad filium, an ad monasterium.*
4 *Vtrum semel in syndicatu absolutus possit amplius conueniri.*
5 *Vtrum liceat iudicibus remittere pœnas delictis à legibus impositas.*
6 *Vtrum valeat confessio rei facta coram iudice promittente reo impunitatem ad effectum, vt possit eũ pœna ordinaria castigare, aut remittere eius delictũ teneatur.*

ARTICVLVS I.

Vtrum ille, qui apud iudicem intercedit vt pœna per legem statuta remittatur, teneatur ad restitutionem.

RESpondeo dicendo, quod de hac quæstione agit eleganter Castro, a vt clarius procedamus, per quasdam conclusiones illi satisfaciam.

Prima conclusio. Nullus potest apud iudicẽ intercedere, vt delinquenti tota pœna per legem constituta remittatur, nisi forte pro illo roget, à quo offensus est, nõ vt impunitus euadat, sed vt hac ratione ostẽdat charitatem, quã ad illum habet, vel vt erubescat esse inimicus. Hanc conclusionem probat doctissimus Castro ex multis dictis Diui Augustini. Et prima pars probatur ratione, non enim licet rogare iudicem, vt faciat, quod iure facere non potest: at remittere pœnam totam ab homine scelerato à lege statutam iudici non licet, quia non esset misericordia, sed relaxatio, & inde omnibus malis daretur occasio, vt spe plenæ remissionis per intercessores obtinendæ quæcumque scelera committere auderent. Vnde Diuus Gregorius in suis moralibus ait, quos similis actus sociat concordi pertinacia, etiam defensio peruersa constipat, vt de facinoribus suis altera se inuicem defensione tueantur, sibi enim quisque metuit, dum admoneri, vel corrigi alterum cernit, & ideirco contra corripientium verba vnanimiter insurgit, quia sẽ in altero protegit. Hæc Gregorius. Secunda pars conclusionis probatur scilicet quod ex fonte charitatis procedere potest, vt quis roget totam pœnam à lege statutam remitti homini scelerato, verbi gratia, cum quis pro inimico, à quo læsus est, orat, ne pœna vlla illi irrogetur, quia ex animo, & gratia dimittit offensam contra se factam, & insuper orat iudicem, vt reipublicæ offensam illi remittat, hic enim sic intercedens non solum non peccat, sed magno apud iudicem dignus est præmio, quia hoc faciens impleuit simul & præceptum, & Consilium Dei dicentis, diligite inimicos vestros, & benefacite ijs, qui oderunt vos, & sic qui ex charitate impunitatẽ inimici sui petit à iudice, nõ ideo peccatũ impunitũ esse orat, quia sibi placet, sed vt bonitate sua vincat malitiã alterius, & benefaciendo illi cogat illum ad pœnitentiã peccati, quod illum offendit.

Secunda conclusio. Quando merito speratur de emẽdatione hominis, qui aliquod crimen commisit, licite potest, qui hanc spem habet, pro illo apud iudicem intercedere, vt mitiori pœna, quam à lege statuta est, puniatur, præsertim si pœ-

a Castro li. 2. de legib⁹ pœnal. c. 13.

na per legem ſtatuta eſt pœna vltimi ſupplicij.

Probatur concluſio. Quilibet homo poteſt à iudice iuſte petere, vt faciat, quod iuſte facere poteſt: iudex autem poteſt ex aliquibus iuſtis cauſis pœnam legis minuere, prout inferius dicetur, ergo dum tales cauſæ adſunt, quilibet poteſt apud iudicem intercedere, vt legis rigorem temperet. Quod autem iudex poſsit pœnam à lege ſtatutam ex iuſta cauſa remittere, omnes iuriſperiti *a* fatentur, & probant pro ſua parte allegantes aliquas leges, & infra articulo quinto dicetur.

a l. quid ergo §. pœna grauior. ff. de his, qui notant. infa mi. l. ſi ſeuerior. l. Poſſidonium. C. exqui. cauſ. irroga. infa.

Nõ me latet tamẽ Imperatores, *b* Honorium, & Archadium, poſtquam graues pœnas ſtatuerunt contra illos, qui coniurationem contra principem fecerint, aut dederint, addiderunt, iubemus etiam eos notabiles viros eſſe ſine venia, qui pro talibus vnquam apud nos interuenire tentauerint, quæ pœna interceſſoribus prædictis communicata peccatum mortale videtur deſignare, & ſic iniuſte interceſſores intercedendo agere. Ad hoc reſpondetur, quod prædictæ leges procedunt in foro exteriori, quæ fundantur in præſumptione, quæ habetur contra illos, qui intercedunt pro notatis in crimine læſæ Maieſtatis: at nos loquimur in foro conſcientiæ inſpecta ſola veritate charitatiuæ ſecundum Deum interceſsionis.

b l. quiſque eum militibus. C. ad l. Iul. Maieſt.

Tertia concluſio. Quando reus aliquis emendationem recuſat, & ſic eſt induratus in peccato, quod commiſit ita, vt de illius correctione merito deſperetur, non licet orare pro eo, etiam ſi ſit mortis pœna plectendus. Hæc concluſio ſequitur ex præcedenti, nam ſi hac ratione ſola licet pro reis rogare, vt illi corrigantur, ergo quando merito de illorum correctione deſperatur, non licebit pro illis orare. Præterea non licet iudici talibus reis parcere, ergo interceſſori minime licebit pro talibus orare. Conſequentia eſt nota, nam rogans pro alio eiuſdem eſt conditionis, & meriti, cuius eſt ille, qui precibus eius motus aliquid facit, quia qui rogat, potentior eſt cæteris paribus, quam qui conſulit, vt in quodam Canone *c* probatur. Qui enim tali obſtinato peccato parceret, non miſericors, ſed potius crudelis diceretur, Eccleſia enim Chriſti ſponſi ſui lenitatem imitari cupiẽs etiam ſi circa ſceleratos multos viros manſuetudinem ſuam oſtẽdat, circa illos tamẽ de quorum emendatione deſperat, ſeueritatem exercet: & ob hanc cauſam hæreticum relapſum iudicio ſæculari tradit ab illo damnandum, ſentiens illum indignum, cui amplius venia concedatur, propterea quod de eius emendatione deſperat. Deus etiam, etiam ſi pijſsimus ſit, & ſæpe peccata hominum diſſimulet propter pœnitentiam, non tamen vult, vt rogemus illũ pro his, qui in peccato perſiſtunt, & emendari nolunt. Vult quidem Deus orari pro peccatoribus vt ipſe dignetur ipſis pœnitẽtiã inſpirare, & ad illam agendam iuuare, non tamen vult Deus rogari, vt illis non pœnitantibus, & in peccato perſiſtentibus parcat. Nullus ergo pro aliquo intercedere debet, vt venia illi cõcedatur, quem Eccleſia venia indignũ eſſe iudicat, & pro quo Deus non vult orari, nam qui eò caſu *Deum* oraret, iniuriam illi faceret putans illum tam remiſſum, vt peccatoribus obſtinatis indulgere, & mala impunita relinquere velit.

c c. faciẽtis 86. diſt.

Quarta concluſio. Nullus licitè poteſt pro reis intercedere, vt illis venia concedatur, quando ex veniæ conceſsione proximo damnum inferatur, qui enim veram vni vult exhibere pietatem, oportet, vt illam ſine alterius iniuria impendat ita, vt non ſit vni miſericors, & alteri crudelis. Nam vt ait Apoſtolus, *Non ſunt facienda mala vt inde eueniant bona*, & inquadam Decretali *d* ſequentia habentur verba, *Qui occaſionẽ dãni dat, dãnũ deeſſe videtur*. Aduertendum tamẽ, quòd de interceſsione dixi, tunc ſolum eſſe intelligendum, quando iudex non remiſiſſet pœnã, niſi fuiſſet ab interceſſore attractus, & allectus, nã ſi iudex fuiſſet abſq; alterius precibus facturus, quamuis interceſſor pro huiuſmodi pœnæ remiſsione rogans peccaret, nõ tamẽ obligatur ad illius dãnũ reſtituendũ, quia tũc ipſe nõ eſt occaſio ipſius dãni. Ita Caſtro hoc multis Auguſtini auctoritatibus cõprobans. Exhis colligere oportet, regulares quomodo ſe habere debent, quãdo pro delinquẽtibus apud iudices intercedũt. Caueãt, ne procurãdo ipſos â pœna corporali, aut ciuili ſua interceſsione liberare in laqueum incidan t diaboli, & ſint in ſcandalum delinquentium, qui ex ſpetata remiſsione ſe totos ſuis concupi-

d §. vltimo de iniur. & damn. dat.

e Caſt. vbiſ.

cupiscentijs, & desiderijs tradent, sint etiã in scandalum multis, qui delictorum videntes impunitatem ad alia deteriora scelera manus suæ deprauatæ voluntatis extendent. Colligere etiã possunt, quod pro alijs religiosis delinquentibus licitum est intercedere, vt pœna delicto debita ipsis minuatur, cum communiter loquendo de eorum correctione speretur.

ARTICVLVS. II.

Vtrum liceat Principi concedere remissionem delicti futuri.

REspondeo dicendo, id iusta cãusa intercedente licere, id est, posse disponere, & statuere, ne qui illud, aut illud fecerit, puniatur pro illo, aut illo peccato etiam post illud statutum commisso. Deus enim optimus, & maximus per varias scripturæ literas *a* promittit veniam peccatoribus, si vere pœnituerit. Neque ex hoc datscandalum ille, qui misericordia motus veniam aliqua de causa promittit, non enim is præbet scandalum vtens præclarissimæ misericordiæ virtute, sed abutens actu virtutis illius sibi accipit scandalum. Apud Matthæum *b* enim vetatur quidem scandalum dari, sed non fieri aliquid bene, ex quo alius male accipit illud iuxta D. Thomam *c* receptum.

Neque obstat, quod rescriptum concedens veniam peccati futuri non valet, vt ait Salicetus *d* nam illud intelligitur de rescripto sine iusta causa concedente veniam futuri delicti, non autem de rescripto, quod iusta causa id fierer, qualia sunt multa edicta, quæ proponuntur promittentia impunitatem his, qui deliquerint si complices suos denunciauerint. Denique nostrum assertum probatur, nam facultas absoluendi plenarie commutandi, & dispensandi componẽdi de incertis male acquisitis extenditur ad peccata commissa post concessionem dictæ facultatis, prout defendit Nauarrus, *e* nec per hoc datur materia delinquendi directẽ, aut indirecte, nam licet detur occasio in genere, negatur tamen, quod datur inordinate, & minus recte, licet male accipiatur, negatur etiam, quod detur tanta, quanta sufficeret ad tollendam iustitiam legis, vel cõcessionis, vel ad restringendam eam, ne ad id extendatur, sicut neque occasio peccandi ex lege diuina de condonando peccato pœnitenti à pluribus desumpta tollit bonitatem peccatum condonantis.

a Ezech. 18. & 33.

b Matth. 3.

c D. Th. 2. 2. q. 43. a. 2.

d Salic. in l. castita. C. ad l. Iuliam. de adul.

e Nau. dein dulgent. nota. 34. n. 4.

ARTICVLVS III.

Vtrum si pater monachus interficiatur, remissio pertineat ad filium, an ad monasterium.

REspondeo dicendo, quod de iniuria facta defuncto competit prosecutio omnibus hæredibus, vt probant iura, *f* & lex considerat tale ius tanquam hæreditarium, ex quo voluit pacem haberi ab hærede, & sic de vero hærede, non autem de filio, qui non sit hæres, voluit hoc Bartolus *g* dicens, quod statutum considerat hæredem, qui repræsentat personã in totum.

Neque obstat, quod filius abstinens ab hæreditate potest facere pacem secundum Bartolum. *h* Nam ad hoc respondetur, quod talis etiam repræsentat personam testatoris de voluntate ipsius, licet deinde abstineat ab hæreditate, & quo ad hunc effectum satis est semel repræsentasse argumẽto cuiusdam legis *i*, præsertim cũ adhuc repræsentet defunctum saltem nudo nomine, quod satis est argumento cuiusdam legis *k* quod notat Iason. Vnde si pater monachus interficiatur remissio spectat ad monasterium, non ad filium, vt est magis communis opinio, quam tenent Federicus, *l* Abbas, & moderni, & probat Romanus dicens se ita consuluisse, si monasterium est hæres dicti patris, & quia per professionem se & sua transtulit pater in monasterium.

f l. 1. §. si forte. ff. de iniur. l. 4. §. si adplures ff. de sepul. violat.

g Bart. in l. 2. §. cato. ff. de ver. obl.

h Bart. in l. si filius qui pater in fine ff. de vulg. i l. Si quis hęredit C. de inst. & substit.

k l. 4. §. nõ solum vers. cæterũ ff. de leg. præs. Iason. in l. cũ filio in 2. q. Bart. ff. de legat. 1.

l Federi. de Senis cõs. 25 quidã monachus, Abbas & Moderni in ca. in præsentia de probat. Romã. cõs. 450. statutũ veteris. in l. sicut. §. idem de accusa. n Bal. in l. si quis homicidij eodem titu. & in l. ex morte ad l. aquiliam.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum semel in syndicatu absolutus possit amplius conueniri.

REspondeo dicendo, quod in quadam lege *m* videtur probari, quod semel absolutus non debet amplius molestari, nisi ratione ignorantiæ, & præuaricationis, de quo late agit Baldus. *o* Et licet dubium sit, an absolutoria data incrimine, quia non probatum pariat exceptio-

ceptionem rei iudicatæ de eodẽ crimine, si accusetur, vt in quadam lege *a* continetur, & tenet Bartolus: tamen in causa syndicatus putat Paris de Puteo *b* esse speciale quod non possit vlterius molestari, nisi iste volens de nouo accusare, aut denunciare, fuisset ignarus, vel absens per notata in quadam lege. *c* Ex quo infero male procedere iudices regulares, qui visitantes, & syndicantes prouincias sibi commissas sine alia causa ad id impellẽte admittũt denunciationes maleuolorum, & discolorum fratrum aliquorum delictorum, quorum iudicium ex defectu plenæ probationis transit in rem iudicatam. Nec valet dicere, quod ad id agendum cõcitantur, quia testes propter metum iudicum, qui partes rei agebant, patefacere veritatem minimè sunt ausi. Nam hæc causa mihi insufficiens est, cum difficillime possit probari, & non oportet contra metas iuris procedendo accusationem, aut denunciationem delicti, quod transiuit iam in rem iudicatam iterum cognoscere, nisi causa, propter quam proceditur, prius verificetur esse verã per testes idoneos, & omni exceptione maiores, alioquin vnicuique esset licitum hoc dicere, & contra rem iudicatam ad libitum agere, pro qua semper est præsumptio, nisi contrarium probetur.

a l. 2. §. hoc d nouo rap. Bar. in l. Iu. de cond. & demonst. l. dẽnunciare §. quia tamẽ de adul. b Puteo de synd §. officialis iuncto offi. n. 2 c d. l. sicui. §. eiusdẽ.

ARTICVLVS. V.

Vtrum liceat iudicibus remittere pœnas delictis à legibus impositas.

RESpondeo dicendo, quod iudex trãsgrediens legem per ipsum, aut per suos antecessores factam nulla causa rationabili interueniente peccat. Dixi (nulla causa rationabili interueniente) ea enim data potest dispensare in ipsa lege, vt asserit Caietanus. *d* Ex quo infero, quod nõ potest iudex remittere sine iusta causa pœnam delinquenti appositam, aut pœnam prædictam in aliam dispensare, etiã si pars læsa consentiat: imo addit Caietanus, *e* quod etiam si sit princeps, erit reus omniũ delictorum, quæ ipse delinquens postea ratione dictæ remissionis commiserit, quod etiam tenet Nauarrus, *f* & sequitur Aragõ, & est expressa D. Gregorij sentẽtia relata â Gratiano, *g* verum est tamen quòd possunt iudices superiores legum latores, imo & inferiores augere & diminuere pœnam à legibus impositam, prout probatur in iure, *h* & resoluit Couarruuias, sed hoc intelligitur iusta ad id causa suadẽte vt notat Accursius *i* & erit iusta causa quando probatur delinquentem ignorantem deliquisse, aut quãdo probatur ipsum, aut eius progenitores de religione esse satis bene meritos, prout in simili affirmat Nauar. *k* dicens quod potest iudex diminuere pœnam legis nõ solum propter seruitia facta ab ipso delinquente in fauorem reipublicæ, sed etiam propter suorum progenitorum merita.

d Caie. ver. iudex. e Cai vbi su. f In manu c. 22. Aragõ 2. 2. q. 60. a. 5. c 103. g c. summo pere. 11. q 3

h l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his qui notant. inf. Couar. i Accur. in l. leuior. ff. de his qui not. K in rub. de iudic. n. 99

Ex dictis in facti contingentia cuidam religiosæ pœna eius delicto debita minuta fuit, attento quod nullus aduersus eam aderat accusator, & quod contra eam non erãt indicia euidentia, & quod duobus tantum testibus secretis eius delictum erat probatum per viam inquisitionis, attento etiam quod si pœna ordinaria puniretur, ipsa secreto delinquens infamia etiam apud regiam Maiestatem notaretur, & quod ex dicta publicitate discordiæ, & dissensiones orirentur inter aliquos nobiles non minimæ, attento denique quod complices sui delicti descendebant à Gente nobili, de republica & de sua religione bene meriti, attento etiam quod dicta mala & alia cũ quadam pœna arbitraria secreta impediebãtur propter quod ita affirmauerunt viri doctissimi fore procedendum quod ex quadam celebri doctrina Caietani *l* comprobatur, qui ait quod potest iudex inferior rumpere, & rescindere accusationes, quas apud se habet etiam si ad satisfactionem partes læsæ ordinentur præuidens quod si non rescindantur, maius damnum reipublicæ quã vtilitas ipsi bono communi ex earum prosequutione potest euenire, velut si ex punitione accusati (quia vir est grauissimus) maximè respublica perturbaretur quam opinionem sequitur Aragon. *m* Ex qua doctrina hoc conficio argumentum, si enim est licitum contra ius rescindere accusationem in præiudicium partis accusantis â fortiori licitum erit in præfacto casu pœnam legis minuere nulla parte læsa reclamante tot causis & meritis id postulantibus

l 2. 2. q. 68. art. 3. m Arag. vbi sup.

ART.

ARTICVLVS VI.

Vtrum valeat confessio rei facta coram Iudice promittente reo impunitatem ad effectum, vt possit cum pœna ordinaria castigare, aut remittere eius delictum teneatur.

REspondeo dicēdo, aliquando solere iudices promittere fallaciter impunitatem delinquentibus, si sua peccata confiteantur, vt ex eorum ore conuicti possint eos criminaliter damnare, & aliqui Iurisconsulti hanc rationabilem approbant cautelam dicentes licitum esse decipientem decipere, iuxta illud Græcum Prouerbium relatum â Cermenato, *a Prudens actus documēto cæteris esse potest, quam non sit inutile, nonnunquam cretizare cum cretizantibus,* nam qui paratus alios circumuenire fraudi bus nullo iure conquiri potest, si aliquando ipse quoq, circūueniatur ab alijs, quod est dicere: *Avn traydor dos aleuosos,* Et ita habemus illud carmen.

Fallere fallentem, suspicor esse pium,

& illud Virgilij *b*

Dolus, an virtus quis in hoste requirat?

Et in confirmationem huius sententiæ adducunt Felinus *c* Decius, Grammaticus, Plaça, & Decianus, quoddam exemplum Alexandri Tertij Papæ, qui in secreto sibi confitenti per simoniam Episcopatum fuisse adeptum huius delicti impunitatem promisit, si hoc publicè confiteretur, quem confessum statim ab Episcopatu deposuit. Et hanc opinionem tenuerunt Cinus Dominicus *d* & communem dixerunt Puteus, Couarruuias, Olanus, & alij relati per Menochium.

Sed sic absolutè hanc opinionem amplectentes, vt deuiantes à veritate prædicante mendacium esse intrinsecè malum, possunt cōdemnari. Et ita tenent expresse contra eam plurimi grauissimi Doctores affirmantes, non posse iudicē condemnare delinquentem ex confessione sibi in occulto propalata, quam reuocauit ipse reus, propter impunitatem sibi â iudice promissam: quæ opinio originaliter fuit Ioannis de Immola, *e* & eam tenet Hippolitus de Marsilis, quam communis schola Doctorum horum Regnorum sequitur & post alios dicit veriorem Couarruuias, & prædicat verissimam Plaça, & eam tenent expresse Remigius, Petrinus Bellus, Emanuel Suarez, & alij relati ab Azeuedo, & Deciano, quæ opinio sequentibus rationibus probatur.

Primò, quia talis confessio non fuit spōtanea, sed fraude & dolo extorta, & vt ait quidam Imperator, *f* res est iniusta, quem à iudice decipi. Quod confirmatur: nam videmus in iure cōdemnari, vt stupratorē eum qui promissis fallacibus aliquam virginem corrupit, prout tradit Decianus *g* Confirmatur deinde: Remediū enim torturæ permissum est, non tamen mendacijs & persuasionibus dolosis, est reo inferendum.

Probatur secundò: nam sicut non fuit obligatoria iudicis promissio, quia ad solum principem pertinet delictorum impunitas, ita per consequens nihil valet, neque aliquo modo obligat, id quod ex tali promissione resultat. Quod cōfir. ex quadā Partitarū lege *h* sequētia verba dicēte: *Tu fulano di lo que sabes, y no temas que no te faran ninguna cosa si no derecho:* Quibus verbis satis voluit significare lex prædicta, quod iudex non debet promittere reo impunitatem quando ipsi præcipit vt confiteatur delictum, sed tantum debet dicere, quod secundum ius iudicabitur, & ait Albericus, *i* quòd iudex promittens alicui impunitatem, si postea ipsum punit quoddam pro ditionis genus committit.

Ad argumenta autem contrariæ partis respondetur, quod etiam si Reipublicæ cōueniat, quòd delicta puniantur, & ad hoc exequendum, iudici vti simulationibus & verbis astutis sit necessarium, hoc tamen modo licito fieri debet, & â iure approbato, non autem fallacijs, & fraudulētis promissionibus, prout ait Imperator K Iustinianus, & aduertunt in proposito Redin Petrinus Bellus, & Couarruuias: quia vt ait Baldus: *l Qui vadit planè, vadit sanè*

a Cerm. in Rapso, c. 32 pa. 297.

b Virg. li. 1. Æneid.

c Feli. in ca. afferte. not. 1. ad finē de præsum. & in c. accedēs 2. vt lite nō contes. Grā ma. q. 3. post decis. nu. 5. Plaça de delict. li. 1. cap. 37. n. 3. Dec. 1. to. crimi. li. 2. c. 15. n. 6

d Cinꝰ in l. præsenti C. de his qui ad Eccl. confugiunt. Dñi. cusin c. nos in quenquā 2. q. 1. Puteꝰ d syndic. v. solus cōductus fo. 209 & v. tortura nu. 1. vers. multi enim fo. 319. Couar. li. 1. var. c. 3. n. 16. Olan. in antinomijs v. reū pa. 124. nu. 24. Meno. lib. 1. de arbitr. q. 81.

e Imola in l. is qui reus nu. 29. ff. de public. iud. & cons. 109 Hippo. in l. 1. §. quæstio ni fidē ff. de quæstion. Cou. vbi su. Plaç. vbi su. n. 5. 6. & 7. Remig. de immuni. Eccl. fallēt. 26. n. 87. in fin. Bellus de remillit. 9. p. ti tu. vn. n. 10. Suar. 1. to. comm. opi. v. iudex vt veritatē pa. 301. colu. 2. Azeu. in l. 3 ti. 3. lib. 1. re collec. n. 14 Decia. vbi s. n. 6. & 7.

f l. 1. in fi. ff. de his, qui veniā ætatis impetra.

g Decia 2. to. crimi. li. 68. ca. 7. n. 7

h l. 3. tit. 30. p. 7. vers. tu fulano.

i l. 15. persuadere. ff. solut. rup.

K Iustin. in proœ. insti. vbi Redi. n. 15. f. 74. Bel. de remili. 9 p. tit. vn. n. 10. Cou. vbi su. n. 16.

l Bald. in l. non solū. §. annu.. 2. ff. de excusat. tutor.

nè. Quod colligit ex textu ibi dicente: *Rectam viam dirigere, non eã, quæ eſt circuitibus,*

m 3. Reg. 3. Nec obſtat dicere, quod Rex Sãlomõ m vſus fuit ſimulatione quãdo duę illæ mulieres ſuper infante contendebant, in ea enim ſimulatione nullum mendacium neque dolum inuenies, ſed tantum quandam ſimulationem & fictionem; qua vſus etiam fuit pater eius Dauid mutando faciẽ coram Abimelech: & Iehu Rex Iſrael

n 1. Reg. ca. 21. 4. Reg. 10. cũ Sacerdotibus Belial; vt libro 4. *n* Regum legitur, in qua fictione & ſimulatione nullum prorſus mendacium inuenitur & ideò ſumma illa veritas Chriſtus Domi nus ea vſus fuit cum diſcipulis euntibus

o Luc. 24. in Caſtellum *o* de Emaus fingendo ſe lon giùs abire.

Addendum tamen eſt, quod ſi vltra confeſsionem iudicialem rei ab eo etiam reuocatam, concurrunt indicia vrgentia & præſumptiones bene quidem ſecũdum viros doctos poteſt iudex in eo caſu reo pænam ordinariam imponere, licet iudex vt reum ad confitendum alliceret, impunitatem promiſerit, vt poſt alios tenent Couarruuias, *p* Viuius & Azeuedo, & ſibi imputetur dicũt reus, quod ſuũ delictum cõfeſsione propalauerit. At ego huic opinioni minimè poſſum adhærere. Nam in criminalibus vt quis pæna ordinaria puniatur, probationes luce meridiana clariores eſſe debent. non enim indicia, & præſumptiones tantam fidem faciunt, vt ad pænam ordinariam ratione earũ quiſquis poſsit condemnari. Confeſsio autem rei per dolum, & mendacem promiſsionem extorta non debet eſſe tantæ efficaciæ, vt patet ex ſuperioribus vt ipſi iudici fallenti propter indicia & præſumptiones tam præiudiciales licentia tribuatur.

p Cou. vbi ſu. n. 16. ad fi. Viuius 1. to. communiũ opin. v. iudex promittens pa. 120. co. 3. in fi. Azeu. vbi ſu. n. 15.

QVAESTIO XLIII.

De correctione fratrum quoad acceptam pœnam impoſitam delinquentibus, in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 *Vtrum reus condemnatus ad pænam teneatur ipſam ſubire,*

2 *Vtrum condemnatus ad auſterã abſtinentiam teneatur eam ſubire pœnam.*

ARTICVLVS I.

Vtrum reus condemnatus ad pœnam teneatur ipſam ſubire.

REſpõdeo dicẽdo, quod trãſgreſſor legis pænalis poſt ſententiã iuſtam contra ipſum latã, & ab ipſo acceptã ſub pœna peccati mortalis, tenetur ſubire ipſam pænã, adeò, quod ſi fuerit ad mortẽ cõdẽnatus, ad locũ ſupplicij ire tenetur, & aſcendere furcã, qua eſt ſuſpendẽdus. Verũ eſt tamẽ, quod nõ tenetur ad eas actiones ſubeũdas quæ â miniſtris iuſtitiæ commodiùs fieri poſſunt. Vnde condemnatus ad bibendũ venenum, ſolam tenetur os aperire, prout tenet Victoria, *a* cuius opinionem ſequũtur Soto, & Aragon contra Caietanum. Quæ opinio eſt tenenda, etiam ſi Petrus à Nauarra ab ea diſcedat, non aduertens ad fundamentum ſuprapoſitum. Dixi in concluſione (poſt ſententiam iuſtam) ante enim condemnationem iudicis tranſgreſſores legum pænalium non tenentur ſubire actiones in actione, & paſsione conſiſtentes, leges enim humanæ, vt ſint iuſtæ debent eſſe tolerabiles, vt affirmat Diuus Thomas, *b* & non vult Deus, vt leges ita difficiles fiant, quod ſint in ſcandalum ſubditorum, prout allegando multos tradit Corduba.

a Vict. de hom. n. 30. Arag. 2. 2. q. 69. art. 4. Med. 2. 2. q. 69. ar. 4. Nauar. de reſt. lib. 3. c. 3. n. 821.

b 2. 2. q. 96. ar. 3.

c lib. 9. 1 q. 36.

ARTICVLVS II.

Vtrum cõdemnatus ad auſteram abſtinentiam teneatur hanc ſubire pœnam.

REſpondeo dicẽdo, quòd cõdemnato ad auſteram abſtinentiam cibi, & potus, vt ſic paulatim moriatur, miniſtri iuſtitiæ non poſſunt ipſi miniſtrare niſi tãtum in ſententia permiſſum, ſuppoſito quod ipſa ſententia ſit iuſta. Hæc eſt

commu-

communis omnium. Ex quibus infertur, non esse liberos à culpa custodes positos à prælatis regularibus ad custodiendos fratres incarceratos, & condemnatos ad abstinentiam panis, & aquæ, si plus victus & potus, quam in sententia præcipitur, illis ministrauerint, cum enim sint iustitiæ ministri, fidelitatem seruare sunt adstricti: & si hoc non faciunt moti pietate, quam habent erga fratrem particularem, moueãtur pietate erga bonum commune religionis, quæ non habet facultatem ad vltimo supplicio fratres condemnandum, & si hac non vtatur pæna, remanebunt delicta impunita & tota ex hoc obseruantia regularis destruetur. Misereantur etiam aliorum religiosorum, qui ad triremes condemnantur, propter religiosorum nimiam & non bene ordinatam charitatem qua alios in carcere cõstitutos fouent eis in abundantia omnia subministrantes, ita vt locus carceris, cum sit locus pœnitentiæ fiat deliciarũ, & iucũdæ cõuersationis habitaculum, qui si in religionis carcere cum austeritate, & rigore debito tractarẽtur ad triremes minimè relegarentur: in quo fœtoso, horrendo & infami loco inter homines bestiales conuersantes, bestialiter viuunt, & qui vescebantur in Sacramentorũ croceis, illud sterquilinium amplexantur. Hanc igitur pietatem indiscretam longe faciant à se custodes religiosi. Sint executores literales sentẽtiæ exequẽdæ, summum enim genus pietatis est in hac re esse crudelem, Verum tamen est, quôd alij, qui non sunt custodes, possunt eis supradicta subministrare in abundantia, nisi ipsis religiosis condemnatis sit sub obedientia præceptum impositũ, ne plus cibi, aut potus sumant ad nutrimentum. In hoc enim casu, supposito quod præceptum sit iustum, & obliget, peccarent dicta cibaria administrando, sicut peccarent custodes & alij religiosi dantes incarceratis religiosis aliqua instrumenta, vt à carcere in quo iustè detinentur, possint euadere, cum ipsi ratione præcepti non possint à dicto loco remoueri sine licentia prælatorum regularium, qui eos in eo constituerunt, prout supra dictum est, cum de carcere nobis fuit sermo.

Hæc sufficiant, alia autem reperies in nostra summa Confessorum in tractatu de ordine iudiciali.

QVÆSTIO. XLIIII.

De decimis quantum ad obligationem eas soluendi à Regularibus, in octo articulos diuisa.

Circa quam quæstionem octo quæruntur.

1 *Quid sit decima & primitia.*
2 *Quo iure debeantur decimæ.*
3 *Vtrum Summus Pontifex possit concedere exemptionem a decimis.*
4 *Vtrum religiosi sint a decimis exempti.*
5 *Vtrum moniales & earum bona sint à decimis exempta.*
6 *Quomodo Regulares huic renuncione priuilegio,*
7 *Vtrum priuilegium concessum monasterio, vt possint recipere decimas alicuius parochiæ, extendatur ad noua alia.*
8 *Vtrum religiosi confessarij teneantur facere fidelibus conscientiam de decimis.*

ARTICVLVS I.

Quid sit decima & primitia.

RESpõdeo dicẽdo, quod decima iuridicè loquendo secundum Hostiensem *a* est omnium bonorum mobilium licite quæsitorum pars decima Deo dicata diuina constitutione debita. Quod ex multis iuribus comprobatur, intellige autem Deo dicatas esse, idest, ministris Dei. Et decima tripliciter consideratur. Prima vocatur decima prædialis, scilicet, eorum, quæ proueniunt ex prædijs, vt sunt vinum bladum fructus arborum, & huiusmodi, & personalis, idest, eorũ, quæ proueniunt ex opere personali, vt ex mercatione, artificio, sciẽtia, & venatione, & mixta, quæ partim ex prædijs, partim ex opere personali proueniunt, vt sunt animalia, quæ pascuntur in prædijs, & huma no opere nutriũtur vt fœtus, & fructus eorum. Primitia autẽ est prima pars frugum, siue fructuum Domino offerenda, & intellige (prima) idest, dignitate

a Hostiẽ. in Sum. v. decima.

nitate præcipua & (domino) ideſt, diuino cultu, quia primitiæ offerebantur per modum oblationis, prout tradit Diuus Thomas. *b* Nunc autem dicuntur primitiæ pluraliter pro varietate fructuum.

b 2.2.q. 86.

ARTICVLVS II.

Quo iure debeantur decimæ.

REſpondeo dicẽdo, quod decimæ debentur de iure diuino, prout tradit Rebuffus, *a* & hoc in recognitionẽ vniuerſalis dominij diuini: hæc eſt enim principalis cauſa introductionis decimarum ſoluendarũ ſacerdotibus Deo ſeruientibus, inficiari enim ſanæ mentis vir non poſſet, vt inquit Rebuf. *b* quod Deus omniũ ſit Dominus, & vniuerſalis, & ideò vt illum talem recognoſcamus, ipſe ſibi has decimas retinuit. Principes verò tributa in ſignum ſpecialis dominij. Alias rationes vide apud Rebuffum *c* vide Diuũ Thomam de hoc agentem.

a De decim. q. 1. cũ ſeq. Cou. lib. 1. varia. ca. 17. Con. Trid. ſeſ. 25. ca. 12. de reform.

b Vbi ſu. q. 2. n. 1.

c Vbi ſu. D. Th. 2.2. q. 87 & 2. quodl. ar. 7.

ARTICVLVS III.

Vtrum Summus Pontifex poſsit concedere exemptionem a decimis.

REſpondeo dicendo, quòd licet decimæ debeãtur de iure diuino, prout explicat Diuus Thomas: *a* poteſt tamẽ Summus Pontifex aliquo modo cum laico diſpenſare ad aliquot dies, & annos decimas ſuas retinendi, aut alterius parochiani decimas percipiendi, non authoritate propria, & nomine ipſius laici, ſed authoritate Papæ, & nomine ipſius Sũmi Pontificis. Nam certum eſt, quod bona clericorum, & Eccleſiarum ſunt bona pauperum, & circa pauperes presbyteri & ſacerdotes poſſunt & debent decimas diuidere & ex decimis eos alimentare, vt in ſacris Canonibus *b* probatur. Et cum Papa ſit vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, ac totius Chriſtianitatis, & vniuerſalis Rector, ac Adminiſtrator omnium beneficiorũ, & decimarum, vt dicunt ſacri Canones, *c* non immeritò videns Summus Pontifex aliquos ſæculares pauperes & indigentes, & ex laboribus manuum ſuarum ſe non poſſe ſuſtentare, ipſis concedit poſſe ſuas decimas retinere, imo, & alienas percipere. Sicut enim Epiſcopus ſimilibus pauperibus ex eleemoſyna poſſet cõcedere pro ſuſtentatione eorum ſuas decimas & eas poſſunt retinere, & ſine peccato Epiſcopo non dare, ita hoc poteſt facere Epiſcopus Epiſcoporum, hoc enim caſu neque iſte laicus videtur detinere, nec aliena ſuo nomine percipere, ſi â Papa ei concedantur, ſed nomine Papæ, qui enim per alterum facit, per ſe ipſum facere videtur. Et hoc modo intelligit Ioannes Lupus Decretalem quandam *d* de hoc loquentem. Quod eſt ſummè notandũ, non enim aliqui *e* poſſunt percipere, quomodo ius percipiendi decimas, & eas retinendi poſſit per Papam laicis concedi, cum decimæ ſacerdotibus competant propter miniſteriũ altaris, & ſpiritualiũ, quia ſeminãtibus ſpiritualia, tẽporalia debentur, quorum exhibitio ordinatur propter miniſterium ſpiritualium, quæ ab alijs quàm â clericis miniſtrari nequeunt: & ſic hoc ius ſpirituale eſt, quod laicis videtur minimè poſſe competere ſecundum Diuum Thomam *f* iuxta tradita â Couarruuia. At his facillimo negotio reſpondetur, quòd cum preſbyteri dictas decimas percipientes debeãt ex his alere pauperes, Summus Pontifex illud quod debebant, & tenebantur efficere, opere cõpleuit, ita, vt laicus pauper poſsit pro ſua ſuſtentatione Decimas retinere, imo & alienas percipere autoritate Apoſtolica ipſis conceſſa. Ex quibus infertur vera intelligentia ad priuilegia Papæ Regibus Hiſpaniarum conceſſa. Habet enim Rex Hiſpaniæ priuilegium Papæ, quo poteſt percipere tertias decimarum, & ſelectum quendam ex ſingulis oppidis ſibi decimas ſoluentem, qui excuſatur ſoluere parrocho, habet & ſubſidiũ. Ex ſimili priuilegio quidam nobiles in Caſtella, Bœtica, Nauarra, & in principatu Cataloniæ habent exemptionem â ſoluendis decimis ex proprijs bonis. Alij autem laici ex feudo perpetuo exigunt decimas ab alijs cum onere, vt aſſignata portione ſuſtentent miniſtros Eccleſiæ, quod Pontifex his conceſsit ante prohibitionem Cõcilij Lateranenſis *g* cauſa autem cur Summus Pontifex cõceſsit his laicis decimas, fuit, quia Rex, & hi nobiles ſumptibus & labore ſuo, ac ſuorum eripuerunt ex tyranni

a 2.2.q. 87. ar. 1.

b Ca. in Canonibus, & in ca. ſacris canonib. 16 q. 1.

c Ca ſuſpectos. 6. q. 5. c. vbi periculũ §. cæterũ de elect. lib. 6.

d c. à nobis de decimis, Lup. de deliber. Eccl. 1. p. q. 3. n. 6.

e Relati ab Alber. à Roſate, in trac. de ſtatutis, q. 2. n. 5.

f D. Th. 2.2 q. 87 a. 3. & quodlib. 2. ar. 8. Cou. c. 17. nu. 5. in prin.

g Cap. cum Apoſtolica de decimis.

ranide Maurorum eas partes Hiſpaniæ, quas Rex Rodericus amiſerat, & conceſſit ipſis, vt nomine ipſius Papæ eas retinerent, & perciperent, vt pauperes rerum temporalium, quia maiorem eorum partē in defenſionē Fidei, & dilatationem Regnorum, quæ ſubijciebantur Eccleſiæ Romanæ, conſumpſerunt, & ſic conceſſit Regibus Hiſpaniarum ſupradicta videns eos pauperes, & eorum patrimonium Regale, quaſi conſumptum in defenſionem ſupradictam. Pertinet igitur laicis in caſibus prædictis perceptio Decimarum in eleemoſinam ipſis iam manu Pontificia largitam, & non ratione alicuius iuris ſpiritualis per ipſa priuilegia Apoſtolica conceſſi.

In alia etiam iuridica ratione ſupradicta priuilegia, fundantur non enim alienū eſt a Iure Laicos poſſe præſcribere ius ſpirituale capiendi Decimas, licet enim Concilium Lateranenſe ſub Innocentio IIII. Laicos fecerit Decimarum incapaces in poſterum, pro vt tradit doctiſsimus Couarruuias *a* poſſunt tamen ex titulo per tanti temporis lapſum retinere exemptionem, ne ipſi alteri ſoluere Decimas teneātur, ſed fructus ſuorum propriorum agrorū faciant integre ſuos, ita tenet Balbus, *b* quia hoc multo minus eſt, quām accipere Decimas ab alijs, & expreſſo iure non prohibetur iuxta Couarruuiam *c* & Nauarrum in quadam allegatione iuris facta Romæ in gratiam nobilium Calatrauæ, quos probat præſcriptione legitima exemptos eſſe etiam â Decimis ſuorum agrorum, quæ præſcriptio completa fuit ante Concilium *d* Lateranenſe, & paſſim olim ante Concilium Lateranenſe dabantur Laicis iuſta de cauſa infeudum perpetuum, pro vt tradit D. Thomas *e* faciunt quæ ipſe alibi dicit. *f* Couarruuias, *g* & Beluga referunt Vrbanum, & Gregorium dediſſe Laicis ius accipiēdi Decimas ab alijs. Et Rebuffus *h* dicit, quod poteſt Papa Laicum facere capacem iuris ſpiritualis, vt eligat Prælatos Eccleſiaſticos, aut excommunicet. Quod Confirmatur, nam Abbatiſſa ex priuilegio Papæ in Monaſterio Burgenſi *de las Huelgas* habet quendam vſum Clauium, prouidet beneficia deſignat Confeſſarios pro Monialibus, & ſæcularibus ſibi ſubditis abſque Epiſcopi confirmatione, pro vt tenet Syluester *i* cum Panormitano Soto, & Victoria: cum tamen Iure Eccleſiaſtico fœmina ſit incapax Iuriſdictionis ſpiritualis, vt aiunt prædicti, & teſtantur Nauarrus *k* Turrecremata, & Couarruuias. Vnde in Regno *l* Granatæ conceſſum eſt Regi Catholico Ferdinando priuilegium Decimas percipiendi ab alijs, pro vt tradit Couarruuias *m* quia non eſt alienum â Laicis poſſe autoritate Apoſtolica habere titulum Iuris ſpiritualis, & hoc iam eſt vnum ex Iuribus Regalibus Franciæ, vt refert Couarruuias *n* & de his Laicorum nobilium Decimis nō cognoſcit Epiſcopus, ſed Laicus Iudex, pro vt idem Couarruuias aſſerit. Ex his colligitur, qua ratione, & quo iure potuit Pius V. Regi II. Philippo in his Hiſpaniarum partibus concedere ſubſidium, quod vocant, *eſtruſado*, id eſt, vt præcipuus, quem in ſingulis beneficijs elegerit, ſoluat Regi Decimas, hoc enim ipſi Regi potuit Summus Pontifex concedere, cum non ſit alienum â Laicis Ius ſpirituale poſſe habere.

Colligitur etiam, qua ratione ſimile ſubſidium, & ius colligendi Decimas, atque Primitias ex terris, quæ olim fuerant Sarracenorum, Conceſſerit Clemens Septimus Carolo V. Imperatori, pro vt refert Ioannes Diaconus Cardinalis fuiſſe conceſſum anno milleſimo quingenteſimo, vigeſimo quarto, & alij Summi Pontifices, Alexander Sextus, Gregorius Septimus, & Vrbanus Secundus conceſſerunt Regi Aragonum, & eius ſucceſſoribus ſimile ius, pro vt in archiuo Barchinonæ, & Cæſarauguſtæ continetur, & tradit Marineus Siculus *o* & Zurita, & refert tenores priuilegiorum Beluga *p* quod ius interdum Rex tranſfert in alios viros bene meritos, poteſt enim Papa Laicum capacem facere iuris ſpiritualis, vt decimarum, ex priuilegio, cui æquiparatur immemorialis conſuetudo, quam in dubio quis præſumere poteſt ſe bono titulo nempe ex priuilegio Pontificis cepiſſe poſſeſſionem, & bona fide continuaſſe, pro vt probant Angelus, *q* & Rebuffus.

(?)

ARTI-

a Cou. lib. 1 var. ca. 17. n. 4.

b Balb. 1. p. præſc. in. 5. p. princ. q. 7 n. 21.

c Cou. vbi nu. 10.

d Cap. cum Apoſtolica de decimis.

e Th. 2. 2. q. 87. ar. 3.

f Idē. 100 ar. 4. ad 3.

g Cou. vbi ſu. Belug. in h Ru. de Decimis. n. 43.

h Reſu. de decim. q. 13. n. 100.

i Ver. Abbatiſſa. §. 3. Soto in 4. d. 20 q. 1. ar. 4. Victoria de poteſt Eccleſ. 2. p. q. 2.

K Nau. c. 17 n. 6. Turre. li. 5 ſum. Eccleſ. ca. 96. cō. 10. Cou. inc. almamater. 1. p. §. 11. n. 2.

l Cou. prac. qq. c. 35. n. 2.

m Li. 1. var. ca. 17. nu. 8. verſ. 9 facit. n d. c. 35.

o Marin in vit. reg. Petri pri fo. 43 co. 2. Zurit. lib. 2. Chronic. c. 32. in fin.

p Belu Ru. 13. de decimis §. tractemus à n. 29 fo. 71.

o Ang. v. de ci. verſ. vtrū laicus Rebu. de Deci. n. 70.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum religiosi sint à decimis exẽpti.

REspondeo dicendo, ex dictis nemini esse dubium Religiosos posse priuilegio Apostolico eximi ab obligatione solutionis Decimarum, cum ipsi sint personæ Ecclesiasticæ, & professionem paupertatis emiserint, & diuinis laudibus continuò assistant. Quod autem in dubio versatur, est, vtrum sint immunes de facto ab earum præstatione. Et vt aliqua iura concordentur, aliqua tempora circa hoc sunt consideranda, cùm ex distinctione temporum concordia iurium dimanet.

Primum tempus est, quando vt plurimum Religiosi erant Laici, pro vt patet ex iure *a* & tradit Hostiensis, & ideo Decimas persoluebant, tanquam laici, quia pascebantur cibo spirituali à Clericis, & Sacerdotibus, ideò illis Decimas debebãt, vt patet ex iuribus ab Hostiensi allegatis.

a ca. alia 16. q. 1. Host. in c. dudũ cõs. 2. de decim.

Secundum tempus, vt ait Rebuffus, *b* fuit Gregorij Papæ, pro vt inuenitur in integra in Rubrica de Decimis, licèt non sit in Decretalibus impressis, vbi sic censuit. Statuimus, vt monasterium ex suis prædijs nullo modo cogatur soluere Decimas, quod si legitimæ dandæ sunt, Orphanis, & peregrinis indignum est, vt ab eis exigantur, qui propter cuius sunt Decimæ, pauperes efficiuntur. Nam si pauperes Domini sunt, hæreditas eius pauperibus eroganda est, illis videlicet, qui pro illius amore, quæ possidere poterant dimittunt, cumque nudi, potestati alterius se subdunt; & sic nullo modo soluebãt tunc Decimas Religiosi de suis prædijs. Verum quia hoc erat damnosum Ecclesijs Parochialibus, quia omnes, & singuli Monasterijs passim bona donabant, ob id tertium succedit tempus.

b Rebuf. infra allegan.

Tertium, tempus fuit Concilij Magun tini, in quo statuit Papa Paschalis, vt Religiosi communiter viuentes Decimas de suis laboribus, seu nutrimentis non soluerent, vt ex quibusdam iuribus *c* constat, nam per hoc consulebatur Religiosis Sacerdotibus, qui diuinis, & contemplationi vacabant, Monachis etiam Laicis, qui suis laboribus hæc prædia colebant, ne fortè in Monasterijs essent otiosi. Ita refertur in quadam Decretali & hoc iusta ratione statutum fuit, & priuilegium illis concessum, id enim temporis non poterant esse graue detrimentum Ecclesijs Parochialibus, quia ipsi multa prædia proprijs manibus non poterant colere, & rara erant Monasteria, sed quia postea cæperunt augeri, ideo aliud tempus fuit decretum,

c c. eõquesti & c. seq. 16. q. 1.

Quarum tempus fuit, quando Religiones cœperunt crescere, licet olim rara essent, vt patet ex Iure *e* ideo grauare Ecclesias solebant, ob id Adrianus Papa, cuius decretalem non habemus, vt testantur Hostiensis, & Cardinalis solis Cistercienſibus Hospitalarijs Hierosolymitanis, & Templarijs, tanquã feruentioribus ad deuotionem, & ad Dei seruitium indulsit, vt Decimas laborum suorum prædiorum suorum, quæ proprijs manibus, vel sumptibus colunt, soluere non tenerentur, vt patet ex Iure. *f* Et quidam intelligebant de laboribus, idest, de noualibus, in quibus valde laborabatur. At Papa exponit intelligi indultum debere nõ tantum de noualibus, sed etiám de prædijs, quæ proprijs manibus â Religiosis prædictis coluntur, quia si tantum de noualibus intelligere voluisset Papa, hoc expressisset. Alijs verò Religiosis id temporis concessum fuit, vt de noualibus suis, quæ proprijs manibus, & sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum, id est, de animalibus, quæ nutriunt, vt ait quæstam Glossa *h* & de hortis suis Decimas non persoluant, id est, de hortis, quos colunt ad proprios vsus, rationes autem huius statuti tradit late Soccinus. *i* Fuit etiam statutum, vt patet in integra in hæc verba, *vt nullus Abbas Decimas & Primitias, & reliqua, quæ secundum statuta Canonica ad Episcopos pertinent, retineat sine autoritate Romani Pontificis, seu Episcopi, in cuius Diœcesi habitant, authoritate Apostolica confirmamus.*

e c. suggestũ de decimis.

f c. ex parte el. 1. de decimis.

g c. ad audẽtiam de decimis.

h Gl. in v. animalibus in Cle. 1. de decimis.

i Soc. consil. 268. vol. 2.

Quintum verò tempus est Generalis Concilij, in quo detractum est priuilegiũ Cister-

d c. ex parte el. 1. de decimis.

Cistercienſibus, & Hieroſolymitanis de laboribus quoad poſſeſsiones acquiſitas poſt Concilium Generale, videlicet vt ipſi de eis teneantur Decimas ſoluere, etiam noualium, vt patet ex iure. *a* Et hoc ideo ſtatutum fuit, quia vidit Concilium, quod multas acquirebant poſſeſsiones, & ob id poterat eſſe enorme diſpendium Eccleſijs Parochialibus, & ſic priuilegium reſtrictum eſt ad poſſeſsiones, quas tempore Concilij Generalis habebant, & hoc debebant probare Religioſi, quia qui ſe fundat in tẽpore, hoc debet probare argumẽto cuiuſdã iuris, & tradit latè Rebuffus. *b* De noualibus etiam ipſi habent ſimile priuilegiũ cũ alijs ſcilicet, quod non ſoluãt, ſi nouale ſit proprium, & ſuis manibus redactum ad culturam fuerit, & quod de illo nouali ante Eccleſia nullum, aut modicum emolumentum recipiebat. *c* Et ſic ſecundum hoc tempus poteſt ſtatui regula quoad Ciſtercienſes, & Hieroſolymitanos, vt non ſoluant de laboribus Decimas, quod intelligendum eſt, de prædijs, in quibus proprijs laborabant manibus, vel ſuis ſumptibus colere faciebant dando pecuniam ijs, qui hæc colũt, vt ait Gloſſa *d* quędam, & tradit Soccinus, Item ipſi, & alij Religioſi habent priuilegium, vt de noualibus Decimas non ſoluant, videlicet ſi ipſi propria noualia habent, & ille in fertilitatem inducãt proprijs laboribus, nec de hortis eorum. Hic eſt ſtatus Regularium, quantum ad Decimas ſecundum priuilegia inſerta in corpore Iuris, prout conſtat ex traditis à Rebuffo. *e*

Reſtat modo videre, quid ipſis Regularibus ſit conceſſum ſecũdum priuilegia inſerta extra corpus Iuris, ideo ad aliud ſextum tempus deuenire oportet.

Sextum, & vltimum tempus eſt, quo ampliſsima priuilegia Ordinibus fuerunt conceſſa. Et inter alia primo Conceſsit Clemens IIII. Fratribus Minoribus, *vt de hortis, & virgultis ſuis nulli Decimã teneantur exhibere, & diſtrictè inhibuit, ne quis ab eis de præmiſsis aliquid exigere, aut extorquere præſumat.* Ita habetur in libro Monumẽta *f* Ordinũ. Et Sixtus IIII. vt *g* habetur in eodẽ libro *g* extendẽs hanc conceſsionẽ ſic ait, *indultum vero eiuſdem Clementis Papæ prædeceſſoris de Decimis nõ ſoluendis, ad quæcũque bona dictorum Fratrum, & quaſcunque Decimas, etiã quas vulgus Papales appellat, & Apoſtolica Sedes pro Chriſti fidei defenſione, aut alijs imminẽtibus perſæpe neceſſitatibus indicit, & quæcunque alia onera Motu proprio, & ex certa ſciẽtia extẽdimus decernẽtes ipſos fratres Minores (etiã ſi per quoſcũque exemptos, & Mendicantes ſolui mandarentur cum quibusvis derogatorijs, & fortioribus clauſulis ad illarũ ſolutionem non teneri, & ab illarum ſolutione ceſſando, cenſuras, & pænas aliquas non incurrere, niſi præſentibus (nõ per generales, aut alias clauſulas ſpecialẽ mentionem importantes) ſit alias derogatũ ſpecifice earũ de verbo ad verbũ inſerto tenore.* Et idem habetur in Mari *h* magno Carmelitarum: & additur in eodem Mari *i* magno, quod neque de datijs, neq; de pedagijs, etiam ſi per Principes, vel alios Dominos temporales imponantur, aliquid ſoluere teneantur, & idem habetur in Mari K magno Prædicatorum.

Aduertendum pro Diui Hieronymi Monachis in his Regnis Hiſpaniarum. quod Martinus. V. P. S. anno ſeptimo duodecimo Kalendas Iunij, ne futuris tẽporibus ambigeretur, an Monaſterium B. Mariæ de Guadalupe vnum eſſet ex quatuor primis Monaſterijs fundatis quibus Gregorius XI. exẽptionẽ dedit a ſolutione Decimarũ, ampliſsimã exemptionem à Decimis his verbis facit eidem Monaſterio, & perſonis B. Mariæ de Guadalupe. *Quod de cætero (inquit) de quibuſcunque bonis mobilibus, & immobilibus poſſeſsionibus, & prædijs, quæ in præſentiarum poſsidetis, & in futurũ præſtante Deo iuſtis titulis poteritis adipiſci, etiãſi ea ab alijs conducatis;*

a ca. nuper de deci. li 6 c.1. in fi. de verb. ſignfi. li 6.

b Rebuf. in tract. nominat. q.14.

c ca. cõmiſſum de deci ca. quod per nouale de ver. ſig.

d Glo. v. ex colendos in Cle. 1. de decim. Soc. cõſi. 93. vol. 3.

e Rebuf. vbi ſup.

f In 1. impr fo. 58. & in 2. fo. 141. cõceſ. 334.

g In 1. imp. fo. 60. & in 2. fo. 123. cõceſ. 347.

h In 2. imp fo. 269. conceſ. 396. & fo. 183. conceſ. 450.

i In 1. impr. fo. 96. & in 2. fo. 179. cõceſ. 424.

K In 1. imp. fo. 240. conceſ. 579.

tis, dũ tamẽ illa veſtris manibus, ſeu ſumptibus excolatis, ſeu pro ſuſtentatione veſtra excolifaciatis, necnõ de pratis, herbis, & paſcuis & nutrimẽtis animaliũ, & pecorũ veſtrorũ, ac paſtorũ eorũdẽ Decimas quibusvis Eccleſijs, locis, ſeu perſonis ſoluere minime teneamini, neque ad id à quocumque compelli aut coarctari, ſed huiuſmodi Decimas, quas á paſtoribus animalium, & pecorum prædictorum hactenus poecipere, petere, & habere illaſque in veſtros, & eiuſdẽ monaſterij vſus, & vtilitatẽ cõuertere ſicut prius libere licite valeatis autoritate Apoſtolica harum ſerie concedimus, diſtrictius inhibentes dilectis filijs, &c. & ponuntur omnes clauſulæ, & derogationes opportunæ, & neceſſariæ. Et ſimilem conceſsionem fecit Paulus III. dicto Monaſterio, anno Domini milleſimo quingenteſimo, trigeſimo quinto Pontificatus ſui anno primo ſexto nonas Maij. Et ampliſsimè extendit idem Paulus III. anno Domini milleſimo quingenteſimo, trigeſimo ſexto pridie nonas Iunij, pro vt refertur in compendio *a* huius ſacræ Religionis, in quo etiam refertur quædã celebris declaratio Pauli III. ab eo data anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, Pontificatus ſui anno XI. die octaua Maij. Cuius tenorem non refero, cum omnia ſupra indulta comprehendantur in quodam Indulto Sixti V. Qui ſummus Pontifex anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo nono, Pontificatus ſui anno quarto die vigeſima quinta Martij ad inſtantiam inuictiſsimi, & Catholici Regis noſtri Philippi fundatoris Regij Monaſterij Sancti Laurẽtij, *perſonas, poſſeſsiones, res, bona quæcumque mobilia, & immobilia reddituus annuos eiuſdem Monaſterij tam iam eis collata ab ipſo Catholico Rege Philippo, quã ab eo, vel a quocũq; alio illi conferenda, vel ab ipſo monaſterio empta, aut de cætero in tẽdã cuiuſcũq; quantitatis, aut qualitatis exiſtãt á ſolutione quarũcumque decimarũ perſonaliũ perpetuo exemit, & liberauit, & quia lis erat ſuper bona empta cũ Epiſcopo, & Capitulo Placẽtino, quia in priuilegijs Ordinis Capitulũ nuper de Decimis Concilij Lateran. non erat derogatũ illud denuo & in perpetuũ cum extinctione litis derogauit cum omnibus clauſulis debitis, & opportunis, & quibuſcũq; alijs in cõtrariũ facientibus, nõ obſtantibus:* aſsignauit que iudices ad obſeruationẽ harum ſuarũ literarũ Epiſcopũ Segobienſem, & cauſarũ Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalẽ auditorẽ, & Archidiaconũ Eccleſiæ Tolẽtanæ, ita refertur in eodem Cõpendio. *b*

Sed dices, hoc, & alia priuilegia tantum eſſe conceſſa Monaſterijs particularibus, non autẽ toti Ordini. Huic obiectioni reſpondeo, quod poſt prædicta Indulta à ſede Apoſtolica emanata fuit conceſſum â Pio IIII. & à Pio V. & â Sixto V. Pontificatus ſui anno quinto, qui fecerunt extenſionẽ priuilegiorum vnius Monaſterij ad ſingula dicti Ordinis Monaſteria tã virorum, quã mulierum, quibus in ſpecie conceſſa nõ ſunt, & in quibus aliæ cauſæ cõceſsionũ, & indultorũ prædictorum alias, quãm vt præfertur, ſuberant, prout late in primo tomo *c* diximus. Vnde cũ conceſsio quoad exẽptionẽ Decimarũ fuerit cõceſſa anno quarto Pontificatus Sixti V. non eſt dubium, quod extendatur ad alia eiuſdem Ordinis Monaſteria, cum extenſio ſupradicta Sixti V fuerit facta Pontificatus eiuſdẽ Sanctiſsimi Patris anno V. *Deueniendo autẽ ad priuilegia Societati Ieſu conceſſa, aduertendum eſt, quod de domibus, ac collegijs, & eorũ prædijs, & hortis, alijſq; locis, quæ iuxta eorum inſtitutũ habere poſſũt, aut de eis, quæ pro eiſdẽ emendis ipſis pro tempore legari, aut donari contigerit, & denique de alijs bonis per ſocietatem,*

a In cõpen. D. Hiero. titu. Decim. exemptio. §. 12. & §. 15. & 16.

b In compen. vbi ſu.

c 1. tom. q. 45. ar. 9.

tem, eiuſque collegia poſſeſsis, & obtẽ tis non tenentur ſoluere aliquam deci mam etiam Papalẽ, ſeu canonicã por tionẽ exhibere, nec ad præſtationẽ pro curationẽ, aut exactionũ, collectarũ, vel prouiſionum quarũcunque, nec ad id etiam per literas Apoſtolicas com pelli, niſi eiuſmodi literæ de hoc indul to de verbo ad verbũ ac de Societate fecerint mentionẽ. Quod ſi per ſedem Apoſtolicam ex pijs legatis diſpoſitis vel relictis aliqua pars alteri piæ, vel non piæ cauſæ ſit conceſſa, aut conceda tur legato Societati, & relicta, aut alias in fauorem Societatis perſona rum diſpoſita fuerit, ſub his conceſſio nibus non cõprehendãtur, niſi de ipſa Societate, & de hoc indulto, & Ponti ficis voluntate ſpecifica fiat mẽtio in eiſdem, & non per clauſulas generales idem importantes. Ita conceſsit Paulus III. prout refertur in Compendio 2 Societatis. in quo etiam Compendio refertur, quod ea quæ dicta ſunt cum ſpecifica mentione domuum probationis confirmauit Pius Quartus exemptionem pro potiori cautela concedendo à *Quibuſuis decimis, etiã Papalibus, prædialibus, perſonalibus, quartis mediatibus, & alijs fructuũ partibus, ſubſidijs etiã charitatiuis, & alijs quibuſuis oneribus etiã pro expeditione cõtra infideles, defẽſione nec non patriæ, ac alias quomodolibet etiã ad Imperatorum, inferiorum Principum inſtantiam impoſitis. Et quãuis in ipſa impoſitione caueatur, quod nulla prorſus exemptio cuiquam aduerſus illa ſuffragetur:* Idemque per omnia confirmauit Gregorius XIII. derogans quoad diſpoſitionẽ capituli *nuper*

2 Compen. Societatis ver. exemptio. §. 4. & 5.

Tomo. 2.

de decimis. Pro Carthuſienſibus 4 autem aduertendum eſt, quod prout refertur in compendio ordinis Ciſtercienſis, (in quo nonnulla alia priuilegia recitantur) Ioannes Vigeſimus ſecundus *illis conceſsit, quod etiã de terris, & poſſeſsionibus domorũ alijs ad colendũ traditis poſſũt percipere & habere decimas, quas coloni ſoluere alijs tenẽtur, etiã ſi aliæ Eccleſiæ, vel perſonæ in poſſeſsione, vel quaſi eas a colonis exigẽdi fuerint.*

a Compen. Ciſtercienſ. verſ. decima. §. 4.

Pro Fratribus autem S. Ioannis Hieroſolymitani eſt notandum; quod Lucius Tertius, & Bonifacius Octauus præceperunt vniuerſis Eccleſiarum Prælatis, *quatenus eorum ſubditis auctoritate Apoſtolica inhiberẽt, ne a fratribus Hoſpitalis S. Ioannis in eorum Epiſcopatibus commorantibus, de noualibus, ſeu alijs terris quas proprijs manibus aut ſumptibus excolunt, vel per ſuos arrendatarios, aut alios quoſcumque cultores ad tempus, & non in perpetuum excoli faciunt, vel de animaliũ nutrimentis, ſeu aliorum in ſuis territorijs naſcentium, vel de hortis virgultis, & de piſcationibus ſuis decimas exigere aliquatenus præſumant contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo nõ obſtante lõga præſcriptione, ſeu potius violentia ſuper dictis exactionibus eiſdem fratribus irrogata.* Ita refertur, vt Authenticum à Collectore *b* priuilegiorum ordinis Mendicantiũ. Pro ordine autem militari Diui Iacobi eſt ſequens priuilegium.

b In cõpẽd. mendican. tit. decimæ §. 17.

Clemens Papa Septimus, ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apoſtolicæ copioſa benignitas vſque per Rom. põtifices pro Militiarũ quarũlibet, ac perſonarum in illis ſub ſuaui

Hab. li. 2. c. 4. fo. 21. huius ordinis.

Religionis iugo altissimo famulantiũ fœlici & prospero statu concess. & per eas ẽ personas, prouide ordinata dicũtur, præsertim cũ ad Catholicorũ principum vota intercedũt sui muniminis adminiculum, libenter impartitur vt eo firmius illibata persistant, quo fuerint suo præsidio stabilita. Sane pro parte charissimi in Christo filij nostri Caroli, Romanorũ Imperatoris semper Augusti & Hispaniarũ Regis Catholici, qui etiã militiæ. S. Iacobi de Spata sub regula S. Augus. Regnis Hispaniarũ fundatur perpetuus administrator per sedẽ Apostolicã deputatus existit, nobis nuper exhibita petitio cõtinebat quod fœlicis recordationis Alexand. III. Lucius III. Gregor. IX. Innocent. IIII. Alexand. etiã IIII. & Vrbanus similiter IIII. Martinus V. Eugen. IIII. Sixtus etiã IIII. Innocent. VIII. Romañ. Pontifices prædecessores nostri dictæ militiæ ac illius pro tẽpore existentibus magistris Prioribus & Fratribus vt de decimis personalibus & nutrimentis animaliũ suorũ, siue de ipsis animalibus ac laboribus & noualibus suis, quos propriis manibus vel sumptibus excolerent, conuentibus dictæ militiæ (à quibus quarta vel tertia nullatenus exigeretur cũ integritate) persoluerent, Salua in nouali bus & laboribus moderatione Concilij Generalis, concesserunt, ipsiq; Magistri Priores, & Fratres de super & alias pro ipsius militiæ salubri statu & fœlici directione plura statuta ordinationes & stabilimenta eãdẽ militiã, ac illius personas, res & bona concernẽtia ediderũt, ac illa auctoritate Apostolica approbari & confirmari obtinuerũt prout in Apostolicis & patẽtibus literis desuper cõfectis plenius dicitur contineri. Quare pro parte præfati Caroli Imperatoris & administratoris asserens concessionẽ. prædict. in viridi obseruãtia existere, nobis fuit humiliter supplicatũ vt concessionẽ. ac statut. ordinationibus & stabilimentis prædict. pro illorũ subsistẽtia firmiori robur Apostolicæ cõfirmationẽ. adijcere, & alias in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius militiæ fœlicẽ & prosperũ successũ paterno zelãtes affectu, necnon literarũ prædictarum tenores præsentibus pro expressis habẽtes huiusmodi supplicationibus inclinati concessiones, quatenus sint in vsu & viridi obseruãtia vt præfertur, nec nõ statuta ordinationẽ. & stabilimenta huiusmodi vt præfertur, cõfirmata quatenus alius quã dictæ militiæ Priores Fratres, & personas nõ cõcernãt, & licita, & honesta ac sacris Canonibus cõtraria nẽ existãt auctoritate Apostolica tenore præsentiũ approbamus, & cõfirmamus, supplẽtes oẽs & singulos Iuris, & facti defectus si qui forsan in ipsis statuto, ordinationibus, stabilimẽtis intruenerũt, & tã cõcessionẽ. quã statuta ordinationes, & stabilimẽta, vt pfertur cõfirmata huiusmodi ppetuæ firmitatis robur obtinere ac eisdẽ Magistro Prioribus, & fratribus, & personis suffragari, & per oẽs dictorũ Regnorũ personas, etiã si Patriarchali Archiepiscopali,

Episco-

Episcopali, aut quauis alia dignitate præfulgeant. Nõ obstãtibus quibusuis litibus contra concessionem & statuto rum ordinationes, & stabilimẽtorum prædictorum tenorem, coram quibus ex iudicibus ordinarijs, vel delegatis, etiã causarũ palatij Apostolici audito ribus in Romana Curia, vel extra eã quomodolibet introductis, & inquibusuis instãtijs pẽdeñ. quatenus stat. ac nomina & cognomina iudicũ, & collitigatiũ eisdẽ pẽdẽtibus haberi volumus pro expressis inuiolabiliter obseruari ipsosque priores, fratres, & personas prædictas, aut quosvis alios cõtra con cõcessiõñ. ac statutorũ ordinatiões, & stabilimentorũ cõfirmatorũ tenorem huiusmodi nullo vnquã tẽpore molestari debere, aut posse irritũ quoque, & inane quidquid cõtra ea cõtigerit attẽtari decernimus. Quo circa venerabilibus Fratribus Castellamaris, & Marroquitañ. in ciuitate Hispalẽn. cõmorañ. Episcopis, ac dilecto filio Abbati S. Claudij extra muros Legiõñ. per præsẽtes cõmittimus, & mãdamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se vel aliũ, seu alios præsentes literas, & in eis cõtenta quæcũque vbi & quãdo opus fuerit, & quoties pro parte ipsius Caroli Imperatoris moderni, & pro tempore existentis Magistri, seu administratoris, ac prioris, & fratrũ dictæ Militiæ superfuerint requisiti eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistẽñ faciãt autheritate nostra cõcessiõñ. & statuta ordinatiõñ. & stabilimẽta huiusmodi firmiter obseruari, nõ permittẽñ. eos de super quoscũq; quomodolibet indebite molestari cõtradictores & molestatores quoslibet, & rebelles per cẽsuras Ecclesiasticas, & pœnas etiã pecuniarias eorũ arbitrio moderañ. & applicañ. ac alia opportuna iuris remedia appellatione postposita cõpescẽdo, necnõ legitimis super his habẽñ. seruatis processibus cẽsuras, & pœnas ipsas quoties opus fuerit aggrauãdo inuocato etiãad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, nõ obstañ. præmissis ac cõstitutiõnibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; cõtrarijs quibuscũq;, aut si aliquibus cõmuniter, vel diuisim á dicta sit sede indultũ, quod interdici suspendi, vel excõmunicari non possint per literas Apostolicas nõ faciẽtes plenã & expressã ac de verbo adverbũ de indulto huiusmodi mentionẽ. Dat. in ciuitate nostra Bononiẽñ. sub annulo piscatoris, die tertia Martij millesimo quingentesimo trigesimo tertio, Pontificatus nostri Anno decimo. Blosius.

Circa quarum confessionum intelligentiam est aduertendum, prout refert Colle ctor ordinis Cistercienſis, quod licet supradicta quoad exemptionem decimarum religionis concessa ampla sunt, & plus satis sufficere videantur, cum specificam, & expressam Concilij Lateranensis in capitulo *nuper* de decimis derogationem contineant, iudices tamen Parochialibus nimiũ fouere volentes diuersimodẽ eas restringunt, & interpreãttur, asserẽtes priuilegia supradicta licẽt expressẽ, & generalissimẽ de quibuscũque terris, quæ quocũquẽ modo, & qualitercũque excolũtur loquãtur (etiam si ex eis aliquis perceperit) esse personalia & personas nõ egredi, ita, quod resoluantur, quando proprijs manibus vel sumptibus excolantur, vel saltem si per colonos, vel arrendatarios excolantur, quod tũc monachi integrã decimã percipere nõ possunt,

c Collect. comp. Cisterc. in fin. tit. decimæ.

posſũt, nec etiã integrã parocho ſolui, ſed quod ex cõmuni aceruo prius detrahi debet reditus monaſterio ſoluendus, & ex reſiduo decimã pars parocho ſoluatur, vt verba generalia aliquid operari videantur niſi alias per quadraginta annos monachi ex eis integrã decimam percepiſſent, quia tunc priuilegium tribuiſſe dicitur titulum præſcriptionis quãuis dubiũ ex doctrina Baldi, *d* niſi derogatum fuiſſe conſtet. Quod etiã ex diuerſis rotę deciſionibus, & cõmuni iudiciorũ ſtylo colligitur. Alij dicunt, quod & ſi priuilegium Gregorij XIII. Societati cõceſſum clarè loquatur, & expreſſe deroget capitulũ, *Nuper* de decimis, illud tamẽ non procedere in omnibus generaliter, vbi damnoſum nimis eſſe incipit iuxta textũ in capitulo, *Suggeſtum* de decimis præſertim in fundis, & terris, titulo emptionis acquiſitis, etiam ſi proprijs manibus excolantur. Vnde merito exclamare licet (ait prędictus collector) tui ſunt cœli, Domine, & tua eſt terra, reſpice de cœlo, & viſita vineam iſtam, quam tibi hęc dictus autor.

d Bal. in c. licet cauſam n 3. de probat. & in c. cum olim de præſcri.

At oportet contra has opiniones aliqua adducere, vt Deo fauẽte aliquid dicamus, quia vinea hæc fundata â dextera Domini fota augeatur.

Et primo dicendũ eſt, quod bona omniũ regulariũ præſertim mendicantiũ per ſuũ priuilegiũ reale eximuntur â decimis prædialibus, & non tenentur ſoluere decimã perſonalẽ, neque quartam medietatẽ, aut aliã fructuum partem, prout probat in propoſito Horatius Mãdoſius *e* & cũ ſit priuilegiũ reale, vt patet ex litera priuilegiorũ, terra cũ eodem priuilegio trãſit ad colonos. Quod ex priuilegio *f* citato conceſſo â Sixto Quinto ordini D. Hieronymi, & ex cõceſsione facta Societati Ieſu cõſtat, quod priuilegia cum clarè nobis hanc veritatẽ inſinuent, nõ eſt neceſſe alias adducere probationes, ſufficit enim eorum literam legere, & cum conſtet de cõceſsione nemini licet dubitare de poteſtate Papæ talia priuilegia indulgentis, prout conſtat ex quadã Decretali *g* vbi id notat Gloſſa. Neq, obſtat, quod hæc redũdant in præiudicium ordinariorum: nam vtens iure ſuo non facit eis iniuriam, perſonas aliquas, & eius poſſeſsiones priuilegio exemptionis illuſtrando. Reges enim iure ſuo vtẽtes faciũt nobiles, & à tributis exẽptos, licèt ex cõſequenti grauentur aliqui, & ſic Sũmus Põtifex circa decimas prædiales, antequã parocho, aut alteri ſit ius quæſitũ, & dominiũ poteſt ex cauſa diſponere, eo quod parochis, & Epiſcopis ſub eo modo, & cõditione conceſsit ius decimarũ, quãdiu ipſe non reuocaret. Quod confirmatur, nã Sũmus Pontifex lege ſua impedit, ne parochus, qui nõ reſideat, vt Beneficiarius, qui horas non recitat, acquirat dominiũ futurorũ fructuum, tam in pęnam, quã quia dãtur ſub ea conditione, & modo, ſi reſideat, aut recitet prout tradit Nauarrus *b* & ſic maritus vxori ſuæ viduę reliquit vſum fructũ bonorũ, quoad caſte vixerit, aut tutelã filiorũ habeat, ſi ad ſecundas nuptias nõ tranſeat, deficiente enim ea conditione, & modo amittet in vtroq; foro vſum fructũ in futurum abſque alia ſententia etiam declaratoria criminis, quia ceſſat totus titulus acquirendi, & intẽtio donantis ſub modo, vt poſt alios probat Nauarrus *c* & aduertit Henriquez *d* quod iudices, & periti ſimi Iuris Cõſulti mirati ſunt de hoc priuilegio, & fatẽtur cõcedere plenũ ius exẽptionis, etiã colonis, qui cõducũt agros Societatis, aut alterius religionis habẽtis ſimile priuilegiũ: ita enim plenè explicãt Sũmi Põtifices ſuã intẽtionẽ derogãdo capitulũ, *Nuper*, & cũm cauſa hæc fuerit Romæ agitata, & apud multa tribunalia in Hiſpania (ad quę Senatus Regius ſupplicatus ſemper cauſam remiſit) ita ſemper pronũtiatũ eſt in fauorẽ Societatis, & colonorũ, vt Salmãticæ anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo tertio Bæticæ, & Trudeti, ſeu Murcię adductis executoribus Pontificis mandatum eſt executioni, atq; ita id ſpeciale priuilegium confirmatũ eſt ſentẽtia rei iudicatæ, prout refert Henriquez. *e* Ex quibus infertur, quod ſi monaſteriũ ſit exemptũ habeat terras, vineas, hortos in loco alienæ Parochiæ, coloni, qui cõducũt eas terras, tenẽtur decimas ſpõte ſoluere monaſterio, ſcilicet exẽpto, nõ autem parocho, aut Epiſcopo, quia id priuilegiũ eſt reale, prout probat Horatius Mandoſius, *f* quia Pontifex exemit bona quęcumq;, & priuilegiũ reale iure cõmuni tranſit in colonũ cum vſu fructu agri iuxta quandã Gloſſam *g* vbi Archidiaconus, & Cardinalis. Pro maiori autẽ abundantia ad vitandas lites Summi Pontifices, vt patet ex tenore dictorum priuilegiorum, ex-

b Nau. in c. 25. n. 222.

c Nauar. in man. ca. 25. n. 67.

d Henriq. lib 7. de indulg. c. 27. n. 7. ar. 5.

e Mand. de priuil. ad inſtar gl. 15. n. 40,

f Hab in eo compend. titul. decimarũ exemptio. §. 15.

e Henr. vbi ſu. n. 7

f Mand. de priu. ad inſtru. glo. 15. n. 40,

g c. â nobis vbi gloſſ. in verſ. exemptus de decimis.

g Gl. in Clemen. 1. verſ. ad excolendos de decim. vbi Archid. nu. 6. Cardinalis, q. 23. n. 21.

exprimere voluerunt id speciale, vt scilicet ad colonos extenderetur, dato enim quod priuilegium sit reale, cum eximantur bona ad colonos debebant trãsire etiã si de illis nulla mentio fieret iuxta tradita eleganter â Soccino. *b*

h Soccin. cõ sil. 268. vo. 2. & cons. 93. eleganter, & subtiliter vol. 3.

Aduertit etiam Henriquez, quod pro retinenda pacifica possessione enitendum est, vt coloni sponte soluant decimas Monasterio sic exempto, vt sic euitetur periculum, ne parochus titulo possessionis solitæ, & antiquæ se defendat, quod si coloni molestentur à parocho, etiam per censuras ordinarij, respondere debent se iam soluisse possessori, & remittat parochum, vt cum possessore litiget, si contendat se habere ius repetendi.

Aduertendũ etiã quòd in partibus vbi soluitur episcopo decima personalis solẽt episcopi eã petere à seruitoribus monasteriorũ dicentibus eos ex salario ipsis à monasterio dato decimã personalẽ soluere teneri quod est cõtra priuilegia superius allegata cũ monasteria â decimis sint exempta & hãc decimã ipsa soluunt, nã seruitores propter eã carius suas operas locabunt.

ARTICVLVS V.

Vtrum moniales, & eius bona sint a decimis exempta.

a Extraũag. decimas.

RESpõdeo dicẽdo, quod Bonifacius Octauus *a* statuit, quod *Moniales, aliæq; religiosæ personæ, quarũ redditus, & prouentus Ecclesiastici adeo sunt tenues, & exiles, quod de illis sustẽtari nõ possũt, sed pro habẽda vitæ suæ sustentatione necesse habent mẽdicare, & eleemosinas publice petere, decimam non soluant.* Et idẽ Bonifacius VIII. suam amplians cõcessionem absolute sine vlla limitatione concessit. *Vniuersis, & singulis Abbatissis, & conuentibus monialium inclusarũ S. Clarę, vt ad præstationẽ decimarum de quibuscũq; possessionibus, & omnibus alijs bonis, quæ habuerint, vel ad cõtribuẽdũ in procurationibus quorũlibet ordinariorũ sedis Apostolicæ, & quibuslibet talijs, & collectis, & ad exhibẽdũ pædagia talloneą, & alias exactiones quibusuis regibus & principibus, seu alijs personis minime teneãtur nec ad id cõpelli aliqualiter valeant.* Ita habetur in libro *b* monumẽta ordinũ.

b In 1. imp. fol. 88. & in 2. fo. 122. cõcess. 268. & in 2. impr. fol. 118. concess. 258. & in 1. fo. 35.

Et Sixtus IIII. prout refertur in eodẽ libro *c* monumẽta ordinũ statuit, & ordinauit, *ac cõcessit Abbatissis, & conuẽtibus, & monialibus S. Clarę quod de quibuscũq; terris, & possessionibus ad eas legitime pertinẽtibus, & spectãtibus, quas etiã per alios, quã eorũdem monasteriorũ seruitores, & subditos excoli & cultiuari faciũt decimas, vel primitias (autoritate tamẽ Apostolica nõ impositas) quibusuis personis cuiusuis dignitatis, gradus, status, ordinis, vel cõditionis fuerint, soluere minime teneãtur. Neq; ipse, aut ipsarũ terrarũ, & possessionũ coloni, seu cultores absolutionẽ decimarũ, primitiarum, aut cẽssus huiusmodi per quẽpiã molestari possint, aut propterea contra eos procedi, & pœnæ aliquæ promulgari valeãt. Ac insuper decreuit irritũ, & inane quidquid secus super his à quocunq; quauis autoritate scienter, vel ignoranter contingat attentari nõ obstantibus constitutionibus.* Et Leo X. prout habetur in supplemento Ordinis *d* *approbauit, & innouauit quasdã literas Alexãdri VI. qui latissime concesserat monialibus S. Clarę exẽptionẽ a solutione decimarũ*, de qua habetur etiã in supplemẽto eac in super voluit *vt prædictæ moniales, & Sorores tertij ordinis in congregatione, subcu-*

c In 1. impr. fol. 118. concess. 258. & in 1. fo. 35.

d In supplemen. fo. 48. concess. 143

e Supplem. fo. 3. concess. 1.

ra & regimine Fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, ac illarum monaſteria domus, & loca quæcumque, quorũ fructus redditus, & prouẽtus pro monialiũ, & ſororũ, ac aliarum perſonarũ in illis pro tẽpore degentiũ cõmoda ſuſtentatione non ſufficiũt ad ſolutionem cuiuſuis decimæ, ſeu taxæ, vel collectæ, aut exactionis per ſedem Apoſtolicã, vel eius Legatos, ſeu Nũcios, aut quoſcũq; alios quauis autoritate fulgentes pro fidei tuitione, ſeu expeditione cõtra Turcas, vel reparatione Terræ Sãctæ, aut quauis alia vrgẽtiſsima cauſa impoſita, etiã prætextu quarũuis cenſurarũ, & pœnarũ Eccleſiaſticarũ in literis exactionis huiuſmodi appoſitarũ cogi, aut cõpelli nequeãt. Et hoc voluit diſtricte obſeruari ſub pœna excõmunicationis, quã cõtra faciẽtes ipſo facto incurrãt, & a qua nõ niſi per Romanũ Pontificem pro tẽpore exiſtentẽ abſolui poſſunt. Ac decreuit irritũ, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquã quauis autoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Hæc Leo X. Et Clemens. VII. approbãs, & innouãs hãc, & alias Leonis X. conceſsiones. Inſuper *ſtatuit, & ordinauit quod perpetuis futuris tẽporibus Abbatiſſæ, & moniales, & monaſteria Sanctæ Claræ, & annunciationis, & conceptionis, ac tertiæ regulæ Sancti Franciſci terras, & poſſeſſiones tam per alienos, quam per proprios colonos, & donatos, ac familiares monaſteriorum ſuorum coli, & cultiuari facientes, & ad earum ſuſtentationes redditus ſufficientes non habentes de fructibus in illis excreſcentibus rectoribus parochialium Eccleſiarum, infra quarum limites poſſeſſiones ipſæ conſiſtunt, aut quibuſuis alijs perſonis cuiuſcumque dignitatis, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis fuerint decimas, aut primitias ſoluere minime teneantur: neque ad id a quocũque quauis autoritate cogi, & compelli poſſint,* Super quo dat iudices. Ita refertur, vt authenticum â Collectore *f* priuilegiorum mendicantium.

f Collector Medicãt. titu. decimæ §. 15.

Pro quorum priuilegiorum explicatione notandum eſt, prout ait Paulus *g* per Bonifacium Octauum fuiſſe declaratum, quod monaſteria monialium, & aliorum religioſorum, quorum redditus, & prouentus ſunt adeô tenues, & exiles, quod illis ſuſtentari non poſſunt, ſed prohabenda vitæ ſuæ ſuſtentatione habent publicè mendicare, non tenentur ad ſolutionem decimæ papalis, & hanc declarationem etiam refert, & ſequitur Gaſpar *h* & ait Bartolomæus Velencinus, quod fuit ſatis æqua illa deciſio, quia agris noſtris ſitienti bus aliosirrigare non debemus, prout dicitur in quadam Lege. *i*

g Paul. Clemen. ſi beneficiorum de decimis.

h Gaſpa. titu. de ſentẽ. excom. cõſ. 9. Velẽcin. decharitati. ſubſid. q. 77 n. 1.

i l. præſes C. de ſeruit.

ARTICVLVS VI.

Quomodo regulares huic renunciãt priuilegio.

REſpõdeo dicendo, quod ſolus Papa poteſt eximere aliquos â decimarũ ſolutione, nõ enim Laicus Princeps hoc concedere poteſt, prout late tradit Rebuffus *a* quod cõcedit religionibus, & nõ particularibus, & ideo licèt, qui habent priuilegium non ſoluẽdi decimas, vel qui legitimè præſcripſerunt, ſi eas ſoluerint renunciaſſe priuilegio cẽſeri debeant, prout dicitur in Iure *b* etiã ſi ſemel ſoluerint argumẽto cuiuſdã Decretalis *c* niſi cũ prote ſtatione ſoluiſſent iuxta ſentẽtiã Bartoli, & in decimis hoc tenet Rebuffus. *d* At cũ hoc priuilegiũ regularibus cõceſsũ reſpectu decimarum ſit indultum religioni datum ſi ex negligentia, omiſsione, aut ignoranti-

a Rebuf. in tract. de decimis q. 5. n. 28. & 29.

b c. acceden tes &c. ſi de terra. de decimis.

c c. cum acceſſerint in fine de conſtitutioni.

d Rebuf. de decimis. q. 13. nu. 113.

ignorantia regulares sic exempti non fuerint vsi suo priuilegio, aut ex cõmissione cõmiserũt aliquos actus cõtrarios, nõ præiudicant huic iuri ex priuilegio obtẽto: tũ quia est indultũ toti religioni, tũ ex quodam priuilegio relato â Claudio in compẽdio Societatis e nisi labatur legitimũ tempus præscriptionis, de quo in quęstione de præscriptione dicemus. Et aduertendũ quod aliquando exempti à solutione decimarũ præbent gratis aliquas portiones Ecclesijs parochialibus ad onera illarũ releuãda autoritate Episcopali. Hac ratione dicit Petrus Gregorius, f coguntur Carthusienses, & cistercienses, qui decimas reseruant, congruam portionem curioni constituere ad iura Episcopalia, & alia onera subeunda iuxta tradita in quadam Decretali. g Attenta ampla priuilegiorum regulariũ concessione iuxta tradita in articulo superiori: ego non inuenio, quo iure possint ad suprædicta compelli, cum etiam decimam papalem soluere minimè teneãtur, neque aliquod donum subire. Quod cõfirmatur, nam concessio decimarum amplè intelligitur, maximè vbi additur signum vniuersale cum clausula geminata, & prægnãte, licèt nulla fiat mentio de possessione aliorũ, prout colligitur extraditis â Couarruuias h & in dictis priuilegijs non solum apponũtur signa generalia, sed verba geminata apponuntur.

e Compen. Societatis versi. priu. §. 2. & 9.

f Petr. Grego. li. 1. Syntag. iur. 1. p. c 24. in fin. g c. 2. §. vbi autem. & § religiosus d decim. li. 6.

h Couar. li. 1. var. c. 17. n. 14.

ARTICVLVS VII.

Vtrum priuilegium concessum monasterio, vt possit recipere decimas alicuius parochiæ extendatur ad noualia.

REspondeo dicendo, quòd non, quia exẽptus in vna re, nõ est in alia exẽptus, & quod nõ est, nõ videtur concessum, sed nõ erãt in tẽpore priuilegij noualia, ergo nõ fuerũt concessa. Et cõfirmatur, nam priuilegium etiam est restringendum, quatenus concernit præiudicium tertij, prout dicitur in Iure a & ad futura priuilegia non extenditur, vt est clarũ in Iure, b nisi in ipso priuilegio fiat ad futura prorogatio. Et confirmatur, nã licẽt priuilegia Papę, & beneficia, sint latissimè interpretanda, vt dicitur in Iure c hoc est verũ, quatenus præiudicant concedenti, sicut si præiudicant alicui tertio, vt post Panormitanum, & alios tenet Iason, d & est summę æquitatis, vt parochia priuata veteribus decimis has nihilominus habeat nouales, vt dicunt Ioannes Andreas e, & Ancharranus & ita post Ancharranum hanc opinionem firmat Fortunius Garcia f, & multis confirmat Rebuffus.

a c. cũ olim de verb. sig.
b ca. fin. de præscrip.
c c. cũ dilecti de donatio.

d Ias. in l. benef. ff. de cõsti. princi.
e Andr. & Ancharr. in c. cũ cõtingat.
f Fortun. in l. Gall. §. & quid si tantum col. 6. & sequẽ. de lib. & posthu. Rebuf. de decimis, q. 14. à n. 29

ARTICVLVS VIII.

Vtrum religiosi confessarij teneãtur facere fidelibus conscientiam de decimis.

REspõdeo dicẽdo, quod Gregorius IX. *mandauit districtè fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ne talia verba pferãt, quæ audientes, à decimarũ, seu aliarum rerum Ecclesijs debitarum solutione retrahãt, vel alias animas corrũpant audientiũ in sermonibus suis, vel alibi proponere præsumãt, imò vero, & opere informẽt, & eosdem, vt ad solutionẽ prædictorũ propriæ voluntatis animo sint intenti*, vt habetur in quadã decretali. a At in Clementina b quadam excommunicantur religiosi, qui concionantur, vel alias dicunt aliquid ad auertendos audientes à soluẽdis decimis debitis Ecclesijs: & ad incurrendam hanc excommunicationẽ tria secundum Caietanũ c requiruntur, scilicet quod sit religiosus, quod habeat intentionem auertendi, & quod decimæ debeãtur Ecclesiæ: cui addit Nauarrus d quartã, vt audientes sint, qui eas debeant, vt palã colligitur ex eodẽ contextu addẽs, quod nullus religiosus excluditur ab hac excõmunicatione, siuè sit mendicans, siue non, vt aduertit quædam Glossa e & quod nulla religiosa, & nullus Laicus, neque clericus sæcularis comprehendantur in ea.

In super in eadem Clementina excommunicantur religiosi, qui de industria nullum conscientiæ scrupulum incutiunt in confessionibus pœnitentibus de solutione decimarũ, & postea non expiata hac negligentia cum commodè possunt, præsumpserint concionari. Quam clementinam explicat Nauarrus. f

a c. discretioni vestrę de decim. lib. 6.
b Clem. cupientes de pœnis.
c Caiet. in sum. de excom. casu. 65.
d Nau. in c. 25. n. 145.
e Gl. in his religiosi in d. Clem.
f Nauar. vbi sup. nu. 146.

Circa quod aduertendum eſt, Eugeniũ IIII. conceſsiſſe, quod fratres omittentes facere cõſcientiã de decimis, ſi nõ fuerint requiſiti à Parochialibus, non cadunt in excommunicationem, & quod vbi eſt cõ ſuetudo, quod detur pro decima de viginti, vel triginta, aut quadraginta vnum id intelligatur pro ſolutione decimarũ: & quod vbi non eſt conſuetudo decimandi, inducant fratres ad decimandũ, & ſi noluerint non propterea denegent abſolutionem, niſi ſacerdos proprius reclamaret. Ita habetur in ſupplemento ordinis. g

g In ſupplemen. fo. 26. conſi. 82.

Aduertendum etiam, quod Leo X. in Concilio Lateranẽſi *conceſsit, quod fratres confeſſores teneantur hortari, & admonere etiam ſub onere, cõſcientiarum ſuarum illos, quorum confeſsiones pro tempore audierint, cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis fuerint ad ſoluendum decimas, ſiue aliam bonorũ, ſiue fructuum quotam in locis, inquibus decimæ ipſæ, aut ſimilia ſolui conſueuerunt, ipſiſque etiam illas ſoluere recuſantibus abſolutionem denegare teneantur.* Ita habetur in ſupplemento. h

h Suppl. fo. 26. cõcef. 82

Ex dictis collige primô quoad Fratres Minores, & alios eorum priuilegiorum cõmunicantes iam excommunicationem dictæ Clementinæ eſſe ſublatam. Si dicti fratres non fuerint requiſiti â Parochialibus, & hoc intelligo, quando ſunt requiſiti in prima Dominica Quarta, & vltima Quadrageſimæ, & in feſtis Aſcenſionis, Pentecoſtes, Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ Aſſumptionis, & Natiuitatis B. Mariæ Virginis. Nam etiam ſi in alijs feſtiuitatibus requirantur, nõ inciduntindictam excommunicationem, prout patet ex dicta Clementina, & tradit Syluеſter, i & Franciſcus à Platea, & iuxta hoc debent intelligi verba conceſsionis Eugenij IIII. ibi, *Si non fuerint requiſiti à parochialibus*, non enim debent intelligi, quod quoties fuerint requiſiti, incidant in excommunicationem, ſed quoties fuerint requiſiti ſecũdum diſpoſitionem dictæ Clementinæ, quæ tantum admittit requiſitionem in feſtiuitatibus ſupradictis, imo non ſolum eſt neceſſarium vt requirantur in dictis feſtiuitatibus, ſed quod requirantur, quãdo prædicabunt, nã ſi actualiter nõ prædicãt, nõ infraudẽ, ſed ex alia cauſa non incidũt, cauſa autem, & incommoditas prædicãdi arbitrio boni viri eſt relinquẽda, In quãtũ autẽ Summi Pontifices Eugenius IIII. & Leo. X. præcipiunt cõfeſſoribus regularibus, vt non abſoluant nolentes ſoluere decimas, hoc intelligendũ cenſeo iuxta determinationẽ Concil. Trident. K ſi ter admoniti fuerint excommunicati, & noluerint ſoluere, prout explicat Petrus â Nauarra l & ſic ille, qui iuſſus â ſuis confeſſoribus ſemel iterum, atque iterũ ſoluere, ſi ſoluat, poteſt non obſtante dicta Eugenij, & Leonis prohibitione abſolui, dicta enim prohibitio in hoc caſu minimẽ locũ habet ſicut non habet in ſimili Concilij Tridẽtini prohibitione. Quę autẽ pertinẽt ad claritatiuũ ſubſidiũ vide infra in tertio tomo.

i Sylu. ti. excom. 9. nu. 89. Plateade excomm. § 18.

K Con. Tri. ſe. 25. de ref. c. 12.

l Nau. li. 4. de reſt. c. 4. n. 8.

QVAESTIO XLV.

De diffinitoribus in decem articulos diuiſa.

¶ Circa quam quæſtionem decem quaruntur.

1 *Quare ſint diffinitores in religionibus.*
2 *Vtrum Generales & Prouinciales ſine conſilio diffinitorum poſſint ferre ſententiam contra aliquem fratrem.*
3 *Quis ordo in ſuffragijs dandis à diffinitoribus debet ſeruari.*
4 *Si diffinitores cupientes obedire Generalibus, aut prouincialibus ſe à dicendo abſtineant, eo quod gratius illis futurum cauſarent, eos ſilere, quam loqui, an venia digni ſint.*
5 *Quando Generales, aut Prouinciales affirmant ſe habere iuſtas, & validas cauſas aliquid faciendi, quæ tamen alijs ignotæ eſſent an diffinitores, & prouinciales, reſponſuri debeant eorum propoſitioni acquieſcere.*
6 *Quid facient diffinitores ſentientes ſuperiores minime etiam ipſis contradicentibus ſententiam mutaturos.*
7 *Quid facient definitores ſcientes ſuperiores ipſis contradicentibus magis fore irritandos.*

8 *Quan-*

8 *Quando res proponuntur definitoribus decidendæ quæ partes illarum eſſe debent.*

9 *Vtrum liceat definitori non accedere ad diffinitorium quando à prælatis indictum eſt.*

10 *An debeant definitores ſubſcribere ſententiæ latæ à prælato quam in definitorio non approbauerunt.*

ARTICVLVS I.

Quare ſint Diffinitores in religionibus.

REſpondeo dicendo, de hoc non poſſe generale ius aſsignari, cum vnaquæque ſua religio abũ det ſenſu. Nam veteres Senatores â primis vſq; naſcentis Reipublicæ Romanæ initijs Romuli, Numæ, & aliorũ Regũ tẽpore eam autoritatẽ obtinuerũt, vt nihil quod paulò maioris eſſet momenti illis incõſultis gereretur, adeo, vt cum Tarquinus præter Senatus autoritatem quædam decernere inſtituiſſet, tum demum amiſſo Regio nomine tyrannus appellaretur, prout refert Feneſtella, *a* poſtea conſtante Republica, quanta eiuſdem Ordinis eſſet dignitas, & ſplendor, notum eſt, tum ex his, quæ â Græcis, & â Latinis autoribus, & præſertim à Ciceronẽ frequenter cõmorantur, vt videre eſt apud Ciceronem pro Aulo Cluentio, & in Varronem in Prouincialibus Conſularibus, & in Philippicis, & alibi: tum ex eo, quod Cynæas Pyrrhi Regis legatus, ad Pyrrhum ex legatione reuerſus plenus adhuc admiratione ei dixit, non ſe Romæ, ſicut in cæteris ciuitatibus Senatum vidiſſe, ſed conſilium quoddam, & conſeſſum magnificentiſsimorum Regum, prout ait Plutarchus in Pyrrhum. Amplius verò mutato reipublicæ ſtatu, atque ad Cęſares tranſlato, legitimus tamen Senatorum Ordo in ea exiſtimatione permanſit, vt nullus ſine Senatorum conſilio in Senatum vnquam admitteretur, nullus ciuis niſi his approbantibus pœna graui afficeretur, prout refert Dionyſius in Neruam, omniaque ad eorum ſententiam deferrentur, quos & Auguſtus ſedentes nominatim ſalutabat, prout ait Sueton. *b* in Auguſtum: & Tyberius ſe venerari, atque omnia illis deberi profitebatur, prout idẽ Sueton. ius ſcribit *c* ita, vt ab illis primis temporibus cum regio dominatu Romæ teneretur tantum apud eoſdem Imperatores valuerunt autoritate, vt Archadius, & Honorius *d* quemlibet Senatorem corporis ſui partem eſſe cenſuerit, & alius *Imperator*, *e* ſe cum cæteris eiuſdem Senatorij Ordinis numerandum eſſe edixerit, & hoc non alia ratione, niſi quia ad conſultationes, & deciſiones, quæ â ſuis ſubditis oriebantur ipſi pro bono reipublicę, tanquam coadiutores ipſorum Imperatorum interpoſiti erant, quod etiam in Eccleſiæ Romanæ regimine videmus inuiolabiliter obſeruari, vbi Summo Pontifici tot Cardinales ſunt coniuncti ad cum eis cõſulendum res ad totam vniuerſalem Eccleſiam pertinentes, & ſic hunc Ordinem ſequuti ſunt omnes religiones, habent enim ſuos ſuperiores, cum quibuſdam probatis religioſis aſsiſtentes, qui vocantur diffinitores, vocantur etiam conſiliarij, qui in religionibus eliguntur cum Generali, aut Prouinciali, & in aliquibus religionibus habent votum electiuum, ipſis enim in modum compromiſsi Guardianorum committitur electio, habent etiam deciſiuum votũ, ſcilicet, ad decidendum res graues, quæ ad capitula, & congregationes intermedias deferuntur, ad quod votum ferendum ſunt deſtinati ex commiſsione ipſis facta per conſtitutiones, & diffinitores regulares, quos in his tenentur ſuperiores Generales, & Prouinciales conſulere, & eorum ſententiam petere, & ſequi, ipſique tenentur hæc omnia fideliter præſtare. Vnde Diuus Gregorius *f* Nazianzenus, hoc ordine ait cuncta à Deo creata cõtineri, vt vnuſquiſque aſsignatum ſibi officiũ omni ex parte amplectatur: & D. Baſilius docet, *g* nullo pacto negligentes eſſe oportere eos, qui Deo placere cupiunt in his cognoſcendis, & præſtandis, quæ officij eorum ſunt, fideliter enim aiunt eos Deo ſeruire, qui illa quæ conditioni eorum congrua ſunt, faciunt libenter, viciſsimque lõgè illos aberrare, qui conditionis ſuæ functiones contẽnunt, neque bonam in eis fidem oſtendunt, prout ait Theophilactus. *h*

a Feneſtela de magiſt. Rom.

b Sueton. in Aug. c. 53.

c Sueton. in Tyber. c. 29

d l. quisquis C. ad l. Iul. e l. ius Senatorum C. de dignit.

f Nazian. in ſer. moder. in diſpoſ. ſermo. poſt princi.

g Baſil. in Mora. Reg. 9.

h Theophil. in epiſto. ad Rom. c. 12.

ARTICVLVS. II.

Vtrum generales, & prouinciales, & sine consilio Diffinitorum, possint ferre sententiam contra aliquem fratrem.

REspondeo dicendo, quod in religionibus vbi Diffinitores habent votum decisiuum ad res graues decidẽdas nõ possunt prælati superiores sententiam aliquã grauem contra delinquentem monachum ferre sine consensu Diffinitorum, & sentẽtia ab eis lata sine maioris partis consensu nullius est valoris, & momenti. Si autem tantum habent votum consultiuum pro forma non requisitum, si ab eis consilium petatur, & non sequatur, sententia proculdubio iniusta erit, at iure irrita non erit. Aliud est enim actum dici posse iniustum, & aliud nullum, sicut sententia alia est iniusta, & alia nulla, & testamentum aliud est iniustum, & aliud nullum, & excommunicatio alia est iniqua, alia nulla, prout tradit Couarruuias, *a* siquidem nullum id dici solet, quod est aduersus formam substantialem legis, iniustum, quod in alijs rebus peccat iuxta notata â Doctoribus, *b* & Abbate, & Nauarro. Asserendum igitur est attento iure communi secluso aliquo priuilegio Apostolico, aut constitutione regulari autoritate Apostolica facta prælatos regulares posse neglectis Diffinitorum consilijs (vbi solum habent votum consultiuum) se culpabiles in foro interiori Deo reddere, verum non ideo pœnæ vlli exteriori subijciendos esse, quasi actum nullum efficientes. Dixi (secluso aliquo indulto Apostolico) nã Pius Quintus, prout refertur in Compendio *c* priuilegiorum Ordinis Diui Hieronymi cõcedens, quod Prior Generalis possit eijcere ab ordine delinquentem, prout supradictum est in Primo Tomo *d* addit, dummodo hoc fiat de consilio fratrum seniorum, quæ verba videntur inducere conditionem, & formã substantialem, & sic clarè innuũt, quod patres virtute illius priuilegij eijcientes aliquem ab ordine non solum tenentur consilium dictorum fratrum petere, & audire, sed etiam sequi, alias eorum sententia erit nulla. Imo dico, quodinquocunque iure, si omnino non petatur consilium ab eis, sententia nulla erit, cum hæc consiliorum petitio inter graues solemnitates censeatur, quæ si negligatur, actus erit nullus & inualidus argumento eorum, quæ nos quidam iuris e consulti docent, & vt annotauit Scala, *f* actus redditur nullus quando consilium negligitur sapientum. Quodprocedere existimat Bursatus *g* cum à lege pro forma consilium requiritur, vel datur alicui auctoritas, quam antea non habebat.

a Cou. in c. alma mater 1.p.§.7.n.5 de sent. excom. lib. 6.
b Bald. & Ias son in l. nõ dubiũ n. 22 C. deleg. 6. Abb. consi. 66. n. 2. Na. in man. ca. 27. n. 13.
c Comp. D. Hieron. v. condẽnare. d 2. to. q. 20
e l. nõ aliter ff. de vsu. & habic. l. Ne pos proculo ff de verbo. signific.
f Scala decõ sil. sapiẽt. li. 1. c. 27. & de contract. & vltim. volũta. c. 11.
g Bursat. in sil. 90.
a l. 1. C. decõ suliB. lib. 1 e l. 2. §. seruiꝰ autẽ Sulpit. ff. de origi. iur. l. fin. C. de tyroni. li. 12. c. 1. de cõ trouer. feudi. inter pares termino vbi Bald. & Affli&t. idẽ decis. Neapolit. lib. 1. Præpositus in c. episco. 17. d. Cepo. in tracta. de duce milit. clsn. in 33. priuil. ætat. Iason in l. Gallus in prin. nu. 57. ff. de libe & postliu. Platea. in d. l. 1. C. de cõsulib. in prin. & n. 4. Cassan. de glor. mũd. 2. p. cõs. 17. co. 2 in med. & ipsi Roman. singul. 81. Grã. decis. 64. n. 32. Pisa in Curia lib. 2. ca. 4 & ibi Azeue. Auiles in ca. 34. præto. g. 01 in prin. Auẽda. in ca. 19. præto. n. 14. col. 4. Gre. in l. 7. glo. 2 tit. 15. p. 6.

ARTICVLVS III.

Quis ordo in suffragijs dandis à Diffinitoribus debet seruari.

REspondeo dicendo, quod ab his quæ solent fieri in Consistoriali Senatu à correctore debemus hanc politicam practicam indagare. Qui secutus ea quæ in iure *a* ciuili determinantur iuxta tradita à Baldo, & à Matthæo de Afflictis, à Præposito, & Cepola à Iasone, Platea, Cassaneo Romano, Grammatico, Pisa, Auiles, Auendaño, & Gregorio Lopez, ordinare debet vt rector antiquior à dextris eius sedens suum dicat suffragium, & statim alius antiquior ad sinistram collocatus suffragetur, & sic procedens vsque ad vltimum quid vnusquisque sentiat, & velit scrutetur, quod & indiffinitorio religionum, & in discretorio patrum cum aliquid consulitur seruari video. Ratio enim id postulat, vt dignioribus, & antiquioribus honor debitus, & præeminentia deferatur. At licet hæc ratio conuincat, quando tamen suffragia non secreto sed publicè dantur à nouioribus, & minus antiquis incipiendum esse existimo, nam si ab antiquioribus, & dignioribus incipitur forte nouiores vere buntur contrariam sententiam proferre, & suũ suffragium libere proferre formidabunt. Et hac ratione in Senatu, & parlamẽto Galliæ, & in Senatu Neapolitano, & in Rota, & in Concilijs Regalibus Lusitanię, & Hispaniarum â iunioribus Senatoribus incipiunt suffragia demandari, prout tradunt Afflictis, *b* Lyra Gama, Pisa, & Cassaneus, & Diodorus *c* narrat, quod quando populus ad aliquid determinandum congregabatur, particulares populi suffragabantur prius, & postea magistratus ne parti-

b Affli&t. in decis. 1. Neapolit. Lyra, super Exo. c. 27. in glo. vers. Nec in iudicio Gama deci. Lusita. 1. nu. 11. Pisan. in curi. li. 2, ca. 4. & ibi Azeued. nu. 10. Cassane. de gloria. mundi. 1 p. consider. 17.
c Diodor. lib. 38.

particulares reuerentes Magiſtratuum auctoritatem minus liberè, quam oportet ſuam ſententiam proferrent. Quod ſequēti ratione confirmatur, ſæpè enim euenire poteſt, vt ille qui prius ſuam dicit ſententiam quia antiquior, & præeminentior ab alijs iunioribus inuideatur, ratione cuius inuidiæ ab eorum ſententia licet bona, & bene fundata recedent. Vnde in noſtris ordinationibus generalibus Toletanis, *d* de nouitiorum votis ſic habetur.

d Ord. Tolet. an. c. 1. de ceptione nouitiorum §. de nouitiorum votis.

Inhibemus enim ne magiſter nouitiorū, Guardianus, vel vicarius conuentus ſint primi qui ſuffragentur, ne ante ſuffragiorum petitionem illi nouitium, vel laudent, vel vituperēt; ſed omnino ſileant donec omnes ſecundū Deū quod ſenſerint libere dixerint.

ARTICVLVS IIII.

Si diffinitores cupientes obedire generalibus, aut prouincialibus ſe á dicēdo abſtineant, eo quod gratius illis futurū cauſarent, eos ſilere, quā loqui, an veniá digni ſint.

RESpondeo dicendo, quod hæc quęſtio tripliciter poteſt proponi. Primò cū exiſtimatur optari generaliter à dictis prælatis, vt qui in diffinitorio, aut diſcretorio ſunt cōſentaneè eorū voluntati, reſpōdeant, & ſi ſecus ſentiāt, ſileant, potius, quā diuerſa ab eis loquantur: ſecundus eſt, quā do aliqui ſibi perſuaſerant à ſe ipſis ſpecialiter optari ſilentium. Tertius eſt, cum nominatim prælati aliquibus ſilentium certo tempore, aut certo in negotio indixiſſent.

Quantum ad primum ſenſum huius quæſtionis dicitur, quod iuxta Iuriſcōſultos, *a* iudicandum eſt ſecundum ea, quæ foris patent, non ſecundum ea, quæ occulta ſunt, & mente retinentur, alioquin ſi liceret inferioribus tales ſibi notiones de prælatis ſuis, quando eis aliquid præ ipiunt formare actum eſſet de obedientia: nam diceret vnuſquiſque alium ſenſum, quam verba prælati indicant tacitè ſibi innotuiſſe. Et quanuis de clara ſuorum prælatorum mente, eaque minimè mutata conſtaret, adhuc tamen non licet bonis diffinitoribus, & patribus, ſi eam pro ſua conſcientia publicæ cauſæ repugnantem ſentirent, aliter quam fides, & officium poſtulat ſe gerere, ideoque loco ſuo minime conticeſcere, ſed clarè, & ſincere ſententiam ſuam proferre.

a Illicitas, l. veritas, ff. de offic. præſidēt. l. cogitationis ff. de pœnis.

Nam ſi obijcias illum, cui voluntas ſuperioris innotuit obedientiæ legi teneri ei adhærere. Huic obiectioni facilis eſt ſolutio, diuerſam, ſcilicet, eſſe conditionem ſubditi, & conſiliarij, ſiquidem ſubditi eſt ſuperiori ſuo (generaliter loquendo) in illis rebus, in quibus ſubditus eſt, ac iuxta rationem dominij, quo tenetur, ſimpliciter obedire iuxta doctrinam Diui Thomæ. *b* At conſiliarij & diffinitoris natura & munus poſtulat, vt rē diſcutiat, & examinet, & quod vtilius videatur in medium afferat. Quantū verò ad ſecūdum ſenſum quādo ſcilicet, dicti patres ſibi in animum induxiſſent ab ipſis particulariter ſilentiū optari, videndum in primis eſſet vnde illis hæc orta fuerit ſuſpicio an ratione negotij, quod geritur, an ratione ſuarum perſonarum, quæ parum eis gratæ ſunt, an ex alijs extrinſecus aduenientibus cauſis, quę quoniam ſæpe inanes futileſq; deprehenduntur ideo, vt plurimum contēnendæ videntur præterquā quod verendum iſtis maximè eſſet, ne ex eorum taciturnitate in publica cauſa alijs ſcandalū pręberetur, præſertim ſi nullā afferrent ſilentij ſuicauſam, & non poteſt probabiliter ſciri Generales, aut Prouinciales nolle ipſos fratres libere loqui ea quæ cōmuni bono expediunt, & cauendum eſt ne falſa obedientiæ ſpecie iſti, qui ſolent ſeducantur. Nam cū obediē tiæ laus non in his tantum quæ commodū afferunt, ſed in his, quæ diſplicent atq; onerī ſunt exequendis maximè declaretur, prout ait D. Thomas *c* cauendū eſt ne aliqui ſilentij portū, vt tantū ſtudioſè affectā tes eo ſe obedientię prętextu recipere pro fiteantur, quo proprij commodi ſtudium eos perduxit. Quantum ad tertiū ſenſum, quando aliquibus diffinitoribus à dictis prælatis ſilētium eſſet indictum, & hoc caſu dicimus illorum iuſsionem non ſolum iuſtam tacendi excuſationem, ſed etiā omnimodam acquieſcendi neceſsitatem, ac proinde debitę obedientię meritū afferre, quod tamen vix vnquā niſi iuſta & maxima ex cauſa cōtingere exiſtimandum eſt.

b D. Th. 2. 2 q. 104. ar. 5.

c D. Th. 2. 2 q. 104. ar. 2. ad 2.

Ex his

Ex his ſequitur quod quando res eſt talis, quod diffinitores eam non probent eligentes tacere, & aſſurgétes cum capitis inclinatione vnico actu duplicem deformitatem includút iuxta doctrinã *D.* Thomæ, *d* alteram omiſsionis dũ tacent quando loquendi tẽpus eſt, & debitum bonũ prætermittunt iuxta eundem D. Thomam, *e* & iuxta illud Iacobi: ſcienti bonum, & nõ facienti peccatum eſt illi, alteram cõmiſsionis quatenus per actum exteriorem aſſurgendi, & caput inclinandi, id affirmare cenſentur quod verũ non eſt. Ait enim D. Auguſtinus, *f* vterq; eſt reus, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat, & D. Chryſtomus *g* ait, non ſolum ille proditor eſt veritatis, qui tranſgrediens veritatem palam pro veritate mendacium loquitur, ſed etiam ille, qui non liberè veritatem defendit, quam liberè defendere conuenit. Et confirmatur. Nam quicunque cõuocatur ad diffinitorium, vel diſcretorium, vt conſentiant, vel contradicant, ſi præſentes ſint, & taceant, habentur pro expreſſe conſentientibus, etiam in malè geſtis, & ideo inuoluuntur eodem peccato, & pœna iuxta *Innocentium*, *h* & Abbatem, & Iaſonem, cum ex debito officij teneantur quando ſunt accerſiti, ſuum ſuffragium dare ex Abbate, *i* & Gondiſaluo.

Neque obſtat regula *k* iuris, expreſſa nocent, non expreſſa non nocẽt. Nam reſpondeo illam in definitorijs, Senatibus, & diſcretorijs ad res deliberandas conuocatis locum minime habere iuxta Innocentium, *l* Abbatem, & Felinum, & in noſtro caſu non ſolum taciturnitas interuenit, ſed illud ſignum inclinationis capitis, quod imperatiuè, & directiuè expreſsit mentis ſenſum iuxta tradita â Caietano, *m* Etſi licet replicetur illud ſignum eſſe æquiuocum, & poſſe ſignificare, quod ipſe diffinitor exijt quaſi dicens, egredior à diffinitorio, quia in conſilium veſtrum non intrabit anima mea. Huic obiectioni reſpõdeo, ſignis, & verbis eum ſenſum tribui debere quem ex condicto quodam communiter omnes admiſerũt, ideoq; illi ſtãdũ eſſe iuxta vulgata iura, *n* & cõmuniter nunquam Diffinitores, & Conſiliarij quaſi cõtradicere volẽtes cũ huiuſmodi capitis inclinatione egrediũtur ſine ea, quod aliquod aliud ſignum ſuæ contradictionis oſtendant.

Neque excuſandi ſunt dicti Diffinitores, & Conſiliarij dicentes vereri, quod contradicendo Prælati contriſtabuntur, & ſe illis moleſtos eſſe ægrè ferre. Nam reſpondeo nolle me abſolutè illos ad contradicendum obligare, ſed medium, quo contradicendo ſuauius procedant, oſtendere. Vnde ſi aliqua ratione res ipſorum verborum lenitate temperari poſsit, integrè tamen, & illæſa veritate id omni conatu debent procurare: ſiquidem ſatis conſtat eandem rem ſalua iuſtitia mollius, aut durius, gratius, aut moleſtius pro loquentis ingenio, & dexteritate proponi poſſe. Vt enim in communi ſocietate mutuis congreſsibus humaniter, iucundeque cum alijs quatenus [illegible]ret conuerſari, virtutis opus eſt, quæ affabilitas vocatur â Diuo Thoma, *o* & â Diuo Antonino, & ab Ariſtotele: quæ tamen ſic conſideranda eſt, vt ſiquis in omnibus ſtudeat ad delectationem loqui, hic modum in delectando trãſgrediens peccet per exceſſum, & in turpe adulationis vitium prolabatur, vt ipſemet Diuus Thomas ſcribit *p* qui autẽ aliorum opinionibus ſine neceſsitate conatur reſiſtere, hic ſe moleſtum, & quodammodo litigioſum reddit, quod virtuti repugnare ſolet, vt idemmet D. Thomas teſtatur. *q* Vnde in publicis conſultationibus ſapientis erit, incolumi ſemper, inuiolataq; veritate curare, vt cętera deinde maiori qua fieri poterit reuerentia, atq; verborũ lenitate exponantur: quando autẽ nulla ſermonis dexteritate, aut dicendi humilitate poſſet hic ſcopus ſuperari, & quæ â dictis patribus dicenda ſunt, putarentur ipſis patribus iniucũda, & odioſa, publicæ autem rei maximè ſalutaria, tunc planè ego non video, quomodo poſsint, aut debeãt diffinitores â dicenda libere ſententia ſuperſedere, atque illud prætermittere, quod ſibi conſciẽtia dictat, & veritati cẽſent eſſe conſentaneũ, cũ, vt dici ſolet, ſcandalum potius ſit prætermittendũ, quàm veritas deferenda. Vnde Samuel *r* cũ Rex Saul multa indigna perpetraret, non dubitauit verba ea proferre, quæ ſciebat Sauli maximã moleſtiam allatura. Quod idem de Nathan Propheta legimus, *s* qui Regẽ Dauid admonere nõ deſtitit, & admiſsi operis veritatẽ ipſi ante oculos ponere ne officio ſuo deeſſet, quanuis ingentẽ animi dolorẽ Regi ea ex re illatũ iri non ignoraret. Et ẽ cõtrario Herodes im-

d D.Th.1.2 q.72. ar.3.
e D.Th.1.2 q.79. ar.3.
f c. quiſquis 11.q.3.
g c. nolite timere 11.q.3
h Innoc. & Abb. in c 1. n.13. de his quæ fiunt à mai. Iaſ. inl. quia nu.89. ff ſolut. ma.
i Abb vbiſ. n.9. Gõdiſ. q.5.n.15. cũ ſeq.
k Expreſſa ff. de regul. iur. l. nonnunq. ff. de condi. & demonſtrat.
l Innoc. & Abb. in cauſſa ſter de loc. in fi. Felin. in c. nõ eſſe depræſump. n.18. in Caiet. 2.2 q.100. art.1.
m l. labeo ff. dũ ſupellect. lega. l. libro rũ §. quod tamẽ, Caſſ. ff. delegat.3
o D.Th.2.2 q.114 a.1. & 2. ad 1. Anton. 2.p.tit. 10.c.2. Ariſto.2.ethic. c.7. & lib.4 c.6.
p D.Th.2.2 115.a.1. & 2.
q D.Th.2.2 q 118. arti.1. & 2.
r 1.Reg.15.
s Cap.12.

t Mar.6. des impius, qui Herodiadis filiam t noluit contristare perpetuis incendijs apud inferos torquetur. Hoc autem clarius ex his, quæ infra in quinto articulo dicētur agendo de libertate, quapræditi patres debent in veritate dicenda pollere, patebit.

ARTICVLVS. V.

Quando Generales, aut Prouinciales affirmant se habere iustas, & validas causas aliquid faciendi, quæ tamen alijs ignotæ essent, an Diffinitores, & Prouinciales respōsuri debeāt eorū propositioni acquiescere.

REspōdeo dicēdo, â Cōsiliarijs nōplus requiri debere, quā vt ad rē propositā p modo propositionis respōdeāt hoc est ad generalia generatim, ad particularia particulatim, Principis enim sensus, & si quid occultius parat exquirere, illicitum, & anceps dici solet. Etenim si ad humanas actiones perficiendas certo iudicio, atque electione opus est iuxta Diuum Thomam, a ad easque tum constituendas, tum diiudicandas ipsa accidentia negotij tantum momenti habere solent iuxta eundem D. Thomam b sequentem Aristoteli cam doctrinam ita, vt ex eorum varietate status, aut plurimum immutetur, ac deliberatio, si quæ accipienda sit, inde potissimū pendere soleat, quis audebit de arduo negotio circunstantijs omnibus spoliato, & tanquā corpore mēbris lacerato, certum sibi cōsiliū, cōstansq; iudiciū polliceri? Sed tamen quia interdū dura nimis ad prælatorū interrogationē respōsio videri posset, si dicant Diffinitores, se nihil habere, quod ad rem sibi non cognitā respondeant, & tacite ægrē ferre viderentur secū non omnia arcana negotij conferri: quod cauendum valde existimo, cum prælatorū autoritati honorificis verbis semper sit seruiendum Propterea censeo eos, nisi quid melius eis pro negotij conditione tunc occurrat saltem debere generalia illa, quæ ad rem pertinere possunt pro sua prudentia prælatis ipsis consideranda proponere, à cæteris vero, quæ sibi nō liquent, tanquam â re dubia abstinere quidē, sed desideriū tamen, quo tenentur ostendere, & prælatorum iussui, & muneri suo aliàs cōmodius, si tēpus patietur satisfaciendi, hāc enim prudenti moderatione, quæ medium quoddam iter tenet inter præfatam contumeliam prælatorum, & turpe obsequiū Diffinitores, & patres ipsi tutò officium suum explere vidētur, & ita multos clarissimos viros consilia sua temperasse legimus, prout apud Cornelium Tacitum, c videre est.

a D.Th.1.2 q.91.ar.1.& 2.

b D.Th.1.2 q.7. Aristo. lib.2.

c Tacit.lib. 4.c.7.

ARTICVLVS VI.

Diffinitores & patres sibi persuasum habent Generalem, aut Prouincialem, in animo statuisse, quod velint facere, eoq; sententiā minimè mutaturos in aliqua electione, aut negotia peragendo, & ideo se dissentiendo nihil profecturos, an tacendo sint excusati.

REspōdeo dicēdo, quod si cōcedatur firmā omnino ipsorū prælatorū mentē esse adhuc, nō ideo Diffinitores, & patres ipsi, cū ad sententiā proferendā rogantur, ab ea sincere proferenda excusantur.

Notum siquidē est in actionibus humanis, aliud esse executionē finis, quiin operis consummatione consistit, quemadmodum consilium non est de fine, sed de his, quæ sunt ad finē iuxta doctrinam D. Thomæ. a Quando igitur assumitur quispiam ad aliquod officium ad media tantū adhibenda tenetur, quæ sunt propria illius officij, & ab eo præstari possunt non ad finem assequendum, qui aliunde pendet: sic Medicus stipēdio cōductus, ad aliud nō tenetur quā bene mederi, quanuis sanitas non sequatur, & magister ad apte dicendum, licet auditores non proficiant iuxta Aristotelem b & Ciceronem: Sic ergo cū Diffinitorū, & patrum officiū sit cōsulere, præsertim quando id consultores sunt rogati, ad eos non pertinet vlterius ratiocinari, an id consilium sit exequendum, cum diuersum sit, & finis hic (si tantum habent votū consultiuum) in illorum non sit potestate, siquidem ministri est tantū velle conari, & laborare, Dei autem perficere. Nam prout Nicolaus c Papa ad Michaelem Imperatorē scribit, debet sedes Apostolica facere, quod suum est, neque fastidire laborem, Deo au-

a D.Th.r.2 q.14.ar.2.

b Aristot.1. ethi.c.1. Cicer.lib.1.de inuent. in princ.

c Epist 9.ad Michaelem Imper.to.3 Decret.

Deo autẽ, cuius eſt bene cæpta perficere, laboris effectum relinquere.

Adeò ſupradicta ſunt vera, vt ſi Diffinitores, & patres exiſtiment Prelatos exquirere eorum ſententias, cæremoniæ potius, vt dici ſolet, quàm conſilij cauſa nullatenus à munere ſuo diſcedere debere, quod eſt omni in re fidem, atq; officium præſtare, atq; quod in reliquis rebus ſolent, ſic & hoc loco, quod conſcientia eis dictat, aperte profiteri, idq; duplici præcipuè ratione: altera, vt ita dicamus, intrinſeca, altera extrinſeca. Intrinſeca eſt, nam cum Diffinitores ex munere ſibi impoſito teneantur reipublicæ vtilitati, atque religionis cõmodo conſulere, & diffinitorium ad conſulendi munus ſalubriter exercendum fuerit deſtinatum, propterea quandocunque aliquid ibi proponitur, quod detrimentum religioni poſſit afferre, quomodocunque proponatur ſeu ſerio, ſeu ioco, ſeu verè, ſeu fictè res ipſa, locus, officium, & religionis neceſſitas Diffinitores compellunt ad conſilium fidele, ſalubreque præſtandum. Altera eſt ſcandalum, quod in conſilio imaginario dando alijs præberetur. Nam ſicut ſi quis vſuram fictè peteret, & alter fictè illam ſolueret, atque de pecunijs iſtis datis, & petitis inſtrumentum fieret, graue crimen cõmitteret obſcandalum, quod ex huiuſmodi inſtrumento vſurario illis ſaltem præberetur, quibus ea inter contrahentes colluſio, & ſimulatio nota non eſſet. Sic quanuis prælati fictè conſilium petant, & diffinitores fictè illud præbeant, quia tamen actus ille publicus eſt, & in diffinitorio ad res graues deliberandas inſtituto geritur, non poſſunt, qui talia agunt à ſcandali culpa excuſari, quando quidem ſciunt omnes qui ibi adſunt, Diffinitores aſtringi ad vera conſilia danda. Vnde cum ſecus videant fieri, neceſſe eſt eoſdem offenſionem non leuem intus in animis pati, quod ſic vetera inſtituta; ac diſciplinam videant parui fieri.

Pro maiori autem prædictorum, & eorum quæ dicenda ſunt, explicatione, oportet, videamus, quod virtus libertatis in huiuſmodi Senatibus, & conſultationibus etiam ab ethnicis autoribus ſummis laudibus celebrata eſt, vt patet apud Plutarchum, *d* & Valerium Maximum, *e* & Plinium, fuit etiam à Sanctis Patribus ſummis laudibus elata. Et ſic inuictiſsimi Martyres, Stephanus, Laurentius, Sebaſtianus, Vincentius, Cyprianus, & huiuſmodi alij innumeri hãc ipſam loquendi libertatem profuſi ſanguinis, glorioſæque mortis ſigillo conſecrarunt: & multorum exempla non deſunt, qui quanuis munere non eſſent aſtricti, hanc tamen libertatem, cum oporteret, ſtrenuè exercuerunt. Nam & Dauidem cum Saule, *f* Natham cum Dauide, *g* Eliã cũ Achab, & *h* Ochozia, Danielem, *i* cum Nabuchodonoſor, Moyſen cum Pharaone, *k* Eſaiam, *l* & Zachariam cũ Principibus Iſrael. Denique & Paulum coram Fœlice, Feſto, & Agrippa, vt in actibus *m* Apoſtolorum legitur eam libertatem exhibuiſſe nouimus, de qua etiam apud Pſalmiſtã *n* habemus dicentem, Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum, & non confundebar.

Ad hãc verò libertatem exercendã exigi multa ſolent, quorũ nonnulla, & in alia rum virtutum vſu requiruntur: Primũ eſt, vt rei, loci, temporis, ac perſonarum, quibuſcũ agitur, ratio habeatur. Nam cum opportunitas in omnibus rebus potiſsimum prodeſſe ſoleat, tũ verò ad libertatis huius fructũ cõſequendũ occaſio in primis animaduertenda eſt, quæ niſi ſuo loco acceſſerit, huius libertatis vtilitas facilè perire ſolet. Modus præterea ſi qua in re adhibendus eſt, in hac præcipuè, de qua loquimur, libertate retinẽdus erit, vt pro rerũ varietate, quæ tractantur, libertatis etiã velut gradus quidã obſeruentur, cũ modo vehemẽtiorẽ, modo placidiorem, ſiuè remiſsiorem eam adhiberi oporteat, quod etiã in perſonis Diffinitorũ, vel diſcretorũ, vel conſiliariorũ in cauſis regulariũ, qui hac libertate vſuri ſunt, ſeruãdum eſſe cenſeo, cum non eadem libertatis alacritas in religioſo iuuene, ac in ſene, & diu in cõſultationibus verſato in præſentia aliorum ſeniorum, & maximè in conſultationibus huiuſmodi verſatorum decere videatur. Porro his cunctis commune eſſe debebit, vt quacunque de re coram Prælatis Generalibus, aut Prouincialibus agatur, omnis à verbis aſperitas, à voce contentio, & clamor à vultu, atque à cætero corporis habitu, iræ, vel alterius perturbationis ſuſpicio prorſus remoueatur, & nihil arroganter, nihilq; proterue, nihilque ad oſtentationem proferatur iuxta ea, quæ tradit Quintilianus. • Et quoniam loquendi fiduciam cõſcientia ipſa, atque

f 1. Reg. 24.
g 2 Reg. 12
h 3 Reg. 21.
i Daniel. 4.
k Exod. 10.
l Eſai. 1. Zachar. 1.
m Acto. 24 25. 26.
n Pſal. 118.

d Plutar. de diſcrimi. adulat. & in lib. de Apophteg. Lacone.
e Valer. Maxi. li. 6. c. 2.
Plin. lib. 3. epiſt. 9.

o Quintil. li. 11. c. 1.

ſa, atque innocentia maximè excitare ſolet, proderit multum, vt illa eo magis apud alios valeat, ſi is, qui dicturus eſt veritatem, exiſtimationem ſibi anteâ comparauerit, ne eo tantum tempore, aut loco qui tunc ſe offert, ſed quandocunque res poſtulat, liberè loqui aſſueuerit ita, vt eam ſibi apud alios opinionem vitæ ſuæ probitate conquiſierit ſe ad publicæ rei commodum, & dignitatem actiones ſuas præcipue dirigere, & referre. Quod & Quintilianus *p* quamuis Ethnicus ſenſit, cum ſcripſit libertatem loquendi ab eo potius exercendam, cuius mens vitijs omnibus erit libera, eundemq; facilius perſuaſurum, quia dicit ſæpius vera, & honeſta,

p Quin. li. 12. c. 1.

Sed & illud obſeruandum, vt ſi ſuſpicio ſit, eã dicendi libertatem ſuperioribus eſſe moleſtam poſſe, curet ipſe Diffinitor, aut diſeretor, ſic illam dicendo temperare, non quidé vt obſcuriore, aut ſubmiſſiore voce vtatur, nam (vt inquit Seneca *q*) qui dicere niſi clã non vult, pene nõ dicit, ſed vt ſicut Medici amara pharmaca melle ſolent oblinire, ſic orationis acrimonia, quam dicendi libertas parit, verborum dexteritate, ac ſuauitate, erga prælatos liniatur, exẽploq; Euãgelico, oleum vino miſceatur, ac virgæ emendationis dulcedo mannæ adiungatur. prout ait D. Gregorius. *r* Ita eleganter, ac docte doctiſsimus Cardinalis Paleotus *s* de ſacri cõſiſtorij conſultationibus agens.

q Senec. li. 2. de ira. c. 29

r Greg. 20. Moral. c. 8.

c. diſciplina 45. diſt.

s Paleot. p. 5 q. 1.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ſi ſuſpicarentur Diffinitores, & dicti patres prælatis ipſis diſſentientibus magis ob firmandum, aut potius irritandum, quam ſententiam ſuam debeant comprimere.

REſpõdeo dicẽdo, quòd ſicut correctio nẽ fraternã tũc intermittendã Doctores aiunt, quãdo timetur, ne ob illam frater fiat deterior iuxta tradita â *D.* Thoma, *a* & Syluestro, eo modo viſum eſt aliquibus, quod ſi ſuſpicarentur Diffinitores & conſiliarij prædicti eorũ conſilium potius obfuturum, quam profuturum prudenter facerẽt, ſi conſilium illud aut intermittant, aut in tempus opportunius differant, cũ ſcriptum ſit. *b* Noli arguere deriſorem, ne oderit te. At hi toto cælo aberrãt. Nam correctio duplex eſt, quædã quæ prouenit ex charitate, quæ fraterna appellatur, & hæc tũc exercenda eſt, cũ profectura ſperatur, de qua in præſenti non agimus. Altera, quæ ex actu iuſtitiæ proficiſcitur, quę cum publici boni ratione exerceatur, non eſt omittenda, etiam ſi nulla futuræ emendationis ſpes proponatur, ſunt enim alia bona, quæ ex tali correctione ſequuntur iuxta D. Thomam. *c* Vnde cũ in noſtro caſu conſiliũ hoc, & ſuffragium, quod â Diffinitoribus, & patribus præbetur, ad actũ potius iuſtitiæ pertineat: non videtur prætermittendum eſſe licet etiã nullus emendationis fructus eſſet expectandus. Præterea caſus noſter non pertinet ad correctionis materiã: loquimur enim de Diffinitoribus & patribus, qui lege iuſtitiæ coguntur ad ſuos prælatos accedere, cũ ab eis accerſuntur in diffinitoriũ, quo caſu ipſorum Diffinitoriũ vox non eſt propriè correctio, ſed reſponſio ad interrogata, & actus obedientiæ, atq; perſolutio debita facta prælatis, qui hoc iure ſuo petunt ab ipſis. Vnde nõ poſſunt Diffinitores pro fide ſua illud eis vlla ratione denegare.

a D. Th. 2. 2 q. 33. art. 6. Sylu. ti. correctio. n. 4.

b Prouer. 9

c D. Thom. vbi ſup.

Neq; obſtat, quod cũ obligatio, qua aſtringũtur Diffinitores ad dandũ ſuffragiũ ſuũ ſit propter actũ virtutis exercendæ, virtus autẽ requirat media debito fini congruentia, & ideo quando ſuffragiũ, & conſiliũ, quod dandũ eſt, finem impediret velut cũ prælati ex eo ſuffragio potius eſſent ab eo, quod optatur, auertendi, quãm perſuadẽdi, videtur tũc ceſſare ea obligatio argumento eorũ, quæ tradit D. Thomas. *d* Nã huic obiectioni reſpondetur, quod in ipſis ſuffragijs præſtandis aliud eſt officium, aliud eſt finis ad officium, tenẽtur Diffinitores quod in eorum eſt poteſtate, idq; eſt fidele cõſilium, & ſuffragium dare, ad finẽ autẽ nõ aſtringuntur, qui eſt illum perſuadere, quia ab eis hoc nõ pendet, præterquã q̃ diffinitorũ, & conſiliariorũ cõſulendo, & ſuffragando finis eſt quidẽ prodeſſe ſuis prælatis, & hoc ad religionis augmentum, & boni publici vtilitatẽ, & ideo quãdiu interpellet hæc ratio cõmunis boni iuuandi, nõ debẽt â ſuo munere ceſſare, neque hũc tanquã præcipuũ finẽ vllo pacto deſerere.

d D. Th. 2. 2 q. 33. ar. 6. ad 2. & 3.

Aduertendũ tamen, quod ſi Diffinitores ex cõiecturis non obſcuris omnino ſuſpicarentur ipſis renitentibus bonum publicũ religionis ob prælatorũ pertinaciam eo magis perturbatum iri, ſunt, qui exiſtimant ipſos patres culpæ nõ eſſe arguendos qui ne publicũ bonũ in maiorẽ ruinã labatur,

tur, ſilentiũ amplectuntur, quando omnes aliæ loquendi rationes adiũuandum intercluſæ videntur. Nã cũ ex officio ſibi iniuncto teneãtur, ſi maiorẽ nequeunt reipublicæ vtilitatẽ promouere, ſaltem maiora dãna auertere, ſatis munus ſuum illi præſtare videntur, qui ſiue tacendo, ſiuè loquendo, prout magis expedire iudicauerint, id aſſequãtur. Verũ quoniam magna hinc deſerẽdi officij occaſio ſuboriri poſſet, ſæpeque inanes ſunt hæ ſuſpiciones, & potius humanæ imbecillitatis cõmenta, ideo cenſerẽ, niſi perſpicua admodum, & indubitata hæc futura pernicies oſtenderet ipſos diffinitores â recta ſui ratione tanquã â regia iuſtitiæ via nunquam diſcedere debere.

ARTICVLVS VIII.

Quando res proponuntur Diffinitoribus decidendæ, quæ partes illorum eſſe debent.

REſpõdeo dicendo, quod ſicut in rebus ſpeculatiuis eſt ſcientia iuxta D. Thomã, *a* quæ indicat intellectũ alicui rei per certas, & probatas cauſas firmiſsimè adhærere iuxta D. Thom. *b* & Ariſtotelẽ, cuius contrariũ eſt inſcientia, ſeu praua, quã vocant, diſpoſitionis ignorantia, quæ nõ quidem eſt priuatio omnis cognitionis, ſed errorem infert iuxta eundẽ D. Thomã. *c* Et ſicut eſt mediũ quoddã inter iſta duo extrema, quod latiſsimè patet, & varijs nominibus appellatur, prout mẽs magis in vnũ extremũ, quã in alterũ inclinat: ſic in practicis actionibus, de quibus deliberandum eſt, ſunt ſententiæ hominũ tanquã extremæ, eædemq; firmæ, & ſtabiles, vel aliquid omnino faciendũ, vel nequaquã faciendũ eſſe. Et eſt ſtatus medius, qui item varius eſt, & multiplex, & varia etiã obtinet nomina, prout intellectus practicus varijs nominibus refertur ad extrema. Aliquando enim nõ veniunt in mentẽ rationes, ſed oc currũt teſtimonia hominũ, & hæc eſt fides humana, cuius licet nõnunquã tãta ſit vis, vt nulli ferẽ dubitationi locũ relinquat: at tamen ſunt huiuſmodi teſtimonia magna ex parte incerta, & quibus poteſt ſubeſſe falſum, imo ex ſui natura ſunt velut rationes probabiles quibus alij plus, alij minus tribuũt, ex quo illud ſequit, vt alij credãt rẽ eſſe verã, alij dubitẽt, alij omnino diſſentiãt: aliquãdo mẽs ipſa acriter tẽdit in alterã partẽ. Sed quia rationes, quib⁹ cõmouetur, nõ ſunt ita firmæ, vt omninõ cõuincatur timet cp pars contraria ſit vera, & hæc eſt opinio iuxta D. Tho. *d* aliquãdo licet rationes, & argumenta ex altera parte extẽt, occurrit tamẽ ex altera ratio aliqua leuis, quã diſſoluere intellectus nequit, tenetur q; mẽs ipſa, veluti laqueis quibuſdã irretita, quibus nullo modo ſe poteſt explicare, & hic eſt ſcrupulus. Et tãdẽ aliquãdo rationes æquales vtrinq; ſe offerũt ita, vt animus nõ magis in vnã, quã in alteram inclinet partẽ, & tũc oritur ppriè dubitatio, ad cuius tamẽ ſubſtãtiã ſicut nõ id ſemper neceſſario requiritur, vt æquales omnino tãquã in ſtatera hinc inde vrgeãt rationes (nam poterit eſſe maxima, maior, & minor dubitatio) ſic neq; cuiuſlibet cõtradicẽtis ſententia rẽ ſemper dubiã reddit, nam alia multa expẽdẽda ſunt, vt dubia res dicatur, imõ vbi communis extat Doctorum opinio, res amplius dubia dici non ſolet, prout tradit Puteus *e* in ſuis deciſionibus.

Quibus propoſitis, vt quæſitũ in titulo quæſtionis clarius diſſoluatur, cauſas huius ambiguitatis, & perplexitatis in mediũ adducere oportet. Nam ſæpe oritur ex ignoratione rerũ, de quibus deliberandũ eſt, quod caput, cũ latẽ pateat, & quædam ſint, quæ omnino ſcire ad Diffinitoriũ ſpectat, vt ſunt ordinationes Generales, & prouinciales, ſuæ religionis, quædã etiam quæ ignorare iuſta ſit excuſatio, velut quid diſponant iura circa caſum extraordinarium, & rurſus quædã ſunt, quæ diffinitores ſecũ debent meditari, antequã ad diffinitoriũ accedant, quædã vero, quæ cũ alijs viris prudentibus, multarumq; rerũ vſu peritis cõmunicare debent, antequã ipſi in diffinitorio ſenſum ſuum pronuntient, velut quando agitur de re graui maximis circũſtãtijs pro vtraq; parte vallata propter rationes in diffinitorio pro vtraq; parte adductas, reſpectu quorũ multa prudentia, & conſideratione opus eſt, ſi propter æqualitatẽ rationum adductarum hæc dubitatio emergit, poterit tunc Diffinitor rationes ipſas cũ alijs prudẽtibus, & doctis cõferre, vt tãquã in libræ lãcibus impoſitas cõſideret, quæ lanx alterã deprimat ſingulas circũſtantias accuratè ſecũ recẽſendo, atque ex his pluribus ſiue honeſtis, ſiue vtilibus, ſeu fini accõmodatis eam partẽ deligere, in qua aũt maior honeſtas, aut vtilitas ſiuè rerũ cõueniẽtia iudicaretur: & debet maximẽ cõſiderare, an ex mẽtis pertubatione dubita-

a D. Th. 1.2 q.54.ar. 2.
b D. Th. 2.2 q.1.a.4. Ariſto. 1. Poſterio. ca. 12. & 6. Ethic. c. 3
c D. Tho 1. 2. q. 75. ar. 2
d D. Th. 2.2 q. 2. ar. 1.
e Pute. deci ſ. 233. n. 3. p.

dubitatio hæc oriatur. Nã tũc maximè neceſſarium eſt, vt ipſi Patres compoſito, & tranquillo animo ad dicendam ſententiam accedant, cum abſurdum ſit eos, qui difficultates propoſitas, ac cõtrouerſiarum fluctus ſedare debent eo ipſo tempore maximè anxiosac curarum æſtibus laborantes deprehendi.

ARTICVLVS IX.

Vtrum liceat diffinitori non accedere ad diffinitorium, quando à Prælatis indictum eſt.

REſpondeo dicendo, quod iuxta ſacros Canones duplex forum tradi ſolet, alterũ quod fori, alterum quod poli appellatur. In priori non inuenio aliquã conſtitutionẽ Regularẽ aliquam pœnam propter eius abſentiam impingentẽ: inuenio tamen obedientiæ præceptum ipſum obligare, ratione cuius poterit propter tranſgreſsionem â Prælato arbitraria pœna puniri, niſi legitime excuſetur. Si vero de foro poli loquamur, in quo culpæ ac curatiſsimè examinantur, & pro modo cõmiſsionis, aut omiſsionis ſingulæ expenduntur, proculdubio affirmandũ eſt Diffinitorẽ abſentię ſuę in Diffinitorio, quando vocatur, rationem Deo reddere, debere ac pœnã, niſi cauſa aliqua iuſta, ac legitima detentus fuerit ab illo omnino ſubeundam eſſe, ſiquidem etiam hæc illius ſit vocatio, hoc munus, hæc obligatio, vt ſuũ Prælatũ vocantẽ ſequatur, vt illi aſsiſtat, ac publicas res tueatur. *Et* confirmatur, quia ſicut in corpore humano miro ordine membra omnia fuerũt diſtributa, & ſua cuiq; functio aſsignata, oculis vt videant, manibus, vt palpent, pedibus, vt gradiantur, & vnum quodq; eorũ cũ ſuo miniſterio fungitur, alijs etiam membris ſeruit, ne detrimentũ patiantur iuxta D. Chryſoſt. *a* alioquin ſi propriũ ſuũ officium intermittat, aut naturalẽ locũ tranſgrediatur, vitium contrahit, & totũ corpus læditur: Sic in corpore myſtico Religionis, vbi omnia peruertuntur, aut locus inacie deſeritur, tunc culpa incurritur, aut dãnũ bono publico infertur iuxta eiuſde D. Chryſoſt. *b* ſententiã. Vnde ſæpius apud ſacras literas *c* id repetitum ſcimus, vt vnuſquiſque impleat vocationem ſuam.

a Chryſoſt. in oper. imperf homi. 35. in ca. 20. ſuper Matth. b Chryſoſt. in epiſt. ad Epheſ. ca. 4 homil. 11. c Ad Rom. 12. 1. ad Corin. 12.

ARTICVLVS X.

An debeant Diffinitores ſubſcribere ſententiæ latæ à Prælato, quam in Diffinitorio non approbauerunt.

REſpõdeo dicẽdo, quod Diffinitores, & cõſiliarij habẽt in Religionibus votum non ſolũ conſultiuum, ſed etiam deciſiuum, & ſic quando ad cauſas decidẽdas vocãtur, quaſi eorum autoritas ſit neceſſaria, vocantur, cum conſtitutionibus Regularibus autoritate Apoſtolica factis votum deciſiuũ hoc includat, vnde non tenentur ſubſcribere, niſi id, quod deciſiuẽ ſecundum eorum conſcientiam determinant, verum eſt, quod conſentiente maiori parte poteſt Diffinitor diſſentiens propria manu dictam ſententiam, & conſultationem ſubſcribere, tunc enim non poteſt non id ſequi, quod â pluribus probatum fuiſſe videt, quanuis ipſe cum alijs contradixerit, vt notatur in Iure *d* & tradit Abbas, nam ille, qui diſſentit, tunc quando firmat, & ſubſcribit priorem ſententiam, tanquam minus probabilem deponere exiſtimatur, atque intellectum ſuum cum humilitate captiuat, vt frequentiori ſententiæ, tanquam prudentiori adhæreat argumento cuiuſdam legis *e* ſic de Lacedæmonijs legitur apud Plutarchum *f* qui poſtquam res firmata erat â Concilio, non amplius diſputabant, imò & ij dem, qui antea repugnabant poſtea Decretum defendebant. Vnde in annalibus religionis Sancti Dominici vt in hiſtoria *g* generali eiuſdem ſancti cõtinetur in Capitulo Generali Lõdini habito anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio, vbi glorioſus Sanctus Thomas de Aquino tanquam Diffinitor Prouinciæ Romæ adfuit conſtitutum fuiſſe, vt quando aliquid à parte maiori Diffinitorum aduerſus aliquorum ſententiam decretum eſt, is, qui in contraria ſententia fuiſſet, nunquam proprium ſuffragium cuique vlla occaſione, aut tempore manifeſtare auderet. Ex qua Conſtitutione colligitur ipſos dictæ ſententiæ ſubſcripſiſſe, ſi enim non ſubſcripſit, iam notum erat ipſum contradixiſſe. Et ſic in noſtra Religione videó obſeruari:

d l. admaior ad minorẽ poli. c. 1. de his, quę fiũt à maiori. Abb. in ca. ex parte de cõceſ. præben. n. 3. & in c. poſtulaſti. n. 14. eodem tit. e l. ſi patres de arbitr. f Plutar. in Lycurg. li. 2. c. 62.

QVÆSTIO. XLVI.

De dispensationibus in vndecim articulos diuisa.

Circa quam quæstionem vndecim quæruntur.

1 *Quid & quotuplex sit dispensatio.*
2 *Vtrum sit dispensatio idem quod priuilegiũ declaratio & Epicheia.*
3 *Quomodo Epicheia sit vtendum.*
4 *Vtrum prælati debeant concedere facile dispensationes.*
5 *Vtrum petens dispensationem sine causa, & ea vtens peccet.*
6 *Vtrum subreptitia sit dispensatio innixa dolo & fraude.*
7 *Vtrum si Papa, aut eius delegatus concessam à se dispensationis gratiam committat ordinario, vt verificata narratiua, dispenset, finiatur talis delegatio morte Papæ delegantis.*
8 *Vtrum dispensatio à Papa facta monacho ad testandum expiret morte concedentis re integra.*
9 *Quibus prælatis, siue Ecclesiasticis, siue regularibus respectu suorum subditorum competat de iure communi dispensandi autoritas, tam circa præcepta, quam circa vota, in minutis, & frequenter occurrentibus necessitatibus.*
10 *Vtrum quando prælatus mandat fieri aliquid contra præceptum regulæ censeatur dispensare.*
11 *Vtrum dispensatio sit strictè interpretanda.*

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex sit dispensatio.

REspondeo dicendo, quod dispensator ab eo deriuatur, quod dispensare, id est, distribuere, dispẽdia domus, seu victui distribuendo præest secundum ea, quæ in primo tomo *a* latè dixi mus agendo de Prælatis quoad potestatem ad dispensandum: & secundum Diuum *b* Thomam, Sotum, & Nauarrum, dispensatio est iuris communis relaxatio cum cognitione causæ ab eo, qui habet potestatem ad dispensandum. Dispensationum alia tacita, quando verbi gratia Papa indigno, vel inhabili scienter prouidet, vel inhabilem, vel indignum ad beneficium, officium, vel aliud admittit, seu promouet, quæ tacita dispensatio expressæ æquipollet, & plenè operatur, vt ait quædam Glossa *c* quam sequuntur Innocentius, & Antonius de Butrio, Bartolus, & Imola. Vnde si Papa assumat ad dignitatem homicidam, Apostatam, seu indignum scienter, cum eo dispensare videtur: & hanc opinionem, vt magis communem amplectuntur Iason, *d* & Felinus.

Aduertendum tamen, quod tacita dispensatio Episcoporum, aut aliorum Prælatorum inferiorum parum, aut nihil operatur, vt ait Baldus *e* & Episcopi, cæteri que Prælati nunquam videntur tacitè dispensare, etiam si excommunicatum, aut indignum ad sacros Ordines scienter promoueant, vt etiam sentire videtur Innocentius *f* Ioannes de Anania, Imola, & Antonius de Butrio ponentes differentiã inter modum dispensandi Papæ, & aliorũ Prælatorum inferiorum, nam indispensationibus, quas concedũt Ordinarij Inferiores, requiritur causa, secus in Papa, in quo causa præsumitur, & indispensationibus, & Indulgentijs ab eo emanatis liberalitas est pro causa, vt tradunt Butrius *g* Imola, Felinus, & Præpositus.

Expressa dispensatio dicitur, quando ad sunt verba in supplicatione videlicet, *dispẽsare dignemini*, vel in literis appositum est verbũ, *Dispensamus*, iuxta ea, quæ in sacris Canonibus dicuntur: *h* vel quando apponitur verbum, *Permittimus*, vt ex eisdem sacris Canonibus *i* colligitur.

Et aduertendum, quod dispensationum tria sunt genera. Prima est dispensatio legis secunda hominis: tertia mixta quando scilicet lex concedit, vt homo dispensare possit.

ARTICVLVS. II.

Vtrum sit idem dispensatio, quod priuilegium, declaratio, & Epicheia.

REspondeo dicendo, quod dispensatio à priuilegio differt, & inter alia in hoc differt, Nam priuilegium sine causa

a 1. Tom. 9. b D. Th. 2. 2. q. 99 art. 4. & q. 88. art. 10. Sot. lib. 1 de iust. q. 7. ar. 7. Naua. in prælu. manu. prælud. 9. n. 15.

c Glos. in qui in a. quo dist. q. Inno. Butr. inc. venien. de filijs Presby. Bart. in l. quidã consulebãt in. a notab. vbi Imola ff. de re iudicat. d Iaso. in l. Barbarius nu. 14. ff. de of. Prefe. Felin. in c. præterea col. 2. & seq. de testibus cogẽdis.

e Bald. in addit. ad specul. tit. dispẽsatio. vers. nunquid superior.

f Inno. in c. cũ nuper de offi. deleg. Anania, & Imola in c. significauit de offi. ord. Butri. in proœm. Decre. co. 8.

g Butri. & Imo. co. 13. Fel. in 4. fallent. in c. 1. de cõsti. præpositi. in ca. per venerabilem, quifilij sint legitimi.

h c. at si clerici. §. de adul. de iud: c. de multa in fin. de præben.

i c. literas de filijs Presb. c. vn. de æta. & qualit. li. 6.

causa cõceditur, siuè concedi cõsueuit, dis pẽsatio verò cum causa, qua existẽte falsa dispensatio corruit. Ita Abbas *a* & Decius. Præterea dispẽsatio ad partis petitionẽ cõceditur, non autẽ Priuilegiũ, & ratio est, quia soluere, & relaxare nõ debet superior ius, nisi ex parte petẽte instãte, & supplicante, prout dicitur in Iure *b* & tradit Quintilianus Mandosius.

a Abb. in c. quia circa col. 2. de cõsangui. Decius consil. 681. cũ causa penul. co. b l. 4. §. hoc autem iudicium.

Quomodo autẽ differunt dispẽsatio, & declaratio, ex dicẽdis patebit. Nã declarare est in iure, dispensare vero circa ius, ius enim interpretatur, quisquis illud explicat, vt ostendat apertè, an ius illud id, de quo agitur, includat necne. Lex namq; illa naturalis, *Non occides*, per humanas leges sæpissimè explicatur in hũc modũ, vt cõstet per eã homicidiũ addefensionẽ cõmissum minimè prohiberi. Naturalis enim ratio dictat defensionẽ omnibus esse permissam: dispensat verò circa ius, qui data legis obligatione ab ea priuatim aliquẽ eximit, secundum enim D. Tho. *c* lex ponitur respiciendo ad id quod est, vt in pluribus bonum. Sed quia contingit huiusmodi in aliquo casu non esse bonum, oportuit per aliquẽ determinari in illo particulari casu legem non esse seruãdam, & hoc est autore D. Thoma propriè dispensare in lege. Cuius rei proponitur exemplum in quadam Decretali *d* iuxta ea, quæ tradit D. Thomas *e* Iure enim humano nobiles, & literati duo beneficia curã animarum habentia obtinere prohibentur: at Romanus Põtifex aliquem nobilem, aut literatum ab hac iuris humani prohibitione eximere potest. Ita explicant Turrecremata *f* Almain, Ambrosius Catherinus, Soto, & Couarruuias. Aliud exemplum quotidianum accipiat lector. Nam licet Sacri Canones sæpe sæpius comprehendant in suis decisionibus Regulares, particulari tamẽ priuilegio eximũt Regulares præcipuè Mendicãtes. Vt autẽ possimus penetrare, quæ sit differentia inter dispẽsationem, & epicheiam, aduertendum est, quod epicheia est idem, quod æquitas, quæ est iustitia dulcore misericordiæ temperata pensatis omnibus circunstantijs, cuius officium, seu prius actus est in casibus specialibus discedere â verbis legis generalis seruata tamen legis intentione, attentis omnibus circunstantijs. Itaque epicheia est, qua prætermisso verborum legis rigore præfertur quod recta ratio poscit, & quod legislator in tali casu præeligere debuisset: de his enim, quæ vt plurimum accidunt, feruntur leges pro bono communi, quarum obseruantia in quibusdam casibus, & circunstantijs manifestè bono communi perniciosa foret, quod enim pro certo fine institutum est, non debet contra illum finem militare. Quare ipsum salubriori consilio est pro tũc relinquendũ, alias potius præuaricator legis, quã obseruator esset cẽsendus iuxta regulam iuris, is committit in legem, qui verba legis amplectens, contra legis nititur voluntatem, huiusmodi virtus appellatur epicheia, seu æquitas iuris, de qua intelligitur illud commune dictum, Ipsæ leges cupiunt, vt iure regantur. Exẽpli gratia si lege, vel Iudicis sententia cautum esset gladium depositum restitui hoc vel illo tempore, & quis eum in furia repeteret, tunc locum habet epicheia, eaque in legis, vel sententiæ executione vtendum est, epicheia igitur habet medium inter ius, & inter rigorem ipsius Iuris, vel legis. Nam ius, vel lex est iusta ordinatio generalis ad bonum cõmune, vt ait D. Thom. *g* rigor autem Iuris, vel legis est excessus, siue austeritas Iuris aliquoties ad terrorem scriptus: ideo in foro conscientiæ, & contentioso quilibet etiam iudex æquitatem semper debet habere præ oculis iuxta ea, quæ nos iuris Consulti docuerunt: *h* supra dicta colliguntur ex traditis à Diuo Thoma *i* & Angest. in suis moralibus. Ex dictis colligitur differentia inter dispẽsationem, & epicheiam, quod epicheia est declarare legem in tali casu locum non habere, dispensare verò est quempiam subditorum à lege excipere, concessa illi licentia, & facultate, sine qua legi esset obnoxius. Patet ergo discrimen, quod epicheia non est subditum per licentiam eximere casu, quo teneretur, sed explicare, quod in illo casu non tenebitur, dispensatio autem est licentiam concedere. Quare epicheia non solum prælatis, verum subditis competit, dispensatio verò tantum Prælatis. Ita Soto. *k*

c D. Th. 2. 2 q. 88. ar. 10.

d c. demult. de præben.

e D. Thom. quol. 9. a. 15

f Turrecrema. d Eccles iast. Hierarchijs li. 3. c. 55. Almain. in depotest. Eccles. c. 13. Catheri. cõtra Cae. li 2 fere ad finẽ Sot. li. 1. de iust. q. 7. ar. 3. Couar. de sponsal. ca. 6. §. 9. nu. 2.

g D. Th. 1. 2 q. 90.

h l. quod si ephesi. ff. eo certo loco.

i D. Th. 1. 2 q. 129. ar. 11. Angest. in moral. c. 11.

k So. li. 1. de iust. q. 6. ar. 3. pa. 70. cõlum. 2.

ARTICVLVS III.

Quomodo epicheia sit vtendum.

REspondeo dicẽdo, quod præsens articulus proponitur ad indagandũ, quo-

modo vtendũ ſit virtute epicheia, quæ maximè neceſſaria eſt ad regimẽ Regulariũ, & ad tranquillitatẽ Religioſorũ, qui aliquã do literales tãtum exiſtẽtes maximis ſcrupulis ſuccumbunt, pro quo aliquæ regulæ ſunt cõſtituẽdæ. Prima regula eſt, quod interdurã, & benignã ſententiã, ſeu declaratiõẽ præcepti diuini, & humani benigna interpretatio eſt ſemper facienda, & acceptanda in dubijs cæteris paribus. Hæc ſententia cõmunis eſt, & ratio eſt, quia præcepta Dei, & Eccleſiæ non fiunt, neq; intendunt tollere omnẽ ſpiritualẽ dulcedinem, qualis certè tollitur, quando nimis ſcrupuloſẽ, & timidè præcepta interpretantur, & nota, quod nõ dicimus benignã opinionẽ, ſed benignã declarationem, nam ſecurior opinio tenenda eſt & ſequenda.

Secũda regula eſt, quod neq; Deus, neque Eccleſia intendit ſuis præceptis nos obligare ad vix poſsibile, & nimis difficile in ſe, quia moraliter, & ciuiliter ſecundũ iura impoſsibile eſt, quod vix niſi cum magno detrimẽto fieri poteſt, ad quod nemo regulariter obligatur, alioquin quomodo ſaluabitur illud, *Iugũ meum ſuaue eſt, & onus meũ leue*, neq; Deus eſſet hominebenignior, ſed durior, quod abſit. Alia ratio, & melior eſt, quia piè credẽdũ eſt, neque Deũ in lege gratiæ velle, neq; Eccleſiã imponere nobis iugum vix poſsibile, & difficillimũ, ſaltẽ ſub pœna peccati mortalis, neq; enim Deus, vt homo quærit occaſionẽ ad calũniandũ, cũ Sapientiæ primo capite legatur, *Sẽtite de Deo in bonitate*. Ita Angeſtus *a* in ſuis Moralibus exẽplificãs de motu ſenſualitatis ſubito inſurgente, ad quẽ refrænãdũ eſt tenuiſsima facultas voluntatis, & valde tenuis deliberatio, & modica poſsibilitas, quãuis ſit abſolutè poſsibilis refrænatio aliqua. Similiter exẽplificatur de medio iuſtitiæ, aliarũq; Virtutum, ſcilicet de æqualitate pũctuali, quã ſeruare eſt nimis difficile, & vix poſsibile in omnibus, ideo ad eã nõ tenemur, ſed intra latitudinẽ quãdã groſſo modo æſtimatam ſecũdũ Scotũ, & cõmuniter Doctores ex ſecũdo, & in quarto Ethicorũ hoc probantes. Aduertẽdũ tamẽ eſt maximè circa hãc regulã nequis facile iudicet eſſe maximam difficultatẽ vbi nõ eſt, quia in hoc caſu poteſt quis facile decipi, maximè in ſua cauſa, dũ nõ cõſtat apertè de tali maxima difficultate, propter quod in dubijs ſtet iudicio ſapiẽtium, prout aduertit Doctiſsimus Gerſon *b* qui latè proſequitur hãc regulã.

Aduertendũ eſt etiã, quod aliqua ſunt difficillima, ad quæ iure naturali, & diuino, & humano tenemur etiã cum periculo mortis, & cũ rerum, & honoris iactura, de quibus per doctiſsimũ Soto. *c* Nõ poſſum enim in his immorari, cũ hoc ad meũ inſtituti tũ in hoc articulo non pertineat, & nolo inculcare materias, ſed breuitate propoſitas reſoluere. ¶ Tertia regula eſt, quod neque Deus, neq; Eccleſia intẽdit ſuis præceptis aliquẽ obligare ſic quod ea implendo ſit, vel appareat fatuus, aut quod bona tollatur vrbanitas, aut conuictus honeſtus cũ alijs hominibus, neq; cõſulit nænias, vecvt ſic ſe habeat homo, vt alijs ridiculo ſit, ſaltem apud viros bonos, & diſcretos. Quod patet à ſimili de votis ex diuino præcepto Deo reddẽdis, quæ tamẽ ſi ſtulta ſint, nullus obligatur implere ſecundum Doctores cõmuniter, quia Pſalmo trigeſimo dicitur, *Odiſti obſeruantes vanitatem*, & Eccleſiaſtici quinto, *Diſplicet Deo infidelis, & ſtulta promiſſio*, & omnia mãdata eiũs iuſtitia, & iudiciũ. Hãc opinionẽ tenent Gloſſa, *d* Innocentius, & Syueſt. Et neq; *Deus*, neq; Eccleſia intẽdit aliquẽ obligare ad aliquid çũ ſcãdalo inde probabiliter imminente, aut vnde probabiliter imminet graue malum, ſaltẽ ſpirituale, quia quod propter Charitatẽ fit, & inſtituitur, nõ debet cõtra charitatẽ militare. Sed hic etiã opus eſt magna prudẽtia, nequis decipiatur putãs eſſe probabile, & grãde malũ, & ſcãdalũ, quod nõ eſt, ideò ſecũdũ iudiciũ prudentiumdebet menſurari iſta tertia, & ſecũda regula. Nam ad deponendum licitè, & rationabiliter conſciẽtiã dubiã, & ſcrupulũ opus eſt Doctorũ, & prudẽtiũ, bonorũque virorũ, præſertim ſuperiorũ conſilio, & imperio humilis ſubiectio, vt aiũt Florentinus *e* & Gerſon, vt ſcilicet qui habet conſcientiam inquietam, dubiam, vel ſcrupuloſam deponendam captiuet, & ſubijciat ſuum intellectum non ſolum obedientiæ, & Iudicio ſuperiorum, ſed & ſapiẽtum, & bonorũ virorum, quantumcumque ſibi aliud videatur, & ſic ſecundum conſilium, & ſententiam ipſorum formata conſcientia, quod licitè agit, poteſt licitè agere, idque rectè æſtimari. Et ratio eſt, quia in his, quæ rationabiliter agimus, ſaltem non peccamus illis acquieſcendo, etiã ſi ſic inuincibiliter erre-

§ Angeſt. in moralib. c. 6. & 10.

b Gerſon de vita ſpiritua li. le. 6.

c Sot. de ſecre. mem. 2 q. 2. conc. 6

d Glo, Inno. in ca. nouerit de ſent. exco. Sylu. tit. de elect. 1. quæſt. 4.

e Florent. 1. p. ſum. tit. 3. ca. 10. & 10. Gerſo. 5. p. de remed. contra puſillanim. Alphabet. 69. lite. q. & in tract. de diuerſis Diabo. tẽta. Alph. 70. li. q.

erremus, & operemur, quia excuſamur per ignorantiã inuincibilẽ, & inſuper meremur per humilitatẽ. Nam cum nos nobis metipſis nõ ſufficimus, rationabiliter confugimus ad ſapientes, & eos ſequimur, hic enim eſt ordo Hierarchicus â Deo inſtitutus in Eccleſia, vt Minores illuminentur per ſuperiores, ſicut fit inter Angelos ſecũdũ D. Dionyſium, & Gloſſam ordinariam Gregorij ſuper illud a Iob, *Boues arabant, & aſinæ paſcebãtur iuxta illos*, & ideo in Prouerbijs b dicitur, *Ne innitaris prudẽtiæ tuæ, & ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui*. Et apud Thobiam c dicitur, *Conſilium ſemper à ſapiente perquire*. Vnde doctiſsimus Gerſon d quoddam ſingulare proponit documentũ dicẽs, Credẽ ſapientiorum, & bonorũ iudicio, & contra cõmunes eorũ ſententias non leuiter agere, nec ſibi ſcrupulos anxios, & timidos formare hoc præcipuè neceſſariũ eſt Religioſis reſpectu ſuorũ ſuperiorũ, & ignaris diuinarũ legũ, & iunioribus. Vnde etiã referunt Florẽtinus, e & Gerſon, quod cum quidã diſcipulus B. Bernardi nõ poſſet deponere ſcrupulos ſuos propter quod non audebat accedere ad celebrandum, dixit ei B. Bernardus, *Vade frater, & in fide tua celebra*, obediuit ille ſimpliciter, & omnis eius ſcrupulus perpetuo receſsit.

a Iob 1.

b Prou. 3. & 22.

c Tobiæ 4.

d Gerſon. de vita ſpirituali 3. p. lc. 4.

e Floren. vbi ſu. 2. p ſum. Alphab. 37. lit. 5.

Quod ſiquis ſcrupuloſus dicat vtinam talis eſſet meus Prælatus, qualis erat *D.* Bernardus, crederẽ faciliter imperanti, acquieſcerẽ cõſuleti. Nunc autẽ cũ mei ſuperioris paruã cõſcientiã cõſpicio, nõ audeo meã cõſcientiã ſuæ fidei cõmittere. Huic obiectioni reſpõdit Gerſon, Quiſquis ita dicis, & ſapis, erras, & deſipis, debes enim illi obedire, nõ vt homini, ſed vt Deo iubenti, cuius vices ipſe gerit iuxta illud Lucæ f *Qui vos audit, me audit*, quod intellige, dum modo Prælatus non iubeat contra Deum, & hoc probabiliter conſtet.

f Lucæ 10.

Quarta regula eſt, quod in dubijs vita, ſenſui q; cõmunis virorũ bonorũ ſumi debet in exẽplũ, & regulã viuẽdi, quia præſumũtur habere rectũ iudiciũ, ſicut habẽt rectũ affectũ, & ad hoc facit D. Hieronymus g ad Ruſticum, & quæ Ariſtoteles Princeps Philoſophorum tradit.

g 16. q. 1. cã. ſic viue. Ariſt. 1. Ethic.

Quinta regula eſt, quod in his, quę ſunt mala, quia prohibita, iure tantum humano excuſat conſuetudo præſcripta, aut legitima, quia tollit legem, & etiam eſt legum interpres, prout iam diximus latius in primo tomo. b

h 1. to. q. 11.

Sexta regula eſt, quod in quolibet caſu prætermittẽs facere, quod lex imponit, ex cuſari poteſt â peccato ſaltẽ mortali, quanuis non ſemper â veniali, ſi hoc facit bono animo virtute Epicheiæ ſine contẽptu, ratione alicuius periculi, aut neceſsitatis, ſeu circũſtãtiæ cõſideratæ putans ſe nõ peccare mortaliter, paratus nullo modo facere, ſi putare eſſe mortale. Ita Florentinus i & Sylueſt. & Caiet. quæ regula eſt valde notanda, quia rationabilis, pia, & fructuoſa timoratis.

i Florent. & Syl. vbi ſu. Caie. inſumma tit. ieiuniũ & titu. cõtẽt⁹, & ti. præceptum & tit. detractio.

Notandæ etiam ſunt regulæ ſuprapoſitæ, quas quia notabiles in materia diſpenſationum ſub titulo quæſtionis de diſpenſationibus collocaui.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Prælati debeant concedere facile diſpenſationes.

REſpõdeo dicendo, hoc eſſe notiſsimũ quod non poſſunt Prælati in legibus diſpẽſare ſine iuſta cauſa id poſtulante. Si enim non licet Papæ leges Eccleſię ſine rationabili cauſa omnino derogare, ergo neq; ita paſsim ſine cauſa in eis diſpẽſare. Probatur noſtrũ intẽtum dupliciter. Primo ex quadam regula iuris, qua dicitur, cũ quid vna via prohibetur, id alia non admittitur, idẽ autẽ ſequitur effectus ex tali diſpenſatione, qui ex legis derogatione, vt cõſtat, quia ſi paſsim cũ omnibus petentibus diſpẽſaretur, iã nullus eſſet legis effectus, & iã fruſtra lex eſſet lata. Quid enim prodeſt prohibuiſſe Bigamos â ſacerdotio, & homicidas, ſi omnes illi, qui volunt, per diſpenſationẽ promouẽtur, & habiles fiũt, lex enim lata eſt, nõ vt ſine licẽtia nõ fieret, ſed vt ita nõ fieret. Nã & legũ natura eſt, vt regulariter, & in plurimũ lex obſeruetur: diſpenſatio autẽ raro, & in cauſis particularibus, & ex iuſta cauſa fiat. Eſt enim diſpenſatio, quaſi quædã legis interpretatio, & relaxatio in caſibus, quos Legiſlator præuidere non potuit. Vnde conſtat peruerſam eſſe licentiam earum diſpenſationum, per quas oppoſitum fit, vt videlicet lex raro ſeruetur, diſpenſatio

vero ſine rationabili cauſa regulariter, vt plurimũ fit ad libitum. Ita D. Thom. [a] Panormitanus, Sylueſter, & Victoria, & Doctores cõmuniter, qui Victoria addit, quod aliqua lex poſſet eſſe in Eccleſia, & forte nũc eſt, & aliquæ ſunt purè humanæ in quibus expediret, vt nunquã diſpenſare tur, quia ſunt tam neceſſariæ ad Chriſtianæ Religionis obſeruantiam, quod ſi aliquando diſpenſatio videatur rationabilis circa aliquẽ, multo tamen vtilior eſſet Eccleſiæ eius legis inuiolabilis obſeruatio, quàm vt aperiatur ianua ad tot diſpenſationes. Et hac de cauſa Gerſon, & aliqui grauiſsimi Doctores laudant ſtatutũ Carthuſienſiũ, qui in ſua carnĩũ abſtinẽtia nullam permittunt diſpenſationem, non obſtante quacunque neceſsitate, aut periculo mortis, nempè, nẽ, ſi ſemel inciperet diſpenſari, latius ſe extenderet diſpenſatio, quam legis obſeruatio. Similiter dicendũ eſt in aliquibus legibus Eccleſiaſticis, & Regularibus, in quibus ſanctius eſſet nunquam diſpenſare, quam illarum rigorẽ flectere per diſpenſationem etiam ex rationabili cauſa faciendam. Nam minus malũ eſſet detrimẽto particulari aliquando prouenies etiã in vita hominis ex rigoroſa legis obſeruantia ſine vlla diſpenſatione, quã per diſpenſationem viam aperire ad infirmandas leges valde neceſſarias ad religionis conſeruationem.

[a] D.Th.1.2 q.96.art.5. Pano.in cã. nõ debet de conſang.& affi. Sylu-ti. Papa caſu 10. Victor. de poteſta. Eccleſ.propoſ.7. & 8.

Per hoc tamẽ non negamus aliquem caſum forte poſſe cõtingere, vel ſemel in mille annis quãdo videlicet magnũ ſcãdalum ſequeretur, niſi fieret diſpenſatio, tũc enim merito poſſet diſpẽſari, dũ modo hoc eſſet lege cautũ, ne id de cætero arbitrio relinqueretur humano, ſemper enim in quocũque caſu præferendum eſt bonũ commune priuato, id quod in diſpenſando maxime attendendũ eſt, minus quoque malum priuatum maiori communi poſtponendũ cenſet D. Thomas [b] & communiter Doctores cum eo. Quæ omnia notanda ſunt à Regularibus, â quibus multa ſalubriter ordinãtur, in quibus ſi facile diſpẽſant, Regularis obſeruãtia claudicabit. Qui debent conſiderare, quod licet aliquis caſus particularis poſtulet diſpenſationẽ adeõ vt videatur irrationabile in eo non diſpenſare, oportet in eo talem diſpenſationem minime concedi propter bonũ commune Religionis, quod præferendum eſt, ne relaxationi cancellus aliquis aperiatur, quo aperte religionis obſeruantia in dies patitur detrimentum.

[b] D.Th.1.2 q.97.ar.1.q. 100.ar.8.& 2.2.q.88.artic.12.

ARTICVLVS V.

Virum petens diſpenſationem ſine cauſa, & ea vtens peccet.

REſpondeo dicendo, quod nõ ſolum peccat cõcedens diſpenſationem ſine cauſa, ſed etiam ea vtẽs, & impetrans. Probatur, non ſolum enim conſentit, ſed etiam cooperatur peccato concedentis, imo & eſt cauſa iniuſtæ diſpenſationis, contra id, quod dicitur ad Romanos: [c] Item probatur, quia alijs iniuriam facit, dũ per talem diſpenſationem ſe eximit â lege ſine cauſa iuſta, ſicut ſi Rex exigens tributum â ciuitatibus non ſolum ipſe peccaret, ſi eximeret aliquos ſine cauſa, ſed etiam ipſi exempti partem oneris non ſubeuntes. Vnde quod Panormitanus [d] & alij Doctores, dicunt, quod ſcilicet diſpenſatus in iure humano etiam ſine cauſa eſt tutus in conſcientia, ſolum eſt verum adhuc ſenſum, quod ſcilicet factum puta matrimonium in gradu prohibito celebratum per illam diſpenſationem tenet, & quod non peccat contra illam legem, à qua per diſpenſationem liberatus, vel exemptus eſt, cum quo ſtat, quod peccat contra aliud ius diuinum, aut naturale, & etiam vtens tali diſpenſatione, vt dictum eſt.

[c] Ad Rom.1.

[d] Panor. & alij in c.nõ eſt de voto.

Sed quis eorum grauius peccet, dubitatur? Ad quod dico, quod ſecundum grauitatem ſcandali, aliorumque malorum, quæ inde ſequuntur, iudicandum erit, regulariter tamen grauius peccat concedens. Et aduertendum quod cum communiter loquendo diſpenſationes in Religione non fiant in præiudicium tertij, cum fiant ad non ieiunandum, ad non ſequendum totũ chorum, & ad alia, ad comedẽdum carnes in tempore prohibito ſecundum conſtitutiones Religionum, venialiter tantũ peccãbũt ipſi diſpenſati, niſi ſcandalũ faceret illud mortale. Dixi, ſecũdum Conſtitutiones Regulares, nã diſpẽſatio facta ab inferioribus â Papa ſine cauſa in ieiunijs, & abſtinẽtijs ab Eccleſia præceptis irrita eſt, & inanis cũ omnibus ſupradictis Cõcordant

Caie-

a Caiet. 2.2 q. 97. art. 4. Victoria de poteſtate Eccleſiæ propo. 15. Nau. in ſumma. c. 23. n. 42. & ca. 12. n. 76. Sot. 1. li. de iuſt. q. & ar. vltim. Turrecr. in Decre. diſt. 11. c. conſequẽs. & diſ. 89. q. 4. ca. domui.

b Glo. in c. non eſt de vot. Caie. in ſum. v. diſpẽſare Na. c. 12. nu. 76. Cou. in 4. 2 par. §. 9. Soto li. 1. de iuſti. q. 1. arti. vlti.

Caietanus, a Victoria, Nauarrus, Soto, & Turrecremata. Aduertẽdũ tamẽ, quod attento quod aliqui Religioſi obligantur ad præcepta Regulæ ratione voti, quod in profeſsione emiſerunt, de quibus, vt alii qui putant, ſunt Fratres Minores, ideo diſpenſatio ſuper regulæ præceptis debet regulari ſecundũ diſpenſationem votorum, prout tenet Gloſſa b quædã, & eſt opinio Caietani, Nauarri, Couarruuias, & Soto. Vnde cũ Papa nõ poſsit diſpẽſare ad libitũ in votis ſine aliqua cauſa id poſtulante, nõ ſunt ſecuri Fratres Minores, & alij Religioſi, qui vtũtur diſpenſationibus in Regulæ præceptis, & ab ipſis voto acceptatis ſine iuſta cauſa impetratis. Quod eſt ſummè notandũ, ne aliqui â Sede Apoſtolica Bulleta conſequantur, quibus ab obſeruatione præceptorũ Regulæ eximantur, qui ſi ſine iuſta cauſa ea ſunt conſecuti, in conſcientia minimè ſunt ſecuri: nec iuſta cauſa ad diſpenſandũ eſt eorum relaxatio, cum difficultas procedens ex habitu vitioſo ipſius diſpenſati, non ſit iuſta cauſa ad diſpenſandum, prout iam in primo tomo dictum eſt.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ſubreptitia ſit diſpenſatio innixa dolo, & fraude.

REſpondeo dicendo, quod cum nemo debeat ex ſua iniquitate commodum reportare iuxta ea, quæ Ius c Canonicum, & Ciuile nos docet, non debet fraudulosus gratiã obtinere ex ſuo dolo, infertur, quod diſpenſatio Papæ, per quam ſua Sanctitas Religioſum Ordinis Mendicantiũ, vel alterius Ordinis trãsfert ad Canonicos Regulares, eo quod habitu ſui Ordinis omiſſo Apoſtata factus incedebat ſubreptitia, & penitus inutilis eſt, ſi habitum ille ſuũ in hunc finẽ tantum omiſit, vt per hoc Papæ moueret clementiã, & hãc fraudẽ minimè dixerit argumento aliquorum Iurium d & eorum, quæ ibi notãtur, ſupra dicta corroborantur: pro quo facit ſingulare dictũ D. Auguſt. e ad Aurelium. Non eſt danda via ſeruis Domini, vt facilius putent eligi ad aliquid melius, ſi fuerint deteriores: & ſic in Concilio Tridentino f ſtatuitur, ne diſpenſetur in matrimonio ſciẽter cõtracto in gradu prohibito, ſi contrahẽtes illud cõſummare auſi ſunt. Quod ea, vt credo, ratione fuit ſtatutum, quia multi matrimoniũ cõſummabãt, quo facilius cũ eis diſpenſaretur. Vnde huiuſmodi diſpẽſationes cũ dolo impetratæ in foro cõſcientiæ inutiles erunt, in foro vero exteriori inutiles etiã erũt, quatenus fraus, & dolus in iudicio poteſt probari, ſiquidem homines de nõ exiſtentibus, & de nõ apparentibus idẽ iudicamus iuxta tradita in Iure. g

c c. 1. depoſ. Prælat. l. ita quefullo ff. de furtis.

d c. poſtulaſti. §. de reſcrip.

e c. lege 16. q. 1.

f Con. Tri. ſeſ. 24. de refor. c. 5

Pro maiori autẽ ſupradictorum explicatione nota quãcumque expreſsionem falſi mouẽtis Principẽ ad gratiã concedẽdã nocere, nõ autẽ quãlibet taciturnitatem veri idẽ faciẽtis, ſed ſolũ eã, qua tacetur verum, quod iura iubent exprimi ſecundum Rotæ h deciſionẽ in nouellis, & Bellamera, & Felinũ, & Nauarrũ, qui in cõfirmationem ſententiæ ſupra appoſitæ de Monacho loquẽtis dicit, quod ſciẽs Principẽ cõcedere aliquã gratiã, in remediũ neceſſarium obuiandi alicui delicto admittit illud, vt illam impetret, & petit eam, quia cõtingit eũ ſic delinquere non facta mentione finis, cur deliquit, nõ ſolũ videtur tacere verum, ſed etiam æquipollenter exprimere falſum, ſcilicet quod non deliquit eo animo, vt ei fieret illa gratia. Qua de re ait Nauarrus, *poſuimus exemplum in capitulo, ſi quando de reſcriptis, exceptione quarta de Monacho monitò à Banchario, quod Papa non concederet ei gratiam ad regulam laxiorem, niſi nouerit eum habitu omiſſo apoſtatare, qui dimiſſo eo vno, vel altero die ſe repræſentat Banchario, qui informet Papam de eius Apoſtaſia, vt moueatur ad concedendum ei illam gratiam, is enim licet expreſſe non exprimat falſum, tacitè tamẽ ſic ſubindicando quod non dimiſit habitum, vt impetraret illam, ſed ob alias cauſas, quibus multi temere dimittunt.* Hæc Nauarrus.

g l. duoſuũ Titij ff. de teſt. in c. ſacerdos de offi. ordin.

h Rot. deci. 32. de reſcri. Bellam. deciſ. 698. Felin. in c. Poſtulaſti. col. 4. de reſcri. Nau. in cã. 12. n. 86.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ſi Papa, aut eius Delegatus conceſſam à ſe diſpenſationis gratiam committat Ordinario, vt verificata narratiua diſpenſet, finiatur talis delegatio morte Papæ concedentis.

REſpondeo dicendo, ſæpe ſæpius contingere, prout fieri iubet Concilium Tri-

a Cõc. Tri. ſeſ. 22. de reform. c. 5. Tridentinum *a* quod Papa, aut eius Delegatus conceſſam â ſe diſpenſationis gratiam committat Ordinario, vt verificata narratiua diſpenſet. Quod etiam contingit in Religionibus, cum Fratres, & Moniales multas â Papa, vel â Nuntio Apoſtolico diſpenſationes obtineant, quarum narratiuas committunt Prælatis Regularibus, quibus verificatis dicitur, quod diſpenſet, vt comedant carnes, vt Monaſteria egrediantur, &c. Quæ diſpenſationes morte Papæ, & Nuntij Apoſtolici minimè expirant, prout tenent Maiolus *b* Tabien, Armilla, & Antonius Gabriel & Sylueſt. Qui omnes citãtes Federicũ intelligũt, quãuis dicti Prælati nõdũ diſpenſauerint, aut necdum gratiã acceperint, quia ea diſpẽſatio, quãtum eſt ex parte Papæ, & Nũtij Apoſtolici, iã plenè facta eſt in gratiam, & fauorẽ petentis, Prælatis verò potius mandatur executio gratiæ iam factæ huic priuato, quam delegata commiſsio, & ſic Prælatis non committitur ſubſtantia cauſæ, & an expediat, quaſi iudici delegato, ſed an extet quędam facta præteriti conditio, qua extante iniuſti eſſent Prælati, ſi nõ diſpenſarent, executio vero gratiæ iam factæ non expirat morte cõcedentis iuxta tradita â *c* Couarruuia, Hieronymo, Paulo, & Mandoſio. Neque obſtat quædã *Decretalis d* nam reſpondetur, quod ibi ea gratia fuit facta, ſi in vita eiuſdẽ Papæ vacaret Præbenda in communi, quam ipſe Iure ordinario poterat cõferre. At in proꝑoſito hæc ſingularis diſpenſationis gratia iam â Papa facta eſt, & huic priuato, & hoc eſt tenendum.

b Malol. li. 5 de irreg. ca. 51. n. 6. Tabien. v. gratia §. 5. Armill. §. 2. Gabriel tom. 3 tit. de præbẽ cõ. 1. §. 35. Sylue. v. gratia §. 2.

c Couar. in pract. qq. c. 11. n. 2. col. 3. Paul. in pra. Cãcell. fol. 37. verſ. 2. Mando. ti. de diſpenſa tione nn. 4. d c. ſicut de præben li. 6

d c. ſi ſuper gratiade oſſi. & poteſt iudi. deleg. li. 6. c. ſi gratioſe de reſcri. lib. 6.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum diſpenſatio á Papa facta a Monacho ad teſtandum expiret morte concedentis re integra.

REſpondeo dicendo, quod hæc difficultas reſoluitur â Doctoribus ponẽtibus exẽplũ in Epiſcopo, cui ſimilis licentia conceditur, vtrum ſcilicet expiret talis licentia, & diſpẽſatione integra morte ipſius Papæ: & reſpõdẽt, quod non, quod ex aliquibus *Iuribus e* probant, quæ iura loquũtur de diſpenſatione facta in fauorẽ Epiſcopi contra Ius cõmune, & nihilominus expirat re integra morte concedentis, quando fuit facta ſub nomine dignitatis, vel ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ. Quod eſt tenẽdũ, licẽt contrarium teneat Soccinus Iunior *f* cõtra quẽ faciũt ea, quæ in propoſito cumulat Nauarr. optime multis defendẽs, quod licẽtia eligendi Cõfeſſorem ſiue à Papa, ſiue ab Epiſcopo, ſiue â Parocho, ſiue à quolibet alio Ordinario, qui eam concedere poteſt, cõceſſa nõ finitur morte concedentis. Aliud eſt enim iudicium de mandato de faciendo aliquid, aliud de gratia, vel facultate cuipiam facta. Et contra Soccinum facit, quod cum Archidiacono, & Ioanne Andrea tradunt Alexãder, g & Decius, ſcilicet quod gratia Papæ antequam fiat Scriptura, aut Bulla de ea non expirat, licet Papa moriatur, & tamen certum eſt, quod tunc res eſt integra. Neque enim debet quis vti facultate ad teſtandum, antequam imbulletur. Opinionem Archidiaconi refert, & ſequitur Rota *h* eſtque communis opinio, vt profitetur Molina eam eſſe veram, & procedere intelligens quando gratia quid perfectum continet: ſecus autem quando datur ad aliquid faciendum, tunc enim morte concedentis literis non expeditis expirat ſecundum alios, quos ipſe refert. Quare licet facultas Papæ conceſſa Epiſcopo ad teſtandũ, eo quod cõtinet quid faciendum literis non expeditis morte concedentis expiret, ipſis tamen confectis minimè expirabit. Vlterius contra Soccinum facit, quod tradit Rota *i* in antiquis, ſcilicet quod gratia facta Epiſcopo in præiudicium concedentis non eſt ambitioſa, ſed eſt extendenda, quo fit vt facultas hæc teſtandi cum reſpectu Summi Pontificis eam concedentis ſit gratia, & in ipſius tantum præiudicium, quia ad ſe pertinent bona Epiſcoporum defunctorum, quæ appellantur ſpolia, non ſit odioſa, ſed benigna, & fauorabilis argumento cuiuſdam legis, k ideo eſt extendenda, & amplianda. Sed hæc ratio minimè facit pro nobis, ſi loquamur de Monacho, cui conceſſa eſt facultas teſtandi, licèt enim Summus Pontifex ſit omnium bonorum Eccleſiaſticorum, & Regularium legitimus diſpenſator, cum dictorum bonorum dominium ad Eccleſiam pertineat Romanã, vt infra tertio tomo in quæſtio-

f Soccin. Iunior cõſ. 9 n. 34. libr. 1. Naua. in ca. Placuit de pœnit. diſt. 6. num. 161.

g Alex. cõſ. 107. n. 4. volu. 7. Deci. conſi. 407. nu. 17.

h Rota in antiquis de reſcri. dec. 87. n. 1. & 2 Molina. de primog. Hiſpa. li 2. c. 7 num. 63.

i Rota decis. 33. ti. 13. f. 47

K l. beneficiũ ff. de cõſtit. Princi.

ne de paupertate dicemus: at iam hæc bona regularium à ſede Apoſtolica ſunt monaſterijs applicata, cum quidquid acquirit monachus, acquirat monaſterio *a* & ſic ipſum monaſterium iam habet ius quæſitũ cui fit præiudicium per dictam licentiam teſtandi. Vnde vt defendamus hanc partẽ contra Socinum, ad alias rationes ſupra poſitas recurrere oportet.

a c.cum ad monaſteriũ de ſtatu monacho.

Nec ſupradictis obſtat, quod hæc facultas, & licentia teſtandi videatur mandatũ, & per cõſequens reintegra morte mandãtis expiret. Nam reſpondetur, quod non eſt mandatum, neque reſcriptum ad lites, ſed gratia facta, & facultas conceſſa monacho. Ita reſpondet Sarmiento *b* & Nauarrus contra Socinum diſputantes.

b Sarm. de reddit. Eccl. 4. p. c. 3. n. 2 fo. 210. Naua. de reddit. eccl. q. 3. monitione 8. fo. 388.

Ex hoc infertur, iubileũ literis Apoſtolicis expeditum durare, etiam ſi antequam publicetur, Papa ipſum concedens moriatur, cum ſit gratia facta populo Chriſtiano & gratia facta morte concedentis minimè expirat.

ARTICVLVS IX.

Quibus prælatis, ſiue Eccleſiaſticis, ſiue regularibus reſpectu ſuorũ ſubditorum competat de iure communi diſpẽſandi autoritas, tam circa præcepta, quam circa vota in minutis, & frequenter occurrẽtibus neceſsitatibus.

REſpõdeo dicẽdo, quod in huiuſmodi neceſsitatibus non oportet Papã adire pro diſpẽſatione, imo nec Epiſcopum, vbi commode haberi nõ poteſt, ſed in his caſibus ex iuſta cauſa curatus, & regularium prælati inferiores vt ſunt conuentuum Priores, & Guardiani diſpenſare valent. Hæc facultas non eſt alicuius Romani Pontificis particularis conceſsio, ſed eis competit de iure communi iuſta ad id cauſa intercedente prout docet D. Thomas. *c*

c D. Th. 1. 2 q. 97. ar. 7. d D. Th. 2. 2 q. 88. art. 10. Sot. li. 7. de iuſt. q. 4. ar. 1

Sed dices, quod quanquam hoc ſit verũ in præceptis legis Eccleſiaſticę, ſecus tamẽ videtur dicẽdum in votis, cum vota ius diuinum concernant. At reſpondetur, quod D. Thomas *d* & Soto inquiunt diſpenſationem voti intelligendam eſſe ad modum diſpenſationis legis, lex enim reſpicit, ad quod in pluribus bonũ eſt: ſed quia contingit in aliquo caſu hoc non eſſe bonum, oportuit per ſuperiorem determinari legem non eſſe ſeruandam in illo caſu particulari, & hoc proprie eſt diſpenſare in lege: ſimili modo, qui vouet, quodam modo ſibi ſtatuit legem, qua obligatur ad aliquid quod eſt ſecundum ſe, & vt in pluribus bonum: poteſt tamen cõtingere, quod in aliquo caſu ſit vel ſimpliciter malũ, vel inutile, vel maioris boni impeditiuũ, quod eſt contra conditionem eius, quod cadit ſub voto, & ideo neceſſe eſt, quod determinetur votum in tali caſu non eſſe ſeruãdũ & tunc eſt diſpenſatio voti, quæ conſiſtit in poteſtate Eccleſiæ: & ita ait D. Thomas *e* quod inferiores prælati poſſunt diſpenſare in votis, quæ communiter fiunt, & frequenti indigent diſpenſatione, ſicut ſunt vota peregrinationum, ieiuniorum, & aliorũ huiuſmodi. Vota verò maiora puta continentiæ, peregrinationis terræ ſanctæ Sũmo Pontifici reſeruãtur. Hęc D. Thomas & id ipſum tenet Soto, *f* & tradit poſt alios Nauarrus. Et quidem nullum ſcio iuris Canonici Decretum hanc ſententiam expreſſe probans, arbitror tamen eam eſſe veram ex præſumpta Summi Pontificis voluntate, quæ rationabiliter præſumitur eo quod hæ neceſsitates ſunt minutæ, & iugũ Domini ſuaue eſt, & onus leue.

e D. Th. 2. 2 q. 88. art. 12. ad. 3.

f Sot. lib. 7. de iuſt. q. 4. ar. 3. Nau. in man. ca. 21. n. 21. & 22.

ARTICVLVS X.

Vtrum quando prælatus mandat fieri aliquid contra præceptum regulæ cenſeatur diſpenſare.

REſpondeo dicendo, quod articulus quæſtionis debet intelligi de prælato potente diſpẽſare, de alijs autem prælatis, qui nullam ad id habent facultatem minime venit amplianda.

Pro cuius reſolutione aduerte, quod Caietanus *g* ipſam proponit, & doctè ſuo more reſoluit dicẽs, quod ſi prælatus expreſſe non diſpẽſat aliqua iuſta cauſa eum mouente non eſt obligatus ei obedire ſubditus, nõ enim tenentur ſubditi obedire prælatis, niſi in his, quæ ſunt ſecundum regulã

g Caie. 2. 2. q. 104. art. 5. ad 3.

non autem in his, quæ contra regulam ſunt imo neque in his, quæ ſunt ſupra regulam, quæ explicite, aut implicite non reducuntur ad obſeruantiam regularem minime tenentur obedientiam præſtare. At ſi prælatus expreſſe diſpenſat in regulę prȩcepto tenetur tunc ſubditus ei obedire. Punctus autem difficultatis conſiſtit, quid teneatur facere ſubditus, quando prælatus aliquid concedit, quod ſine tranſgreſsione præcepti minime fieri poteſt, vtrum in eo caſu cenſeatur diſpenſare? Reſpondetur, quod ſi ſubditus videt iuſtam adeſſe cauſam ad diſpenſandum, præſumere poteſt prælatum in eo caſu diſpenſare, ſiquidem non debet præſumi ipſum contra animam ſuam aliquid præcipere argumento cuiuſdam legis *a* & notat Angelus. At ſi ſubditus clare videt nullam ad diſpenſandum cauſam adeſſe, tenetur aduertere prælati præceptum ipſi impoſitum eſſe contra regulam, & minime executioni poſſe mandari niſi iuſta interueniente cauſa diſpenſet.

a l. 2. ff. de iuriſd. omni. iudi. Angel. ver. diſpẽſatio §. in 2 b ca. 2. de. filijs presb. li. 6. Innoc. in ca. dudũ de elect. n. 18. Iaſ. in l. ſi. ita ſcriptum n. 8. deliber. & poſth. & In l. re coniũcti n. 178. de legat. 3.

ARTICVLVS XI.

Vtrum diſpenſatio ſit ſtricte interpretanda.

REſpondeo dicendo, quod diſpenſatio contra ius commune eſt ſtrictiſsimè interpretanda, prout argumento aliquorum iurium *b* reſoluunt Innocentius, Ioannes Andreas, Antonius de Butrio, Panormitanus, & Imola, & alij quos refert, & ſequitur Iaſon: non tamen ita ſtricte interpretanda eſt, vt â proprietate ſermonis ſit recedendum ſecundum Calderinum *c* & Decium, & late interpretatur, cum habet expreſſam ipſa diſpenſatio extenſionem ipſa ratio poſtulãs, prout tradit Decius *d* & Minandus. Et etiam late interpretatur quando eſt gratioſa, prout tradunt Decius *e* & Minandus. Pariter etiam late interpretatur, cum eſt in corpore iuris incluſa iuxta Decium *f* & Felinum. Denique non interpretatur ſtricte, vt non veniant expreſſa etiam tacita, item & acceſſoria, quæ ex præcedentibus, & ſubſequentibus colliguntur iuxta Pariſium *g* & quando qualitas perſonæ ſuaderet talem interpretationem & quando aliter conſtaret de mente concedentis.

b Calder. cõſi. 1. de affini. & cõſan. Dec. in ſane n. 12. de priuil.

c Dec. in c. At ſi clerici §. de adul. de iudic. n. 88. Minand. in conſt. in aliquibus. 3. n. 62.

d Dec. vbiſ. nu. 91. 95. & 97. Minãd. vbi ſu. n. 61.

e Dec. vbi ſu. Feli. in c. poſtulaſti. ã n. 9. de reſcrip.

f Pariſ. cõſ. 7. n. 23. lib. 2

QVAESTIO XLVII.

De regularibus quo ad donandi poteſtatem in decem & ſex articulos diuiſa.

¶ Circa quam quæſtionem ſex decim quæruntur.

1 *Quid ſit donatio.*
2 *Vtrum donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta alicui monaſterio valeat.*
3 *Vtrum religioſi poſsint aliquid donare.*
4 *Vtrum fratres Minores poſsint donationes extra ordinem & intra ordinem facere.*
5 *Vtrum oblata in altari ante ingreſſum monaſterij cenſeantur monaſterio donata.*
6 *Vtrum vaſa argentea donata ante mortem monaſterio ab aliquo Canonico poſsint repeti ab Eccleſia.*
7 *Vtrum data ad negotiandum ab aliquo priori regulari poſsint quo ad argumentum a donatario retineri.*
8 *Vtrum valeat donatio facta Nouitio ante ingreſsum religionis.*
9 *Vtrum præfata donatio valeat iurata.*
10 *Vtrum dictum decretum Concilij habeat locum in donationibus cauſa mortis.*
11 *Vtrum nouitij facta profeſsione irrita exiſtente ſit etiam irrita ipſa donatio.*
12 *Vtrum donatio nouitij morte ipſius ante profeſsionem accedente reuocetur.*
13 *Vtrum renunciatio facta à nouitio poſt decimum ſextum ætatis ſuæ annum valeat etiam ſi non fiat cum forma prædicti decreti.*
14 *Vtrum dicta donatio poſsit fieri à nouitio, ſine licentia Epiſcopi cum licentia ſolum ſuperioris.*
15 *Vtrum moniales poſsint dare aliquid ſæcularibus cum cenſu certæ annuæ quantitatis ſibi ſoluendæ in vita ſua.*

16 *Vtrum*

16 Vtrũ decretũ Cõcilij Tridẽtini quã tũ ad donationes nouitiorũ habeat locum in nouitijs ſocietatis Ieſu.

ARTICVLVS I.

Quid ſit donatio.

REſpõdeo dicẽdo, quod donatio ſimpliciter, & abſolute ſecũdũ Magiſtrũ Sententiarũ, *a* D. Thomã, eſt datio libera lis ſiuẽ irredibilis, id eſt recõpenſationẽ non intendens, vel eſt rei licitæ nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio prout tradunt Doctores & eſt duplex, ſcilicet inter viuos, & cauſa mortis. Donatio inter viuos eſt, quando rem, quã dono, malo habere eum, cui dono, quãm me, vt colligitur ex iure *c* ſicut donatio cauſa mortis eſt, quando rem, quam dono, malo me habere quam illum, cui dono, ſed magis illum, quam hæredem, vt in eodem iure notatur, & donatio inter viuos eſt irreuocabilis, donatio vero cauſa mortis reuocabilis eſt.

a Magiſter, & D. Tho. in 2. d. 18. arti. 2.

b l. donari. ff. de donat.

c l. 1. in princi. ff. de donat,

In d. l. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum donatio omnium bonorũ præſentium, & futurorum facta alicui Monaſterio valeat.

REſpondeo dicẽdo, quod donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non valet, prout tradit Molina, *d* at donatio omnium bonorum preſentium, & futurorum facta Eccleſiæ, vel pio loco valet, & tenet fauore ipſius Eccleſiæ, & pij loci. Ita tenet Bartolus *e* hanc opinionem dicunt communem Purpuratus, & Antonius Gomez alios allegans. Dicũt etiam communẽ plures alios allegans Dueñas *f* & Couarruuias eam ſequens dicens. Non de eſt, qui ab hac celeberrima omniũ aſſertione diſcedat. At Decius *g* affirmat ab ea non eſſe recedendum, & idem affirmat in donatione facta hoſpitali. Eandem opinionem dicit communem plures allegans pro & contra late examinans, & eam ſequens Tiraquellus *h* in priuilegijs cauſæ piæ, vbi eam intelligit, quando donationis effectus principaliter dirigitur in piam cauſam, quia ſit Eccleſiæ, vel piæ cauſæ. Secus è conuerſo ſi quis donauit Titio omnia bona ſua præſentia, & futura cum onere, vt teneatur facere eleemoſynas monaſterio, quia tunc non valet ſecũdum Panormitanum *i* quem ſequitur Gutierrez dicens, quod ſupradicta opinio non reuocatur per legem Tauri *K* qua ſtatuitur, quod donatio omnium bonorũ præſentium, & futurorum non valet, quia lex nõ potuit infringere, nec tollere libertatem Eccleſiaſticam, ſubdit tamen Antonius Gomez *l* quem ſequitur A Erarium communium opinionum, quod in hoc caſu pia cauſa tenebitur alere donat. tem, Et idem dicit Abbas *m* optime probans communem ſupra dictam autoritatibus ſacræ Scripturæ, & late agit, an hoc caſu monaſterium teneatur ad debita donatoris, & reſoluit quod ſic.

d Molin. de primog. Hiſpan. li. 2. c. 10. per totũ e Bar. in l. fi. num 13. C. de poſt. vbipur pur. n. 242. Ant. Gom. in l. 69. Tauri n. 6.

f Dueñ. reg. 219. limit. 2 Cou. in rub. de teſt. n. 6. 2. p. fol. 1.

g Dec. cõſ. 468. n. 3. & 4.

h Tiraq. priuil. 100.

i Pano. cõſ. 48. col. fi. li. 2. Guti. 1. p. de iur. confir. c. 11. n. 7. K l. 9. Tauri l. 8. ti. 10. li. 5 nou. recop. l Ant. Gom. vbi ſu. Ærarii cõm. opin. li. D. n. 167.

m Abb. cõſi. 102. n. 2. col. 2. vol. 2.

ARTICVLVS. III.

Vtrum religioſi poſſint aliquid donare.

REſpondeo dicẽdo, quod anno Dñi milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo nono, decimo tertio Kalẽdas Iulij Sãctiſsimus Dominus noſter Papa Clemẽs Octauus quandam edidit conſtitutionem, prohibendo regularibus vtriuſque ſexus munerum largitionem, cuius literam in hoc tomo non refero, quia eãnolo ex profeſſo declarare, ſolum tamen quædam pro aliquibus fratribus ſcrupuloſis in medium adducere operæ pretium eſſe duxi. Primo igitur eſt aduertendum, quod in dicta conſtitutione ſolum prohibẽtur donationes gratioſæ, ad quas faciendas nulla quis neque antidotali obligatione tenetur, & ſic nõ prohibẽtur in ea donationes remuneratoriæ, donatio enim remuneratoria videtur eſſe merces laboris eximij, & non liberalis conceſsio iuxta aliqua iura *n* vbi notatur quod ingratitudo meritorum cum demeritis compenſatur, prout in ſimili notant Bartolus, & Abbas. *o* Et tantæ potentiæ eſt remunerationis cauſa, vt princeps poſsit dominium rei ſuæ alicui auferre, vt eã alicui benemerito tribuat aliquid etiam

n l. Aquilius regulus l. ſi patet 5. ſi aliqua à latrũculis. ff. de donatio.

o Bar. in l. ſi ſtipulatus 5 ſi tibi nupſero, & in l. diuorrio ff. de verbo. oblig. Abb. cõſ. 30. col. vlt. in 5. & vlt. motiu. vol. 2.

etiam auferendo â ſe ipſo principe, vel â ciuitate, vt notat Bartolus *a* & notant Baldus, & Romanus, faciũt tradita per Deciũ, qui concludit etiam, quod ex cauſa remunerationis poſsit quis defeudo alicui conceſſo inueſtiri, & propter remunerationẽ multa conceduntur, vt determinant Decius *b* Ruinus, & Grammaticus, non enim credendum eſt ſummum Pontificẽ voluiſſe tollere remunerationem, quę de iure naturali eſt. Et in ſacris literis maxime commendatur. Vnde religioſi, & religioſæ poſſunt per viam remunerationis aliqua etiã extra ordinem donare, dũ modo hoc fiat ſui prælati licẽtia obtenta, ſicut ante dictã conſtitutionem ipſis erat licitum. Et confirmatur, ſolum enim in ea prohibẽtur donationes, per quas matrimonium Eccleſiæ diſsipatur: at per donationes remuneratorias patrimonium monaſteriorum minime deperditur, imo potius augetur, cũ ſæculares videntes religioſorum remunerationem multa ad eorum neceſsitates ſubeundas impendant quibus ipſi maximẽ egẽt, propter enim maximam monaſteriorum paupertatẽ prælati ipſis ſucutrere, vt vellent, minimẽ poſsũt. Vnde infertur, quod cum licentia prælatorum poſſunt ſubditi huiuſmodi facere remunerationes, ſicut ante faciebãt cõſtitutionibus regularibus ſeruatis. Aduertant tamen ſubditi, quod non poſſunt facere huiuſmodi remunerationes illis, qui prælaturas, & officia in ordine ipſis procurauerũt, & procurare poſſunt: hæ enim remunerationes ob hunc finem factæ, vt ſpeciem ſimoniæ præ ſe habentes â iure communi anathematizantur & ita in cõſtitutione prohibentur. Quod iuxta terminos iuris communis deber explicari, prout tradit doctiſsimus Nauarrus *c* aliam ſimilem conſtitutionem Gregorij XIII. declarans, dicẽs, quod in ea nõ prohibentur data, & promiſſa, quæ licet fiant ad procuranda officia, non tamẽ principaliter, ſed minus principaliter ad hunc finẽ tenditur per ipſa. Et ſic non condemnarẽ ego religioſos, qui pro beneficijs ipſis collatis in aſſecutione officiorum ordinis aliqua munuſcula conferunt non principaliter propter eorum aſſecutionem, & vt ſibi in alijs procurandis ſe gratos exhibeant ſed vt ſe beneficiorum memores, vt decet demonſtrent, hoc enim non ſimoniacum, imo potius laudabile in ſacra pagina, & in ſacris Canonibus reputatur. Summẽ autẽ eſt notandum, quod in foro exteriori non reputatur ſimoniacus ſubditus, qui parua munuſcula prælatis offert, vt patet ex quadam Alexandri III. Decretali *d* cuius tenorem in hoc loco proponere decreui, ex eius enim contextu colligẽt prudentes religioſi, in quibus muneribus ſimonia poſſit præſumi. Ait enim Alexander III.

In hoc itaque Presbyter Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus pro electione tua, vt pallium tibi traderet, ad partes illas acceſsit, & frater tuus eius præſciens neceſsitatem ei equum vnum te ignorante tranſmiſit, quoniã per mare veniens, nullas aut paucas ſecum equitaturas adduxit, te nullo modo timere oportet, cum in accipiendis, vel dãdis muneribus tria ſint maxime attendenda, perſonæ ſcilicet dãtis, & accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus, qualitas perſonarum vt a quo, & cui videlicet, an a paupere diuite, vel è conuerſo, ſiue a diuite locupleti datum fuerit æſtimatio muneris, & donationis tẽpus, ſi magni, vel minoris pretij res data exiſtat, & an inſtante neceſsitate ſua, an alio tempore conferatur. Põderanda enim ſunt prædicta omnia verba, & muneribus regularium accommodanda, licet enim dantes, & recipientes prelati paupertatem profiteantur: Differentia tamen inter eos pro qualitate perſonarum eſt conſtituenda, ne eos de ſimonia propter aliqua munera inter eos facta præcipitanter ſuſpectos iudicemus. Et aduertendum quod ſemper locutus ſum de munuſculis, nolo enim vt ex meis dictis aliquid ſiniſtrum contingat in dandis his muneribus quæ ſi dentur & recipiantur religionis color optimus obſcurabitur quod S. D. N. omnino euellere in præfata conſtitutione conatur.

a Bartol. in proœ. ff. l. ſi primatur, ff. qui, & à quibus Bal. in l. reſcrip. C. de precio imper. offer. Roma. conſi. 26. & cõſ. 310. Decius conſil. 280. volu 3. & conſ. 390 col. 6. poſt, n. 10.

b Deci. cõſ. 499. n. 24. & 25. Ruin. conſ. 117. colum. 3. vol. 3. Grãmat. conſ. 8. col. 2. & conſ. 160. etiam, col. 2.

c Nau. in extrau. de dat. & promiſſ.

d c. & ſi de ſimonia.

ART.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fratres minores poſſint donationes extra ordinem, & intra ordinem facere.

REſpondeo dicẽdo, quod Nicolaus. III. ſtatuit, & cõceſsit in declaratione regulæ, quæ incipit. Exijt, qui ſeminat, &c. *Quod de rebus mobilibus, vel parũ valẽtibus liceat fratribus minoribus pietatis, ſeu deuotionis intuitu, vel alia honeſta, & rationabili cauſa obtẽta ſuper hoc prius ſuperiorũ ſuorũ licẽtia iuxta quod inter fratres in generali, vel prouincialibus capitulis (tã de ipſis rebus vilibus ſeu parũ valentibus, & earũ valore, quã etiã de præfata licentia, ſcilicet á quibus, & qualiter ſit habenda) extiterit ordinatũ intra, & extra ordinem,* alijs elargiri. Ita habetur in monumẽtis [a] ordinũ. Et Leo X. ſupradictã cõceſsionẽ ampliando cõceſsit, *quod non ſolũ generales, & prouinciales, & cuſtodes in ſuis capitulis, ſed etiã ipſi, ac eorũ Generales cõmiſſarij extra captiula poſſint arbitrari, quæ res debeant viles, ac parui valoris reputari ad hoc, vt res huiuſmodi poſsint dari intra, & extra ordinẽ, & ſuis ſubditis addandã, & accipiendam licentiam concedere, prout eis ſecundum Deũ videbitur expedire.* Ita habetur in ſupplemento. [b]

[a] In 1. impr. fo. 5. tract. 2 & in 2. imp. trac. 2. fo. 10

[b] In ſuppl. fol. 59. conſ. 175.

Et aduertendũ, quod in capitulo generali Medinenſi facta eſt circa prædicta ſequens determinatio. *Item quod fratres nullo modo ſecundum intentionem regulæ, aut declarationis ſummorũ Põtificum poſsint dare aliqua, quantumcũq; vilia alijs, ſiue fratribus, ſiue ſæcularibus, nec recipere alia ſine licentia ſuorum prælatorum.* Ita habetur in monumentis [c] ordinum.

[c] in 1. impr. fol. 128. taãcte. 3. & in 2. fo. 246. in 2. tract.

Circa quas confeſsiones eſt aduertendũ quod quatuor conditiones requiruntur, vt fratres minores iuſta conſcientia poſsint donare.

Prima quod ſit res vilis, & parui valoris ſecundum quod in capitulis generalibus, vel prouincialibus, vel extra â Generali, prouincialibus, & cuſtodibus eorumq; cõmiſſarijs determinatũ, & ordinatũ fuerit,

Secunda, quod de prædictorum ſuperiorum licentia fiat. Vnde guardiani ex vi ſui officij non poſſunt illam dare, niſi â prædictis prælatis, vel de conſuetudine fuerit conceſſum, ſicut hodie eo ipſo, quo guardiani inſtituuntur, conceſſum eis eſſe videtur, non enim pro minimis ad ſuperiores tenentur fratres recurrere, quando ipſorũ copia non eſt. Et licet ſine præfata licẽtia valeant fratres adinuicem res aliquas, vt libros, veſtes, & alia ſimilia inter ipſos accõmodare, rem tamen aliquam donare, aut recipere inter ſe inuicem non poſſunt, vt cõmuniter regulæ expoſitores aiunt, niſi ſuorum prælatorum adſit licentia. Pro minimis vero, & ſæpe neceſſarijs ſecundũ Vgonẽ, & Piſanum, vt pro calamo, &c. licẽtiã ſufficit generalem habere, & etiam ſufficit licentia interpretatiua, hoc eſt, quãdo prælati id ſciunt, & liberaliter permittũt, alias ſi de contraria voluntate præſumeretur, non poſſunt ſecundum aliquos: at hi â ratione videntur deuiare, cum talis cõtraria voluntas ſit irrationabilis, cui non tenentur religioſi ſe ſubijcere, quando autẽ ſit irrationabilis voluntas non eſt ſubditorũ iudicare, ſed eorum tantũ qui ſine ſiniſtra affectione regularia inſtituta intelligunt.

Tertia conditio, quod res donanda ſit mobilis, ex immobilibus enim, puta de horto, domo, &c. nec palmum fratres donare poſsũt, & ſi de facto dederint, donatio eſt nulla, & ipſi actum proprietatis committunt, cum hæc ſemper quoad proprietatẽ apud dantem ſint, aut ſint Eccleſiæ Romanæ.

Quarta conditio, quod res donanda nõ ſit pecunia, cum illius vſus nobis ſit interdictus, nec Papa illum in ſuum Dominiũ recipit. Vnde niſi per ipſum dantẽ vel eius autoritate ei' donatio fieri poteſt & ſic neque

In Clemen. exiuit de paradyſo.

que fratres poſſunt remittere partem legatæ eis pecuniæ ad preces hæredum, cum non ſint eius Domini, imo vt Salmanticæ fuit concluſum, nec per ſyndicum Papæ id fieri poteſt, quia licet in bulla ſyndicatus cõtineatur, quod ſyndicus poteſtatem habeat remittendi, refutandi, &c. hoc tamen intelligitur, quando id in fratrum vtilitatẽ fit. Vnde quando id in vtilitatem fratrum vergeret, puta ad euitanda litigia, vel diuturnas ſolutiones, tũc bene poſſũt. Quod confirmatur ex his, quæ in primo tomo *a* late diximus: & ſicut ipſi fratres non poſſunt alijs donare, ita etiam neque aliquid ipſi poſſunt accipere ſine prælatorum ſuorum licentia â quocumque potente donare, vt ait Gerſon, & Vgo, & Serena cõſciẽtia, *b* & licet aliqui fratres poteſtatem habeant ad donandum aliquid fratribus, ille tamen frater, cui res donanda eſt, non poteſt illam accipere abſque prælatorum licentia, niſi fuerit ſpecificata prælato perſona fratris, cui donanda res eſt, ſicut frater non poteſt à ſæculari potenti donare aliquid recipere: ad recipiendum tamen puto ſufficere voluntatem præſumptam, quę præſumitur, quando id, quod donatur, ipſi fratri eſſet neceſſarium, & ſuo ſtatui & regulæ conſentaneum.

a Tomo. q. 27. art. 7.

b Serena cõſcient. q. 81.

ARTICVLVS V.

TEmpore, quo mulier in monialẽ recipitur (vt eſt conſuetudo in Italia) vadit ad altare publicum, & ibi offert certam quantitatem pecuniæ dicẽdo hæc verba, *Ego dono hãc pecuniam præſentem in remiſſionem meorũ peccatorũ vel dono iſtam pecuniam Deo, & B. Mariæ Virgini.* Demum hæc monialis intra annum probationis redit ad ſæculũ & in primo monaſterio profitetur, & profeſſa poſt modum trãſit legitime ad aliud monaſterium, an dicta monialis poſsit repetere prædictam pecuniam à primo monaſterio? Huic difficultati reſpondet Angelus de Peruſio, *c* quod non, quia talis donatio fuit pura, & ſimplex, nullam habens in ſe conditionem, & modũ, & ideo tanquam donatio perfecta non reuocatur ſecundum ius *d* & ſi dicatur, quod illa donatio videtur facta ob certam cauſa finalem, videlicet, quia recipiebatur vt monialis in monaſterio, & ſic ceſſante cauſa finali iuris, & hominis poſt translationem alij monaſterio debet id donũ pertinere. Reſpondetur, quod non debemus dicere hãc cauſam eſſe finalem, vitiaretur enim tunc receptio in monialem, eo quod eſſet tunc ſymoniaca iuxta ſacros Canones. *e* Neque etiam obſtat, quod Concilium Tridẽtinum *f* annullat quãmcumque donationem non ſecuta profeſsione. Nam reſpondetur, quod annullat tãtum donationes factas à nouitio poſt ingreſſum in monaſterium: at hæc donatio fuit facta, vt ſupponitur ante ingreſſum vt aliqui dicũt, de quo infra. Præterea Concilium, vt ego ſuſpicor, tantum annullat donationes, & renunciationes factas ſæcularibus, aut ipſis fratribus, aut monaſterio, at non reuocat, & annullat donationes oblatas Deo, & Beatæ Mariæ in remiſsionem peccatorum, prout hæc donatio fuit facta.

c Angel. de Peruſio in tract. de mutat. ſtatus eccle. c. 1. quæſit. 5. n. 5.

d l. perfect. C. de dona.

e c. de ſimonia de reg.

f Tridẽ. ſeſſ. 25. de reg. c. 19.

ARTICVLVS VI.

Quidam Canonicus donauit quædã vaſa argentea cuidam monaſterio in quo elegit ſepulturam ante duos annos, quam moreretur, quæritur, an prædictum monaſteriũ poſſit ſe defendere ab Eccleſia illius Canonici illa ſibi repetere volente virtute extrauagantis Pij V. editæ anno Domini milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo ſuper ſpolijs.

REſpondeo dicendo, quod iure optimo poteſt prædictum monaſterium retinere ſibi vaſa prædicta. Primo quia prædicta extrauagans non diſponit de quibuslibet bonis vel vaſis beneficiatorum, ſed tantum de deſtinatis ad vſum, & cultum diuinum, vt expreſſe habent eius verba, & ex argumento, & quæſtione propoſitis non colligitur, quod prædicta vaſa erant ad vſum diuinum deſtinata. Secundo quia prædicta extrauagans non diſponit de omnibus ad vſum, & cultum diuinum deſtinatis, ſed tantum de illis.

quæ

quæ tempore obitus beneficiarij inueniũtur relicta ex teſtamento, vel abinteſtato, & prædicta vaſa, de quibus eſt quæſtio, etiam ſi fuiſſent ad vſum, & cultum diuinum deſtinata, non fuerunt relicta ex teſtamento, vel abinteſtato tempore obitus, quia vt in caſu proponitur, fuerũt donata ipſi monaſterio duobus annis ante obitũ, & ita non habet locum in his extrauagãs, quæ inducit nouum ius, vt colligitur ex eius verbis ibi, *Statuimus, & decernimus*, & notat Nauarrus *a* & ideo non eſt extendenda ad ea, quæ non comprehendũtur in ea, ſed debent remanere ſub iure antiquo, â quo non eſt recedendum, niſi qua tenus videbitur receſſum â iure nouo argumento eorum quæ in quadam lege notantur *b* & ita per hæc, & alia hanc opinionem tenet Nauarrus. *c*

a Nau. in cõmẽt. deſpoſ. ſuper c. non liceat. 12. q. 2. §. 3. n. 3.

b l. præcipimus C. de appel.

c Naua. li. 3. conſ. tit. de donat. conſi 4.

ARTICVLVS VII.

Prior regularis quædam bona ſua regularia Titio nepoti ad negociandum contulit, & dum in extremis ageret dictorum bonorum a Titio rationẽ reddi iuſſit, vt ex illis quinquaginta vni & centum alteri traderentur. Quo facto prior mortuus eſt. Vnde dubitatur, an Titius tuta conſcientia dictorum bonorum reſiduum retinere poſſit ex præſumpta voluntate.

REſpondeo dicendo, primo quod dicta bona patrimonialia non erant dicti prioris regularis, quoniam religioſus per profeſsionem dominium omnium bonorum patrimonialiũ perdit, quę ante profeſsionem habebat, & capacitatẽ habendi dominium illorum, & aliorum in tota vita ſua, ita quod omnia, quę ante profeſsionem habebat, per illam fuerunt facta monaſterij, vel religionis, & omnia, quæ poſtea quærit ſiue donatione, ſiue ſucceſſione, ſiue alia quacumque induſtria ſua quærit, acquirit monaſterio, vel ordini, ſeu religioni, quã profeſſus eſt, antequã prior efficeretur, & ea quæ poſtea acquiſiuit, acquiſiuit ipſi prioratui, prout late probat Nauarrus. *d*

d Nau. in c. non dicatis. 12. q. 1 Authen, ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccle. c. in præſen. de probat.

Dico ſecũdo, quod præfatus prior licet poſt profeſsionem nullius rei temporalis dominium, nec poſſeſsionẽ ſuo nomine potuiſſet habere: potuit tamen habere adminiſtrationem & facultatem diſponendi de fructibus prioratus, & omnium bonorum, quæ quoquomodo quæſiuit, & ad ſuam, & ſuorum decentem ſuſtentationẽ & ad largiendum pauperibus, & alijs operibus pijs, & remuneratorijs. Ex quibus liquido infertur potuiſſe præfatũ priorẽ donare Titio intuitu paupertatis, pietatis, vel remunerationis, ſi quæ interueniſſet, reliquum, quod remanſit penes eum poſt rationem redditam eorum, quæ in ſocietatẽ dederat ei prædictus prior, vel ſaltem tantum, quantum dicta paupertas, pietas, vel remuneratio exigebat.

Dico tertio, quod præfatus prior per dicta verba, quibus dixit, vt de præfato reliquo quinquaginta daret vni, & centum alteri nihil de alijs expreſſe diſponens præſumitur voluiſſe alia donare Titio, nam ægrotabat, & diſpoſuit de duabus partibus illorum, quę Titius tenebat, & non apparet alia ratio, quâm donationis, nam cur tacuiſſet de alijs partibus, niſi quia voluit, vt ille manerent cum Titio, niſi moreretur. At hæc donatio eſt donatio cauſa mortis, cum fuerit facta in extremis, & licet religioſus habẽs beneficium regulare, vel ſęculare poſsit donare intuitu paupertatis, pietatis, vel remunerationis inter viuos, non tamen poteſt per vltimam voluntatem, neque per donationem cauſa mortis, quæ quo ad hoc æquiparatur, conſanguinitas autem, vel ſocietas exercendi negotiationem parum prodeſt Domino conſulenti, quia non eſt iuſta cauſa, vt religioſus etiam Beneficiarius poſsit donare alicui de redditibus ſui beneficij, vel alijs alia ratione quęſitis. Vnde ſequitur, quod præfatus Titius de rigore iuris non poteſt retinere illam partem bonorum, quæ remanſit penes eum propter verba præfata, cum minime poſsit prior cauſa mortis donare cui conſulendum eſt, vt aliquam bonam compoſitionem procuret facere cum eo, qui ſucceſsit in prioratu, ad quem iure pertinet. Ita doctiſsimus Nauarrus conſuluit. *e*

e Nau. lib. 3. conſ. conſi. 6. ti. de donat.

ARTI-

ARTICVLVS VIII.

An donatio, seu renuntiatio bonorũ suorum facta occasione futuri ingressus in religionem ab eo, qui nõdum religionem ingressus est, neq; habitum suscepit cum pacto, quod in omnẽ euentũ, in quem dictus donator ante professionẽ a monasterio exiret, dicta donatio esset nullius momenti sit valida non seruata forma Concilij Tridentini.

Cone. Tri. sess. 25. & regul. c. 16.

RESpondeo dicendo, quod Concilium Tridentinum sequens ordinat decretum in hunc modũ. *Nullaquoque renunciatio, aut obligatio, ante facta etiã cũ iuramẽto vel in fauorẽ cuiuscũq; causæ piæ valeat, nisi cũ licentia Episcopi, siue eius vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionẽ, ac non alias intelligatur effectum suũ sortiri nisi secuta professione, aliter vero facta etiã si cũ huius fauoris expressa renũciatione, etiã iurata sit irrita, & nullius effectus.* Hæc Cõcil. Cuius determinationis Decretũ non extẽditur ad casum tituli quæstionis, & sic quod dicta donatio sit valida non seruata Tridẽtini forma. Probatur primo, quia nõ refert, quod idẽ de æquipollẽtibus fiat argumento aliquarũ legũ [a] & videtur æquipollentia donare intra duos menses ante professionem cum licentia Episcopi, siue vicarij, & donare ante ingressum monasterij cũ pacto, vt nõ valeat donatio in vllo casu, quo ingressus, vel ingressa exierit de monasterio, quod intrauit. Secũdo probatur nã regula iuris est, quod plus continet in se minus, sed plus videtur prodesse ingressuro monasteriũ, quod donatio nõ valeat in aliquo casu, quo ipse egrediatur de monasterio, quã quod nõ valeat, nisi quãdo fuerit facta intra duos mẽses ante professionẽ de licẽtia vicarij, quia facta poste riori modo nullo modo videtur reuocari posse, in priori vero sic quãdo exierit per

[a] l. fi. ff. mãdat. licet ex quadam de testib.

[b] c. plus cõtinet de regul. iuris libro. 6.

dispensationem, his argumẽtis, & alijs Nauarrus, arguit pro parte affirmatiua, partẽ vero negatiuã libẽter amplectẽs tenens dictũ decretũ extẽdi ad casum propositum scilicet nõ solũ ad donationes factas â nouitijs ante duos mẽses ante professionem, sed etiã ad donationes factas ante ingressum religionis, quod expresse ipse tenet [d] cõtra quẽ facit primo, quia Cõciliũ loquitur de nouitijs ingressis. Nã cũ capite decimoquinto agat de nouitijs ingressis religionẽ, statim capite decimo sexto, in quo præsens Decretũ cõtinetur etiã de ipsis, d eisdẽ agere est credẽdũ, & relatiuũ, quo que positũ in dicto decreto satis denotat. Quod etiã probatur, nã dictũ capitulũ sub titulo de regularibus collocatur, & lex ex rubrica sub qua situatur, explicatur vt probat in generali Molina [e] cum Glossa, Baldo, & Alexãdro, & ita intelligendũ est decretũ Concilij de regularibus. Et hoc ita statuit Conciliũ Tridentinũ, ne alias regulares cõpellerent nouitium donare intempestiuẽ, & ob id nouitius profiteretur inuitus nõ audens recedere, quia iam donasset bona, & ita iudicatũ est in prætorijs, & notat Couarru. [f] & Consulti Doctor Moya, Solis, & Pinciæ Valdes, & alij hanc tenuerunt opinionẽ, vt accepi â quodã viro Docto. Et hanc opinionẽ tenet Menochius [g] quæ videtur tenẽda, licet eam non teneat Nauar. [h] & Gutierrez dubitet de ea, & ita declarauerunt Domini Cardinales reformæ vigesima secunda die Octobris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, vt refert Paraselus. [i]

[c] Nau. lib. 3 cons. tit. de donat. cons. 87.

[d] Naua. vbi sup. cons. 7.

[e] Moli. li. 1. de primog. c. 12. n. 18.

[f] Cou. in c. quanuis pactum. 1. p. §. 3. n. 7.

[g] Menoch. de arbi. cẽt. §. casu. 436.

[h] Naua. vbi sup. Gutt. in ca. quamuis pactum ver. nuptui tradebatur n. 2 pag. 402.

[i] In suo cõpen. priuil.

Sed contra prædicta duo proponuntur argumenta. Primum est, grauius est ingressuro monasteriũ facere donationẽ ante ingressum & susceptũ habitũ, quãm postea, partim quia perdit facultatẽ donandi alij, post quã susceptt habitũ, partim quia parẽtes, vel cognati volentes quærere bona ingressuri, vel ingressurę monasteriũ facilius possunt cõsequi suũ propositũ persuadendo pueris, & puellis ante ingressum, vt donẽt sua bona sibi, & alijs quibus vellẽt, quã post quã ingressi sunt monasteriũ, vel susceperint habitũ, eo q; sunt iuniores, & minus sapiũt, & plus subijciũtur parentibus, vel tutoribus, & plus habẽt timoris reuerẽtialis, vt palã est, ẽ cõtra post susceptũ habitũ sunt liberaliores, & prudẽtiores, & sapiẽtiores, & minus timoris reuerentialis, & habent

bent conſultores religioſos, quæ vt perſonæ ſpirituales, & vt à mundanis ſeparatæ præſumuntur rectius eis cõſulturæ. Reſpõdetur hoc argumentũ eſſe topicũ, at non cõuincere, quia hoc Decretũ loquitur de his, qui poſtquã religionẽ ſunt ingreſſi, faciunt aliquã donationem. Vnde cum ſit annullatiua actus non extendenda ad alium caſum, licet habeat eandem donationem.

Sed contrà hoc arguitur, quod lex exorbitãs, & pœnalis extẽditur ad alium caſum, ad quẽ ſi non extẽderetur, fruſtraretur argumento quorundã iurium. Kiuncta ſua Gloſſã, quæ communis, & recepta ſentẽtia eſt à Dñico, & Frãco, l & à citatis per eos & ſi præfatũ Decretũ Concilij Tridentini nõ extenderetur adhunc caſum, paſsim fruſtraretur, & maxime extenderetur, quando donatura eſt nobilis, & paruula, & donauit parẽtibus, & cognatis, quarum autoritas apud eã eſt magna, & donauit facta expreſſa mẽtione de ingreſſu monaſterij & quod ille ingreſſus præcõceptus mouet eam ad faciendũ illã, quia huiuſmodi puellæ faciliùs perſuaderi poſſet ad donãda ſua bona ſuis parentibus cognatis, vel amicis, antequã ingrederẽtur, quam poſt ingreſſum. Reſpondetur tamen huic neruoſæ rationi, quod hæc extenſio non poteſt admitti, cũ ſit contra ius cõmune, & legũ correctio minime præſumatur. Nã ſiquid ante ingreſſum religionis (etiam ſi de illo præcogitabat) fecit iuratã renunciationẽ, talis renunciatio valet iure cõmuni argumẽto aliquorũ iuriũ, m quia tũc perſona, & bona ſunt laicalia, dequib⁹ Eccleſia nõ diſponit, prout tenet Antonius Gabriel, n & Menchaca. Eth uic iuri nõ derogat Conciliũ Tridẽtinũ. Dixi etiã ſi de illo præcogitabat, nam fortius valet donatio, & renunciatio, ſi in ea fiat mentio de intentione intrãdi religionẽ, prout tenẽt Couarruuias, o Gutierrez. Menochius, & Molina, ex doctrina Bartoli, & ſi fiat renunciatio, aut teſtamentum pauloante ingreſſum præſumitur præcogitaſſe, vt tenent Couarruuias, & Molina cũ Baldo, & Fulgoſio. At licet huic forti argumento, ita cõmuniter ſatis fiat mihi tamẽ omnino nõ ſatisfacit, nãlicet nouitius ante ingreſſum religionis ſit laicus & bona eius per conſequẽs ſint laicalia Papa tamẽ & Eccleſia habet poteſtatẽ ſuper bona laicalia in ordine ad finẽ ſupernaturalem, vt cũ cõmuni reſoluit doctiſsimus Nauarrus, p & ita potuit Concilium Tridẽtinum irritare donationẽ nouitij factam ante ingreſſum religionis in ordine ad finem quendam ſpiritualem, vt ſcilicet, talis nouitius paupertate coactus profiteatur religionem quam minime voueret ſi donatio ab eo facta non valeret, & cenſendum videtur Cõcilium ſecundum eius mentem hoc ipſum decreuiſſe cum prout dictum eſt, ratio Cõcilij magis militet in hoc caſu quam caſu, quo nouitius poſt ſuſceptum religionis habitum ante duos menſes proximos profeſsioni præfatam fecit donationem, & lex rigoroſa correctoria, & exorbitans ad caſum in quo verſatur magis eius ratio extendatur, præcipue ſi non data tali extenſione fruſtratoria redderetur. Quod confirmatur, nam bona nouitij etiam poſt ingreſſum in religionem ſunt laicalia & de his, vt de bonis mere laicalibus ſoluuntur decimæ & aliæ exactiones, & Conciliũ de facto ſuper his ſuã exerceret poteſtatẽ eorũ irritans donationẽ ſi ante dictos duos menſes proximos profeſsioni celebretur. Nec obſtat quod hoc decretum ſub rubrica de regularibus collocetur, & non nouitij ante ſuſceptum habitum ſint abſolute ſeculares, nam in hoc decreto non ſolũ agitur de religioſis, & nouitijs, ſed etiam de his qui religionem intrare volũt, q agitur enim de puellis quæ habitum ſuſcipere volũt, vt ipſum non ſuſcipiant niſi prius earum libertas ab ordinario exploretur,

Kc. ſi ciuitas de ſent. excom. li. 6. & c. 2. de vſur. eodẽ lib. ad iũct. gloſ. v. teſtamenta facta.

l Domin. & Fran in c. 1. de temp. ordin. li. 6.

m c. nouit. de iudic. li. 11. tit. 1. lib. 4. conſil.

n Ant. Gab. l. 10. comm opinion. v. monachus. Mencha. li. 3. contro. illud. ca. 101. n. 3.

o Cou. in c. 2. n. 4. de teſta. Gutie. in c. quãuis pactũ. v. nuptui. n. 2. Menoch de arbitr. caſu. 436 Molin. li. 2. de primoge c. 9. d. 46. & 49.

p Nau. in c. nouit. nota. bil. n. 96. de iudicijs.

q Seſſ. 25. de reg. c. 17.

ARTICVLVS IX.

Quomodo talis donatio etiam iurata non valeat.

REſpondeo dicendo, quod lex ciuilis nõ potuit annullare tale iuramẽtũ, & prohibere, ne fieret talis donatio iurata, prout defendit doctiſsimus Fortunius Garcia, a Quod probat primo ea ratione cõfirmata per Panormitanũ, b quia ſcilicet, iuramento Deo homo obligatur, & ob id ius ciuile quod eſt infimũ, circa talẽ obligationẽ non poteſt diſponere, quod ſi verũ eſt, id etiam verũ erit, quod ius ciuile ſtatuere non poſſet, vt iuramẽtũ non valeat, vel ne ſit obſeruandum, ex eo enim quod quis naturaliter Deo obligatur valet. Secũdo probatur ex quadã lege c Cæſarea, in qua Imperator ait ſe eſſe nolle autorem priuerij, & ideo dicit iuramentum obſeruandum.

a Fortun de vlt. fin. iur. can. & ciuil. à n. 32.

b Pan. in c. cũ cont. de iure iurand

c l. 2. c. 5. adueꝛſ. vẽdit.

Tertio probatur, nam iuramentum eſt quid Eccleſiaſticũ, & ſpirituale, cuius cognitio ad Sedem Apoſtolicam, & ad iudices Eccleſiaſticos ſpectat, vt notatur in iure.d Sed ſtatuta laicorum ſuper ſpiritualibus ſunt nulla, vt nos ſacri Canones, e docent, igitur tale ſtatutum cum ſit de re non ſubiecta imperio, erit nullum. Et hanc opinionem tenet Paulus de Caſtro, f adeo quod quanuis ſtatutum, vel lex ciuilis ſtatueret de iuramento iuſta, & rationabili cauſa, non propterea valeret, quia iuramentum eſt quid ſpirituale, ſuper quo facultas diſponendi deficit, licet contrarium teneat Gloſſa, & alij, quos refert, & refutat Fortunius, g dicens opinionem Pauli Caſtrenſis tenere Hoſtienſem, h & Ioannem de Imola, & Ioannem Andreã, & Abbatem affirmãtes iuramentũ eſſe quid ſpirituale, & ideo leges omnes editas ab Imperatoribus de iuramentis non ſeruandis fore nullas, niſi ſit iuramentum contra bonos mores, & nutriat peccatum, de quo late vide Alexandrum, & modernos allegatos per Fortuniũ hoc aliquibus confirmando concludentem primo, quod ius ciuile in caſu, quo ex ſe licitum eſt iuramentũ non poteſt præcipere, ne obſeruetur, neque ad id licentiã concedere, quod ſi fecerit, non habet vim legis. Ait inſuper, quod ſi quis ſentit hanc propoſitionem abſolute prolatã nullã, alia via progrediatur dicendo, quod leges puniẽtes periuria iuſtæ ſunt, & in hoc habere iuriſdictionẽ, licet iuramentũ quid ſit ſpirituale. Sicut enim ius Canonicũ i ad ſalutem animarũ præcipit obſeruari iuramentũ: ita Imperator poteſt præcipere ad conſeruationẽ ſubditorũ, cum maxime humanæ fidei nihil tam conueniens ſit, quã obſeruatio promiſſorũ, prout dicitur in iure, K & hoc conformiter cũ lege æterna, & naturali, vt dicitur in quadam Decretali, l igitur nihil impedit, quin tales leges valeant. Quam ſententiam multa explicando iura proſequitur idem Fortunius m reſoluens, quod aut iuramentũ eſt illicitum ipſa natura, vt iuramentum de occidendo aliquem, item contra bonos mores: vel inhoneſtum: & tunc prout ius naturale oſtendit iuramentum non eſt ſeruandum, non enim Deus rebus illicitis vult coli, ideo â iure ciuili, & canonico nõ annullantur, neque ſunt nulla talia iuramenta, ſed declarãtur nulla eſſe ipſa natura, prout patet ex ſacris Canonibus, n aut iuramentum eſt tale, de cuius iuſtitia dubitatur, ita quod ſubtili quadam ratione neceſſe eſt declarare, an valeat, nec ne, tunc eius declaratio pertinet ad Eccleſiam Romanam, vt patet ex quadam Decretali, o quæ declaratio non poteſt pertinere ad ius ciuile, ſi tamen ius ciuile idem confirmat, quod ius Canonicũ diſponit bene valet. Ex his patet reſpõſio ad id, quod in titulo quæſtionis dicendum propoſuimus, ſcilicet, quod de iuſtitia iuramenti facti in confirmationẽ dictarum donationum, & renuntiationum maxime dubitabatur, cum ſæpe poſſent moueri nouitij ad dictas donationes faciendas, & eas iuramento confirmandas, vt vinculo iuramenti ligati non ſolum in foro exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ ad eas obſeruandas ſub pœna periurij tenerẽtur & ſic inuiti cogerentur profiteri, & ne nota periurij afficerẽtur. Ideo Eccleſia Romana his fraudibus obuians tales renunciationes etiam iuratas irritas, & nullas eſſe determinat, ita quod ex eis neque obligatio ciuilis, neque naturalis aliqua oriatur.

d In. ca nouit. de iudi. c. cũ ſit general. de foro comper. e c. Eccleſia S. Mariæ de conſti. & in c. fin. de rebus Eccleſ. f Caſtro in Auth. ſacra mẽta pube co. penu. & in l. ſi quis. pro eo de fi dei iuſſor. g Fort. vbiſ. n. 323. h Hoſtiẽ. in c. quãto de iuret. Imola in. 3. mẽ. q. 6. And & Abbas inc. tua. el. 1. de decim.

i ca. ſi vero. & c. ſi debitores. & ca. cũ cõtingat de iure iur.

K l. 1. ff. de pact. le. & ſi Chriſtia. de iure iuran. m Fort. vbiſ. n. 327. vſq. ad nu. 377.

n ea quẽ id modũ de iureiur. regulnõ eſt obligat. de regu iur. cũ ibi notatis, o c. per venerabilẽ. de elect.

ARTICVLVS X.

Vtrum dictum Decretum Concilij habeat locum in donationibus cauſa mortis.

REſpondeo dicendo, quod Conciliũ ſolum loquitur de donationibus, & renunciationibus, quæ fiunt inter viuos, non tamen de donationibus, quæ fiũt in teſtamẽto, vel cauſa mortis. Neq; obſtat dictio, nulla, poſita in dicto Concilio, quæ propter ſuã generalitatem omnem videtur excludere donationem, tã inter viuos, quã donationem cauſa mortis, & ſic quod nulla earum valet, niſi fuerit ſeruata forma noſtri Decreti. Nã reſpondetur, quod natura termini excluſiui, & reſtrictiui ſolum excludit omnia repugnãtia termino, cui adiungitur, & includit quidquid prædicto termino non repugnat, volo dicere, quod dictio excluſiua, nulla, poſita in dicto Concilio includit omnem donationem repugnantem intentioni dicti Decreti, vt ſunt donationes irreuocabiles, quæ poſſunt neceſsitate nouitium ad profitendum videntem ſuam egeſtatem, & paupertatem huiuſmodi eſt etiam donatio conditionalis, de qua ſupra articulo octauo, verbi

gratia,

gratia quando nouitios donat reuocabiliter, si non profiteatur, hæc enim conditio potest esse occasio, vt non profiteatur, vt ita ipsa suum effectum non sortiatur. At non includit donationes absolutè, & ex natura sua reuocabiles, cuiusmodi sunt donationes causa mortis, hæc enim existens nouitius in religione, & ab ipsa per habitus dimissionem egressus potest reuocari, vt colligitur ex latè traditis à Gutierrez, *a* cuius opinionem, vt verissimam recipio, licet Nauarrus *b* contrarium tenere videatur. Nec contra hoc obstat, quod si valeret talis donatio, aliquod damnum nouitio sequi potest, si statim facta donatione donatarius in possessionem rei donatæ mitteretur, qui in ea potest se defendere, sicut alij non legitimè possidentes multifariam, multisque modis in sua possessione defenduntur, vt colligitur ex iure. *c*

Nam respondetur, quod nullo modo cõsentiat nouitius, vt in possessionem mittatur. Præterea dato quod mittatur, vt ab ea expellatur, facile est remedium, & de facilibus, & leuibus non est tanta adhibenda consideratio, prout tradunt Baldus, *d* & alij, quos refert, & sequitur Felinus.

a Gut. in c. quamuis pactũ. fol. 151. de pact. li. 6

b Naua. li. 3 consti. de not. cõs. 7.

c §. retinendæ. versi. & quia ins. de interdi.

d Bald. in l. 1 ff. de libe. & posth. Felin. in ca. cũ dilect. n. 10 de rescrip.

ARTICVLVS. XI.

Vtrum nouitij facta professione irrita existente sit etiam irrita ipsa donatio.

Respõdeo dicendo, quod nouitius emittẽs professionem ante ætatem legitimam, si fecit bonorum suorũ donationem iuxta formam Concilij Tridentini, si intra quintum annum professione facta reclamauerit, sicut irritatur professio, vt ordinat Tridentinum: *a* ita etiam irritatur ipso iure renunciatio, & donatio. At è contrario si intra dictum quinquennium non reclamauerit, sicut ex eodem Concilio contra professionem non potest reclamari: ita etiã donatio assumit vires irreuocabilitatis. Ita resoluit Spino *b* allegando opiniones contrarias, quæ circa hunc punctum inter Doctores ante Concilium versabantur, & sic est glossandum prædictum Tridentini Decretum, in quantum ait, quod non secuta professione donatio à nouitio facta nullum effectum sortiatur, quod, scilicet, intelligatur, in casu, quo ipsa professio fuerit facta sed vt inualida fuerit iudicata, idem est enim aliquid non fieri, & illegitime fieri, prout patet in iure, *c* & tradit Iason.

a Con. Tri. ses. 25. de regul. c. 19.

b Spino in Spec testamẽt. glo. 12 de leg. monast. n. 60.

c c. religioso. 20. §. fi. de sen. exc. li. 6. li. 4. §. condemn. ff. de reiud. c. 1. de sent. & re iudic. Iason in Authẽ. ingres. n. 41. C. Episco. & cler.

ARTICVLVS. XII.

Vtrum donatio nouitij morte ipsius antè professionem accedente reuocetur.

Respondeo dicendo, quod donatio facta à nouitio iuxta formam Concilij Tridentini effectum minimè sortitur, nisi secuta ipsius nouitij professione, & ratio huius Decreti fuit, ne donatio à nouitio facta, si non esset reuocabilis, ipsum â libertate, quæ ad profitendũ est necessaria, retardaret. Qua ratione attenta dubium est maximum, vtrum decisio Cõcilij locum habeat non solum quando professio nõ sequitur ex eo, quod nouitius dimittit habitum, aut à religione expellitur, sed quando morte præuentus non profitetur, & videtur, quod in hoc casu locum non habeat, intentio enim Concilij in eo cessat, cum ipse nouitius non remanet in mundo, & de eo minimè possit verificari, quod inuitus cogetur profiteri, & coacte professus malus monachus euadet. At pro contraria parte habemus quandam illustrissimorum Cardinalium declarationem, quam refert Pater Parasselus in suo Minimorum albeolo priuilegiorum, quæ determinat, *Quod si nouitius antè professionem moriatur donatio, non ipsi, cui facta est, sed succedentibus ex testamento, vel ab intestato pertineat*. Cui declarationi licet non teneamur adhibere firmam fidem, cum de ea literas Authenticas minime habeamus: non tamen possumus negare esse iuridicam, & iuri maxime consonam debere censeri: licet enim Concilium se in prædicta ratione fundauerit, quæ, vt supponitur, cessat in hoc casu: non tamen debemus cõcedere, quod voluit à nouitio auferre potestatẽ testandi pro anima sua, si ante professionem ab hac vita discederet, facta iam donatione, siquidem in eo statu moriens non ita pro anima sua satisfacere posset, sicut si religiosus factus & in religione longæ-

longæuus pro suis peccatis per multa bona opera. Deo optimo maximo satisfaceret. Præterea ipse moriens iam donatarij non habebat necessitatem, ratione cuius ipsi forte donauit, vt postea viuens pauper & in religione necessitatibus repletus âdonatario in necessitatibus, & infirmitatibus prouideretur. Qua ratione etiam attenta ait Concilium, quod professione non secuta minime renunciatio habeat effectum. Quæ verba, cum sint generalia propter rationes superius allegatas, debent intelligi non solum quàndo ipse nouitius dimittit habitum, aut expellitur à religione ante professionem, sed etiam quando morte præuentus professionem non emittit. Ex quibus sequitur, quod in hoc casu res donata succedentibus ex testamento, vel ab intestato proueniat, bona enim nouitiorum morientium intra annum probationis non ipsi monasterio, sed succedentibus ex testamento, vel ab intestato adiudicantur, vt constat ex traditis per Philippum Decium, [a] & Barbaciam, quos refert, & sequitur Quintilianus Mandosius.

[a] Deci. in c. in præsent. de probat. n. 73. q. 9. Barb. in Clem. 1. n. 20 versi. ex istis dedec. Mad in tract. cas. annal. n. 56. casu 35. & n. 65. casu. 96.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum renũciatio facta á nouitio post decimum sextum ætatis suæ annũ valeat, etiam si non fiat cum forma prædicti Decreti.

REspondeo dicendo, quod decisio prædicti Decreti habet locum nõ solum in donatione facta à nouitio ante decimum sextum ætatis suæ annum, sed etiam post decimum sextum ætatis suæ annum completum, cum ratio, & mens dicti Decreti ita militet in vno casu, sicut in alio. Hæc sententia est contra Menochium. [a] Sed contra faciunt verba prædicti Decreti ibi. *Nulla quoque renuntiatio*, Cum enim in capite præcedenti dixerit Concilium, quod in quacunque religione non fiat professio ante decimum sextum ætatis annum completum, statim in capitulo sequenti continuatiue loquendo ait, *Nulla quoque renuntiatio*, quod relatiuum (*quoque*) refert hanc decisionem ad præcedentem, & sic videtur diffinire, quod solum illa donatio sit irrita, si non fiat cum solennitate ibi præscripta, sed etiam facta â nouitio, qui nondum annum decimum sextum compleuerit. At donatio facta à nouitio iam ætate prouecto videtur, quod remaneat in dispositione iuris communis antiqui, & sic quod valeat. At huic argumento apparenti respondetur, quod continuatio per dictum relatiuum inculcata solum hoc voluit designare, quod sicut professio nouitij est nulla, si decimum sextum annum completum non habeat, & sine solennitate capituli præcedentis. Ita etiam donatio est nulla sine solemnitate in hoc Decreto requisita, siue fiat à nouitio ante decimum sextum, siue post decimum sextum annum.

[a] Meno. de arbi. casu. 436. n. 8.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum dicta donatio possit fieri à nouitio sine licentia Episcopi cum licentia solum superioris.

REspondeo dicendo, quod pro parte affirmatiua videtur facere id, quod resoluit Nauarrus [a] explicans aliqua iura videlicet, quod ad ingrediendum monasteria monialium subiecta prælatis regularibus, sufficit ipsorum Prælatorum licentia, ad ingrediendum autem monasteria monialium Episcopis, aut Sedi Apostolicæ immediate subiecta sufficit licentia Episcopi: & ita in nostro proposito videtur moralizandum, quod si loquamur de nouitijs existentibus in monasterijs Papæ, aut Episcopis subiectis sufficit licentia Episcopi vt donatio, & renunciatio ab eis fieri possit, & vt seruetur forma Concilij Tridentini. [b] Si vero loquamur de nouitijs sumentibus habitum in religionibus immediate subiectis prælatis regularibus, licentia ipsorum solum videtur sufficere ad dictam donationem, & renunciationem faciendam.

[a] Nau. in statuimus. 19. q. 1. n. 60.

[b] Trid. sess. 25. de reg. c. 15. & 16.

Sed his non obstantibus contrarium est dicendum, videlicet quod non valet talis renuntiatio, nisi licentia Episcopi, aut eius vicarij intercedat. Quod patet ex dicto capite decimo sexto Concilij Tridentini, in quo dicitur. Nulla quoque renuntiatio, aut obligatio ante à facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunq; causæ piæ va-

piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius vicarij. Notandum est enim illud verbum (quoque) quod dicit relationem ad capitulum præcedens, in quo agitur de quibuscunque nouitijs sumentibus habitum in quacunque religione, & monasterio, siue subiecto Sedi Apostolicæ, siue quibuscunque regularibus prælatis, quorum omnium renunciationes, & donationes vult Concilium, vt cum licentia Episcopi factæ valeant, & aliter factæ irritæ, & nullæ existant.

Neque obstat ratio dubitandi in principio proposita. Nam respõdetur quod Concilium *d* Tridẽtinum ad ingressum in monasteria monialium licentiam Episcopi, aut superioris requirit. Quæ verba (*aut superioris*) apposita fuerunt à Concilio ad denotandum, quod respectu monasteriorum, & monialium, quæ sunt subiecta prælatis regularibus, sufficit licentia dictorum prælatorum, at ad donationem quorumcunque nouitiorum, & nouitiarum validitatem requirit Concilium, non facultatem superiorum, sed Episcopi, aut eius vicarij. Et diuersa est ratio monialium professarum & nouitiorum, seu nouitiarum. Nam moniales professæ iam irreuocabiliter sunt subiectæ prælatis regularibus, & ideo nimirum si ad ingrediendum in earum monasteria sufficiat licentia superioris ipsarum. At nouitij, & nouitiæ non sunt ita subiecti prælatis regularibus, non enim sunt religiosi ante professionem, & ideo nimirum si donationes ab ipsis factæ cum licentia Episcopi fieri debeãt necessario. Quod ideo factum est, quia licet læsio enormissima arguat dolum, prout dicitur in iure, *e* & licet in eo, qui deserit omnia propter Christum, non præsumatur dolus, vt dicunt Couarruuias, *f* Tellus, & Gutierrez sequentes Decium, & Aimon. At quia nouitius potest ad sæculum redire, ideo fraus poterat præsumi secundum Couarruuias, *g* & ideo necessaria fuit licentia Episcopi, licentia enim iudicis tollit dolum, & fraudem præsumptam, vt dicitur in iure, *h* & tradit Menochius: & vt omnino dolus tollatur, voluit Concilium vt etiam iurata, & cum renunciatione huius Decreti, non valeat, vt retoluunt Menochius, *i* Rojas, Gutierrez, Marcus Antonius, & Spino.

d Triden. d. c. 5.

e l. si superstite. C. de dolo.

f Cou. in c. quamuis pactum 1. p. § 2. nu. 5. vbi Cutie. in v. nuptui tradebatur. n. 2 p. 402. Tell. in l. 6. Taur. n. 53.

g Coua. vbi su. § 4. nu. 3 cum mult. h l. vlt. ff. de eo, quod met. caus. Menoc. de recu. possess. remed. 1. n. 266.

h Meno. de arb. li. 2. cẽt. 5. casu. 436. n. 7 & 8. Rojas in epit. succes. ca. 6. n. 29. cũseq. Guti. vbi su. Anto. Gab. li. 3. instit. ti. 1 de reg. l. n. 25. Spino in Specu. testa. glo. 12. n. 50.

ARTICVLVS. XV.

Vtrum moniales possint dare aliquid secularibus cum censu certæ annuæ quantitatis sibi soluendæ in vita sua.

REspondeo dicendo, quod si dominium eius, quod obtinuit monialis, acquisitum fuit conuẽtui, non potest ipsa monialis alicui personæ conferre, vt ea pecunia emat censum, & sibi certa quantitas quotannis soluatur in vita sua, qua finita ipsum censum apud sæcularem remaneat. Quod est adeo verum, vt neque generalis neque prouincialis sine conuentu, nec conuentus sine licentia generalis, aut prouincialis id efficere possunt: & ratio est, quia hæc summa iam in ipsius conuentus proprietatem, & dominium transijt, & sine ipsius beneplacito non potest alienari, si enim alienetur, in graue ipsius conuentus cederet præiudicium, vt Doctores communiter cum Syluestro, *a* affirmant. Possunt tamen dicti prælati generales, & prouinciales licentiam concedere subdito sine licentia sui conuentus, vt aliquas possit facere donationes remuneratorias, ex remunerationibus enim fratrum vtilitas etiam conuentui maxima accrescit: & ratio naturalis dictat, vt benefacientibus remuneratio tribuatur, prout docet Diuus Thomas. *b* Etsi dominium rei in censum constituendæ non fuerit in conuentum translatum tunc dicta monialis cum licentia prælati potest ordinare, vt dictum censum cum annuo reditu ad vitam ipsius constituatur, & morte secuta apud sæcularem ipsum permaneat, tunc autem dicetur dominium in conuentum minime fuisse translatum, quando sæculari rem censu constituendam ipsi moniali dederit, vt ita ipsam, cui vellet, relinqueret.

a Syl. v. alie. q. 6. 8. 9. 12. & 13.

b D. Tho. q. 106. ar. 5.

Sed contra hoc obstat Concilium Tridentinum *c* in quo decernitur, quod non liceat deinceps superioribus bona stabilia alicui regulari concedere etiam ad vsum fructum, vel vsum & administrationem, seu commendam.

c Trid. sess. 25. de regul. c. 2.

Respondeo, quod ego non inuenio rationem sufficientem, qua modo possim defendere attento hoc Decreto redditus annua-

annuales, quos ipsæ moniales in Hispania cernimus habere, dicere autem hoc Decretum non esse receptum non soluit argumentum, cum licet non sit receptum, sacri tamen Canones d proclamant regulares nihil proprij posse habere, ex hac tamen parte eas posse protegere non assertiue dico, quod scilicet ipsæ non sunt obligatæ ad supradictorum iurium quantum adhoc obseruationem, cum non prouideantur à suis Prælatis in victu, & vestitu (vt decet) in suis religiosis, & veris necessitatibus, prout in casu simili defendit doctissimus Nauarrus e Dixi (religiosis & veris necessitatibus) non enim possunt dictos redditus habere etiam cum licentia Prælatorum ad necessitates fictas & ad munera deuotis (vt communiter dicunutr) conferenda, sed de hoc latius in quæstione de paupertate.

d c.c.cũ parvulus.1.q.c. 2.c. cum ad monasteriũ de' statu regularium.

e Nau.in c. nullã.18. q. 2.à n.25.vsq.ad n.36.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum Decretum Concilij Tridentini quantum ad donationes nouitiorum habeat locum in nouitijs Societatis Iesu.

REspondeo dicendo, quod Concilium Tridentinum a non habet locũ in religione Societatis Iesu, vbi multis mensibus, aut annis ante professionem donatio facta valet. Ita fertur fuisse declaratum à congregatione Cardinalium, & habetur in quadam decisione Perusina. b Et vt accepta quodam grauissimo huius instituti religioso, Doctor Solis cum esset in causa controuersa iudex ita pronuntiauit, post emissam bis ad ipsum causam à Senatu Regio, ad quem fuit supplicatum, & hanc sententiam consuluerunt doctissimi Theologi, & Iurisperiti. Quod probant ex dicto Concilio Tridentino c ibi, *Per hæc tamen Sancta Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere, quin religio clericorum Societatis Iesu iuxta pium eorum institutum à Sede Sancta Apostolica approbatum Domino, & eius Ecclesiæ inseruire possit.* Quæ clausula ad omnia contenta non solum in capitulo, cui apponitur, sed etiam quoad alia posita in alijs capitulis eiusdem Sessionis referri debent, ita quod in nullo pijs institutis eiusdem Societatis à Sede Apostolica approbatis voluit Concilium contrauenire. Quod patet ex verbis, *Per hæc tamen.* Quæ verba in numero plurali relata non solum referuntur ad Decretum immediate præcedens, scilicet, quod finito anno probationis ad professionem admittantur, sed ad alia Decreta, scilicet, quod valeat professio post annum nouitiatus expletum, & quod nulla renunciatio facta à nouitio valet, nisi seruata forma eiusdem Concilij. Referuntur etiam (vt etiam innuũt alia verba, ibi) *Domino, aut eius Ecclesiæ inseruire possit*, ad alia Decreta de paupertatis d voto integerrime seruando, & de modo in electione e seruando. Quæ in nihilo institutiones huius sacræ religionis innouant. Quod insuper probatur ex notatis in iure f vbi notant communiter Doctores, quod clausula posita inter vnum capitulum ad aliud tantum refertur, sed posita, inter plura capitula, vel ante omnia, vel post omnia ad omnia refertur. Vnde cum dicta clausula apponatur inter plura capitula ad omnia, quę concernunt Societatis instituta, est necessario referenda, & quantum ad nostrum propositum in admissis ad vota tria simplicia in Societate cessat ratio dicti Decreti: de qua per Gregorium g Lopez, ne, scilicet, occasione dictæ donationis, & renunciationis nouitius discedere queat. Nam qui dicta tria vota simplicia in Societate emiserunt, sunt vere religiosi & nequeunt sponte discedere, si enim sponte recedant, Apostatę, & excommunicati per Bullas Pij V. & Gregorij Tertij decimi iudicantur.

a Con. Trid. sess. 25. de regul. c. 16.

b Decis. 71. n. 16.

c Trid. sess. 25. c. 16. de reg.

d c.1. eiusdẽ sess. 25.

e c.6. eiusdẽ sess. 25.

f l. 3. §. filius ff. de liber. & posthu.

g Greg. Lopez. in l. 3. glo. 2. tit. 7. part. 1.

QVÆSTIO XLVIII.

De dotibus monialium in octo articulos diuisa.

Circa quam quæstionem octo quæruntur.

1 *Vtrum prælatæ & moniales, committant simoniam in dotibus pro nouitijs recipiendis.*

2 *Vtrum*

2 *Vtrum quando monaſterium eſt locuples, vt poſsit perſonas quæ recipiuntur alere, ſimoniacum ſit pretium, id eſt, dotem exigere.*

3 *Vtrum prælati monialium poſsint taxare dotem.*

4 *Vtrum ipſi prælati poſsint taxare aliquã particularem dotem ſine conſenſu monialium, & monaſterij.*

5 *Vtrum dos ante profeſsionem monialium poſſit recipi.*

6 *Vtrum monaſteria monialium immodicas dotes pro ingreſſu monialium recipientes cum pura conſcientia poſsint retinere.*

7 *Vtrum Abbatiſſa poſsit recipere certam pecuniæ quantitatem, donec conuentui dos promiſſa pro nouitia ſoluatur.*

8 *Vtrum illa quæ ingreſſa monaſterium conuenit cum illo quod loco dotis habeat hæreditatem quæ ei contingebat poſt mortem matris, & profeſſa eſt, ſit vere religioſa ſi ante ingreſſum religionis matri petenti ſuam legitimam renunciauit, Et vtrum cum licentia ſui prælati poſsit eſſe extra monaſterium, vt ibi alatur.*

ARTICVLVS I.

Vtrum Prælatæ, & moniales committant ſimoniam in dotibus pro nouitijs recipiendis.

RESPONDEO dicendo, quod doctiſsimus, & pijſsimus Nauarrus, *a* hanc proponit quæſtionem, ſcilicet, an peccent Abbatiſſæ, aut aliæ quouis nomine monaſterijs præfatæ ſuos redditus ita prodige extendentes, vt moniales denuo admittere omnino recuſent, niſi tantis dotibus onuſtas, & tantis expenſis factis, quantæ ſufficerent abunde illis per totam vitam alendis, & tamen nec admiſsis pridem monialibus, neque his, quæ denuo admittuntur, vel ſolas veſtes conferunt, imo nec frequenter medicinas, & ait doctiſsimus vir eas peccare. Quod quidem primo probat ex iure Canonico *b* antiquo, & nouo Concilij Tridentini præcipiente, ne plures moniales admittantur in monaſteria, quam ex eorum redditibus abſque penuria earum ſuſtentari poſsint, quod præfatæ nullo modo exequuntur, cum nullas indotatas accipiunt ex redditibus monaſteriorum alendas. Deinde quia præfata concilia præſcribunt, ne plures accipiant, quam ali poſsint ex proprijs redditibus: at illæ multo plures accipiunt, ſi habeant dotes.

Secundo quia vehementer abſonum apparet monaſteria monialium vniuſcuiuſdam ciuitatis viginti millium aureorum redditibus annuis, & eo amplius perfrui, & tamen ob hos redditus adeo copioſos nullam monialem admitti, nec ab his ſuſtentari, niſi pro dote ſupellectilibus & expenſis alijs ſecum afferat, vt multi referunt octingentos, qui ſufficerent haud dubie ad emendum centum in ſingulos annos ad vitam earum: imo licet eam ſummam tantum deferret, quæ ſufficere poſſet emendis octoginta aureis, vel ſeptuaginta in ſingulos annos ad vitam ſatis eſſent, & ad alimenta, & ad veſtes, & etiam ad medicinas, & ita non ingreditur expenſis monaſterij, ſed ſuis proprijs. Poſtremo quod mens Conciliorum ea eſt, ne plures moniales indotatæ, nec dotatæ in monaſteria cooptentur, quam ex redditibus monaſteriorum ali poſsint. Et quod in his monaſterijs, in quibus iam admiſſæ hunc numerum excedunt, nullo modo admittantur aliæ, donec, vel eouſque decreſcat numerus earum, vel creſcant redditus, vt illi numero alendo, & amplius ſufficiant id quod aliquorum Prælatorum præſcripto in monaſterijs aliquot iam ſeruatur poſt Concilij Tridentini diffinitionem. Et in Carthuſienſibus Cœnobijs ſeruari præcipitur ſtatuto ſtrictiſsimo, quod mire exaggerat Dionyſius *e* Carthuſienſis.

Dubitatio tamen vehemens ſuboritur hinc, poſsint ne præfatæ monialium alias admittere ſufficienter dotatas, poſtea quam expletus ſit numerus earum, quæ poſſunt ali ex annuis redditibus monaſteriorum.

Pro parte enim affirmatiua pugnat vſus, id enim, crebro fieri cunctis eſt perſpicuum, & conſuetudo eſt optima legum interpres, vt dicit ius. *d* Ex altera vero pugnant iura, *e* ſupra allegata, imo ſimoniacum eſſe innuitur in iure. *f* Et in quadam Vrbani V. extrauaganti, vt pulchre ſatis deducit Dionyſius *g* Carthuſianus aſſeuerans firmiter id

a Nauar. de redd. eccle. monit. 61.

b c. pericu lo §. Sane de ſtatu regul. Con. Trid. ſeſ. 25. de re gula. c. 3.

c Carth. de ſimo. lib. 1. ar. 16.

d c. dilectus de cõſuetu. e d. c. pericu loſo. & d. c. 2. Cõci. Tri. f c. quoniã. de ſimonia. g Carth. li. 1 & 2. de ſimonia.

à labe simoniæ non excusari, licet nihil assumatur pro ingressu religionis, nec pro monachismo, sed tantum sustentationis gratia, nec excusari ab hoc monasterij pauperitate. Et ad hæc omnia comprobanda vehementer vrget extrauagans Vrbani V. quam retulit præfatus Dionysius Carthusianus.h

h Dion. li. 1. de simon. ar. 7. & li 2. ar. 2.

Pro resolutione autem huius difficultatis, Dico primo, expedire quidem, ne plures assumantur, cum id iura censeant multo melius, & quod amplissimæ dotes quas aliquæ exhibent in causa sunt, vt quædam quæ aptæ non sunt, ingrediantur monasteria. Vnde fit vt maiorem in spiritualibus faciant iacturam, quam reportent commoditatem in temporalibus. Quod satis demonstrat Dionysius.i Difficile etiam factu est hoc ab omni simoniæ labe excusare. Ita melius, quam nullus alius autor K ille suadet.

i Dionys. in d. ar. 7.

K Dion. li. 1, & 2. de simon.

Dico secundo, quod licet hoc dicamus melius, non tamen vt malum oppositum condemnamus, credimusque posse præfatas monasteriorum sine vlla culpa aliquas ad religiones anhelantes, & aptas, sufficienter dotatas admittere, etiam vbi sit expletus numerus earum, quæ alij possunt ex redditibus monasterij, dum tamen ab omni simonia caueant moniales, quæ solent aliquid pro suffragijs accipere. Primo quod asseuerauit D. Thomas l à Caietano expositus. Deinde quia nunquam (vt credimus) vel difficile in Hispanijs Dionysij approbabitur sententia, vbi quam plures filias suas in monasteria deferunt, non tam religionis gratia, quam ne cogantur nuptui tradere inferioris ordinis hominibus. Rursus quia etiam D. Thomas tenuit licere recipere virgines dotatas in monasterijs, in quibus non sufficerent omnibus, si reciperentur sine dote.

l D. Th. vbi Cãie. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 4.

Iam autem tempore D. Thomæ id erat cautum, m quod modo innouat Concilium Tridentinum, n ne admitterentur fœminæ plures in monasteria, quam ali possent. Vnde ius tam antiquum, quam nouũ exponendum apparet, ne recipiantur indotatæ, vel cum expensis monasterij. Illa autẽ simonia, quæ interuenire solet, subterfugi possit quibusdam obseruationibus adhibitis, quam uis difficulter, vt Dionysius o astruit. Vnde patres nostri Ordinis huius rei pro vtraque parte videntes difficultatem petierunt ab Innocentio Octauo, qui fuit post Vrbanum. V. vt moniales ab huiusmodi angustijs liberaret. Qui Pontifex declarauit.

m d. c. periculoso.

n d. c 3. §. 25

o Dion. li. 1. ar. 7. & li. 2. ar. 2.

Quod moniales, quia nesciunt discernere inter intentionem primariã, quæ causat simoniam, & secundam intentionẽ, quæ ipsam non causat, nunquam incurrunt simoniam, nisi in duobus casibus. Primus est, quãdo paciscũtur de aliquo dando, vel soluendo pro ingressu, & quãdo recipiunt inhabiles ob spẽ habẽdi aliquid, quia tũc illa est principalis intẽtio, Ita habetur in libro Monumenta p Ordinum, & Supplemento, & quia respectu dictarum limitationum maxima adhuc moniales patiebantur scrupulos, petierunt nostræ religionis, prælati ampliorem circa prædicta cõcessionem à Clemente VII. qui concessit,

p In. 2. Impres. cõcess. 1ct. Supple. fol. 99. concess. 363.

Quod moniales, seu religiosæ existentes sub obedientia ministri generalis ordinis Minorum nullam incurrant simoniam ex pactionibus, & conuentionibus, quas faciunt in receptione intrantium ordinem ipsarum super dotibus recipiendarum pro congruenti, & sufficienti sustentatione earum. Ita habetur in Compendio q Priuilegiorum Mendicantium. Quæ verba ibi, *Pro congruenti, & sufficienti sustentatione earum apposita sunt.* Nã paciscuntur Moniales aliquando ingentem dotem excedentem sufficientem, & congruentem monialis recipiendæ sustentationem, quia est ipsa recipienda ex genere vili forte maculato habens originem, quas moniales ego in hoc casu à labe simoniæ minime liberarem. Illud enim tanquam certum est tenendum, quod ex pacto aliquid recipere vltra id, quod est necessarium sustentationi moniali iudicio cordatorum censetur esse simoniacum. Nam expacto nihil aliud possunt recipere præter illud, quod alendæ moniali sit necessarium eo quod ei monasterium tribuere minime potest, prout notat Nauarrus.

q Compend. Mend. titu. moniales §. vlti.

r Nau. vbi s. n. 3.

Circa prædictam Clementis VII. concessionem est notandum non esse alienam à diuina Theologia, nec à sacris Canonibus, licet enim pro professione nõ liceat pretium aut exi-

aut exigere aut offerre, cum religionis ingreſſus,& profeſsio ſit res ſpiritualis: attamen vbi monaſterium eſt tenue, neque adtũ tum numerum monialium nutriendum ſufficiens nulla eſt ſimonia aliquid pro victu, & veſtitu recipere. Exemplum qualecumque poſſumus ponere in matrimonio, pro illo nam que quatenus eſt ſacramentum, nihil poteſt vir ab vxore recipere, poteſt tamen id admittere ad ſuſtentanda eius onera, prout patet in *Iure*, ſ ex hoc etiam fit conſequens nec eſſe ſimoniam, ſi illa inter moniales libentius ſuſcipiatur, quæ ex ſua deuotione largas eleemoſynas monaſterio fuerit elargita, ſicut ê contra licitum eſt monialibus temporalia impendendo beneficia ſæculares ad deuotionem allicere, vt ſanctimonialem habitum induant, tametſi non poſsint pretium dare, vt tale capeſſant religionis inſtitutum. Ita *Soto* t & ante eum Guliel Rodeanus clarius prædicto exemplo dotes pro ſuſtentatione, & oneribus monialium recipiendarum à ſimoniæ labe defendendo.

ſL. pro oneribus. C. de iure doti.

t Soto li. 9. de iuſtitia. q. 6. art. fin. iuxta fi. Guliel. Rodeanus de ſimonia. c. 12 n. 4. & 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum quando monaſterium eſt locuples, vt poſsit perſonas, quæ recipiuntur, alere, ſimoniacum ſit pretium, ideſt, dotem exigere.

REſpondeo dicendo videri eſſe ſimoniacum, nam videtur quod non alia ratione huiuſmodi exactio fit, quam propter monialium alimenta, & ita vbi illa aliunde ſuppetunt, apparet pretium pro ingreſſu religionis exigi. Quod quidem argumentum Doctores omnes fere canonici iuris, vt videre eſt apud Sylueſtrũ *a* in partem cogit affirmatiuam. At doctiſsimus Soto *b* contrariam ſecutus partem ait opulentiam monaſterij nihil prorſus facere, vt quæ in paupere non erat ſimonia, in diuite monaſterio ſimonia cenſeatur. Et ratio eſt patentiſsima, nam ſimonia ſpeciem ſortitur ex obiecto, nempe quia ſpirituale, ſcilicet profeſsio ipſa venditur pro re temporali, ſi autem illud cauetur, & pecunia non niſi pro victu recipitur, etiam ſi monaſterium illo ſubſidio nullatenus egeat, poterit quidem eſſe peccatum auaritiæ, non tamen ſimoniæ, ſed hoc tantum ait eſſe fatendum, quod tũc præſumitur ſimonia, nam ſi victus eſt abundans, præſumitur pecuniam recipi pro ingreſſu, prout optime conuincit Sylueſter. c Quocirca ait Soto monaſteria ditiſsima, quæ pauperes recipere abſque pretio renuunt eodemque ingenti, profecto citra ſcandalum facere id non poſſunt, maximè tunc quando videntur pecuniam recipere non pro ſuſtentatione, ſed alijs cauſis, nempe quia puella non eſt tam bono ſanguine orta, aut eſt alia notata infamia, aut deformitate. Hæc enim pretio in conuentu æſtimare vix ſine ſimoniæ labe elui poteſt: atque hoc demum ſi conuentus vt ſuam amplitudinem, & magnificentiam clariorem reddat, auctiora exigunt pretia.

a Sylu. ver. ſimon. § 15.

b Soto li. 9. de iuſt. q. 6. art. fi. iux. fi.

c Sylue. vbi ſup.

ARTICVLVS III.

Vtrum prælati monialium poſsint taxare dotes.

REſpondeo dicendo, quod cũ dotes cõſtituantur maritandis matrimonio carnali pro oneribus matrimonij: ita conſtituẽdis maritãdis virginibus matrimonio ſpirituali cum Chriſto Domino ſpõſo in profeſsione regulari conſtituuntur, & paciſcuntur dotes pro oneribus monialis. Vnde videndum eſt vtrum dotes pro maritandis matrimonio carnali poſsint à Principibus ſæcularibus taxari: inde enim indagabimus quid dicendum ſit de dotibus pro matrimonio ſpirituali aſsignatis. Pro cuius rei explicatione aduertere oportet, quod Hippolytus à Marſilis *a* ſcribit legem à Laicis ſancitam, qua prohibentur parentes dare filiabus dotem certam, atque taxatã quantitatem excedentem nullam eſſe ex eo quod impediat libertatem matrimonij, quod ait Couarruuias *b* ſe non credere, nullam enim pœnam prædicta lex contrahenti matrimoniũ iniungit, neque prohibet cõtrahi coniugia: ſed ad reipublicæ vtilitatẽ parentibus occurrit, qui ſtudio tradendi filias in coniuges maritis genere, & nomine, atque diuitijs ſublimioribus, maria, (quod aiunt) & montes aureos promittunt. Hinc inuictiſsimus Cæſar Carolus Hiſpaniarum Rex Anno Milleſimo, quingenteſimo trigeſimo quãrto in Concilijs Madritij habitis lege lata diffiniuit, quanta in his regnis fieret filia-

a Hippoly. ſingu. 589.

b Couar. de ſponſa. 2. p. ca. 3. fo. 293. col. 2.

bus aſsignanda dos a parentibus, cui deciſioni plurimum conuenit, quod notat Felinus *d* & Curcius ſenior, ſic & à Venetis ſtatutum eſt, ne quantum vis diues Patricius vltra ſex millia ducatorum aureorum dotis nomine filiæ auſit dare, vti refert Poſtellus *e*. Iſtas vero leges, quæ de dotibus conſtituendis præſcribunt mediocrem quantitatem, vtiles eſſe tradit Ariſtoteles *f* & in Hiſpania à Gothis latas fuiſſe hac de re conſtat in Foro *g* iudiciali, præſertim à Reciſſundo Gotthorum Rege. Et ita factum eſt ſtatutũ Romæ de taxatione dotium, quod refert Matthæus in Scholijs ad conſtitutiones Pontificales Pij. V. Pontificis Maximi. Qui Summus Põtifex ſequentem Conſtitutionem *h* in confirmationem dicti decreti edidit, dicens.

d Felin. in c. Eccleſ. ſanctæ Mariæ n. 58. de cõſtit. Curcius ſenior conſ. 27. n. 28.

e Poſtell. li. de magiſtr. Athenienſ. c. 33.

f Ariſt. li. 2. polit. ca. 7.

g Lib. 3. tit. 1.

h Habet. in conſt. Pontificali Pij. V. cõſti. 14. fo. 552.

Pius Papa Quintus. Motu Proprio, &c. *quoniam nos pluries iuſtis cauſis moti cohortati ſumus dilectos filios noſtros conſeruatores cameræ almæ vrbis, & populi Romani, vt vellent in modum publici ſtatuti moderari, ac limitare quantitatem vſq; ad quam in futurum aſcendere poſſent dotes mulieribus in ipſa vrbe inter Romanos, ſeu inter eos, & exteros, aliosque ſupra ſcriptas conſtituendæ, ac dandæ, ipſiuſque propterea in diuerſis eorum etiam publicis conſilijs negotio tractato prius curam faciendi moderationem, & limitationem prædictam, illamque cum pœnis, capitulis, & clauſulis opportunis inſcriptis redigendam cõſeruatoribus, & alijs ſuperius deſcriptis demandauerint, & præinſerta ſcriptura ſic vt ſupra exemplata eſt in eodem publico conſilio lecta, & maturè diſcuſſa fuerit, per ipſum Concilium approbata, & in modum publici ſtatuti publicata. Nos cupientes, vt inuiolabiliter obſeruetur, motu ſimili ſtatutũ ipſum ſubſcriptum, prout iacet cum omnibus ſupra ſcriptis ordinationibus in omnibus, & per omnia etiam Apoſtolica autoritate ex certa noſtra ſcientia perpetuo laudamus, approbamus, & confirmamus, &c.* Ecce quomodo ad vtilitatem publicam pertinet, vt dotes pro maritandis taxentur, & ideo poteſtas ſæcularis hoc potuit efficere. Videamus igitur, vtrum idem dicendum ſit de dotibus pro maritandis virginibus ſpiritualiter aſsignandis & dicendum eſt, quod prælati ipſarum monialium eas moderari, & taxare iure optimo poſſunt, cum hoc ad publicam ipſarũ monialium vtilitatem pertineat, ne augmentata dotium quantitate aliquæ aptæ, & habiles ab ingreſſu religionis retrahantur, & aliæ inhabiles, & minus aptæ ad religionem propter exceſsiuas dotes cum maximo ipſius religionis detrimento recipiantur. Hoc etiam oportet, & eſt neceſſarium ab ipſis fieri. Nam cum dictæ dotes pro ſuſtentatione monialiũ aſsignentur, alias ſimonia committetur, ſi pro profeſsione religionis offerantur, maximè neceſſarium eſt, vt fiat lex & ſtatutum, quo ipſæ dotes traxentur ita, vt ſolum pro ſuſtentatione congruenti recipiantur iuxta Sacros Canones, & conceſsiones Apoſtolicas, de quibus in ſuperiori articulo fecimus mentionẽ imo tenentur prælati ipſam legem facere ne ignarę moniales in petendis exceſsiuis dotibus ſimoniæ labe inuoluantur, & ſcandalum inferant ſæcularibus, & ita vſu receptũ eſt in religionibus dotibus taxationem apponere.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum ipſi prælati poſsint taxare aliquã particularem dotem ſine conſenſu monialium & monaſterij.

REſpondeo dicendo, quod ipſi prælati poſſunt edere legem ipſarum dotium taxatiuam iuxta congruam vniuſcuiuſque monialis ſuſtentationem, & ſicut dotes pro maritandis carnaliter conſtituuntur, & taxantur, non debent taxari dotes, pro virginibus ſpiritualiter cum Chriſto Domino deſponſandis. Dotes enim pro maritandis carnaliter debent conſtitui pro modo facultatum, & dignitatis natalium viri, ac mulieris ita, vt dos menſuram non ſumat à quantitate legitimæ, quia tunc certa eſſet, ſed menſuram recipit à qualita-

te

te viri, & vxoris, atque ita minus legitima conſtitui poteſt iuxta quaſdam Leges *a* & ne fluctuent aliqui in his taxationibus inter varias Doctorum ſententias nauigantes regionum conſuetudinibus multum virium referendum eſſe cenſeo ita, vt illa videatur ſufficiens dos, quæ conſtituitur ſecundum morem regionis, vt tradunt Corneus *b*, & egregiè Soccinus ſenior, Pariſius, & Rolandus. Quæ omnia arbitrio prudentium, & expertorum relinquuntur. Debent igitur taxari dotes pro virginibus ſpiritualiter deſponſandis non ſecundum facultates monaſteriorum, & nobilitatem, & ignobilitatem ipſarum virginum, ſed ſecundum congruam ipſarum ſuſtentationem, quæ arbitrio boni viri relinquenda eſt, nec de hoc poteſt fieri lex vniuerſalis, ſed in vna quaque Prouincia ſecundum valorem earum rerum, quæ pro ſuſtentatione, & alimentis requiruntur, facienda eſt taxa ſpecialis. Minor enim dos requiritur in Regno Galliciæ, vbi ea minori precio æſtimantur, quam in oppido Madritij, & alio ſimili populoſo loco, vbi ea multo carius venduntur, & maior dos requiritur pro anu, quam pro iuuencula, cum ad ſuſtentationem anus plura requirantur. Denique hæc taxa, vt ſit iuſta & prudentialis ſecundum loca, & tempora, & perſonas debet præſignari, quam debent prælati monialibus publicare, vt ipſæ moniales ſciant, quo modo debeant in his recipiendis incedere, ne crimine ſimoniæ afficiantur petentes multo plus dotis à Nouitia volenti ingredi religionem, quam conceſsiones Apoſtolicæ permittunt paciſci & poſtulari.

Ex his infero, quod non tenentur dicti prælati facere legem generalem imo iniquè agent ipſam generalem conſtituentes prout dictum eſt: tenentur ergo illam facere ſecundum loca, & tempora, & perſonas. Neque vt illa valeat, neceſſe eſt, vt publicetur, ſicut ad validitatem legum neceſſe eſt publicatio earum ſecundum iuris ſolennitatem, prout dictum eſt in primo tomo, ſed eſt neceſſaria earum publicatio, vt ipſa, vt lege coerciua aſtringantur ita, vt ab ea ſine nota peccati, & ſimonia non poſsint reſilire moniales. Vnde ſi prelati in occulto inſcijs monialibus, & earum prioriſsis, aut Abbatiſsis aliquam taxauerint, & limitauerint dotem particularem propter aliquas cauſas ad id ipſos mouentes, talem taxam valere puto, dummodo taxata dos pro ſuſtentanda moniali ſufficiens reputetur. Fateor enim ipſos prælatos in tali diminutione dotis ſine conſenſu monialium á tramite ordinario receſsiſſe, cum nunquam dos particularis diminuatur, & in aliquo deficiat, niſi conſenſus prioriſſæ, aut Abbatiſſæ ad minus interueniat. At hic prælatorum defectus in hoc caſu non eſt ſufficiens cauſa, vt taxa ab ipſis facta illegitima, & iniuſta iudicetur, ſi ſecundum conceſsiones Apoſtolicas ipſa ſecundum ſe conſiderata ſit legitima, & pro congruenti ſuſtentatione monialis ſit ſatis.

Neque his obſtat, quod prælati regulares non poſſunt remittere, quod monaſterijs monialium debetur ſine conſenſu ipſarum monialium iuxta ea, quæ tradunt Doctores agentes de alienatione rerum Eccleſiaſticarum, & ſic videtur prælatos regulares remittere non poſſe partem dotis promiſſæ, & per ſcripturam debitæ ſine conſenſu earundem monialium. Nam reſpondetur hoc argumentum habere locum, quando ipſi prælati vellent remittere id, quod ipſis monialibus debetur ratione alicuius venditionis locationis, & teſtamenti. Cum enim monaſterium in his habeat ius quæſitum, non poteſt tale ius auferri ab ipſo ſine conſenſu monialium, quod omnes velint nolint tenentur fateri, aut illud, quod debetur monaſterio ratione dotis promiſſæ, poteſt ex parte remitti à prælatis regularibus, etiam contradicentibus monialibus, dummodo dos diminuta pro congrua monialis receptæ ſuſtentatione ſufficiat, tunc enim monaſterio nulla iniuria irrogatur, cum ipſi illud ſuppeditetur, quod ſecundum conſtitutiones Apoſtolicas illis recipere permittitur iuxta ea, quæ in articulo ſecundo explicauimus.

Querela autem monialium in hoc caſu ſi proponatur, arguit proh dolor, ipſas ea, quæ ad earum ſtatum concernunt, penitus ignorare, quia conſuetudo petendi, & paciſcendi dotes pro monialibus ita inualuit, vt in earum poſtulatione, & pacto in nihilo ſcrupulentur. Ita paciſcentes ſuper dotibus pro religionis ingreſſu ſicut paciſcuntur pro aliqua quacumque re monaſterij, pro altera appreciata commutanda: & ſic in initio quando dotes peti conſueuerunt, talis reclamatio monialiũ in hoc caſu ſcandalũm

a L.cũ poſt §. gener. ff. d iure dot. l. ſi filiæ de leg. 3.

b Corneus conſi. 3. n. 3 lib. 3. Socinus ſenior. conſ. 57. n. 30. li. 4. Pariſius conſ. 62. col. vlt. li. 2. Rolã. 86. n. 16. li. 1

lum maximum cauſaret: at modo non ſolum non generat, imo â viris doctis, & in religione benemeritis approbatam vidi in facti contingentia, quam ego quoque aliquando admiſi, cum ipſi prælati inſcijs monialibus eam in occulto facientes â via ordinaria diſcedât, via enim extraordinaria in regimine turbationem in communitatibus ingerit. At ſi talis querela de iniuſtitia dictæ taxæ in abſcondito factæ proponatur dicendo prælatos ad id ſine conſenſu monialium minimè poteſtatè habere legitimis ad id cauſis ſuadentibus, talis querela minimè locum habere debet, ſi per eam nihil, monaſterijs detrahatur, quod ad congruam monialis recipiendæ ſuſtentationem eſt neceſſarium, quod ipſi prælati poteſtatem habentes ſuper temporalibus, & ſpiritualibus monialium vigilanter aduertere tenentur, ne ipſis monialibus in temporalibus aliqua fraus inferatur, & ne quod magis oportet, in ſpiritualibus aberrent peccatum ſimoniæ committentes.

ARTICVLVS. V.

Vtrum dos ante profeſsionem monialium poſsit recipi.

a Trig. ſeſſ. 25. de regu. c. 16.

REſpondeo, quod Concilium Tridentinum a *libertati profitendi in religionibus maximè inuigilans decernit, ne quid ante profeſsionem excepto victu, & veſtitu Nouitij, vel Nouitiæ illius tẽporis, quo in probatione eſt, quo cũque prætextu á parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius monaſterio aliquid ex bonis eiuſdem tribuatur, ne hac occaſione diſcedere nequeat, quod totam, vel maiorem partem ſubſtãtiæ ſuæ monaſterium poſsideat, nec facile ſi deceſſerit, id recuperare poſsit, quin potius præcipit Sancta Synodus ſub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat, & vt abundantius ante profeſsionem omnia reſtituantur, quæ ſua erant, quod vt rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellat.* Hæc Concilium.

Circa quod decretum eſt notandum, quod non incurrunt excommunicationẽ parentes, & curatores Nouitij, aut Nouitiæ, qui ante profeſsionem aliquid mutuãt, aut cõmodant monaſterio recipiendo à dicto monaſterio pignora, aut ſufficientem fideiuſsionem, ita, quod ſi Nouitij nollent profiteri, facilè datum, & acceptum poſſit recuperari: mutuũ enim, & commodatum actus eſt liberalitatis quem à Concilio tolli minimè puto ipſius Concilij ratione ceſſante, mens enim Concilij) vt conſtat ex eius verbis ibi, *ex bonis eiuſdẽ tribuatur*, & ibi. *ne facile ſi deceſſerit, id recuperare poſsit*) eſt ne â traditione rerum ſuarum ipſi monaſterio facta profitendi coacte ſumant occaſionem.

Ex quo colligitur, quod non prohibet Cõcilium dictum mutuũ, neq; cõmodatũ, quod ratione pignoris, aut fideiuſſoris facile poteſt recuperare. Nec in hoc caſu committitur ſimonia, commodatum enim, & mutuum ſæpe gratia gratitudinis fiunt: & ſicut non committit ſimoniam, qui commodat Epiſcopo, principaliter vt ei morem gerat, & ipſi benefaciat, etiam ſi ex hoc ſeruitio intelligat ſe apud ipſum gratiam conſecuturum, vt latè tradit Nauarrus b ſic non incurrit excommunicationem, qui aliquid commodat monaſterio vt ipſi morem gerat, & ipſi benefaciat, licet intelligat, & certo credat, quod ex collatis beneficijs obligatur ad bene tractandum, & admittendum eius filium, aut cognatum ad habitum regularem. Ex quibus colligitur, quod prælatus, aut prælata recipientes dictum commodatum, & mutuum prædicto modo nullatenus propter hoc anathemate innodabuntur.

b Naua. ca. 25. n. 100.

Neque his obſtant verba Concilij, ibi. *Quocumque prætextu*, quæ verba generalia videtur quãcũque donationem, & munus excludere quocumque modo, ſiue ratione mutui, aut commodati recipiantur. Nam reſpondetur, quod verba generalia debent reſtringi & limitari ſecundum mentem legis, cui apponuntur: & ita hæc verba generalia (*Quocumque prætextu*) debent gloſſari, vt intelligantur de prætextu ficto, quo mens legis poſsit fruſtrari, ſcilicet quando aliquid datur ratione mutui, aut commodati ſine pignore ſufficienti, aut fideiuſſore ita, vt poſsit difficulter mutuatum, aut commodatum repeti, propter quod ne pauperate opprimatur, quis profeſsionem emittere cogẽtur.

ARTI-

ARTICVLVS VI.

Vtrum monasteria monialium immodicas dotes pro ingressu monialium recipientes cum pura conscientia possint retinere.

RESpõdeo dicendo, quod licet in superioribus dixerimus dotes pro maritandis carnaliter assimilari dotibus pro maritandis spiritualiter promissis in hoc timẽ parificari minimè puto. Nam vt viri doctissimi affirmant recipientes dotes excessiuas, quando carnaliter maritantur in foro conscientiæ minimè excessum restituere obligantur, antequam repetatur, quod si petatur, in conscientia restituere tenentur, prout resoluit doctissimus Corduba. *a* At monasteria excessiuas dotes recipientia ipsarum dotium excessum restituere tenentur, cum secundum Sacros Canones, & concessiones Apostolicas pro sustentatione sufficiẽte monialis dotatæ tantũ licitæ iudicentur, prout late dictũ est in superioribus, & excessus in his simoniacus reputetur. Quod probatur nam ille qui cum pacto expresso vendidit ingressum religionis ad restitutionem obligatur illius, quod simoniacè recepit, prout tradunt Panormitanus, *b* & Caietanus, quod notabile dicit Angles. Videant autem moniales, & prælatæ earũ, qua facultate excessiuas dotes recipiant, cũ limitatæ, & taxatæ ipsis concedantur, ipsarum enim excessum restituere tenentur, nisi ipse excessus ipsis liberaliter, sine aliquo expresso tacito, aut præsumpto pacto gratia gratitudinis, aut eleemosynæ concedatur, tunc enim cum cesset simonia, & eius præsumptio, etiam restitutio cessabit.

a Corduba de casibus consci. q.1.

b Panor. in ca. vlt. de simo. Caie. in summa ver. excommu. casu. 27. Angles. in floribus 4. in quæst. quis à resti. fit liber. artic. 2. dub. 5.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Abbatissa possit recipere certam pecuniæ quantitatem, donec conuentui dos promissa pro nouitia professe soluatur.

RESpõdeo dicendo, sæpe posse cõtingere vt dos promissa pro nouitia religionem ingressa non possit solui, & ne eius differatur professio obligatus soluere dotem promittit se quotãnis vsq; ad eius solutionem daturum v.g. quinquaginta aureos, quæritur modo vtrum Abbatissa & cõuentus hanc promissionem acceptare, & prædictam quantitatem quotannis bona conscientia recipere possint.

Pro huius difficultatis resolutione arguẽdo de dote promissa pro matrimonio carnali, ad dotẽ promissã pro matrimonio spirituali adest nobis quædam Decretalis *a* ex cuius intellectu nostræ quæstionis vera pẽdet definitio, in qua Innocentius III. ait generũ ad fructus possessionũ, quæ sibi à socero sunt pro numerata dote pignore obligatæ cõputandos in sortẽ principalem non esse cõpellendũ cũ frequẽter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportãda. Circa quam decretalẽ quærunt Doctores quid dicendũ sit vbi dote promissa & eius solutione dilatata maritus cũ promissione dotis paciscitur vltra sortem certã quãtitatem quotannis sibi soluendã interimdũ non fuerit soluta dos. Nam quidam censent pactionem hanc illicitam esse, neque in hac specie esse admittendam decisionẽ præfatæ decretalis, cum nihil de fructibus pignorum, id est de re incerta vltra sortem recipiẽdis tractetur, & ideo secus sit respondendum vbi certa quantitas in pactũ vltra sortem deducta fuerit, huius opinionis sunt Ioannes *b* Andreas Cardinalis Ioannes de Lignano, & Ambrosius Euignate quã esse communem allegando alios testatur Couarruuias. At contrariam sententiam veriorem esse asserit Couarruuias quod scilicet ab initio contractus interesse verisimile in pactum deduci possit, & ita tenuit Calderinus *c* Anchiarranus, Abbas & Baldus nouelus & hãc dicit etiam communem Couarruuias, quam probant ex ratione decidendi præfatæ decretalis in qua fructus pignori dati pro dote soluenda non est in sortem computandus cum interesse lucri cessantis & damni emergentis æquale sit fructibus ipsius rei datæ in pignus verisimiliter licet non exacte. Interesse autem damni emergentis id communiter appellatur: quod creditori secutũ fuerit ea ratione quia dos soluta ab initio non fuerit & ob id damnum patrimonij & rerũ passus fuerit, coactus equidem sub vsuris licitis aut annuis redditibus pecuniam quærere ad ea onera subleuanda quæ ex dotali pecunia possent cõmode tolerari: lucri vero cessantis interesse illud est quod ipse creditor posset inspecta soli-

a c. salubriter de vsur.

b Andreas Cardi. lignano & Ambro in d.c. salubriter in 14. Couar. li. 3. var. c. 1. n. 3.

c Calde. Anchar. & Abbas in d.ca. salubri. Baldus nouelus de dote. 7. par. priuil 5.

ſolita induſtria & ipſius prouinciæ qualitate & conditione ex pecunia dotali ſtatim ſoluta acquirere, prout aſſerunt Doctores ſuperius citati dicentes ex ea ratione decidendi inferri dictam decretalem nō tantū obſeruandam eſſe in genero erga ſocerum, ſed etiam in quocūq; extraneo cui dos promiſſa fuerit, nec hoc eſſe ſpeciale priuilegiū dotis cum à ratione intereſſe id procedat quæ quidem ratio efficax eſt vt aliquid vltra ſortem iuſte recipi â creditore poſsit.

At hanc rationē decidendi ad prefatā decretalem minime admittit Doctiſsimus Sotus, *d* cum hæc ratio ſit generalis in omnibus contractibus factis inter perſonas quæ poſſunt agere de lucro ceſſante & de damno emergente & decretalis aliquid tribuit genero in fauorem matrimonij vt patet ex eius verbis ibi *cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportāda.* Et ait Sotus quod Doctores ſuperius allegati nullatenus intellexerunt decidendi rationem ſuperius allegatam, & quidnam eſſet onera matrimonij ſuſtinere, non enim eſt vt ipſimet putant ſolum alere vxorem & familiam, ſed eſt eam alere ſeruato dote, tenetur enim maritus de integra dote vxori, & quia præter dotem tenetur illam alere etiam ſi non ſit negotiator recipit iure fructus pignoris, dū ſoluitur dos, quia præſumitur quod aliquid illa dote emeret, vn de illa ſalua vxorium onus ferret: & ideo quædam lex *e* docet quod quādo pater alit filiā nō poteſt gener recipere fructus pignoris, quod autem maritus teneatur alere vxorem ſalua dote colligitur clare ex multis legibus *f* definiētibus rēpublicā decere dotes fœminarū eſſe ſaluas. Quā ratione decidēdi Sotiattēta, videtur quod Abbatiſſa præfata non poſsit recipere dictā quantitatē nec talem facere pactionē, licet enim teneatur alere monialem & onera huius matrimonij ſpiritualis ſupportare, nō tamen tenetur dotem ſaluam & incolumem ſeruare & receptio præfatæ quantitatis per dictam decretalem eſt licita quia datur pro alimentis, integra ſemper & illæſa ipſa dote permanente. Et licet ipſarum monialium ſuperiores ſub grauibus pœnis ſuis literis præcipiant vt dotes datæ pro monialibus profitentibus conſeruētur emendo ex eis aliqua immōbilia quorum fructibus ipſæ moniales alantur & onera earū ſupportentur, hoc tamen raro executioni

d Sot. lib. 6. de iuſt. ca. 1. ra. 2.

e l. pater. ff. de dolo mali & met. excep. *f* l. reipub. l. plerumque, l. resin dote ff. de in. dot.

punctualiter & rigoroſe mandatur, cum ita ſint monialium monaſteria onusta debitis vt omnes dotes antequam ſoluantur creditoribus debeantur. Et licet hoc eueniat per accidens contra id quod à ſuperioribus eſt ordinatum, & ex natura rei ſecundum bonum regimen debet fieri, non propterea iudicare debemus omnino prædictum contractum eſſe licitum, tum quia licet eueniat per accidens, id tamen ſæpiſsimè contingit, & vt melius dicam ſemper, tum etiam quia vt iudicemus aliquid eſſe peccatum non debemus recurrere ad id quod ſecundum bonum regimen debuit fieri, ſed ad id quod vt plurimum fit: vnde cum communiter dotes pro monialibus datæ ſtatim conſumantur debita creditoribus ſoluendo & ſic ipſæ & illæ ſaluæ nō permaneant, non poſſumus attento intellectu Doctiſsimi Soti talem pactionem Abbatiſſæ ex dicta decretali ita confirmare vt nihil ſcrupuli remaneat, quibus ſic præfatis vt meam ſententiam poſsim in hac parte interponere, eam aliquibus concluſionibus præcludendam cenſui.

Prima concluſio, licet ratio decidēdi allata à Doctiſsimo Soto ſit vera ad præfatam decretalem, non tamen ratio decidendi cōmunis allata à Couarruuias & ab alijs canoniſtis in ſe poteſt inficiari in quantum ait quod ratione dāni emergentis poteſt decerta quadam quantitate paciſci ipſi dāno proportionata, hæc enim conuentio in omnibus contractibus admittitur, & vt licita ab omnibus iuſtificatur, & in omnibus perſonis cuiuſcumq; conditionis paciſcentibus locū habet cū omnes iure optimo poſsint damnum ipſis imminēs euitare, dummodo in euitando metas iuris naturalis diuini & humani non trāſgrediantur, verum eſt tamē quod ratio deſumpta ex intereſſe lucri ceſſatis nō ita eſt vniuerſalis cum ſolum in mercatoribus & negociatoribus certis adhibitis limitationibus admittatur & in monaſterijs facientibus aliquē cōtractum in conſiderationem nō debet venire cum ipſis ſit de iure prohibitū negociari, & prefata decretalis ſi in intereſſe lucri ceſſantis ſuam fundaret deciſionē ſolū ſecundū Sotū haberet locū in his, quorū eſt peccūā negociando tractare quod ab Eccleſiaſticis & regularibus debet eſſe maxime alienū, nam Eccleſiæ mos & conſuetudo eſt nō exigere vſuras neque vnde licite poſſent: & ſic dici

tur

gc.fraterni tas 12.q.2.

tur in quodã decreto g abſit vt Eccleſia cũ augmento recipiat quod de terrenis rebus videtur admittere & lucra damnis quærere.

Secunda cõcluſio, ſi attẽdamus ad rationẽ deſumptam ex dãno emergente præfata decretalis videtur quod poſsit habere locum in noſtro caſu & quod Abbatiſſa poſsit paciſci de certa quantitate donec monaſterio dos ſoluatur dummodo ipſa quantitas non excedat in aliquo dãnum quod ex dilatata ſolutione conuẽtui euenit de facto, vt v.g. ſi cum ipſa dote deberet emere cẽſũ, aut redimere alium ſuper poſſeſsionibus cõuẽtus impoſitum. Hanc opinionẽ in ſimili tenet, expreſſe Medina *h* in ſua confeſſorũ inſtructione. Dixi dummodo ipſa quantitas non excedat in aliquo dãnum quod ex dilatata ſolutione conuẽtui euenit de facto, nã ſi excedat in aliquo iam Abbatiſſa & conuentus non poſſunt à labe vſuræ omnino excuſari & vt ab ſpecie ipſius omnino excuſentur duobus modis hoc fieri poteſt, primo vt domino cenſus debiti à conuentu ſoluatur quantitas ſolita ſolui quotannis, non ab ipſo conuẽtu, ſed ab illo qui dotẽ ſolvere tenetur vſq; dũ ipſa dos conuẽtui ſoluatur, ſecundo quod cenſus aliquis conſtituatur ſuper realiqua immobili debentis dotẽ cũ quo cenſu correſpõdere debet monaſterio donec dos integra reddatur. Nec obſtat quod hic nõ interuenit pecuniæ numeratio ante Notarium, propter quod ipſe cenſus ſecundum cõſtitutionẽ Pij V. nõ valet, nã hæc cõditio de numerata pecunia ad validitatẽ cenſus iam nõ eſt in vſu, prout ego in noſtra explicatione cruciatæ declarãdo conſtitutionẽ Pij V. loquẽtẽ de cenſibus manifeſtaui. Dixi conſtituatur ſuper aliqua re immobili, ſi enim non conſtituitur ſuper re immobili erit cenſus perſonalis à ſacris canonibus condemnatus.

h Med. li.1 §.26. de los cenſos. fol. 147.

Tertia concluſio, in monaſterijs in quibus dotes ſtatim cõſumuntur nõ cõſtituẽdo cẽſus aut eos redimendo, ſed tãtum ſoluendo debita cõtracta aut cõtrahenda talis pactio non eſt admittenda, quia in his vt ſupponitur non agitur de aliquo damno euitando quod ex dilatione ſolutionis debet contingere. Denique prælati tales pactiones minime debent admittere, ne de peccato vſuræ aut ſaltem auaritiæ à malevolis monaſteria monialium arguantur. Et quando id permiſerint ratione damni certi emergentis magna conſideratione opus eſt.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum illa quæ ingreſſa monaſterium cõuenit cũ illo quod loco dotis habeat hæreditatẽ quæ ei cõtingebat poſt mortẽ matris & profeſſa eſt ſit vere religioſa ſi ante ingreſſum religionis matre petente ſuã legitimã renũciauit & vtrũ cũ licentia ſui prælati poſsit eſſe extra monaſterium vt ibi alatur.

REſpondeo dicẽdo quod hæc eſt vere religioſa, nec obſtat quod cõuẽtus ſit ab ea deceptus, & etiã à matre promittẽtibus & aſſerẽtibus matri in bonis ſucceſſurã, quo dolo deceptus conuẽtus admiſit eã ad profeſsionẽ, & deceptus nõ videatur conſentire argumẽto cuiuſdã legis *a*, nãhęc deceptio & dolus non faciunt profeſsionẽ nullam, tum quia vera eſt profeſsio eius qui circunuentus ab Abbate, vt bona eius quæ rerentur monaſterio profeſſus fuit in illo licet bona eius non debeantur monaſterio vt ſacri Canones *b* determinant, tum quia matrimonium cõtractum per errorẽ fortunæ vel qualitatis valet ſi non erratur in perſona, iuxta eoſdem *c* ſacros canones per quos & alia id affirmat communis Doctorum opinio & tradit Nauarrus. Verũ tamẽ eſt quod probabiliter dici poteſt quod licet profeſsio tenuerit, conuentus tamen poſſet denegare illi alimenta donec detrahantur illi bona in dotem ſeu alimenta promiſſa, ſicut enim dolus ex parte prælati vel conuentus efficit ne monaſterium debeat habere bona ingreſsi licet ipſius profeſsio valeat prout dicitur in Iure *d*, ita e contrario dolus ingrediẽtis dicitur efficere ne monaſterium teneatur illum alere licet profeſsio teneat. Tum quia maritus cui promiſſa eſt dos non tenetur vxorem accipere & alere donec actu ei ſoluatur, imo & acceptam poteſt expellere vt Panormitanus *e* poſt alios annotauit & copioſiſsime tradit Ioannes Lupus.

a l.ſi. per errorem ff. de iuriſd. omnium iudi.

b c. conſtit. 20. q. 1.

c cap. 1. §. ſicut ergo 29 q. 1. commu nis in 4. diſtitu. 30. Naua. in man. c. 22. n. 32.

d d. c. eõſtitu.

e Panormi. per tex. ibi in c. per. veſtras n. 4. de donatio. inter vir. & vxo. & ibi Lup. fo. 123 aver. ex his f Nauar li. 3 conſi. tit. de regulari. cõ ſi. 50.

Nec hæc cauſa ſufficit vt prælatus poſsit dare licentiam dictæ moniali vt ſit in domo matris nulla infirmitate id ſecundum ſacros canones poſtulante, cum ipſa alimẽta poſsint iuridice peti ab ipſa matre vt intra clauſuram ipſa monialis alatur vt colligitur ex traditis à Nauarro *f*. Quæ alimenta

ta licet in iudicio minime ipſi moniali ad iudicentur non poſſunt efficere vt propte rea à monaſterio ipſi moniali concedatur egreſſus, monaſterium enim ipſam vt verè membrum ſui corporis tenetur ſuſtentare, & in neceſſarijs prouidere.

QVÆSTIO XLIX:

De Eccleſijs regularibus quantum ad ædificia in vndecim articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem vndecim quæruntur.

1 *Vtrum prioribus conuentualibus incumbat in eorum conuentibus ædificia erigere.*
2 *An ſit melius, & Deo acceptius fundare Eccleſiam collegiatam regularem mendicantium, quam collegiatam ſecularem cæteris paribus.*
3 *Vtrum regulares poſſint ædificare ſine licentia ordinarij.*
4 *Vtrum poſſit mutari Eccleſia, & monaſterium de vno loco in alium ſine licentia Papæ, & Diœceſani.*
5 *Vtrum Eccleſiæ, & monaſteria poſſint ædificari alijs Eccleſijs fratrum vicina.*
6 *Vtrum Deo dicatæ Eccleſiæ & monaſteria perpetua eſſe debeant, ita vt ad profanos vſus non poſſint transferri.*
7 *Vtrum monaſterium deſertum a fratribus minoribus pertineat ad fratres an ad eius fundatorem.*
8 *Vtrum priuilegium quod cõceditur religioni ædificandi monaſterij ſine licentia ordinarij ex non vſu per decennium amittatur.*
9 *Vtrum ſint excommunicati regulares qui ſine licentia Papæ noua loca ad habitandum recipiunt.*
10 *Quomodo ſit intelligendum præceptum impoſitum religioſis ex redditibus monaſterij ædificandi, cum ad pinguiorem peruenerint fortunam.*
11 *Vtrum vnaquæque prouincia in ordine minorum teneatur habere aliquas Eccleſias & monaſteria recollecta.*

ARTICVLVS. I.

Vtrũ prioribus cõuentualibus incũbat in eorũ cõuentibus ædificia erigere.

RESpondeo quod loquẽdo decorrectoribus ciuitatum ait Conradus [a] in iure fundatus, maxime ipſi debere ſtudere circa ornamentum ciuitatis reparando ædificia & alia de nouo erigendo. Et Demoſtenes [b] maxime laudat ſuæ ætatis gubernatores eo quod in erigẽdis & reficiendis ædificijs fuerũt opere ſoliciti, vnde bene certe dicebãt antiqui [c] quod bona propria reipublicæ & eius redditus ad minus tertia eorum pars in publicis ædificijs debent conſumi. Quæ omnia iure regio partitarum ad hoc negotium ſunt applicata. Ex quibus ſatis colligitur, curam & ſolicitudinem quam debent habere priores conuentuales in reficiendis ſuis conuentibus & ſi opus fuerit aliquid de nouo ædificandi eorum officio & muneri eſſe maxime annexam & ad eam ſi facultates monaſteriorum ſuppetãt ſine detrimento alimentorum religioſorũ omnino teneri. Dixi ſine detrimento alimẽtorũ religioſorũ, quia ad eos in ſuis neceſsitatibus prouidendis præcipue ſunt obligati ne nimia paupertate & neceſsitate cõpulſi contra paupertatem aliquid moliantur.

Aduertant tamen quod non debent ædificia de nouo conſtruere quando antiqua reparatione indigẽt. Quod Iuriſconſultus Caliſtratus [e] & imperator Leo [f] loquendo de correctoribus ciuitatũ ordinauerũt. Et Imperator Cõſtantinus & alij multi prout refertur in Codice [g] Theodoſiano, id ipſum correctoribus imperauerũt, dicentes *Prouinciales iudices commoneri præcipimus, vt nihil ſe noui operis ordinare ante debere cognoſcant, quam ea cõpleuerint, quæa prædeceſſoribus inchoata ſunt exceptis dũtaxat templorũ ædificationibus, & id ipſum conſuluit Plinius [h] Imperatori Traiano dicens, per hoc enim conſequemur vt fædiſſima facies ciuitatis ornetur, atq; etiã vt ipſa ciuitas amplietur, nec vlla ædificia tollãtur, ſed quæ ſunt vetuſtate ſublapſa repa-*

[a] Conrad. incurial. breu. li 1. c. 9. §. 1. pa. 13. n. 14 l. præſcrip. de operi. publicis. C. & l. ſi quis poſt C. de ædifi. priuat.
[b] Demoſte. in orati. de repu. ordin. & aduerſus Ariſtocra.
[c] l. ne ſplen didiſsimæ. C. de oper. public. & l. fin. C. de ve. & igal. d l. 20. ti. fi. part 3. l. 10. titu. 28. cad. par.
[e] l. opus l. de operi. ff de oper. publi.
[f] l. inter vrbem & l. nemo & l. ſi quãdo & l. fi. C. de operib. publi.
[g] Libr. 15. Cod. Theodoſ. tit. 1.
[h] Plinius li. 10. epiſtola. 1 l fin C. de operib. public.

reparentur, & hac ratione nõ debẽt priores conuentuales eodẽ tẽpore multa ædificia noua incipere cũ periculo ea nõ perficiendi præcipue si ædificia antiqua reparatione indigẽt, nec putare debẽt alienũ esse ab eorũ reputatione & honore ędificia ab alijs cœpta & antiqua perficere & renouare cũ maior honor perficere quã incipere reputetur, prout dicitur in quadã lege *a* ibi. *cum ex hoc plurimũ laudis acquirat si ea culta perfecta reddiderit quæ vetusta sunt, & instaurationẽ requirũt quæq; ab alijs initiata & imperfecta reſederant.* Aduertãt insuper priores conuentuales, qua deliberatione ædificia suis conuentibus necessaria incipere debeant mente enim reuoluere tenentur vtrum redditibus & eleemosynis suo præsulatus tẽpore ea perficere possint, potest enim euenire vt eorũ successores ea continuare minime velint: quia ipsis nõ placẽt, vel quia in alijs rebus redditus & eleemosynas potius expendi conuenientissimũ esse existimant. Vnde in religionibus bene ordinatis deberet fieri statutũ vt nullũ ædificium de nouo â prioribus cõuentualibus erigatur sine consensu prouincialis, aut saltẽ sine cõsensu discretorum cõmunitatis, quod iuris ciuilis decisioni cõsonum esse patet & legibus iuris cõsultorũ *b* & imperatorũ est dispositũ & prohibitũ, ne de redditibus reipublicæ, & cõmunitatis aliquod ædificiũ publicum construatur, quod & tradũt Cõradus, Platea, Antonius Gomez, & alij, quã eandem licentiam & consensum ad euellendũ ædificium aliquod magnũ & ipsum destruendum necessariam esse existimant, vidi enim ego aliquando quoddã ędificiũ â priore funditus euerti, non sine maximo aliquorum dolore, cum esset bonũ & satis firmũ quod postea à suis successoribus minime potuit reerigi. An sit melius, & Deo acceptius fundare Ecclesiam collegiatam regularem mendicantium, quãm collegiatam sæcularem cæteris paribus,

Respondeo dicendo, quod doctissimus Nauarrus *c* hanc proponit quæstionem, & respondet acceptius Deo esse fundare in hoc casu Ecclesiã regulare. Primo quia status religionis est melior, quã status sæcularis, quia est in via perfectionis prout tradit D. Thom. cuius orationes cũ meliores sint

a ff. quod principis ibi, aut senatus iussu. ff. ẽaqua pluuia arcen. l. quo minus §. publico. ff. de fluminibus Oldr. in antino. v. nouũ opus. pagi. 196. nu. 219.

b l. seruitutes §. publico ff. de seruitutibus l. 2. §. siquis à principe. ff. ne quid in loco publico. l. opus. nouũ & l. de operibꝰ, ff. de operibus publicis l. intra & l. nemo C. eo dẽ Conrad. in curialibꝰ breuia. li. 1. c. 9. §. 1. pa. 14. n. 19. Platea in l. quo iuã C. de senatoribus. Ant. Gom. in l. 46. Tauri. n. 15.

c Naua. li. 3. consil. tit. de regul. consil. 52.

d D. Th. 2. 2. q. 184. & 182

sunt Deo magis acceptæ. Secũdo quia status mẽdicantiũ non tantũ orationibus, sed cõfessionibus, prædicationibus, lectionibus exẽplis magis ædificãt, & prosunt Ecclesiæ, quæ plura bona magis adiuuãt eũ, qui tale ædificiũ, & Ecclesiam cõstruxit. Tertio quia status paupertatis, & votũ magis Deo placet, quẽ statũ ipse Christus in se suscepit, prædicauit, & Apostoli eũ sequuti sunt dicẽtes ipsi apud Matthæum. *e* *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Quarto magis Deo placet, qui voto se obligat, quã alij, qui sine voto idẽ faciunt cæteris paribus, vt tradit D. Thomas. *f*

c Matth. 19

f D. Th. 2. 2 q. 88. ar. 6.

Ex quibus patet, melius esse cæteris paribus, fundare ędificare, dotare Ecclesiam collegiatam regularem, præsertim mendicantiũ, quã collegiatã sæcularẽ. Dixi semper (*cæteris paribus*) nã si multo maiorẽ impẽsam requirit fundatio, & ædificatio Ecclesiæ collegiatæ cũ assignatione reddituũ sufficiẽtiũ canonicis sæcularibus eã cultoribus, quã fundatio, & ædificatio Ecclesiæ regularis mendicantiũ sine assignatione reddituũ sufficientiũ monachis alẽdis, tũc cũ sit disparitas, alia via est progrediendũ, quod scilicet Deo acceptius videatur fundare Ecclesiã sæcularẽ, cũ maior quãtitas sacrificij Deo optimo maximo offeratur.

ARTICVLVS III.

Vtrum regulares possint ædificare sine licentia ordinarij.

REspõdeo dicẽdo, quod Bonifacius VIII. prohibuit, *ne aliqui ordinũ prædicatorum, vel minorũ, aliorumque mendicantiũ quibuscunque super hoc priuilegijs muniti existãt, quæ ipsis contra tenorẽ huiusmodi constitutionis nullatenus voluit suffragari in alia ciuitate, Castro, villa, seu loco quocũq; ad habitandum domos, vel loca quæcũq; de nouo recipere, vel recepta mutare, vel ea vẽditionis, permutationis, donationis, aut cuiuscunque alienationis titulo quocumque modo in alios trãsferre præsumãt absque sedis Apostolicæ*

g c. cum ex eo de excess. prælat.

ſtolicæ licentia ſpeciali plenã, & expreſſam faciente de prohibitione huiuſmodi mentionem, & ſi ſecus egerit irritum decreuit.

At Iulius II. *conceſſit fratribus minoribus, quod ſi a Principe, Duce, Marchione, aut comite, vt aliquam domum dicti ordinis ædificent, requiſiti fuerint, domum huiuſmodi pro vſu & habitatione perpetua fratrum dicti ordinis regularis obſeruantiæ cõſtruere & ædificare, ac locum pro huiuſmodi conſtructione recipere poſſint, & valeant.* Ita habetur in libro, monumentã *a* ordinum. At cum in hoc priuilegio non fuerit expreſſe reuocata conſtitutio Bonifacij VIII. primo cum ſit inſerta in corpore iuris, non cenſetur in aliquo priuilegio reuocata, niſi de eo fiat mentio ſpecialis. Secundo, quia eademmet cõſtitutio ordinat, vt in nullo priuilegio cenſeatur reuocata, niſi de ea fiat mẽtio ſpecialis. Ideo ſupplicatum fuit ab eodẽ Iulio ſecundo, vt ſua ſanctitas dignaretur dictam cõſtitutionem derogare, & ſic prout continetur in eodem libro *b* & in ſupplemento approbauit conceſsionem prædictam ſupplẽdo aliquos defectus, qui in eius relatione interuenerãt. Ac voluit, ac decreuit, quod literæ prædictæ valeant, & prædictis fratribus ſuffragentur, non obſtante cõſtitutione Bonifacij VIII. in contrarium facientẽ, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

a In 1. impr. fo. 43. & in 2. fo. 126. cõceſ. 278.

b In 2. impr. fo. 211. conceſ. 515. & in ſupp. fo. 71. conceſ. 218.

Et idem Iulius II. *conceſſit fratribus ordinis Minimorũ, vt domos ſeu Eccleſias, loca, & oratoria quæcũque pro eorum perpetuis vſu, & habitatione poſſint conſtruere, & ædificare, ſeu cõſtrui, & ædificari facere abſque alia deſuper faciendæ noua cõceſſione Apoſtolica. Et quod ordinis prædicti conſeruatores, quoties opus fuerit, eidẽ ordini minorũ ac illius perſonis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtãt. Ac ne prælati Eccleſiaſtici qui cũque cuiuſcũque dignitatis exiſtãt in aliquo dãnificare, moleſtare, perturbare, ac inquietare vllatenus audeant ſub excõmunicationis latæ ſẽtẽtiæ pœna inhibere poſſit.* Ita habetur in ſupplemento. c Circa quã conceſsionẽ notat Collector priuilegiorũ mẽdicantiũ, quod ea cõcedit, quod prædicti fratres poſsint ædificare loca, ſeu conuentus vbiq; ſeu ædificata recipere abſq; aliqua licẽtia etiã ordinario, aut aliquo prælato Eccleſiaſtico cõtradicente, & quod ita fuit practicatum contra Archiepiſcopum Hiſpalenſem.

c Supp. fol. conceſ. 27.

Aduertẽdum tamen eſt, quod hodie abſque licentia ordinarij diœceſis illius noua loca recipi nõ poſſunt iuxta Cõcilij Tridentini *d* diſpoſitionẽ, vbi habetur, quod neq; de cætero ſimilia loca ſcilicet mẽdicãtium erigantur ſine Epiſcopi, in cuius diœceſi conſtituẽda ſunt, licentia prius obtenta. Circa quod nota, quod nũc ſufficit licẽtia Diœceſanorũ abſq; alia Summi Pontificis per prius requiſita autoritate. Nam licet Tridentinũ non reuocet decretalẽ *e* hanc licẽtiã requirentẽ, & ſic ſecundũ ius talis facultas etiã modo requiratur. Conſiderandũ tamẽ eſt dictum Concilium reſpectu huius licentiæ noſtra regularia priuilegia minime annullare, & per conſequens voluiſſe ea in ſuo robore permanere, & ſic quod licentia Summi Pontificis non eſt neceſſaria, cum abſque ipſa per dicta priuilegia poſsint recipi.

d Trid. ſeſſ. 25. de regu. c. 3.

e c. 1. de reſt. ceſſ. prælat. lib. 6.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum poſsit mutari Eccleſia, & monaſterium de vno loco in alium ſine licentia Papæ, & diœceſani.

REſpondeo dicẽdo, quod Bonifacius VIII. in conſtitutione *a* in ſuperiori articulo relata ſine licẽtia Sedis Apoſtolicæ fieri inhibuit, prout patet ex verbis dictæ conſtitutionis ibi, *vel recepta mutare.* Nec Cõciliũ Tridentinũ inuenio hãc cõſtitutionẽ quo ad hoc reuocaſſe, ſolum enim ait, quod nec de cætero ſimilia loca erigãtur ſine Epiſcopi, in cuius diœceſi erigẽda ſunt, licẽtia prius obtẽta, & nullã mẽtionem faciens de locorum mutatione voluit

a c. ſi ex eo de exceſ. præla.

luit, vt illud remaneret in dispositione iuris cómunis, nã casum omissum in dispositione iuris cómunis remanere certũ est, ad minus licẽtia Episcopi necessaria est ex iure cómuni, vt monasteriũ ad aliũ locum transferre possit ex Decreto Syluestri Papæ sic decernẽte. *Si quis vult suũ monasteriũ ad meliorandũ in aliũ locũ ponere, fratrum cõsilio Episcopi, & fratrum suorum, dimittat presbyterũ in priori loco ad ministeria Ecclesiæ.* Ita habetur in libro Decretorum, & tradit Marcus a Antonius Cuqus. At inuenio, quod Sixtus V. Pontifex maximus anno Dñi millesimo, quingentesimo, octogesimo septimo. 7. Kalen. Decẽbris Pontificatus sui anno tertio *cõcessit, quod Abbas generalis cõgregationis S. Benedicti regnorum Portugaliæ, qui pro tẽpore fuerit, cum consilio, & assensu capituli Generalis monasteria dictæ cõgregationis, quæ in locis incõmodis, & minus populosis reperiuntur ad cõmodiora loca, vbi monachorum doctrina, & vitæ exemplo populo Christiano magis vtilis futura sit, & fructuosa propria autoritate ordinariorũ locorũ, vel cuiusuis alterius licẽtia minime requisita cũ eorũ monachis, & supellectilibus, paramentis, & ornamẽtis, alijsque rebus necessarijs transferre, & mutare, ac seu fructus, redditus, & prouentus eorũdẽ monasteriorũ, seu cuiuslibet eorũ, vel illorũ partẽ generalis, & capituli prædictorũ arbitrio alij, seu alijs eiusdẽ cõgregationis monasterijs magis indigentibus perpetuo vel ad tẽpus etiã renitẽtibus Abbatibus monasteriorũ eorũdẽ, & quibusuis alijs personis applicare, & assignare præuiso tñ, quod animarũ cura personarũ sæculariũ incumbẽs Abbatibus, & cõuẽtibus monasteriorũ trãsferendorũ huiusmodi in Ecclesijs eorũ vllatenus negligatur: sed per monachos dictæ cõgregationis regulares, vel presbyteros sæculares idoneos, & ab ordinarijs approbatos laudabiliter exerceatur libere, & licite valeant plenã, & liberã Apostolica autoritate eorundẽ tenore præsentiũ, licẽtiã cõcedimus & facultatẽ. Nõ obstãtibus, &c.* Hoc priuilegiũ magnũ est, & multũ notãdũ, ꝙ vidi sub sigillo authẽtico in libro priuilegiorũ cõgregationis S. Benedicti regni Portugaliæ impresso Romæ ex typographia Titi, & Pauli de Dianis anno Domini millesimo quingẽtesimo octogesimo nono.

a ca. si quis vult. 16. q. vlti. Cuq li. 2. insti. maio. t. 6 de Episcop. n. 51.

ARTICVLVS V.

Vtrum Ecclesiæ, & monasteria possint ædificari alijs Ecclesijs fratrum vicina.

RESpõdeo dicẽdo, quod Clemẽs IIII. *prohibuit fratribus ordinis prædicatorũ, & pænitentiæ IesuChristi, & Carmelitarũ, ac S. August. & monialibus S. Claræ, aliorumq; ordinum in paupertate fundatorũ, ac omnibus mulieribus prædictorum ordinũ aut aliorum quoruncunq;, ne aliquod monasterium, Ecclesiã, autoratorium ædificare, seu cõstruere præsumãt infra spatiũ trecentarum cãnarum ab Ecclesijs fratrum minorum mensurãdarum, per aerẽ etiã vbi alias recte mẽsurari loci dispositio nõ permittit. Nulli quoq; seculari, seu religioso cuiuscunq; professionis voluit licere Ecclesiã, vel monasterium vel oratorium iã ædificatũ in aliquem trãsferre de ordinibus memoratis infra spatium prædictarum trecentarum Cannarum. Et quãlibe istarum Cannarum voluit octo palmorum longitudinem continere, non obstan-*

obſtãte varia locorũ cõſuetudine, ſiue priuilegijs, & literis quibuſcũq; Sede Apoſtolica ſub quacunq; verborũ forma cõceſſis, ſeu etiam cõcedendis, quæ de præſentibus, ſpecialem, & expreſſam non fecerint mentionem.

Præterea ſtatuit, vt quidquid contra huiuſmodi ordinationis, vel inhibitionis tenorẽ ex nunc in antea ædificatum fuerit, diruatur. Ita in libro *a* monumenta ordinum habetur.

a In r. imp. fol. 31. & in 2. fo. 30. cõceſ. 28.

Et Iulius II. declarauit, *quod coarctatio, ſeu reductio trecentarum Cannarum ad centum quadraginta* cõtra fratrum priuilegium prædictorum facta per Clementem IIII. *non debet nocere fratribus minoribus. Nec priuilegiorũ cõmunicationem in dãnum, ſed in fauorem prædictorũ fratrum minorũ eſſe cõceſſã. Ac pro potiori cautela prædictũ priuilegiũ Clemẽtis trecẽtarũ Cãnarum, & indeſequuta quacunq; prædictis fratribus minoribus cõfirmauit & approbauit, & quatenus opus eſſet prædictarum trecentarum Cannarum priuilegium autoritate Apoſtolica eiſdẽ fratribus minoribus de nouo cõceſſit,* Ita habetur in eodem libro *b* monumẽta ordinis, & ſupplemento. Quo priuilegio per cõmunicationem modo poſſunt vti alij mendicãtes, ſcilicet Prædicatores, & Carmelitę, in fauorẽ quorũ Clemẽs IIII *c* & Sixtus IIII. *d* probibuit, vt habetur in ordinũ monumẽtis, *vt nõ ſolum fratres mendicãtes, verum etiã alij quicunq; religioſi, vel Eccleſiaſticæ perſonæ vtriuſq; ſexus prope domos fratrum ordinis de Mõte Carmelo nouas Eccleſias, & loca cõſtruere, vel alias de nouo recipere, & habere poſſint infra ſpatium centum quadraginta Cannarũ per aerem mẽſurandarum, vbi alias per terram commode menſurari non poſſent. Nã cum in priuilegijs minorum ſpatium trecentarum Cãnarum concedatur ipſis minoribus nõ eſt, cur per communicationem Prædicatoribus, & Carmelitis, & alijs cõmunicantibus in priuilegijs nõ concedatur.*

b In 2. impr. fo. 231. conceſ. 535. & in ſup. fol. 73. conceſ. 222.

c In 1. impr. fol. 30. & in 2. fo. 31. conceſ. 29. & in 1. impr. fol. 89. & in fo. 172. conceſ. 403.

d In impr. fo. 100. & in 2. fo. 184. cõceſ. 457.

Et aduertendum, quod nulla ædificia intra vnum milliare ab Abbatijs, & eius locis ſub excõmunicationis pœna erigi poſſunt. Ita conceſſit Vrbanus IIII. ordini Ciſtercienſi, prout in huius ordinis cõpendio refertur verbo, ędificare §. finali. Et Innocentius IIII. Statuit, vt infra dimidiam leucam â terminis poſſeſsionum Carthuſienſium nulli religioſo liceat quodlibet ædificium conſtruere, vel poſſeſsiones acquirere. Ita refertur in compendio e mendicantium.

e Compend. mendi. titu. ædificare & in fine.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Deo dicatæ Eccleſiæ, & monaſteria perpetua eſſe debeant ita, vt ad profanos vſus non poſſint transferri.

REſpõdeo dicendo, quod Eccleſia, & monaſteria ſemel Deo dicata ſęcularia habitacula fieri nõ poſſunt iuxta ordinatum in Concilio Calcedonenſi *f* & eſt regula Iuris prout tradit Lappus, regulariter enim mutatio ſtatus Eccleſiæ eſt prohibita in iure. *g* Vnde locus religioſus de iure hoc modo reformatur, vt ſi deficiant religioſi alicuius monaſterij, ſumantur religioſi aliorum monaſteriorũ eiuſdẽ ordinis, quibus deficientibus deueniendũ eſt ad regulares alterius ordinis, & in defectum omnium regularium monaſteriũ ad ſæcularitatem reducendum erit, in illoque Clerici ſæculares ordinari debebũt. *Iuxta* ea, quæ tradit Ioannes Andreas *h* & Abbas, Et ſic quando monaſterium de licẽtia Papæ, aut ordinarij adhibito cõſilio fratrũ ad alium locum transfertur, additur clauſula prouiſo, quod ad prophanos vſus non redigatur, quam additionem iuxta ſupra dicta conformem eſſe iuri teſtatur Quintilianus Mandoſius. *i* Et ipſa

f ea. quæ ſemel. 19. q. 3. Lappus alleg. 68.

g c. 2. de ſupple. negli. præl.

h Ioã. And. & Abb. cit. ea mediũ in c. inter quatuor de reli. domi.

i Mãdoſ. de ſignat grat. ti. trãſlationes fol. 119 pag. 2. col.

ipſa Eccleſia exempta translata nō perdit exemptionē quā prius habebat, vt per Frā cū, a licut ſi ciuitas deſtruatur, & alij ciues ſubrogentur, illi ciues gaudebunt priuilegijs datis prioribus ciuibus illius ciuitatis, vt per Bertrandū, b quē ſequitur Rebufus. Vnde colligitur, quantū indulgeat Leo X. concedēs, *quod aduenientе caſu neceſſitatis Eccleſiæ tā fratrum minorum, quam monialium S. Claræ obſeruantiæ poſſint trā ferri & mutari de vno loco ad alium, & locus prioris Eccleſiæ reduci ad vſus humanos ſecundum commoditatem dictorum locorum, & monaſteriorum, dummodo materia ædificiorum ponatur in alia Eccleſia.* Ita habetur in ſupplemento. c aduertendū tamē pro prædictorum maiori explicatione, quod Eccleſia ſæcularis facile regularis efficitur etiā autoritate Epiſcopi, prout ſentit Lappus d tamē ſiue Epiſcopus, ſiue Papa id concedant, addi debet clauſula, ſcilicet ſine præiudicio clericorū, ſiue Beneficiatorū dictæ Eccleſiæ ſæcularis, vel æque prouiſo alibi clericis, ſeu Beneficiatis dictæ ſæcularis Eccleſię, prout colligitur ex iure, & tradit quædam gloſſa, & Petrus de Perusio, & hac ratione in priuilegio Leonis X. ſuperius allegati, in quo agebatur de trāslatione vnius Eccleſię regularis in aliā ne cura animarum negligeretur, additur, *prouiſo tamen quod animarum cura perſonarum ſæcularium incūbens Abbatibus, & conuentibus monaſteriorū transferendorū huiuſmodi in Eccleſijs eorum nullatenus negligatur.* Ex his infertur intellectus ad quoddā priuilegiū Sixti IIII. Qui confirmās conceſſionē factam fratribus ordinis Carmelitarū, qua dicitur, quod ſi aliqui *Chriſti fideles aliqua loca ad ſe ſpectātia, quæ feudalia, ſeu cēſualia nō exiſtant, eis contulerint, liceat eis de cōſenſu Diœceſani illa recipere, ac in eorū ſingulis Eccleſiā, aut oratoriū cū cāpanilis conſtruere, & ibi diuina officia celebrare, extēdit Sixtus dictā cōceſſionem ad quæcūq; loca, domos, & Eccleſiā etiā parochialē, nō obſtāte cōſtitutione Bonifacij Octaui prohibente, ne cuiuſuis ordinū mēdicātium fratres noua loca ad habitādū recipiāt, vel recepta mutare præſumāt ſine ſedis Apoſtolicæ licētia ſpeciali*, prout latius in monumētis f ordinū cōtinetur; dicta enim cōceſsio, in quantū attinet ad Eccleſias parochiales, debet iuxta ſupra dicta explicari ita, vt id fiat ſine præiudicio clericorū, ſiue beneficiatorum dictorum, Eccleſiarū, & animarū curę ipſi Eccleſiæ ſęculari annexarū: vnde ſi cōcedatur ipſis fratribus aliqua Eccleſia, quę ſit feudalis, ſeu cēſualis, nō poſſunt eā obtinere cum præiudicio tertij, niſi feudum aut cenſus ſoluatur, non enim poteſt Summus Pontifex concedere priuilegium cū præiudicio magno tertij.

a Fran. in c. cum perſonæ in fin de priuil. lib. 6
b Bert. cōſ. 162. multa. n. 16. li. 2. in noua impreſ. Rebuf. ſup concer. de regul. ad pre. monaſ. ver. conceſſa & verſ. & Peruſ.
c Supp. fol. 92. conceſ. 276.
d Lapp. alleg. 44. an fratres poſt n. 4.
e c. penult. de eccl. æ. li fi. c. Apoſtolicæ de donat. gl in c. poſſeſſor in ver. monacho. de rebus Eccleſ. non alie. Peruſ. de mutat. ſtatus eccleſ. poſt princi. n. 2. verſi. vnde dicebat gl.
f In 1. impr. fo. 104. & in 2. 187. conceſ. 481.

ARTICVLVS VII.

Vtrū monaſterium deſertum à fratribus minoribus pertineat ad ipſos fratres, an ad eius fundatorē, cui à patre prouinciali, & capitulo ius patronatus monaſterij cōceſſū eſt.

REſpōdeo dicēdo, quod reſolutio huius quæſtionis magna ex parte pendet ex validitate tituli iuris patronatus cōceſſo à dicto patre, & capitulo, quē titulum ratione donationis factæ tenētur ſuccеſſores ipſius prouincialis cōſeruare. Nā prælatus ſucceſſor ex prædeceſſoris cōtractu tenetur, vt colligitur ex iure & tradūt Abbas g Baldus, Cardinalis, Abbas, & Decius, adeo quod Sūmus Pōtifex ex contractu ſui prædeceſſoris tenetur, vt tenet Cynus h Baldus, & Caſtrenſis Romanus, Oldradus, Iaſon, & Ruynus, & ſaltē ex vrbanitate, & æquitate, & clementia, mādat Dñs Papa, vt adimpleātur ea, ad quæ prædeceſſor ſe obligauerat, prout allegando aliqua iura tenet Abbas. i Facit etiam pro hac parte, nam donatio remuneratoria videtur eſſe merces laboris eximij. & non liberalis conceſsio iuxta legem K quandam notabilem, vbi Doctores communiter, & nos late diximus ſupra in quæſtione de dona-

g Abb. n. 2. in c. dilec. fili de foroco pe. Bal. Cardi. & Abb. & in c. 1. n. 1 vbi Dec. nota. 2. de probat idē Cardi. conſ. 147 col. 2.
h Bal. Cyn. & Caſtrē. in l. digna vox C. deleg. & in l. vlt. C. de tranſact. Rom. conſ. 116. colu. 2. Oldral. conſil. 94. in fin. Iaſ. cōſ. 1. col. 2. n. 2. li. 1. & conſ. 10. n. 4. li. 3. Ruin. conſ. 36 co. 6. li. 1 i c. literis iū cta glo. vlt. in prin. vbi etiā Abbas not. vlt. de reſcrip.
K l. Aquil. regulus & in l. ſi pater §. ſi aliqua à latrunculis. ff. de donat.

a Supra hoc tomo,

donationibus a Regularium. Tertio facit etiã pro hac parte. Tria enim ſunt, quorũ quodlibet ſufficit ad quærẽdum ius patronatus, nẽpe traditio, fundi ædificatio, & donatio iuxta illud ſenarium cuiuſdam

b Glo. in c. pię mentis 16. q. 7.

Gloſſæ b cõmuniter receptæ, patronum faciunt dos, ædificatio, fundus, & de traditione fundi caſus expreſsi c iniure inueniuntur. Tradunt Panormitanus, & omnes in rubrica de iure patronatus, & Rochus de Curte, qui profundatore allegant etiam aliqua, ſufficit enim, quod alius, vel alij conſtruant, & dotent Eccleſiã, ad hoc, vt tradens fundum efficiatur patronus, vt poſt alios probat prędictus Rochus d imo & per capitula generalia ſacri ordinis Minimorum, vt videre eſt in ſecundo capitulo habito Toloſæ anno Domini milleſimo quingẽteſimo decimo quarto vigeſima tertia die Maij, & anno milleſimo, quingẽteſimo trigeſimo ſecũdo declaratũ eſt, vt ille habeatur in ordine pro fundatore qui dedit fundum ad ædificandum monaſterium, vel maiorem partem conuentus ædificat, vel qui in grandi quãtitate ditat.

c c. Abbatẽ 2. 16. q. 1. ca. nobis de iure patronatus Rochus in tracta. de iure patro. ver. fundat. q. 1.

d Rochus vbi ſup. q. 2

Quarto probatur. Nam fundanti Eccleſiam prælatus, & eius ſuperior poteſt apponere aliquas conditiones honeſtas in fauorẽ, & gratitudinẽ, & vtilitatem fundatoris, adeo quod poteſt imponere annuũ cẽſum exoluendũ, prout notat Archidiaconus e cõmuniter receptus, & poſt Panormitanũ, & communẽ aſſerunt Rochus, Paulus de Sitare, & Lambertinus declarantes verbũ *honorificũ*, & verbũ, *vtile*, poſita in diffinitione de iure patronatus. At ſupponitur ſuperior dicti Conuentus, non qualeſcumque, ſed prouinciales cum toto diffinitorio conceſſerunt dictum ius patronatus non in gratiam, & fauorem qualiſcumque hominis, ſed fundatoris, qui fundationem dicti monaſterij quo ad Eccleſiam, dormitoria, officinas, & hortos & alia ſuis expenſis maximẽ donatione fecit, ergo ſeruandũ eſt fundatori, & eius ſucceſſoribus ius patronatus ſecundum prædictam conceſſionem, adeo quidem vt procuratio cõtra rij â fratribus ordinis dicti monaſterij facta videatur ingrati animi ſignum erga virũ tam beneficũ, & religionis maxime deuotũ, & videtur eſſe irreuerentia erga dictũ ptouincialẽ, & diffinitores, qui tãquã teſtes oculati beneficij impenſi dictũ ius patronatus conceſſerunt, à quibus debent eſſe dicti religioſi maxime alieni, cum nõ ſolum in ſacris literis, ſed etiam in prophanis ingratitudo deteſtetur, Mantuanus enim ait.

e Archidia. in ca. cleuterius 18. q. 2. & in c. præterea de iure patronatus Rochus Sitare Lamber. de iure patronat.

Nihil magis auertit cælum à Telluris amore,
Quã ſcelus ingratæ mẽtis, quæ corde maligno
Muneris autorem nullo dignatur honore.

At pro cõtraria parte facit quædam Nicolai III. Decretalis, f quæ declarans regulam fratrum minorum loquẽs de locis, & domibus pro habitatione fratrum factis & Eccleſijs ipſorum determinationem huiuſmodi facit: *Loca vero ſeu domos pro habitatione fratrũ à ſingulari perſona, vel Collegio, vel ab ipſis fratribus ex integro cõcedẽda, ſeu etiã offerenda, ſi talia de voluntate offerentis fratres inhabitare contigerit perſeuerante tantum voluntate concedentis inhabitent, ac illa libere præter Eccleſiã, & oratoria ad Eccleſiam deſtinata, & cæmiteriũ, quæ tam ad præſentia, quã ad futura in ius, & proprietatẽ noſtrã & prædictæ Romanæ Eccleſiæ ſimili modo, & autoritate Eccleſiæ recipimus. mutata cõcedentis voluntate, ac ipſis fratribus patefacta dimittãt, in quorũ locorũ dominio, ſeu proprietate nihil nobis, vel præfatæ Romanæ Eccleſiæ retinemus omnino, niſi ea ſpecialiter de noſtro, ſeu ipſius Romanæ Eccleſiæ recipiãtur aſſẽſu, & ſi in eiſdẽ locis reſeruauerit dominiũ ſibi in cõcedẽdo cõcedẽs præter inhabitationem fratrũ tale dominiũ in ius Eccleſiæ ſupradictæ nõ trãſeat, ſed potius plene liberũ maneat cõcedẽti.* Hęc Nicolaꝰ III.

f c. exijt, qui eminat de verb. ſignif.

Ex quo tria colligũtur. Primum eſt, quod dormitoria officinæ, & habitatio fratrum, quæ includunt in ſe hortum, & eius circuitum non ſunt Romanæ Eccleſiæ, ſiquidẽ Sũmus Pontifex expreſſe ait ea in proprietatẽ, & dominiũ Romanę Eccleſię minimẽ recipere. Nec dominium iſtorũ locorum

eſt

est apud ipsos fratres minores, siquidē in eorum regula *a* continetur, quod non habeant domum, nec aliquam rem, imo præcipit noster Seraphicus pater, vt sint tanquam peregrini, & aduenæ in hoc sæculo, & vt talibus præcipit Nicolaus III. in dicta Decretali, vt recognoscant esse peregrinos, & aduenas, & perseuerante tantum voluntate concedentis ipsius domus in ipsa inhabitent discentes imitari filium hominis, qui non habebat, vbi caput suum reclinaret, & sic non possunt dicti fratres diruere dormitoria, officinas, neque hortū prædicti monasterij, & ad vsus humanos conuertere: licet enim Leo Decimus *b* concesserit, quod aduenientе casu necessitatis Ecclesiæ tam fratrum minorum, quā monialium Sanctæ Claræ obseruantiæ possint transferri, & mutari de vno loco ad alium & locus prioris Ecclesię reduci ad vsus humanos secundum commoditatem dictorū locorum, & monasteriorum, dummodo materia ædificiorum ponatur in Ecclesia alia, hoc tamen priuilegium non intelligitur in monasterijs, fundatis ab aliquo particulari, cuius habet ius patronatus, Pōtifex enim per suum priuilegium nemini iniuriam præsumitur irrogare, sed solum ibi ipsis fratribus, & monialibus fuit indultum, vt possint facere dictam mutationem & loca deserta reducere, ad vsus humanos, quod sine autoritate Apostolica minime fieri poterat, prout late probatum est in superioribus, dicta autem concessio facta â prouinciali, & diffinitorio in capitulo cōgregatis clarē testificatur dictum fundatorem titulum fundatoris habere, & per consequens habere dominium prędicti ędificij, & de eo pro suo libito posse optimo iure disponere. Verū est tamen, quod si prędictum monasterium de nouo fundatum est ita coniunctum cum monasterio antiquo, vt intra cannas trecentas contineatur non potest dictus fundator tale Monasterium antiquum alijs religiosis concedere, prout supra secundum constitutiones, & priuilegia apostolica late diximus.

Quantum autem ad Ecclesias, & capellas ipsius distinctione est respondendum, si enim fundator sibi ipsarum dominiū reseruauit, quod de dormitorio, & alijs habitationibus supra dictum est de ipsis quoq; dicere oportet: at si non reseruauit sibi expresse dominium, ad Ecclesiam pertinet Romanam, prout determinat Nicolaus, III. *c* Quod autem magnam præfefert difficultatem, est, vtrum dictus prouincialis, & diffinitores sine autoritate Apostolica potuerint concedere dictum ius patronatus successoribus ipsius fundatoris, non reseruato dominio Ecclesiæ, & capellarum ab ipso primo fundatore. Et videtur quod non, cum enim Ecclesia cū capellis ipsius sit *E*cclesiæ Romanæ nullā ad eam concedendā, cum eius capellis ipsi patres habēt autoritatem, nulla ad id autoritate Apostolica accedente: patres enim ipsi cum sint fratres minores nullam rē neque in communi, neq; in particulari habentes extraordinē propria autoritate nihil possunt alienare, prout resoluit doctissimus Corduba *d* scribens super regulam fratrum minorū debuit igitur dicta donatio per syndicum fratrum fieri minorū: licet enim aliqui dubitauerint, an syndici habeant potestatem vti Papæ veri œconomi ad aliquid extraordinem donandum, concedunt tamē facultatem ad id sibi à sede Apostolica esse concessam, quando talis donatio in vtilitatem religionis cedit, prout resoluit idem Curduba. *e* Hæc autem donatio fuit facta, vt patet in ipsius religionis vtilitatem, ex cōcessione enim iuris patronatus huic successori fundatoris magnū ipsi religioni commodum cōsurgit. Ex hoc enim alij ad fundandum Ecclesias, & Monasteria inuitantur, & hac ratione sacrosanctū *f* Concilium Tridentinum ibi, *Quod si ius patronatus Laicorum fuerit*, ordinat secundum doctissimorum virorum sententiam, vt Ecclesiastici habentes aliquod ius patronatus ad præsentandum in aliquibus beneficijs teneantur digniorem præsentare: at Laici habentes simile patronatus jus solum ad præsentationem digni astringuntur, quod nulla alia de causa creditur fuisse decisum, nisi vt Laici de suis proprijs bonis Ecclesias ditantes hoc priuilegio ad alia maiora munera Ecclesiæ conferenda prouocarentur. Quare si meum in hoc aliquid momenti est Consilium secundum ea, quæ mihi proponuntur, nisi alia pro parte contraria allegentur, dico quod prouinciales, & diffinitores Ecclesiæ Romanæ verē filij, & pedibus ipsius subiecti, ipsius Ecclesię vestigia imitantes dotationem supra dictam licet inualidam autoritate conuentus, & ipsorum,

a Regu. fra. minor. c. 6.

b Habet. in supp. fo. 92. concef. 277

c c. exit, qui seminat de verbo. sign.

d Cordo. su per reg. fra. minor. c. 6. condit. 6.

e Cord. vbi su. con. 3.

f Conc. 24. c. 2. de reformat.

rum, & syndici Apostolici confirment se fundatori tanto beneficio maximè addictos, ostẽdẽtes: hoc enim facere possunt, prout in simili casu notat Panormitanus a & late confirmat Rochus de Curte, & per hoc respondetur adea, quæ in principio articuli quæstionis fuerũt proposita decidenda.

a Panor. in c. curę de iure patron. Rochus vbi sup. ver. pro eo quod de consensu à n. 7.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum priuilegium, quod conceditur religioni ædificandi monasterij sine licentia ordinarij ex non vsu per decennium amittatur.

REspondeo dicẽdo, quandam esse opinionem, quod quãdo facultas faciendi totaliter est posita in arbitrio priuilegiati non amittitur ex non vsu decennij, prout tenet quædam Glossa *b* & ipsam sequuntur alij quos refert Horatius Mandosius. *c* At Abbas *d* contrariam partem amplectitur: Bosius *e* autem distinguendo alia via incedit dicendo, quod aut arbitrium, seu libera facultas priuilegiato concessa refertur ad priuilegium, vt si dicatur, concedimus priuilegium ædificandi si volueris, vel ad libitum voluntatis tuæ, tunc enim priuilegium ex non vsu decennij amittitur, aut priuilegium ædificandi refertur ad tempus, vt si dictum esset, concedimus tibi priuilegium ædificandi monasteria, quandocumque volueris, tunc (ait) priuilegium perpetuum intelligitur. Quæ distinctio satis placet eidem Horatio *f* Mandosio, præter quã in eo, quod ipse supponit verba illa ad libitum voluntatis tuæ ad priuilegium tantum, non etiam ad tempus referri quæ tamen potius ad tempus, & fortè ad vtrumque referri debet, vt exponatur, si tibi libuerit, & quando tibi libuerit, & ita secundum opinionem Mandosij dictum priuilegiũ per non vsum dẽcẽnij minimẽ amittitur, præsertim si per illud decennium nulla domus fuit sibi ab aliqua ciuitate, oppido, aut persona oblata, quæ ab eis posset congruè ædificari iuxta de, quæ late dicta sunt in primo tomo,

b Gl. in c. vt priuilegia d. p. iui. Mandos. de priuilegijs ad instar Gl. 15. n. 14.
c Mãdo. de priu. ad instar Gl. 15. n. 14.
d Abb. in d. c. vt priuilegia. n. 4.
e Bos. in pract. de princip. & eius priuileg.
f Mandos. vbi sup.

(1. Tomo. q. 26. art. 6. & 7.)

ARTICVLVS IX.

Quo casu sint excommunicati mendicantes, qui sine licentia Papæ noua loca ad habitandum recipiunt, & mutant, & alienant hactenus recepta.

REspõdeo dicendo, quod excõmunicantur mẽdicantes, qui sine licẽtia Papæ noua loca ad habitandum recipiunt, & mutant, vel alienant hactenus recepta, prout dicitur in iure, g quod etiam habet locum in fœminis, licet quæstio sit, an ipsæ sint mendicantes.

g c. cum ex eo de excess. præla. li. 6 Clemen. cupientes de pœnis.

Pro explicatione autem dicti iuris, nota quod quo ad casum propositũ dicitur de nouo fieri, quando fit post ipsam decretalem editam, & si domus corruet, cuius tamen solum cõtinue remanet in dominio ipsorum mendicantium, licet ipsis de nouo ædificare, nec incurrũt excommunicationem, secus si locus non dirutus desierit esse de ipsorum dominio, & habitatione, & postea nouo iure acquirant illud, quia tũc incurrũt in pœnã: & per hoc dici posset de cõuentibus antiquis in Anglia, Gallia, & in alijs partibus hæreticorũ, de quibus fratres minores expulsi sunt, qui quidem conuentus nũc inhabitari possunt per fratres prædictos sine metu excõmunicationis, quia nunquam dicti conuentus desierunt esse de vsu ipsorum fratrum, tenentium eos â sede Apostolica, quæ saltem de iure est domina ipsorum, prout notatur in eodem iure. *h* Nota etiam, quod dicta excommunicatio non cõprehendit eos, qui mutant in eodem loco eadem monasteria verbi gratia, existentia in valle mutant in colle propter sanitatem: ita in simili casu fuisse determinatum Bononiæ referũt Geminianus, & Baptista de Salis. *i* Sed pone, quod religiosi cuiusdam ordinis mendicãtium habebant locum cõtiguum muro ciuitatis, ciues vt facerẽt viam, per quã possent ire circũ circa muros ciuitatis, destruxerunt partem, & dederunt fratribus aliquas domos ex alio latere, inter quas erat quoddã flumen diuidens conuẽtum ab illis domibus, & dederunt eis licẽtiã faciẽdi pontẽ super flumen, per quem possent ire ad illas domos. Quæritur, an possint?

h c. exijt, qui semiat de verb. signif.

i Baptista de Salis in summa. tit. excõmuni. 1. excomm. 44.

Hanc

Hanc quæſtionem formatLappus *a* & arguit, quod non, cum in iure *b* prohibeatur acquirere nouas domos ad habitandũ. Contrarium determinat tamen Geminianus, *c* quia talis acquiſitio, & poſt acquiſitionem ædificatio eſt de actibus iam permiſsis argumento cuiuſdam legis. *d* iſti ergo Iuri antiquo oportet ſtare, niſi quatenus ei derogatur per Ius nouum *e* quod immutatum in duobus tantum caſibus eſt ſcilicet in acquiſitione habitationis in loco de nouo, & in mutatione, & tranſlatione, ſed caſus noſter in nullo illorum includitur, ergo. Et pro hac parte facit, quia ille, qui eſt prohibitus acquirere nouũ Ius in re, non dicitur venire contra prohibitionem, ſi poſt prohibitionem augmentet priſtinum Ius ante prohibitionem, vt eſt quidam caſus *f* ſic in propoſito augmentant iſti primum ius, vnde debet iudicari additamentum noui iuris naturæ prioris iuris. Et per prædicta poteſt teneri, quod augmentantes datia, & Gabellas per hoc non dicuntur noua pedagia ponere. Ita Baptiſta de Salis *g* ad hoc aliqua iura allegans, & pro omnibus prædictis faciunt, quæ poſt Paulum ſcribit Franciſcus de Platea *h* quod illud verbum de nouo poſitum in dicta Clementina, & in alijs iuribus, non intelligitur nouum, quod fuit, & poſtea deſijt eſſe, & iterum renouatur, ſolum autem intelligitur in hoc loco, nouũ, quando quæruntur nouo titulo, quãdo autem domui antiquæ aliquod fit augmentum, licet nouum quid addatur, nouus tamen titulus minimè applicatur.

a Lappus. b d. ca. cum exeo. c Gemin. in d. cap. cum exeo. d l. ab eapartes ff. de probat. e d. ca. cum exeo. f c. fin. in. 2. reſpõ. de cõceſ. prebẽ. lib. 6. g Bapt. de Salis in ſum. tit. excom. 1 excommu. 44. Clemẽ. vni. de ſup. negli. præl. c. cõſulit de Iudæis cap. prohibem⁹ de cenſibus h Platea de excommu. §. ii. de religioſ. Medi.

ARTICVLVS X.

Prælatus præcepit quibuſdam fratribus, vt cum peruenirent ad pinguiorem fortunam; tenerentur dimidium reddituum, ſiue fructuum cõuertere in ædificationem, vel immobilium emptionem. Quæritur primo, ad quid obligẽtur? Secundó quæritur, quãdo ipſi fratres iudicandi ſint peruenisſe ad pinguiorem fortunam.

REſpondeo dicendo, quoad primãquæſtionem, quod cẽſura, ſiue præceptũ illud Prælati ponit dictis fratribus obligationem illam, quam verba ſonant, nempe cum venerint ad pinguiorem fortunam, dimidium fructuum impendant ædificationi, vel immobilium emptioni, quia in dubio non eſt recedendum à verbis diſpoſitionis iuxta ea, quæ in iure *a* notantur. Quantum verò ad ſecundum dubium reſpondetur tunc prædictos fratres iudicandos eſſe peruenisſe ad pinguiorem fortunam, quando peruenerint ad eum ſtatum, in quo poterunt ſe honeſte ſuſtentare de bonis ſuis, quia debitorem peruenire ad pinguiorem fortunam idem eſt, quod peruenire ad ſtatum, in quo deducto eo, quo indiget ad ſe decenter ſuſtentandum poteſt ſoluere, vt colligitur ex iure *b* vbi Iaſon bis, vel ter æquiparat venire quem ad pinguiorem fortunam, & poſſe ſoluere deducto, quo egeat, tunc autem quis dicitur habere tantum, vt poſsit ſoluere deducto ne egeat, quando habet tantum, quod poſſit ſoluere, retento eo, quod ſufficiat ei ad commodè, & honeſtè viuendum, vt ait *c* Gloſſa memorabilis, quam ſequitur Philippus Decius. Honeſta verò, & commoda ſuſtentatio debet conſiderari ſecundum qualitatem ipſorum Religioſorum, locorum, & temporum, argumento eorum, quæ tradunt Baldus, *d* & Alexander.

a l. non alitertff deleg. 3. ca. tuã de ſponſal. b l. intereos l. milesff. de rebus iudi. l. Diuus & l. in condẽnatione ff. de regul. iu. §. & ſiquis inſt. de acti. c gloſ. in d. l. in condẽnato Deci. in d. l. Diuus. nu. 7. d Bald. in l. 2. in prin. ff. quod met. cauſ. Alex. in l. ſi maritus in fine. ff. ſolu. ma.

ARTICVLVS XI.

Vtrum vnaquæque Prouincia in Ordine minorum teneatur habere aliquas Eccleſias, & monaſteria recollecta.

REſpondeo dicendo, quod circa hoc habemus quoddam Breue Pij Quinti quod ſub ſigillo Authentico vidi, cuius tenorem hic referam.

Ad perpetuam rei memoriam iniunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officiũ crebrò nos admonet, & inducit, vt perſonis quibuslibet Regularibus vigilatiæ noſtræ partes efficacius exhibentes eos in inſtitutorum ſuorum Regularium tandore ſalubriter

manuteneamus. Accepimus ſane nuper, quod in Ordine Sancti Franciſci de Obſeruantia nonnullæ ſunt domus & loca, Recollecta nuncupata, in quibus dicti Ordinis fratres arctiorem, quam in cæteris vitã degunt, ac propterea eidem Ordini cõmodum, & opportunum eſſe cenſentes, vt in ſingulis dicti Ordinis Prouincijs duæ domus, & loca Recollecta huiuſmodi exiſtant autoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo decernimus, atque ſtatuimus, quod in qualibet prouincia dicti ordinis duæ ad minus domus, & loca Recollecta eſſe debeant, & præfata monaſteria Recollecta nullatenus ab huiuſmodi recollectione ſeparari poſſint, & Fratres in illis degentes, etiã ſi velint, niſi de generalis Miniſtri ipſius ordinis, vel Prouincialis, & Diſcretorum conuentuum dictorum locorum Recollectorum pro tẽpore exiſtentium conſilio ad alia loca non Recollecta trãsferri nequeant, niſi eiſdem ſuperioribus, vt aliter fiat, viſum fuerit expedire. Decernentes præſentes literas nullo vnquã tempore deſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, notari, vel impugnari, aut inualidari nullatenus poſſe, minuſque ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut alijs cõtrarijs diſpoſitionibus comprehendi nullatenus poſſe: ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque iudices, & commiſſarios quauis autoritate fulgentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari debere irritum quoque, & inane quid quid ſecus ſuper his à quocumque quauis autoritate ſciẽter, aut ignoranter contigerit attentari: & nihilominus pro maiori præmiſſorum occaſione venerabili fratri Epiſcopo Cochenſi, & dictis filijs cauſarum curiæ Camera Apoſtolicæ generali auditori, ac Officiali Toletanenſi per præſentes committimus, & mãdamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum perſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas & in eis contenta, quæcumque ſolenniter publicantes faciant illas, ab omnibus, quos illæ cõcernunt inuiolabiliter obſeruari non permittentes aliquid contra præmiſſa quomodolibet innouari contradictores quoslibet, & rebelles per eaſdẽ pœnas, aliaque opportuna Iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita cõpeſcendo non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die 9. Martij anno Dominì milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo nõno, Pontificatus noſtri anno quarto.

Cæſ. Glorierius.

Circa quam conceſsionem aduertendũ eſt ipſam in noſtra Religione ſeruari, video enim in aliquibus Prouincijs pluſquam duo Monaſteria Recollecta eſſe conſtituta. Imo in conſtitutionibus generalibus Toletanis *a* præcipitur vt in omnibus prouincijs ad minus tria loca pro recollectis habeantur.

a Conſtit. Tolet. fol 89.

QVAE-

QVAESTIO L.

De immunitate Eccleſiarum Regularium, in quinque articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quinque

1 *Vtrum immunitas eccleſiarum à iure diuino an poſitiuo ſit conſtituta.*
2 *Quibus pœnis afficiantur infringentes Eccleſias* Regulares.
3 *Vtrum iudices ſæculares poſſint eijcere à monaſterijs delinquentes.*
4 *An clerici & monachi gaudeant immunitate Eccleſiæ.*
5 *Vtrum Religioſi tradentes detentum monaſterio, qui gaudet immunitate Eccleſiæ ſint irregulares, ſi iudex frangens ſidem illis datam reducendi ipſum in monaſterium, delinquentem laqueo ſuſpenderit.*

ARTICVLVS I.

Vtrum immunitas eccleſiarum á iure diuino an à iure poſitiuo ſit inſtituta.

a Igneus in l.1. in prin. n.26. cũſe. ff. ad Sylla. Remig. in tra. de immun. eccleſia. in prin. nu.5. Pech. in tract. de Arreſt. c 6. n.5 Queſa. ca.1. diuerſ. 99. n.2. Anaſt. d ſacr. immuni. li. 3. c.16. nu.3. & ſeqq. pa. 252. Decia. 2. tom. cri. c.25. n.2. in princ.

Eſpondeo dicẽdo circa propoſitã quæſtionem duas cõtrariasopiniones inueniri. Prima eſt Ioannis Ignei, *a* & Remigij de Goni Petri Pechij, Queſada Anaſtaſij Germonij & aliorum quos refert Tiberius Decianus.

b Couar. li. 2. var. c. 20. Decian. vbi ſupr.

At contrariam opinionem tenent expreſſe Couarruuias *b* Tiberius Decianus & Farinacius. Pro qua dico non poſſe negari â iure diuino immunitatem Eccleſiarum originem habuiſſe, propter quod à ſacris Canonibus fuit inſtituta & ſub grauibus pœnis ab iure obſeruari debere fuit præceptum. Prima pars huius Concluſionis quod, ſcilicet â iure diuino habuit originẽ, Probatur primo ex eo quod templa Deo ædificata in maxima voluit Deus optimus Maximus vt haberentur reuerentia iuxta illud libri *c* Regum ſanctificaui domum hanc, quam ædificaſti vt coleretur nomen meum ibi in ſempiternũ & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Et Dominus noſter Ieſus Chriſtus *d* templum domum ſuam appellat. Et quædam partitarum lex *e* cum Regibus loquens ait. *Amar y honrar, y guardar deuen aun a las Igleſias manteniendolas en ſu derecho que muy vſada coſa es, que los lugares do conſagran el cuerpo de nueſtro Señor Ieſu Chriſto que ſean amados, y honrados y guardados.* Et altare ſecundum Anaſtaſium Germonium figuram Chriſti ſignificat.

c 3. Re. c. 9.
d Mat. c. 12. & c. 23.
e l. fin. ti. 10 part. 2.
f Germon. de ſacrorũ immun. pa. 131. n. 11.

Secundo probatur, nam in lege *g* Moſaica altare Dei vt in Exodo legitur habebat immunitatem, & à templo & tabernaculo nullus delinquens vt puniretur extrahebatur. Et ſic Adonias filius maior Dauidis timens Salomonem Regem abijt in tabernaculum Domini. Et in libro Numerorum *h* præcepit dominus filijs Iſrael quando tranſgreſſi fueritis Iordanem in terram Chanaan decernite quæ vrbes eſſe debeant in præſidia fugitiuorũ qui nolentes ſanguinem fuderint, &c. de ipſis autem vrbibus quæ ad fugitiuorum ſubſidia ſeparantur tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaan. Et in Deuteronomio *i* dicitur, ſeparate vrbes fugitiuorum, vt confugiat ad eas quicunque animam percuſſerit neſcius, vt poſſit euadere iram proximi, qui vltor eſt ſanguinis cum ad vnam harum confugerit ciuitatem. Quod & in libro *k* Regum cõmendatur. Tertio probatur gentiles enim lumine quodam naturali etiam loca refugij delinquentibus ſignauerunt. Hi enim qui ab Hercule originem habebant, cum reſpectu tyranni dis ab Hercule patratæ odio haberentur Athenis locum quemdam præſidij ſtatuerunt in quo à ſuis inimicis ſe potegere poſſent. Qui locus ab his Aſylus fuit appellatus prout refert Statius. *l* Ad cuius loci habitationem Romanus populus incipiens fundare Romam alium inter capitolium, & Palatium in ſacro nemore ædificauit prout refert Pineda in ſua Monarchia. *m* Aedificatumque eſt ad hoc tẽplũ

g Exod. ca. 21. & 3. Re. 1.
h Nu. c. 35.
i Deu. c. 20
K 3. Regũ & 2. & 3.
l Statius li. 12 Thebaidos
m Pined. in Monarc. li. 4. ca. 6. §. 3. fol. 40.

Apo-

Apollinis, & nomine Deæ Iunonis celebratur, & templum Iulio Cæsari dedicatum, & domus Lucillæ matronæ Romanæ, quæ omnia templa & domus Romani ad refugium delinquentium consignauerant vt patet ex traditis in quadam Vlpiani iuris consulti lege *a* templum etiam Dianæ in Epheso dicatum hanc ipsam habebat immunitatem secundum Tullium, & *b* Iustinum, dicatum etiam Deæ Cereri hoc priuilegium habebat. Adeo quod Græci templa sua Asylos vocabant, de quibus Seruius *c* Titus Liuius Strabo Diuus Augustinus & alij quos referunt Prosper Farinacius *d* Menochius, & Decianus meminerunt. Quod immunitates templis Deorum, & Dearum concessas, & in populo Romano ab Imperatoribus Romanis toleratas & donatas voluit omnino Imperator Tiberius Cæsar è medio tollere. Solũ enim voluit vt in Ciuitate Pergami templo AEsculapij hæc immunitas illæsa maneret, prout referunt Suetonius *e* & Cornelius Tacitus. Denique non est dubium gentiles aras & templa reuerentiæ honoris & immunitatis habuisse vt in his delinquentes protegerentur, quæ aræ misericordiæ ignoti Dei nuncupabantur vt legitur apud D. Paulum *f* Plautum Gersonem Pausaniam, Ciceronem Iustinum & Couarruuias. Ex quibus omnibus sequitur gentiles solo lumine naturali doctos hunc honoris templis & aris Deorum tribuisse, quod argumentum est magnum ad probandum â iure diuino hunc honorem & reuerentiam templis Dei dicatum originem habuisse, tanquam quid â *D*eo optimo maximo autore ipsius naturæ hominibus inspiratum. Qua ratione â sacris Canonibus & variis Concilijs fuit hæc immunitas ecclesiarum præcepta. Et Archiepiscopus Florentinus *g* referens vitam D. Syluestri Papæ affirmat inter alia â Cõstantino Imperatore post baptismum concessa immunitatem Ecclesiæ etiam indulsisse ita vt nemo in Ecclesia recluſus inuitus ab ea extrahi possit. Et Ioannes Visquis *h* Doctor Iurista affirmat à quodam Imperatore Romano fuisse præfatam immunitatem concessam. Quod & in Decreto *i* videmus approbatum. Quod vt ex superioribus satis colligitur verè & propriè concessum minime poterit appellari. Cõcessio enim est illud quod est proprium alteri donare, Imperatores autem cũ hanc immunitatem minime vt propriam possiderent, eam ecclesijs vt propriam indulgere minime valebant. Vocari igitur propriè debet quædam recognitio Ecclesijs debita, quæ olim in testamento veteri & in gentilitate magna habuit priuilegia. Et sic debet intelligi illud quod in lege Vesogottorum cauetur in hunc modum. Sed etiam si contigerit eum (homicidam scilicet) ad altare sanctum fortasse confugere, non quidem præsumat eum absque cõsulto sacerdote persecutor eius abstrahere, consulto tamen sacerdote, atque reddito sacramento se eundem sceleratum publica mortis pœna non condemnaturum, sacerdos cum sua intentione ab altari repellat & extra chorum proijciat: cui ab ecclesia non alias mortiferas inferat pœnas, sed in potestatem parentum & corũ quorum propinquus occisus fuerit contradendum est vt excepto mortis periculo quid quid de eo facere voluerint licentiam habeant. Ita habetur in præfata antiquissima Vesogottorum lege prout refert Anastasius Germonius. *k* Et decretis summorum Pontificum obseruari inuiolabiliter præfata immunitas mandatur & in Concilio Tridentino *l* præcipitur tandem iuxta præfata decreta ab omnibus custodiri. Et Gregorius XIIII. in quodam suo motu proprio cuius tenorem inferius referemus eam totis viribus commendauit. Cum autem hæc sit obseruantia ad mores concernẽs suis limitibus præcludi necesse est, ita vt iudices seculares nimis rigorem speculantes eam intrepide infringere non audeant. Et ecclesiastici & regulares zelum huius immunitatis affectantes per fas, & per nefas delinquentes, & facinorosos in Ecclesia Dei custodire & defendere non præsumant. Aliqui enim iudices seculares immunitatem Ecclesiasticam infringentes se defendunt dicentes clericos & monachos aliquando vi & armis eam protegere & in casibus non permissis delinquentes in eorum Ecclesijs & monasterijs reclusos & absconditos custodire non considerantes Deum optimum maximum offendere cum eius ecclesia protector iustitiæ & nõ iniustitiæ esse debeat vt dicitur in quadam Decretali, *m* non enim domus Dei spelunca latronum est, vt apud Hieremiam, *n* Matthæum, Lucam, & Marcum scriptum legimus

a l. 2. §. his tamẽ tẽporibus ff. de origin. iuris.
b Tul. 3. Ve. Iustin. l. 27.
c Serui. li. 8. ænei. Liui⁹ ab vbe. condit. lib. 36. Augu. de ciuit. Dei ca. 34. Vlp. inl. 17. §. apud Labeonem ff. de ædili edi.
d Farin. 1 to. crim. tit. de carce. & carcera. q. 28. n. Menoc. de præsum. li. 5. præs. 10 n. 2 Decia. vbi su. 2. to. cri. li. 6. c. 25 n. 4.
e Suet. c. 17. Tacitus annaliũ l. 3.
f Paul. act. 17. Plaut. in Mostelaria act. 5. scen. i. Gerf. trac. 6. super magist. Pausa. li. 1 in at. Cicero in act. in Verrem Iustin. li. 28 Couar. li. 2. var. c. 20. n. 2
g Floren. 5. 2. in 2. part. histori.
h Visquis in tract. de immunit. ecclesiar.
i ca. Sancta Rom. eccle. 15. distinct.

KGermon. sacro. immunit. li. 2. c. 16. n. 4.
l Con. Tri. sess. 25. de reform. ca. 29

m c. de alien. feud.
n Hiere. 17. Mat. 21. Lu. 19. Marc. 11. cap.

legimus. Et in quodam decreto â Gratiano eſt deſumptum. Et ideo Gregorius Decimus quartus ad reprimendam audaciam iudicum clericorum, & monachorum quandam circa hoc edidit conſtitutionem, cuius tenorem in articulo tertio huius quæſtionis referemus.

ARTICVLVS II.

Quibus panis afficiantur infringẽtes eccleſias regulares.

REſpondeo dicẽdo, quo Clemens IIII inhibuit, *vt nullus Eccleſias, aut loca Fratrum Minorum auſu temerario præſumat infringere, aut in illis damnabilem violentiam exercere, & voluit, quod illi, qui ſecus facere præſumpſerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, à qua non poſſint abſolui, niſi per Sedẽ Apoſtolicã, aut per conſeruatores ab ea eidem ordini deputatos.* Ita habetur in libro *a* Monumenta Ordinum.

a f. impreſ. fol. 105. conceſſa 26.

Circa quam conceſsionem eſt aduertendum, quod *Iure* antiquo *b* erant excommunicati ſacrilegi infringentes, & ſpoliantes Eccleſias, nam prædictum ius non excommunicat, ſed præſupponit eſſe excommunicatos, ſiquidem iubet denunciari eos, vt tales argumento eorum quæ in Iure *c* notantur. In iure autem antiquo effringere Eccleſias dicebatur, qui effringit, vel effodit parietem, aut frangit fores, diruit ſeras, & qui impellendo vel quouis alio modo violento ingreſſum ſibi parat, prout aſſerit Syluester *d* non autem qui reſerat eas claue, ſiue eam ſurripit, vel extorſerit ſiue non iuxta ſententiam omniũ prout ait Nauarrus. *e* Vnde cum noſtrum priuilegium fuerit ortum ad iuris antiqui ſimilitudinem, in eius excommunicationem incidiſſe credo eos, qui effregerint, vel effoderint parietem, aut fregerint fores, diruerint ſeras, & qui impellendo, vel alio quouis modo violento ingreſſum in Eccleſias, & Monaſteria ſibi parauerint. Et licet ſecundum dictum ius antiquum *f* duo requirerentur ad incurrendam excõmunicationem Papæ reſeruatam in eo latam, ſcilicet perfringere, & rapere, ſeu furari, prout tradunt Panormitanus *g* Diuus Antoninus, & Caietanus, dicentes, quod ob id, qui effringit crucem, ſacrarium, aut perpetrat alia ſimilia nefaria ſcelera, & non furatur, non incurrit in dictam excommunicationis pœnam, noſtrum tamen priuilegium plus vltra concedit, ait enim, quod ad incurrendam cenſuram in ipſo poſitam ſufficit, quod effringat Eccleſias, & monaſteria, aut illis damnabilem violentiã exerceat, niſi nihil furetur.

b c. conqueſtus deſen. excommu.

c c. paſtoralis §. verum de appella.

d Syl. excõmunicatio ſeptima caſu. 8.

e Nau. c. 27 nu. 94.

f c. conqueſtus.

g Panor. in c. fin. defur. Anton. 3. p. tit. 24. c. 21. Caietan. in ſum. v. excom. c. 2.

Notanda etiam ſunt verba dicti priuilegij ibi, *Aut illis damnabilem violentiam exercere*, nam non ſufficit, quod fiat violentia, ſed eſt neceſſarium quod ſit de facto damnabilis. Vnde ſi aliquis vi impellendo ira commotus, intret monaſterium, ſi rediens ad cor, regrediatur nulla damnabili violentia ſequuta, non eſt quod hac cenſura feriatur.

Secundo eſt notandum circa dictam conceſsionem quod Epiſcopus, aut alius Eccleſiaſticus prælatus, qui ædificauerunt dicta monaſteria, ſi reſeruauerunt ſibi ius hoſpitij in eis frangendo fores, vt expellant occupantes iniuſte, & vim vi repellant, non incurrunt in dictam excommunicationem, prout tenet Innocentius *h* licet enim in defenſionem ſuæ poſſeſsionis vim vi repelleretvt ſacri canones determinant *i* ſecundum quod priuilegia interpretari debent: ſic iudices Aragoniæ dum infringunt portas eccleſiæ, & monaſterio rum ab excommunicatione excuſantur, quia non infringunt propria auctoritate, & præſumptuoſè, ſed extendunt ſe ad res inanimatas iure illis per forum, & conſuetudinem dato vt conſeruent in manifeſto prout tenent docti Theologi, & iuris periti apud Aragoniam, & Valentiam, iudex enim, qui habet iuriſdictionem in perſonas, aut in res inanimatas (id eſt in ſcripturas) habet ex conſequenti in res impedientes ipſum prout tenent Ancharranus *k* Antoninus, & Abbas.

h Innoc. in ca. 1. de immuni. Eccleſ.

i c. eũ olim de reſtitut. ſpolia.

k Anchar. Antoni. & Abbas in c. 1. col. 1. de immu. Eccle. Inno. Aragon de manifeſt. perſ. foli. 108. v. appellitus manifeſtation. fol. 24. col. 3.

Pro huius rei intelligentia videndus eſt forus Aragoniæ, & Molinus, & confirmatur, quia quando principale permittitur iure conceduntur ex conſequenti media præparatoria, & ea, ſine quibus finis principalis haberi non poteſt. Hæc autem manifeſtatio fit varijs modis in Aragonia primò

mò â poſſe perſonæ priuatæ, hanc facit quilibet iudex dum N. conqueritur quod N. tenet illius filium ſeruum, aut vaſſalum, & hic detinetur in manifeſtatione ſi opponens non oſtendat de iure ſuo, ſecundo â poſſe Iudicis eccleſiaſtici ſi reus dicat ſe exemptum, aut eſſe laicum, aut eccleſiaſticum, & nihil probet, ponitur enim tunc reus in libertate, ſi renuncietbeneficio manifeſtationis. Tertio â poſſe iudicis ſæcularis, & liberatur reus à vinculis iudicis etiam Regni, examinaturque cauſa eius, idque fit per ſolum iuſtitiã de Aragon & nõ per Proregem, vel alium Iudicem, prout in legibus *a* fori Aragoniæ continetur, & tenet Molin.

a for. vn. de manife. fol. 173. repet. fol. 208. co. 3. Molin. v. manifeſtatio. col. 2.

Ex dictis infertur, quod iudices effringentes portas Eccleſiæ, & Monaſteriorũ, vt videant, an ibi ſint delinquentes, quos quærunt, non incurrunt in aliquam excommunicationem, cum enim habeant ius adquærendum an ſint ibi delinquentes, habent etiam ius, ad omnia, quæ huiuſmodi inquiſitionem impediunt. Dixi (inquiſitionem) non autem deprehenſionem, non enim habent ius ad deprehendendum delinquentes, antequam declaretur eos ab Eccleſia extrahi poſſe, prout infra dicetur.

Tertio eſt notandum, quod Soto *b* tenet occultum effractorem Eccleſiarum venire excommunicandum, quia nullo iure exprimitur eſſe excommunicatum: & ait quod ius *c* excommunicans effractorem huiuſmodi videtur tantum loqui de publico effractore. At communis opinio contrarium tenet, & ſic noſtrum priuilegium etiã de occulto effractore, aut violentiam damnabilem in monaſterijs occulto faciente intelligendum eſſe arbitror.

b Sot. in 4. diſt 21. 11. 2 ar. 2. ver. his conſtitutis, c d ca. conqueſtus.

Quarto, & vltimo circa dictum priuilegium eſt notandum, quod abſolutio dictæ excommunicationis reſeruatur Papæ, aut Conſeruatori dictæ Religionis, prout in eo ait Clemens IIII. At Leo Decimus prout continetur in Ordinis ſupplemento *d* conceſsit, quod, *infringentes, vel aliquam violentiam facientes in Eccleſijs, & locis Fratrum Minorum facientes ab excommunicatione propter hoc incurſa poſsint a Prælatis dicti Ordinis in foro conſcientiæ abſolui, licet antea non poterãt huiuſmodi delinquentes abſolui niſi a Papa, vel a conſeruatore dicti Ordinis.* Et aduerte quod hoc tantum concedit in foro conſcientiæ, per quod clarè concluditur, quod in foro exteriori poſſunt dicti delinquentes declarari eſſe excommunicatos, & alijs pœnis pro qualitate culpæ affici, cum dicta abſolutio tantum in foro conſcientiæ eis ſit permiſſa, & per conſequens ſi poſt dictam abſolutionem in foro conſcientiæ celebrauerint ipſos incurriſſe in foro exteriori irregularitatem apertum eſſe conſtat.

d Supplem. fol. 61. conceſ. 186.

ARTICVLVS III.

Vtrum iudices ſæculares poſsint eijcere a monaſterijs delinquentes.

REſpondeo dicendo, quod in ſacris Canonibus immunitas Eccleſiarum maximè commendatur, ita vt cõſuetudo contra Eccleſiaſticam immunitatem, vel ei oneroſa non valeat iuxta eoſdem ſacros Canones *a* in quibus id notant Abbas, & communiter Doctores, & in legibus partitarum, & ordinamenti continetur, & tradunt Bartolus, & Tiraquelus & Antonius Gomez, & licet conſuetudo admittatur, quando eſt parum præiudicialis Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis, quando tamen eſt multum præiudicialis, minimè admittenda erit, & tunc erit plurimum præiudicialis, quando Clerici efficiuntur timidiores propter talem conſuetudinem, & laici efficiuntur audaciores, & quando conſuetudo inducit, quod Clerici impediantur facere ea, quæ â Iure communi ſibi conceſſa ſunt, quod arbitrio boni viri relinquendum eſt, prout cum alijs reſoluit Humada *b* affirmans hoc procedere, etiamſi conſuetudo ſit immemorialis. Vnde ſecundum Sylueſtrum *c* non læditur Eccleſiaſtica libertas, quando aliquod particulare priuilegium conceſſum Monaſterijs frangitur, potuit enim conſuetudine quadraginta annorum introduci, vt quarta funeralium Eccleſiæ Cathedrali aut Parochia-

a c. 1. de conſuetu. & ibi Abb. c. nouit. c. graue d ſen. exco. c. cauſam de re iudi. l. 2. tit. 9. par. 1. & l. 2. tit. 3. li. 1. ordi. leg. 3. tit. 3. lib. 1. nouę cõp. Tiraq. de retract. li. 1. §. 20. glo. 1. n. 6. Anton. Gom. to. 3. var. c. 1. n. 52.

b Humad. in ſcholijs ad gloſ. par. in l. 3. tit. 2. p. 1. gl. 6. n. 3.

c Sylu. v. immunitas. n. 2. & 4.

rochiali à Religioſis contra eorum priuilegia ſoluatur, prout clarè innuit Concilium a Tridentinum, & ſic Monaſteria prædicta immunitate gaudere debent, vt ex ſuperiori articulo ſatis patet, & eſt aduertendum, quod inter alias Conſtitutiones contra Bannitos à varijs Summis Pontificibus factas, Sixtus Quintus fecit vnam pro Regno Neapolitano, anno Domini milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo quinto, quæ incipit, alias, *fœlicis recordationis*, &c. In qua inter cætera cõcedebatur Officialibus Regijs, vt cauſa conquiſitionis, vel infeſtationis Bannitorum Eccleſias, Monaſteria, cellas, ſeu loca Religioſorum, Eccleſiaſticarum perſonarum ingredi, ipſoſque Bannitos, & delinquentes aliquo modo ibi occupatos, ſiue receptos inde extrahere, & ſi opus eſſet, ipſas etiam perſonas Eccleſiaſticas, & Religioſas capere, & carceribus Eccleſiaſticis duntaxat mancipare poſſent. Verum quia hæc & alia ſimilia in ea contenta non modicum Eccleſiaſticam tangebant immunitatem, multaque indevidebantur in dies oriri ſcandala, ac non paucæ ipſorum Religioſorum infeſtationes, & perturbationes euenire.

a Tridē. ſeſ. 25. de refor. cap. 13.

Proinde Gregorius Quartus Decimus anno Domini milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo primo in conſtitutione ſua, *cum alias nonnulli*. &c. Pro immunitate Eccleſiaſtica ſeruanda, maliſque ſupradictis obuiando ſupradictam Sixti Quinti conſtitutionem moderãdo ſtatuit dicens.

Cum aliàs nonnulli prædeceſſores noſtri, & præſertim fœlicis recordationis Sixtus Papa Quintus necnon Pius etiam Quintus, &c.

Hac itaque noſtra perpetuo valitura conſtitutione, omnia, & quæcumque priuilegia, & indulta, & gratias tã per prædictum Sixtum, ac Pium Quintum, quam alios quoſcumque noſtros prædeceſſores, aut noſmet ipſos, ſedemque Apoſtolicam, eiuſque legatos ſemper abducendis, ſeu extrahendis, ab Eccleſijs, Monaſterijs, ſacellis, domibus Regularibus, lociſque ſacris, aut Religioſis, aliaſque in caſibus á Iure permiſsis hominibus certorum tunc expreſſorum, vel non expreſſorum criminum reis, aut fraudulentis decoctoribus etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, ac pace, atque quiete publica. & ex cauſis grauiſsimis, ac neceſsarijs, & æquipollentibus caſibus in Iure expreſsis, atque ex paritate, identitate, aut maioritate rationis extenſis, perpetuo, vel ad certum nondum elapſum tempus, ſeu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitum, ſeu alias quomodolibet conceſſa etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, & innouata, ac vſu recepta, literaſque Apoſtolicas ſub plumbo, aut in forum Breuis, ſeu alias quomodocumque deſuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expreſsis, ac de verbo ad verbum inſertis, ſublata penitus omni differentia. Ita ad vnam tantum formam reducimus, & moderamus, vt Laici ad Eccleſias, locaque ſacra, & Religioſa prædicta confugientibus, ſi fuerint publici latrones, viarumque graſsatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, aut de populatores agrorum, quiuè homicidia, aut mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs, eorumuè cæmeterijs committere non verentur, aut qui proditorie proximum ſuum occiderint, aut Aſſaſsini, vel hæreſis, aut laſæ

læsæ Maiestatis in personã ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica nõ suffragetur, sed vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisq; Ecclesiarũ, & monasteriorũ Prælatis, tam sæcularibus, quã cuiuscuis ordinis regularibus directe præcipiẽdo, mãdamus, & præcipimus, vt laicos in casibus prædictis delinquẽtes ad eorũ Ecclesias, monasteria, domus, & alia loca, supradicta sacra, seu religiosa respectiue cõfugiẽtes, & in eis se recipiẽtes, atq; morãtes, qui prædicta delicta eorũue aliquod iudicio suo cõmisisse videbũtur, quando à Curia sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorũ fuerit requisitus, ministris, & officialibus curiæ sæcularis absq; irregularitatis nota, aut alicuius cesuræ Ecclesiasticæ incursu tradi & cõsignari curẽt, & faciant, & quilibet eorũ curet, & curare faciat. Ne autẽ Curia sæcularis prædicta Ministri facultate illos per se, & propria autoritate extrahẽdi, & abducẽdi sibi olim vt præfertur attributa, & per præsentes reuocata abutãtur volumus, dictaq; authoritate decernimus, & declaramus, vt curiæ sæcularis eiusq; iudices, & officiales ab ecclesijs monasterijs, locisq; sacris prædictis, laicũ aliquẽ vt præfertur, delinquentẽ in nullo ex casibus supradictis sine expressa licẽtia episcopi, vel eius officialis, & cũ interuẽtu personæ ecclesiasticæ ab eo authoritatẽ habentis ad quos solos, & nõ ad alios Episcopis inferiores etiam si alias ordinarij sint, aut nullius diœcesis, aut cõseruatores ab hac sede Apostolica specialiter vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi facultas pertineat, occurrente autẽ casu in loco exẽpto, & nullius diœcesis tunc ad episcopum viciniorem deuoluatur hac cognitio & non ad alios capere extrahere, aut incarcerare non possint, nisi eo casu quo ipse episcopus & dictæ personæ ecclesiasticæ requisitæ illos in delictis superius expressis culpabiles tradere, aut capturæ & carcerationi interuenire, & assistere recusauerint tunc que reuerentiæ ecclesiasticæ, & locis sacris debitæ memores prædictos delinquẽtes minori, quo id fieri poterit scandalo, & tumultu extrahere curent quodque delinquentes laici prædicti postquã vt præfertur ab ecclesijs locisve sacris extracti, & capti fuerint ad carceres curiæ ecclesiasticæ reponi, & inibi tuto, & firmo carcere ac opportuna custodia data illis si opus fuerit per curiã sæcularẽ detinere debeãt, nec inde extrahi curiæq; sæculari prædictæ cõsignari, nec tradi possint nisi cognito prius per episcopũ seu ab eo deputatũ an ipsi vere crimina superius expressa cõmiserint tuncq; demũ demãdato episcopi per iudicẽ ecclesiasticũ curiæ sæculari quacũque appellatione postposita cõsignẽtur. De crimine verò hæresis cognitio ad forũ ecclesiasticũ tota pertineat nec in ea curia sæcularis sequoquomodo intromittat, sicut etiam prohibemus ne contra ecclesiasticas personas sæculares vel cuiuscuis ordinis, vel militiæ etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani regulares quoquomodo etiam

vigore

vigore prædictorũ priuilegiorũ indultorũ, aut conceſsionũ (quæ omnia ad terminos iuris communis per præſentes reducimus) procedant, aut ſe intromittant, illasve ab Eccleſijs, monaſterijs, domibus, lociſq; ſacris, aut religioſis etiam in caſibus in hac cõſtitutione expreſsis extrahere, abducere, capere carcerare, aut cognoſcere de criminibus ad forũ Eccleſiaſticũ pertinẽtibus alias quam de iure, & per priuilegia eiſdem ordinibus, aut militijs conceſsa permittitur quomodolibet præſumãt. Quod ſiquis quacumque dignitate præditus præmiſſorum quidquam attentare contra hanc conſtitutionem præſũpſerit ipſo facto cenſuras, quæ contra libertatis Eccleſiæ violatores ſunt promulgatæ, incurrant. Non obſtantibus præmiſsis etiam Sixti, & Pij Quinti, quam aliorum quorumcunque prædeceſſorum noſtrorum literis Apoſtolicis priuilegijs, indultis, &c. Dat. Romæ in Monte Quirinali anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo primo

1591 *Nono Kalen. Iunij P. N. anno primo*

Circa quam conſtitutionem aduertit Capucinus e, quod religioſi ſint cauti, vt ne amplius ſinant malefactores in ſuis locis, vel Eccleſijs à miniſtris iuſtitiæ ſecundam diſpoſitionem Bullæ Sixti Quinti capi, quia ſic expreſse facerent contra præ dictam Gregorij conſtitutionem, & ſe pænis irregularitatis, & alijs cenſuris exponerent. Et vt ne etiam permittant malefactorem in ſuis Eccleſijs, & locis capi à miniſtris iuſtitiæ, niſi particularem afferant Epiſcopi, ſiue eius officialis licentiam contra particularem illum malefactorem cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ, vt in Bulla habetur.

e Capucci. in ſcholijs ad cõpẽdiũ Mend. tit. Eccleſi. fratrũ fo. 309.

Et aduertant etiam, quod non ſunt obligati illum malefactorem cuſtodire, nec illi cibum non miniſtrare cum iam excommunicatio à Sixto Quinto ſuper hoc lata per hanc Gregorij conſtitutionem ſit ſublata: ſed in omnibus alijs ad ſupradictæ Bullæ verba bene aduertãt ſi errare, & puniri pœnis in ea contentis nolint, quod puto aduertendum in regno Neapolitano, pro quo dicta conſtitutio Sixti Quinti facta eſt.

Circa quam conſtitutionem eſt aduertendum, quod in eo, quod determinat malefactorem in eccleſijs, & locis religioſis capi à miniſtris iuſtitiæ non poſſe, niſi particularem afferant Epiſcopi, aut eius officialis licentiam, contra particularem illum malefactorem, conformem eſſe iuri communi, in quo reſoluunt communiter Doctores, quod iudex competens ad cognoſcendum, an debeat delinquens immunitate gaudere, erit Eccleſiaſticus, prout tradunt Couarruuias f, & Remigius, & ita dicit ſeruari in practica in noſtra Hiſpania Iulius Clarus.

f Couar. li. 2. var. c. 20. n. 17. in pri. & li. pract. qq. c. 33. n. 1 Clarus in prac. crim. lib. 5. q. 36. n. 21.

Verum eſt tamen, quod non quicumque iudex Eccleſiaſticus modo hanc licentiam concedere poteſt, niſi tantum epiſcopus diœceſis, aut eius officialis, & in hoc innouat hæc conſtitutio, quod Doctores aſſerebant dicentes quemcumque iudicẽ eccleſiaſticum illius diœceſis, hanc poſſe cauſam examinare, & iudicare. In eo autem, quod determinat conſtitutio, quod deliquentes non reponantur in carcere ſæculari, ſed in carcere curiæ eccleſiaſticæ quid nouum ſtatuere videtur, ipſi enim delinquentes extracti carceri ſæculari mancipabantur, & ignominioſe ad eccleſiam remittebantur, & ideo commendabant Doctores dicentes, quod iudicato, quod delinquens ſit remittendus ad eccleſiam, non debet remitti ignominioſe, præſertim ſi ſit Clericus. Ita Boerius g, & Iulius Clarus alias videretur corporaliter puniri remiſſus, & excommunicationem incurreret iudex, ſi ignominioſe clericum remitteret ſecundum Auendanum h. Quibus de cauſis dicebant, quod iudex ſæcularis nunquam ab eccleſia debet delinquẽtem extrahere, niſi cogitet, & conſideret, an delictum ſit de priuantibus immunitate, & ante probatum ſit, quod ſi dubius eſt faciat, delinquentem in Eccleſia cuſtodiri, & compeditari, ne iterum fugiat, nam

g Boer. deciſ. 303. n. 15 Clarus vbi ſu. q. 36. nu. 48.

h Auen. de iniurijs nu 15.

hoc de iure facere poteſt ſecundum remigium i, quem ſequitur Iulius Clarus. Qua autoritate iudices ſæculares abutentes occaſionem dederunt Gregorio Quarto decimo vt ipſi delinquentes ab Eccleſijs, & monaſterijs extracti non in carcere ſæculari ſed in Eccleſiaſtico reponerẽtur, ne iudicato ipſos immunitate Eccleſiaſtica gaudere ad Eccleſiã, & monaſteria cũ ignominia remitterentur. Quod ſæpe ſæpius cõtingebat, aliqui enim iudices timore Domini minime confixi ita ſunt inſolentes, vt ipſos in carcere detentos, vt iam eorum iudices competentes puniant, neq; hoc eſt mirum cum aliqui Eccleſiam Dei contemnentes, quando ponunt cuſtodias Eccleſijs delinquentes detinent & ipſis delinquentibus alimenta iubeant denegari ſecundum remigium K, & Couarruuiam, qui grauiſsime errant, cum id faciant contra ius, prout dicti iuriſperiti affirmant.

i Remi. vbi ſu. Clar. vbi ſu. n. 21.

K Remig. vbiſ. q. 6. & 7. Cou. vbiſ c. 20. nu. 17.

Circa eandem conſtitutionem eſt etiam aduertendum, quod ſecundum eam poſſunt iudices ſæculares cum licentia Epiſcopi, aut eius officialis extrahere ab Eccleſia delinquentem. Quare ſi ſine tali licentia ipſum extrahere voluerint, res deuoluitur ad id, quod de iure antiquo erat determinatũ, ſecundũ quod delinquens poteſt ſe defendere ſine pœna à iudice ſæculari, ſi videat, quod ipſum extrahit iniuſte ab Eccleſia. Ita Antonius Gomez l dicens, quod hunc iniuſte cõdemnatũ ad extrahẽdũ poſſunt Clerici defendere, & eripere de manibus iuſtitiæ ſecundã Archidiaconum & Albericũ, & Bernandum Diaz de Lugo quos, & alios ad hoc allegat nouiſsime Põce de Leon Mexia m. Quod verũ intelligit Azeuedo n quotieſcumque conſtaret in iuſte extrahi ab Eccleſia, vel condemnatũ fore, eſſetque particulum in mora, ſecus tamen alias, tunc enim licet poteſtati iniuſte exequenti reſiſtere, quoties manifeſtum eſt iniuſte procedere, vel damnum eſt irreparabile ſecundum Doctores, maxime Oroſcum o nam alias dũ res eſt in dubio, minime reſiſtẽdum eſt iudici ſæculari præſertim per Eccleſiaſticos, quibus iam arma ad hoc conceſſa ſunt, ſcilicet excommunicationes, & cenſuræ, non vero enſes & gladij, vt habetur in Concilio Tridentino p & in quadam regali lege nouæ compilationis.

l. Anto. Gomez li. 3. varia. c. 3. n. 21. in fine.

m Mexia in apparatu. l. de Toledo. n. 11. fund. 2 part. n. 2 4. n Azeuedo inl. 3. ti. 2. li. 1. compil. n. n. 27.

o Oroſcus. inl. vt vim. n. 16. col. 21. ff. de iuſt. & iure.

p Trid ſeſſ. 25. ca. 3. de for. l. 6. titu. 4. li. 1. nouæ compil.

Aduertendum denique circa prædictã conſtitutionem, quod accepi â quodam grauiſsimo, & ſatis Docto meo diſcipulo in regnis Portugaliæ regio auditore eam in ipſis regnis minime fuiſſe receptã, cum ex detentione, & detruſione delinquentium ab Eccleſia extractorum gladius ſæcularis vires ſæpe ſæpius poſſet amittere, an autem in Hiſpanijs ſit recepta, nolo iudicare, ſolum enim iudico eam eſſe maximæ rationi conformẽ, cum tam iudicibus ſæcularibus, quam Eccleſiaſticis, quam immunitati Eccleſiaſticæ medium quoddam proponat, quo omnia pacifice in republica peragantur.

ARTICVLVS IIII.

An clerici & monachi gaudeant immunitate Eccleſiæ.

REſpondeo dicẽdo, quod Abbas a tenet per multa fundamẽta, quod nõ, quẽ ſequitur Bernardus Diaz de Lugo, cũ hac limitatione tamen vt non procedat, tunc, quãdo clericus ab Eccleſia extractus poſt degradationẽ eſt ſæculari curiæ tradẽdus, nã tunc dicit, quod poſt degradationẽ & verbalẽ in ſentẽtia traditionẽ curiæ ſæculari ad Eccleſiã reſtituatur, quã limitationem non admittit Couarruuias b vrgenti ratione, nam quando crimina committuntur, quæ degradatione, & traditione curiæ ſeculari digna ſunt, propter eorum enormitatem, & immunitatem gaudere non debent delinquentes immunitate Eccleſiarum, & ſic non erunt reducendi ad Eccleſiam. Quam ſententiam ſequitur Salzedo c. Ex quo infertur, quod clericus, aut religioſus Sodomita ſiper proprium motum Pij V. tradantur curiæ ſæculari, non gaudebunt Eccleſiæ immunitate, & hodie indiſtincte ſeruatur in practica opinio Abbatis, prout teſtatur Iulius Clarus. d Quod eſt tenendũ, licet cõtrariũ tenuerit Méchaca e. Vtrum autem Laici Sodomiam committentes gaudeant immunitate Eccleſiæ, ſi ad ipſam cõfugiant, Couarruuias f partẽ amplectitur negatiuam affirmans non debere gaudere immunitate Eccleſiaſtica, ipſum ſequitur Auendanus g dicens, in grauiſsimis delictis fugiens ad Eccleſiã non debere gaudere eius immunitate, in hoc tamẽ ait Iulius Clarus h ſtãdũ eſſe conſuetudini. Quod attinet ad reli

a Abbas in c. inter alia de immun. eccle. Bern. in prac. c. nu.

b Cou. li. 2. va. iar. c. 20. n. 16.

c Sald. in pract. crim. c. nu.

d Clarus in pract. crim. §. fin. q. 30. n. 16.

e Menc. de reſt. §. 22. part. 3. n. 34

f Cou. vbiſ. c. 26. n. 8. & 9.

g Auen. d exeq. mãde prin. 1. p. ca. 229.

h Clarus. d. q. 30. n. 12.

religioſos, aduertendum, quod Baptiſta i de Salis in ſua ſumma aſſerit, quod religioſis non valet immunitas Eccleſiæ, quia raro, aut nunquam exeunt clauſtrum monaſterij. Nam ſecundum regulam eorũ, & iure communi poſſunt per eorum ſuperiores in monaſterio arceri, verberari, & incarcerari, & ſi opus eſt de monaſterio expelli, & in alijs monaſterijs arctioribus intrudi, prout in Iure *K* videmus diffinitum.

i Salis in ſum. tit. immunitas. 2. fol. 77. p. 2. col. 1.

x c. cniuerſitatis. de ſent. exco.

ARTICVLVS V.

Vtrum, ſi Iudex ſecuritatem dederit religioſis, vt ei tradãt in eorum monaſterio detentum, & ipſum reducet, ſi immunitate Eccleſiaſtica gaudet, efficiantur irregulares tales religioſi, ſi fidem iudex non ſeruauerit, & laqueo delinquentem ſuſpenderit,

RESpondeo dicendo, quod reſolutio huius quæſtionis ex parte p det ex reſolutione eius, de qua agũt Doctores, an ſcilicet iudex teneatur ſecuritatis fidem ſeruare, & remittere ad monaſterium delinquentem. Et Antonius Gomez *a* inquit, quod ſi delictũ, quod ille perpetrauerit, erat tale, quod nõ priuabat eum immunitate gaudere remittendus eſt Eccleſiæ, & fides ſeruanda, & hanc ibi dicit tenere Doctores, & cõmuniter teſtatur Couarruias *b* ſecus ſi delictum priuabat cũ immunitate, quia nõ tenebatur, illum remittere.

a Anto. Gomez. li. 3. variar. c. 12. n. 7.

b Cou. li. 1. var. c. 2. nu. 16. in fin.

Et hoc confirmatur, nam etiam iudex tenetur fidem ſeruare, quam dedit delinquenti eum non offendendi, ſi confiteretur delictum, in conſcientia enim tenetur iudex fidem promiſſam ſeruare ſecundum Hieronymum Cuchalon *c* & Nauarrum, quod intelligitur, ſi non tenebatur confiteri, & ſic dolo fuit attractus ad confitendum: at ſi tenebatur confiteri, non dicerem ego teneri talem fidem ſeruare: imo potius dicerem iudicẽ talem fidem dando peccauiſſe mortaliter ſi animum habuit illam adimplendi, cum habuiſſet animum faciendi illud, quod ſecundum ius, & ſibi ratione officij erat illicitum non caſtigando delinquentem, prout ſecundum Sacros Canones ſibi erat conceſſum, & ſecundum hanc Doctrinam exiſtimo intelligenda tradita à Iulio Claro, d Couarruia, & Azeuedo. His ſic prælibatis ad id, quod in principio quæſtionis propoſuimus deueniendo, reſpondeo, quod ſi iudex tenebatur extractum ab Eccleſia reducere, quia delictum ipſum non priuabat immunitate Eccleſiaſtica, & fidem non ſeruauit, & laqueo ſuſpendit delinquentem, non liberarem ego dictos religioſos, ſaltem, in foro exteriori ab irregularitate, licet enim iudex ipſis de reducendo fidem præſtiterit, communiter tamen iudices ipſam nunquam ſeruant, & non poteſt negari ipſos religioſos culpâ non leuem cõmiſiſſe, & rei illicitæ operam dediſſe priuando ipſum delinquentẽ Eccleſia, cuius immunitate iure gaudebat, & â fortiori remanebunt irregulares ipſum delinquentem tradendo caſu quo ipſum ad Eccleſiã iudex remittere minime tenebatur, cũ enim deberent ſcire hoc caſu minime ipſis fore fidem ſeruandã, neſcio quo iure ab hac grauiſsima traditionis culpa poſsimus eximere, & per conſequens nec etiam ab irregularitate ex hoc facto ſequuta præſertim cũ habuerint facile proteſtationis iuridicæ remediũ, qua ab ea nota poſſent euadere. Dixi (*in foro exteriori*) tanta enim poſſet eſſe iudicis fama bonitatis, & veritatis, & tanta eorũ religioſorũ ſimplicitas, vt eos â culpa in hoc facto liberarẽ, & per conſequens ab irregularitate ratione culpæ contractæ, præcipue ſi conſuluerũt in eo loco ſapientiores, ſunt immunes.

c Cuchal. in addit. ad Deciũ. in l. ea natur. cauillat. n. 7. lit. B. ff. de reg. iur. Nau. in c. 25. n. 22.

d Clarus in pract. crim. li. 5. §. fin. q. 55. Coua. d. c. 2. Azeu. li. 1. nonæ cõpila. titu. 2. inſ. 3. p. 26. col. 2. & pa. 27. col. 1.

QVÆSTIO LI.

De electione per ſcrutinium in quindecim articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem quindecim quæruntur.

1 *Quid & quotuplex ſit electio.*
2 *Vtrum in electione per ſcrutiniũ ſcrutatores debeant eſſe tres.*
3 *Ad quid obligantur ſcrutatores in electione facienda.*

4 *Quomodo sint danda suffragia in electionibus per scrutinium*
5 *Vtrum tantum ordine sacro insigniti habeant vocem actiuã in electionib⁹*
6 *Vtrum vota absentium possint suppleri.*
7 *Vtrum possit suffragium semel datum reuocari, aut electio per scrutinium reiterari.*
8 *Vtrum conueniens sit fieri electionẽ per scrutinium, aut sortes.*
9 *Vtrum valeat electio alicuius, si scriba sine aliqua fraude, & malitia schedulam suffragij publicauit.*
10 *Vtrum electio debeat esse libera.*
11 *Vtrum coarctatio, electionis ad quatuor aut quinq; possint iuridice fieri.*
12 *Vtrũ consuetudo valeat à septẽ annis, & octo inducta in quadã religione vt tãtũ prudentiores re, & ætate habeãt vocem in capitulo & admittãtur in electionibus superiorũ.*
13 *Vtrum illius qui misit in vrnã schedulã albam sit inter vota electorũ, votum connumerandum*
14 *Vtrum statim collatis eligentium suffragijs sit electio publicanda.*
15 *Vtrum electio possit fieri in nocte.*

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex sit Electio.

RESPONDEO dicendo quod D. Thomas *a* sequens Aristotelem diffinit electionem dicens, quod est multorum placẽtium in ordine ad finem vnius præceptio, sed secũdum Hostiensem, & Ioãnem Andræam aliter diffinitur, scilicet, quod sit idoneæ personæ ad dignitatem, vel fraternam societatem seruata forma canonica facta vocatio. Et electio est triplex. Prima est per modum scrutinij: secunda per modum compromissi, tertia per modum communis inspirationis, de quibus Innocentius Papa *a* ait in hũc modum. Statuimus, vt cum electio fuerit celebranda præsentibus omnibus, qui volunt, & debẽt, & possunt commodè interesse, assumãtur de collegio fide digni, qui secreto, & sigillatim vota cunctorum diligenter examinent, & exquirãt, & in scriptis redacta mox publicentur in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto, vt is collatione habita eligatur, in qua omnes, vel maior pars, & sanior capituli cõsentit, vel saltẽ potestas eligendi aliquibus viris idoneis committatur, qui voce omniũ Ecclesiæ viduatæ prouiderẽt de pastore, aliter electio facta non valet, nisi forte communiter esset ab omnibus, quasi per inspirationem absque vitio celebrata. Hæc Innocentius & tradit Petrus Gregorius. *c*

a D. Tho. 2. 2. q. 13. Arist. 2. eth.

b c. quia propter de elect.

c Petrus Greg. Syntag. iur. 2. p. c. 12. à n. 29.

ARTICVLVS II.

Vtrum in electione per scrutiniũ scrutatores debeant esse tres.

REspondeo, quod scrutatores debẽt esse tres de collegio prout diffinit Innocẽtius, numerus triũ scrutatorũ desideratur, quia is numerus magis perfectus creditur, & fraudẽ excludit, faciliusq; cõcordes fiunt, cũ facile duo discordes esse possint, ac vix sit, quin duo ex tribus inter se consentiant. Quare creditur electionis substãtiam hunc numerum exigere, prout tradunt Hostiensis, *b* Abbas, & Petrus Biaxius: si vero collegium non ita sit numerosum, vt tres scrutatores constituere possit puta quia totum collegium in tribus tantum cõsistat, vel duobus, non erit hæc forma seruanda, cum scrutari non possit, sed quomodo cunq; electio fiat, tenebit, prout tenent Abbas *c* & Ioannes Andræas, idem Abbas, Crauetta, *Biaxius*, & Rolandus, neque opus est in hoc casu, vt electores compellantur procedere vi compromissi, quid quid Hostiensis fuerit opinatus, quem merito cæteri non sequuntur: si vero vnus tantum ex collegio inueniatur, satis est, quod suum exprimat consensum, protinus eligendo nec exigitur, vt coram testibus consensum suum exprimat, & postea eligat, electionemque publicet, iuxta *Innocentium* *e*, & Ioannem Andræam, & Petrum Biaxiũ.

a Inno. in d. c. quia propter.

b Host. in sum. tit. de elect. §. qualiter. fiet. fit verificat. leg. Abb. in d. c. Quia propter. Ilia xius de elector. ca. 24. parag.

c Andræas. & Abbas in d. c. Quia propter idẽ consi. 25. colu. 2. li. 2. cra uet. cons. 12. col. 2. Biax. vbi. Rolan. cons. 43 nu 3. li. 2.

d Host. vbi.

e Innocen. ind. ca. quia propter Ioãnes Andre. in regul. in toto in Mercor. Biaxius vbi. 3 p. c. 23.

ARTI-

ARTICVLVS III.

Ad quid obligantur ſcrutatores in electione facienda.

REſpondeo dicendo, quod ſcrutatores non prius ſcrutari debent incipere, quam duplici iureiurando ſe obſtrinxerint in manibus præſulis collegij, altero quidem, quod ſcrutinij cauſa præſtant, altero quod alijs ex collegio commune eſt, cum & ipſi ex collegio ſint, priori quidem bonã in ſcrutando ſinceramque fidem & ſecretã altero probabilitatem, & integritatem in eligendo pollicentur, prout tradit Petrus à Biaxio. *a* Quibus ſic peractis ſcrutatores ſingulorũ ex collegio propoſito eis priusiure iurãdo, & in religionibus obedientiæ vota ſecreto ſeorſum ordine ſuo exquirent iuxta ea, quæ in iure *b* decernuntur, & in noſtra religione minorum de obſeruantia fit per ſchedulas ſecretas iuxta conſtitutionem, & Bullam Sixti V. de qua infra, *c* niſi enim ſecreto res agerentur, metuendum eſt, ne aliqui formidoloſi libertate ſua inferendo votum ob potentiorum metũ vti non auderẽt aut nequis ab aliquo ſeductus in diuerſam partem à mente ſua diſtraheretur iuxta Innocentium *d* & Ioannem Andræam, Abbatem, & Biaxium. Aduerte tamen, quod in grauiſsimis negotijs ſcrutatoribus teſtes adhiberi poſſunt, quo res citra omnem ſuſpicionem procedat iuxta Innocentium *e* & Abbatem.

In primis tamen ſe inuicem ſcrutabuntur, ante quam ex collegio vllum excepto eo, qui cæteris omnibus dignior fuerit, ſcrutari incipiant, ne aliarum ſententiarum conſcij ex illis ſuas ſumant, & informent, iuxta Innocentium *f* Abbatem, & Biaxium: at hoc non eſt neceſſarium fieri, vbi ſumuntur ſuffragia per ſchedulas ſecretas obſignatas, ſicut in electionibus noſtræ religionis. Quod ſi ſcrutinium eadem die, aut altera abſolui non poterit ob magnum numerum forte eligentium, poterit altera die, atque etiam alijs diebus continuatis negotium perfici, ac multo magis ad actus naturæ neceſſarios diuertere eos licebit puta ad reficiendum corpus cibo, alia vè neceſſaria: vno autem, aut altero ex ſcrutatoribus deficiente puta morte, aut aduerſa valetudine alter loco eius ſubrogandus erit iuxta Innocentium Ioannem Andræam, Abbatem, & Biaxium & tradit Marcus Antonius Cuqus.

a Biaxius de ele. pa. 3. c. 24.

b d. ca. quia propter.

c Infin. arti.

d Inno. Andræ. & Abbas in d. ca. quia propter Biaxius vbi ſu. 3. pa. c. 25.

e Innoc. & Abb. vbi ſu. Biax. vbiſu. c. 26.

f Innoc. Abbas Andræ. & Biax. vbi ſu. c. 26. Cuqus li. 4. maio. inſt. ti. de elect. num. 204. vſque ad n. 213.

ARTICVLVS. IIII.

Quo modo ſint danda ſuffragia in electionibus per ſcrutinium.

REſpondeo dicẽdo, quod ſuffragiorum ferendorum hæc, ſimilis ve erit forma videlicet, eligo talẽ, ſeu nomino talẽ ſeu conſentio in talem iuxta Ioannem Andream, *a* & Sylueſtrum, & ipſa ſuffragia pura, certaque in eligendo eſſe debent nõ ſub conditione incerta, & ambigua, nec ſub diſiunctiua, inania hæc eſſent, & non modo cæterorum vim non impedirent, ſed etiam ac creſcerent voces illorum, qui non putè conſenſerint alijs iuxta quandam Decretalem. *b* Quo circa ſi quatuor ex duodecim canonicis huiuſmodi ſuffragia protulerint, eligendi poteſtas ſic in reliquis octo reſidebit, vt quod ipſi, eorumuè pars maior ſtatuerit, & electio ab ipſis facta perinde valeat, ac ſi quatuor illi ex collegio non eſſent, idque confeſtim, & ſimul, atque talem ſententiã ſcrutatoribus ediderunt non expectato electionis fine, & euentu iuxta quandam Gloſſam. *c* Caueat igitur qui rectè vult ſuffragium ferre, ne eligat hoc modo, videlicet. Eligo quem N. elegerit, nam eſſet incerta, neque hoc modo, Eligo Petrum, aut Andream, eſſet enim alternatiua, neque hoc modo, Eligo Petrum, ſi diſceſſerit à Fratribus ſuis vel ſi conuerſatus fuerit cum talibus, aliauè conditione appoſita. Non creditur tamen conditionem illam vitiare, quæ inſit ex natura actus puta, Eligo Petrum ad Epiſcopatum, ſi vacat, & hæc videtur verior ſententia, quàm alia Decij *d* prout probat Cuqus, non enim minus dicitur ſeruata forma, aut actus pure, & ſimpliciter factus ſi exprimatur id, quod etiam non expreſſum ſuapte natura ineſt. Et confirmatur, quia conditio de præſenti non eſt conditio proprie, prout notatur in Iure. *e* Quapropter hæc electio valet, Eligo Petrum, ſi præſidenti in capitulo placuerit, cum hæc conditio tacitè intelligatur, prout tenet Cuqus contra Rippam contrarium ſentientem dicens nõ valere iſtam electionem ad beneficium, ſi Papæ placuerit.

a Andræ. in d. cap. quia propter Syl ueſt. verbo. electio 2. § 1. v. 6. quæritur.

b capi. 2. de elect. li. 6.

c Cloſ. pen. in d. c. 2.

d Decius in l. actus legitimi de reg. iuris Cuqus li. 4. maior. inſtit. tit. de elect. n. 219. e d. l. actus legit.

ARTICVLVS V.

Vtrum tantum ordine ſacro inſigniti habeant vocem actiuam in electionibus.

REſpondeo dicendo, quod nemo in Cathedralibus, collegiatis, ſæcularibus, vel regularibus eccleſijs ſuffragiorũ ius habet, quanuis hoc ius ab omnibus collegis conceſſum ei fuerit, niſi inſub diaconatus ordinem ſaltẽ ſit receptus iuxta quandam Clementinam *a*. neque expectandus eſt, & ab electione ſuperſedendũ, & ſi ordines accipere ſit paratus intra tempus à *iure* electioni celebrandæ præfixum, ſed electionem feſtinare poſſunt iuxta quandam Gloſſam *b* vbi Bonifacius Vitalinus, *Imola*, & alij quemadmodus neque expectare eum tenẽtur impuberem, qui intra electionis tẽpora ad pubertatẽ peruẽturus eſt, neque excommunicatum, qui abſolutionem eſt impetraturus, neque tyronem, id eſt nouitiũ dicentẽ ſe velle profiteri, neq; abſentẽ nolẽtem intra tẽpus reuerti iuxta dictam Gloſſam *c* & *Imolam*, vocatio enim diuturna ferenda non eſt, vbi electio accelerari poteſt iuxta Sacros Canones *d*. Si tamen mora eſſet modica futura, neque damnum vllum eccleſiæ allatura, & malignitate quadam potius illos excludenti, & quadam aſtutia, vel dolo potius, ne eum eligerent, quem ipſi vellent, quam eccleſiaſticæ rei bene gerendæ ſtudio ſic feſtinaſſent, ne abſentes venirent, non eſſet ipſis abſentibus ad tempus conquirendi locus argumento eorum, quæ in Sacris Canonibus notantur.

Aduerte tamen, quod ſi ad ſacros ordines ante vigeſimum ſecundum annum peram ſit quis receptus ad ſuffragia ferenda, æque admittetur, ſicut alij legitime ordinati, quia nõ tam ordo ſacer, quam ius religionis hoc ius tribuere creditur iuxta Abbatem *f*, Petrum Biaxium, & M. Antonium Cuqum: & ius antiquum non prohibet ab electione remoueri eos, qui Octodecim annorũ ætatẽ attigerint. Quod probatur, nam in quadam Clementina *g* ordinatur, vt qui decimum octauum annũ attigerit ad ſubdiaconatus gradum poſſit aſcendere, & per conſequens hac ætate poterant eſſe electores & habiles alias, & ius Concilij Tridentini *h* licet innouet antiquum dictæ Clementinæ, quod ſcilicet non poſſint præſtare ſuffragium, niſi ſint ordinibus ſacris inſigniti, non tamen vult, quod ipſi ſacris præficiendi, qui ſunt ad ſuffragium admittendi, attingant vigeſimum ſecundum ætatis annum, quam ætatem requirit Concilium Tridentinum, vt ſacris initientur. Denique Concilium Tridẽtinum nõ determinat, quod qui vigeſimum annum attigerint, tantum vocem habeant, ſed ſolum determinat, quod ſint ſacris ordinibus initiati, & hic ſufficit, quod poſtquam attigerint annum Decimum Octauum, initientur, vt dictum ſuffragium poſſint dare. Verum eſt tamẽ quod licet ex prædicto capite nõ prohibeantur à vocibus dandis, ex alio capite vtiq; prohibẽtur, ſi ſciẽter ante ætatẽ ſunt ad ſacros ordines promoti, cũ in hoc caſu ſint ipſo iure ſuſpẽſi, prout *K* infra declarabimus, & taliter ſuſpenſi eligere nõ poſſint ſublata tamen ſuſpẽſione ego nõ inuenio, cur à ſuffragando ſint abſtrahẽdi.

Et aduertendum, quod ſiquis electionis tempore idoneus reperiatur, qui vacationis præpoſituræ tempore aliquid patiebatur aduerſum, vt quia erat excommunicatus, aut Nouitius, vel ſacris nõdum ordinatus nihil ei oberit, quin eligere vt quicumque alius idoneus poſſit iuxta quandam Gloſſam *l* Butrium, Vitalinum, & Imolam & Decium.

Sed quoad regulares duo ſolẽt dubitari. Primum vtrũ illa verba, *vel in regulari Eccleſia*, poſita in Cõcilio Tridẽtino *m* intelligantur de monaſterijs Mendicãtiũ, & aliarum religionum ſub regulari diſciplina viuentium. Secundum eſt, quid intelligitur per dicta verba, *Non habeant vocem in huiuſmodi Eccleſijs*, vtrum ſcilicet intelligantur de voce in vniuerſali, vt ſcilicet in nullo negotio capitulari vocem habeãt, an vero intelligãtur limitate, vt ſcilicet in ſolis electionibus canonicis eam vocẽ nõ habeãt, in alijs autẽ negotijs capitularibus ea minime priuentur? Et reſpondetur, quod attento literali Concilij contextu, videtur quod ſupradicta verba non intelliguntur de religioſis Mendicantium ordinum, illa enim verba, vel à regulari Eccleſia ſolum in Eccleſijs Canoni

a Clem. vlti qui de ætat. & qualit.

b Gloſſ. in d. Clem. vlti. qui verſ. conſtitutis. circa mediũ. vbi Vitalinus nu. 26. Imol. n. 23.

c Gloſſa. & Imola vbiſ.

d c. nepro. defectu de elect. c. obliteadfin. de appel.

e c. cum dilecti de dolo, & contũ Gloſ. inc. cupient. verſ. impedimẽ. circa fin. de elect. li. 6.

f Abb in c. pro illorum col. 2. depræbẽ. Biaxius. inc. 17. par. 1 de elect. cuqus li. 4. maior. inſtit. titu. 1. de elect n. 74.

g Cle. 2. de ætat. & qual

h Con. Triſeſ. 22. ca. 4. de reform.

K infra 3. to mo.

l Glo. Butvira. & Imola in. d. Clem. vt in ſuper verb. conſtitutu Decius cõſ. 214. col. 1. c. quod ſicut. in fin. &c. cũ inter in fin. de elect. c. dudum. 1. ante fin. de elect li. 6.

m concili. vbiſ.

corũ regularium verificantur, quæ vocãtur propriè Ecclesiæ, prout ait quidã Canon n & in hoc â domibus religiosorum differũt, quæ monasteria, pialoca, vel religiosa vocantur, vt ait Paulus de Castro, o & hæc est vna differentia inter canonicos regulares, & monachos inter multas alias, quæ colliguntur per Doctores p. Et confirmatur ex quadam Decretali q ibi. *In Ecclesijs quoque regularibus, vel monasterijs hinõ sunt tacite* professi, quæ Decretalis innuit differentiam inter Ecclesias regulares, & monasteria. Vnde cum Concilium loquatur in Ecclesijs regularibus edens quandam legem pœnalem, & correctoriã voce actiua priuantem eos, qui ordine sacro nõ sunt insigniti ad monasteria, & pia loca, & religiosa, in quibus nõ loquitur, minime debet extendi,

n c. nullus. 19.q.3.

o Castro in Authen. ingressi in pr. C. de sacro san. Eccles.

p DD. in rubrica & in l. quod Dei timor. C. de statu monaq. ca. ex eo quod. §. in Ecclesijs de elect. li. 6.

Quod secundo probatur ex verbis dicti Concilij paulo inferius ibi. *Ac quælibet alia beneficia in dictis Ecclesijs obtinẽt.* Nã cũ talia sint subiecta, qualia demõstrant prædicata, cum hæc verba vltima nõ possint habere locũ in monasterijs, sequitur, quod principiũ capituli in eisdẽ non loquitur, sed in alijs Ecclesijs, in quibus reperiuntur dignitates, officia, præbẽdæ, & alia beneficia & verba Cõcilij ibi, *Regulari Ecclesia*, tantũ habebit locum in Ecclesijs canonicorum regularium.

q D. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 8 ad 2. c. generaliter in prin. 16 q. 1. Glos. ver. Abbas inc. à diacon. 93 dist. Innoc. inc. 1. & ibi Abb. n. 2. de instit. Cald. n. 9. inc. r. de iureiu. & in c. 1. nu. 7. ne clerici. l. vo uent. Archidia. in c. mãdam. 19. q. 3 Car. S. Sisti. inc. null. eadẽ c. & q. in q. 5. Flor. in 3. p. tit. 16. c. 4. §. 1. Sylu. ver. religio. 4 q. 8.

Tertio probatur, nam certum est, quod ordini canonicorum regularium per se cõpetit, quod sint clerici, religioni autem monachorum non perse competit, vt sint clerici, vt Docet Diuus Thomas r & colligitur ex quodam canone, & ita in principio monachi non erant clerici, vt inquit quædã Glossa s Abbas, Innocentius, Caldẽrinus, & probant Archidiaconus, Cardinalis Florentinus, & Syluester, monachus enim non præsupponit clericatum, nec sufficientiam, & idoneitatem ad ordines vt inquit quidam textus iuncta sua Glossat, ideo omnino Laico potest conferri monachatus, vt inquit Abbas u. Ex quibus verisimiliter colligitur, quod Concilium Tridentinum non prohibuit religiosis, vt voce actiua non gauderent, nisi ordine Sacro fuerint insigniti, & licet in multis æquiparentur Canonici regulares, & monachi, quia regula monachorum non est seiuncta à Sanctorum monachorum consortio vt multis Iuribus x iunctis suis Glossis probatur, & tradunt Abbas, & Iason, & Petrus de Ruberto inter consilia Federici, & Oldradus. At in hac materia correctoria, & pœnali non est cur verba Concilij loquentia in Ecclesijs canonicorum regularium extendantur ad monasteria monachorum. Ita firmauit Doctissimus Doctor Didacus à Vera Sacrorum Canonum Salmanticæ Academiæ dignissimus Primarius. Ego autem eandem sententiam volo cõfirmare amplius, nam cum in dicto Concilij Tridentini Decreto innouetur Clementina, *vt hi de ætate, & qualitate* ad dictã clemẽtinam est nobis recurrẽdum, ex intellectu enim ipsius intellectus prædicti Decreti derivatur ait enim, vt hi, qui diuinis in Cathedralibus, vel collegiatis secularibus vel regularibus Ecclesijs sunt mancipati officijs, vel mancipabuntur in posterum ad suscipiendos Sacros ordines propensius inducantur, statuimus vt nullus de cætero inhuiusmodi Ecclesijs vocem in capitulo habeat, etiam si hoc sibi ab alijs libere concedatur, nisi saltem in subdiaconatus ordine fuerit constitutus, illi vero, qui dignitates, personatus officia, vel præbendas, quibus certi ordines sunt annexi pacifice nũc obtinẽt in eisdẽ, vel obtinuerint, in futurum, nisi (iusto impedimento cessante) ad huiusmodi ordines se promoueri fecerint infra annum extũc donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocẽ in capitulo habeãt earũdem. Hæc in dicta Clemẽtina innouata per Concilium.

r D. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 8 ad 2. c. generaliter in prin. 16 q. 1. Glos. ver. Abbas inc. à diacon. 93 dist. Innoc. inc. 1. & ibi Abb. n. 2. de instit. Cald. n. 9. inc. r. de iureiu. & in c. 1. nu. 7. ne clerici. l. vo uent. Archidia. in c. mãdam. 19. q. 3 Car. S. Sisti. inc. null. eadẽ c. & q. in q. 5. Flor. in 3. p. tit. 16. c. 4. §. 1. Sylu. ver. religio. 4 q. 8.

s Glos. in c. legi. ver. instructio. 16. q. 1.

t Abbas in c. officij c. 3. de elec.

u Abbas in c. officij c. 3. de elec.

x c. præsens clericus. 20. q. 3 in fine. iunctã glo. fin. inc. 2 de postul. glo. fin. inc. cũin magistr. de electio. &c. quod Dei timorem ver laxio. dest. monac. Abbas inc. 2 de suppl. negl. præ. Iason. in Auth. n. 24. C. de Sacrosan. Ruber. conf. 25 Oldrad. cõsil. 222.

Et vt clarius hoc fiat, & nostra inductio efficacius probet nostrum intẽtum, vt ego possũ colligere ex mẽte huius Clemẽtinæ est quod aliqui diuinis mancipabãtur officijs in prædictis Ecclesijs, & quia expectabant aliqua bona temporalia magni valoris, nolebant sacris initiari, vt sic essẽt liberi ad contrahendum matrimonium, & quidam eorum cum hac libertate redditus magnos Ecclesiasticos in dictis Ecclesijs habebant, quibus volens Summus Pontifex obuiare diffinuit primo, vt diuinis mancipati officijs non haberent votum in capitulo, nisi qui saltẽ subdiaconatus ordine fuerint insigniti: & secundo diffinuit, vt qui haberẽt in dictis Ecclesijs

dignitates perſonatus officia, atq; præbendas, quibus ordines ſacri ſunt annexi, vt explicat Cõciliũ Tridentinũ / intra annũ his initientur, alias votum in capitulo minime habeant, ordine enim ſacro inſigniti ad contrahendum matrimoniũ nõ poterũt aſpirare & diuinis officijs cantando Epiſtolam, & Euangeliũ irreuocabiliter erũt emãcipati. Quæ omnia ceſſant in regularibus ordinum Mendicantium, & aliarum religionum, qui profeſsi minime poſſunt contrahere matrimonium.

1 Tri. d. ſeſſ. 24. c. 4.

Quod amplius confirmatur ex eodem Concilio Tridentino, vbi ait, quod Epiſcopi in dictis Eccleſijs cogant ipſos ſacris initiatos ordinibus, vt diebus ſtatutis dictos ordines per ſe ipſos exerceant, ac cætera omnia officia, quæ debẽt in cultu diuino, præſtent ſub eiſdem, & alijs grauioribus pœnis. Ex quibus verbis ſatis colligitur, quod non loquitur Concilium de profeſsis in ordinibus Mendicantibus, ſed de his, qui præficiuntur in Eccleſijs regularibus Epiſcopis ſubiectis, vt eſt Metropolis Pamplonę, & Eccleſia Dominæ noſtræ del Pilar de çaragoça. Et confirmatur ex eadẽ Clementina, & Cõcilio ibi. *In Eccleſia regulari diuinis mãcipatus officijs* ſi enim voluiſſet loqui de profeſsis in ordinibus Mendicantibus, & in alijs nõ Mendicãtibus diceret, in Eccleſia regulari vel monaſterio diuinis mancipatus officijs, & profeſſus ſicut videmus dixiſſe in electionis materia Bonifacium VIII. *m* ait enim in Eccleſijs quoque regularibus, vel monaſterijs hi, qui nõ ſunt tacite, vel expreſſe profeſsi non debent cum profeſsis, vel conuerſis Laicum clericis electionibus intereſſe. Denique confirmatur, nam in ordinibus Mendicantibus, & in alijs ordinibus ſtatuitur, vt recenter profeſsi non initientur ſacris vſque ad quartum, aut quintum poſt profeſsionem annum vt hi, in humilitate radicati creſcant de virtute in virtutem.

m ca. ex eõ quod. §. in Eccleſi. de elect. li. 6.

Et in ordinationibus Toletanis *n* Generalibus Noſtræ Sacræ Religionis ordinatus eſt in hunc modum.

n ordo Tole. c. 1. de recept. Nouiciorum.

Nemo poteſt aſcendere ad ſubdiaconatus ordinem ante vigeſimum ſecundum ætatis Annum, & niſi poſt tres Annos in religione expletos ad Diaconatus ante vigeſimum tertium, & ante quartum annum in monachatu cõſumptum ad presbyteratus ante vigeſimum quintum, & ante quintum annum in vita regulari perfectum. Quæ inſtituta non eſt credendum Summum Pontificem voluiſſe in aliquo infirmare tollendo vocem ſecundum ius profeſsis in dictis religionibus, vt ipſi propenſius ad ſuſcipiendos ſacros ordines inducãtur.

Et in ordine Militari Diui Iacobi eſt quędam cõſtitutio, quæ in hunc modum loquitur.

Mandamos, que ningun religioſo pueda ſer ordenado de Epiſtola haſta que ya paſsado dos años deſpues q̃ recibio el habito y tres para ſer ordenado de Euangelio, y para ſer ordenado de Miſsa ayan de paſſar quarto años, y los nueſtros Priores lo guarden aſsi, y no conſientan coſa en cõtrario, habetur in ſtablecimentis o huius ordinis.

o Eſtableci mien. ordi. ti. 22. de los Priores & fo. 98.

Ex quibus colligitur intellectus ad ordinationem generalẽ noſtræ Sacræ Religionis, vbi agendo de Guardianorũ electione ait, in Guardiani electione omnes Sacerdotes, & clerici in Sacris ordinibus *p* cõſtituti habẽtes duos profeſsionis annos cõpletos poterunt ſuffragari. Hæc enim conſtitutio non eſt extracta ex Concilo Tridentino ſed eſt conſtitutio ordinis conformis tamẽ Cõcilio ſupradicto, & hac ratione poterũt prælati in ea ex cauſa iuſta diſpẽſare. Iuſta autẽ cauſa erit, quando repertus fuerit aliquis iuuenis in religione, qui propter aliquã cauſam licet ſeptimũ annũ profeſsionis habeat, nõ potuit ſacris initiari & non poterunt tamẽ diſpẽſare cũ cõuerſis Laicis vt poſsint ſuffragari in Guardianorum electione. nõ ſolũ enim in dictis Cõſtitutionibus Geneneralibus id prohibetur, ſed etiã in iure communi *q* ibi *neque conuerſi Laici cũ clericis electionibus intereſſe.* Super quo iure non poſsunt diſpẽſare dicti prælati. Verum eſt tamẽ, quod in noſtra religione in partibus Italiæ adhuc habẽt vocẽ, ſiquidẽ Guardiani creantur, & vt diſcreti ad capitulum Generale, vel Prouinciale mit-

p Ordi. Toleta. c. 7. electio. tit. de Guardi.

q d. c. ex eo quod. §. in Eccleſ.

mittuntur regulæ noſtræ particulari priuilegio muniti. Et ait Bonifacius *r* de Vitalinis, quod vbi eſt date aliquos deputatos ad diuina officia, ſicut ſunt laici conuerſi in Eccleſijs præcipuè regularibus, tunc ſtatur iuri antiquo, vt tales non repellantur à voce capitulari ex eo quod non ſint in ſacris, dummodo tamen alias haberent vocem ex priuilegio, ſtatuto, vel fundatione, vel conſuetudine, vt notat Gloſſa *ſ* quædam: hæc, & alia adducit Bonifacius de Vitalinis.

r Bonifa. de Vitalin. in Clemen. de ætat. & qualit. c. vt hi, qui.

ſ Glo. in ca. ex eo de elect. li. 6.

Et quantum verò ad ſecundum reſpondetur, quod dato, quod in monaſterijs priuentur voce actiua, non tamen priuantur ea in vniuerſali, in multis enim negotijs particularibus licet non ſint ſacris inſigniti, vocem habent in noſtra religione Minorum vt in nouitiorum receptione, &c.

ARTICVLVS VI.

Vtrum vota abſentium poſſint ſupleri

REſpõdeo dicendo, quod poteſt quis per procuratorem abſens legitimè impeditus votum ſuum dare, iuſtique impedimenti cauſam ſaltem iureiurando affirmãdo iuxta id, quod dicitur in iure *a* neq; hoc eſt per Concilium Tridentinũ *b* reuocatum, vbi dicitur. Neque in poſterum liceat Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoſcunque titulares ad effectum electionis faciendæ cõſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere. Nam reſpondetur, quod illuſtriſsimi domini Cardinales declarauerunt non perinde tolli, quin ſi ex inſtitutis alicuius religionis liceat ſuperioribus abſentibus, & legitime impeditis mittere ad Capitulum Generale aliquem fratrem, qui tanquam eorum procurator ſuo loco, & nomine det vocem in electione, id etiam tunc liberè, & licitè facere poſſunt eodem prorſus modo, quo anteà fiebat. Ita refert fuiſſe reſponſum ab illuſtriſsimis dominis Cardinalibus anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, octauo die Auguſti, reuerendiſsimus Pater Paraſselus in libro priuilegiorum Minimorum, Concilium enim ſolum tollit conſuetudinem quandam, antiquam qua in aliquibus religionibus præſidentes in capitulo, Vota abſentium, propria authoritate ſupplebant dicendo, hic loco talis Prouincialis ſubſtituatur, & hic loco alterius ad effectum electionis faciendæ, quod in magnum religionis vertebatur detrimentum cum hoc modo electiones non ſecundum Deũ fieri contingeret.

a c. quia propter §. illud autẽ de ele. *b* Con. Tri. ſeſ. 25. de regula. c. 6.

ARTICVLVS VII.

Vtrum poſsit ſuffragium ſemel datum reuocari, aut electio per ſcrutinium reiterari.

REſpondeo dicendo, quod licet quis votum ſcrutatoribus aperiat, & cupiat alium potius eligere dum res adhuc integra ſit, hoc facere licebit alium potius eligendo. Sed hoc debet fieri, quandiu ſcrutatores nondum electoribus ſeſe permiſcuerint, ſed ab alijs ſeiuncti officio ſuo obeundo incumbunt. Atque poſtquam ſunt ſuffragia permixta quamuis non ſicut ſcrutatores recitare inceperint ſera certè eſſet voti, & ſuffragij mutatio: nec audiendus eſt qui alium priore omiſso eligere vellet iuxta Gloſſam, *a* Ioannem Andream Abbatem, & Biaxium, quin etiam ſi publicato ſcrutinio deprehendatur eum qui à toto collegio, vel maiori parte electus fuit eligi non debuiſſe propter aliquam notam, vel vitium (vt quia forte naturalis) illegitimè eum promouere impedirent, aut quia haberent aliud impedimentum non eſt interdictum eis adhuc ſcrutinium repetere aliumque eligere qui nihil vitij patiatur, vt poſt Ioannem Andream, & Innocentium tenet Hoſtienſis, *b* & Biaxius. Nec ex hoc quaſi indignum elegerint poteſtate eligẽdi, ea vice priuati, aut priuandi ſunt cum electionẽ non perfecerint, & generaliter quandocunque electio nulla redderetur iam facta ſcriptum licere eam denuo repetere iuxta Abbatem, *c* & tradit Marcus Antonius Cuquus.

(?)

a Glo. And. Abb. in ca. vnico. vers. oecul. vt ec cleſ. benefi. Biax. 3. p. de ele. c. 37. n. 1

b Hoſtiẽ. in ſum. tit. de elect. §. qualiter. verſic. nullius prorſus Biax. vbi ſup. c. 3.

c Abb. vbi ſu. Cuquus li. 4. Maio. inſtitit de elec. n. 246.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum cõueniẽs sit fieri electionem per scrutinium an per sortes.

RESpondeo dicendo, quod hic modus dãdi suffragia per vota secreta certior multo, atque tutior negotijs ipsis consuli videtur, siquidem electores cum sciant suffragia sua non manifestanda liberius agunt, neque amplius mouentur, nec minis terrentur, non odium, non simultatem cuiusquam expauescumt, sic inimicitijs, ne oriantur, occurritur, non enim vindicta aduersus illum excogitatur, quem non constat aduersarium fuisse sic aditus, & ad ambitus, & largiones occluditur, atque in summa cum velut remotis arbitris ista agantur, altercationes quoque multæ, quæ ex suffragijs voce prolatis subsequi solent, omnino præscinduntur. Et sic in Concilio Tridentino *a* habetur, vt in electione Abbatum, Generalium, Præpositorum, & aliorum quorumcunque vtriusque sexus per vota secreta fiat electio ita, vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Vnde generalis hodie videtur esse totius orbis consuetudo, vt non solum apud regulares, & capitula Ecclesiarum, sed etiã apud alios Senatus, siue Collegia non nisi secretis suffragijs id, quod proponitur, diffiniatur. Vnde Sixtus Quintus in Bulla, *& cum omnis cura*, data Romæ apud D. Marcum die vigesima nona Iulij anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo septimo Pontificatus sui anno tertio, ordinauit circa Fratres Minores de obseruantia, *Vt electiones superiorũ, aut officialiũ per ipsos fratres faciendæ seper fiant per schedulas obsignatas ita, vt suffragia seu vota, ac ipsorũ eligẽtiũ nomina omnino sint secreta, & occulta, & nunquã publicentur, ac peracto scrutinio schedulæ, & omnia huiusmodi scripta coram omnibus vocalibus illico comburantur.*

a Sess. 25. de regu. c. 6.

Circa quam constitutionem aduertendum est primo quod loquitur de electionibus superiorum, & officialium, & non de electionibus superiorum, & Abbatissarũ, & officialium, monasteriorum sub Generali Minorum de Obseruantia Militantium, in quo denotatur nolle Sixtum V. per dictam constitutionem obligare, vt electiones monialium per has schedulas fiant, & sic vult, quod electiones earum remaneant in dispositione iuris communis Concilij Tridentini, *b* quod loquens de electione Abbatissæ, & Priorissæ, & quocunque alio nomine prælatæ, vel præpositæ decernit, quod is, qui electioni præest Episcopus, siue alius superior claustra monasterij non ingrediatur, sed ante cãcellorum fenestellam vota singulorum audiat, vel recipiat. Vnde electio monialiũ facta non per schedulas obsignatas erit valida, sicut etiam erunt validæ electiones factæ in alijs ordinibus, licet per schedulas obsignatas non fiant, dummodo per vota secreta peragantur ita, vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Nam dicta constitutio solum pro ordine Minorum regularis Obseruantiæ ordinata est, & electiones in ipso factas sine dicta solemnitate irritas esse decernit declarans ex nunc irritum, & inane si secus super his à quocunque quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari.

b Trid. sess. 25. de regu. c. 7.

Notandum est secundo non solum electiones superiorum debere fieri per dictas schedulas obsignatas, sed etiam officialiũ quorumcunque, & sic obligat Sixtus V. vt electiones discretorũ, qui nomine prouinciæ, aut conuentus mittuntur ad Capitulum Generale, aut Prouinciale, fiant per dictas schedulas obsignatas. At in quadam congregatione facta à patribus nostri ordinis in conuentu P.N.F. à Victoria Prouinciæ Cantabriensis ordinatum est, vt electio discretorum per sortes fieret, & hunc modum suffragandi non voce populi, sed tacita alia ratione, velut sorte etiam antiquissimis temporibus obseruatum ex sacris literis deprehendimus. Cum Samuel diuina admonitione applicuit omnes Tribus Israel, & cecidit sors super Tribum Ben-iamin, & ita Rex Saul Israelitico populo constitutus fuit, vt Regum primo *c* narrat historia. Et Matthias in Apostolorum Chorum sorte pariter cooptatus, vt in Actibus *d* Apostolorum accidisse legimus, & apud varias nationes obseruatum scimus, quæ suffragia occulta *e* republica magis

c 1. Reg. 10.

d Act. 1.

magis eſſe cenſuerint. Sed in primis apud Romanos Veſpaſiani Imperatoris tempore hoc idem declaratum legimus. Nam cũ hæc altercatio de ratione ferendi ſuffragij occaſione cuiuſdam legationis in Senatu accidiſſet, obtinuit Marcelli ſententia, vtiſe cundum vetera exempla, quæ ſortem legationibus poſuerant, eo quoque tempore idem retineretur, & res non nominatim, ſed vrna decerneretur, ne ambitioni, aut inimicitijs locus relinqueretur, vt Cornelius Tacitus c refert. Conſtitutio autem ſupradicta Cantabrenſis non fuit vſque hodie in noſtra religione recepta. Primo propter maximas anguſtias, quas in eius obſeruatione perſpexerunt patres ordinis experti poſſe accidere: tum quia ad eius validitatem propter dictam Sixti Quinti conſtitutionem neceſſaria eſt Sedis Apoſtolicæ cõfirmatio, quam non conſtat Summum Põtificem conceſsiſſe, imo de facto non conceſsit, & ſic ordinatum fuit anno Domini milleſimo ſexcenteſimo, in Capitulo generali celebrato in conuentu de Aracæli, vt nulli in conuentibus diſcreti eligerentur ad capitulum prouinciale.

c Tacit. lib. 20. annaliũ

ARTICVLVS. IX.

Vtrum valeat electio alicuius, ſi ſcriba ſine aliqua fraude, & malitia ſchedulam ſuffragij publicauerit.

a Trid. ſeſſ. 25. ca. 6.

RESpondeo dicendo, quod ſtante Concilio Tridentino, *a* valet electio cuiuſdã etiã ſi ſcriba ſine vlla fraude, & malitia monſtrauerit ſcedulam continentem nomen, pro quo quidam ſuffragabatur. Primo quia defectus clandeſtinus vnius de capitulo non debet nocere capitulo ignoranti, neque actui ab eo alias legitime facto. Secundo quia alioquin ſequeretur, quod vnuſquiſque electorum poſſet pro ſuo arbitrio electionem reddere nullam, ſi conueniret illud eidem, poſſet enim dicere ſocio ſuo clam, pro quo ſuffragaretur, & electione facta dicere, quod non fuiſſet ſecreto ſuffragatus. Tertio, quod intentio Concilij fuit ſtatuere, quod capitula facerent electiones ſecreto in hoc ſenſu, id eſt, quod non permittant fieri aliquid, ex quo publicari poſſent nomina eligentium, & ſi tale quid permiſerint, & factum fuerit, electio non valeat. Fuit item intentio eius, vt nullus capitularium manifeſtet ſuum ſuffragium alijs publice, neque ſecreto, & quod ſi manifeſtaret publice, & capitulum id permitteret non valeret electio. Si autem ſecreto alicui manifeſtaretur, caſtigaretur ille, & ſi illi manifeſtatio eſſet, vel præſumeretur fuiſſe cauſa cur talis electio facta eſſet, caſſaretur illa, & alias non, ne in ſua poteſtate eſſet ceſſare publicando ſe manifeſtaſſe ſuum ſuffragiũ, vel ratificare id tacendo, prout tradit Nauarrus. *b*

b Nau. li. 1. conſi. tit. de elec. con. 9.

Aduertendum tamen, quod hic loquimur de electione per ſcrutinium, hãc enim per vota ſecreta fieri oportet, non autem de electione per compromiſſum, quam per vota ſecreta fieri non eſt neceſſe.

ARTICVLVS X.

Vtrum electio debeat eſſe libera.

RESpondeo dicendo, quod electio facta metu eſt ipſo iure nulla per textum, *a* ab aliquibus ſingularẽ reputatũ adeo quod omnis metus etiam reuerentialis in foro conſcientiæ facit electionem nullam iuxta tradita à doctiſsimo Nauarro, *b* qui in quodam Conſilio proponit quendam caſum de monialibus, de quo infra erit nobis ſermo. Vnde rectè Pius V. in Bulla, quæ incipit, *Paſtoralis officij, &c.* pro fratribus Minoribus Regularis Obſeruantiæ data Romæ apud Sanctum Petrum die vigeſima octaua Maij. anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo Põtificatus ſui anno ſexto inter alia decreuit, *Quod prouincialium miniſtrorum electio liberè per vota ſecreta fiat, ita, vt Commiſſarius Generalis, vel qui electioni præſidet ſi formam prædictam tranſgredi, ſeu electores quo minus liberè eligant, quo vis modo impedire conabitur fuerit officio priuatus exiſtat.* Circa quam conſtitutionem eſt aduertendum, quod eius pœna poſita præſidenti in capitulo in electione Prouincialis tantum locũ habet. Nam ſi alius, qui non fuerit Prouincialis, eligatur non libere, licet electio ſit irrita,

a c. vbi periculũ §. cæterum de elect. li. 6. b Nau. c. 17. n. 29. & ca. 22. n. 51. & li. 1. conſil. de elect. conſil. 5.

rita, non tamen præſidens in tali electione impediens electionis libertatem officio priuatus exiſtat, quod facili negocio probatur ſiquidem hęc conſtitutio pœnalis eſt, & nõ habet locum niſi in caſu, in quo loquitur. Vnde cum loquatur in electione prouincialis non eſt, cur eam ad electionem aliorum, prælatorum, & præpoſitarum extendamus.

Secundo eſt aduertendum circa illa verba, *Priuatus exiſtat*, quod ante ſententiam latam minimè talis præſidens ſuo officio priuatur. Quod patet primo ex verbis dictæ conſtitutionis ibi, *Conuictus fuerit*, non enim vult Summus Pontifex, vt ipſo facto ſit priuatus ante quam conuincatur. Secundo quia illud verbum, *Exiſtat*, eſt verbum ſubiunctiui modi, quod denotat imperium & ſic vult Summus Pontifex, vt ipſe poſt quam conuictus fuit, exiſtat priuatus à iudicibus, qui eum de tali delicto conuicerunt, quod ex traditis latè à Nauarro, c & Cordoua, & communi ſatis patet.

c Nauar. in man. ca. 24. n. 65. & 66. Cord. lib. 1. qq. q. 36.

ARTICVLVS. XI.

Vtrum coarctatio electionis ad quatuor, aut quinque poſsit iuridice fieri.

REſpondeo dicendo, quod in conſtitutionibus a generalibus noſtræ ſacræ religionis decernitur in hunc modum *Quod nulla electio poſsit coarctari, & ſi fuerit coarctata, ſit irrita, & nulla.* Quod ideo ſtatutum fuit, quia talis electio libertate debita caret. Vnde ſi præſidens capituli prouincialis electionem prouincialis ſine authoritate Apoſtolica, vel legati à latere coarctauerit non ſolum electio erit nulla, ſed officio priuatus exiſtat, prout dictum eſt articulo ſuperiori. At ſi coarctauerit ad tres, ad quatuor electionem Guardiani, aut alterius officialis irrita erit electio, at ipſe officio ſuo minime priuatus exiſtit iuxta dicta in articulo ſuperiori.

a Conſtitu. Tol. cap. 7. de elect. in fin.

Notandum eſt tamen, quod non eſt coarctare electionem facere in certa religione ſtatutum, vt in quadam prouincia vnius nationis ſolum tres in prælatos eligantur, non enim definit eſſe libera electio, quæ ad certum genus hominum reſtringitur. Videmus enim electionem Papæ liberam eſſe, quæ tantum ad Cardinales reſtringitur, & videmus etiam in aliquibus religionibus coarctari electionem Diffinitorum ad eos tantum, qui ſunt de corpore Capituli. Neque obſtat, quod in electione debeat plena adeſſe libertas, multis enim modis poteſt libertas reſtringi ita, vt remaneat tanta, quanta eſt neceſſaria, vt electio valeat. Quod probatur: ad contrahendum enim matrimonium etiam libertas maxime neceſſaria eſt, ipſa tamen libertas poteſt iure optimo ita reſtringi, vt nihilominus libertas ad contrahendum neceſſaria remaneat, vt notat Panormitanus. b

b Panor. in ca. cũ terra. & in c licet n. 12. de electio.

Nec dictum ſtatutum conſtringit eligere indignos, ſi enim non poſſunt illius nationis digni reperiri, ad aliarum nationum dignos neceſſarium eſt continuo recurrere, cum nunquam ſit licitum eligere indignum, vt poſt Diuum Thomam c tradit Nauarrus, & Soto dicentes, quod ſtatutũ fundationis beneficij, vt conferatur alicui deſcendenti â progenie fundatoris nullo idoneo in ea progenie inuento, poteſt aliquis extraneus in eo licite prouideri. Dixi (*Quæ ad certum genus hominum reſtringitur*) nam ſi reſtringatur ad certas perſonas, ego eam electionem in iudicando, & conſulendo irritam iudicarem, cum in quadam Decretali, libertas ad electionem requiratur, ſuper qua Abbas aduertit, quod conſuetudine non poteſt introduci, quo minus electio libera fiat, ſecus ſi reſtringat electores ad certum collegium, vel certum genus perſonarum, ſicut dicimus in matrimonio, in quo requiritur plena libertas, & tamen reſtrictum fuit ad certum genus perſonarum, id eſt, fideles. Quod etiã notat doctiſsimus Sylueſt, & tenet etiam Couarruuias. f Vnde teneo, quod electio prouincialis, aut cuiuſcunque alterius prælati reſtricta non ad certum genus perſonarum, ſed ad tres, aut quatuor perſonas particulares minime canonica, & valida debet reputari, cum ſit contra ſacros Canones, ſuper quibus inferior à Papa authoritate propria non poteſt diſpenſare iuxta ea, quæ in iure g traduntur. Nam per coarctationem ad tres, aut ad quatuor perſonas libertas in eligendo coarctatur, & bono publico, & bono regimini non ita prouidetur, ſi cut

c Tho. 2. 2. q. 63. arti. 2. Nau. ã ora. miſſal. 34. n. 3. Soto li. 3. de iuſt. ar. 2. co. 3.

de e. cũ terra de ele. vbi Abbas.

e Sylue. tit. electio. 1. §. n. 26.

f Couar. de ſponſa. 2. p. c. 3. §. n. 8 & 9.

g c. quod ſuper his de maior. & obedi.

cut prouidetur,quando ad certum genus perſonarum reſtringitur,vt prudentiores, & experientia exercitati in rebus ad talia munera aſſumantur,ſicut aſſumuntur Diffinitores tantum ex vocalibus corporis capituli,tum quia experientia ſunt regulariter loquendo dotati, tum etiam quia ſi extra corpus capituli eſſent,licet eligerentur propter eorum abſentiam, non poſſent expediri in capitulo ea, quæ ab ipſis neceſſario erant diffinienda, quod in maximum religionis nocumentum redundaret imo ex reſtrictione ad tres, aut quatuor particulares maxima damna religioni euenirent,cum inuitis fratribus prælatus poſſit ipſis aſsignari,quem ſi non amant,quomodo reuerebuntur? & ita in noſtra religione vidi egome præſente tres Guardianorum electiones declarari itritas, & nullas eo quod ſimili modo fuerunt coarctatæ. Et hanc opinionem ait Couarruuias, *b* tenuiſſe Fortunium Garciam, Decium, & doctiſsimum, ac in omni ſcientia verſatiſsimum Bartholomæum Philippum Luſitanum, à qua minime recedo, imo ad ipſam toto corde accedo miratus, quo modo Generales in aliquibus religionibus faciunt huiuſmodi coarctationes, per quas libertas in eligendo tantopere reſtringitur, licet enim minimè comprehendat eos conſtitutio Pij Quinti,facta & data pro Minoribus Obſeruantiæ,cum Priuilegia, & non conſtitutiones communicentur inter religiones, comprehendit tamen eos ius commune, quod libertatem in eligendo requirit. Vnde exiſtimo,quod ſi electores facta huiuſmodi coarctatione ad electionem procedant,& eligant alium à nominatis à prælato generali, electio vtique valebit, ſi fuerit dignus, non enim ipſi electores à iure eligendi priuabuntur. Nec contra eos facit quædam Decretalis, *i* qua ipſi in ſimili caſu ab eligendo priuantur. Reſpondetur enim, quod ibi priuantur electores ab eligendo, quia poſtulationem cuiuſdam caſſatam à Papa innouare denuo procurauerunt, & de facto hunc ſententia indignum declaratum elegerunt: at in propoſito electores eligendo alium à nominatis a Generali,non elegerunt aliquem nominatim indignum iudicatum ab ipſo Generali, ſed excluſum non in particulari,ſed in generali,quam fecit ipſe Generalis dicendo quod ſolum ex tribus ab ipſo nominatis electio fiat,& ſi alius eligatur,electio ſit irrita,& nulla.

b Coua.vbi ſup.

i c.gratũ de poſtul.prælato.

ARTICVLVS XII.

In capitulis quarundam religionũ ſolet regalis Maieſtas mittere virum grauem eccleſiaſticum qui ſuo nomine aſſiſtat cum commiſsione Nuntij Apoſtolici,vt poſsit alterare aliqua quæ in dictis religionibus alteratione indigent,& vt poſsit excludere aliquos religioſos ne in præfatis capitulis eligantur in prælatos.

Circa quem caſum aliqua quæruntur

PRimum eſt,vtrum præfatus præſidens poſsit priuari voce actiua & paſsiua aliquos religioſos,ſine demeritis, & ſine eo quod ipſis intimetur quod cõtra ipſos eſt probatũ,vt ſe defẽdere poſsint: videtur enim durum quod ſola ſiniſtra informatione aliquorũ ambitioſorum priuẽtur principaliores religioſi à ſupradictis ſuffragijs.

Secundum, vtrum capitulares præfatarum religionum obedire cenſuris & mandatis præfati præſidentis teneantur ſi ipſis clariſsime & euidentiſsime cõſtat prædictum præſidentem iniuriam illis irrogare procedendo ordine iuris,de quo ſuperius, non ſeruato.

Tertium, vtrum electiones factæ priuatis non ſeruato ordine iuris prædictis regularibus ſint validæ, & perconſequens, vtrũ virtute talium electionum electi, rite electi cenſeantur.

Quartum,dato quod maior pars capituli nolit præfato præſidenti obedire propter eius in procedendo iniuſtitiam, vtrum poſsit procedere ad electionem prælati cũ minori parte ipſius capituli. Et an electus a maiori parte ſine conſenſu præfati præſidis ſit vere electus.

Ad primum dubium reſpodetur, quod præfatus præſidens non poteſt priuare dictos religioſos voce paſsiua ſine eo quod prius citentur,& ipſis detur copia eorũ quę contra ipſos ſunt fulminata,vt ſe poſsint defendere. Quod licet ſecundum apices iuris non de-

nõ debeat fieri, at ſine figura iudicij proce dendo de plano ſola veritate inſpecta non poteſt non executioni mandari, exemplo Dei optimi maximi qui manifeſto delicta cognoſcenda eſſe prius nos docuit, *a* ne forte falſis rumoribus, aut maleuolis delationibus innocens condemnetur. Nec Sũmus Pontifex *b* vult aliquem condemnari ſine eo quod prius audiatur, necnos inquit contra inauditam partem aliquid poſſumus definire, quæ concluſio cum ſit notiſsima nõ eſt neceſſarium, vt pluribus con probetur. Ex quo ſequitur quod præfati præſidis commiſsio etiã ſi cõcedat poteſtatẽ, vt poſsit voce actiua & paſsiua prædictos religioſos priuare debet explicari, & intelligi iuris ordine ſeruato, in eo quod ad ſubſtantiã ipſius iuris ſpectat, quæ ſubſtãtia iuris in eo præcipue conſiſtit, vt nemo ſine eo quod audiatur condẽnetur, nõ enim poteſt preſumi principem eccleſiaſticum aut ſecularem ſummã habentẽ poteſtatẽ velle ea vti cum alterius ruina & iniuria, vt iura *c* proclamant, ne inde iniuriarum naſcatur occaſio, vnde iura naſcũtur, vt eadem iura, *d* prædicant. Quod adeo verum eſt, vt etiam ſi commiſsio eſſet Papalis, & præſidentis committeret arbitrio præfatorum religioſorum priuationem, aut ad libitum id ipſi diſponendum traderetur, talis tamen ampla commiſsio ſeruato ſubſtantiali iuris eſſet explicanda ita, vt ille ad quem ſpectat deberet neceſſario citari, & audiri, vt argumento cuiuſdam legis *e* cõmunis tenet opinio. Ratio autẽ fundamentalis prædictorum eſt, quia citatio partis, vt ſe defendat antequam condemnetur ad ius pertinet naturale, quod ius perquaſcunque clauſulas ampliſsimas ipſius commiſſionis minime poteſt tolli & per cõſequẽs licet commiſsio contineret, vt poſſet præſidens priuare dictos religioſos omiſſo ordine iuris, non excluditur ordo citandi partem & manifeſtandi quod cõtra ipſam eſt fulminatum. Similis namque clauſula minime id quod eſt de iure naturali excludit: excluderet enim defenſionem quæ à iure naturali maxime cõmendatur, iuxta quandam Gloſſam *f* celebrem communiter receptam, vt conſtat ex traditis à Menochio Boerio, & Rebuffo.

Ad ſecundum reſpondeo, quod mandata contra non citatũ, & inauditum ſunt in iuſta, & nulla, vt patet ex dictis, & perconſequens minime illis tenentur obedire, vt patet ex quadam Decretali, g ibi: iuris nãque ratio poſtulat, vt in eorum præiudiciũ nihil ordinemus, cum neque citati ſint, neque conuicti, neque per contumaciam ſe ab ſentent quod quantum ad forum interius planum videtur, nam, vt inquit Calixtus Papa Epiſtola prima ad Benedictum relatus à Gratiano, *h* iniuſtum iudicium & definitio iniuſta, regio metu, aut iuſſu cuiuſcunque Epiſcopi, aut potentis à iudicibus ordinata, vel acta non valeat. At quantũ ad forum exterius ſi per excommunicationes procederetur maior difficultas videtur ad eſſe ſecundum ea quæ ſacri Canones nobis admonent, dicentes ſententiã paſtoris iuſtã, vel iniuſtã eſſe timendam. Sed adhuc dico quoq; reſpectu ipſius fori exterioris ſi ipſa mandata ſunt iniuſta, & nulla, vt ſupponitur, nec etiam in foro exteriori ligabunt, quia ſententia nulla, ſententia non eſt, vt dicitur in iure, *i* & tali ſententia condẽnatus pro condẽnato minime eſt habẽdus, vt etiã in iure K dicitur, imo etiã ſentẽtia excommunicationis nulla in foro exteriori minime obligat, vt reſoluũt communiter Canoniſtæ, *l* & tradunt late Gutierrez, & referunt Theologi Soto, & Corduba. Quod intelligitur dũmodo euidenter de nullitate conſtet, ita vt ſine ſcandalo poſsit præfatæ excõmunicationis ſẽtentiæ non obediri, ſi enim ex inobedientia ſcandalũ aliquod oriri poteſt neceſſario euitari debet, vt ex doctrina prædictorum patrum ſatis colligitur Denique ceſſante ſcandalo cõmunitatis in qua præfatus præſidens ſub excommunicatione aliqua præcipit iniuſta, de qua iniuſtitia apud omnes conſtat, poſſunt dictæ communitatis religioſi eius iniuſtis mandatis non ſolum in foro conſcientiæ, ſed etiã in foro exteriori non obtemperare.

Ad tertium dubiũ reſpondetur quod electio facta excluſis iniuſte dictis patribus poteſt irritari & annullari à iudice ſi petatur à prefatis patribus, vt eius nullitas declaretur, quæ antequã à ſuperiori iudice irritetur, & vt nulla declaretur, vt valida debet haberi, & iudicari, & virtute eius electus, vt verus prælatus debet obediri, vt colligitur ex traditis à Doctoribus *m* expli cãtibus quaſdam in ſimili caſu decretales.

Ad tertium reſpondetur, quod ſuppoſita reſponſione ad primũ & ſecundum dubiũ attẽto quod factum per præfatũ præſidẽtẽ eſt nul,

a cap. Deus omnipotẽs. 2. q. 1. & in ca. porro de diuor.

b c. 1. d. cau. poſ. & propri.

c l. 2. §. ſi quid á principe ff. ne quid in loc. publi.

d l. Memine tint C. vnde vi.

e l. ſi quando C. de in offi. teſt.

f Glo. in clemen. ſæpẽ verb. ſigni. Menoc. de arbit. lib. 1. q. 17. n. 8. Beroi. in q. famil. 23. n. 6. Rebuf. ad leg. Gallic. tit. de ſent. execut. ar. 9 Glo. 2. n. 31.

g cap. inter quatuor de maio. & obedien.

h c. iniuſtũ. 11. q. 3.

i cap. 1. de re iudi K l. 4. §. eõdem. de re iudica.

l Canoniſtæ in c. 1. 2. q. 3. Gutie. in q. Cano. ca. 4. Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 3. Cord. lib. 1. qq. q. 43.

m DD. in c. quod ſicut 28. & in ca. bonæ memoriæ. 16. de elect.

eſt nullũ, & quod nulla eſt obligatio obtẽperandi ipſi, poteſt maior pars capituli ad electionẽ procedere, etiam ſi aliqui ipſiuſmet congregationis contradicant, ſufficit enim quod ipſi ſunt vocati & congregati qui ſi nolunt pro ſuo libito ſuffragari non impeditur aliorum electio, vt colligitur ex Iure, *n* vbi Doctores.

n d.c. quod ſicut.

ARTICVLVS XII.

Vtrum conſuetudo valeat á ſeptẽ annis & octo inducta, in religione, vt tantum prudentiores, & ætate prouectiores habeant vocem in capitulo, & admittantur in electionibus ſuperiorum.

REſpondeo dicendo, quod non eſt bona cõſuetudo, nec valida ad hunc effectũ, vt tanquã lex iuſta liget ſubditos præfatæ congregationis, aut enim eſt cõtra ius canonicũ, aut præter illud, ſi eſt cõtra illud, oportet, quod ſit rationabilis, & præſcripta ſpatio quadraginta annorum iuxta ea, quæ dicuntur in iure. *a* Conſuetudo autem præfata, eſto ſit rationabilis, nõ eſt cõtinuata per quadraginta annos, ſed tantũ per ſeptem, vel octo annos, vt ſupponitur, ergo non eſt valida ad præfatum effectum. Neq; etiam ſi eſt præter ius, quia vt conſuetudo etiam præter ius valeat in rebus Eccleſiaſticis, & iure pontificio requiritur, vt ſit continuata per decem annos, vt concludit Panormitanus, *b* communiter receptus, & Nauarrus inclinat in eam partem, quæ habet illam eſſe contra ius commune canonicum quãdoquidẽ iure cõmuni Canonico omnis religioſus profeſſus tria vota eſſentialia in illa religione per ſedem Apoſtolicam approbata ſimul ac profeſſus eſt, videtur habere votum in capitulo in electionibus Prælatorum iuxta ſacros Canones. *c* Eſt etiam contra conſuetudinem omnium religionum antiquarum ab antiquis patribus inuentarum à Sede Apoſtolica approbatarum, vt colligitur ex traditis à Petro Biaxio *d* & conſuetudo habet vim legis. *e*

a c.fi. de cõſuetu.

b Panor. in d.c.fi.nu.2. de conſuet. Naua lib.1. conſil.ti.de conſuetud. conſ.2.

cc. ex eo. §. 1. de ele. li.6

d Biax. de ele.1.p.c.2. cc. conſue. diſt.1.

Ex quo colligitur, quod conſuetudo, de qua in titulo quæſtionis, non eſt bona, ſi quidẽ per eã electio coarctatur. Neq; inducit rationẽ bonitatis ex eo, quod docet, vt prudentiorũ, & eruditorũ, & maturorum ſuffragia pluris æſtimentur, quam aliorũ, nã ex alia parte includit rationem malitiæ ſcilicet, quod erunt pauciores ſuffragatores, & facilius ſubornabuntur, quam plures, & vtilile eſt, vt multi ſint cõſultores, & habẽtes vocẽ in capitulis. Vnde & leges, & plebiſcita Romanorum, in quibus cõdẽdis maiores cũ minoribus occurrebant, firmiores iudicabantur, prout nobis ſacri *f* Canones ſcriptũ relinquerunt. Et experientia docuit in omnibus per orbem diſperſis Academijs electiones gymnaſiarum, & prælatorum factas ab omnibus auditoribus meliores eſſe, quam factas à paucis, & ſic dicit Nauarrus *g* quod ſecurius eſſet omnes profeſſos habere vocem in capitulo, quam ſolum quoſdã maiores, quo alijs ſuperbiendi, & alijs inuidendi, & omnibus diſſidendi occaſio non paruã datur.

f c plebiſcita & c. lex 2 diſt.

g Naua. vbi ſu.

ARTICVLVS. XIII.

Vtrum votum illius, qui miſit in vrnã ſchedulam albam ſit inter vota electorum connumerandum.

REſpondeo dicendo, quod quĩ præfatam ſchedulam albam miſit in vrnam nõ videtur cõputãdus præfati ordinis quia ſuæ voci videtur renunciare. Primo quia quando electores cõueniunt ad eligendũ & aliqui eorũ exeunt ex loco electionis non cõputantur in numero electorũ iuxta ſacros Canones, *a* quod Panormitanus ibi multum cõmendat, tũ quia quædã Gloſſa notabilis determinat eũ, qui renunciat ſuo voto, non eſſe magis de numero electorum quam ſit abſens, vel vocatus, vel volens venire, quam in hoc expreſſe approbat ibi Boniſacius. *b*

a ca. quod nobis d. ele. vbi Panor.

b Boniſa. in d. ca. quod nobis.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum ſtatim collatis eligentium ſuffragijs ſit electio publicanda.

REſpondeo dicendo, quod poſtquam collata inter ſe fuerint eligentium vota, & conſtiterit, in quẽ ſit conſenſum & ille, qui ſuffragia colligit, aliuſue autoritatẽ eius à iure, vel conſuetudine habens inter ſe cõtulerit, & diſcuſſerit iuxta tradita ab Speculatore, *a* & alijs, quos refert Biaxius, tunc nomine Collegij vniuerſi protinus ante quam alij negotio ſeſe immiſceat, eliget eũ, in quem fuerit conſenſum, & electionẽ ipſam more pronuntiabit, prout tradũt Ioannes

a Speculat. de elect. 3. p.c.33.nu.3.

nes *b* Andreas, Abbas, & Biaxius, hoc enim eſt præcipuum in electione præceptum, vt ab vno tantum, non à ſingulis fiat, ac pronuncietur electio, quia non ſingulorum, ſed vniuerſi collegij actus eſt electio, quod collegium vnius tantum perſonam refert, quare & electionem vnam eſſe congruit, & ab vno pronunciatam, ſi iuxta Francum, *c* & Biaxium, quem vnum ſi Capitulum eligere voluerit, ſatis fuerit maiorem partem capituli in eum conſentire, ſi ſit ex eodem collegio, ſi vero ſit extraneus, non ſufficit ſecundum ius commune maiorem partem collegij eum poſtulare, niſi omnes penitus nemine diſcrepante in eum conſenſerint, prout tradunt Abbas, *d* & Biaxius, de quo infra dicemus. Dixi (protinus ante quã alij negotioſe immiſceant) quod nõ tã punctualiter eſt intelligendum, ita, vt ſi ad alios actus extraneos diuertatur electio ſit vitioſa, & irrita ipſo iure, prout tradit Marc. Antonius *e* Cuqus aliqua pro hac communi allegans.

Verum eſt tamen, quod ſi eligentium dolo non fuerit pronunciata, quia pœnituit forte eos elegiſſe nominatum, non erit ipſo iure nulla, ſed ita demum ſi ex ignauia, aut ignorantia electorum hoc fuerit cauſatum. Imò etiam is, qui ſuffragia collegij, aut monaſterij conſecutus eſt, electionemque expectat, ſi eam videat in ſui fraudem procraſtinari, poterit cõpellere, vt electionem pronuntiet adito prælato, cui ea autoritas competit iuxta quandam Gloſſam, *f* & Doctores communiter eo videlicet Prælato, cui conferendæ electionis ius ſpectat, quamuis alioquin electi Ordinarius ille Prælatus non ſit, vt tenent Ioannes Andreas, *g* Abbas, & Biaxius, à publicatione vero ſcrutinij, vt publicatio impediatur indubitatum eſt appellari non poſſe, cum hic actus publicationis nullam admmittat dilationem iuxta ea, quæ in iure traduntur, in quo iure, *h* id tradunt Doctores, & Petrus Biaxius.

Aduertendum eſt tamen pro maiori explicatione quod Gregorius Nonus, declarauit, quod publicato ſcrutinio non poſſunt variare, qui ſuffragati ſunt, & quod compelli poſſunt ad eligendum eum, qui debet eligi ſecundum ſuffragia publicata, & certum eſt, quod non poteſt fieri ſine magno temporis interuallo, vt petatur à ſuperiori cõpulſio eligentium, & detur illa ab eo, & fiat eius intimatio, ergo neceſſario eſt tenendum, quod electio facta poſt moram interpoſitam per malitiam, vel dolum eligentiũ, vel aliam cauſam ſine fraude electi valet, & ita limitationem hanc pulchrè tenet Panormitanus, *i* Biaxius, & Nauarrus.

b Andræas Abbas in c. in geneſi & in c. eccl. extra de elect. Biaxi. 3. p. ca. 34.

c Fran. in c. ſicut de ele. lib. 6. Biax. vbi ſu.

d Abbas in c. cũ Bintonenſi. col. 2 extra de elect. Biaxius 3. p. c. 18. & c. 33.

e Cuqus li. 4 maior. in ſtitu. tit. de ele. nu. 271.

f Gloſ. in c. cõpellat, & ibi Docto. de elect.

g Andræas in d. ca. publicat. Abbas in c. ſolicite de reſti. ſpol. Biaxius. 3. p. c. 34. n. 4.

h ca. Quia propter de elect. lib. 6. vbi DD. Biaxi. 3. q. c. 29.

i Panor. in d. c. publicato. & in ca. cũ petita de elect. Biax. de elect. 3. p. ca 34 nu. 2. Nau. li. 4. conſi.

ARTICVLVS XV.

Vtrum electio poſſit fieri in nocte.

REſpondeo dicendo, quod ſi loquamur de electione, quę fit per ſchedulas ſecretas, non poteſt fieri poſt tenebras, nam commode hoc fieri non poteſt ſine lumine artificiali pluſquam electio, in qua ſeruanda eſt forma Capituli, *Quia propter, de electione*, quæ nocte fieri non poterat ſecundum Panormitanum, *a* quem ſequitur Felinus, & idem videtur tenere communis opinio de omnibus actibus iudicialibus. Quod intelligitur, niſi neceſsitas aliqua vrgeret, vt notãt Doctores, *b* & tenet Abbas. Quo tamen caſu non ſine tribus luminaribus celebranda erit, ne clam facta dici poſsit prout tradunt Rippa, & Mar. Antonius Cuqus. Vnde quando aliquo caſu non poſſunt Prælati regulares facere electionem, niſi nocte, quia videlicet per totum diem non poteſt finiri electio, debent tria petere luminaria, vt in dandis ſuffragijs, & in ipſis ferendis nullum vitium contingere poſsit.

Sed ſi loquamur de electione, quæ non fit per vota ſecreta dando ſchedulas, ego nõ condemnarem ipſam, etiam ſi nocte fieret. Nam omnia, quæ ſpecialiter non prohibentur, fieri nocte poſſunt quocunque tempore fieri, & omnis contractus, & omnis vltima voluntas poteſt fieri nocte, vt poſt alios tradunt Felinus, *d* & Decius, & collatio beneficij nocte facta valet, vt tradit Panormitanus, *e* imò & electio, in qua non eſt ſeruanda forma capituli, *Quia propter*, vt ipſemet Panormitanus ibidem ait, & ſic electio, quæ fit per viam compromiſsi, nocte peragi poteſt. Vnde cũ diffinitores in noſtra religione Minorum eligant Guardianos, vt compromiſſarij, nullo iure prohibentur eos nocte eligere.

a Pano. in c. 1. vt cleric. benefic. Felin. in c. conſuluit de officio delegat.

b DD. ind. c. quia propter 5. fin. Abbas in c. 1. de clãdeſt. de ſponſ.

c Rip. li. 2. reſpon. c. 13 n. 4. Cuqus li. 4. inſt. maior. ti. de electio. n. 25.

d Felin. & Decius in c. conſuluit de offio. de legat. vbi Decius.

e Panor. in c. 1. de elect. bene.

QVÆS-

QVAESTIO LII.

De electione Prælatorũ, Generalium, & Prouincialiũ in quindecim articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem quindecim quæruntur.

1 *Vtrum ſit dicenda Miſſa antequam eligantur prælati.*

2 *Quomodo miniſter Generalis in ordine Minorum de obſeruantia ſit eligendus.*

3 *Vtrum Generales Canonici electi ſtatim confirmati cenſeantur.*

4 *Quomodo in ordine Minorum eligatur vicarius Generalis.*

5 *Quomodo ſit eligendus Cõmiſſarius Generalis in ordine minorũ.*

6 *Quomodo ſint eligendi Miniſtri Prouinciales in ordine Minorum.*

7 *Vtrum Prouinciales ordinis Minorũ neceſſario ſint eligẽdi de corpore capituli, & an poſſint eligi Patres aliarum Prouinciarum.*

8 *Vtrum Papa poſſit diſpenſare, vt Clerici ſæculares poſſint eſſe Abbates in Abbatijs Regularibus.*

9 *Vtrum conueniens ſit vt eligantur Prælati alterius ordinis.*

10 *An legatus poſſit diſpenſare vt profeſſus in vna religione eligatur in alia in prælatum Prouincialem*

11 *Vtrum valeat electio Prouincialis cum fraude electi, alio habente maiorem partem votorum.*

12 *Vtrũ ille, cui nõ deſũt viginti quinq; dies ad cõplemẽtũ ſex annorũ, poſtquã reliquit Prouincialatum, poſſit eligi in Prouincialem.*

13 *Vtrũ mortuo Prouinciale teneãtur ipſi ad quos ſpectat electio, alium conſtituere Idoneum.*

14 *Vtrum ante ſepulturam Prouincialis debeat fieri icarij Prouincialis electio.*

15 *Vtrũ ſtãte ſtatuto aliquarum prouinciarũ, quod vicarij & præſidẽtes cõuẽtuũ nõ poſſint eligi diſcreti ad capitulum prouinciale viſitator prouinciæ cũ plenitudine poteſtatis poſſit diſpenſare vt eligantur.*

ARTICVLVS I.

Vtrum ſit dicenda Miſſa, antequam eligantur prælati.

Reſpõdeo dicẽdo, quod gẽtiles Romani prout ſcribit Aulus Gelius *a* priuſquã Senatũ ingrederẽtur immolaribeſtiã auſpicariq; tenebãtur, preces enim ad Deũ ex philoſophorũ ſentẽtia neceſſariæ eſſe arbitrabantur prout tradit Volaterranus *b* & Piſis & eius additionator Azeuedo, & Luſitanus Bartholomæus Philippus. Et D. Plato cõſulit prout ſcribit Marſilius Ficinus in argumẽto dialogi Platonis qui inſcribitur Theagi voluntatẽ Dei precibus exorandã quaſi illinc iſte diſcantur, & Dei prudẽtia per medios ſpiritus ſæpẽ hominibus agendorũ oracula pãdat. Quod & Dauid feciſſe narrant Diuinæ literæ & in quodam pſalmo *c* dicitur leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi: Et in *d* alio, anima noſtra ſicut paſſer de laqueo venãtiũ erepta eſt, & nos liberati ſumus, adiutoriũ noſtrũ in nomine Dñi: vnde nobilis Iudith, e animo forti & generoſo genti ſui generis improperabat eo quod ſuis viribus miſericordiã imbecillis in fide limitabãt. Quos redarguit dicẽs qui eſtis vos qui tẽptis miſerationi Dñi, & in arbitriũ veſtrũ diẽ cõſtituitis ei? Nõ eſt iſte ſermo qui miſericordiã prouocet, ſed potius qui irã excitet & furorẽ accẽdat. Et Dionyſius Areopagita prout refert Mar

a Gelius li. 14. noctium Atica. c. 7.

b Volate. in cometarijs vrban. li. 23. tit. de ſuppli. c. Piſa & eius additionat. incuria li. 1. c. 4. Philip. in tract. de cõſil. diſcurſu 11. §. 6 fol. 76.

c Pſal. 24.

d Pſal. 123.

e Iudith. 8.

filius *f* Ficinus ait quod iubente Deo angeli dirigũt principes in vijs suis, vt in eis ambulẽt, & antequã Apostoli *g* Euangelium prædicarent repleti sunt omnes Spiritu Sancto & cœperunt loqui, & sic in primo Concilio *h* ab ipsis celebrato ab Spiritu Sancto fuerunt illuminati & docti: determinantes, visum est Spiritui Sancto & nobis, omnis *i* enim sapientia â Domino Deo est, eius K enim est Consiliũ & æquitas eius est prudentia per *l* ipsum Reges regnant & legum conditores iusta decernunt, vnde Salomon â Deo optimo maximo sapientiam ad gubernandum precabatur dicens *m* mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ vt mecum sit & mecũ laboret & sciam quod acceptum sit apud te. Et sic videmus, quod antequam electores ad eligendum accedant, debet præcedere Missæ celebratio cum Spiritus sancti inuocatione, cui Missæ omnes electores interesse congruit, & quanuis olim forte sacrificium Missæ præcedere necessarium non esset, de more tamen seruari hoc certum est, in eo non solum Missæ auditionem, sed etiam sacræ Eucharistiæ communionem exigi iuxta Concilium Basiliense in electione Episcoporum, & Abbatum refert Petrus Biaxius *a* dicens eorum omissionem electionem vitiare. Et peracta Missa ad locum designatum electioni debent accedere vocales, vt ipsemet Biaxius *b* testatur, post hæc, vt tollatur omnis causa, ob quam electio euerti posset, Præsidens in Capitulo, omnes ab excommunicatione absoluat, & propter hanc causam Sixtus IIII. anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, quinto Nonas Decembris, *concessit, & in perpetuum indulsit capitulis generalibus Ordinis S. Hieronymi, vel inter capitulum, & capitulum Prioribus Generalibus, quod possint supplere quoscumque defectus ex commissione, præteritione, transgressione, contemptu, aut negligentia iuris, vel statutorum ordinis qualitercumq; in electionibus tam Prioris Generalis, quam aliorum Priorum interuenientes cõtrarijs quibuscunq; nõ obstãtibus.* Ita habetur in compendio dicti ordinis. Hoc (inquam) concessum fuit propter multa, quæ possunt occurrere electionem infirmantia.

f Marsi. vbi sup.
g Act. 2.
h Act. 15.
i Eccles. c. 1.
K Prou. c. 8.
l Prou. ca. 8.
m Sapien. q. 1. paralip. 2. & 3. reg. 3.
a Biaxius de elect. 3. p. 22 requis. & c. 13.
b Biax. vbi sup.
c Cõpen. ti. elect. Prior. §. 4.

Et aduerte, quod licet Præsidens ante inchoatam electionem Capituli vellet, vt eligendi potestas ad Capitulum pleno iure omnino redeat, si quando contingat, electionem, quam celebraturi sunt, nullam, & irritam declarari aliquo eorum vitio, vel defectu aut iuris, aut facti ignorantia aliteruè quam protestationem pro repetita haberi vult, nonnihil tamen valet, prædicta protestatio; vt ad ipsum capitulũ deuoluatur electio, prout innuit Biaxius, *d* quem sequitur Cuqus.

d Biax. vbi su. is in fin. Cuq. li. 4. instit. maior tit. de elect. n. 190.

ARTICVLVS II.

Quomodo Minister generalis in ordine Minorum de obseruantia sit eligendus.

RESpõdeo dicendo, quod Nicolaus, IIII. cõcessit & declarauit, *vt cũ electio generalis Ministri fuerit celebrãda, custodes vniuscuiusque Prouinciæ vnum ex seipsis cõstituant, vt ei voces suas cõmittant, ipsumq; ad locũ, vbi electio eadẽ tũc fuerit celebrãda, transmittant, isque, qui sic ab ipsis custodibus constitutus extiterit, vnã vocem duntaxat pro se, & omnibus eis habeat, & intelligatur habere, ac pro vna voce tantũmodo admittatur ab alijs.* Ita habetur in libro, Monumẽta Ordinis. At postea reformato Ordine Leo X. in Bulla vnionis statuit, *quod electio generalis ministri totius Ordinis minorum fieri debeat à solis ministris Prouincialibus, & custodibus reformatis, tã cismõtanis, quã vltramontanis in Capitulo generali dicti Ordinis in festo Pentecostes, in loco, quem generalis minister cum Capitulo generali proximè præcedenti da-*

a In 1. imp. fo. 31. & in 2. fo. 32. concess. 32.

ti duxerit aſsignandum, ad quod capitulum, omnes miniſtri, & cuſtodes ſiue vocales tã cismontani, quam vltra montani teneantur. Et ne caput ſuis membris deforme appareat, voluit, & ordinauit, quod nullus frater poſsit eligi in miniſtrum Generalem, niſi vitam diſcat reformãtam, & pro reformato à Communitate reformatorum habeatur, in præfata etiam electione miniſtri Generalis voluit, quod nullus penitus vocem habeat, niſi reformatus, & pro reformato à cõgregatione reformatarum habeatur. Ita in ſupplemento habetur. Idem Leo X. ordinauit, quod, *miniſter generalis eligatur alternatim de fratribus cismontanis, & vltramõtanis, qui tantũ per ſex annos durare poſsit. Ita quod ſi miniſter generalis per ſex annos de Cismontanis fratribus electus fuerit, ſequentibus ſex annis de vltramontanis fratribus eligi debeat. Qui modus alternatis vicibus in perpetuum a fratribus prædictis obſeruetur.* Ita habetur in eodẽ ſupplemento. *b* Inſuper idem Leo X. in Bulla minoris ſtatuit, *quod officiũ Miniſtri Generalis poſsit durare per ſex annos, quibus ſex annis expletis ipſo facto ſit abſolutus à generalatus officio, & pro tali ab omnibus habeatur.* Ità habetur in eodẽ ſupplemẽto. *c* ¶ Circa quas conceſsiones, & declarationes primo eſt notãdum quod Pius V. anno Dñi milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo Põtificatus, ſui anno ſexto in Bulla quę incipit: *Paſtoralis officij* ordinauit, quod, *fratres Minores Regularis obſeruantiæ in generalẽ miniſtrum, & reliquos ſuperiores ſolum eligãt, qui Regulã B. P. N. Frãciſci bene obſeruare, & qui in choro, victu, & veſtitu, quãtum officijs neceſsitas cõceſserit cum alijs ſe cõformare ſoleãt, ac debeãt, ſuper quo Barchinonẽſes cõſtitutiones harum ſerie innouat. Ordinauit itẽ, vt officium generalis miniſtri octo annos duret, Comiſsarij, & procuratoris generalis, ac prouincialis quatuor.* Quod idẽ cõfirmauit Gregor. XIII. in Bulla, quæ incipit, *Cũ vniuerſi Chriſti fideles*, data Romæ anno Dñi milleſimo, quingenteſimo ſeptuageſimo tertio Pontificatus ſui anno ſecũdo. ¶ Nũc autẽ iuxta conceſsionem Sixti Quinti idem ſupradictum ſpatium ſex annorum, pro Generalibus, & trium pro Cõmiſsarijs Generalibus Prouincialibus, & alijs obſeruatur.

Secũdo eſt aduertendũ circa vltimã Leonis X. Conceſsionẽ, quod miniſter Generalis per ſex annos, & prouinciales per tres tantũ in officio durarẽt. Quibus annis expletis ipſo facto ait, quod eſſent ab officio abſoluti, & pro talibus ab omnibus haberentur. Notat additionator Capuccinus, quod quãuis adhuc in ſuo robore eſſet hęc Cõſtitutio, nõ eſſe putãdũ videtur, vt cũ ibi dicitur, vt illis annis expletis ipſo facto ab officio ſint abſoluti, ſic præciſe eſſe intelligendũ, quin poſsit per menſem, & per menſes in tali officio prolõgari, vel breuiari ſecũdum quod Capitula Generalia, vel Prouincialia accelerantur vel protrahũtur iuxta declarationem quandã factã in ſtatutis Ordinis circa ãliã Iulij II. declarationẽ. Nã Collector *d* priuilegiorũ Mendicantiũ refert, quod circa officiorum ordinis durationẽ fuerunt nonnulla ſtatuta in Capitulo Generali celebrato in Cõuentu Labalis prouinciæ Turoniæ anno Domini milleſimo quingenteſimo tertio. Inter quorum ſtatuta quoddam ſic proponitur.

Ordinat, & ſtatuit generale Capitulum, quod omnia, & ſingula officia regiminis trium ordinum Beatiſsimi Patris noſtri Franciſci de cætero ſint triẽnalia. Si autẽ aliquis guardianus, ſeu Abbatiſſa poſtquã ſuum triẽnium in aliquo Cõuentu finiret, in altero eligatur, vel poſtuletur, ibidem poterit præſi-

a Fol. 29. cõceſ. 93. & 94

b Supplem. fol. 29. conceſ. 93. & 94

c Supplem. fo. 29. conceſſ. 93.

d Collect. officia ordin. §. 2.

præfici, & confirmari, ſed non poterit vltra triennium in eodem cõuentu in officio continuari. Non intelligitur autẽ ita præciſe huiuſmodi triennium quin poſſit per menſem, & per mẽſes prolongari, vel abbreuiari ſecundum quod capitula prouincialia acceleran tur, vel protrahuntur. Ita continetur in Monumentis *a* Ordinum. Ait tamen ad ditionator Capuccinus ſibi tutius videri, vt ſuccedente caſu, antequam ad finem ta lis triennij deueniretur, Generali mitta tur, vt quid faciendum ſit, determinet. Et ſi tractatur de prolongatione Miniſtri Ge neralis propter aliquam cauſam ſuperue nientem, ad Sedem Apoſtolicam recur rendum eſt, ſicut recurſum fuit anno Do mini milleſimo quingenteſimo nonageſi mo nono, in quo debebat celebrari in vigi lia Pentecoſtes Capitulum Generale no ſtræ ſacræ Religionis, & finiebatur offi cium Generalatus Reuerendiſsimi Patris noſtri fratris Bonauenturæ de Calatagiro na, qui poſtquam fuit creatus a Sanctiſsi mo Domino noſtro Clemente Octauo Patriarchà Conſtantinopolitanus videns ipſum præclarè ſe geſsiſſe in compoſitio ne Regnorum Hiſpaniarum, & Galliæ ad Regem Galliæ eum miſit, vt eandem com poſitionem, & pacem initam confirma ret, & alia negotia Eccleſiam Romanam concernentia perageret: propter quod fuit eius Miniſteriatus officium prolongatum, & propter eandem rationem fuit etiam prolongatum officium Commiſſariatus Generalis Reuerendiſsimi Patris Noſtri Fratris Matthæi de Burgos nunc iam Epiſ copi Pamplonenſis à Chriſtianiſsimo Rege noſtro Philippo III. præſentati.

a Fo. 229. tra ct. 3. & fol. 248. tract. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum generales Canonici electi ſtatim confirmati cenſeantur.

REſpondeo dicendo, quod Clemens IIII. conceſsit, vel ſtatuit, vt *Generalis miniſter ordinis minorum ſtatim poſtquam electus ſecundum Regulã, & cõſtitutiones fuerit, eo ipſo verus eiuſdẽ ordinis generalis miniſter effectus curam animarum fratrum ipſius ordinis plenã habeat, & libere gerat, ipſoſque fratres autoritate propria ligare, ac abſoluere, necnon in ordine, agere valeat, quæ ipſe miniſter, & diffinitores ad hoc electi iuxta conſtitutiones ordinis eidẽ ordini, & fratribus ſecundum Deum viderit expedire,* prout habetur in Monumentis *b* ordinum.

Ex quo priuilegio clarè colligitur, pro vt notat Collector. *c* priuilegiorum Mendicantium, quod ſtatim vt electus eſt Generalis, à Sede Apoſtolica confirmatur, alioquin non haberet ſupradictam adminiſtrationem.

Quod magnum priuilegium eſt; nam ſecundum Ius commune electus ad regimen cuiuſcunq; Eccleſiæ, aut Religionis, ſi adminiſtrationi dignitatis antè confirmationem ſe ingerit, tanquam Prælatus, vel Procurator, aut œconomus, aut alio nouo quæſito colore in ſpiritualibus, vel temporalibus perſe, vel per alium, in toto, vel in parte ipſo facto priuatur omni Iure, quod per electionem in ipſa dignitate habebat, prout dicitur in Iure. Et licet verum ſit, quod quando cõfirmatio eſt petenda à Papa, & electus eſt valde remotus ſcilicet vltra Italiam tali caſu ante Confirmationem adminiſtrare poteſt in ſpiritualibus, & temporalibus excepto, quod nullam alienationem facere poteſt, vt decernit quædã Decretalis, *d* Hoc tamen intelligitur, quando non fuerit in mora petendæ Confirmationis, nam alias nihil poteſt facere. Et idẽ eſt, quando electus fuerit citra montes exiſtente cura vltramontes prout tenet Hoſtienſis *e* & ſentit Ioannes Andræas. Vnde in noſtra Religione D. P. N. Franciſci ſiue Generalis eligatur in partibus citramõtanis, ſiuè in partibus vltramontanis præſente Papa, cũ primum pronunciatur electus, cõfirmatur re ipſa à Papa, à quo debebat neceſſario fieri talis confirmatio. Nam quando electus eſt

b In 1. imp. fol. 56. & in 2. fol. 139. cõ ceſſ. 307.

c Collect. in compen. Mendican. tit. Generalis ordi.

d Cap. nihil de elect.

e Hoſtienſ. & Ioan. Andræ. in d. c. nihil.

eſt exemptus, confirmario eius debet peti à Papa, vel ab eius legato à latere, vt difficultum eſt in Iure *a* quod eſt verum, ſi talis exẽptus ſubſit immediatè Papæ, prout ſubeſt dictus Generalis, ſecus ſi habeat alium prælatum medium, cui ſubſit, ſicut habent Prouinciales ipſum Generalem, à quo, vel ab eius Viſitatoribus cum plenitudine poteſtatis cõfirmantur. Quod etiam priuilegium conceſſum eſt Generali reformatori Ordinis Ciſtercienſis. *Nam capitulũ Generale huius ſacræ cõgregationis ſecũdũ ſuas diffinitiones, & ſtatuta reformatorem Generalẽ eligit, qui ſtatim, ac concorditer electus eſt abſque alia confirmatione, autoritate Apoſtolica in ſpiritualibus, & temporalibus officio ſuo fungi poteſt*, prout conceſſit Eugenius IIII. & refertur in cõpendio *b* Ciſtercienſis ordinis.

a Ca. Abbatẽ de elect. ib. 6.

b Tit. de elect. §. 1.

Quod etiam priuilegium Habet Generalis Præpoſitus ſocietatis Ieſu, prout in compendio *c* huius ſacræ Religionis refertur. Dicitur enim ibi. *Præpoſitus Generalis, cum primum electus eſt iuxta ſocietatis Conſtitutionem eo ipſo ſit verus ipſius Religionis Præpoſitus cũ libera, & omnimoda adminiſtratione omniũ, quæ ad fœlix regimen, & proſperam directionem ſocietatis pertinent, poteſtque plenã exercere Iuriſdictionem in omnes ſub eius obedientia degentes, vbicumque commorantes etiam exemptos, etiam quaſcumque facultates habentes*, vt conceſſit Paulus III. Per priuilegium vero Eremitarum S. Auguſtini, *eo ipſo quod electioni de ſe factæ conſentit, autoritate Apoſtolica confirmatus intelligendus eſt, & libere adminiſtrare, & exercere poteſt, quæ ad ſuum officium pertinent quauis ratione ſubditorum reiecta ſibi ratione dicti officij, quæ ab eius præceptis admonitionibus, ordinationibus, mandatis, & Decretis, Regulari diſciplina eorundem quomodolibet interponi, contiget*, prout refertur in ſupplemento *d* Ordinis.

c Tit. generalis. §. 11.

d Supplem. fol. 133. pa. 1.

ARTICVLVS III.
Quomodo in ordine minorum eligatur Vicarius Generalis.

REſpõdeo dicẽdo, quod Nicolaus ſtatuit, & ordinauit, ac diſtricte inhibuit, *fratribus minoribus, ne mortuo miniſtro generali poſſint eligere, vel cõſtituere aliquẽ fatrẽ in Vicariũ ordinis abſq; Romani Põtificis, & Protectoris ordinis eiuſdem licẽtia ſpeciali per ipſius Romani Põtificis literas patẽtes cõcedẽda, facientes plenã, & expreſſam de ſtatuto, & ordinatione, & prohibitione huiuſmodi mentionem.* Ita habetur in Monumentis *e* Ordinum. Nunc autem vt conſtat ex ordinationibus generalibus Toletanis *f* non eſt neceſſariũ recurrere ad Papam: ſed conuocatis patribus pro vt ibi proponitur ad electionem Vicarij Generalis poteſt deueniri.

e In 1. imp. fol. 31. & in 2. fo. 32. con cef. 33.

f Ord. Tolet. ca. 7. de elect. pa. 69 & 70. & 71

ARTICVLVS IIII.
Quomodo ſit eligendus Cõmiſſarius generalis in ordine minorum.

REſpondeo dicendo, quod ex dictis in primo *g* tomo ſatis colligitur, quid reſpõdendũ ſit ad titulum articuli Quæſtionis. In eo enim loco latè egimus per vnam integram Quæſtionem de Cõmiſſario Generali noſtræ ſacræ religionis.

g 1. To. q ꝛꝛ

ARTICVLVS V.
Quomodo ſint eligendi miniſtri Prouinciales in ordine minorum.

REſpõdeo dicẽdo, quãtũ ad ordinẽ B. P. N. Frãciſci, & nihil in Regula Seraphici P. diſponitur de electione Miniſtrorũ Prouincialiũ, atq; adeo nõ ſatis cõſtat, quæ forma fuerit obſeruata innaſcentis Ordinis primordijs. Nã quãuis ſecudũ

Iuris diſpoſitionem eſſent inſtituendi per electionem Canonicam ſuorum ſubditorum: tamen vti creditur autoritate Apoſtolica in Capitulo Generali inſtituebantur Miniſtri Prouinciales vt conſtat ex hiſtorijs factum fuiſſe in Capitulo celebrato Aſſyſijs per Seraphicum Patrem anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo ſeptimo. At Clemens Quintus in Concilio Vienenſi declarando Regulam fratrum Minorum, *ſtatuit, & ordinauit, quod electio miniſtri Prouincialis pertineat ad capitulum Prouinciale, quã idem capitulum die ſequenti, qua fuerit cõgregatum, facere teneatur. Et ſimiliter ſtatuit, quod huiuſmodi electionis confirmatio pertineat adminiſtrũ Generalem, & quod ad electionem huiuſmodi, & formam ſcrutinij procedatur, & votis in diuerſa diuiſis ſi electiones plures in diſcordia celebrari contingat, illa, quæ à maiori parte (capituli numero (nulla zeli, vel meriti collatione, ſeu conſideratione habita) fuerit celebrata, exceptione, ſeu cõtradictione quacumque alterius partis non obſtante per dictum Generalẽ miniſtrum de conſilio diſcretorum Ordine (prius tamen eius officio, prout ſpectat ad ipſum diligenti examinatione præmiſſa) cõfirmetur, vel etiã infirmetur, prout eis ſecundũ Deũ viſum fuerit expedire, & ſi fuerit infirmata ad capitulũ Prouinciale electio huiuſmodi reuertatur, cæterum ſi capitulum memoratum die prædicta miniſtrum eligere prætermittat, ex tunc miniſtri Prouincialis prouiſio ad generalem miniſtrum libere deuoluatur.*

a Clement. exijt ā para diſo de verbo. ſig. Monum. fol. 15. tract. 3. & fol. 16. tract. 2.

Ita habetur in quadam Clementina, a & refertur in Monumentis ordinum.

Circa quam Conſtitutionẽ multa ſunt aduertenda. Et primò quod ſecũdũ Regulam Patris noſtri Franciſci electio Prouincialis pertinet ad capitulum Prouinciale, ſicut electio Abbatum, & Priorum Regularium, & Priorum Conuentualium ad eorũ ſecundum Ius pertinet Conuentum, iuxta ea, quæ in Iure *b* notantur, & tradit Nauarrus.

b Ca. fin. 16 q. vlt. c. 1. de elect. ca. cũ dilectus de conſuet. ca. nobis de iure Patron. Natã in ca. nullam. 18. q. 2. n. 2

Nam cum in Regula P. N. Franciſci nihil expreſſẽ de electione Prouincialium agatur, ad Ius commune in tali electione recurrendum eſt, cum caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris communis.

Notandum eſt etiam circa illa verba ibi (*nulla zeli, vel meriti collatione habita*) quod eligendo fratrem indignum in Prouinciali, electio deuoluitur ad ſuperiorem, vt eam poſsit, ſi voluerit infirmare, electio enim indigno facta non valet, prout patet ex traditis à Couarruuias, *c* & ab Aragon: at non deuoluitur, quando eligunt dignum digniori prætermiſſo, talis enim electio ſecundum Ius commune non poteſt irritari, diffinit enim ipſum Ius *d* electionem, præſentationem, collationem & prouiſionem factam digno relicto digniori non poſſe etiam per appellationem irritari.

c Cou. in regula peccat. 2. pa. §. 7. n. 13. Arag. 2. 2 q. 73. ar. 2.

d Ca. á nobis 19. de elect. ca. graue nimis 19 de præben.

Ex quibus infertur, quod illa verba, *nulla zeli, vel meriti collatione, ſeu conſideratione habita*, non ſignificant ipſos fratres indignum aliquem elegiſſe, ſed tantum ſignificant in electione minime merita electi contuliſſe, & ideo remittit Clemens V. ipſam electionem ad Miniſtrum Generalem, vt ipſe videat, an tum in negligentia huius ſcrutationis defecerint, an etiam in electione indigni peccauerint: quæcum ſit magnares, de conſilio Diſcretorum ordinis hanc cauſam decidendam præcipiti: an ſcilicet, electio ſit infirmanda, vel potius confirmanda, qui aduertere debent, quod ſi eligatur dignus prætermiſſo digniori non debere talem electionem infirmare. Neque contra hoc obſtat Concilium e Tridentinum diffiniens, quod beneficia Eccleſiaſtica præſertim curam animarum habentia perſonis dignis conferantur, aliter enim facta collatio, & prouiſio omnino irritetur. Nam reſpondetur, quod Concilium loquitur de collatione facta indigno, nõ autem de collatione facta digno relicto digniori: hanc enim non iubet Cõcilium irritari. ¶ Sed his obſtat quoddam Breue Pij V. de collatione Parrochialium

e Con. Trid. ſeſſ. 7. c. 3. de refor.

Eccle-

Eccleſiarum datam anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, in quo determinat, quod ſi electio fiat digni relicto digniori poterit dignior ad ſuperiorem per viam appellationis recurrere, qui ſi per examen digniorem inuenerit prætermiſſum, poterit ipſam electionem caſſare. Nam reſpondetur Pium V. in eo Motu proprio tantum de prouiſione Eccleſiarum Parochialiũ verba facere. Quod ius cum ſit exorbitans â regulis Iuris communis, non eſt, cur ipſum ad prælationes regulares extendamus in quibus prouidendis ſi appellationes admittentur de religionibus eſſet actum: propter quod etiam â ſententijs Prælatorum Regularium contra ſubditos delinquentes datis, non permittunt Priuilegia Apoſtolica dictos ſubditos appellare.

Denique electo digno in Prouincialem relicto digniori non eſt talis electio irritanda. Non diffiteor tamen ipſos fratres electores relicto digniori in ea electione peccare, prout argumento eorum, quæ præcipiuntur in Concilio Tridentino *a* traduntur à Doctoribus. Debent enim electores aduertere, ſi tamen abſque culpa eſſe velint, digniorem ſemper inter concurrentes in Prælatum eligere debere, qui ſcientia, moribus, vita, & exemplo, & merito valeat magis prodeſſe, quam ambitioſe obeſſe gregi omni poſtpoſito amore, odio, rancore, vel prece. Ex ijs enim quæ tradunt D. Thomas, *b* & Soto, elicitur; quod in foro conſcientiæ oportet eligere digniorem, & non ſufficere eligere dignum, de quo etiam agunt Caietanus, *c* & Nauarrus.

Aduertant etiam electores, quod indignum eligendo non ſolum electio ſecundum ius eſt nulla, imo indubitanter tenere debent ſe omnium peccatorum ab eo ſic indigno electo in Prælatura illa commiſſorum eſſe participaturos, à qua participatione liberat me Dominus. Quod ſacra Synodus Tridentina *d* approbare videtur, dum omnes habentes aliquod ius in electionibus, & promotionibus faciendis hortando, & monendo ait, vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem ſalubrius facere poſſe, quam ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant, eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint. Hæc Concilium. Quod idem dicendum eſt de illis, qui per viam prouiſionis electionis Compromiſſariæ eligunt Guardianos, & prælatos Conuentuales in Religionibus, vt in Ordine noſtro Prouinciales, & Diffinitores in ſimul congregati eligunt Guardianos: ipſi enim ſub pœna peccati mortalis digniores tenentur eligere.

Notandum eſt etiam circa dictam Clementinam, in quantum ait, quod Miniſter Generalis de conſilio diſcretorum debet dictum Prouincialẽ confirmare, quod multa dicenda eſſent circa Prælatorum cõfirmationem, ſed de his latius infra. Pro nunc aduertendum quod Collector *e* priuilegiorum Mendicantium ait, quod celebrans Capitulum, & Diffinitores faciunt hanc Confirmationem Prouincialis, tanquam Commiſſarij Miniſtri Generalis, at ait, quod tenentur prius facere vxaminationem, ſicut etiam in alio Iure Prælatis præcipi videmus, & propterea dicit, quod ipſe neſcit, quomodo aliter poſſet fieri iudice.

Sed cum videamus in electionibus Prouincialium ſtatim non præmiſſo dicto examine fieri huiuſmodi confirmationem, etiam apud viros doctos, non eſt, cur hanc praxim, vt minus iuridicam condemnemus. Neque obſtant verba dictæ Clementinæ ibi, *Dummodo tamen ex officio prout ſpectat ad ipſum diligenti examinatione præmiſſa*. Nam reſpondetur, quod licèt prædicta verba videãtur conditionem apponere, qua nõ ſeruata actus eſt nullus, ipſa tamẽ conditio modificatur ex dictione (*prout*) quæ nõ cõditionẽ, ſed cauſam inducit, & ſic idem ſignificat, quod, quia, vt probat latiſsimè Grammaticus. *g* Et ſic voluit dicere Sũmus Põtifex in prædictis verbis, dummodo tamen ex officio, quia ſpectat ad ipſum diligẽti examinatione præmiſſa videat Generalis, aut Præſidens, an ſit talis electio confirmanda, an infirmanda, qui ſi viderit Prouincialem electum eſſe dignum, non eſt, cur dicta

a Con. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 18.

b Tho. 2. 2. q. 69. artic. 2. Soto li. 3. de iuſt. q. 6.

c Caiet. in ſum. v. elec. & in ſenten. 12. q. 4. Nau. in c. ſacerdos. § quod autẽ de pœn. d. 6. n. 4.

d Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de refor.

e Collect. tit. electio. §. 8.

f Ca. fin. de elect. lib. 6.

g Gram. de ciſ. 59. n. 21. & ſeq.

dicta electio ex ſola prætermiſsione examinis irritetur præcipuè in cauſis Regularibus, vbi de bono, & æquò poſtpoſitis apicibus iuris omnia explicantur.

a D.c.fi.de elect. lib. 6. Neque Ius *a* in contrarium allegatum a Collectore contra nos facit, ibi enim loquitur Pontifex de electione non in concordia celebrata, vbi nimirum quod celebrata cõfirmatio irrita ſit, & inanis, at hic loquimur de confirmatione electionis factæ in concordia, in qua præſumitur electum fuiſſe digniorem.

Præterea dato, quod dicta ſolennitas examinis deberet præcedere, vt confirmatio valeret, debuit conſiderare Collector, quod Sixtus IIII. anno Domini milleſimo, quadringẽteſimo ſeptuageſimo quinto Põtificatus ſui anno quinto nonis Decẽbris cõceſsit Generali Ordinis D. Hie-

b Sup. nymi, prout relatum eſt in ſuperioribus *b* quod poſsit ſupplere autoritate Apoſtolica hunc, & alios ſimiles defectus, & de facto ſupplent prætermiſſo prædicto examine videntes electum dignum iudicari.

Vltimò eſt notandum circa verba dictæ Clementinæ ibi, *Cæterũ ſi capitulum memoratum die prædicta miniſtrũ eligere prætermittat, ex tũc miniſtri Prouincialis prouiſio ad Generalem miniſtrum libere deuoluatur.* Notandum eſt, inquam, quod Clementina ſolum loquitur de Miniſtro Prouinciali in Capitulo eligendo. Vnde virtute huius Decreti Miniſtri Prouinciales in electione Guardiani, aut Prioris Conuentualis non eligente Conuentu intra vnum diem naturalem Guardiani, aut Prioris Conuentualis prouiſionem ad ſe aſſumere non poſſunt, cum enim hæc Clementina loquatur de Prouinciali in capitulo Prouinciali eligendo, neſcio, cur ad Guardianum in Conuentuali Capitulo eligendum extendatur, cum diuerſa ſit vtriuſq; electionis ratio. Nam dilatatio electionis prouincialis maximum nocumentum toti Prouinciæ congregatæ cauſaret: at non eſt idem in Conuentuali Capitulo Guardianum eligente, licèt enim ex dilatione prouiſionis Guardianatus Monaſterium, vt viduatũ aliquot incommoda patiatur: nõ tamen tantæ ſunt conſiderationis præcipue in noſtra Religione Minorum de obſeruantia, in qua electio Guardianorum pertinet ad Conuentũ, aut ad Diffinitorũ iuxta conſtitutiones Generales N. Sacræ Religionis, quod beneplacito Prouincialis relinquitur, & ſic non eligente Conuentu per vnum diem naturalem poteſt electio, ad Diffinitorem deuolui. Vnde infertur, quod vt præſcriptus ordo dictæ Clementinæ in electione Guardianorum, & Abbatiſſarum obſeruetur, oportet, vt fiat ordinatio Generalis, qua id ipſum ſtatuatur, quam poſſe facere Religiones non dubito, ſicut enim noſtra Religio compromittit in Prouincialem, & Diffinitores, vt ipſi compromiſſarij poſsint in Diffinitorio eligere Guardianos: ita etiam noſtra, & aliæ religiones poſſunt compromittere in Prouincialem, & in eius autoritatem habentem, vt ſi per vnum diem non elegerint fratres, & Moniales, Guardianum, & Abbatiſſam ad ipſum prouiſio deuoluatur, præſertim cum hæc ordinatio Religioni maxime accommodata cenſeatur, & ita ordinatum eſt in Conſtitutionibus Generalibus Toletanis *c* noſtræ ſacræ Religionis in hunc modum: *Si tamen electores in varia placita diuiſi in vnius diei ſpatio non elegerint, Præſidens capituli poterit ſecundum iuris cõmunis diſpoſitionem quem voluerit ſecundum Deum eligere, etiamſi electio ſit miniſtri Prouincialis, & idem ſtatuimus eſſe faciendum in caſu, in quo electores elegerint ſcienter indignum.*

c Ordin. Tolet. ca. 7. tit. de elect. fo. 54.

Hæc ordinatio. Illa autem verba, etiã Prouincialis, ſatis indicant ordinationem diffinire in electione Guardianorum, & Abbatiſſarum idem velle faciendũ, & ita poteſt fieri virtute dictę ordinationis, non autem virtute prædictæ Clementinæ.

Ex quibus infertur validas eſſe, & iuridicas cõſtitutiones aliquarũ Religionum, in quibus diffinitur, quod ſi in electione Priorũ ſeptẽ, aut octo ſcrutinia peragãtur & ſi in ijs omnibus minimè fratres concordauerint, prouiſio Prioris ad Prouincialem, & Patres Prouinciæ deuoluatur. Hæc enim Cõſtitutio cũ ſit facta, & approbata in Capitulo Generali ad id peragendũ plenũ ius iuridice dare poteſt, cũ per eam tota Prouin-

uincia in vnum cõgregata in eiuſmodi euẽtu in prouincialem, & dictos patres compromittat, & ipſi tanquam compromiſſarij adhuiuſmodi electionem deſignentur. Notandum eſt tamen, quodin electionedi ſcretorũ ad capitulum prouinciale in noſtra ſacra religione etiam ſi fratres conuentuales per vnum diem naturalem minimè concordent, non deuoluitur ad præſidentem in capitulo conuentuali prouiſio talis diſcreti, ipſe enim diſcretor mittitur â conuentu vt procurator, qui ſi non conſtituatur, videtur conuentus ſuo iuri renunciare, & ita vidi ego in facti contingentia præſidente reuerẽdiſſimo patre noſtro fratre Matthæo de Burgos in prouinciali capitulo prouinciæ Sancti Iacobi determinari.

ARTICVLVS VI.

Vtrum prouinciales ordinis minorum neceſſario ſint eligẽdi de corpore capituli, & an poſſint eligi patres aliarum prouinciarum.

REſpondeo dicendo, quod hic articulus habet duas partes decidẽdas. Prima eſt, vtrum prouincialis eligendus debeat eſſe de corpore capituli. Et reſpõdetur negatiuè, prout in noſtra religione vſus iam recepit, nã de tota prouincia poteſt eligi, quãuis nõ ſit vocalis, nullus enim habens partes requiſitas â voto paſſiuo generalis, & prouincialis excluditur. Altera autem pars maiorem habet difficultatem, & reſpondetur etiam negatiue: non enim patres generales poſſunt cogere prouinciam ad eligendum in prouincialem fratrem alterius prouinciæ, niſi tota prouincia nemine diſcrepante conſentiat. Ad eligendum enim extraneum non ſufficit maiorẽ partem collegij eum petijſſe, niſi omnes penitus nemine diſcrepante in eum cõ ſenſerint, prout tradunt Abbas, *a* Biaxius vnde ad id faciẽdum autoritas totius definitorij opus eſt prout ordinatum fuit & autoritate apoſtolica confirmatum in ordinationibus generalibus factis in capitulo generali celebrato Romæ anno Domini milleſimo ſexageſimo in hunc modum. *Miniſtri prouinciales in poſterũ non eligãtur ex alienis prouincijs, niſi magna & vrgente neceſſitate, & ex cõſenſu totius definitorij.*

a Abb. in c. cũ Bitonen. col. 2. extra de elec. Bia. 3. p. de elec. c. 18. &c. 13.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Papa poſſit diſpenſare vt clerici ſeculares poſſint eſſe Abbates in Abbatijs regularibus.

RESpondeo dicendo, certum eſſe quod ſic, quia aliquæ Abbatiæ canonicorũ regularium ſolent concedi à Summo Pontifice aliquando in cõmẽdam clericis ſecularibus, adeo vt ſit inter doctores alter catio vtrum huiuſmodi Abbas comendatarius habeat vocem actiuam in actibus gerendis in capitulis ſuis, ſiue actus conſiſtãt in electionibus adminiſtratione q; domus eiuſque ſubſtantiæ, ſiue mẽſæ capitularis, ſiue competant tantum canonicis vt ſingulis, ſiue in vniuerſum quãuis ſit diſtincta menſa capitularis â bonis menſæ Abbatis. Et Alfonſus de Hojeda *b* hanc diſputat pro vtraque parte quæſtionem & tandem cõcludit, quod Abbas cõmendatarius perpetuus poteſt omnia illa exercere quæ poteſt proprietarius in cuius locum ſubrogatur cum ſit factus caput capituli ſine quo geſta firmitatem aliquam minime obtinẽt & ſic in iure *c* dicit probari.

Secundo facit pro hac parte, nam Abbas cõmendatarius in cõmenda ſibi data ad vitam habet ius in ea ad vitam, ac tutelam vt colligitur ex iure *d* & traditur in pragmaticis ſanctionibus Gallicanis & tradit Rebufus, & ideo comẽdatarius poteſt præſentare ſicut & alius qui titulum habet, quia fructus recipit vt inquit Archidiaconus *e* præſentatio autem eſt in fructu vt dicitur in iure *f* & tenet quædã gloſſa, *g* ergo clãre ſequitur quod Abbas commendatarius poteſt.

Tertio probatur, quia certum eſt quod nullum negotiũ monachi ſeu canonici regulares poſſunt facere ſine conſenſu prælati vt inquit quædam gloſſa, & in prorſus in diſtincto non poſſunt conuenire ſeu conueniri ſaltem in arduis, vt inquit Panormitanus, *h* igitur in electione alicuius canonici, vel alterius rei cum ſit cauſa ardua de

b Hojeda de benef. in cõpatib. 1. par. c. 24. án. 97 vſque ad n. 105.

c c. cum nõ liceat de reſcript.

d c. dudũ el 2. de elect. glo. in pragmat. ſanct. rub. d pacif. poſſ. ver. tit Rebu. in cõcorda. eod. tit. ampl. 5. nu. 37. & in prax. bene. rub. de reprobat. vident. impetrat. nu 46.

e Archidia. in c. nemo de incepsde elect. lib. 6.

f c. cõſultationi d iur. patr. glo. in ca. olim de maior. & obedient.

g glo. in ca. edoceri de reſcrip. & in 5. cauſam quæ. deiud.

h Panor. in c. edocerin. 10. & ibi cõmunis ſententia & in d. c. cauſam quæ.

bet eſſe in præſentia Abbatis proprij quãuis ſit cõmendatarius vt talis electio fiat ſine ſcãdalo & rectè, vt inquit Innocẽtius *a* & tradit Ioannes Lupus.

Quarto facit pro hac parte quia prædictus Abbas commẽdatarius prælatus eſt, qui quidẽ tanquã bonus paſtor interuenire debet in omnibus locis vbi lupi perfidiã interuenire ſine eo poterit, nam ſi talis prælatus nõ admitteretur in actibus capitularibus tam circa adminiſtrationẽ perſonarum, quam rerum in electionibus canonicorum & cæterarum perſonarum ſequerẽtur eccleſiæ plura incommoda, quæ quidẽ præſente prælato qui dignior eſt dignitate & voce cum ſit datus pro capite cæteris vero pro mẽbris ceſſarent, & de nihilo ſeruiret prædicta cõmenda reſpectu eius vtilitatis, ergo clarè ſequitur quod eicui officiũ Abbatiale eſt commiſſum cõceſſum fuiſſe cenſetur omne illud quod cõpetit, & depẽdet ex officij contemplatione, argumento eorum quæ in iure *b* traduntur. Itaque cũ Abbas ſit caput, canonici membra vt dicĩ tur in iure *c* mẽbra autem non debent à capite diſſolui ſine quo naturaliter nihil conferre poſſunt argumento eorum quæ in iure tradũtur *d* in quo etiã continetur quod factum à membris tantum nullum eſt.

Vltimo pro hac pate facit quia negari non poteſt quin Abbas cõmendatarius ſit Abbas quamuis non ſit profeſſus ordinem D. Auguſtini & quãuis non ſit presbyter prout requiritur â Iure *e* nam Papa poteſt facere quod ſit verus Abbas cum hoc ſit de iure poſitiuo cõtra quod maximè in beneficialibus libere agere poteſt vt in iure *f* probatur, & ſic Romanus Pontifex fecit eum verè prælatum, nec voluit eſſe acephalum & ſine prælato tanto tempote capitulum prædictæ Abbatiæ argumẽto eorum quæ ex iure *g* colliguntur. Sed id non cõuenit vt ſcilicet clerici ſeculares eccleſijs regularibus præficiãtur. Ideo circa hoc prouiſum fuit per Concilium Tridentinũ vt in his neceſſario profitereturprout articulo ſequenti dicetur.

a Inno. inc. ſicut de ele. Lupus in tract. de bene. vacant. in curia. §. 9. col. 1.

b l. 2 ff. de iuriſd. om. iudic. c. prudẽtiã. §. ſexta nobis de offi. deleg. c c. quanto c. noue de his quæ fiũt à prælat. de. nõliceat de præſcri. ca. 1. de his quæ fiunt à prælat. e c. ad noſtrũ de elec. lib. 6. f Clem. 1. de lit. pẽdent.

g c. quanuis de elec. l. 6

ARTICVLVS VIII.

Vtrum conueniens ſit, quod eligantur prælati alterius ordinis.

REſpondeo dicendo, quod vt patet ex dictis in articulo ſuperiori fine autoritate Apoſtolica id fieri nequit, nunc autẽ quæritur, vtrum conueniens ſit talis electio. Ad quod dico certum eſſe, quod quælibet Eccleſiæ congregatio ſuũ debet habere prælatum, & magiſtrum, qui ex ipſius Eccleſiæ gremio aſſumi debet, prout dicitur in iure: g imo ſi ſuperior ad quem deuoluta eſt poteſtas, prouideat de alio, qui nõ ſit de gremio fratribus diſſentientibus nulla erit prouiſio, prout dicit Innocẽtius: *h* fit enim per hoc fratribus iniuria, quando inter eos reperitur dignus, & non recipitur, imo non conuenit rationi, vt homines diſpares profeſsione in vnum ſocientur, vt dicitur in quadam Clementina. *i* Neque enim debet quis præfici Eccleſiæ regulari niſi ſit in regula inſtructus, vt ſacri Canones *k* determinant. Nam quo modo poterit magiſter ad regulã coercere, ſi ipſe non ſit inſtructus ea, vt Doctores *l* notant, ideo debet multo tempore in monaſterio diſcere, vt poſt modum doceat. vt ait quidam Canon. *m* Vnde reſignationes monaſteriorum monialium quanticũque valoris debent admitti, & prouideri de perſonis mõnialium illorum, vel alterius monaſterij, magis autem conuenit de perſona eiuſdem monaſterij ipſum monaſterium prouideri, argumento eorum, quę communiter notant Doctores. *n* Vnde definit Concilium Tridentinum *o* in hunc modum.

Primũ quidẽ confidit ſanctiſſimũ Romanũ Pontificẽ pro ſua pietate, & prudentia curaturũ, quantũ hac tempora ferre poſſe viderit, vt ijs, quæ nunc commendata reperiuntur, & quæ ſuos conuentus habent, regulares perſonæ eiuſdem ordinis expreſſe profeſſæ, & quæ gregi præire, & præeſſe poſſint, præficiantur. Quæ vero in poſterum vacabunt, non niſi regularibus ſpectatæ virtutis, & ſanctitatis conferãtur quo ad ea vero monaſteria, quæ capita ſunt, ac primates ordinũ, ſiue Abbatiæ, ſiue prioratus filiæ illorum capitũ nuncupantur, teneantur illi, qui in præſenti ea in cõmendam obtinent, niſi ſit

g c. ne pro defectu in fin. de elec.

h Innoc. in d. c. ne pro defect. in glo. vltima. i Clem. 1. de elect.

K c. officij de elect. l Doct. inc. quanto de officij ordi.

m c. Sicuiue & ſequent. 16. q. 1.

n In c. inuitus c. obitũ 61. diſt. c. cũ inter canonicos in glo. & Doct. de ele. o Tri. ſe. 25 de reg. c. 21.

si sit eis de regulari successore prouisũ intra sex menses religionẽ illorum ordinum propriam solenniter profiteri, aut ijs cedere, alias cõmendæ prædictæ ipso iure vacare censeãtur. Hęc Cõciliũ. Ex quo colligitur velle necessario vt præficiẽdi in monasterijs eiusdem ordinis sint professi. Et confirmantur supradicta: nam beneficia Ecclesiastica secundum sacros Canones, & leges ciuiles danda sunt naturalibus regni, vt probant Azeuedo, *a* & Rebufus, & regula chancilleriæ hoc statuit quæ licet loquatur de beneficijs curatis, habet etiam locum in beneficijs simplicibus, vt vltra Gomezium, *b* & Rebufum probant Carolus Grassalis, & Didacus Perez, & Couarruuias. Naturalis autem ille dicitur, qui in regno natus est vel saltem in eo domicilium contraxit, & insuper per decennium in eo vixit, & habitauit, vt habetur in quadam lege *c* nouæ compilationis, & tunc dicitur domicilium cõtraxisse si matrimonium contraxit in regno, vt in alia lege *d* partitarum habetur, quæ omnia applicata ad nostrum propositum ipsum confirmant, & declarant, confirmant, quia in eo, quod beneficia Ecclesiastica dãda esse naturalibus determinatur, colligitur similiter prælationes regulares filijs naturalibus eius religionis, in qua prælati præficiuntur esse adiudicandas, declarant: nam sicut non solum illi dicũtur naturales, qui in regno, cuius naturalitatem prætendunt, nati sunt, sed etiam illi, qui ibi cõstituerũt domicilium, aut matrimonium contraxerunt, ita etiam illi dicentur filij religionis ad eius prælationes obtinendas capaces qui ex vna prouincia ad aliam eiusdem religionis se transtulerũt, & in ea fuerunt incorporati, & etiam illi, qui in quadam religione fuerunt geniti, & nutriti, & ad aliam se transtulerunt, & matrimonium spirituale per nouam professionem in eadem contraxerunt, hi enim capaces sunt prælationum ipsius religionis, & ita concluditur, extraneos, id est, alterius religionis alumnos non decere, neque posse assumi ad prælationes illius religionis, vbi non sunt professi, nisi id autoritate Apostolica conceda tur, consuetudine enim introduci potest, vt etiam ex certo aliogremio eligendus assumatur, prout tradũt Doctores *e* & aso-

a Azeuedo in l. 14. & 25 tit. 3. li. 1. no uæ compil. Rebuf. in praxi. benefi. in regula quod quis intelligat idioma gl. 1. pa. 578.

b Gom. reg. 19. chancil. q. 1. corol. 7 Rebu. vbi. pag. 579. in prin. Graff. lib 2. regul. Franciure. 8 col. 2. in fin. Cou. in pra. q. c. 35. n. 5. el. 19. tit. 3. nouæ cõp. dl. 32. tit. 2. part. 3.

c Doct. c. cũ dilectus vbi glos. & Do ct. de con suetudi.

tiori pontificis maximi diplomate hoc potest concedi iuxta sacros Canones, *f* id tamen sine causa concedere non solet. Vnde si nullus ibi idoneus inueniatur ex alia religione idoneum assumendum concedit, & si idoneus reperitur, non dignior aliunde exquiritur, vt ait quædam glos. *g* & probatur in quadam Clemẽtina, & tradit Marcus Antonius Cuqus.

f Abbatem dever. sign.

g Glo. in c. in nomin. domin. §. ligat v. ex gremio dis. 23. Clem. 1. de elect. Cuq. li. 4 maior. instit. ti. 1. d elect. n. 28. & nu. 149.

ARTICVLVS IX.

An legatus possit dispẽsare, vt professus in vna religione eligatur in alia in prælatum prouincialem.

REspondeo dicendo, quod *Innocẽtius h* tenet partem negatiuam. Contrarium tamen sentiunt Abbas, *i* Collector, & Speculator, habent enim regulę religionum à Sede Apostolica approbatarũ eandem professionis substantiam, vt patet in iure. *k* Neque obstat, quæ ab *Innocentio* in contrarium adducuntur, quorũ præcipuum argumentum est quædam Decretalis *l* electio enim in ea fuit damnata, tãquã facta de homine inexperto, & nullius religionis professo: verumtamen est, quod hæc communis sententia fallit, quando aliquis laxioris regulæ in prælatum à legato eligitur, ne sua vita laxiori monasterij obseruantiam relaxet, in hoc enim casu non potest legatus dispensare, cũ electus in prælatum monasterio debeat præsidere, vt reformet, & obseruantiam regularem conseruet. *Ita* tenet quædam Glossa, *m* quam sequitur Dominicus, & Gambarus.

h Innoc. in c. officij de elect. per. text. ibi.

i Abb. & Collect. in d. ca. officij Specula tit. de offic. legati. §. consequenter. versi. legat⁹ &c. cum ad monast. de statu monacho.

l d. c. officij

ARTICVLVS X.

Vtrũ sit irrita electio prouincialis facta à generali, & scrutatoribꝰ, qui machinati sunt, ne scrutatores dicerẽt verè, quot suffragia habuitis, in quo maior pars cõsensit, sed tribuerunt maiorem partem alteri, qui fraude electus fuit.

REspondeo dicendo, quod grauissimè peccauerunt scrutatores, & generalis, & quod

m Glos. & Dominicus in c. cũ singulas de prębendis li. 6. Gamba. de autori. legatiã latere li. 8. à n. 7.

& quod electio coram Deo nihil valuit, & digni ſunt prædicti fraudatores magna pæna quia rei grauiſsimæ falſarij fuerunt. Vnde Concilium *a* generale ſtatuit, vt poteſtate priuarentur, qui contra formam ibi decretam electionem celebrarent etiam ſine vlla fraude, quanto igitur magis debent puniri, qui cũ tam graui fraude id fecerunt & quia pœna huius magni delicti non eſt iure communi determinata, iudicis competentis arbitrio relinquitur, niſi conſtitutionibus regularibus fuerit determinata argumento eorum, quæ in iure *b* notantur & hanc opinionem tenet Nauarrus. *c*

a c. quia propter de electione.

b l. 1. ff. de iure delib erandi. ca. de cauſis de officio deleg. c Naua. li. 1. conſ. cõſ. 7 tit. de elect.

ARTICVLVS. XI.

In religione minorum regularis obſeruãtiæ cauetur conſtitutione Apoſtolica, quod nõ fiat prouincialis ille, qui antea fuit prouincialis, niſi duabus hebdomadibus tranſactis, quæ ſunt ſex anni, quæritur, an poſsit eligi in prouincialem, cui etiam non deſunt viginti quinque dies ad dictorum ſex annorum complementum.

REſpondeo dicendo, quod tacito quodãm totius ordinis conſenſu receptũ fuit ſtatutum reuerendiſsimi patris Nuleli Generalis miniſtri, quo cautum eſt vt qui ſemel fuiſſet prouincialis, nõ poſsit ad idem prouincialatus miniſterium eligi, niſi tranſacto ſexennio. Per ſexennium autem ſecundum ordinis ſtatuta, & cõſuetudinem non intelligebatur tempus completum ſex annorum, ſed tempus modicũ inter duas electiones miniſtrorum prouincialium. Itaque prouincialis, qui fuiſſet in ſuo munere functus, poterat iterum eligi, ſi alij duo prouinciales eſſent electi, & â ſuo officio abſoluti, quanuis inter iſtos duos prouinciales non eſſet completum ſex annorum tempus. Nam olim triennarium in noſtro ordine non ſumebatur, niſi pro tempore, quod erat de capitulo, in quo prouincialis eligebatur vſque ad capitulũ, in quo à ſuo officio abſoluebatur, quanuis illud tẽpus eſſet modicum, & paucum, vt conſtat ex conſtitutionibus Molonianis, *d* vel Salmãtinis. At Pius Quintus in bulla, quæ incipit, *paſtoralis* publicata in capitulo generali Romano celebrato anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo inter alia ſtatuit, vt prouincialis poſtquam iam fuiſſet ſuo officio functus, non poſsit iterum ad id munus eligi, niſi poſt octo annos: hoc autem ſtatutum reformauit Gregorius Tertius decimus in Bulla ſecunda, quæ incipit, *cõſueuit*, publicata in capitulo generali Pariſienſi, in quo ſtatuit, vt prouinciales noſtri ordinis non poſsint iterum ad id muneris eligi, niſi poſt duas electiones. Ego autem exiſtimo per duas electiones debere intelligi tempus duarũ electionum, qualecumque illud ſit, quia cũ iſta conſtitutio ſit facta pro ordine minorum, intelligenda videtur ſecundum conſtitutiones ipſius metordinis, quia iura ſunt concordanda iuribus, quantum ſuſtinere valeant. Cum ergo in cõſtitutionibus Molonianis, ſeu Salmantinis conſtitutum ſit vt miniſter prouincialis ſuo functus officio iterum non eligatur, niſi poſtquam alij duo prouinciales functionem huiuſmodi ſubierint, inde ſequitur, quod per duplum tempus non ſit intelligendum, niſi tempus duarum electionum, idque cõfirmatur ex Extrauaganti prima eiuſdem Gregorij XIII. quæ incipit, *cenſuit*, in qua expreſſe dicit, quod per duplum temporis intelligatur ſecundum ordinis ſtatuta tempus duarum electionum, vt patet ex tenore dictæ cõſtitutionis Gregorianæ, ibi, *& quod diſponebatur, de officio generalis miniſtri, quod per octo annos duraret, cõmiſſarij vero, & procuratoris generalis, nec non prouincialis per quatuor ipſiq; ſemel officio functi ad idẽ eligi nõ poſſe, niſi poſt ſex decim annos &c. Nos ad ſtatutorũ generaliũ dicti ordinis, ſeriẽ, & formam reducimus, quibus dicitur expreſſe quod officia ſemel exercentes ab eis, quæ geſſerunt, per duplum temporis vacare debẽt ita, vt duæ electiones celebrentur, antequam ad eadẽ officia iterum eligantur.* Hæc Gregorius XIII. & habẽtur in breui ipſius, quod incipit,

d c. 8. de miniſtro prouin. §. miniſtri prouinciales ſuo offi.

cipit, *cõſueuit Romanꝰ Põtifex*, dato Romæ apud D. Marcũ die octaua Septẽbris anno Dñi milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio Pontificatus ſui anno ſecũdo, Vnde cum Generales ordinationes ordinis determinent prout dictum eſt in ſuperioribus, *a* Electiones iſtas duas non debere continuari per ſex annos integros neceſſario, ſed debere conſiderari ſecundum quod capitula abbreuiantur, vel acceleran tur, ſequitur neceſſario dicendum dictas electiones duas, de quibus in conſtitutione Gregorij XIII. ſecundum hanc computationem debere conſiderari.

a Sup. hac q. art. 2.

Pro ſupradictis facit id, quod reſoluit doctiſsimus Nauarrus *b* tenens, quod ſi in aliqua religione caueatur, quod nemo ad dignitates promoueatur, niſi qui literis duodecim annis operã dedit ſcilicet octo ante ingreſſum, & quatuor poſt ingreſſum religionis ſtudijs, & alijs operibus, quæ ſtudia cõcernunt ſcilicet cõcionando, & alijs huiuſmodi inſtiterit, quod ſi aliquis antequam religionẽ ingrederetur ſeptem circiter annis interpoſitis ſtuduerit, & poſt illius ingreſſum quinque præfatis negotijs inſtando, cum nondum per vigintiquinq; dies duodecim annos compleuiſſet, & fuerit electus in aliquam Abbatiam bona fide adminus in foro conſcientiæ poſsit talem Abbatiam acceptare. Nã dictum ſtatutum Papale probabiliter poteſt credi, quod nõ habet locum in defectu paruo, & minimo. Nam regulariter, licet conſtitutio loquẽs generaliter etiã minimum includere videatur iuxta ea, quæ in iure *c* notantur, fallit tamen, quãdo ratio, quæ militat in magno nõ militat in minimo, vt annotauit Panormitanus, *d* & ſunt iura expreſſa hoc probantia. Vnde in iſto caſu parum, & nihil videntur æquiparari, vt notat Baldus *e* & ideo ſtatutũ, quod imponit pœnã pro vulnere nõ habet locum in leui vulnuſculo, vt notat Bartolus *f* & ita prædictus electus, & electores, probabiliter credere potuerunt, quod in caſu poſito defectus ille minimus viginti circiter dierum non erat attendendus reſpectu temporis magni ſex annorũ, tum etiam quia Diuus Thomas communi te[illegible]ceptus tenet, quod etiam lex de non furando, quæ de ſe obligat ad mortale, nõ obligat furem paruæ rei ad peccatum mortale, dixi adminus (in foro conſcientiæ) quia conſtitutio, de qua Nauarrus duodecim annos requirebat impletos, & hoc nõ obſtante tenet ipſe adminus in foro conſcientiæ, idem eſſe dicendum etiam ſi viginti quinque dies dictis duodecim annis pro ſuo complemento defuerint. Nos autem loquimur de conſtitutione Gregoriana, quæ ſex annos completos expreſſe non requirit, ſed duas tantum electiones ſecundum ſtatuta ordinis, prout dictum eſt in ſuperioribus; & ita in foro exteriori in noſtro caſu opinionem prædictam ſequendam eſſe arbitror.

b Nau. li. 1. cõſ. titu. de ætat. & qualit. conſ. 7.

c c. 2. de appel. c. ſi proponente de reſcrip.

d Pan. in d. cap. 2. & ſi quæſtionis de ſimonia.

e Baldus in auth. præterea. C. vnde vi.

f Bart. in l. prædiũ C. de ædilitio edicto.

ARTICVLVS XII.

Vtrum mortuo prouinciali teneãtur ipſi, ad quos ſpectat electio alium cõſtituere idoneum.

REſpondeo dicendo, quod mortuo, aut depoſito prouinciali ſtatim tenentur ij, ad quos pertinet electio aliũ ſibi eligere vicarium, qui ſit idoneus, & ſi eligatur nõ idoneus, factum tenet, at peccant electores, niſi eligatur indignus, electio enim indigni nulla reputatur in iure, ſicut enim non videtur ſatisfacere muneri ſuo Epiſcopus, qui conſtituit vicariũ generalem, qui non ſit idoneus, cum eius vices debeat gerere, prout in iure *g* determinatur: ita non videntur ſatisfacere muneri ſuo electores eligentes non idoneum vicarium prouincialem, cum ſuccedat in omnibus, quæ geſturus erat ipſe prouincialis argumento eorum, quæ in quadam lege nõ tantur *h* & ſicut vicarius idoneus debet conſtitui loco Epiſcopi, & peccat conſtituens vicarium indignum, & etiam ille, qui eum ſuſcipit, conſtitutio temen ipſius vicarij tenet ipſo iure modo ſit clericus in minoribus conſtitutus, & facta ab eo, vel coram eo, tanquam coram vero vicario valent iuxta eã, quæ in iure notantur, & tradit Nauarrus. *i* Ita dicendum eſt in noſtro propoſito valere conſtitutionem vicarij prouincialis nõ idonei, & facta ab eo, & coram eo eſſe valida, licet promotores peccauerint.

g c. quoniã ipplerisque c. inter cæterade offi. ordinarij. hc. idẽ iuris ff. adl. Aquiliam. c. non eſt putanda req. 1.

i Naua. li. 1. conſ. tit. de offi. Vicar. conſ. vn.

ART.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum ante ſepulturam prouincialis debeat fieri vicarij prouincialis electio.

REſpondeo dicendo, quod electio fieri non poteſt ante ſepulturam ſuperioris, prout in iure *a* ordinatur, in quo gloſſa ait, quodſi aliter fieret, nihil valet, & ita tenent doctores cõmuniter, quod electio in Eccleſia collegiata, ſeu regulari Epiſcopi, vel præpoſiti, diaconi, Archipresbyteri, atque Abbatis, Abbatiſſæ, prioris, & prioriſſæ, aut quocumque alio nomine eligendi ſint non prius fieri congruit, quam illius cadauer, cuius morte dignitas, vel ad miniſtratio poſt tertiam diẽ vacat, ſit ſepultum, prout tradunt Abbas, *b* Alexander, Cardinalis, & Rippa. Nonnulli tamen vſu non eſſe receptum hoc arbitrantur, vt ait Duarenus. Et certe accidunt quoque tempora, & circunſtantiæ, quibus omnis cunctatio abijcienda eſt, & ſtatim vita functo prælato ad electionem veniendum non expectata eius ſepultura, vt cum principum literas aliamq; conceſsionem metuũt, quæ legitimam electionem & iuſtam impedire poſsint, prout tradit Petrus Biaxius *d* & poſſunt regulares ad electionem acceleran dam iuuari ex quadam conceſsione facta à Clemente IIII. quæ habetur in monumentis ordinis, in qua concedit, *quod in electionibus generalis, aut prouincialis miniſtrorum ordinis minorum, fratribus qui debent electionẽ celebrare, tempus ſuperhoc à iure ſtatuto non currat nec ipſi in hac parte iuris huiuſmodi regulis coarctentur.* Ex quo priuilegio ſequens conficio pro noſtra opinione argumentum, licet enim in Eccleſijs Cathedralibus, & regularibus ceſſante impedimẽto legitimo teneantur electores intra tres mẽſes eligere, alioquin deuoluitur electio ad ſuperiorem proximum, & ſi ipſi, intra dictum terminum non elegerint, deuoluitur ad alium ſuperiorem, & ſic vſque ad Papã, prout in iure *f* determinatũ videmus, & ſicut tenẽtur electores electionẽ electo præſentare, & petere cõſenſum eius intra octo dies poſtquam commode potuerint, alioquin negligentes excluduntur â proſecutione proceſſus, & ſunt ſuſpenſi per tres annos ab omnibus beneficijs ipſius Eccleſiæ, vt etiam alia decreta iis *g* diffinit, electus vero tenetur conſentire intra meſem à præſentatione alias priuatus eſt iure electionis niſi forte ea ſit electi conditio, quod non poſsit conſentire abſque licentia ſuperioris, quo caſu tenetur ipſe, aut electores licẽ tiam petere cum ea celeritate, quam ſuperioris abſentia patitur, & ſi nõ habeatur, ex tunc ad electionem ipſam procedant, licet inquam hæc circa electores de iure communi procedant, ea tamen quo ad regulares mendicantes, & qui eorum fruũtur priuilegijs modificata videmus per dictũ priuilegium Clemẽtis IIII. Vt ſcilicet huiuſmodi tempora minime pro regularium electionibus currant. Ita etiam in propoſito licet de iure ante ſepulturam prælati mortui non poſsit eiuſdem prælatiæ fieri electio, tempus tamen quo ad regularium electionem argumento dicti priuilegij minime currere debet, præcipue quando occaſiones vrgentes id poſtulant.

a cap. bonæ memoriæ el 2. de ele. vbi gloſſ.

b Abba. in d. ca. bonæ memoriæ Cardin. in c. nullus 2. diſtin. 79. Alex. firm. in tract. de epiſ. 1. p. q. 3 Rip. lib. 2 reſpõſor. c. 13. n. 4.

c Duare. de beneficijs Eccle. lib. 6 cap. 1.

d Biax. de elect. 3. p. c. 2. & c. 12.

e in 1. imp. fol. 56. & in 2. fol. 139. conceſ. 308

f ca. ne pro defectu de elect.

g c. cupientes §. cæterum de electio. lib. 6.

ARTICVLVS XIIII.

Stante ſtatuto in aliquibus prouincijs quod vicarij, & præſidentes conuentuum nõ poſsint eligi diſcreti ad capitulũ prouinciale, in quo prouincialis debet fieri electio. Quæritur vtrum nõ obſtante dicto ſtatuto viſitator prouinciæ cum plenitudine poteſtatis poſsit diſpẽſare, vt aliquis vicarius, aut præſidens in diſcretum eligatur.

REſpondeo dicendo, quod in quadã lege *h* nouæ compilationis ordinatur quod in ſyndicatione officialium ipſi officiales ſuſpendantur ab officio non in pœnam, ſed vt libere informatio in ſyndicatu fieri valeat, & teſtes omni timore poſt poſito dicta ſua proferre audeant, & partes poſsint ponere querelas, quod alias facere minime auderent, vt poſt alios reſoluit

h l. 4. tit. 7 lib. 3. nouæ compil.

iuit Azeuedo *a* dicens, quod duratuit hæc ſuſpenſio tantum interim dum ſyndicator diffiniat cauſam abſoluendo, vel condemnando, & exequendo, & ita in aliquibus religionibus iuſtiſsime ordinatum eſt, vt vicarij, vel præſidentes conuentuum â voce paſsiua diſcretorum in conuentibus eligẽdorum ad capitulum prouinciale ſuſpenſi ſint, ne captandæ beneuolentiæ ſuffragantium ſubditorum illis nimis valde indulgeant in maximum religionis detrimentũ & ita ſupradicta ſuſpenſio durat, interim dum officio vicarij funguntur, & ſicut eſſet iniuſtus ſyndicator officialium reipublicæ, qui in hoc cum aliquo diſpenſaret, etiam ſi eſſet deputatus cum plenitudine poteſtatis, cum ex hoc â veritate dicenda teſtes ſe abſtrahere poſſent: ita videtur dicendum, quod facerent iniuſte, viſitatores, & ſyndicatores in religionibus diſpenſando cum aliquo, vel aliquibus vicarijs, vel præſidentibus conuentuum, vt poſſint eligi in diſcretos, cum propter ſubditorum ſuffragia conſequenda nimis eis indulgerent & propter metum (cum ſub eorum poteſtate ſint, & debeant remanere, vſque dum ad capitulum pergant, ad quod ſæpe ſæpius pergunt poſt duorum, aut trium menſium ſpatium elapſum ab electione de ipſis facta) non libere eligerent. Et ſic exiſtimo, quod in foro exteriori iniquus eſſet cenſendus viſitator, qui cum aliquo ſine cauſa diſpenſaret, præcipue ſi ex parte prouinciæ, in qua talis ſit diſpenſatio, eſſet contradictio, & per conſequens electio dicti vicarij in diſcretum in foro exteriori eſſet præſumenda non iuridica. Nam præſumptio eſt in præſtatione ſuffragiorum potius vim, & coactionem interuenire, quam libertatem ſubditorum, & ipſum electum diſcretum titulum diſcretionis ſponta-
neum, atque iuſtum minime obtinuiſſe argumento eorum, quæ notant communiter ſcribentes *b* dicentes, quod debent Domini probare impoſitiones, quas habẽt ſuper ſuos vaſſallos ab ipſis ſponte, & non per vim fuiſſe exhibitas, & ſolutas, cũ alioquin ipſis vaſſallis ſuffragetur præſumptio iuris dicentis potius in his præſtationibus vim, & coactionem præſumi, quam vaſſallorum libertatem titulumque ſponteneum, ac iuſtum: & hanc doctrinam multis comprobat Couarruuias. *c* Et confirmatur, nam vt eleganter tradit Sotus, *d* diſpenſatio non debet fieri niſi in commune bonum cedat, pro quo omnis lex conſtituitur, nam quantum periculum inde conſletur, vnde legum diſpẽſatio aliis priuatis reſpectibus, & ſilendis cauſis fieri cœperit locus, in quo Eccleſia Dei iacet, apertiſsimo documẽto eſt. Nam ſi leges nihil aliud emolumenti in rempublicam conferant, quam quod ſint principi fructuoſæ, perniciei potius ſunt, & labefactatioboni publici. Hæc Sotus. Ex quibus colligo electionem diſcretionis factam in præſidente cõuentus, vbi eius facta fuit dicta electio, in foro exteriori, non præſumi ſpontaneam, cum præſumptio iuris ſit in contrariũ, & quod ſyndicatores, & viſitatores minime poſſunt in dicta ordinatione ſine cauſa diſpenſare cum ipſa ſit facta in bonum publi cum religionis, & diſpẽſatio in hoc caſu ſine cauſa facta in bonũ publicum minime cedat, verum eſt tamen, quod poſſunt diſpenſare viſitatores cum plenitudine poteſtatis in ordinationib⁹ generalibus, & prouincialibus, quando iuſta cauſa, & bonum publicum id ſuadet, & ceſſant præſumptiones ſuperius allegatæ ſcilicet timor liberè ſuffragandi, & indulgẽtia nimia conceſſa ſubditis pro ſuffragijs acquirendis. Aduertendum tamen, quod licet ſine cauſa diſpẽſent & eligant fratres diſpẽſatum in diſcretum, ego dictam electionem, irritã ipſo iure minime iudicarem, cum nullum ius irritans ipſam inueniatur, ſed poſſe â præſidẽte in capitulo irritari non diffiteor ex cauſis ſuperius contra ipſam allegatis.

a Azeuedo in l. 1. n. 1. & in l. 4. n. 3. li. 3. nouæ. cõpil. ti. 7.

b Doct in l. 1. C. n. li. ceat poten. l. 1. & 3. C. d alieno iure mutan. cauſa &c. l. principalibus cũ ſeq. ff. ſi certũ petatur.

c Couar. in c. poſſeſſor 2. p. §. 4. n. 1. & 5.

d Sot. lib. 5. de iuſt. q. 7. art. 3.

QVÆSTIO. *LIII.*

De electione guardianorum, & Priorum conuentualium in tredecim articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem tredecim quæruntur.

1 *Quomodo Guardiani, & priores conuentuales ſint eligendi.*

2 *Vtrum diffinitores & conſiliarij teneãtur eligere digniores in priores, & guardianos.*

3 *Vtrum*

3 *Vtrum dicti diffinitores, & consiliarij detegere in diffinitorio crimina, aut impedimenta teneantur, quæ obstant promouendis in prælatos.*

4 *Vtrum diffinitores & consiliarij, per id quod de aliquo sciunt in confessione sacramentali, possint suffragium in electione denegare.*

5 *Vtrum repulsus à prælatione propter aliquod impedimentum ægritudinis poßit à prælatis, & diffinitoribus reeligi ante quam probet ipsam ægritudinem cessare.*

6 *Vtrum guardiani, & priores electi per dictos patres sint statim confirmati.*

7 *Vtrum dispensatus ad duo beneficia possit eligi in Abbatem.*

8 *Vtrum omnia monasteria virorum valorem duodecim communicatione excedentia poßint prouideri per electionem.*

9 *Quid si Papa, aut statutum mandat communitati, vt eligat prælatum cum aliquorũ consilio, ex quibus vnum volunt eligere, an requirendum sit eius consilium.*

10 *Vtrum valeat electio facta à sex electoribus quorum tres vota vni dederunt, & ille compulsus à prouinciali vt voueret, renuntiauit votum petens confirmationem dicens se habere maiorem votorum partem, & an prouincialis illum teneatur cõfirmare.*

11 *Vtrum collegium poßit constitui in vno ad electionem prælati faciendam.*

12 *Vtrum valeat electio facta ab vno nomine, seu vice omnium compromissariorum, præsentibus & consentientibus ipsis.*

13 *Vtrum debeant constitui iudices compromißarij ad cognoscendum de causa electionis quando capitulum appellat ad sedem Apostolicam.*

ARTICVLVS. I.

Quomodo guardiani, & priores conuentuales sint eligendi.

a ca. fin. 16. q. vlt. c. 1. de elect. ca. cũ dilecta de consuetu. c. nobis de iure patro. Nauar. in c. nullam. n. 2.

RESpondeo dicendo, quod iure cõmuni *a* electio Abbatum, & priorum regularium pertinet ad conuentum, & conformiter iuri communi statuit Gregorius Vndecimus pro ordi D. ne Hieronymi in Bulla erectionis eiusdem ordinis dicens, *Volumus, quod singulis huiusmodi monasterijs constructis singuli præsint priores á suis conuẽtibus modo canonico eligendi, & eorũ officium duret per trienniũ dũtaxat quo elapso alij idonei vel ipsi denuo in eodẽ conuentu eligantur.* Ita habetur in compendio *b* priuilegiorum ordinis Diui Hieronymi. In ordine autem Cisterciensi secũdum regularia ipsius instituta, & diffinitiones præficiuntur, prout concessit Eugenius IIII. *Pro monasterio tamẽ B. Mariæ de Laureto in ciuitate Salmantina erecto, necnon Sancti Bernardi Cõplutẽsi Toletanæ diœcesis capitulo generali vel si vacare cõtigerit extra illud, generali reformatori cũ ordinis cõsiliarijs cõmissum est Abbates ita eligere, vt si oportuerit in aliud triennium immediate sequens reeligi poßint, qui nulla alia cõfirmatione sequuta administrationis munus exequũtur,* Prout concesserunt Gregorius XIII. Idibus Februarij apud Sanctum Petrum Pontificatus sui anno vltimo, & Sixtus Quintus nono Kalend. Nou. anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo septimo Pontificatus sui anno tertio, & pro ordine minorum Clemens Quartus *Statuit, vt guardiani qui secundum statuta ordinis fratrum minorum aliter quam per electionem instituuntur post ipsam institutionem seu prouisionem de ipsis factam curam animarum sibi subditorum habeant, ipsosque ligare, atque absoluere poßint,* iuxta ipsius ordinis instituta. *Ita* habetur in monumentis *d* ordinũ, & similẽ cõcessionẽ inueni fuisse factã prioribus cõuentualibus fratrũ ordinis Carmelitarũ, vt habetur in suo marimagno. *e* Et sic in nostra religione fratrũ minorũ de obseruãtia electio guardianorũ extra capitulũ pertinet ad diffinitores, vel ad conuẽtũ, in capitulo vero pertinet ad diffinitores in eo cõgregatos, vt ordinatũ est in ordinationibus generalibus Toletanis, & Nauar. *f* ait hũc esse cõueniẽtissimũ modũ electionis, ꝙ scilicet guardiani priores vel Abbates cõuẽtuales non

b Tit. elect. priorũ. §. 1.

c Compen. Cistercien. tit. Abbat. § 1. & 6.

d in 1. impr. fol. 56. & in 2. fol. 139. cõces. 309.

e Habetur in monumẽto in 2. impres. fo. 182 cõces. 446.

f Nau. vbis. n. 3. in fin.

non eligantur à ſuis conuentibus, ſed à congregationibus prouincialibus, ſeu generalibus, vel à generali, vel à ſuis aſsiſtentibus in capitulo generali deputatis habita prius ſecreta informatione iuſta perſonarum ad id aptarum, vt ita euitentur rixæ, & æmulationes inter fratres, & ipſorum conuentum, & alia damna ſpiritualia, quæ ex ſubornatione fratrum ſæpe ſæpius oriũtur.

ARTICVLVS II.

Vtrum diffinitores, & cõſiliarij teneantur eligere digniores in priores & guardianos.

REſpondeo dicendo, quod in diſtribuẽdis honoribus æqualitas debet ſeruari, quæ vt amicitiæ autor eſt ſecundũ Platonem: ita inæqualitas diſcordiarum, & ſeditionum cauſa. Nec vero æqualitatem accipimus, vt æqualia omnibus omnia id eſt, doctis, & indoctis, iunioribus, & ſenioribus, ſtultis, ac ſapientibus, robuſtis, ac debilibus reddenda ſint, ſed vt vnicuiq; pro dignitate ſua diſtribuatur. Quod quidẽ iuſtitiæ munus eſt, quã Ariſtoteles *a* communium bonorum diſtributiuam vocat, ea eſt, qua honoris præmia, & pœnæ ſecundũ æqualitatem proportionum, honoris, præmiorum, dignitatis, & meritorum pœnę; item & delictorum diſtribuuntur, alioquin inæqualibus æqualia erunt inæqualia, vt idem Plato ait. Et vt ſummum ius in ſummam iniuriam vertitur, ita ſumma æqualitas ſumma fit inæqualitas, atque ex hoc fonte iuſtitiæ manant leges *b* quibus ſancitur in deferendis honoribus ordinem adhibendũ eſſe, & rationem dignitatis perſonarum habendam, vtſcilicet, non alijs, quam dignis conferantur, & inter plures ijs, qui ſunt digniores, quod ex ijs, quæ diximus ſupra *c* loquendo de prouincialium electione latè patet.

a Ariſtot. 5. eth. c. 2. & 3.

b l. honor. ff. de honorib. l. vt gradatim ff. de muneribus, & honor. l. eum qui C. de Decurio. li. 10.

c Sup. q. præceden. art. 5.

ARTICVLVS III.

Vtrum teneantur dicti diffinitores, & cõſiliarij detegere in diffinitorio crimina, aut impedimenta, quæ obſtant promouendis in prælatos.

REſpondeo dicẽdo, quod hoc negotiũ quod in diffinitorio agitur, cũ tractatus ſit de differẽdis prælatijs, ſi aliqua delicta, & defectus eligendis opponantur, non pertinet ad fraternam admonitionem, quæ ſecreto facienda eſt, ad correctionem proximi, de qua apud Matthæum, *a* & de qua diſputat D. Thomas. Non etiam pertinet ad iudicialem actionem, quia iuris proprij hic non eſt proſecutio, vt in iure, *b* diffinitur: non item ad accuſationem, quia hic non intenditur vindicta legis, de qua poſt Diuum Thomam *c* agit Syluеſter, ſed ſpectat ad canonicam denunciationem cum exerceatur ad damnum euitandum, quod ex vitioſa prouiſione, & electione ſequi poſſet, de qua agunt Albericus, *d* & Soto. Quare cum quærimus, qua ratione debeãt ſe diffinitores prudenter gerere in prælatiarum, & officiorum diſtributionibus, vt muneri ſuo ſatisfaciant. Reſpondetur illud primum, & vniuerſale ſpectandum, vt nulla praua affectione, aut ſimultate ducti, ſed communis tantum vtilitatis ſtudio ſanctoque zelo permoti in his ſe habeant ea prudentia, & dexteritate, quæ tantorum Patrum muneri conueniat. Quare vt rem non quidem præciſe, ſed qua commodiori licet ratione proſequamur, Dico primo, quod ſi ea, quæ obſtant promouendis, occulta ſunt crimina, quæ licet ipſis tantum & paucis forte alijs domeſticis ſolo exemplo nocere poſſunt, religioni tamen detrimentum ſua natura non afferunt, tunc charitatis, ac iuſtitiæ officium expoſcere videtur, vt non eo in loco coram alijs, ſed priuatim per ſecretam admonitionem cum eo agatur iuxta D. Thomam, *e* niſi forte vſus adeo in ijs eſſet inueteratus, vt admonitione iam ſæpius repetita nulla emendationis ſpes illius eſſet expectanda. Verum tamen eſt, quod cum hic agatur de eo, qui iam nominatus eſt in diffinitorio, cuius electio non patitur longiorem moram, aut locum cõcedat priuatæ admonitio ni, prop-

a Matth. 18. Tho. 2.2. q. 33.

b l. nihil ff. de actioni. §. 1. inſtitu. de actio.

c Tho. 2.2. q. 68. art. 1. Sylue. v. accuſatio. in princi.

d Alberi. in c. noui. n. 17 ff. de iudic. Soto de ratione tegendi. ſecr. mẽbr. 2. q. 7.

e Tho. 2.2. q. 33. ar. 6.

ni, propterea ex ſententia Sanctorum affirmari poſſe videtur, ſi crimina non adeo ſint vera, & quæ probari poſsint, ſed & ita grauia, vt legitimè prælatis debeant arceri, tùc ne aliàs ille, qui indignus, & inhabilis eſt in prælatum promoueatur cum ſuæ religionis detrimento debere, & teneri ipſos diffinitores, & conſiliarios in diffinitorio eà, quan uis ſint alijs occulta denunciare, ſi alia via non adſit ad damnum publicũ, quod inſtat vitandum prout tradit Nauarrus *f* cum talis denunciatio fiat prælato, & patribus in diffinitorio, qui eo in loco non vt iudices, ſed vt patres, & paſtores ſecreto ſunt deliberaturi, quid melius, & vtilius erit iuxta D. Antonini *g* & D. Thomæ doctrinam, quæ ratio in alijs criminibus, ex quibus publicum detrimẽtum emanare poſſet, idẽ obſeruari poſtulat, quando quidem talia crimina tanquam hoſtes, qui moribus inſidiantur, & diſciplinam regularem labefactare contendunt, procul arcenda ſunt, cuius rei exemplum non alienum legimus in Actibus *b* Apoſtolorum, quando filius ſororis Pauli inſidias ſecretas, & coniurationem pluſquam quadraginta virorum contra Paulum ad Tribunum detulit, qui ſapienter admodum, & periculo prouibit, & Paulum ad in ſidijs liberauit. Non nego tamen tam graues & varias poſſe in huiuſmodi caſibus cir cunſtantias concurrere, vt vix quicquam abſolute, ac perpetuo diffiniri poſsit iuxta Gabrielẽ, & *i* D. Thomam. Vnde conſulendum potius cenſeo, vt quando caſus accide rit, omnia maturè, & ſapienter circunſpiciãtur, & charitate duce, quæ cun cta vtiliter di rigit, & publicæ vtilitati, & proximi famæ quoad eius fieri poterit, conſulatur iuxta D. Thomam, & ea, quæ doctiſsimus Cardinalis Paleotus K latè tradit.

f Nau. in Sũma ca. 18. n. 30. & n. 56. & ca. 24. n. 14.

g Anton. 2. p. tit. 9. c. 6. §. 4. ver. itẽ quæritur D. Th. quo libet. 11. art. 13.

c Act. c. 23

i Gab ſup. Can. lec. 74 Tho. vbiſu.

K Paleot. de ſacri conſiſtorij conſulta. 4. p. q. 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum diffinitores, & cõſiliarij per id quod de aliquo ſciunt in confeſſione ſacramentali, poſsint ipſi ſuffragiũ in electione denegare.

a Nau. in c. ſacerdos de pœnit. d. 6. n. 147. cũ ſequen.

REſpondeo dicendo, quod doctiſsimus Nau. *a* ait quod ſiquis per cõfeſſionem ſacramentalẽ ſolũ ſciret aliquẽ eſſe malũ virũ, quãuis per omnes alias vias eum haberet, & coleret, vt optimũ, occurrente tamen prælati electione in ea nec deberet, nec poſſet illi ſuffragari propter illam ſcientiam in confeſsione acquiſitam, cum ſciat ipſe talem indignum eſſe. Ex quo infert illum, qui eligit indignum, quẽ ſola confeſsione ſacramentali talem eſſe nouerat, incurrere pœnam ſuſpenſionis, quæ contra indignos eligentes lata eſt in iure, *b* cum talis pœna eligenti ſcienter indignum proponatur, & hic ſciens indignum elegerit, & confirmatur: nam ſi ſecreto nouerat indignum, incurrere dictam pœnam eligendo cum in cenſuram ſuſpenſionis ſolo facto occulto incurratur, nec alia executio exterior requiratur, ergo per hanc ſecretam ſcientiam etiam incurret. Probat deinde Nauarrus ſuam ſententiam, nam licet ſit illa recepta opinio, quæ habet ſecundum allegata, & probata iudicandum eſſe, & non ſecundum propriam ſcientiam, vt ex iure Canonico, *c* & Ciuili ſatis conſtat, ſcientiatamẽ priuata multum iuuat iudicem, quo diligentius rationem perſcrutetur ſecundum omnes, & ſcientiam, quam quis habet in confeſsione, vt confeſſarius multum luminis in alijs rebus gerendis præbet. Vltimo ſuam ſententiam confirmat Nauarrus, nam ſecundum omnes iuſtè quis poſſet electoribus diſſuadere alicuius in prælatum electionem ob ſolam per confeſsionem de ipſo ſcitam malitiam, modo ita rem gereret, vt nullo modo peccatũ ipſius vlli proderet. At ego huius pijſsimi,, & doctiſsimi viri nunquam potui doctrinæ adhærere, licet enim ſit ſpeculatiuè vera (quod ego diffiteor) practicè tamen eam ſequendam minimè exiſtimo. Primo quia vti hac ſcientia in confeſsione ſacramentali adepta ad gubernandum, & ad res exteriores prudenter gerẽdum vertitur in maximum ſacramenti pœnitentiæ detrimentum, retraherentur enim in caſu propoſito religioſi delinquentes à confeſsionibus auricularibus faciẽdis, cum patribus doctis, & grauibus, ſcientibus, ac potentibus ipſis ſalubriter mederi intelligentes ipſos poſtea poſſe fieri diffinitores, & conſiliarios, aut prælatos, & ex eorum confeſsione poſſe occaſionẽ ſumere, vt ipſis ſuffragia in electionibus denegẽtur, cum autem hoc ſacramentum ſit Reipublicæ Chriſtianæ maximè neceſſarium, & natura ſua ſit duriſsimum, niſi diuina gratia molliatur, non debemus zelatores animarũ aliquam

b Cũ in eũ ctis §. fi. de elect.

c c. paſtora. §. quia vero de offi. delega. c. iudice. 3. q. 7. l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſidis

quam opinionẽ admittere, quæ ipſum durius reddat. Neque ordo charitatis partitur vt propter bonũ in temporalibus regimẽ malum in ſpiritualibus permittatur. Et ſic exiſtimo prælatos, & definitores, & conſiliarios minime peccare ſuffragiũ dando ijs, quos in foro pœnitentiali ſciunt eſſe indignos, nã licet Eccleſijs malè de miniſtris prouideatur, hæc tamen prouiſio mala nõn ita nocet Eccleſiæ vniuerſali, ſicut nocebit odiũ, quod ex negatione ſuffragiorũ propter dictam ſcientiã ad ſacramentũ pœnitentiæ aucupabitur. Et miror valde doctiſsimũ, & pijſsimũ Nauarrum ſacros Canones maximè zelantẽ contra Adrianum, & alios tenuiſſe dictos Prælatũ, & Diffinitores ſuffragiũ dantes illi, quẽ in foro pœnitentiali ſciunt indignum in ſuſpenſionis cenſuram prolilijſſe, cũ ſciẽter indignum elegerint, quæ pœna contra ſcienter eligentes indignũ ſecrete, & occulte etiam proponatur, *d* nã debuit conſiderare Summum Põtificem dicti iuris Legiſlatorem ſigilli confeſsionis maxime zelatorem contra eligentes ſcienter indignos ſcientia ſolum in confeſsione habita dictam pœnam minimè ſtatuere voluiſſe. Neque contrarium credẽdũ eſt de ipſius ſumma erga hoc ſacramentum Pœnitẽtiæ pietate. Et licet dicat Nauarrus, quod confeſſarius ex illo, quod in cõfeſsione audiuit ſcientiã humanam acquiſiuit, hoc vtique ego libenter concedo, ſed dico dictam ſcientiã in odium delinquẽtis, vt ei aliquid mali tẽporalis contingat, nõ debere retorqueri, cũ in fauorẽ ſuũ eius peccata cõfeſſario fuerint reuelata, quæ pœnitens reuelare minime tenebatur præuidens ipſum confeſſariũ ex tali reuelatione poſſe ſumere occaſionẽ, vt ei aliquid mali temporalis obueniret, quod ipſemet Nauarrus fatetur. Neque ego poſſum percipere, quomodo prælati, & definitores poſſunt iudicare ex confeſsione ſacramẽtali pręcedenti aliquẽ eſſe actualiter indignum, cũ dicat ſumma veritas apud Ioannem *e* quod duodecim horæ ſunt diei, & licet in prima hora quidam in peccato perſeuerauerint, ſicut perſeuerabant Iudæi, de quibus prima veritas loquebatur, in tertia tamen, aut ſexta, aut nona hora poſſunt, & debent credere ipſũ ad Deum fuiſſe conuerſum, & per conſequẽs eius indignitatẽ apud Deum, qui nouit corda hominum, & apud quẽ ſua peccata reuelauit fuiſſe purgatam. Et licet dicat prædicti patres, quod audierunt eius confeſsionem, & propter eius impœnitens cor abſolutionem ipſi negauiſſe. Adhoc ſi militer reſpõdeo, quod licet corã ipſis graui fuerit corde, apud alios tamẽ cõfeſſarios lumine ſupernaturali ſuperfuſus & diuina gratia emollitus gemitibus inenarrabilibus peccata ſua deploratuit, & miſericordiam implorauit diuinã. Ex his concludo, quod ego nõ condemnarẽ ad peccatũ mortale, neque ad pœnam ſuſpenſionis eligẽtes ſcienter indignũ, ſi talem indignitatẽ ex ſola confeſsione ſacramentali perceperunt, imo dico, quod minime cõſulerem prẽlatis & diffinitoribus, & conſiliarijs, vt tali ſciẽtia in electionibus vtantur propter rationes ſuperius allegatas, imo meos ipſos patres cõſcriptos propter Deũ optimũ maximũ deprecor & ſummis precibus obſecrare non deſino, ne tali ſcientia ad regimẽ religionis vtantur, nõ enim hoc ſacramentum inſtitutum eſt à Chriſto Dño, vt ex ſciẽtia acquiſita per ipſum regimen cõmunitatis inſtituatur, ſed vt animabus contagione peccati maculatis virtute ipſius medeatur & timeo ne ex vſu huiuſmodi ſcientiæ ad prouidenda ordinis officia maxima ſacrilegia quotidie committantur.

d In d.c. cũ inciũctis. §. fin.

e Ioan. c. 11.

ARTICVLVS. V.

Vtrũ repulſus à prælatione propter aliquod impedimentũ ægritudinis poſſit à prælatis, & diffinitoribus reeligi, antequam probetur ipſam ægritudinem ceſſare.

REſpõdeo dicendo, quod prẽſumitur, qui olim aliqua ægritudine laborauit etiã hodie ſit morboſus. Ita Gloſſa *a* quẽdã, quã ſequũtur cõmuniter Doctores, Ex quo inferunt, quod ſiquis repulſus fuit ab electione, quia verbi gratia eſt inhabilis propter infirmitatem, ſi tractu temporis ad aliam Eccleſiam eligatur, præſumitur adhuc eodem morbo laborare, niſi cõualeſcentia probetur, prout tradũt Barbatia, *b* Alexander, & Stephan' Bertrãdus. Aduertendũ tamẽ, hoc non procedere in quacunque infirmitate, ſed tãtũ in morbo naturaliter durabili, vt tenent Innocentius Cardinalis & Ancharranus, quos poſt antiquos ſequitur doctiſsimus Alciatus.

a Glo. in c. cũ inter de ele. vbi Doctor.
b Barb. in c. ſi. co. pen. d ſucc. ab int. Alexa. cõſi. io. col. 11. & ſeq. lib. 6. Bertrã. conſi. 48 expio feſſo. co. 9. n. 24. & 25.
c Innoc. & Cardi. in d. c. communit. Anch. 7. c. 11. c. 1. Alcia. reg. 2 præſump. 19.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Guardiani, & Priores electi per dictos patres sint statim confirmati.

REspondeo dicendo, quod Guardiani electi per prouincialem, & Diffinitores in Ordine Minorũ statim post electionem habent liberam potestatem in tẽporalibus, & spiritualibus in cõuẽtibus, in quibus sunt destinati, vt patet ex priuilegio Clementis IIII. in primo articulo huius quæstionis allegato, ex cuius argumento satis colligitur, ipsos statim confirmatos remanere, alioquin minime talẽ potestatẽ possent exercere, vt notum est in iure, *a* & Benedictus XIII. Pontificatus sui anno quarto nonis Martij conuentui B. Mariæ de la Cisla ordinis D. Hieronymi cõcessit. *Quod quãdocũque Prioratus eiusdẽ Monasterij vacauerit & aliquẽ Priorẽ rité eligi cõtigerit, electus ipse etiã ante electionis huiusmodi cõfirmationẽ regimẽ curã, & administrationẽ eiusdẽ monasterij in spiritualibus, & tẽporalibus exercere, necnõ de fructibus, redditibus, prouẽtibus, & obuẽtionibus vniuersis ipsius monasterij ordinare & disponere, prout veri Priores, qui pro tẽpore fuerũt (alienatione tamẽ bonorũ quorũlibet immobiliũ, & pretiosorũ mobiliũ eiusdẽ monasterij penitus interdicta) libere, & licite valeãt, dũmodo infra tẽpus legitimũ confirmatio electionis huiusmodi fiat.* Hoc priuilegiũ refertur in Cõpendio *b* Priuilegiorũ Diui Hieronymi. Quod iam omnibus ordinis monasterijs est communicatum per concessionem Pij IIII. expeditam à Pio Quinto, de qua in primo tomo fecimus mentionem.

Quando autem conuentualium Abbatũ ordinaria, vel extraordinaria electio illiusque confirmatio facienda sit in ordine Cistercienſi ex huius sacræ religionis diffinitionibus, & cõstitutionibus autoritate Apostolica factis constat, vt Collector *d* priuilegiorum huius congregationis ait.

a c. auaritia de elect. l. 6

b Tit. elect. prior. §. 1.

c In 1. tom. q. 53.

d Tit. elect. §. Secundo.

ARTICVLVS VII.

Vtrũ dispensatus ad duo beneficia possit eligi in Abbatẽ.

REspondeo dicẽdo, quod dispẽsatus ad duo beneficia est eligibilis in Abbatẽ, & valet eius electio, nã tunc dicitur quis ineligibilis, quando habet plures dignitates, personatus, vel beneficia curata tempore electionis, vt diffinit quædam Decretalis, *a* quæ loquitur de duabus Ecclesijs parochialibus, & est odiosa, & ideo non extendenda ad habentes alia beneficia ibidem non expressa argumento cuiusdam Decretalis, *b* in qua notat Cardinalis, quod non efficitur quis ineligibilis licet habeat plures præbendas, vel alia beneficia non curata, & ita consuluit Ancharranus. *c* Et confirmatur, nam Abbatia non venit appellatione dignitatis, vel beneficiorum, vt ait quædam Glossa, *d* quia in primo gradu collocatur, sicut Episcopus, & de Abbatijs pronunciatur in Consistorio Principis, sicut de Episcopatibus, vt asserit Lappus, *e* & Oldradus *f* ait de consuetudine seruari quod Abbates retinent beneficia prioratus vsque ad benedictionem, ergo electio de illis facta valet, & hoc vult dicere quidam Canon *g* diffiniens, si Abbas fuerit electus, & Abbatis loco permanere decreuerit, clericatus nullatenus permittatur habere militiam. Vnde religiosus obtinens duo beneficia non curata potuit eligi in Abbatem, & eius electio fuit valida, & per consequens cum sui superioris licentia potuit consentire electioni de se factæ, & per illum consensum præstitũ non vacant priora beneficia ante administrationem, & adeptam Abbatiæ pacificam possessionem: prout resoluit Rebuffus. *h*

a ca. dudum de elect.

b Clem. eũ iam dudum de præben. vbi Cardi. 3 opposit.

c Anchatra. cõsi. 59. co. 1

d Glo. inc. 2. de præb. l. 6

e Lapp. allegat. 74.

f Oldr. cõsi. 14. col. 2.

g c. presby 16. q. 1.

h Rebuf. ref ponsio. religiosus dispensatus

ARTI-

ARTICVLVS VIII.

Vtrum omnia monaſteria virorũ valorem duodecim flor. aur. cõmuni æſtimatione excedentia poſſint prouideri per electionem.

REſpondeo dicendo, quod hic articulus proponitur eo q̃ Iulius Papa III inter alias regulas Cancellariæ hanc propoſuit, in qua reſeruauit generaliter omnes Eccleſias Patriarchales, Prouinciales, Archiepiſcopales, necnõ omnia monaſteria virorum, valorem ducent. flor. aur. excedentia cõmuni æſtimatione, & voluit, quod exceſſus huiuſmodi in literis exprimatur. Circa quã regulam maximè fuit dubitatum, an deciſio hic poſita intelligatur de monaſterijs indiſtincte, an tantum de ſolitis commendari? & duæ diuerſæ opiniones referuntur. Prima, quod loquitur de monaſterijs indiſtincte, cum hæc regula vniuerſaliter loquatur; at contrariam opinionem veriorem exiſtimo, ſcilicet, quod loquatur de monaſterijs ſolitis commendari, & communis ſtylus totius orbis eſt, quod monaſteria non ſolita commendari non habentur pro reſeruatis, & Princeps, ſeu Papa non cẽſetur diſponere, ſeu reſcribere aliter, quam ſit conſuetum, prout dicitur in iure. *a* Inſuper regula ſupradicta quantum ad hoc erat deſtructiua infinitorum Canonum & contra iura, merito igitur in quantum fieri poteſt, eſt reſtringenda, & poteſt verificari in monaſterijs, vel deſtitutis prout loquitur Gloſſa *b* allegans ad hoc aliqua iura, vel de monaſterijs tranſlatis ad ſæculares, de quibus fit mentio in quadam Decretali, *c* vel de commendari ſolitis, & hæc monaſteria dicuntur monaſteria reſeruata, conſiſtorialia, quia de eis conſiſtorialiter prouideri ſolet per viam ſchedulæ, prout tradit Stephanus. *d* Si quis autem primæ opinioni inhærens, eadem voluerit monaſteria omnia, quæ cũq; ſint quæ tamen valorẽ ducẽtorum flor. aut. excedant, reſeruata eſſe, contra ia cõſuetudine, de qua, ſupra reſpõderi poterit, quod illa ex alia ratione vigeat, ab aliaque cauſa ortum habuerit, quæ forſitan eſt propter priuilegia conceſſa diuerſis religionum ordinibus, vt poſſint procedere ad electionẽ non obſtantibus quibuſcunque reſeruationibus, ac regulis Chancilleriæ Apoſtolicis, & reſeruatorijs editis, & pro tempore edendis, ſubquibuſcunque formis, &c. Superueniunt poſtea illæ generales reſeruationes, quas facile eſt concludere ſpecialia huiuſmodi priuilegia notoria non tollere. Generalis enim prouiſio non refertur ad ſpecialiter prouiſa vt eſt vulgatum in iure, *e* & quaſi in terminis noſtris, quod reſeruatio generalis non tollat ſpecialia priuilegia, concludit Geminianus *f* & ſecundum hãc opinionẽ ſequeretur, quod monaſteria excedentia valorem ducentorum flor. aur, ſiue ſolita commendari, ſiue non ſint conſiſtorialia, ſiue quibus ſpecialia priuilegia aduerſus reſeruatorias regulas conceſſa non fuerunt, reſeruata cenſentur, & ſub dicta regula cadunt, prout reſoluit Quintilianus Mandoſius. *g*

al. fin. C. de fideiuſſori. in fin.

b Gloſ. in c. olim, el. 1. de reſti. ſpoliat.

c capi. inter quatuor de religi. dom.

d Steph. in tract. vr ſignatura v. eſt rarus caſus fo. 165. a tergo in 1. impreſ.

e l. cohæred. §. qui patrẽ ff. de vulga. ſ. ſticus nutric. in prin. ff. de alimen. legat. f Gemi. cõſ. 30. quoad primũ dub. 1.

g Mand. de regu. Chancel. reg. 2. reſerua. q. 3.

ARTICVLVS. IX.

Quid ſi Papa aut Statutum mandat cõmunitati, vt eligat Prælatũ, cũ aliquibus cõſilio, ex quibus vnũ volũt eligere, an requiredũ ſit eius cõſilium:

REſpondeo dicendo, nõn eſſe neceſſarium requiri eius conſilium. Ita quædam Gloſſa, *a* quia conſentiendo poſtea electioni ſatis videtur præſtare conſilium, & ſi ante electionem conſentiret, caſſanda eſſet electio propter vitiũ ambitionis argumento eorum, quæ in iure *b* notantur, & licet Ioannes andreas dicat hoc eſſe probabile: attamẽ tutius, ait, eſſe requirere etiam huius conſilium, vt mãdati formæ ſatisfiat, quia eius conſilio forte eligent meliorem, ſufficit autem, prout ait Syluester, *c* quod conſilium petatur in genere, ſcilicet, de quo vos conſulitis, &c. Si vero petatur in ſpecie de perſona ſua debet reſpondere, aliorum conſilio relinquo: at ſecundum Hoſtienſem hoc eſſet ambitioſum, vnde poteſt cum bona conſtiẽtia dicere, nõ eligatis me, quia non ſum dignus, & ſic poteſt eligi, & ſi eligatur poterit conſentire, quod autem debeat illius requiri conſilium, ſaltem in genere communiter tenetur per Doctores, vt ait Panor. *d*

a Gloſ. in c. cum veteri. de elect.

b c. poſt petitã de ele.

c Sylu. v. cõſil. n. 10.

d Panor. in d. c. cum in veteri.

Dubium autem est, si Papa, aut statutum mandasset de consilio, & assensu, an possent eligere vnum eorum? Hostiensis ait, quod sic, quia satis est quod ex tribus electis duo consentiant, modo tertius non contemnatur, vt patet in arbitris & iudicibus simpliciter electis, in quibus valet sententia maioris patris, vt dicitur in iura, & Syluester addit, notat singulariter hoc dictum, quod vbi eliguntur simpliciter plures ad eligendum, vel consentiendum, vel aliquod officium extra iudicium, vel ad aliquod officium extra iudicium exercẽdum valet, quicquid facit maior pars, modo non cõtemnatur minor, id est, modo vocetur ad dictum consilium, & ad consentiendum secundum Panormitanum. Verum est tamẽ, quod si Papa, aut statutum mandet eligi prælatum cum consilio, & assensu cõcordi illorum trium, nullus eorum posset eligi secundum Hostiensem, & Panormitanum, quia nullus consentire potest in seipso, & idem esset, si mãdasset cum consilio, & assensu tertij, quia oportet eum ante electionem consentire, & tunc ambitionis vitio notaretur. Ex ijs infert Syluester, quod si statuto caueatur, ne mulier alienet sine consensu duorũ agnatorum, si alienet vni de consensu alterius, tenet alienatio, & statuto satis factum est, quia is, qui emit, videtur consentire & statuti formæ satisfacere, & idẽ est, si statuto caueatur, ne filius litiget sine consensu patris, & pater litigat cum eo. Vnde in religionibus, vbi electio prælatorum conuẽtualium fit de consilio, & assensu diffinitorum, si aliquis ex diffinitoribus in prælatum vult à diffinitorio eligi, cum necessario debeat consuli, & consentire, debet talis diffinitor egredi â diffinitorio, & postea electus sufficit, quod consentiat.

o Hostiẽs. in c. cũ veteri.

f cs. duo ex rribus. ff. de te iudicata.

g Pan. in d. c. cũ invete.

h Hostiẽ. & Pano. vbi s.

ARTICVLVS X.

Quidam pater grauis in quadam prouincia fuit vocatus ad diffinitorium cũ quinque alijs suffragatoribus ad quãdam electionem faciendã, quorum tres postquam fuerunt congregati in vnũ, ipsum Diffinitorem elegerunt, qui Diffinitor noluit suũ suffragiũ præstare etiam si adhoc fuit compulsus a suo prouinciali, dicebat enim se ex esse electores, & ipso renũciante suũ suffragiũ quinq; tantum remansisse, quorum tres erat maior pars, á quibus ipse erat electus, & sic petebat à prouinciali dictæ electionis cõfirmationẽ, quã noluit dare. Quæritur primo, an valuerit talis electio & an prouincialis eam teneatur cõfirmare? Secundo an dictus prouincialis cõpellendo ipsum ad suffragiũ præstandum, & nolendo cõfirmare eius electionem recte processerit, Tertio an dictus pater sine licẽtia superioris ad superiorem cõfugiens, per viã appellationis, aut simplicis querelæ apostata sit iudicandus prætendens, quod declaretur inualida secunda electio facta ab alijs electoribus, & prouinciali.

REspondeo dicẽdo, quod prima electio facta de querelante non valuit, & secũda facta ab ipso patre Prouinciali, & ab alijs canonica est iudicãda. Dictus enim Prouincialis secundum ius in omnibus processit, licet enim dictus pater ad superiorem appellauerit, eius tamen appellatio non fuit à patre Prouinciali acceptata quia friuola, iura enim prohibent appellationem friuolam acceptari, prout tradunt Ioannes Andræas, a Innocentius, & Hostiensis, & illa dicitur friuola appellatio, quæ sine legitima causa interponitur, vt quando quis appellat, vbi non est grauatus iniuste, & sic idem est dicere friuolam appellationem, quod vanam, & inanem & sine iusta causa interpositam, quæ nullum poterit fortiri iuris effectum, vt declarat Geminianus, b & intantum lex odio habuit huiusmodi friuolas appellationes, quod non solum introduxerit pœnas contra appellantes, verum etiam censetur fieri iniuria iudici, â quo, quando friuole

a And. Inno cẽ. & Host. inc. vt debitus d appel. post. Glo. in c. pastor. de offic. deleg.

b Gemin. in c. cũ appellationibus. colu. 2. vers. quæro quid importet de appel. li. 6.

appel

appellatur, ideoque poteſt iudex agere actione iniuriatum, vt ait quædam Gloſſa c ſingularis, quam ſequuntur Geminianus, & Felinus, aliam gloſſam expreſſam allegantes, propter quod dictus prouincialis non ſolũ bene functus eſt officio ſuo nõ acceptando dictam appellationem, imo poteſt conqueri de dicto fratre appellante, cum ab eo ſine cauſa appellauerit.

c Gloſ. in l. fin. glo. fin. quando pro uocare non eſt neceſſ. Gemin. vbi ſu. co. 2. Felin. in ca. 2. col. 1. de appella. glo. 2. in ca. ſiquis præpoſtera diſt. 50.

Et quod appellatio fuerit friuola probatur. Prouincialis enim ſecundum ius prodeſsit non acceptando renunciationem ſuffragij dicti patris, & ad aliam electionẽ procedendo poſt terminos datos dicto patri ad ſuffragandum, & quod pater Prouincialis recte proceſſerit non acceptando dicti ſuffragij renuntiationem. Probatur, quia dictus pater ſine iuſta cauſa non poterat renunciare, ſicut enim electores vocati ad electionem non poſſunt ſe excuſare ad non accedendum ſine iuſta cauſa, vt probat quædam Gloſſa d communiter recepta: ita prædictus pater præſentiam electioni non potuit ſuo ſuffragio renunciare, cum nulla iuſta cauſa ad id interuenerit. Neque obſtat, quod in iure e habetur, quod, ſcilicet, vnuſquiſque poteſt ſuo iuri renunciare, & ita potuit dictus pater renunciare iuri ſuo ſuffragium non præſtando, illud enim intelligitur, quando talis renunciatio ſolum fit in præiudicium ipſius renunciantis, non autem quando fit in præiudicium alterius, & boni communis prout in noſtro caſu contingit. Si enim vnuſquiſque ſine legitima cauſa, & propria authoritate poſsit iuri ſuo dandi ſuffragium renunciare, omnes in capitulo congregati poſſent hoc facere, & electiones impedirentur contra bonum commune, quod ſine electionibus in religionibus factis ſecundum ſtatuta regularia non poteſt conſeruari, & non potuit prouincialis non obligare prædictum patrem ad ſuffragandum, & eius viſa contumacia non potuit non ad aliam electionem procedere, dilationes enim in electionibus, præcipue poſtquam in vnum ſunt congregati vocales perniciosiſsimæ reputantur.

d Glo. in c. cum nobis olim in v. reuoca. de elect. lib. 6. el. ſi quis non cõſcribendo C. de pactis.

Ex quo infertur, quod potuit dictus prouincialis compellere hunc patrem ad ſuffragandum, & ſuffragij renunciationi minime annuere, imo dico, quod adhoc tenebatur, & ſi aliter faceret, ſuum non exequeretur munus, & vt delinquens in hoc poſſet per ſuos ſuperiores caſtigari, videretur enim fauere huic patri non iuridice procedenti.

Neque obſtat, quod allegatur ex parte ipſius patris, electionem, ſcilicet, pro ſe factam eſſe, cum tria ſuffragia habuerit, quæ eſt pars maior, renunciato enim ipſius ſuffragio tantum duo ſuffragatores remanebant. Nam reſpondeo minime ipſum ſuo ſuffragio renunciare potuiſſe, vt patet ex dictis.

Neque etiam obſtat, ſi dicatur, hanc eſſe electionem compromiſſariorum. Prouincia enim compromittit iuxta ſtatuta generalia in diffinitores adhæc, & alia peragenda qui ſecundum ius f poſſunt vnum ex ipſis eligere, in quo iure confirmatur electio facta ex tribus de ſeptem compromiſſarijs de vno ipſorum, ſi ille electioni conſentiat, quia ſcilicet, vt dicit Gloſſa ibi, tunc ſua perſona computatur inter eligentes. Adhoc enim reſpondeo, quod hic pater defecit ſcrutando ſcrutinio: ſi enim poſtquam tres pro ipſo ſuffragati ſunt, ipſe pro ſe etiam ſuffragaretur, electioni de ſe factæ conſentiendo eius electio neceſſario deberet à patre Prouinciale cõfirmari: hoc enim probat dictum ius, quod pro ipſo allegatur, & eſt communis ſententia Doctorum ſuper eo ſcribentium: at ipſe renunciauit iuri ſuo ſuffragandi, & per renunciationem electio de ſe facta non fuit perfecta, potuit enim pro alio ſuffragari. Nec valet dicere, quod renunciando ſuo ſuffragio, videtur virtualiter in ſeipſum conſentire, cum ex tali renunciatione electionem pro ſe factam procurauerit confirmari. Nam reſpondetur, quod renunciatio ſuffragij non eſt realiter in ſe ipſum conſentire, imo eſt realiter pro nemine ſuffragari, & ipſe tenebatur pro ſeipſo conſentire expreſſe ſuffragãdo, ſi volebat electionem pro ſe fieri, & ex ijs reſpondetur ad primum, & ſecundũ, quod propoſuimus decidendum.

f c. cũ in auctore extra de elect.

Ad tertium autem reſpondeo dicendo, quod ipſe pater ſine licentia prouincialis ad alium ſuperiorem accedens fugitiuus erit iudicandus iuxta ea, quæ diffiniuntur in Concilio Tridentino g ius antiquum confirmante.

g Con. Trid. ſeſ. 25. de regu. c. 4. c. ad noſtram de appella.

Neque obſtant tradita a Nauarro h dicente, quod frater grauatus à ſuo prælato

h Nau. in c. non dicatis

poteſt ſine eius licentia à monaſterio recedere, & ad ſuperiorem accedere, per viam appellationis, vel ſimplicis querelæ. Nam hæc doctrina intelligitur, quando ad ſuperiorem accedit propter immoderatam correctionem ipſius prælati prout tenet Baldus, *i* quem ipſemet Nauarrus allegat, ait enim quod Abbate nimis ſæuiente in monachos eis licet fugere de monaſterio, & hæc eadem referuntur à Nauarro K in ſuis conſilijs. Vnde non expedit ſubditis fugere à monaſterio prætextu qualis qualis grauaminis, ſed quando prælati nimis ſæuiunt in ipſos tyranni ce procedentes, & hoc voluit dicere Bañes l contrariam opinionem contra Nauarrum amplectens, dicens ſubditum fugientem à prælato ad ſuperiorem ratione alicuius grauaminis fugitiuum eſſe iudicandum. Non enim, vt dicitur in iure, *m* remedium appellationis ideo inuentum eſt, vt alicui à religionis, & Ordinis Obſeruantia exorbitandi debeat ſua nequitia patrocinium exhibere, & dictus pater non fuit grauatus à dicto Prouinciali, cum ipſe iuridice proceſſerit ad aliam electionem accedendo, & electionem ſecundam confirmando, & ſuam appellationem minime admittendo, vt ex dictis ſatis patet. Verum eſt tamen quod ab hoc peccato poſſumus, vt decet ipſum patrem liberare ſi ad ſuperiorem acceſsit ſecutus ſententiam Doctorum ſibi hoc eſſe licitum affirmantium propter alias facti circunſtantias quæ in caſu interuenerint: hoc colore enim ad ſuperiorem accedens non eſt tam graui pœna feriendus, præcipue ſi eſt perſona grauis de cuius religione animus fugiendi non poteſt ſuſpicari argumento eorum quæ in iure *n* notantur.

i Bald. in d. c. ad noſtrã.

K Nau. li. 2. conſtit. de appel. conſ. 4. n. 4.

l Bañes. 2. 2. q. 12. art. 2. p. 667.

md. c. ad noſtram.

n in d. c. ad noſtram de appellat.

ARTICVLVS XI.

Virum collegiũ poſsit cõſtitui in vno ad electionem alicuius prælati faciendam.

a l. Neratius ff. de verbo ſignifi. b c. 1. de electio.

REſpondeo dicendo, quod licet nullum collegium Eccleſiaſticum poſsit conſtitui in vno, quia de iure ciuili, *a* requiruntur ſaltem tres, de iure vero Canonico *b* requiruntur ſaltem duo, conſtitutum tamẽ ſemel in multis poteſt totum ius collegij venire ad vnum, & conſeruari in illo, vt eſt caſus expreſſus in iure, c & tenet Gloſſa ſolẽnis communiter recepta, & declarata per Panormitanum, adeo quidem, vt ſi omnes Cardinales exirent de cõclaui, poſtea quã ad eligendum Papam in eo conuenerunt excepto vno, ille ſolus poſſet eligere Papã, vt aſſerit Gloſſa d memorabilis, quam communiter receptam affirmat Martinus Laudunenſis, quẽ ſequitur Petrus à Biaxio. Verũ eſt tamẽ quod is vnus in quem reſidet ius collegij, nõ poſſet eligere ſe ipſum, vt dicitur in iure. e Vnde quando vocantur diſcreti ad capitulum ad electionẽ Generalis, aut Prouincialis poſito quod omnes exiſtentes in capitulo iudicentur inhabiles excepto vno, ius capituli adhũc ſolum deberet reuolui, qui tamen ſemetipſum eligere minime poſſet, quod ſi ius capituli ad duos eſſet deuolutum, poſſet aliquẽm extraneũ eligere in prælatũ, non tamen poſſent eligere alterũ de ipſis, quia maior pars cũ non ſit niſi duo non poterit vnus alteri eorum ſuffragari, quod requiritur ad valorẽ electionis iuxta ea, quæ in iure notatur. f Verum eſt tamen, quod ſi electio fuit per viam compromiſſi electus conſentiendo ſuæ electioni, videtur numertm ſuffragij augere argumento cuiuſdam Decretalis g

c l. ſicut. § ſi nal. ff. quod cuiuſcunq. vniuer. Glo. ine. gratum v. maiorem partem. de poſtula. præ lat. Pan. or. in c. 1. de elect.

d Gloſſ. in elem. ne Romani §. porro. v. omnes de elect. Laudunem. de Cardin. col. 22. Biax. de elect. 1. p. c. 2. n. 4.

e c. per tuas de iure patr.

f c. quia propter. de elect.

g ca. ſi compromiſſar. de elect. li. 6

ARTICVLVS XII.

Virum valeat electio facta ab vno nomine, ſeu vice omniũ cõpromiſſariorũ præſentibus, & cõſentientibus ipſis.

a Innoc. & DD. in c. in cau. de elect

REſpondeo dicẽdo, quod Innocẽtius, *a* & Doctores cõmuniter dicunt, quod non valet compromiſſum factum ab vno, ſeu vice omnium alijs præſentibus, & non contradicentibus, quia res, ratione cuius fuerunt creati cõpromiſſarij, cũ non ſit leuis, ſed magni momẽti debent ſigillatim omnes inquiri, & expreſſe conſentire, & Syluester *b* ait, hoc dictũ nota, & tenet in omni re ardua explicanda per vniuerſitatem quia in re oneroſa, & graui taciturnitas non habetur pro conſenſu, vt tenet Panormitanus *c* ex quibus ait Syluester poteſt ſumi ſingularis limitatio ad dictum

b Sylu. tit. elect. n. 15.

c Panor. in d. c. in cauſi

Innocen-

d Innoc. in cap. 1. de his quæ fiunt á maio. par.

Innocentij *d* notanter affirmantis, quod ſi in capitulo tractatur aliquod illicitum, & damnabile, tenentur illi neceſſario contradicere, alias habentur pro conſentientibus & ita inuoluuntur, & peccato, & pœna peccati cum alijs expreſſe conſentientibus, vt ſcilicet illud dictum procedat quoad obuiã dum peccato, ne ſub velamine taciturnitatis peccatum nutriatur, at non quoad validitatem actus. Ex quibus colligitur reſolutio ad id, quod in titulo quæſtionis fuit propoſitum decidendum, quod ſcilicet valet electio facta ab vno, ſeu vice omnium compromiſſariorũ præſentibus, & conſentientibus expreſſe in eo omnibus alijs compromiſſarijs, & ſic diffinitores, & patres Prouinciarum, & quiin religionibus ſunt conſtituti, vt compromiſſarij ad eligendum, poſſunt conſentire, vt vnus in nomine ipſorum electionem officij prouidendi, faciat, & electio ipſius vice omnium valida, & conſtans iudicabitur, etiam ſi eligat ſemet ipſum, dummodo talis officij ſit capax & dummodo ab alijs committatur ipſi, vt ſemetipſum poſsit nominare. Si enim ipſi talis facultas non eſt conceſſa, minime ſemetipſum primo, & immediate eligere poteſt, nemo enim ſecundum Apoſtolum *e* aſsumere debet ſibi honorem, id eſt, prælaturam: ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Pro quo aduerte, quod dupliciter quis prælaturam aſsumit, ſcilicet inchoatiuè ſe primo, & immediatè eligendo, & faciendo prælatum. Secundo completiuè ſcilicet cõſentiendo electioni de ſe factæ, vt in ſcrutinio, vel quaſi factæ, vt in compromiſſo, vt quando ſuum ſuffragium facit numerũ cum alijs ſuffragatoribus, prout dictum eſt ſupra in articulo decimo, & primum eſt illicitum, ſecundum vero minime, ſi conſentiat bono fine ſcilicet ad obediendum Spiritui Sancto, vel ad ſubueniendum Eccleſiæ, prout colligitur extraditis à Panormitano. *f*

e Ad Heb. 5. c.

f Panor. in c. cum in iure & §. ſequenti. de elect.

ARTICVLVS XIII.

Capitulũ cuiuſdã monaſterij per ſuos compromiſſarios elegit verbi gratia Franciſcum in prælatum, quam electionem noluit confirmare is, ad quem ſpectat, propterea pro parte capituli appellatum fuit ad Sedem Apoſtolicam. Quæritur, an debeãt conſtitui iudices compromiſſarij, qui de cauſa electionis huiuſmodi in partibus cognoſcant.

REſpondeo dicendo. Primo quod nõ debent neceſſario conſtitui iudices commiſſarij, ſiue delegati, qui de contentis in quæſtione in partibus cognoſcunt, tum quia nullo iure id cauetur, & quia ſacris Canonibus *a* conſtat, quod confirmator electionis non tenetur conſtituere commiſsarios, & delegatos ad decidendi quæſtionis cauſam, ſed quod poteſt per ſe illam decidere agendo per ſe, vel aliũ ad partium inſtantiam, vel ex ſuo officio acta neceſsaria, verum tamen deberet de honeſtate id facere conſtituendo ſcilicet, dictos commiſsarios, quia omnis iuriſdictio, & omne imperium iure pontificio ſunt delegabilia iuxta Gloſsam quandam communiter receptam, & iudex habens ius confirmandi, & infirmandi electionem poteſt, & debet cognoſcere de contentis in dubio perſe, vel per alium ad inſtantiam partium vel ex ſuo officio, tum quia poteſt, & debet ex officio procedere: & inquirere de ijs, quæ pertinent ad vtilitatem publicam, vt determinant Iura, *b* quæ ad hoc citant Bartolus, & Rippa cum alijs communiter, & conſtat hanc, de qua loquimur electionis confirmationem ad vtilitatem publicam ſpectare, tum quia expreſsè hoc determinat Innocentius. III. *c* cuius Gloſsa recepta ait ab eo determinari iudicem confirmationem electionis poſse ex officio etiã ea, quæ ſunt facti ſupplere. Et paulo inferius ait, quod etiam ſi nihil obijciatur electo ille, qui confirmat electionẽ debet inquirere de modo electionis, an ſit facta canonicè, & de perſona etiã electi, an ſit idonea, vt ſacri Canones *d* nos inſtruũt. Et idem Innocentius. III. in cauſa poſtulationis ſuppleuit, & Gloſſa ipſius ait, quod iudex poteſt ſupplere non ſolum ea, quæ ſunt iuris, ſed etiam ea, quæ ſunt facti, ſpectantia ad publicam vtilitatem, & ſic poterit Papa in hoc caſu ex ſuo officio per ſe, vel per ſuos Commiſſarios facere omnia, quæ opportuna fuerint ad ſciendam veritatem de perſona electi, & electorũ, & forma eli-

a c. nihil. ca. conſtitu. e. poſtpeti. de ele. c. vlt. de eodem tit.

b l. cõgruit ff. de cõſuet. præ. l. ſiquis hoc genus. C. de Epiſc. & cleri. Bar. to. in l. 5. §. hoc autem iudici. ff. de dãno infecto. oppoſ. 12. Vbi Rippa. & alij.

c Inno. in c. nobis de elect. vbi gloſ. verſi. ex officio.

d c. venera. de ele. cap. prius quam 28. diſt.

f cap. bonæ memoriæ de poſt. vbi glo. ver. curauimus alegat.

eligendi habita, & ſeruata per capitulum, & compromiſſarios eius. Vnde idem Innocentius, g III. alibi ait, quod iudex ſuperior ad quem appellatum eſt ſuper electionis cõfirmationem, poteſt, imo debet facere, quæ conueniunt, ne gregi diu deſit cura paſtoralis, & ſic poterit facere miniſter generalis, ſi ad eum fuerit appellatum, & per conſequens poteſt compellere capitulũ, & compromiſſarios eius, & notarios ad edenda ſibi omnia coram eis facta, quæ ad huius cauſæ iuſtam, & breuem expeditionem pertinent, nam etiam reus cogitur edere inſtrumenta ſuo fiſco actori ratione publicæ vtilitatis, vt notant Bartolus h & omnes, vt tenet Panormitanus, Felinus, & Nauarrus.

g ca. oblatæ de Appella.

h Bart. in l. ne quiſquã ff. de eden. Panor. in c. 1. de proba. vbi Feli. Nauar. li. 1. cõſ. 2.

Nec poſſunt excuſari ab editione præfata capitulum, & præfati compromiſſarij, & Notarij eorum, eo quod conuenirent, vt vota eorum manerent ſecreta. Nam reſpondetur, quod non licet ſuffragatoribus conuenire, vt electio maneat ſecreta, vt notat Panormitanus i cum pacto priuatorum iuri publico præiudicari non poſsit, vt dicitur in iure, K & ſic pacto ſuffragatorum nõ poterit fieri, vt maneat ſecretum, quod Reipublicæ intereſt, vt pandatur, tũ quia quoties natura rei probandæ eſt talis, quod nõ poteſt probari, niſi per paucas, & certas perſonas, illæ tenentur teſtificari, etiam ſi ſint priuilegiatæ ad non teſtificandum ſecundum Hoſtienſem l communiter receptum, & etiam ſi eſſent inhabiles ſecundum Antonium m de Butrio, & Imolam, quos ſequitur Decius, & probatur in iure. Cum ergo vota ſecreto præſtita coram compromiſſarijs, & Notario ſuapte natura ſint talia quæ non poſſunt aliter probari, quam per acta coram ipſis, poterunt compelli ad edenda illa, impoſsibile eſt enim ſcire, an compromiſſarij præfati ſeruauerint formam eligendi ſibi à capitulo commiſſam, niſi habita notitia de ſuffragijs, ſiue votis, quæ ſigillatim alij dederunt alijs, quorum ipſi tenebantur eligere illum, in quem maior pars capituli cõſentiret, quod an ſeruauerint, ſciri nõ poteſt, niſi facta fide de numero votorum, quæ fuerunt data illis, qui aliqua ſuffragia habuerunt.

i Panor. in c. Quia propter. ſ fin. de elect. Kc. ſi diligẽti de foro competen. l. ius publicũ ff. de pactis.

l. Hoſtien. in c. 1. de teſtib. cogen. m Butrius. & Immola in c. 3. loco de probat. Decius in c. 2. eodem tit. n 31. l. cõſenſ. C. de repudijs.

QVÆSTIO LIIII.

De electione Abbatiſſarum, & Prioriſſarum in ſeptem articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem ſeptem quæruntur.

1 *Vtrum electio Abbatiſſarum pertineat ad conuentum.*

2 *An clauſula de conſenſu medietatis conuentus requirat moniales collegialiter congregatas, an vt ſingulæ conſentiant.*

3 *An monialis corrupta poſsit eligi in Abbatiſſam.*

4 *Vtrum valeat electio monialium, quando ex ſexdecim nouem vni ſuffragauerunt & ſeptem alteri octies & dicẽte ſuperiore ſe non eſſe electurum niſi eam, quæ duas votorũ partes haberet, omnes ſimul vni ſuffragauerunt, quæ antea nullum habuerat votũ, & á ſuperiore fuit electa.*

5 *Vtrum Abbatiſſæ præſentatæ per patronum in ordine ſanctæ Claræ poſsint eſſe perpetuæ.*

6 *Vtrum collegium oblatarum teneatur eligere præſidentem triennalẽ*

7 *Vtrum electa Abbatiſſa ſtatim ſit confirmanda.*

ARTICVLVS I.

Vtrum electio Abbatiſſarum pertineat ad conuentum.

RESpondeo dicendo, quod Nicolaus V. ſtatuit, & ordinauit, quod electiones *Abbatiſſarum, ſeu matrum monialium, quæ á maiori parte earum numero duntaxat factæ fuerint, ſint, & cenſeatur canonicæ, ac quod ad ipſorum monaſterio-*

rum

rum ſeu domorum moniales, aut ſorores ordinem ipſum profeſſas, etiamque per triẽnium, vel circiter in prædictis monaſterijs moram traxerint, ſpectent, & pertineant. Ita habetur in Monumentis *a* ordinis, Et in ordine Ciſtercié ſi ſecundum ordinis ſtatuta eligendæ proponuntur, & ab ipſis monialibus eligũtur, ab ijſdemque ſuperioribus confirmantur. Ita habetur in Compendio *b* Ciſtercienſi, nec hoc à Concilio Tridentino *c* mutatur, præcipitur enim in eo, vt electiones monialiũ per vota ſecreta fiant ita, vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur, & quielectioni præeſt, Epiſcopus, ſiue alius ſuperior clauſtra monaſterij non ingrediatur: ſed ante cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat, vel accipiat, in reliquis ſeruentur ſingulorum ordinum vel monaſteriorum conſtitutiones. Ex quibus verbis ſatis conſtat quod electio Abbatiſſarum, & Prioriſſarum ad conuentum pertineat, ſiquidem iubetur vota ſingularum monialium adſumi. Et licet propter electionem à conuentu factam iurgia, & inquietudo maxima oriantur inter moniales & non habitent vnanimes in domo, voluerunt tamen Summi Pontifices, quod & concilium Tridentinum confirmauit, vt electio ſemper ad ipſas pertineret, licet pro electione Guardianorum, & Priorum aliter ſtatuerint, prout patet ex dictis in quæſtione ſuperiori, & hoc fœmineæ fragilitati compatientes, ipſæ enim moniales ſi à capitulis Generalibus, aut Prouincialibus ſuas Abbatiſſas, & prioriſſas haberent, nulla forte earum ipſis eſſet grata, & maiori inquietudini ſpirituali ſuccumberent. Ex quibus infertur, quod non debet dari noua prouiſio, & confirmatio moniali dicenti ſe eſſe electam à monialibus, niſi dicat ſe eſſe electam per maiorem partẽ conuẽtus, potuerunt enim duæ, vel tres moniales elegiſſe, & narratiua eſſet vera, iuxta quædam Iura *d* vulgaria, Vnde talis noua prouiſio, vel confirmatio illi conceditur addita clauſula, videlicet de conſenſu medietatis conuentus. Ita Quintilianus Mandoſius. *e*

a In 1. imp. fo. 48. & in 2. fol. 43. conce. 48.

b titu. Abbatiſſa. §. 1.

c Con. Tri. ſeſ. 25. de regu, c. 6. & 7

d l. vbi numerus ff. de teſtib. l. in ter illam in fine. ff. de verb. ſig. c. pluri. locutio. de reg. iur. li. 6.

e Mand. de ſignat. gra. ti. nouæ prouiſiones. fo. 58. p. 2. co. 1 ver. oratrici narranti.

ARTICVLVS II.

Prouidetur monaſterio monialium de perſona monialis illius, vel alterius monaſterij, & ſemper apponitur clauſula, ſcilicet de conſenſu medietatis conuentus, circa quã clauſulam quæritur, an conſenſus huius præſtari debeat collegialiter cõgregatis monialibus, an vero ſufficiat vt ſingulæ conſentiant.

REſpondeo dicendo, quod debent collegialiter congregati ad huiuſmodi conſenſum præſtandum, conſenſus enim hic ſpectat ad illas, tanquam ad corpus communitatis ſeu collegij, prout notant communiter Doctores *a* non autem ad ſingulas, vt ex iure *b* colligitur, & hanc diſtinctionem, an aliquid ſpectet ad plures tanquam corpus an tanquam ad ſingulos fecit Federicus *c* vnde Prouinciales, & Diſſinitores in religionibus, in quibus congregati aliqua prouident, & officiales inſtituunt non ſufficit, quod ſinguli ſua ſuffragia ad Prouincialem mittant, ſed debent in vnum congregari, non enim ipſi ſunt ſuffragatores, vt ſinguli ſeparati, ſed vt congregati vnum corpus communitatis efficientes.

Quod vero ad dictam clauſulam ſcilicet de conſenſu medietatis conuentus, dubitatur, quid ſi ſint centum moniales an ſufficiat conſenſus quinquaginta, an potius requiratur cõſenſus maioris partis? Et puto, quod ſufficiat medietatem conſentire, licet enim reſcripta, & aliæ diſpoſitiones declarationem à iure communi recipiant iuxta vulgaria *Iura d*, & tradit Baldus. Ius *è* autem quando ſumus in conſenſu præſtando per vniuerſitatem, ſeu collegium, vel corpus aliquod requirit, quod maior pars cõſentiat, hic tamẽ puto ſufficere medietatem monialiũ cõſentire, cum habeamus literã claram, quæ dicit de conſenſu medietatis, non autem de conſenſu maioris partis vel de conuentus conſenſu ſimpliciter, Vnde non indigemus Gloſſa, neque eſt locus alicui declarationi in claris enim nõ eſt opus coniecturis, vt dicunt Iura *f*, & notat Baldus; & ſicut regula illa, quod ſufficit

a l. & ſuum §. fin. & ibi DD. ff. de pactis.

b l. per fundum. ff. de ſerui. ruſti. præd.

c Feder. cõſ. 65. in fine ſcriptæquæ ſtionis in 4 dub.

d l. reſcripta l. neque damnoſam C. de præci. Imper. offer. l. ſi quã do in prin. C. de inoffi cioſ. teſt. ca. cauſ. quæ & reſcrip. Bal. in l. bonorũ C. qui admitti.

e l. quod maior pars. ff. ad municipa. f l. ille, aut ille, l. non eſt aliter ff. de legat. 3. Bal. in l. vnica §. ſi. autẽ ad deficien. C. de caducis tollend.

cit maior pars vniuerſitatis, ſeu collegij, fallit, quando de mente diſponentis conſtat, quod vult omniũ conſenſum iuxta tradita in Iure g & notata à Baldo; ita ſimiliter, cũ hic caueatur, quod medietas ſufficiat, maior pars minime deſideratur, vt tradit Quintilianus Mandoſius. b

g Cap. vbi periculum. §. ijdẽ quoque cardinales iuncta. gloſſ. in verſic. ſingulis. in fin. de elect. lib 6. Bal in c. non poteſt de re iudicata.

b Mand. de ſignat. grat. tit. reſignat. ſeu renunc. fol. 54. col. 1 a ca. ſiquis. omnem. §. nolumus. peccatricẽ. 1. q. 7. ca. iuuẽculas. & c finali cum ibi notat. 26 q. 1. glo. inc. quomodo verſ. eligat. 31. q. 1. gloſ in Clem. fin §. ſtatuimus ver. rationabilis. & ibi. Cardinalis. n. 4. & q. 10. & ſeq. de ſtatu mona. capell. Toloſ. deciſ. 295. Lapp. alleg. 61. poſt prin. & poſt n. 5.

ARTICVLVS III.

Vtrum monialis corrupta poſsit eligi in Abbatiſſam.

REſpondeo dicendo, quod monialis corrupta abſq; diſpenſatione nõ poteſt eſſe Abbatiſſa, vt Sacri Canones a diffiniũt, & tradũt Doctores, & capella Toloſana, & Lappus, & cum hac moniali in hoc caſu ſolus Papa poteſt diſpenſare, prout alios allegans reſoluit Quintilianus b Mandoſius addens quod diſpenſatio huiuſmodi non cõceditur niſi pro magna cauſa, & in confirmationem huius ſententiæ aliqua allegat, ideo autem ordinatur, vt Abbatiſſa ſit virgo, quia aliter nõ poſſet eſſe hortatrix virginitatis, quæ ratio militat etiam in viduis, quæ poſt viduitatẽ aliquã profeſſæ ſunt religionem, vt aduerti Gloſſa c communiter recepta.

a c. indemnitatibus 6. 6. de elect. li. 6.

b Mand. de ſignat. grat. tit. diſpenſatio pro corrupt. ad Abbatiſſatum.

c Gloſſ. inc. quo modo verſ. eligãt. 31. q. 1.

ARTICVLVS IIII.

Ex ſex decim monialibus habentibus votum in electione Abbatiſſæ nouem ſuffragatæ ſunt vni, & ſeptẽ alteri & ſuperior, qui aderat, volebat, vt duæ partes ſuffragãtiũ conuenirent in vna, & fecit eas octies facere electionem ſperãs, quod aliquæ ex ſuffragantibus vni, alteri accederent, quo duas partes haberet, & cũ noluiſſent illæ ſua ſuffragia mutare, minatus eſt eis, quod niſi duæ partes conſentirent in vnã, ille eſſet vocaturus aliam monialem alterius monaſterij, quo metu compulſæ omnes conuenerunt in vnam tertiam, quæ nullum ante a ſuffragium habuerat, quæ confirmata à ſuperiori rexit multo tempore monaſterium ſed nondum triennio Quæritur, an electæ primo à nouem, quæ maiorẽ partem capituli cẽſtituebant, ſit ali quod ius repetendi Abbatiam?

REſpondeo dicẽdo, non poſſe negari præfatum ſuperiorem peccaſſe nolendo acceptare electã à maiori partę præſertim cum toties eligeretur ab illa iuxta ea, quæ in Iure notantur, a imo & cogẽdo eas de vocando aliam, niſi conuenirent duæ partes, ſuum peccatum aggrauauit, & probabiliter teneri poteſt præfatã electionem poſteriorem fuiſſe nullam c cũ electio facta metu nulla cenſeatur, prout ſupra iã eſt declaratum.

Neq; obſtat, quod monialis primo electa nouẽ ſuffragijs ceſſerit iuri ſuo illi per electionẽ quæſito. Nã ſicut electio fuit nulla, quia metu facta, etiã eadẽ ratione debet dici propter eundem metum ceſsionẽ nullam fuiſſe, verum eſt tamen, quod in foro exteriori difficile obtinebit, ſi ipſa nõ appellauit â mandato ſuperioris, & ſi ipſa fuit rogata, vt deſiſteret à ſuo iure, & quod potius fuit rogata, quam metu territa, & ſi ſecundo electa magno tempore manſit in poſſeſsione pacifica, & habita pro bona, & iuridica ab ipſamet primo electa, prout aduertit Nauarrus b dicẽs in foro conſcientiæ, ſecundo electã in Abbatiſſam titulum verum Abbatiſſatus minime abtinuiſſe cũ metus reuerentialis patris in foro conſcientiæ efficiat profeſsionẽ religionis filij nullam, vt colligitur ex quadam Decretali c iuncta Gloſſa ibi communiter recepta.

b Nau. li. 3. conſ. 11. de elect. conſ. 5

c text. iuncta gloſ. verſic. parrũ in c. præſens. 20. q. 1.

ARTICVLVS V.

Papa ercauit ius patronatus ſuper quodam monialium monaſterio in fauorẽ Frãciſci, qui per ſeptuaginta annos præſentauit Abbatiſſã, & inſtitutio fuit perpetua, nunc vero iterum & iterum præſentãte patrono, & tam ipſo, quam monaſterio

rio inſtitutionem perpetuam deſiderante, inſurgunt aliqui dicentes inſtitutionem debere eſſe triennalem quia ſic apud religionem Sãctæ Clarę receptum eſt, vt dictum eſt in primo articulo. Quæritur vtrum debeat eſſe perpetua, an triennalis?

REſpondeo dicendo quod patrono, & monaſterio volentibus vt Abbatiſſa præfata per patronũ prę ſentata cõfirmetur pro perpetua ſiue triennalis tẽporis præfinitione clarum & manifeſtum ius eis poſſeſſorij competere, quia ab annis ſeptuaginta ſunt, vt præſupponitur in hac poſſeſſione, quod ſufficit iuxta cuiuſdã Gloſſæ a Doctrinam, & ita nullatenus permittere debent, vt agatur, & litigetur ſuper petitorio, & proprietate iuris, donec poſſeſſorium finiatur, & reponatur in pacifica, & tranquilla poſſeſſione iuris præſentandi, & prætendendi confirmationem perpetuam, prout tenet Nauarrus b & licet prædictus Patronus non fuerit in poſſeſſione præſentandi ab hinc ſeptuaginta annis, habet tamen ius præſentandi prædicto modo, ita, vt ſic præſentata remaneat perpetua Abbatiſſa, & non per ſolum triennũ, nam in cauſa proprietatis, & petitorij ius eſt præfato patrono, & monaſterio iure communi attento, tum quia parsaduerſa cognoſcit iure ſpeciali Pontificis Maximi competere dicto patrono ius præſentandi prædictam Abbatiſſam, & conſtat iure communi Abbatum, & Abbatiſſarũ, & aliorum prælatorum, & prælatarum, & omnium aliorum beneficiorum inſtitutiones præſentationes ad dignitates, & beneficia debere eſſe perpetuas: ita quod ſine culpa graui non poſſint ab eis deponi iuxta cuiuſdam Canonis c diffinitionem. Vnde Bulla Gregorij XIII. & Syxti V. diffinientes Abbates, & Abbatiſſas, & Guardianos debere eſſe triennales, & non perpetuas, debent explicari de Abbatibus, & Abbatiſsis, creatis per electionem non autẽ de Abbatibus, & Abbatiſsis creatis per prę ſentationem, præcipuè ſi patrono, & monaſterio, eſt acquiſitum ius præſentandi Abbates, & Abbatiſſas perpetuas. Prętereà iure antiquo inſtitutio, & confirmatio erat perpetua, & per conſequens in caſu proprio debet etiam eſſe perpetua. Nã reditio ad ius priſtinum, & antiquum eſt fauorabilis, vt dicunt iura dilatata per Iaſonem d & Felinum, & per conſequens hæc præſentatio faueri debet.

Neq; obſtant verba generalia dictarũ cõſtitutionũ dicentium, quod Abbatiſſæ quorumcumq; monaſteriorum curæ commiſſarum ad ſummum triennales ſint, & verba ipſarum conſtitutionum, ibi non obſtantibus dicti ordinis Minorum iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis, vel conſuetudinibus, dictæ enim clauſulæ generales non extendetur ad monaſteria, ex quorum fundatione habentes ius patronatus ſolebant Abbatiſſas perpetuas præſentare, cum ex fundatione ipſi Patroni, & monaſteria ius patronatus quæſitum haberent, & nunquã Papa per clauſulas Generales iuri quæſito præſumatur præiudicare, prout in primo tomo e latè dictum eſt.

ARTICVLVS VI.

Vtrũ collegium oblatarum teneatur eligere Præſidentem triẽnalẽ, an poſsit eligi perpetua ſicut antiquitus eligebatur.

REſpondeo dicendo, quod licet Summi Pontifices ordinauerint, vt Abbatiſſæ ſint triennales, prout in articulo ſuperiori ſatis dictum eſt, ipſæ tamẽ conſtitutiones non habent locum, niſi in monialibus verè religioſis tria vota eſſentialia ſecundum regulam à ſede Apoſtolica approbatam profitentibus. Et probatur nam Gregorius XIII. vir erat Canonum peritiſſimus & licet in ſua conſtitutione multas moniales diuerſorum ordinũ expreſsiſſet, nullas tamen expreſsit earum, quæ licet collegialiter viuant, non ſunt religioſæ, cũ regulam approbatã à Sede Apoſtolica minimè ſunt profeſſę, cuiuſmodi ſunt oblatę.

Et confirmatur. Nam conſtitutio canonica ſtatuens aliqua noua, & à Iure cõmuni exorbitãtia de Sanctimonialibus, & fœminis religioſis, ſolum eſt intelligenda de veris religioſis, & non de alijs quantumcunque religioſe & collegialiter viuant, niſi expreſſe ad illas ſe extendat, vt eſt caſus notabilis, & memorabilis in Iure. a At Gre-

a Gloſ. in Clem. 1. de cauſ. poſſe.

b Nau. li. 2. conſ. tit. de cauſa poſſe. & proprie.

c c. ſatis per uerſum 56. diſt.

d c. ab exordio. 35. diſ. l. ſi vnius §. pactus ne petetet. ff. de pactis vbi Iaſon Felin. in in c. cũ omnes de cõſtitutio.

e 1. como q. 6.

a ca. indemnitatibus § pen. de cle.

Gregorius XIII. tulit legem de electione Abbatiſſarum, & præpoſitarum normam, & diſciplinam regularem ſeruantium, & non extendit ad alias expreſſè, ergo non eſt intelligendus de illis.

ARTICVLVS VII.
Vtrum electa Abbatiſſa ſtatim ſit confirmanda.

a Trid. ſeſſ. 25. de regu. c. 7.

RESPONDEO dicendo, quod ſicut hodie iuxta formam Cõcilij Tridentini *a* electio Abbatiſſarũ, aut Prioriſſarũ fit per ſcrutinium: ita olim erat ſtatutum, vt ea per ſcrutinium celebraretur, & ſic facta nihil poteſt opponi, quod confirmationem electæ, aut benedictionem differat. Si tamen illa ex tribus partibus duas partes conuentus pro ſe habuerit. Verum tamen eſt, quod poſtquam confirmata & benedicta fuerit, poſſeſsionemque adminiſtrationis ſuæ adepta fuerit, poterit accuſari, aut denunciari, vt dignitate priuetur, atque maiori quidem parte, ſed non tamen duas ex tribus partes explente celebrata fuerit electio, non prius confirmanda erit, quam ſuperior Prælatus ex officio ſuper obiectis plenè ſine ſtrepitu, & figura Iudicij inquiſierit, qui Prælatus poterit, ſi res exigat, electionem irritare. Sed interim tamen quod non irritauerit in ſpiritualibus, & temporalibus libere poterit adminiſtrare. Sic tamen vt rerum monaſterij nihil omnino alienet, neque villam inter moniales quoquo modo recipiat iuxta quandam Decretalem. *b* Qua propter ſi cupiant moniales talem electionem celebrare, in quam duæ partes conſentiant, ne ipſius confirmatio propter obiecta differri poſsit, poterunt quidem quãuis iam publicato ſcrutinio & electione celebrata illæ, quæ alteri eligẽdæ ſuffragatę fuerunt, priuſquam ad extraneos actus diuertant, illi accedere, quæ à maiori parte optata fuerit, vt ſic duas partes collegij ex tribus colligant iuxta dictam Decretalem,

b ca. indemnitatibus, § porro de ele. l. 6.

Quod ſi ad electionem monialium ex compromiſſo ventum fuerit, quamuis minor pars conuentus ei ſe opponat, denunciando, accuſando, vel appellando, non tamen differtur confirmatio, aut benedictio, ſed poſt confirmationem & poſſeſsionem ſi tributam licebit electam accuſare, aut denunciare, quemadmodum ſupra docuimus cum per ſcrutiniũ à duabus partibus fuerit celebrata electio. Si autẽ maior pars conuentus huiuſmodi electioni ex compromiſſo factæ oppoſuerit, aut appellauerit, differtur quidem confirmatio, aut infirmatio, quandiu fuerit cognitum, interim tamen electæ liberè miniſtrare conceditur, niſi opponentium numerus extiterit duplo maior, nam tunc electa nequaquam adminiſtrabit, ſed litis euentum exoptabit, prout Marcus Antonius Cuqus *c* vt receptum affirmauit & probat decretalis ſuperius allegata.

c Cuqus li. 4. maiorũ inſtitu. tit 1. de ele. & nu. 291. & ſeq. ad nu. 298.

QVÆSTIO LV.
De obligatione acceptandi prælationes in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vtrum electus teneatur electionem de ſe factam acceptare.*

2 *Vtrum religioſi electi ad aliquam prælationem extra ordinem ſuum poſsint aſſentiri tali electioni.*

ARTICVLVS I.
Vtrum electus teneatur electionem de ſe factam acceptare.

RESPONDEO dicendo, quod Geminianus *a* refert Archidiaconum tenentem, quod tenetur cõſentire ſubditus electioni de ſe factæ, aliàs peccaret mortaliter, ſi putet ſe dignum ad prælaturam argumento cuiuſdam Canonis *b* quod Ioannes Andræas putat verum, quando non eſt æque idoneus, per quem poſsit illi monaſterio conſuli. Richardus *c* autem dicit, quod in tribus caſibus tenetur conſentire, ſub pæna peccati mortalis. Primo quando à ſuperiori per obedientiam cogitur argumento cuiuſdam Decretalis *d*. Secundo, quando ſecundum iudicium ſuæ conſcientiæ videtur ſibi veriſimiliter, quod non eſt, qui velit, & poſsit ſalutem animarũ procurare, quam ipſe poſſet, & ex hoc videt probabiliter monaſterio notabile imminere diſpendium,

a Gemi. in ca. fi. elect. de electio. li. 6.

b c. in ſcripturis. 8. q 1.

c Richard. quo l. b. 3. q. 21.

d ca. niſi cũ priuilegium de regula.

dium,& periculũ niſi conſentiat iuxta Sacros Canones e, Tertio,quando per viam illicitam refugit,puta abſcondendo ſe,niſi ex ſpeciali Spiritus Sancti inſtinctu. Si autem neq; per obedientiam cogitur, nec imminet probabile periculum monaſterio,ſi refugit per viam licitam propter pigritiam,peccat venialiter, ſi autem propter humilitatem reputans ſe indignum meretur, prout concludit Diuus Thomas f qui ait,quod qui electus eſt canonice,ſi intendit aliquid temporale,puta honorem, diuitias,& excutere ſe à iugo religionis, & huiuſmodi melius faceret diſſentiendo,cũ eius intentio ſit praua,ſed ſi intendit profectum Eccleſiæ,eius intentio eſt bona. Vnde dicit Diuus Auguſtinus g quod in actione non eſt amandus honor,in hac vita,ſiue potentia,ſed opus ipſum ſi recte atque viriliter fit, vt valeat ad ſubditorum ſalutem & hoc ſubdit,ait, illud Diui Pauli h. Siquis Epiſcopatum deſiderat,bonum opus deſiderat,ſed ad hoc requiritur maxima idoneitas,quia ſecundum Diuum Gregorium in paſtoralibus tantum actionem populi debet actio tranſcendere præſulis quantum diſtare ſolet à grege vita paſtoris,ad quod humana fragilitas ſecundum proprias vires non ſufficit iuxta illud Pauli i & ad hæc quis tam idoneus? ſed tamen ex auxilio gratiæ diuinæ homines idonei,& ſufficientes redduntur,ſicut poſt modũ ibidem ſubdit Paulus,Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti Poteſt ergo quis laudabiliter conſiderans proprium defectum ex humilitate officiũ Prælationis recuſare,ſicut Ieremias l dixit.Puer ego ſum,ecce neſcio loqui.Poteſt etiam laudabiliter conſentire ex charitate fraternæ,vt ſalutem proximorum procuret,ſicut Iſaias m dixit,Ecce ego mitte me Sed ſicut Diuus Gregorius dixit in Paſtoralibus,in vtroq; & ſubtiliter intuendum, quia & is,qui recuſauit,plene non reſtitit & is,qui mitti voluit,ante ſe per altaris calculum purgatum vidit,ne aut non purgatus adire quiſque ſacra myſteria audeat,aut quem ſuperna gratia elegit, ſub humilitatis ſpecie ſupernæ diſpoſitioni contradicat, quia ergo valde difficile eſt purgatum ſe quemlibet poſſe cognoſcere Prælationis officiũ potius declinatur,non tamẽ pertinaciter cum ad ſuſcipiendũ hoc ſupernavoluntas agnoſcitur.Hæc D.Gregorius.

e d.e.in ſcripturis &c. olim.8.q.2.

f D.Thom. quolib.5.arti.22.& art. 23.

g Auguſt.li. 19.de ciuit. Dei.

h1.ad Timo 3.c.

i 2. Corint. 3.c.

l Hiere.1.c.

m Iſai.c.

ARTICVLVS II.

Vtrum religioſi electi ad aliquam Prælatiam extra ordinem ſuum poſſint aſſentiri tali electioni.

REſpõdeo dicẽdo,quod electionibus poſtulationibus prouiſionibus, & vocationibus ex ordine Mendicãtiũ quocunq; ad aliquã extra adminiſtratione ſui ordinis Prælaturã in diſcordiã factã nullũ ius electo quæri voluit Bonifacius a VIII,neq; poſſe electũ poſtulatum, vel prouiſum alioue modo vocatũ tali vocationi conſentire etiã miniſtri,aut magiſtri,vel Prioris accedente licẽtia,vel cõſenſu.Alij vero nõ Mẽdicãtes,cuiuſcũque cõditionis,vel ſtatus ſint vocationibus ad prælationes quaſlibet ad ſe factas à minori parte numero aſſentire prohibẽtur,taleſq; vocationes valere. Quã Bonifacij conſtitutionem de diſcordia,& numero inferiori, quæ in facto nõ infictione,vel iuris effectũ verſatur intelligendã eſſe Clemẽs b V.declarauit:quare nihil proderit huiuſmodi mẽdicãti electo,& ſi illos,qui electioni,vel alij vocationi reſtiterunt excõmunicatos, ſuſpenſos,irregulares vel poteſtate eligẽdi ea vice priuatos probe perſuadẽs ſibi concordibus ſuffragijs ſe petitũ eſſe eo,quia illorũ aduerſantiũ voces in dignitate ſua eo in loco haberi debeãt,acſi omnino ex collegio nõ eſſent,hæc enim fictio quanuis illorũ iuri nõ repugnãs repudiatur, & ſolũ factũ merũ attẽditur quia etiã dictum fuit, quod ſi Epiſcopus quiſpiam ex ipſis Mendicantibus ad aliuꝫ Epiſcopatum,vel Archiepiſcopatũ eligeretur eadẽ conſtitutione Bonifacij ſeruata electione fieri oporteret,cũ non poſſet ex non Mendicantibus ordinẽ dici quanuis ad Epiſcopalem dignitatem ſit aſſumptus iuxta quãdam Gloſſam c quam Doctores ſequuntur.

Itẽ nõnulli ſcripſerunt alios nõ Mẽdicantes religioſos prædicta cõſtitutione Bonifacij prohibẽte ad Prælaturas admitti,vbi à minori parte ſunt electi arceri nõ ſolum ſi ad extraneas præfecturas,ſed & ſi illæ proprij ordinis præfecturæ eſſent iuxta quandã Gloſſam d quanuis multi alterius ſentẽtiæ fuiſſe videantur, nẽpe Ancharranus e Ioannes Monachus,Oldradus,& Decius. Sed longe probabilior eſt cõtraria opinio, quæ

a c. quorundã de elect. li.6.

b Clemens c.quo circa. eodem. tit.

c gloſ.in.d. ca,quorundã verſ.mẽdicantium. vbi addit& DD.

d gloſ.in. d. Clementi. Quo circa. ver. quilib.

e Ancharr. & Monach in d c.quorundam Oldrad. conſ. 101.in cap. quæſtio.eſt Decius cõſ. 523.col.1.

quæ probatur ex verbis generalibus in dicta cõſtitutione poſitis, neq; enim ſine myſterio cum prius de Médicantibus loquere tur, diſtinxit inter præfecturas ſui ordinis, ſed loquens de alijs non mendicantibus nõ ſolum non diſtinxit Bonifacius, ſed & verbo generali vſus eſt, quod vtroſque cõplecti ex recta proprietate loquendi poteſt, prout aduertit Marcus Antonius Cuqus. *f*

f Cuqus li. 4 mai. iuſti ti. de electi. n. 264.

Aduertẽdum autẽ, quod ſi religioſus electioni de ſe factæ ad prælaturam extra ſuũ monaſterium, vel Eccleſiã nõ petita, & obtenta licẽtia conſenſerit, cõſenſus nõ valet, & electio ipſa viribus euacuatur, huiuſmodi autẽ licentiam dare poſſunt religioſorũ Prælati verbis generalibus in dicta conſtitutione poſitis, prout in iure diffinitur *g* nullus enim monachorũ ſeu regulariũ perſonarum ad quamcumque dignitatẽ, ſeu officium extra clauſtra abſq; generalis reformatoris licentia, ſeu ſedis Apoſtolicæ electioni ſeu prouiſioni de ſe factæ conſentire neque ad aliam admitti poteſt, & ſiquid ſecus factũ fuerit irritũ ſit, & inane, prout conceſsit Alexander. III. fratribus minoribus, vt continetur in monumentis *h* ordinum prohibens, vt *nulli Fratres ordinis Minorũ ſi eos in Epiſcopos eligi, & poſtulari contigerit, electioni ſeu poſtulationi deſe factæ audeant cõſentire, neq; aliquis Archiepiſcopus, ſeu quicumque alius Prælatus, vel Legatus ſedis Apoſtolicæ, niſi fuerit Cardinalis dictos fratres niſi de licentia, & aſſenſu Generalis, & Prouincialium miniſtrorũ, aut ſedis Apoſtolicæ ſpeciali mandato ad Epiſcopatum, vel alias dignitates aſſumere, vel ordinare præſumant, & decreuit irritum, & inane, quidquid ſecus á quocumque contigerit attentari.*

g c. ſi relig. de ele. li. 6.

h in 1. impr. fo. 23. & in 2 fo. 25. cõce. 13

Proquo aduerte, quod per conceſsionem Eugenij IIII. *i* factam cõgregationi montis Oliueti ex *S.* Iuſtina, ideo in virtute obedientiæ, & ſub maledictionis æternę pœna inhibetur religioſis, & quod electus niſi intra tres dies deſtiterit, excõmunicationis ſententiã ipſo facto incurrat, à qua niſi prę uia ſatisfactione debita abſolui non poſsit.

I Habetur in compen. Ciſtercienſi ti. ele. §. 3.

Notandum ſecũdo, quod ſi ſuperior iuſtã cauſam dedit, quare nolit dare prædictã licẽtiã, videtur dicẽdũ nõ poſſe cõpelli, quia ad hoc fuit cõceſsũ hoc priuilegiũ prohibitorium acceptandi, quod ita debet intelligi vt aliquid contra ius commune operetur, prout tradit Collector K cõpẽdij Ciſtercien ſis. At mihi contrarium videtur aſſerendũ prout in ſimili tenet quædã Gloſſa *l* præcipue ſi ad dictam Prælatiam extra ordinem pro bono publico religioſus eligatur, & in proprijs terminis hanc opinionem alia Gloſſa *m* amplectitur.

K Collect. in d. cõpen. §. 3.

l Gloſ. in c. nullus v. feratur de iure Patrona.

Neque obſtat, quod tũc priuilegiũ nihil operabitur, nam reſpõdetur iuxta ea, quæ in Primo *n* tomo late diximus, quod ſcilicet priuilegia ſatis eſt, vt aliquid operẽtur, quod magis timeantur, & quod ratione pœnarum in ipſis appoſitarum ius commune magis ſeruetur, vt contingit in priuilegio hic appoſito, in quo pœna excommunicationis apponitur, & eodem modo puto explicandum priuilegium conceſsũ à Gregorio XIII. *S*uperioribus Societatis, prout in eodem huius religionis Compendio *o* continetur, *conceſſit enim, ne perſonæ ſocietatis ad aliquod aliud exercitiũ munus, vel officium etiã Sãctæ Inquiſitionis, etiã in aliorũ defectum à quocumq; quauis Eccleſiaſtica, vel ſeculari dignitate, ſeu autoritate fulgente, etiã ſi Cardinalis, vel Patriarcha Synodus, cõmunitas ad capitulum fuerit abſque expreſſo ſui ſuperioris cõſenſu, & mandato adigi, vel cogi poſſint.*

m Gloſ. in c. ſi religioſus verſ. obtenta. de electiõn. l. 6. n 1. tomo q. 12.

o Compen. Societ. ver. exempt. 3.

Aduertendũ deniq;, quod prædicti Prælati non poſſunt concedere licentiam pro futura electione, quam fieri contingeret, vt in quadam Clementina *p* determinatur & tenet Syluester.

p Clemen. cumconcc. de ele. Syl. ele. 1. n. 20.

QVÆSTIO LVI.

De pœnis eorum, qui per ambitionẽ eligi procurant, intres articulos diuiſa.

Circa quã quæſtionẽ tria quæruntur.

1 *In quas pœnas incidant ſubornantes in electionibus regularium.*

2 *Vtrum*

2 *Vtrum procurantes officia per personas extra ordinem aliquam pœnam incurrant.*
3 *An scribentes aut recipientes dictas literas incidant in pœnam.*

ARTICVLVS I.

In quas pœnas incidunt subornantes in electionibus regularium.

REspondeo dicendo, quod Pius Quintus in bulla, quæ incipit, pastoralis officij data Rom. apud sanctũ Petrũ die vigesima octaua Maij anno Dñi millesimo quingẽtesimo quinquagesimo primo Pontificatus eius eodẽ anno sexto inter alia ordinauit, *vt qui in electionibus, vel ante eas per sex mẽses prose, vel pro alio sub ornauerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, á qua nisi a Romano Pontifice pro tempore existenti, præterquã in mortis articulo absolui non possit, ac voce actiua, & passiua perpetuo careat, subornatus vero vel alius etiã, pro quo subornatio fiat, qui subornantem nõ detulerit, eandem pœnam incurrere censeatur.*

At Gregorius XIII. in Bulla, quæ incipit, consueuit Romanus Pontifex data Romæ apud D. Marcum die octaua Septembris anno Domini millesimo, quingentesimo, septuagesimo tertio Pontificatus sui anno primo, supra dictam concessionem Pij Quinti in duobus moderauit. Primo quod etiam minister generalis, & commissarius Generalis, quando de ipsis non est subornatum possint absoluere ab hac excommunicatione, secundo quod qui subornatus, vel alius, pro quo subornatio sit, qui subornantem non detulerit, in dictam excommunicationem non incidat.

Circa quas constitutiones primo est notandum quod subornatio est suasio, qua suadetur verum, vel falsum in bonum, vel in malum finem, vt tradit Cardinalis *a* & constat ex significatione verbi, & ea firmissima ratione, quod illa, in qua suadetur verum in bonum finem, est bona, illa vero, in qua suadetur falsum, vel verum in malũ finem est mala, siquidem admonere testes, vt reminiscantur, quid, aut quomodo illa facta, vel dicta fuerunt, vt vera testentur vel falsa, taceãt, vel dicant esse falsa, bonũ est, & quotidie de virisiustis iuste litigantibus fieri consueuit, admonere autem contrarium est malum iuxta ea, que in iure *b* notantur. Suadere itaque electoribus virtutes veras, quibus eligendi ornantur, & vitia vera, & nota, quibus notantur, vt dignus indigno, & dignior minus digno præferatur, est sanctum, & è contrario suadere virtutes falsas, & dissuadere vitia nota, quo indignus digno, & minus dignus digniori præferatur, est malum argumento cuiusdam Decretalis *c* tum quia interest reipublicæ, vt digniores ad publica munera eligantur, vt dicitur in eodem iure *d* neque consequenter, vt electores, & prouisores nouerint virtutes veras, & vitia vera, & nota eligendorum, vt possint eligere dignos, & remittere indignos.

Ex quibus patet, quod ita Extrauagans Pij V. & Gregorij XIII. non debet intelligi de subornatione bona sed de subornatione mala, qua ambiuntur officia pecunia, & alijs donis, qui enim talia agunt, debent ab officijs remoueri, ait enim Bartolus *e* quod qui dat pecuniam, vt habeat officium, habet animum indebite lucrandi impune, & Angelus *f* dicit contra quosdam iudices, qui vendunt iustitiam, & Innocentes auare puniunt, & nocentes absoluunt, & emerunt officia. Vnde in quadam lege *g* dicitur, quod officia debent conferri inuitis, quinimo potest extrahi â domo propria aliquis, vt sit officialis, vt exalia lege *h* colligitur. Præterea nostra sententia probatur ex ijs, quæ tradit Nauarrus *i* explicando aliam Pij Quinti extrauagantem confidentiam in beneficijs damnantem, ait enim, quod dicta extrauagans non de confidentia bona, sed de confidentia mala debet interpretari.

Nec sũpradictis obstat, quod subornare est clam ornare, & instruere, & ita inducere videtur bonum, & malum ornatum, & instructionẽ, & per consequens, qui vetat subornationem, videtur vetare tam bonã, quam malam, quia lex generaliter loquens

a Cardin. in Clemen. 2. de testibus notabil. 2.

b 22. causa per totam.

c c. nihil de elect.

d d. c. nihil & c. fin. eodem tit.

e Bart. in l. procu. de murile. li. 11

f Angelus in tit. de iudici. sine quoquo suffrag. §. cogitandum.

g l. ff. quod quisque iuris.

h l. exomnibus dedecurionibus li. 10.

i Nauar. in manu. c. 25. n. 209.

generaliter debet intelligi. Nam reſpondetur, quod lex generaliter loquens generaliter debet intelligi, limitanda eſt tamen per alias leges ſpeciales diſponentes contrarium de aliqua materia ipſius, vt lex de non occidendo, quæ eſt generalis ad omne animal, intelligenda eſt tamen de animali rationali, vt ait Auguſtinus k quem ſequitur D. Thomas, & lex ſtricta de non occidendo hominem reſtringenda eſt ad occiſionem hominis autoritate priuata ſine autoritate iuſta, iuxta ea, quæ in iure *l* notantur.

k Aug. li. 1. de ciui. Dei cap. 20. D. Tho. 2. 2. q. 64. ar. 1. l c. cũ minister 21. q 6 cc. 7. de homici. lib. 6.

Circa eandem conſtitutionem eſt notandum, quod ſubornatores remanent priuati voce actiua, & paſsiua, vt in eadem cõſtitutione continetur. Priuatus vero voce actiua eſt priuatus iure dandi vocem capitulariter, & collegialiter, vt tradunt poſt quandam Gloſſam *m* Cardinalis, & Bonifacius, priuatus vero voce paſsiua eſt priuatus iure petendi vocem datam deſe ipſo â capitulo conuentu, vel collegio, quoad ea, quæ ſunt ipſi honori, & præeminentiæ, quanuis non iure petendi ea, quæ ſibi ſunt oneri, & pœnæ, vt ſatis prædicti Doctores exprimunt.

m glo. v. inhibi. in clemen. 1 de regular. vbi Card. & Bonifacius, in clem. is qui de ætat. & qual.

Ex quibus infertur intellectus ad quod dam cuiuſdam congregationis ſtatutũ autoritate Apoſtolica confirmatum cuius tenorem in præſentiarum referam.

Cæterũ quia ex mutuo collegio collegialiũ nõnulla oriuntur in electionibus incõmoda, propter quod huiuſmodi electiones indebite præterius, & æquũ celebrantur. Nos volẽtes huiuſmodi diſpendio remedio obuiare præſentis conſtitutionis tenore ſtatuimus & ordinamus, quod nullus collegialiũ in electionibus tractãdis, vel faciẽdis quẽpiam alium precibus ſubornationibus ſiue alioquouis quæſito colore adpræſtãdum ſuffragium ſiue votum alicui opponenti alliciat. Nec ſuper huiuſmodi ſuffragio præſtito, vel præſtãdo collegiali, vel oppoſitori, aut cuipiã alteri perſona votum ſuum aperiat, ſiue referat. Quód ſi quiſpiam huic noſtræ conſtitutioni contrauenerit ſentẽtiam excommunicationis incurrat, & ipſo facto tota portione collegij cũ veſtibus & diſtributionibus per vnum annum priuatus exiſtat, ita quod deinceps quid quid ex ipſo collegio, vel præbẽda perceperit reſtitutioni ſubiaceat. Et inſuper volumus hanc noſtram conſtitutionẽ ligare & locũ habere in foro conſcientiæ. Et hãc noſtram conſtitutionẽ ad electionem rectoris in dicto collegio faciendam extendi volumus, & mandamus. Hæc dicta conſtitutio.

Quæ conſtitutio iuxta ſuperius notata debet explicari: non enim Legiſlator intendit per ſuam legem aliquem vltra finem quem intendit ligare, quia actus agentium non operatur vltra eorum intentionem prout dicitur in *Iure*, *n* at intentio & finis propter quẽ Legiſlator prædictã legẽ tulit fuit ne electores & prouiſores officiorum corrumperentur & propter fauores indignus digno, vel minus dignus digniori præferatur, & ſic collegium incommoda non modica pateretur vt cõſtat ex verbis proæmij præfatæ conſtitutionis, ibi, quia ex mutuo colloquio collegialium nonnulla oriũtur in electionib⁹ incõmoda, &c. Quæ verba cum ſint proæmialia inducunt cauſam finalem iuxta ea quæ notantur in Iure o & tradunt Bartolus, Baldus, Angelus & Imola: nam ex verbis proæmij colligitur mens diſponentis ſecundum Panormitanum *p* ſicut ex præfationibus contrahentium intentio indagatur vt in Iure *q* notatur. Et ex præfationibus ſtatutorum probatur mens ſtatuentium ſecundũ Bartolum *r* ad proæmium enim ſemper recurrimus, quod diſponentis voluntatem conficiamus vt etiam ex Iure *s* colligitur & notat Bartolus cum communi. At hic finis ob quem factum fuit præfatum ſtatutum ceſſat quando ex mutuo colloquio non ſequuntur prædicta incommoda, & electiones non deſinunt fieri ſecundum ius, & æquum, & ſic non prohibetur in eo mutuum colloquium quo poſito prædictæ electiones rectè & iuridicè fiunt.

n l. in aquæff. de acq. rer. domin. c. fi de præben.

o l. fin. ff. de hæred. inſt. vbi Bart. n 6. & Bald. Angel. & Imol. nu. 4. p Panor. in ca. aduerſus nu. 2. deimmunit. Eccleſ.

q l. Titia. §. idẽreſpõdit ff. deverbo. obliga.

r Bart. in l. ambitioſa. col. p de decret. abord. faciend.

s l. 1. & in pr. & ibi Bart. ff. adſenatus conſul. Macedon.

Præ-

Præterea hoc ſtatutũ eſt ſatis pœnale quo voluit ſtatuens obligare etiã in foro conſcientiæ, quod magis êius rigorem oſtendit, ergo eſt valde reſtringendum iuxta notata in iure. *a* Vnde cum loquatur de ſubornationibus debet intelligi de ſubornationibus malis non autem de ſubornationibus bonis iuxta ea quæ in ſuperioribus latẽ adduximus, bona enim ſubornatio de qua in ſuperioribus non prohibetur in præfato ſtatuto, hæc enim ad bene eligendum ordinatur, oportet enim vt magis dignus eligatur quod effici minime poteſt ſine eo quod prius de oppoſitorum & concurrentium qualitatibus tractetur & diſcutiatur.

a c. pœnæ cũ ibi notatis depœnit. di ſtin. 1.

Nec obſtat, quod hoc ſtatutum generaliter loquitur & ad bonam & malam ſubornationem eſſe extendendum. Reſpõdetur enim quod lex generalis ad omnia ſpecificata per ipſius verba debet extẽdi. At hoc ſtatutum debet limitari per leges ſpeciales diſponentes contrarium in aliqua prædictorum ſpecificatorum. Lex enim de non occidendo limitatur tantum ad occiſionẽ animalis rationis vt ait Auguſtinus, prout dictum eſt in ſuperioribus.

Nec obſtant verba dicti ſtatuti ibi, ſiue alio quo vis quæſito colore, nam reſpondetur quod adiectiuum alio eſt repetitiuũ rerum ſimilium præcedentibus vt ait quædam gloſſa *b* communiter recepta & tradũt Afflictis, Bartolus, Aretinus, & Iaſon, vnde præfata verba debent intelligi etiam de ſubornatione mala apparenter bona, hoc enim ſignificãt illa verba quæſito colore. Id eſt penſata bona apparentia, vt ſi præcedentibus aſsimiletur, non autem de ſubornatione bona ſatis ad bonam electionẽ concernenti.

b gloſ. in l. fugitiui. C. de ſeruis. fugit. Affli. de ciſ. 244. co. 2. Bart. in l. ſed & repro bari in prin. de execu. tut. Aretin. & Iaſon in l. quæcũque quiadmitti.

Circa eandem Gregorij XIII. Conſtitutionem tertio eſt notandum, quod quantum ad excommunicationem non eſt dubium inter Doctores, quod incurratur ipſo facto propter crimen ſubornationis occultumante latam ſententiam, quod ipſum dicunt aliqui, de pœna priuationis vocis actiuæ, & paſsiuæ, vt patet ex ijs, quæ tradit Corduba *c* & hoc ſatis probatur de priuatione vocis actiuæ, & paſsiuæ ex eadem conſtitutione ibi, *perpetuo careat*, iuncta communi doctrina tradita â Nauarro *d* verum eſt tamen, quod doctiſsimus Soto *e* tenet priuationem vocis actiuæ, & paſsiuæ non incurri ipſo facto, ſed poſt latam ſententiam, ait enim de legibus autem pœnalibus noſtræ Vniuerſitatis, quibus præſentatores, & ambiatores ſeu ſubornatores ipſo facto priuantur voce eligendi ſemper arbitratus ſum non obligare in cõſcientia ad pœnam illam ante condemnationem, niſi illum, qui de ea re infamia laborans, dum iuridice interrogatur, veritatem negat, nam de hoc perinde hac in parte cenſerem, acſi eſſet condemnatus, atque idem ſentio de alijs electoribus in eccleſijs & in collegijs, & præter rationes ſupra declaratas eſt hic alia particularis, quod alioquin vix vlla tuta eſſet electio, quod pernicioſiſsimum eſſet Reipublicæ. Hæc Soto. A cuius opinione nõ omnino recedit Corduba *f* ſecundum quam verba noſtræ cõſtitutionis ibi, *perpetuo careat*, gloſſanda ſunt vt intelligantur in foro exteriori, in foro autem conſcientiæ generaliter minime accipi debent, niſi taliter delinquens de delicto fuerit diffamatus & iuridice interrogatus negauerit veritatem.

c Cord. li. 1 quæſt. q. 35. pa. 176. co. 1 & q. 36. in prin.

d Nau. c. 27 n. 12.

e Sot. li. 1. de iuſt. q. 6. ar. 6. pag. 60. col. 1.

f Cord. vbi ſup.

ARTICVLVS II.

Vtrum procurantes officia per perſonas extra ordinem aliquam pœnam incurrant.

REſpondeo dicendo, quod Pius Quintus in bulla articulo ſuperiori allegata ait in hunc modum.

Qui autem ad officium obtinendum, quorum vis fauorem extra religionem procurauerit, vltra prædictas pœnas per menſem carceri mancipetur, Pœnæ autem, de quibus hic mentio fit, ſunt excommunicatio ipſo facto, & priuatio vocis actiuæ, & paſsiuæ, de quibus articulo ſupra proximo, & Gregorius XIII. in bulla, quæ incipit, ad tollendam autem omnẽ ambiguitatem data Romæ die vigeſima nona Aprilis anno Dñi milleſimo, quingẽteſimo ſeptuageſimo quinto Pontificatus ſui anno ſeptimo prædictam conſtitutionem quantum ad hoc confirmans in hæc verba prorumpit.

Ad ea autem, quæ in prædicti prædecessoris nostri literis cōtra recurrentes ad sæcularium, & reliquarum extra dictum ordinē personarum fauores ad aliquod officium in ordine habendum statuta sunt, aliquid addendum censuimus. Nā dum aliquæ extra dictum ordinem personæ pro aliquo fratre officium quodpiam vel per se ipsos, vel per nuncios suos literas petebāt negare dictos fratres cōsueuere se nullo modo dictas porsonas ad prædicta solicitasse, idē quoq; dictæ personæ facere solitæ erāt negātes se à dictis fuisse fratribus solicitatos ad tale pro eis faciendū officiū sicque ad eorū correctionē, qui cōtra prædecessoris nostri ordinationē faciebant, procedi nullo modo poterant. Vnde vt huic malo obuiam conuenienti eatur remedio statuimus, & decernimus, ꝙ is frater, pro quo sæcularis aliquis cuiuscūque gradus, aut cōditionis fuerit, & quæcūque alia extra dictū ordinem persona rogauerit & petierit, verbo, literisue, aut nūtijs, seu alias quomodocūque per se vel per alios, vt aliquod illi officiū in ordine dicto detur ipso facto actiua passiuaque voce priuat⁹ sit ad omniaque ordinis officia inhabilis habeatur, nisi legitime cōstiterit aliquē ex malitia rogatores huiusmodi subornasse, vt illi, pro quo rogauerint, aut scriberēt occasione huius nostri instituti nocerēt, & præiudicarent, aut pro eo, ꝙ amicos suos extra ordinē fratres prædicti solicitare cōsuerant ad aliquod ordinis officium eorum fauore assequendum maiori vtuntur de cætero diligentia, ad eos hortandos, & rogandos, ne vllum pro ipsis officium petant, aut ad aliquod pro illis habēdum officium suum interponant fauorem. Hæc Gregorius XIII. & Pius V. pro ordine minorum regularis obseruantiæ, in quo ordine receptam video huiusmodi Pij V. constitutionem, vt patet ex quadam constitutione generali Toletana, quæ habet in hunc modum.

Consti. Tolet. titul. de correptio. c. 6. §. de fauore sæcularium.

Apostolica constitutione cautū est, vt recurrentes ad sæculares ad impetrandos fauores pro obeundis officijs sint ipso facto priuati voce actiua, & passiua, & omnibus officijs ordinis etiā si ipsi specialiter negauerint, & seculares affirmauerint nō esse ab eisdē fratribus solicitatos, dū modo de malitia nō cōstiterit. Hæc ordinatio. Circa quam aduertendum est, quod etiam supradicti sunt excommunicati, vt in dictis constitutionibus continetur.

Pro ordine autem prædicatorum extāt duæ constitutiones Gregorij XIII. & sanctissimi D. N. Clementis Octaui, quorum tenores sequuntur.

Gregorius Pap. XIII. ad futurārei memoriā. Cū nihil magis religiosorū statū perturbet, quā fauorū, & suffragiorū seculariū nūcupatio, & cōquisitio, quibus superiorū æqua mens, qua pro meritis suorū vnicuiq; subditorū tribui debet peruertatur. Nos malū hoc ab ordine fratrū prædicatorū, cuius prosperū regimē, & incremētū, ad ecclesiæ sanctæ vtilitatē, sinceris exoptamus affectibus pro nostra pastorali solicitudine propellere summopere cupiētes, Dilectis filijs magistro generali, ac prouincialibus, & reliquis eiusdē ordinis prælatis, nūc, & pro tēpore existētibus, per Apostolica scripta & in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, ne ad instantiam, & requisitionem

qua-

quarũcunq; personarũ, tã laicarũ quã ecclesiasticarũ, extra supradictũ ordinẽ cõstitutarũ, etiã Cardinalatus honore, acquacunq; seculari dignitate, & excellẽtia etiã Ducali, & regali, & imperiali fulgẽtiũ, cuiuis dicti ordinis religioso vllã gratiã cõcedere vel pœnas aliquas remittere audeãt, seu præsumãt quinimo quoscũq; eiusdẽ ordinis fratres, & religiosos, qui cõtra decreta suarũ cõstitutionũ, hac via, & ijs mediis permẽdicatos fauores, & suffragia, aliquid sibi procurauerint, ad alia, & similia, & etiã maiora in eodẽ ordine cõsequẽda, apostolica autoritate, tenore præsentiũ, inhabilitam⁹, ac inhabiles perpetuo fore, & esse, neq; per quoscũq; nisi per sedẽ apostolicã, rehabilitari, aut cũ ipsis de super dispẽsari posse, sicq; per quoscũque iudices ordinarios, & delegatos, etiã causarũ palatij apostolici auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorũ cuilibet, quauis aliter iudicãdi, & interpretãdi facultate, autoritate, iudicari, & definiri debere irritũ quoque, & inane quicquid cõtra præmissa aliquib⁹ cõcessũ fuerit; aut super ijs à quoquã cõtigerit attentari autoritate, & tenore, prædictis decernim⁹, & declaram⁹. Nõ obstãtibus cõstitutionibus, & ordinationib⁹ Apostolicis, ac dicti ordinis, etiã iuramento, & cõfirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, & statutis, & cõsuetudinib⁹, priuilegis quoq; indultis, & literis Apostolicis, quomodolibet cõcessis, cõfirmatis, & innouatis (quib⁹ omnib⁹ eorũ tenore, ac si de verbo ad verbũ, inserer ẽtur, præsentib⁹ pro sufficiẽter expressis, habẽtes, adeo rundẽ præsentiũ, effectũ specialiter, & expresse derogam⁹) cæterisq; cõtrarijs quibuscũq. Volum⁹ autẽ ꝙ præsentiũ trãsumptis, etiã impressis manu alicuius publici notarij subscriptis, & sigillo dicti magistri generalis obsignatis eadẽ vbiq. fides adhibeatur, quæ ipsis originalib⁹ literis adhiberetur, si forẽt exhibitæ, vel ostẽsæ. Dat. Romæ apud Sanctũ Petrũ sub annulo piscatoris, die primo Iunij MDLXXX. Pontificatus nostri anno nono.

Clemens Pap. VIII. ad perpetuam rei memoriam.

REligiosos viros, sicut honorũ gra d⁹, cum ad eos assumuntur, obedienter suscipere, susceptoq. humiliter administrare oportet, sic adeos mendicatis secularium præsertim personarum studijs, aditum sibi patefacere minime conuenit. Cum itaq. felic. recorda. Gregorius papa XIII. prædecessor noster per suas informa breuis literas die primo Iunij 1580. Pontificatus sui anno nono, datas Magistro generali, ac Prouincialibus, & reliquis ordinis fratrum prædicatorum, prælatis tunc, & pro tempore existentibus, in virtute sanctæ obedientiæ mandauerit, ne ad instantiam, & requisitionem, quarumcunq. personarũ, tã laicarũ, quã ecclesiasticarũ extra suprædictũ ordinẽ, constitutarum, etiã Cardinalatus honore, ac quacunq. seculari dignitate, & excellentia, etiam ducali, regali, & imperiali fulgentium cuiuis dicti ordinis religioso vllã gratiam cõcedere, penas aliquas remit-

tere auderent. Quinimo quoſcunque dicti ordinis fratres, & religioſos, qui contra decreta ſuarum conſtitutionũ hac via, & ijs medijs, per cõquiſitos fauores, & ſuffragia aliquid ſibi procurauerint ad talia, & ſimilia, ac etiam maiora in eodẽ ordine cõſequẽda perpetuo inhabiles, etiã declarauit, prout latius in eiſdẽ literis cõtinetur. Cumque vt accepimus, à nõnullis ambigatur an ſub gratiarum vocabulo gradus, honores, dignitates officia, & munia ordinis prafati cõprahẽdãtur. Nos ordinis prædicti quieti, ac religioſorũ illius ſaluti opportunius conſulere, aliaſque in præmiſsis prouidere volentes, ac literarum præfatarũ, necnon decreti capituli generalis eiuſdem ordinis in executionẽ earundem literarum facti, q incipit. Quam obrem ſingulos noſtri ordinis prælatos admonemus, veriores ac tetos tenores præſentibus pro expreſſis, ac adverbũ inſertis habentes motu proprio, ex certaque noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine literas, ac decretũ huiuſmodi, ac in eis contenta quæcunque Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis roburadycimus, omneſq, & ſingulos tãiuris, quam facti, & alios defectus, ſi in eis interuenerint, ſupplemus. Et nihilominus præfatam Gregorij, de gratijs, vt præfertur, per mẽdicatos fauores minime concedẽdis, prohibitionem ad quoſcunque gradus, honores dignitates, officia adminiſtrationes, functiones, prælaturas eiuſdem ordinis perpetuo extẽdimus, & extẽdi debere decernimus. Et propterea dilectis magiſtro generali, prouincialibus, & alijs prælatis, ac ſuperioribus eiuſdẽ ordinis, ne poſt hac aliquod præmiſſorũ, cuiquãad inſtantiã, ſeu requiſitionem vel contemplationem perſonarum ſuperius expreſſarum quarumcumque quouis modo concedere. Religioſis vero, ac fratribus eiuſdem ordinis quibuſcunque non ſolum in præmiſsis omnibus ſeculariũ fauorem minime procurare, ſed nec etiam ſponte oblatum, aut ab eis minime procuratum, recipere, & ſimiliter ne ad hunc effectum munera aliqua ſecularibus impendere, vel exhibere audeãt, vel præſumãt autoritate Apoſtolica tenore præſentium, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub eiſdem pœnis in dictis Gregorij literis cõtentis præcipimus, & expreſſe interdicimus, & prohibemus eiſdẽ authoritate, & tenore ſtatuentes, quod omnes, & ſinguli in præmiſsis delinquẽtes nulla alia monitione præcedẽte, & abſque proceſsu deſuper habẽdo ſententias, & pœnas præmiſsas irremiſsibiliter eo ipſo incurrãt quodq, ad illos ſententias, & pœnas dãnabiliter incurriſſe legitime probãdũ, & omnino conuincendũ, ſolæ præmiſsarum perſonarum inſtantiæ. fauores, & preces etiam oretenus porrectæ plenam indubiam, & ſufficientem in iudicio, & extra fidẽ faciant, ne ad id probationis alterius adminiculũ requiratur, ſicq, ab omnibus eiuſdẽ ordinis ſuperioribus, prælatis, & perſonis, ac alijs iudicibus ordinarijs, & delegatis ſublata eis, & eorum cuilibet quauis

aliter

iudicandi, & interpretandi facultate vbique iudicari, & diffiniri, atq; interpretari debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attẽtari perpetuo decernimus, & ſtatuimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictiq; ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiã iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ac omnibus illis, quæ dictus Gregorius prædeceſſor in præfatis literis voluit non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem vt præſentes literæ in quibuſcumque capitulis tam generalibus, quam prouincialibus, & conuentualibus, vt ad ſingulorum notitiam facilius deueniant, publicentur, & inter ſtatuta, & ordinationes ipſius ordinis perpetuo obſeruandæ deſcribantur, earumque exemplis etiam impreſſis manu ſecretarij, & ſigillo magiſtri generalis, vel manu alicuius notarij publici, & ſigillo alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem, quæ præſentibus fides vbique adhiberi debeat. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum ſub annullo piſcatoris, die vigeſima tertia Maij. Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Pontificatus noſtri anno primo.

M. Veſtrius Barbianus.

Quæ conſtitutiones in ſacro ordine Prędicatorum receptæ ſunt vt à patribus huius ſacræ religionis accepi.

Circa prædictas autem conſtitutiones, tam pro ordine minorum quam pro ordine prædicatorum dubitatur primo, an iſtarũ religionũ profeſſi impetrãtes literas cuiuſdã Dñi ad quoſdã electores, vt eis faueret, & poſtea pœnitentia ducti non vſi fuerint dictis literis, incidãt in pœnas earũ? Ad quod reſpõdetur, quod nõ, cũ legislatornõ intendit ligare per ſuam legẽ aliter vltrã nẽ, quem intendit, quia actus agentiũ non operãtur vltra eorũ intentionẽ, vt eſt notũ in iure *a* at intentio, & finis, in quẽ Pontifices prędictã legẽ tulerũt, fuit, ne electores, & prouiſores eorũ officiorũ corrũperentur, & per fauores indignus digno, vel minus dignus digniori præferretur: at hic finis ceſſat penitus in noſtro caſu, ergo lex quo ad illum ceſſabit, cum ceſſante cauſa ceſſet effectus, vt dicitur in iure *b* tum quia (vt ait quidã canon *c*) nec putemus, in verbis ſcripturarum eſſe Euangeliũ, ſed in ſenſu, nõ in ſuperficie, ſed in medulla, nõ in ſermonũ fõlijs, ſed in radice rationis. Et cõfirmatur ex quadã decretali *d* dicẽte, q̃ is cõmittit in legẽ, qui verba legis amplectẽs, cõtra legis nititur volũtatẽ, & volũtas illic capitur, vt ſignificat actũ volũtatis, & nõ potentiã volẽdi, & ſic accepta idẽ, quod finis, ſignificat, vt declarat D. Tho. *e* ergo verba legis ſecũdũ finẽ ipſius ſunt interpretãda, tũ quia verba cũ effectu ſunt intelligenda vt dicitur in iure *f* & ita verba dictarũ extrauagãtiũ, ibi, *procurauerũt fauorẽ*, intelligẽda ſunt de procurãte fauorẽ cum effectu, quod non fecit hic, de quo agimus, tũ non fuerit vſus dictis literis in ſui fauorẽ obtẽtis, tũ quia videtur eſſe caſus in quodam canone *g* in quo expreſſe noſtra ſententia diffinitur ibi, *Qui voluit ſtatuere, & ſtatuit, ſed ſtatutum non habuit effectum non incidit in pœnam edicti*, quia ſcilicet prohibitus eſt ſtatuere, ergo neque iſti volentes ſibi fauere & impetrantes literas, quæ ſibi fauerent, ſi nullum effectum dictæ literæ habuerunt, nõ incidunt in pœnam legis quia pœna legis humanæ poſita contra facientem aliquid non habet locum, niſi illud perficiatur, vt in aliquibus decretalibus *h* probatur. Verũ eſt tamẽ, quod ſi dictas literas impetrauerũt, & eas miſerũt, at nõ peruenerũt ad manus electorũ, maior eſt dubitatio, an ſcilicet in dictas pœnas inciderint videtur enim, quod incidãt, de facto enim literas impetrauerũt, & miſerũt, quod indictis

a l. in alijs ff. de acquirẽ. rerũ domi. c. fi. de pręſcrip.

b l. adigere §. quanuis. ff. de iurepatronat. ec. Marchi. 1. q. 1. d c. vlt. de reiud. li. 6.

e Tho. 1. 2. q 8 art. 2. in corpore ar.

f c. hæc verba de pœnidiſt. 1.

g d. ca. hæc verba.

h c. cum in cũctis. §. fi. de elect. iũcto. c perpetuo eod. tit.

ctis constitutionibus continetur, & etiam si non peruenerint, videtur, quod celebrando remaneant irregulares, cum secundum dictam constitutionem mittentes dictas literas remaneant excommunicati. At contrarium est tenendum extraditis â Nauarro *a* qui tenet, quod fratres prohibiti sub excõmunicationis pœna ipso facto incurrenda, ne scribant literas ad moniales non remanent excommunicati, licet eas scripserint, dum tamen ad dictas moniales non peruenerint, quia verba sunt intelligenda cum effectu etiam extrinseco, quem intendit legislator, vel alius disponens, de cuius mente, vel intẽtione constat expresse, vel tacite, quod ex quadam lege *b* comprobatur, quæ habet promittentem inuenire latronem non satisfacere, nisi eum capiat, & iudici exhibeat. Licet enim verbum (*inuenire*) proprie non significet capere inuentum, ex mente tamen, & intentione statuẽtium præsumitur id voluisse significare, licet ergo verba dictarum constitutionũ, ibi. *Fauorem extra religionem procurauerint*, propriè non requirant, vt literæ fauẽtes ad electores perueniant, præsumitur tamen legislatorem id voluisse, quia non noceret missio literarum, nisi peruenirẽt, ad quem mitterentur, & ita arbitror prædictos religiosos peccasse quidem dictas literas mittentes, sed in excommunicationem, & alias pœnas minimè incidisse, nisi præfatæ literæ peruenissent, ad quem mittebãtur. Vnde infertur ipsos mittentes literas minimè censeri excommunicatos, nisi ex eo tempore, quo literæ acceptæ fuerunt, vnde si ante acceptationem earum sacrum celebrauerunt, eos minime irregulares iudicarem cum vsque ad acceptationem dictarum literarum in excommunicationem prædictã minime inciderint, nisi dicamus, quod acceptatio retrotrahitur ad tempus missionis literarum, quæ retrotractio licet in alijs secũdum iura locum habeat, in pœnalibus tamen locum habere non sentio.

Secundo dubitatur an ignorantes dictas, pœnas incidant in eas. Ad quod respondeo, quod in foro exteriori minime ab ipsis liberabuntur, cum dictæ extrauagantes sint receptæ, & in dictis religionibus publicatæ, in foro autem conscientiæ ob ignorantiam ipsi erunt immunes per ea, quæ tradit Nauarrus. *c* Tertio dubitatur an prædictæ extrauagantes habeant locum in monialibus dictos fauores impetrantibus, respõdeo, quod nõ, nullũ enim verbũ de monialibus, & sororibus in ipsis inuenio, licet enim masculinum in concessionibus principum cõprehendat fœmininũ, in legibus tamen pœnalibus minime hunc fragilem sexum comprehendere affimant viri docti, vt patet ex traditis â Tiraquelo. *d* Et sic Iustinianus *e* Imperator de fœminis loquens ait mitiorem cum eis debere esse sententiam quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus.

a Nau. li. 5. consil. tit. de sen. excom. consil. 60. pagina. 628.

b l. si balsaroram C. de fideiussori.

c Na in ma. c. 28. n. 55.

d Tiraq. in tract. cõsan. §. 1. gloss. 9. nu. 186. & 200.

e l. quisquis §. ad filias, C. ad l. Iul. maiestat.

ARTICVLVS III.

Vtrum personæ aliæ scribentes aut recipientes dictas literas incidant in pœnam.

REspondeo dicendo, quod pro ordine minorũ, & prædicatorum nihil circa hoc in dictis extrauagantibus inuenio decisum, pro ordine tamen D. Hieronymi inuenio, quod Innocentius Octauus anno Domini millesimo, quadringẽtesimo octogesimo Pontificatus sui anno quinto nonis Iunij ad instantiam admodum reuerẽdi patris Gundisalui de Toro, tunc prioris generalis ordinis, *suas literas Apostolicas expediuit, & ordinauit, quod de cætero perpetuis futuris tẽporibus occurrente vacatione prioratus quorumlibet monasteriorũ ordinis vbilibet existentium, nullus cuiuscumque status gradus ordinis, vel conditionis existat & quacũq; dignitate Ecclesiastica, vel mundana præfulgeat (illis, ad quos electio prioris generalis, & aliorum priorum pertineret, contigerit, duntaxat exceptis) de electionib' prioris, & priorũ monasteriorum eorundem pro tempore vacantium se intromittere, & vt magis vnus, quam alius eligatur, in priorem ordinis, vel cuiuscunque monasterij vacantis directe, vel indirectè, publice, vel occulte, operari, vel*

perſuadere, vel alias fauere, ſeu inter Electores zizaniã, & diſcordiã ſeminare, & illos ad illas inducere, aut hortari præſumat ſub excõmunicationis latæ ſentẽtiæ pœna, quã ipſo facto incurrãt, & præter illã ſi Eccleſiaſtici fuerint etiã beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ tunc obtinet, cum Cura, vel ſine Cura qualiacũq; forent priuationis, & inhabilitationis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ita autoritate Apoſtolica ſtabiliuit, & ordinauit, ac ſtatutum, & ordinationem huiuſmodi perpetuo ſeruari mandauit.

a Habet in cõp. D. Hieronym. Ita elect. Prior. §. & 4.

Ità refertur in cõpẽdio *a* priuilegiorũ dicti Ordinis. In quo etiã refertur, quod idẽ Innocẽtius anno Dñi milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecũdo, Pontificatus ſui anno octauo Sexto Kalendas Aprilis hoc indultũ declarauit, quod fratres dicti Ordinis etiã nõ electores ſuper electionibus pro tẽpore faciẽdis aliquã diligẽtiã adhibentes ſententiã prædicti indulti non incurrãt, nec literæ prędictę ipſos fratres, ſed extraneos dũtaxat quoad hoc cõprehendant, & quod extranei, qui prædictas pœnas incurrerint ab eisdẽ cenſuris, & pœnis, ab alio, quam à Romano Pontifice, vel Priori Generali ordinis abſolui nequeant præterquam in mortis articulo, contrarijs quibuſcumque non obſtantibus.

QVÆSTIO. LVII.

De eleemoſyna in octo articulos diuiſa.

Circa quã quæſtionẽ octo queruntur.

1 *Vtrum monaſteria ad eleemoſynas largiendas teneantur.*

2 *Vtrum aliquãdo religioſus particularis poſſit dare eleemoſynam.*

3 *Vtrum religioſus magis teneatur ſubuenire patri ſuo naturali neceſſitatem patienti, & requirenti, quam obedire prælato ſuo contrarium imperanti.*

4 *Vtrum religioſus teneatur obedire prælato præcipienti ne parẽtibus egẽtibus ſuccurrat, etiam ſecundum modum ſuæ profeſſionis.*

5 *Vtrũ cõmendatarij ordinũ militarium teneãtur de redditibus commendatarũ eleemoſynã præſtare.*

6 *Vtrum fratres Minores conuentuales poſſint impedire obſeruantibus ne eleemoſynas petant.*

7 *Vtrum Concilium Tridentinum abolens quæſtores eleemoſynarum comprehendat mendicantes religioſos pro ſuorum conuentuum ſuſtentatione eleemoſynas quæſtuantes.*

8 *Vtrum Curati poſſint impedire ne in Eccleſijs fratrum a fidelibus fratribus aliquid offeratur.*

ARTICVLVS I.

Vtrum Monaſteria ad eleemoſynas largiendas teneantur.

REſpõdeo dicẽdo, Monaſteria præcepto eleemoſynarũ eſſe obnoxia: nã & religionis ſcopus eſt charitas in Deũ, & proximũ. Hoc autẽ eleemoſynarũ præceptũ docetur à D. Thom. *a* ex quo Soto *b* ſtatuit cõcluſione. Epiſcopos arctiſsimè teneri, atq; perſtringi eleemoſynarum præcepto, & quod de Epiſcopis dixerat, id etiã ſuo gradu intelligendũ eſſe ait de Monaſterijs religioſorũ, in quibus prouẽtus redundant. Quæ autẽ ratio tenẽda ſit in erogãdo eleemoſynas in pauperes à religioſis paupertatẽ profeſsis, ſapienter docuit D. Baſilius *c* Magnus in regulis breuioribus dicẽs, hos, qui aliũde ad nos accedũt, ac mẽdicantes aliquid petunt, quomodo dimittemus? & nunquid arbitratu ſuo quiſque panem,

a D. Th. 2. 2 q. 32. ar. 5.
b Soto lib. 10. de iuſt. q. 4. ar. 4.
c Baſil. in rẽgul. breu. interrog. 100

aut aliud quiduis illis debet tribuere? an vero vnicuipiam munus hoc conueniat delegari? Respondet, cum Dominus affirmans dixerit apud Matthæum a non esse bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, & tamen illud etiam approbauerit, nam & catuli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum, cui dispensandi munus assignatum est, is illud diligẽti habita animaduersione exequi debet, qui vero præter illius sententiã aliquid facit, is tanquam euersor disciplinæ acriter obiurgandus est, idque eo vsq; quod tueri suum locum discat, cum Apostolus b dixerit, vnusquisque, in quo vocatus est, fratres, in hoc permaneat apud Deum. Rursus idem Basilius c eandem rem magis enucleans perstrinxit quærens, nunquid ex contrarijs quoque indigentibus impertiendum sit de ijs, ex communi pænis distribui inter fratres debeãt? Respondet, cum apud Matthæum d Dominus dixerit, nõ sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, & non est bonum sumere panem filiorum, & mittere catellis, nequaquam necesse est ea, quæ in eorum vsus attributa sunt, qui consecrati sunt Deo, temerè ita in quosuis impẽdi, si verbis fieri possit, quod à muliere, quæ de fide laudatur, dictũ est, videlicet etiã Domine, nam & catuli edunt de micis, quæ cadunt de Mensa Dominorum suorum, oppositum sit in arbitrio dispensatoris adhibita eorum sententia, qui secundum ipsum in familia cæteris præstantiores, vt ex eo, quod abundat, Sol oriatur super bonos, & malos. Hæc Basilius.

a Matth.15.

b 1. Ad Corin.c.7.

c Basil. vbi sup. interrog.302.

d Matth.15.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliquando Religiosus particularis possit dare eleemosynam.

REspondeo dicẽdo, quod quando Monachi de licẽtia suorum superiorum peregrinãtur, vel sunt in scholis longè à Monasterio, possunt facere eleemosynas quas alij honesti peregrini, & scholares communiter faciunt, vt argumẽto aliquorum iurium a tradit Syluester. Secundô possunt facere eleemosynam etiam contra suorum superiorum prohibitionem in extrema necessitate: cum tunc omnia sint communia, imo tenentur eam facere, vt tenet Richardus b imo & in necessitate magna, quando ad superiorem recursus haberi non potest, vt tenet Panormitanus c & quædam Glossa, & ratio est, quia hic adest præsumpta superiorum voluntas, & generaliter potest quicumque religiosus de voluntate expressa, vel præsumpta, quia habet administrationem à superioribus commissam facere eleemosynas, quod tenet D. Thomas d dicens Regulares, si habent dispensationem à Prælato commissam possunt eleemosynam facere de rebus Monasterij prout sibi ipsis est commissum, si vero non habent dispensationem, quia nihil proprium habent, tunc non possunt facere eleemosynam sine licentia Abbatis, vel expresse habita, vel probabiliter præsumpta, Hæc Diuus Thomas.

a Syl.v.eleemosy.nu.7.

b Richar.in d.15.gl.in c. non dicatis 12.q.1.

c Panor.in c.siquis de furtis gl. in d c.non dicatis.

d Tho.2.2. q.32.ar.8.& 1.

Ex quo infert Nauarrus e primô, quod etiam habens officium Sacristæ, & Camerarij, Cantoris, Organistæ, vel aliud simile, cui non est facultas dispensandi, nõ potest quidquam de bonis Monasterij sibi accipere, & eleemosynam dare, quia tale officium non importat necessitatem impendendi per prædicta, quod videtur fallere, cum ei assignatur salarium, quò rem diligentius agat, quia tunc tacite ei videtur dari licentia in suos, vel in pios vsus dispẽdendi, cum alioquin frustra ei daretur, quod in dubio non est præsumẽdum. sin autem non daretur salarium, nihil posset accipere de communi, quia omnis opera regularis est debita Monasterio, cui se cum suis omnibus per professionem dedit, vt probant Iura. f

e Nau.in d.c.non dicatis n.8.&9

Sed dubitatur, vtrum hodie post Concilium Tridentinum g sit licitum Prælatis talem administrationem committere ad impendendum? & respondetur, quod sic, quia illud nihil aliud est, quàm constitutio quædam procuratoris ad administrãdum cum obligatione reddendi iustam rationem de præcepto, & impẽso, quod nõ intendit prohibere Concilium, tum quia Capitula, & Conuentus, qui suis impensis colunt vineas, & agros seminando in illis non possent satis fideliter, & faciliter id facere si non haberent laicos Conuersos in id sufficientes nisi mittendo ad illa fratres aliquos, industrios & fideles, qui eorũ nomine

f Ca.in præsentia de probationibus authen. ingressi. C. de sacrosan. Eccles.

g Tri.sess.25 de reg. c.1.

mine regerent impendendo,& recipiendo neceſſaria,& vtilia, quamuis melius eſſet, ſi pari, vel quaſi pari cura impenſa,& fideli tate per alium ſæcularem id facerent.

Ex ſupradictis infertur ſecundo, quod religioſus ſimplex faciens eleemoſynam de rebus communitatis ſine licentia expreſſa, vel præſumpta ſui Prælati peccat mortaliter,& recipiens eleemoſynam eam tenetur reſtituere,cum ſit facta de re aliena inuito domino Dixi(expreſſa, vel præſumpta) præſumpta autem inuenietur licentia, quando alij religioſi ſimplices faciunt aliquas eleemoſynas paruas ſcientibus ſuis Prælatis& non contradicẽtibus, & conſuetudine eſt receptum, nam mulier ſine autoritate viri non poteſt eleemoſynam facere: at in regione, vbi receptum eſt vxores eleemoſynam panis, & vim facere non arguuntur de peccato, ſi eas ſine autoritate viri largiantur iuxta ea, quæ poſt Antoninum, & alios tradit Nauarrus. *h* Quod adeo verũ eſt, vt etiam ſi Prælatus dicat regularibus,ne eleemoſynas largiantur, non tamen per hoc ipſis præcipere videtur,ne eleemoſynas moderatas, & cõſuetas conferant:at ſi expreſſe has etiã prohibeat Prælatus, tenetur ſubditus cum humilitate obedire. Aduertant tamen Regulares,quod in largiendis eleemoſynis conſuetis non debent ſcrupulis ſtimulari,vbi enim charitas viget,non poteſt eſſe in hoc peccatum mortale,& charitas,vt dicit diuina Scriptura, operit multitudinem peccatorum, & non agit perpetram,vt ait D.Paulus. *i*

h Nauarr.in man.ca.17. n.53.

i Paul.1. ad Corin.c.13.

ARTICVLVS III.

Vtrum religioſus magis teneatur ſubuenire patri naturali neceſſitatem patienti,& requirenti, quam obediere Prælato ſuo contrarium imperanti.

REſpondeo dicendo, quod hæc quæſtio habet varietatem inter Doctores,Richardus enim tenet,quod religioſi magis tenentur patri naturali, quàm Prælato in his, quæ pertinent ad neceſsitatem illius præcepti de honorandis parentibus,& ſic tenentur de iure naturali,& diuino hoc præceptũ adimplere, à quo nulla profeſsio abſoluit, quia conſilia obſeruantur, vt perfectius præcepta impleantur, hoc idem tenet Henricus de Gandauo *a* ſcilicet quod tenetur ad neceſsitatem vitæ parentum cũ præceptum de honorãdis parẽtibus ſit de perfectiori obligatio voti religionis eſt de per accidens, & quod eſt de perſe non poteſt diſſolui perillud,quod eſt de per accidens, in alijs autem,in quibus non obligantur ex dicto præcepto dicit, quod magis tenentur Patri ſpirituali obedire,quam carnali. Alexãder vero ait, quod ea, quæ poteſt religioſus facere ſine detrimento regularis ordinis ſolummodo tenetur patri exhibere ſcilicet orare,conſulere,honorare, ad alia autem ſicut eſt ſubuenire eius neceſsitatibus cum nihil habeat, non tenetur, & ſic videtur tenere quod potius Prælato ſit obediendũ. At Petrus Lenauderius *b* tenet,prout ait,colligitur, ex Nicolao de Lira *c* ſuper Matth. quod aut pater erat in tali neceſsitate, ante quam filius religionẽ ingrederetur,& ſic dicit,quod magis tenetur pari in tali neceſsitate ſubuenire, quã Prælato præcipienti contrarium, & ratio eſt,quia actio ex contractu,vel quaſi contractu contra aliquem competens non extinguitur per religionis ingreſſum, aut ſi extingitur, vt volunt quidam Doctores, quia monachus pro mortuo habetur, tamen ſecundum eos ex edicto de capitis diminutione reſtituitur iuxta tradita in Iure *d* vnde dicunt Doctores,quod poſt ingreſſum religionis poterit ex actione, vel obligatione,qua prius tenebatur conueniri,ſed per Abbatem,vel Syndicum reſpondebit,vt in Iure *e* probatur,& notant Doctores, ergo multo fortius ex obligatione præcepti Diuini. Et confirmatur,nã etiam de Iure *f* poſitiuo, tantum tenetur filius patri:quod pater poteſt eum vendere pro neceſsitate famis, tenetur etiam ad alimenta, etiam ſi pater ſit relegatus propter inceſtas nuptias, vt in alio Iure *g* poſitiuo continetur, ergo non debet priuari iure ſuo ſine cauſa argumento aliquorum Iurium *h* imo videtur, quod ſi ex ingreſſu ſit inhabilis ad ſubueniendum patri, quod Monaſterium tenetur, quia ſecundum aliquos Monaſterium eſt loco hæredis,& filij ingrediẽtis,& lex *i* dicit quod hæredes licet

a Henr.quo lib.6.q.28.

b Lenauderius de priui.Doctorũ 4.p. q. 60. n.92.

c Lira ſuper Matth.

d L tutela, §. iniuriarũ ff.dec.dim.

e Authen. cauſa quæ cum monacho. C. de Epiſcop.& Cleri. Authen.de ſanctiſ.Epiſco. §. prouidere.

f L.2 C.dpatre qui filiũ

g L.filia C. de patriapoteſtate Authen de inceſtis,& nephandis nuptijs.

h c.ſatisperuerſum 56. diſt.c.vlt.19 q.vlt.

i L.ſiquis à liberis.item reſcriptum. ff. de liber. agnoſcẽdis.

licet extranei tenentur præſtare alimenta, quorum opinio quantum ad hoc mihi omnino non placet, cum Monaſterium abſolutè non ſuccedat loco filij, vt nos alibi cum doctiſsimo Emanuele Acoſta annotauimus. Aut pater non erat in tali neceſsitate, quod filius ei teneatur ſubuenire, ſed poſt ingreſſum in eam deuenit, quo caſu non poterit ei ſubuenire contradicente imperio Prælati, quia iam eſt ei obligatus per votum, & ſic Deo, & ſic maiori vinculo ligatur à Prælato, quam patri, quia præceptum de obſeruantia voti eſt de prima tabula, præceptum vero de vero honore parentum eſt de ſecunda tabula. Item primum eſt negatiuum, ſecundum vero affirmatiuum, ergo magis aſtringit. Præterea Deo ſemel dicata non poſſunt contra voluntatem ipſius vſurpari: præterea religioſus abdicauit ſe, & ſua, & ſuum proprium velle, ergo non aſtringitur, niſi ei, in cuius manu ſuum velle collocauit, quia inanis eſt actio, quam excludit inopia creditoris, vt dicitur in Iure. a

a L. nam is ff. de dolo.

Neque obſtat, quod præceptũ Diuinum erat ante ingreſſum quia licèt eſſet, non tamen erat obligatio, cum enim ſit præceptum affirmatiuum non obligat, niſi pro loco, & tempore, & ideo cum non eſſet tunc obligatus, non poterit teneri poſtea iuxta quandam Iuris regulam b exemplo hoc declaratur, ſicut ſi filius diſpenſaſſet bona pauperibus, patre non indigente non poterit repetere, ſi pater poſtea ad neceſsitatem veniret. Ad ea autẽ, quæ poteſt exhibere licentia prælati obtẽta, aduertat ea ſibi permiſſa ſine detrimento regularis obſeruantiæ, quam promiſit, & hanc opinionem tenet Nauarrus c in eius confirmationem Pariſienſes allegando, at mihi ſemper viſum fuit durum filiũ obligari ad relinquendam obediẽtiam debitam Prælato ex eo ſolum, quod reliquit parentes in neceſsitate oppreſſos, ſi neceſsitas non erat extrema, & hoc videtur de mente D. Thomæ, & grauium Doctorũ, concedo enim quod religioſus remanet obligatus ad ſuos parentes ſuſtentandos, & quod peccauit ad religionẽ confugiens relinquendo eos in neceſsitate poſitos: attamen ſuppoſito quod in ea profeſsionem emiſit, & ipſi religioni ſemetipſum obligauit, non debemus ipſum aſtringere ad deſerendum modum ſuæ profeſsionis ad neceſsitates parentum ſubleuandas, dicitur enim in quadam Iuris d Ciuilis leges quod ille, qui debet centum duobus, antiquiori creditori prius ſoluere tenetur: at ſi antiquiori prætermiſſo nouiori ſoluit, licet peccauerit ſoluendo, non competit antiquiori rei vendicatio. Eodem modo videtur in noſtro caſu Theologizandum, quod ille, qui habebat parentes neceſsitate oppreſſos, licèt male fecerit religionem profitendo parentes ipſos in ea neceſsitate relinquendo: at nullo iure parentibus debitum ſoluere tenetur, cum ſe ipſum, & ſua, voto ſolenni religioni tradiderit. Dixi (ſi eorum neceſsitas non erat, nec eſt extrema) ſi enim neceſsitas extrema eſt, obligatur filius religioſus ſuccurrere parentibus in ea exiſtentibus omnibus modis poſsibilibus, etiam ſi obedientiam ſui Prælati deſerat, dum modo eam prius humiliter, vt decet, petat, prout tenent Caietanus, e Nauarrus, Corduba & Medina, ſicut enim in extrema neceſsitate legum obligatio ceſſat: ita obedientiæ quoque præceptum ceſſare neceſſe eſt. Verum eſt tamen, quod tenetur filius religioſus facere omnia poſsibilia, vt cum ſui ſtatus conſeruatione parentum neceſsitatibus ſuccurrat, quod articulo ſequenti magis explicabitur.

d L. quoties C. de reiv. dicat.

e Caiet. 2. 2. q. 101. art. 4. Nau. c. 14. n. 14. Cordo. ſup. reg. beati Franciſ. c. 2. q. 6. Med. in ſum. lib. 1. c. 14. §. 14.

b ea. factum eſt legitime de regul. Iur. lib. 6.

c Nauarr. in man. ca. 14. n. 14.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum religioſus teneatur obedire Prælato præcipienti ne parẽtibus egentibus ſuccurrat, etiam ſecundum modum ſuæ profeſsionis.

REſpondeo dicendo, quod titulus quæſtionis petit, vtrum religioſus habens ſuos parentes penuria oppreſſos & ſcit eis poſſe ſuccurrere extra Clauſtra egrediens eleemoſynam petendo, aut aliquid ratione prædicationis, aut alterius miniſterij licite recipiendo: at Prælatus licentiam ad id faciendum minimè vult conferre, vtrum in hoc caſu Prælato obedire teneatur? Corduba f ſequens Adrianum opinatur, quod nõ obligatur religioſus in hoc caſu Prælato ſuo obedire, & quod petita licentia, & non obtenta poteſt à Clauſtro egredi, nec propterea

f Cordo. ſuper reg. D. Franciſ. c. 2. q. 6. Adria. q. 1. arti. 3. in reſpõſio ad 7.

rea vt Apostata est iudicandus, dummodo egressus à Monasterio nihil contra sui status obseruantiam petendo eleemosynã efficiat, fundamentum autem satis peregrinæ huius opinionis est, quia non tenetur religiosus obedire in ijs, quæ contra ius militant diuinum, quod præcipit filiũ patri succurrere, nihil contra suum statum agendo.

Sed hæc opinio vltra quod est periculosa & multis scandalis plena, cũ aliqui in obedientia parum radicati in ea opinione fundati possint præcipitio se collidere, videtur omnino â veritatis tramite aberrare, non enim potest, neque tenetur subditus succurrere parentibus etiam maximè egentibus nisi obseruantiam sui status præ oculis habens, vt tenet D. Thomas *a* cõmuniter receptus, religiosus enim pro mortuo reputatur, qui non habet velle. & inter obseruantias regulares præcipuum locum obtinet obedientiæ præceptum, & Clausuræ Monasticæ rigor, cõtra quæ vt patet ex dictis in articulo superiori, minimè potest suis parẽtibus subuenire, neque obediendo in hoc Prælato contra legem Diuinam aliquid molitur, lex enim Diuina de succurrendo parentibus neminem obligat, nisi secundum sui status metas, multum enim differt præceptum de subueniendis parentibus egentibus â præcepto de honore debito illis impendẽdo, & à præcepto obligante ad orandum pro ipsis, contra hæc enim duo postrema præcepta non potest Prælatus aliquid filio præcipere faciendum, alioquin quid intrinsecè malum eius cõtineret præceptum, cui obedire subditus minimè tenetur, contra tamen primum præceptum potest aliquid Prælatus mandare prohibendo subdito egressum â Claustro, & ne eleemosynam pro parentum necessitatibus petat, hoc enim non est euidenter malum, imo sæpe sæpius ad conseruationem religionis spectat, cum ex talibus egressibus, & eleemosynæ petitione maxima sæpè occasio distractionis fratribus oriatur ita, vt sæpe titulo charitatis relaxatio, & trangressio regulæ introducatur. Quare tenetur subditus magis in hoc casu obedire, quam eorum parentum necessitatibus subuenire, & hanc opinionem tenet euidenter Diuus Thomas *b* quem Medina *c* in sua instructione amplectitur.

a D.Th.2.2. q.101.art.4. & ibi Cai.

b Thom.d. 4r.4. Medi. lib.instr.ca. 14.§.14.

c Infra hoc tomo 3.

Ex quibus resoluitur quædam quæstio, vtrum scilicet Prælatis possint ad religionem recipere eos, quorum parentes relinquunt necessitate oppressos, de qua infra erit nobis sermo: nolo enim materias confundere aliena ab eis ipsis inculcãdo, vt clarius difficultates resoluantur.

ARTICVLVS V.

Vtrum commendatarij ordinum militiarum teneantur de redditibus commendatarum eleemosynam præstare.

REspõdeo dicẽdo, quod doctissimus Dominus Martinus de Ayala in quo dã cõpendiolo *d* ordinis Militaris D. Iacobi, quod in sermone Hispano pro dicto ordine edidit, in hæc verba prorumpit dicit. *Ay otra cosa en que ay mucho descuydo en muchos commendadores desta orden que tienen encomiendas grueßas, que es no tener cuenta como gastan los bienes dellas siendo como son bienes de decimas y algunos de primicias, y por el consiguiente bienes Eccleßiasticos, que no se puede esto negar, porque aunque el Papa justamente hizo gracia destos diezmos por la defension de la fe dela Igleßia, y pueblos donde son Comẽdadores no por esso dexan de ser bienes en alguna manera Eccleßiasticos, ni les quito las obligaciones, q̃ a los tales bienes estan annexas, y está anßi obligados, principalmẽte no se obligando en pelear contra los infieles a repartir destos bienes cõ los pobres, y en quãta quantidad seã obligados a dar, su regla lo dispone. De manera q̃ ay obligacio̅ de gastar los cõtiento, no en restos de dados, y naypes ni otras vanidades, como algunos lo haze̅, y por la misma razon no auiendo*

d In comp. fol.8.

guerra

guerra eſtan obligados en alguna manera a ſocorrer las neceſsidades de las Igleſias y de los miniſtros dellas, y ſus encomiendas no teniendo las Igleſias fabrica, ni los miniſtros renta cõque ſe paſſen por otra via, pues los tales bienes que tienẽ ſon de diezmos y rentas ſacado de las Igleſias para ellos. Hæc ſunt verba Doctiſsimi Domini Martini de Ayala, qui alijs rationibus hãc per ſuadere nititur veritatem, & eandem obligationem contrahunt Cõmendatarij Alcantaræ, Calatrauæ & D. Ioannis, prout tradit doctiſsimus Nauarrus *a* in multis ſuæ doctrinæ locis dicens negari non poſſe eos emiſiſſe votum ſolenne paupertatis, cui conſequens eſt non poſſe illos impendere ſua, niſi in ea, in quæ impendere debent ſecundum regulam, quam profeſſi ſunt, ſicut neque Abbates, neque Priores, neque alij Prælati expreſſe vel tacitè profeſsi regularem Ordinẽ poſſunt abſque peccato Monaſteriorum ſuorum bona, & redditus impendere in alios vſus, quàm in illos, in quos regula, quam profeſsi ſunt, iubet impendi, vel in alios pios in quos prælati iuſtè, ac rationabiliter præcipiunt impendi, vt vigilantiſsimè Ioannes *b* Maior diffinit.

a Nauarr. in Apolog. de redditibus Eccleſi. q. 1. monito. 38. & monito, 55. n. 18.

b Maior in 4. d. 38. q. 2. col. 3. & v.

ARTICVLVS VI.

Vtrum fratres Minores Conuentuales poſsint impedire obſeruãtibus, ne eleemoſynas petant.

REſpondeo dicendo, quod Iulius Secundus informatus, quod in aliquibus partibus fratres Minores Conuentuales, & alij Mendicantes inferebant grauamina circa petitionem eleemoſynarum fratribus Minoribus obſeruantiæ, *conceſsit huiuſmodi fratribus Minoribus obſeruantiæ, vt eleemoſynas a tẽporibus, & locis cõſuetis petere, & recipere iuxta quod eiſdem ex regula & cõſtitutionibus Apoſtolicis permittitur prædictorum Conuentualiũ, & aliorum Mendicantium fratrum aduentu, & præuentu minime expectatis libere, & licite valeãt. Ac Conuẽtualibus prædictis, & alijs Mẽdicãtibus fratribus ſub pœna excõmunicationis ipſo facto incurrenda præcepit, ne præfatos obſeruantiæ fratres per ſe, vel aliũ ſeu alios directe, vel indirecte publice, vel occulte circa prædicta impedire, ſeu moleſtare præſumant.* Ita habetur in ordinis *c* ſupplemento.

c Suppl. fo. 14. conceſ. 51

ARTICVLVS VII.

Vtrum Concilium Tridentinum abolens Quæſtores eleemoſynarũ cõprehendat Mendicãtes religioſos pro ſuorum conuentuum ſuſtentatione eleemoſynas quæſtuantes.

REſpondeo dicendo, quod licet Cõcilium *d* Tridentinum generaliter loquatur, per aliam tamen legem eſt limitandum argumento doctrinæ cuiuſdã gloſſæ *e* communiter receptæ, & in caſu propoſito Bullæ Sũmorum Pontificũ præſertim Pij IIII. factæ ante publicationem Concilij, & aliæ factæ poſt publicationẽ eiuſdẽ excipiũt â diſpoſitione dicti Decreti Concilij Tridẽtini quærẽtes eleemoſynas pro religioſis, & infirmis S. Antonij, & ita ſecũdũ eas Bullas debet dictũ limitari, & ita probat Nauarrus *f* multas inueniri rationes, propter quas religioſi Mendicantes præcipue â dicta generalitate Concilij excipiãtur, quarũ omnium præcipua eſt, quod lex naturalis, & diuina nõ ſolum permittit, vt egẽtes, & qui nõ poſſunt aliter quærere victũ quærant ipſum mẽdicãdo oſtiatim per ſe ipſos, ſed etiã vt quærant per alios pios ad id ſubſtitutos, vt vſus totius populi Chriſtiani nos docet, quatenus multi pauperibus ægrotantibus in ſuis priuatis domibus, & multi profanis, quibus pudor eſt mẽdicare, de quibus apud Sacros Canones, *g* & multi pro monialibus, & alijs perſonis in carceribus & alijs

d Trident. ſeſ. 21. c. 9.

e Glo. in lege depretio ff. de publica in rem actione.

f Nau. libi. conſ. tit. de regula conſi. 79. nej.

g c. ex probanda, & c. conſideranda 86. diſt.

& alijs locis inclusis,& multi pro varij generis hospitalibus passim ostiatim publicè,& priuatim mendicant,â qua legis naturalis,& diuinæ permissione nõ possunt religiosi excludi,cũ propter Deũ pauperes sint effecti, & si nõ possent mẽdicare,prohibitione Ecclesiastica esset cõtradictio in adiecto,videlicet quod sint mendicantes ab Ecclesia sic vocati, & quod nõ possint mendicare quod præcipuè in fratribus Minoribus Regularis obseruãtiæ locũ habet cũ secũdũ Sacros a Canones,& determinationẽ Conc. Trid. nihil possint habere neque in cõmuni,neque in particulari. Ad Concilij autem Decretum in contrariũ adductũ respondetur ipsum fuisse editũ pro declaratione antiquorũ Canonũ.b Ex quibus colligitur ratio, quæ illud Decretum Concilij limitat procedere solum in quęstoribus, qui quærunt eleemosynas prædicando vel publicando Indulgẽtias cõcessas eis, qui manus adiutrices pijs locis porrexerint, quorum ipsi sunt Quæstores,& pro quibus petunt,& hoc probatur ex titulo, & rubrica, sub quibus dicti sacri Canones collocantur, ponũtur enim sub titulo de pœnitẽtijs,& remissionibus, & in Capitulis, quæ tractãt de Indulgentijs,& de vsu, vel abusu Quæstorum in eis prædicandis. Colligitur etiã ex fine prædicti Decreti Concilij Tridentini,quatenus prohibet publicari Indulgentias per Quæstores, & permittit earũ publicationẽ per deputatos in id ab Ordinarijs. Ita explicat doctissimus Nauarrus. c Ex quibus colligitur priuilegia Mẽdicantium, ne ipsi prohibeantur eleemosynas petere, nõ esse per Concilium Tridentinum abrogata, inter quæ priuilegia quoddam Sixti. IIII. in medium adducam, *quia Pontifex intelligens, quod locorũ ordinarij, eorumque officiales seu Vicarij, & Curati ne ipsi fideles fratribus Minoribus, & Prædicatoribus eleemosynas erogare præsumerent sua debant, atque etiã sub censuris inhibebant, & erogantes excõmunicatos fore prædicabãt, seu prædicare faciebant aut pronunciare præsumebãt, mãdauit prædictis ordinarijs ac reliquis personis supra nominatis, & alijs quibuscũq; personis, vt ab huiusmodi persuasionibus inhibitionibus, & mãdatis de cætero prorsus & omnino abstineãt. Ac decreuit inhibitiones ipsas, & mãdata nullius existere firmitatis, & illis cõtra venientes cẽsuris huiusmodi minime ligari: Voluit tñ, quod si persuadẽtes, & inhibẽtes præfato mãdato huiusmodi obtemperare nõ curauerint, nisi eos pœnituerit, & persuasiones, & inhibitiones reuocauerint, intra triduũ postquã desuper requisiti fuerint, eo ipso ipsi ordinarij interdictũ ingressus Ecclesiæ, ac suspẽsionẽ a regimine, & administratione suarũ Ecclesiarũ, alij vero inferiores excõmunicationis sententiã incurrant,* Ita habetur in libro Monumẽta d Ordinũ,& Sixtus IIII. in alio priuilegio dato pro Carmelitis ait, *quod prohibẽtes ipsis fieri eleemosynas sint ipso facto excõmunicati, & quod cõtra tales possunt Rectores ordinũ Mendicantiũ, & Auditor Cameræ Apostolicæ ac Inquisitores hæreticæ prauitatis sicut cõtra hæreticos procedere.* Ita habetur in libro Monumenta Ordinũ e quod ipsum concessit idem Sixtus IIII. fratribus Augustinien sibus, nisi quod Inquisitores solum possunt procedere cõtra tales, vt habetur in eodẽ libro. f Et Leo X. concessit quod contra inobedientes possint procedere Ecclesiarum Prælati vsque ad inuocationem brachij sæcularis, prout habetur in supplemento. g

a Ca. exijt. § Porrò & §. ad hæc de verb. sig. li. 6. Con. Trid. sess. 25. de regul. c. 1.

b c. cum ex eo de pœn & remiss. Clem. abusionibus eodem tit.

c Naua. vbi sup. n. 6.

d In 1. imp. fo. 65. & in 2. fo. 149. cõcess. 365.

e In 1. imp. fo. 99. & in 2. fo. 183. concess. 448.

f In 2. imp. fo. 183. concess. 448.

g Suppl. fo. 147 ceness. 141.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum curati possint impedire, ne in Ecclesijs fratrum a fidelibus fratribus aliquid offeratur.

REspõdeo dicẽdo, quòd Bonifacius IX. cõcessit fratribus Prædicatoribus id ipsum, & cõcessum est, à suis præ-

prædeceſſoribus circa eleemoſynas petendas, & inſuper prohibuit, *omnibus vtriuſque ſexus aſſerere ipſos religioſos non eſſe in ſtatu perfectionis, & non eſſe licitũ ipſis de eleemoſynis viuere, quodque quæſtuantes nomine ipſorum falſo, tanquam falſarij capiantur ab Ordinarijs, & condemnentur. Et ſimiliter prohibuit, quod nullus illis prohibeat in ſuis Eccleſijs celebrare, & obligationes in Miſſis, vel alijs ad altare ipſorum prouenientes recipere, & conuertere in ſuos vſus iuxta morẽ ſui ordinis, & quod ipſo facto ſunt excommunicati omnes contrafacientes non abſoluendi, niſi ſedi Apoſtolicæ perſonaliter ſe præſentent.* Ita habetur in ſupplemento. *a*

a Suppl. fo. 14. cõcef. ſt.

Circa quam conceſsionem ibi in ſuis eccleſijs iuncto ibi, oblationes in miſsis eſt aduertendum quod aliqui literæ maximè adhærentes nõ prohibent in Eccleſijs fratrum oblationes offerri, impediunt tamen in via quando oblationes ad dictas eccleſias afferuntur, ne ipſæ ad eccleſias perueniant & hoc nimis literali prætextu dicũt ſe non eſſe priuilegiorum violatores & vt audiui ita à quodam iudice eccleſiaſtico fuit contra fratres Iudicatum qui non aduertunt priuilegia etiam indirectè violari minime deberi prout definiuit Honorius *b* Tertius in quadam decretali, & eo modo ea indirectè violari patet.

b Ca. quando de priu.

QVÆSTIO. *LVIII.*

De Epiſcopis & Epiſcopatu in octo articulos diuiſa.

Circa quã quæſtionẽ octo quærũtur.

1 *Vtrum religioſi poſsint acceptare Epiſcopatum ſine licentia ſui prælati.*
2 *An religioſi appetentes Epiſcopatum peccent.*
3 *An monachus factus Epiſcopus ſit ſolutus à legibus monachatus.*
4 *An monachus Epiſcopus factus priuilegijs religionis priuetur.*
5 *Vtrum prouiſio Abbatiæ ordinis vnius ſit valida à ſede Apoſtolica Epiſcopo collata nulla mentione facta illum ante Epiſcopatum eſſe monachum alterius religionis.*
6 *Vtrum bona quæ monachus ante Epiſcopatum quæſiuit pertineant ad monaſterium.*
7 *Vtrum monachus factus Epiſcopus, aut Cardinalis acquirat hæreditatem ſibi delatam monaſterio,*
8 *Vtrum Epiſcopi religioſi & alij beneficiarij regularis tam libere poſsint impendere de redditibus ſuis quam alij beneficiarij ſæculares.*

ARTICVLVS. I.

Vtrũ religioſi poſsint acceptare Epiſcopatum ſine licentia ſui Prælati.

RESpondeo dicendo, quod Monachiſmus ſolus non eſt impedimentum, quo minus quis gradũ Epiſcopalem, conſcendat, nec numeratur inter ea, à quibus immunis eſſe debet, qui in Epiſcopatum ordinatur, quę in Concilio Tolet. Quarto collecta ſunt & referuntur à Gratiano. *a* Solum tamen dubitatur vtrum ſine licentia ſuorum Prælatorum poſsint Epiſcopatum acceptare? Et reſpondetur quod non iure enim communi *b* non poteſt regularis conſentire electioni de ſe factæ extra ſuum Monaſteriũ ſine ſuperioris conſenſu, prout iam diximus ſupra, *c* & vltra ibi dicta aduertendũ eſt primo, quod poterit conſentire ſolus Prælatus ſine Capitulo, vel Conuentu, vt patet ex iure *d* & ſic poterunt Generalis, & Prouincialis dare dictam licentiam ſine conſenſu ſuperioris, & conuentus, vbi frater electus eſt ſubditus. ¶ Secundò aduertendum eſt, quod nullus religioſus ordinis poteſt conſentire etiam de ſui ſuperioris licentia electioni ſeu alij vocationi de ſe indiſcordia factæ ad aliquam Prælaturam extra ordinem ſuum prout traditur in Iure, cuius Decretalis rationem reddit ibi legislator per verba omni religioſo ſemper præ oculis habenda. *Quia quorundam oculos ſic vitium ambitionis excæcat, quod quaſi ſuæ profeſsionis immemores, qua contemptis honoribus, abiectis diuitijs, ſpretiſque delicijs, arbitrium proprium ſubiugarunt*

a ca. ſin aliquos 31. diſt.

b ca. ſi religioſus de elect. lib. 6.

c Sup. 54. d. c. ide el ect.

d Cap. quia quorundã de elect. li. 6.

iugarunt alterius ditioni, retro respiciũt, ad aratrũ manu missa dũ præcipitanter irruũt in litigiorũ anfractus & causarum strepitus se inuoluũt & extra administrationes proprij ordinis solium Prælaturæ conscendere moliuntur. Hæc ibi.

Aduertendũ tertio, quod in Societate Iesu professus, aut coadiutor formatus ex speciali voto simplici renunciat iuri acceptãdi electionem dignitatis secularis, etiã Episcopalis, & huiusmodi votum valere tradunt Caietanus *e*, & Sotus cum Diuo Thoma, regularis enim non tenetur appẽtere Episcopatum, prout affirmant Simachus, *f* Papa, & Bonifacius Octauus, & Clemens. V. & Cardinalis affirmat pecca re regularem, qui appetit Episcopatum, de quo articulo sequenti, verum est tamẽ, quod si Pontifex, aut suus Prælatus obligent ipsos acceptare, ad id tenentur, prout ordinauit Paulus III. in Bulla *g* data pro Societate Iesu, in qua approbat Societatem in suis constitutionibus, nec Generalis Societatis potest acceptare sibi dignitatem sine consensu Societatis, prout refert Henriquez. *h*

e Caiet. cũ D. Tho. 2. 2 q. 185. art. 2 ad 3. Soto li. 10. de iust. q. 2. a. 2. ad 3 f c. nullus 1. q. 1. c. quorũdã de elect. li. 6. Clem. 1. de elect. vbi Cardi. q. 7.

g Bulla Pauli III. § 4. & 47.

h Henri. li. 5. de indul. c. 27. nu. 27. p. 2. lite. M.

ARTICVLVS II.

An religiosi appetentes Episcopatum peccent.

REspondeo dicẽdo, quod hanc quæstionẽ tangunt Petrus de Ancharrano *a*, & Cardinalis, & videtur prima fronte, quod religiosus nõ peccat mortaliter appetens Episcopatum, cũ dicat Paulus *b*, Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, contrariam tamen opinionem amplectuntur supradicti Patres, quia religio est bonum quodammodo incommutabile, & sic religiosus appetens Episcopatum, iam vult illud bonum religionis pro alio commutare. Ad autoritatem autem Diui Pauli respondent, quod scilicet Episcopatus est quidem bonum opus, sed desiderium eius est prauum, & ideo dicit Ancharranus, quod Rolandus, qui capam Regis desiderat, bonum quidem opus desiderat, sed non sequitur, quod desiderium suum sit æquum, vel aliter soluit Archidiaconus *c* quod bonum, & æquum est desiderare Episcopatum, quando non est dubium per hunc ad martyrij gloriam peruenire. Videantur circa hoc Doctores *d*, & Guiliermus. At ego non possum ad peccatum mortale condemnare religiosos Episcopatum desiderantes, imo in ipsis potest esse actus meritorius, si bono fine ipsum appetant.

a Ancha. in Clemen. in plerisque post princ. & ibi Cardi. in 4. col. versi. 7. quæ 10 de elect.

b Paulus.

Neque obstat, quod religio sit bonum incommutabile: nam respondetur esse bonum incommutabile pro bono temporali, comparatione enim illius omne aurum pretiosum arena est exigua, dignitas autem Episcopalis secundum suam naturam est perfectior religionis statu, ita, vt religiosus possit compelli â suo Prælato Episcopatum acceptare iuxta tradita à Diuo Thoma, *e* & Soto, & iuxta hæc sunt explicanda tradita â Diuo Bonauentura *f*. Qui male sentit de fratribus Minoribus Episcopatum desiderantibus, cum in eorum regula ipsis præcipiatur, ne ab hac exeant religione.

c Archid. in c. qui Episc. 8 q. 1.

d DD. in c. ante omnia 40. dist. Guiliel. de iust. & iniust. c. 7. n. 6.

e Tho. 2. 2. q. 185. art. 2. ad 3. Soto 10. de iust. q. 2. ar. 2. ad 3.

g Bonauen. super 4 reg. fra. Min. c. 2 in 2. p. 3. partis capi.

ARTICVLVS III.

Verũ monachus factus Episcopus sit solutus á legibus monachatus.

REspondeo dicendo, quod monachus factus Episcopus est solutus â regula monastica, quatenus est contraria dignitati Episcopali, at quatenus cum ipsa compatitur minime solutus dicendus est, & ideo in quodam Canone *a* dicitur non esse solutum totaliter, sed tantum à iugo regulæ monasticę, quod Glossa ibi declarat, scilicet quod sit solutus ab obedientia, quam fecit Abbati, absoluitur etiam ab obedientia sua, cum sit factus de filio pater, item à Monachali regula in ieiunijs vigilijs, & modo cantandi, silentio enim non potest â modo vacare, cum debeat habere tubam præconis. Item potest sibi facere commatres, quod prius non licuit exemplo Gregorij, qui prius monachus factus, postea autem cum esset diaconus Cardinalis compater Mauricij Imperatoris factus est. Hæc Glossa: est tamen solutus ab alijs quæ repugnant statui Episcopali. Vnde quæsita post Episco

a c. statutũ 18. q. 1.

patum adeptum quærit non monasterio, sed Ecclesiæ Episcopali prout cum cõmuni tradit Rebufus *b* & infra dicetur articulo septimo.

b Rebufus respon. 14.

Ex quibus infertur, quod monachus factus Episcopus nõ est liber à delatione habitus regularis, neq; à tribus votis essentialibus, vt argumẽto cuiusdam Decretalis *c* tradit Couarruuias *d* qui defendit contra Syluestrum, quod non erit excõmunicatus habitũ religionis dimittens, & exteriorem Episcopalem tunicã assumens, nõ est enim in aliquo Canone excommunicatio indicta monacho, qui prætextu Episcopalis dignitatis dimisso habitu monachorum assumit albam illam, & candidam vestẽ, quæ ab Episcopis exterius defertur, tamet si male faciet monachus Episcopus dimisso habitu ea vtens, qui etiam resoluit, quod ab ijs, quæ substantialia vota sunt, non est exemptus monachus per Episcopalem dignitatem, quod in quadam lege partitarum videmus approbatum, vbi Doctissimus Gregorius Lopez *i* id suo claro stylo petractat.

c c. Clerici. officia de vit. & honest. cleric. d Couar. in c. 1. n. 18. de testam. Syluester, v. religio. 7. q. 11.

e l. 26. tit. 7. part. 1. vbi Gregorius. Lopez.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum monachus Episcopus factus priuilegijs religionis priuetur.

Respõdeo dicendo, videri quod sic priuilegia enim concessa religioni intuitu ipsius religionis conceduntur, & cum Episcopus iam à religione recesserit cessante causa debet etiam priuilegium cessare argumento eorum, quæ in Iure *a* notantur.

a l. tria. §. vsuras. ff. de legatis 2. glos. incap. ita deos in. v. cessauerit 25. q. 2. Roman. cõsil. 180. n. 7. Decius in c. cũ accessiss. n. 15. de const.

Neque obstat, quod monachus factus Episcopus nõ desinit esse monachus, quia id intelligitur quantum ad continentiam, & vota essentialia, prout dictum est in articulo superiori, non autem quantum ad alias obseruantias regulares, prout ibi diximus iuxta tradita à Diuo Thoma *b*, & ab Horatio Mandosio. Qua ratione statuit Sixtus, IIII. *vt si aliqui fratres Minores, aut Prædicatores obtinuerint habilitationem ad habenda beneficia Ecclesiastica, & quod interim, vel postquam ea habuerint, valeant residere in domibus dicti ordinis, & ibidem camaras ac vocẽ actiuã & passiuã in capitulis generalibus habere & priuilegijs dictorum fratrum & ordinum gaudere, quod isti tales postquam aliquod beneficiũ pacifice adepti fuerint, aut pro capellanis in aliquibus Ecclesijs deseruire cœperint concessionibus prædictis nequeant gaudere, aut alijs consimilibus ordinem concernentibus nisi de prælatorum consensu.* Et idem statuit de promotis ad Cathedrales, ac alias dignitates Ecclesiasticas ita habetur in libro Monumenta *c* ordinum.

b Thom. 2. 2. q. 85. ar. 3. Mãdosi. de priuileg. ad insta glos. 3. n. 11.

c in. 1. imp. fol. 66 & isti 2. fol. 145. cõcess. 365.

ARTICVLVS V.

Monachus fuit factus Episcopus & postea eidẽ per sedem apostolicam collata fuit Abbatia alterius ordinis non facta mentione quod à principio erat monachus antequã ad Episcopatum admitteretur. Quæritur an talis priuisio sit valida necne.

Respondeo dicendo, hanc quæstionẽ pro vtraque parte vẽtilare Rebufum *a* qui in partem negatiuã scilicet inualidam esse talem prouisionem videtur inclinari, nam in monachis quodlibet beneficium est incõpatibile ad aliud, vt dicitur in Iure *b*, imo nisi primũ dimittat eo ipso efficitur ineligibilis & ab vtroque penitus expelli debet vt ibidem dicitur, ergo multo fortius episcopatus erat ei incompatibilis cum Abbatia argumento eorum quæ in Iure *c* notantur, & tradit Ioannes Andreas, & sic non valuit collatio Abbatiæ huic monacho Episcopo, nec prouisio etiã à Papa non facta ei mentione de monachatu. Et cõfirmatur: nam licet Papa ex certa scientia si conferat videtur dispensare argumẽto aliquorũ iuriũ *d* tamẽ hic nõ interuenit scientia Papæ quia monachatũ nõ expressit in prouisione, quod si Papa sciuisset illum monachum nõ dedisset ei Abbatiam cum episcopatu, cum regulares pauperes esse debeant, & sic nõ debent habere piura beneficia. Et quod qualitas monachatus sit exprimenda, patet, quia difficilior

a Rebuf. li. respon. respons. 12. fo. 27

d cũ singula de præb. li. 6.

c Clemen. quia regularis in fin. de suppl. negl. prælat. Andreas in regul. quæ à iure de reg. iuri. lib. 6. in mercul.

d l. Barbar. Philippus. ff. de offic. præto l. qui dãt de reiud

lior fuisset Papa ad concedendum religioso quam seculari. Hoc ergo debuit exprimi iuxta Doctrinam Felini Panormitani e & omnium Doctorum.

c. postulasti de rescriptis vbi Felin. co. 4. Panor. & alij in c. super literis de rescri.

Nec obstat quod sit episcopus ipse prouisus: licet enim sit episcopus, vere tamen est monachus vt iam superioribus articulis diximus, nec in hoc monachus est deterioris conditionis quã secularis, quia si secularis haberet qualitatem aliquam, vt pote illegitimitatem illam exprimere deberet, vt plene concludit Felinus, f ergo & monachus illã qualitatẽ exprimere debet, & maxime in pluralitate beneficiorum quæ ipsis maxime est dãnosa, cum dissolutionis, ac vagationis contineat materiam, g quæ præ cæteris est auferenda à religiosis vnde Rebufus prouisionem factam de Abbatia monacho episcopo effecto non expressa qualitate monachatus subreptitiam & nullam affirmat.

f Felin. in c. in in nostra de reser.

g c. Cum teneamur de præben.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum bona, quæ monachus ante Episcopatum quæsiuit, pertineant ad monasterium.

REspondeo dicendo, quod is, qui à monasterio in Episcopatum transit, bona ante trãsitũ quæsita, monasterio vere acquisiuit, illa autẽ, quæ postea habuerit etiam ex industria personæ Episcopali Ecclesiæ acquisiuit, prout dicitur in iure *a* & tradunt Ioãnes Andræas, & communiter Doctores, & Couarruuias. Quod adeo verum est, *vt fratres ordinis Prædicatorũ promoti, vel assumpti ad Episcopatus, vel alias prælaturas, si prius recipiant munus consecrationis, quam resignent ordini libros, & alia, quæ habent tempore suæ promotionis, eo ipso sũt ab executione Pontificalis ministerij suspensi.* Ita Clemens. IIII. in priuilegio, quod incipit, prudentia concessit, prout asserit D. Antoninus *b* Vnde Alexander. IIII. *præcepit in virtute sãctæ obedientiæ fratribus Minoribus promotis, vel promouendis ad dignitates Episcopales, vel alias, vt libros, & alia quæ ipsos promotionis suæ tẽpore habuisse, vel habere cõstiterit submota qualibet dilatione resignet Generali, vel Prouincialibus ministris, nisi forsitan prædicti ordinis Prælati vsum huiusmodi rerũ illis ad tempus concesserint de gratia speciali.* Ita habetur in libro, Monumẽta e ordinũ.

a ca. statutũ 18. q. 1. Andræas. Abbas & DD. in c. 1. de testamen. vbi Couar. n. 20

b D. Antoninus de suspen. c. 4. nu. 20.

c In 1. imp. fo. 24. & in 2. fo. 24. cõ cc. 12.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Monachus factus Episcopus aut Cardinalis, acquirat hæreditatem sibi delatam, monasterio.

REspõdeo dicẽdo, quod in quodã Canone *a* diffinitur quod Monachus factus Episcopus potest adire hæreditatẽ paternã sibi delatã, quã acquiret Episcopatui, non primo monasterio, & sic illa spes succedẽdi, quæ secũdũ sacros Canones *b* sequitur personam monachi, sequitus ipsum factum Episcopum. An autem hoc habeat locum in fratribus Minoribus regularis obseruãtię vt frater *Minor* factus Episcopus, vel ad aliam religionẽ legitime trãslatus succedat ab intestato parentibus, & alijs cognatis, respondet Bartolus *c* quod aut iste liberatur ab ordine autoritate Romani Pontificis, & in hoc casu pũtat quod iura succedẽdi recuperet argumento cuiusdã Iuris *d* & idẽ putat, si alias legitime ab aliquo Archiepiscopo, vel ab alio Prælato promoueretur ad aliquam dignitatem, per hãc enim cõcessionẽ beneficij intelligit eũ ad omnia restitutũ eiusdẽ Iuris *e* & alterius argumento, cũ ius succedẽdi reperiat eum nunc in eo statu, in quo erat ante ingressũ & ita determinasse quendam virum doctũ testatur Baptista Salis *f* si vero reperiretur alius modus licitus, quã ex dicta concessione beneficij, vel dignitatis, per quẽ à dicto ordine absolueretur, tunc ius succedẽdinõ recuperat, vt patet ex iuribus eisdem, quæ in simili casu prædictam faciunt distinctionem, hoc autem potest contingere, si aliquis frater Minor propter eius demerita ab ordine absolueretur, & ei permittatur, vt transeat ad aliam religionem, quod eo casu ei licet, non alias, vt pater per multa priuilegia Pontificum, & in hoc casu non putat Baptista de Salis eum re-

a ca. statutũ 18. q. 1.

b Notatur ab Innocẽ. in c. in præsen. de pro.

c Bart. in tracta. minori. li. 4.

d l. 1. C. sent. passis.

e in d. l. 1. & in l. 1. §. quæ mortis ff. ad Tert.

f Baptis. Salis in sum. tit. relig. 34

cuperare ius succedẽdi per iura supradicta illa enim absolutio magis est ad pœnam, quam ad præmiũ, de quo diffuse apud Panormitanum g videre poteris. Quod verum intelligerem, nisi virtute dictæ licentiæ in alia religione bonorum capaci recipiatur, & pronunciatur, in hoc enim casu cũ iã legitime sit indicta religione receptus, & professus, recuperabit ius succedendi, sicut habẽt omnes ipsius religionis alũni.

Ex his dictis infertur, quod bona prouidentia fratribus minoribus regularis observantiæ post assumptam dignitatem pertinent Ecclesiæ, ad quam fuerunt assumpti. Neque hoc est mirum, quia illa dignitas superueniens non liberat fratres Minores à continentia, seu à voto paupertatis secũdum quandam Glossam h notabilem, nec etiam à delatione habitus, prout dictum est supra: imo etiam si efficiantur Cardinales, adhuc nõ possunt succedere, & sunt obligati supradictis secundum Baldum K quæ omnia vt mente tenenda commendat Matthesilanus l, & tradit Vvaldensis Perusinus.

Et quantum ad honorem, & præeminẽtiam Cardinalatus supponendum est tanquam certum, quod monachus, vel Canonicus regularis potest fieri Cardinalis secundum Baldum m qui tenet, quod nõ absoluitur à substantialibus regulæ, quem sequitur Martinus Laudensis n imo admodum eleganter affirmat Baldus o quod religiosus factus Cardinalis non potest condere testamentum, licet retineat iura succedendi, quod summe notãdum dixit Andræas Barbacia p qui cum Angelo Perusino q tenet, quod ex testamento minus solemni monachus licet sit Cardinalis capere non potest, vt hæres. Et idẽ Baldus rait quod Cardinalis regularis testari no n potest, nisi de licentia papæ, vt docte tradit Bertachinus s & sequitur Hieronymus Manfredus. Caueant religiosi, ne dignitatem Cardinalatus procurent adacquirendam libertatem, & ambitionis honorem, sed tantum propter Deũ, & maiorem vtilitatem Ecclesiæ imponẽdam, alias sunt fractores voti, quod in professione præstiterunt. Ita Gondisaluus t & tenentur deferre habitum suæ religionis, propter nullam enim dignitatem religiosus dimittit habitum suæ religionis, nisi per Papatum, & sequitur Hieronymus Manfredus. u

g Pano. inc. in præsentia de probat.
h Glos. in c. 3. 16 q. 1.
i Supra. art. K Baldus in Authen. licentiam C. de episco. & clericis.
Mathesila. de testibus n. 41. Vvald de succe. ab intest. q. 1. n. 15.
m Bald. in Auth. licentiã de episc. & clericis.
n Lauden. in trac. de cardinal. q. 58. & q. 59.
o Bal. vbi.
p Barbatia. de præstan. Cardi. pa. q. 3 infra.
q Perus. in l. discretis. C. qui test. facer pos.
r Bald. in d. Authen. licentiam.
s Bertach. de episcop. 4. p. in §. supe test. n. 6 li. 2
Manfred. d Cardina. q. 133.
t Gondisal. de potest. Eccles. q. 9. n. 44. infin.
u Manfre. vbi. q. 252. & 253.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Episcopi religiosi & alij beneficiarij regulares tam libere possint impẽdere de redditibus suis quã alij episcopi & beneficiarij sæculares.

REspondeo dicendo quod sic, iuxta determinationẽ Cardinalis Florentini a cuinemo vnquã contradixit cũ tamẽ certũ sit eos nõ esse dominos illorum, neq; capaces dominij alicuius rei propter solemne votum paupertatis, quod per professionem emiserunt, cuius rei fundamentũ nõ est quod sint illorum domini, non enim sunt domini, & si sunt non debent censeri domini integre & absolute vt plurimi laici, sed sunt restricti & obligati ad onus dandi superflua pauperibus, aut tales quales possent religiosi professi, & cum dicuntur domini in iure intelligitur de dominio restricto, & non de omnino libero, Verum igitur fundamentum secundum Nauarrum b est quia vt beneficiarij seculares ita & beneficiarij regulares solum sunt procuratores & æconomi & dispensatores ad erogandum pauperibus desumpto sibi ante omnia eo quod ad statum suum decet quod quidem officium ita bene fideliterque regularis præstare potest sicut & secularis, item quia regularis etiã verum titulum canonicum & Ecclesiasticum habet vt clericus sæcularis prout ait Nauarrus c & sic eãdem potestatem quam habent sæculares disponendi de suorũ titularium beneficiorũ & cõmẽdatarũ prouentibus habẽt etiam regulares de suorũ beneficiorũ titulariũ & comẽdatorũ redditibus.

a Florent. in Cle. 2. §. sed & talis devit & hone. cleri & in Clemen. 7. colupen. de rescript.

b Nauar. de reddit. Eccl. q. 2. n. 15.

c Nau. vbi. q. 1. n. 81.

QVÆSTIO. LIX.

De excommunicatione quantum ad potestatem excommunicandi religiosos in octo articulos diuisa.

Circa quã quæstionẽ octo quæruntur.

1 *Vtrum Generales & Prouinciales possint excommunicare suos subditos.*

2 *Vtrum*

2 *Vtrũ sentẽtia excõmunicationis possit fieri á prælatis diebus feriatis.*

3 *Vtrũ prælati regulares excommunicãtes suos subditos sine scriptura incidant in pænam iuris.*

4 *Vtrũ prælati regulares pro omnibus possint subditos excõmunicare.*

5 *Vtrum religiosi possint excomunicari ab ordinarijs.*

6 *Vtrũ valeat excõmunicatio cõtra regulares dictis priuilegijs ignoratis.*

7 *Vtrum adhoc vt religiosi excõmunicẽtur, sit necessarium, quod nominatim exprimantur.*

8 *Vtrum famuli fratrum possint ab Episcopo excomunicari.*

ARTICVLVS I.

Vtrum generales & prouinciales possint excommunicare suos subditos.

a Syluest. excõm. 2. ver. 5. Amil. in summa. ca. 29. Soto in. 4. d. 22. q. 2. art. 1. con. 1. Couar. practic. qq. c. 11 n. 5.

b ca. nouit. de offi. de legat. c. 19. q. 2 c. fin. de constit. li. 6.

c glos. in c. induciæ. §. a iudice. v. cõfidente. 3 q. 3.

d l fin. ff. de offic. præfe verbis.

e l. si. cũ ędes §. si arbiter. ff de arbitr.

f l. ad legatũ & l. ad rẽmobil. ff. de procur. l. cui iurisdictio. ff. de iuri. di. omn iudic.

RESpondeo dicendo quod in religione exẽpta generalis & prouinciales sunt ordinarij pastores regulariũ cum iurisdictione in vtroq; foro nõ tantũ ex priuilegio, sed & ex iure cõmuni quã possunt & delegare prout tradunt Syluester *a* Armilla Soto Couarruuias. Et licet vt feratur ab aliquo censura eiusdem sentẽtiã ferentis territoriũ esse debet vt constat ex sacris Canonibus *b*, est enim necessariũ quod sententiæ ferantur à iudice pro tribunali sedente vt cõcludit quædã Glossa *c*, pro tribunali vero sedere contẽtiosãque iurisdictionẽ exercere in aliena diæcesi iudices non possunt vt probatur in Iure, *d* ferre autẽ censuras ad contentiosam pertinet iurisdictionẽ, Ab hac tamen regula excipiuntur Abbates prępositi guardiani priores prouinciales & generales monachorũ ac fratrum & in summa vniuersi qui iurisdictionem sine territorio habent, nã hi in alieno iurisdictionẽ excercent, atque id circo excommunicare possunt vt de arbitro habetur in Iure, *e* nam ex quo iurisdictio ipsis in alterius territorio conceditur, & vsum concessum eisdem dicendum est argumento aliquorũ Iuriũ. *f*

Nec contra facit si dicatur quod cum in suis monasterijs iurisdictionem exerceãt videntur non in territorio alieno ferre sententiam. Nam respondetur quod monasteria sunt in episcopi territorio vt in iure *g* probatur, ac propterea in alieno territorio eam excercent,

g c. cũ episcopus de offic. ord. li. 6

Hinc primo infertur quod extra monasteria & suas Ecclesias iurisdictio ab his potest exerceri, quamuis honestius facient, si in suis locis eam exerceant, & si iurisdictionem cum territorio habent nemo dubitat in quacunque parte territorij eã iurisdictionem exercere valere prout tradit Abbas. *h*

h Abbas in ca. cum contingat. n. 32. conclu. fin. vers. hæc dicta mihi ex toto not. placent de for. compet.

Secundo infertur quod si ingrediatur Episcopus in aliqua processione in monasteria exempta in suo territorio existẽtia debet Episcopus præcedere prelatũ illius monasterij etiam si sit prouincialis aut generalis, cum Episcopus sit in suo territorio & hac ratione sacri Canones determinauerunt quod non solũ licentia Papæ sed etiã Episcopi ad ædificationẽ monasterij est necessaria, cum in suo territorio monasterium debeat ędificari, de quo in superioribus late diximus, *i*

i sub hoc. tom. q. 49.

ARTICVLVS II.

Vtrum sententia excommunicationis possit fieri â prælatis regularibus diebus feriatis.

RESpondeo dicẽdo, quod cum causa cognita sententiæ Ecclesiasticæ cẽsura feratur vt dicitur in Iure *a* & feriata die causæ cognosci nequeant vt etiã in Iure *b* diffinitur, ideo feriata die excommunicari nequit. Verum est tamen quod si feratur diebus feriatis sententia excommunicationis valebit & hanc sententiam sequuntur Speculator *c* & alij quos refert Quintilianus Mandosius: Item eodem tẽpore censura lata in eum valebit qui in Ecclesia dum diuina celebrantur obstrepit, atque admonitus non quiescit argumento cuiusdam decretalis *d* huius enim contumacia notoria est, ac propterea cognitione non eget vt sentit Marianus Soccinus. *e* Vnde prælati regulares possunt etiam die feriato excommunicare subditum rebellem, possunt etiam proponere excommunicationem generalem contra tales aliquid prohibitum facientes, & ipsi

a cap. sacro. de sent. excom. li. 6. c. nemo. 2. q. 1

b l. actus de ferijs c. fin ex eod.

c Abb. inc. fin. n. 13. de ferijs Mando. cõm. in comis. 13. ferijs non obstant. n. 13.

d ca. veniẽs. de sent. exc.

e Soccin. in c. perpendimus n. 74. d sent. exco.

possunt eadem die indicere excommunicationem contra eorum præcepta aliquid perpetrãtes. Ita dixit Federicus de Senis, f etenim in his casibus nulla causæ cognitio requiritur, nec diuinus cultus impeditur, & etiam noctu possunt tales excommunicationes ipso facto ferri. Licet enim aliæ sententiæ latæ noctu nullæ sunt, verum in censuris contrarium dicendum est cum sententia excommunicationis sine causæ Inquisitione aliquando ferri contingat prout dictum est: ita concludit Bartholomæus Vgolinus g

f Federi. de sen. consi. 2. n. 3 vers. itẽ. siquis quocumq. die.

g Vgolin. de cẽsur. eccles. tabul. 1 c. 27. §. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum prælati regulares excommunicantes suos subditos sine scriptura incidant in pœnam iuris.

REspondeo dicendo quod excommunicatio est nulla si episcopus aut prælatus eam ferens non seruat necessariam iuris formam, quæ requirit monitionem aliquam iuris, aut iudicis, vt si post eam fuerit inobediens & contumax & Ecclesiam nõ audierit excõmunicatus sit, vt post alios tradit Nauarrus *a* aliæ autem solennitates, si omittantur, non annullãt excõmunicationis sentẽtiam, vt quod præcedat trina monitio iuxta tradita ab eodem Nauarro *b* & Couarruuias, aut vna cum interuallo dierũ secluso casu necessitatis. Debet etiã causa excõmunicationis & sententia scribi prout tradũt Nauarrus *c* Couarruuias & Petrus de Soto, alias excommunicãs sine scriptura saltem priuata nisi causa iusta excuset) manet ab ingressu Ecclesię suspẽsus per mensem, nisi sit episcopus, qui nõ includitur sub generali suspẽsione & interdicto nisi exprimatur prout tradit Nauarrus *d*, & requiritur etiã vt detur scripturæ exẽplar intra mẽsem si id â iudice requisierit. At prælati regulares non his in omnibus regulis astringũtur. Leo enim decimus concessit quod *prælati ordinis Minorũ regularis obseruantiæ cũ aliquem fratrẽ propter apostasiã, vel aliã causã excõmunicant in capitulo fratrũ vel incõmunitate non teneantur proferre sententiam in scriptis prout in iure subpœna suspẽsionis præcipitur proferẽtibus,* ita habetur in supplemento ordinis & tradunt Gabriel *e* Syluester Panormitanus & Lappus. Imo ait Nauarrus *f* latis erit id licere per constitutiones quando sunt confirmatæ à Papa.

a Nau. in c. 27. n. 9.

b Nau. vbi. Cou. in c. alma. mater. 1 p. §. 9. n. 7.

c Nau. vbi. n. 8 Couar. vbi. n. 7. Soto titulo. de elect. lect. 3.

d Nau. vbi. n. 161.

e supplem. fol. 93. concef. 291. Gabriel in. 4. dist. 18. q. 2. col. 9. Sylu. v. excomm. 1. §. 14. Pan. & alij inca. cũ speci. de appella. Lappus alle. 22.

f Nau. vbi. c. 27. n. 8.

Et aduertendum quod in quadam Constitutione g generali nostræ religionis, *Præcipitur vt nullus nostræ religionis prælatus inferat sententiam excommunicationis per modum ordinationis vel statuti ad præcauenda delicta vt est prohibitus ingressus in cellas, seu in aliquas secularium domos & id genus alia nisi in scriptis, & prædicta excõmunicatio aliter lata præsenti constitutione nulla esse decernitur & declaratur.*

g Constit. Tol. c. 6. de corre. delinquẽt. tit. de pœna excõ.

Circa quã ordinationẽ primo aduertendũ est quod ipsa nõ intelligitur de excommunicatione lata à prælatis per modũ præcepti vt quãdo aliquibus fratribus particularibus præcipiũt in particulari prælati ne certas domus ingrediãtur, & quod quando vadũt extra ciuitatẽ ad prędicandũ ne per mediã ciuitatẽ pertrãseant & alia similia, & hoc voluit dicere Leo X. non enim ipse cõcessit vniuersaliter vt nullã sentẽtiã excõmunicationis non teneatur prælati in scriptis proferre, sed tantum illã quæ per modũ præcepti fulminatur cõtra aliquẽ fratrem particularem vt patet ex verbis ipsius ibi *cum aliqnẽ fratrẽ*, excõmunicationẽ per modũ statuti & ordinationis tenentur iuxta terminos iuris & dictæ constitutionis Toletanæ in scriptis proferre, illa autem erit excõmunicatio per modũ statuti, quæ apponitur omnibus prouinciæ, aut alicuius cõmunitatis conuẽtualis fratribus permanenter & nõ ad certũ tẽpus, si enim ad certũ tẽpus apponatur per modum præcepti proferri censebitur. Et ita in ordinationibus Prouinciæ Sancti Iacobi regularis obseruantiæ fratrũ minorum cuius filius indignus ego sum in hunc modũ statuitur.

Porque los mãdamientos de los superiores con mas diligencia se guarden y ninguno pretenda, ignorancia ordenamos que quando alguna cosa se mande re por obediencia o excõmunion se põ-

g4

ga el tal mãdamiento en la puerta del refectorio por la puerta de dentro firmado del superior cuyo fuere el mãdato, y lo q̃ assi no estuuiere scripto queremos que no obligue en cõsciencia siendo mãdato puesto a toda la comunidad, y que aya de q̃dar permanente sin limitaciõ de tiempo, mas quãdo se pusiere en particular a algũ religioso q̃remos q̃ obligue, y lo mismo quãdo se pusiere a toda la comunidad cõ tiempo determinado aũq̃ no se põga en scripto. Notanda sunt illa verba en consciencia, nam in foro exteriori talis obedientia etiam sine scriptis valebit, ita vt transgrediens eam à prælatis puniri possit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Prælati regulares pro omnibus possint subditos excomunicare,

a Trid. ses. 25. c. 3. de reform.

RESpõdeo dicẽdo, quod Concilium Tridentinũ *a* statuit, quod quanuis excommunicationis gladius neruus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salularis sobrie tamen magnaque circunspectione exercendus est, cum experientia doceat si temere, aut leuibus ex rebus, incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parare, quam salutem. Quapropter excommunicationes illæ quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis (vt aiunt) aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, à nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decernentur, & tunc non alias, quam ex re non vulgari causaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata, quę eius animũ moueat, &c, Quo Decreto attento considerent Prælati regulares, & diligenter attendant, cum sint iudices, & simul suorum subditorum patres, ne eos excommunicationis vinculo præcipitãter temere feriant ita, vt illud, quod ordinatum est in eorum salutem, eis ruinæ præbeat scãdalum. Et ita Ordinatio *b* generalis nostrę sacræ religionis Prælatos nostros hortatur, vt non inferatur excommunicatio temere, aut leuibus ex rebus, sed sobrie, & magna circunspectione, & addit.

b ordin. genera. Tolet. c. 6. de correct. delinq tit. de pæna excõmuni. fol. 41.

Cum tamen idem concilium dicat excommunicationes latas ad finem reuelationis, aut pro deperditis, seu subtractis rebus à solis Episcopis imponi debere præcipimus, vt Guardiani cum non habeant iurisdictionem Episcopalem non possint excommunicare tribus supradictis casibus, videlicet ad finem reuelationis in iudicio, & pro deperditis, aut pro subtractis rebus, nam in his tribus casibus ad maiores nostræ religionis Prælatos solum Iurisdictionẽ Episcopalem habẽtes pertinet excõmunicationem ferre. Hæc ordinatio.

ARTICVLVS V.

Vtrum religiosi possint excommunicari ab ordinarijs.

RESpondeo dicendo, quod si ordinarius procedat per censuras contra personas regulares, vt per excommunicationem, aut suspensionem, aut imponat interdictum in Ecclesia Regulari, quanuis ignoret id exemptionis priuilegium, censura est ipso Iure nulla, & sine effectu, & in nullo foro seruanda, vt post alios tradunt Couarruuias *a* Driedo, & Corduba, exemptio enim religionis est notoria populo, & ordinarijs iuxta ea, quæ in Iure *b* notantur, & tradit Romanus. Vnde Martinus Quintus, pro maiori fratrum quiete concessit fratribus Minoribus, *quod ordinarij, & Prælati alij, siue quæuis alia persona generaliter, vel specialiter, aut communiter, aut diuisimt, non possunt quauis autoritate excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias promulgare.* Ita habetur in li-

a Cou. in c. alma mater 1. p. §. 7. n. 5. Directo. li. 2. de libert. Christ. c. 8. p. 68. Cor. dub. li. 3. qq q. 43. col. 3.

b c. ex parte el. 2. de priu Rom. cons. 369. n. 20.

bro Monumenta c ordinum, & in supplemento sub nomine Eugenij. IIII. Imo Clemēs. IIII. cōcessit *fratribus Minoribus, ne ab aliquo legato nisi de latere sedis Apostolicæ misso, vel delegato aut subdelegato autoritate literarū sedis prædictæ possunt excōmunicari suspendi, vel interdici, nisi literæ ipsæ plenā, & expressā de ordine præfato, & indulto huiusmodi facerent* mētionē: ita habetur in eodem Libro d monumenta ordinum, & in supplemento. Neque etiam milites, & personæ ordinum militiarum, vt milites Diui Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, & D. Ioannis Baptistæ possunt ab ordinarijs excommunicari, suspēdi, aut interdici, vt in eorum priuilegijs latius cōtenetur.

c In 2. p fo. 262. conce. 681. & in supp. fo. 80 conces. 240

d In 1. imp. fo. 29. & in 2. imp. fol. 26. conces. 25. & in sup fo. 3. conc. 1

Circa quas concessiones est aduertendum primo, quod ob quamcumq; causam fer[illegible]ur excommunicatio etiam cōtra ipsū priuilegium exemptionis erit nulla, quia iurisdictio, ad quam pertinet potestas ligādi censuris deficit ordinario contra exemptos. Et sic statuit Sixtus IIII. *ne locorū diœcesani, vel alij ordinarij, vel alij quicūq; in personas aut loca fratrū Minorum contra priuilegium exēptionis sibi quācumque iurisdictionē aut superioritatē vendicare præsumant. Ac districte inhibuit, ne quispiā absque sedis Apostolicæ speciali cōcessione aut autoritate in personas, domos, & loca dicti ordinis Minorū (vt pote prorsus exemptas) aliquas cēsuras, vel sentētias, specialiter, vel generaliter promulgare audeat.* Ita habetur in libro Monumēta e ordinū. Et idē Sixtus. IIII. cōcessit fratribus Carmelitis copiosam exemptionem dicens in summa, *quod nullus ordinarius, seu legatus quauis autoritate vtēs, quā cūque superioritatē super prædictos fratres sibi vēdicare præsumat. Neq; aliquis absq; specialicōmissione sedis Apostolicæ faciēte mentionē de verbo ad verbū de huiusmodi indulto valeat promulgare aliquas sētētias excōmunicationis, seu alias cēsuras supereosdē, & voluit, quod processus facti contra fratres præfatos pro infectis habeantur, etiam si eorum exemptio) vt pote notoria) nō fuerit allegata*

e In 1. imp. fo 60. & in 2. fol. 144. con. 347.

Ita habetur in libro f monumēta ordinū.

f In 1. impr. fol. 99. & in 2. fo. 183. con. 449. & c.

Secūdo notādū est, q̄ milites professi ordinum militiarum licet nō possint ab ordinarijs excōmunicari, vt singulares personę, si tamē ipsi induāt officia publica, & sint Correctores ciuitatū, & in aliquo exēptionē, & iurisdictionē Episcoporū cōtra tenorē suorū Canonū perturbēt cōijciendo in carcerē clericos & Presbyteros, possunt ipsi ordinarij cōtra eos, tūc vt cōtra personas publicas procedere primo declarādo esse eos excommunicatos à Canone. Secundo eos interdicendo, & cessationem à diuinis propter eorum insulta apponendo, & eos etiam excommunicando casu, quo ratione delicti ab ipsis commissi nulla à Iure feratur excōmunicatio, priuilegia enim ipsis concessa ne possint interdici, aut excommunicari intelligenda sunt de ipsis, vt sunt milites, & singulares personæ ipsarum militiarum professæ, non autem vt sunt Rectores, & Magistratus, sic enim his pro

Rector

Rectoribus, & Magistratibus cōstitutis gladius Ecclesiasticus deficeret, nec ordinarij ab eorum vexationibus possent liberari, quod minimè est asserendum, & probatur ex diffinitione Cælestini III. in simili casu, simili modo in quadam Decretali g respondentis quod ex dicendis infra clarius h patebit.

g capi. cum capella. de priui.

h infra hoc tom. q. 59. ar. 13.

Tertio est aduertendum in eos religiosos, qui priuilegium habent, ne à quocunque possint excommunicari, suspendi, vel interdici pro vlla causa, vel in alio loco Ordinarij, quantum ad ista suam iurisdictionē exercere non possunt, vbicunque fuerint, nisi illi monachi mitterentur ad prioratus subiectos ordinarijs, quia tunc licet vtrobique sint monachi Ordinarij quo ad prædicta etiam illos iudicant, quandiu ibi manēt iuxta quandam Decretalem. i

i c. volentes d priui. li. 6

ARTICVLVS VI.

Vtrum valeat excommunicatio contra regulares dictis priuilegijs ignoratis.

a Richard. in 4. d. 18.

Respōdeo dicendo, quod Richardus a tenet ordinarios non posse excommunicare regulares, si ante sententia in suam defensionem allegant priuilegium quod intellige, si sint parati ostendere: si vero illud non allegant, nihilominus etiam excommunicatio non valet, si ipsum priuilegium est publicatum: si vero non sit publicatum, etiam excommunicatio non valet, si ipsum priuilegium sit notum iudici argumento cuiusdam Decretalis b iuncta sua Glossa: si autem non est iudici notum, neque priuilegiatus fuit in longo libertatis tenore, tunc sententia tenet argumento eiusdem decretalis, quod intelligit Syluester c nisi in priuilegio esset clausula irritans, quia tunc non valeret sententia, si vero priuilegiatus allegat priuilegium non publicatum, neque iudici notum, neq; fuit in longo libertatis tenore, & iudici patenti priuilegium sibi ostendi non vult illud ostendere, nec clausulam continentem suam libertatem tenebit excommunicatio si feratur contra eum iuxta quandam Decretalem d neque per ostensionem priuilegij sequentem iudicabitur excommunicationem fuisse nullam, vel esse reuocandam, & iuxta hæc sunt intelligenda priuilegia in superioribus allegata.

b c. si duob. de appella.

c Sylue. de verb. exēptio. n. 9.

d c. cū persona de priui. li. 6.

Ex quibus infertur, quod ordinarij non possunt excommunicare fratres Mendicantes, cum eorum exemptio ab ipsis ordinarijs sit publica, & notoria.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ad hoc, vt religiosi excommunicentur, sit necessarium, quod nominatim exprimantur.

Respondeo dicendo, quod Nicolaus V. *Noluit fratres ligari aliqua cēsura excommunicationis, suspensionis, aut interdicti iuris, vel hominis, nisi nominatim fiat mentio. Nec sufficit, si dicatur in sententia generaliter, vt perinde valeat, ac si essent expresse nominati.* Habetur hæc declaratio Pontificis in ceremoniali, seu Pontificali in Bibliotheca Vaticana, vt habetur in Compendio a Societatis Iesu. Quod priuilegium notādum est, si enim aliquæ Paulinæ ab aliquo Legato à latere publicentur, pœnam excommunicationis imponentes minimè censuræ ibi appositæ religiosos comprehendent, nisi de ipsis religiosis in eis specialis fiat expressio.

a Tit. excōmunic. §. 3.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrum famuli fratrum possint ab Episcopis excommunicari.

CIRCA hunc articulum vide ea, quę infra dicemus in quęstione agente de famulis fratrum.

QVÆSTIO LX.

De excõmunicationibus iuris, quas perſonæ regulares incurrunt in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Quid ſit excommunicatio à iure.*
2 *In quas cenſuras incurrant religioſi ipſo facto à iure.*

ARTICVLVS I.

Quid ſit excommunicatio à iure.

RESPONDEO dicẽdo, quod duplex eſt excommunicatio, generalis, & ſpecialis, vt dicitur in ſacris Canonibus, *a* generalis autem rurſus duplex, ſcilicet, lata à iure, & lata ab homine, lata à iure eſt, qua generaliter Canon, conſtitutio, aut ſtatutum excommunicat eum, qui illud, aut illud fecerit, aut non fecerit, vt in eiſdem ſacris Canonibus continetur. *b* Lata ab homine eſt, quam iudex generaliter fert in illum, qui illud, aut illud fecerit, vel non fecerit, inter quas duas magnum verſatur diſcrimẽ nam lata ab homine moritur mortuo homine, vel ablato ab officio, eo qui eam tulit iuxta Gloſſam *e* ſolemnem, quam Hoſtienſis, Panormitanus, & Felinus, ſequuntur, idemque tradit Antoninus, pro quibus argumentum cuiuſdam textus *d* optimè facit. Moritur, inquam, quoad eos, qui eam non incurrunt, antequam ille moreretur, aut priuaretur ſecundum Panormitanum, & communem. At lata à iure minimè, vt diffinit quædam Decretalis. *e* Vnde excommunicationes, & aliæ cenſuræ latæ in mandatis viſitationum quando monaſteria viſitantur, aut aliquid præcipitur fratribus à ſuis prælatis, quæ non ſunt ſtatuta, ſed mandata generalia, aut ſpecialia non ſunt cenſuræ à iure latæ, & ſic cum quæſtione præcedenti de prælatis egerimus potentibus excommunicare & per conſequens de excommunicationibus latis ab homine verba fecerimus, in hac quæſtione de excommunicationibus latis à iure contra perſonas eccleſiaſticas operæ pretium eſt agere.

a c. à nobis 1. de ſen. excom. c. ſtat. & c. conſtitut. eodem ti. li. 6.
b capi. 2. de conſtit. li. 6 clemen. 1. §. verũ de hæret.
c Gloſ. in d. cap. à nobis vbi Hoſtiẽſis, Panorm. & Felin. Antoni. 3. p. ti. 24. c. 74.
d l. fin. ff. de pœnis.
e c fi. de offi. delega.

ARTICVLVS II.

In quas cenſuras incurrant religioſi ipſo facto à iure.

RESpondeo dicendõ, multas eſſe cenſuras, & excommunicationes, quæ in ſacris Canonibus religioſis imponuntur, quarum aliquas in præſentiarum proponam.

Prima eſt, qua excommunicantur regulares Minores, qui interdicti generalis tempore in ſuas Eccleſias fratres, ſororeſue tertij Ordinis recipiunt. Hæc excommunicatio habetur in quadam Clementina *a* de qua infra quæſtione de interdicto erit nobis ſermo.

Secunda eſt, qua excommunicantur ipſo facto religioſi, qui non ſeruant interdictum, vel ceſſationem à diuinis, quam ſeruat Eccleſia cathedralis, vel matrix, vel parochialis populi. Ita habetur in quadam Clementina. *b* In confirmationem huius Clementinæ Concilium Tridentinũ *c* ſtatuit, quod cenſuræ, & interdicta, necdum à Sede Apoſtolica manantia, ſed etiam ab ordinarijs promulgata mandante Epiſcopo à regularibus in eorum Eccleſijs publicentur atque ſeruentur.

Pro explicatione autem prædictæ Clementinæ aliqua notat Nauarrus. *d* Primo quod non incidunt in hanc excommunicationem laici, neque clerici, ſed ſolum religioſi ſiuè ſint Mendicantes, ſiuè non Mendicantes, ſi ſciunt ipſum interdictum ſeruari. Secundo quod non habet locum in interdicto, vel ceſſatione ſpeciali, ſed ſolum in generali. Tertio, quod habet locum etiam in interdicto, vel ceſſatione inualida, ſiue nulla ratione præcedentis appellationis.

Quarto, quod non ſatis eſt, illud ſeruari à nonnullis Canonicis, ſi portionarij, vel alij capellani non ſeruant illud, & celebrant publicè.

Quinto, quod quando non eſt in oppido Eccleſia Cathedralis, neque matrix, & ſunt

e Clem. 3. de ſent. excomu.
b Clem. 1. d ſent. excõ. c Tridẽ. ſeſſ. 25. de regu. c. 12.
d Nau. c. 27. n. 146.

ſunt multæ parochiales diuiſæ neceſſa eſt ab omnibus eam ſeruari ad huius excommunicationis incurſionem, quamuis parochialis intra cuius fines ſitum eſt monaſterium obſeruet.

Sexto, quod quamuis religioſi teneantur obſeruare quod matrix obſeruat etiam ſi nullum ſit, non tamen ſunt immunes ab obſeruatione validi licet à matrice nõ ſeruetur, imo incurrunt non ſeruando pœnas per alios Canones appoſitas. Septimo quod hoc habet locum in omnibus interdictis, & ceſſationibus generalibus poſitis à iure, vel ab homine quacunque authoritate.

Tertia excommunicatio ponitur in alia Clementina, *e* contra monachos decimas ſibi appropriantes. Circa quam eſt notandum primo, quod nullus religioſus incurrit in eam eo ſolo quod non ſoluit, niſi appropriet, vſurpet, aut prohibeat, vel non permittat, vt ait Gloſſa communiter recepta in eadem Clementina. Notandum eſt etiam, quod non incurrunt in dictam excommunicationem, qui hoc faciunt credẽtes eas pertinere ad ſua beneficia per priuilegium, vel præſcriptionem, quia Clementina loquitur contra præſumentes non ſoluere, de quo ſupra in quæſtione de Decimis iam egimus.

e Clemen. 1 de Decimis

Quarta excommunicatio proponitur in alia Clementina, *f* qua excommunicantur religioſi ſimplices, qui petũtaulas Principum animo nocendi ſuis prælatis, aut monaſterijs, quod procedit etiam ſi proficiſcãtur cum facultate ſuperiorum, vt ibi notat Gloſſa, *g* communiter recepta.

f Clemẽ. ne in agro. §. quia vero de ſtatu monacho.

g Glo. in d. §. quia vero v ipſofacto

Quinta opponitur in dicta Clementina qua excommunicantur monachi, qui ſine facultate Abbatis habent arma intra clauſtra monaſteriorum.

Circa quam eſt notandum primo, quod non incurrunt in eam canonici regulares, neque qui habent lapides, & baculos, quia per ſe hæc non ſunt bellica, incurrunt tamen, qui habent caſſides, thoraces, & alia arma defenſiua, quæ ex ſe ſunt talia. Non incurrit tamen in hanc excommunicationem, qui per negligentiam ignorãtiam iuris, vel obliuionem ſine prava intentione offendendi habet huiuſmodi arma, etiam in cubiculo, prout Caietanus *h* ait, neque qui habet ad reſiſtendum ſuo Abbati, quẽ probabiliter timet in eum inuaſurum, neque quihabet arma in alio monaſterio, neque qui foris venit cum in illis monaſterium, niſi in eodem ſeruaret, vt Gloſſa *i* in eadẽ Clementina affirmat.

h Caie. caſu 63 v. excõmunica.

i Gloſ. in d. Clemen. v. tenences.

Sexta excommunicatio ponitur in alia Clementina, *k* contra omnes religioſos Mendicantes, qui accipiunt nouas domos, vel noua loca ad habitationem, aut commutant, aut alienant acquiſita ante Concilium Lugdunenſe aliquo titulo, de cuius explicatione vide quæ ſupra *l* late diximus,

k Clem. cupientes de pœnis.

l Supr. hoc tom. q. 49.

Septima excommmunicatio fulminatur in eadem Clementina cõtra religioſos, qui concionantur, vel alias dicunt aliquid auertendo audientes à ſoluẽdis Decimis debitis Eccleſijs, de qua ſupra diximus cum egimus de decimis.

Octaua excommunicatio decernitur, in eadem Clementina contra religioſos, qui de induſtria nullum conſcientiæ ſcrupulum incutiunt in confeſsionibus pœnitentibus deſolutione decimarum, & poſtea non expiata hac negligentia cum commode poſſent, præſumpſerunt cõcionari, circa quas duas excomunicationes vide, quæ ſupra diximus in quæſtione de Decimis. *m*

m Sup. hoc tom. q.

Nona excommunicatio eſt contra religioſos, qui quempiam inducunt, vt ſepulturam apud ſe eligat, vel mutet. Ita habetur in quadam Clementina, *n* de qua excõmunicatione infra in tertio tomo in quæſtione de ſepulturis agemus.

n Clem. 3 §. fi. de pœn.

Decima excõmunicario, reſeruata Summo Pontifici ponitur in quadam Clementina, *o* contra religioſos, qui extremam vnctionem, Euchariſtiamue laicis, clericiſue licentia ab ipſorum parochis ſpecialiter non habita adminiſtrant, aut matrimoniũ ſolenniter benedicunt, aut abſoluunt excommunicatos à iure ſtatutoue, vel Synodorum ſententijs ſine priuilegio iuridico.

o Clem. 1. de priuileg.

Pro cuius explicatione nota primo, quod ſub nomine ſolennis benedictionis comprehenditur omnis ſolennitas, quæ obſeruatur iuxta ritum regionis, ſiue fiat benedictio ſolemnis, ſine dicatur ſpecialis Miſſa pro contrahentibus, vt exiure *p* colligitur.

Secundo nota, quod hæc Clementina, vt in ea notat Gloſſa communiter recepta non habet locum in religioſo præfecto Eccleſiæ Parochiali quoad non ſuos Parochia

p c. 1. de ſpõſali.

chianos. Tertio nota, quod habet locum in quocunque religioſo religionis approbatæ, nam ſi eſt religionis non approbatæ minime in eo locum habet, quia cum hæc conſtitutio ſit pœnalis, ſtricte eſt intelligenda, & â fortiori idem videtur dicendum in nouitio, nam licet in fauorabilibus religioſus reputetur, vt gaudeat priuilegio Canonis, non tamen in odioſis religioſus cenſetur, quod puto tenendum, licet contrarium non aduertens ad hanc doctrinam teneat Baptiſta de Salis *q* in ſua Summa. Quarto nota, quod hæc Clementina non habet locum in religioſo miniſtrante Euchariſtiam religioſo alterius ordinis. Nam textus facit mentionem de laicis, & clericis, appellatione autem clericorum in materia odioſa, & ſtricta, vt in noſtro caſu non veniunt religioſi, vt notat Panormitanus dicens *r* vltra quod in ſtricta ſignificatione, ſeu materia odioſa appellatione clericorum non comprehendi Epiſcopos, quod ex quadam probat Decretali, *ſ* & idem dicit in alijs clericis exiſtentibus in dignitate, vt in Canonicis Eccleſiarum Cathedralium. Et ratio eſt, quia in eis eſt qualitas ſuper alios quæ non reperitur in ſimplicibus argumento cuiuſdam Decretalis *t* quæ ad multa facit. Et confirmatur, nam etiam appellatione monachorum non venit Abbas ſecundum Panormitanũ *u* licet Abbas ſit monachus quia Abbas habet qualitatem ſuper alios monachos. Ex quo infertur, quod ſtatutum, quod punit ſcholarem deferentem arma, vel aliud facientem, non comprehendit eius Rectorem, licet ſit ſcholaris, ſecus in materia fauorabili. Vnde ſtatuta religionũ punientia monachos eo quod egredientes à ciuitate, in qua habent monaſteria per eandem circundant ciuitatem non comprehendunt ipſorum monaſteriorum Prælatos: niſi de eis ibi particularis fiat recordatio.

Quinto nota, quod religioſi conuerſi miniſtrantes hæc ſacramenta incidunt in hanc pœnam, negari enim non poteſt, quod dicti conuerſi ſint religioſi. Neque obſtat verbũ (*miniſtrare*) poſitum in dicto Decreto, & quod iſti non adminiſtrant, ſed abutuntur.

Nam reſpondetur, quod etiam religioſi habentes ordinem ſacrum presbyteratus adminiſtrantes huiuſmodi ſacramenta ſine licentia parochi dicuntur his abuti, quia faciunt contra prohibitionem Summi Pontificis. Præterea illud verbum (miniſtrare) accipitur ſecundum vſum communem loquendi, ſcilicet, pro exhibere, vel dare, quia alias de ludibrio hæc Clementina eſſet, ſi ſolum comprehenderet eos, qui ſecundum ſacros Canones poſſunt adminiſtrare huiuſmodi ſacramenta.

Sexto nota, quod ſupradicta Clementina loquitur in omnibus religioſis exemptis, & non exemptis, cum de omnibus religioſis loquatur argumento cuiuſdam Canonis, *x* quod eſt tutius, & indubio tenendum.

Neque obſtat, quod allegatur â contrarijs tenentibus hanc Clementinam ſolum loqui de religioſis exemptis, cum ponatur ſub Rubrica, quæ loquitur de priuilegiatis, nam ad hoc reſpondetur cum quadã Gloſſa *y* dicente, quod plerumque generalior eſt textus, quam Rubrica, quod aliquibus comprobatur exemplis.

Septimo nota, quod religioſus, vt non incurrat in pœnam huius Clementinæ ſufficit, quod dicat ſibi parochianus, quod habet licentiam à parocho, vt ſibi dicta ſacramenta adminiſtret. Debet enim credere ipſum ſibi dicere veritatem, quia nemo præſumitur eſſe immemor propriæ ſalutis, vt quidam Canon *a* affirmat. Pro quo facit doctrina cuiuſdam Gloſſæ *b* dicentis, quod cum quæritur de animæ periculo, de alicuius conſcientia creditur eius iuramento non ſolum in foro pœnitentiali, verum etiam in foro iudiciali, quando aliter non poteſt probari, quod in quadam Decretali *c* videtur diffiniri, vbi eius Gloſſa ibi notat. Et confirmatur, quia in hoc caſu credendo parochiano non miniſtrat præſumptuoſe, & pœna iſtius Clementinæ contra præſumentes proponitur. Vnde religioſus ignorans pœnam, de qua hic & alias homo ſanctæ vitæ miniſtrans Euchariſtiam ſine licentia presbyteri parochialis non incidit hanc pœnam, cum verbum (*Præſumant*) in dicta Clementina appoſitum denotet dolum, & temeritatem miniſtrantis, & licet ignorantia iuris regulariter non excuſet, tamen quando ex probabilibus coniecturis perpenditur quod quis ignorauerit, excuſatur ſecundum ea, quæ in iure *d* notantur. Item ſicut miles armatæ militiæ excuſatur ab ignoran-

q Salis in Sũm. v. abſoluti. 1. fo. 1. col. 1.

r Panor. in Rub. de vita, & honeſtate cleri. 5. ca. periculoſum de ſenten. ex. co. li. 6.

t ca. ſtatutũ de elec. li. 6

u Panor. in c. fi. de ſim.

x c. Roman. 19. d.

y Gloſſ. in Authen. d: inceſtis nuptijs.

a c. ſancim. 1. q. 7.

b Glo. in c. ſignificaſti. 2. de homi.

c c. præſen- de teſtib.

d c. 2. de cõ ſti. li. 6.

el.1. C. de iur. & fact. ignoran.

norantia iuris iuxta quandam legem, e ita & hunc poſſumus excuſare præcipue in foro pœnitentiali, in quo credendum eſt aſſerentiſe ignorauiſſe, & id ipſum exiſtimo in foro iudiciali, quando ex probabilibus coniecturis liquet, quod non fecit præſumptuoſe, imo aliqua probabili ratione ductus, quia tamen forte aliqui in ſinceritate ſpiritus minime ambulantes contradicerent dicentes, quod eo ipſo eſt præſumptio contra ipſum, quod fecit contra hanc Clementinam tutius eſt, vt ſtatim abſolutio excommunicationis petatur, ne celebrando de irregularitate arguatur.

Octauo nota, quod vt non incurrit in huiuſmodi Clementinæ pœnam, ſufficit licentia Vicarij, qui gerit curam ordinariam parochiæ illius Eccleſiæ, & eſt ab Epiſcopo conſtitutus, vt tenet Gloſſa in eadem Clementina. Ex quo infertur, quod ſi non habet curam ordinariam, ſed eſt ſibi cura Eccleſiæ paruo tempore commiſſa, quod non poteſt dare licentiam, niſi in ſpeciali hoc ſibi ſit commiſſum, & ait Baptiſta de Saliis *f* ſe ſuper hoc vidiſſe magnum ſcandalum in quadam prouincia ſuſcitari.

f Saliis in ſu ma ti. abſolutio. 1. fo. 5. co. 2. in fine

Vndecima excommunicatio eſt cuiuſdam Clementinæ *g* contra religioſos, religioſaſque profeſſas, qui, quæue matrimonium contrahunt, de qua infra in quæſtione de Matrimonio dicetur,

g Clem. vn. de conſan. & affinit.

Duodecima excommunicatio eſt contra religioſos fauentes mulieribus quæ habitum Biguinarum ſumpſerunt, & ad eum ſumendum inducentes, vt dicitur in quadam Clementina. *h*

h c. 1. de religioſ. domi.

Decimatertia excommunicatio eſt contra religioſos profeſſos, qui habitum temerarie dimittunt. Ita continetur in quadam Decretali, *i* de quo vide infra hoc tomo in quæſtione de habitu regularium.

i c. 2. ne cleric. vel monachi. li. 6.

Decima quarta excommunicatio eſt contra religioſos, qui ad loca, vbi publice literarum ſtudia exercentur non habita licentia proficiſcuntur, vt in eadem Decretali K decernitur, de quo infra tertio tomo in quæſtione de regularibus ſtudentibus dicetur.

K d. c. 2.

Decimaquinta excommunicatio eſt contra religioſos, qui extra clauſtrum, leges, Phyſicamque audiunt, vt in quadam Decretali *l* determinatur, de qua in dicta quæſtione agemus.

l c. fi. ne clerici, vel monachi.

Decimaſexta excommunicatio eſt contra religioſos Mendicantes, Eccleſiarumque parochos, ſi pacem inter ipſos factam violant. Ita habetur in quadam Extrauaganti. *m*

m Extraua. de treug. & pace.

Decimaſeptima excommunicatio eſt contra religioſos Mendicantes, qui ad aliquem monaſticum ordinem ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia ſe transferunt, præter quam ad Carthuſienſes, & contra religioſos Mendicantes ipſos recipientes. Ita habetur in quadam Extrauaganti Martini V. *n* de regularibus.

n Trid. ſeſſ. 25. de regu. c. 16.

Decimaoctaua excommunicatio eſt contra religioſos, & religioſas, qui exceptо victu, & veſtitu aliquid recipiunt à nouitijs, dum ſunt in probatione, vel à parentibus, vel à propinquis, aut curatoribus, vt in Concilio *n* Tridentino continetur, quod iam ſupra *o* explicauimus late in quæſtione de dotibus monialium.

o Supr. hoc tom. q.

Decimanona excommunicatio eſt reſeruata Papæ contra prælatos, & religioſos introducentes, & admittentes mulieres in monaſteria virorum, prout continetur in Extrauagantibus Pij Quinti, & Gregorij Decimitertij, de qua late egimus in noſtra Explicatione Cruciatæ, & in Primo Tomo Quæſtionum Regularium, & Canonicarum.

Vigeſima excommunicatio eſt contra prælatos, & prælatas, religioſos, & religioſas, introducentes, & admittentes viros, aut mulieres intra clauſtra monialium, prout in Bulla Gregorij XIII. refertur de qua in dictis locis egimus.

Vigeſimaprima excommunicatio eſt lata à Pio Quinto, contra omnes Abbatiſſas, & moniales exeuntes à monaſterijs quacunque de cauſa etiam infirmitatis, exceptа magni incendij, vel ægritudinis lepræ, vel epidemiæ probatæ literis ſuperioris, & Epiſcopi, circa quam iam in Primo Tomo *p* multa diximus.

p 1. to. q. 46

Vigeſimaſecunda, excommunicatio eſt in eos, qui bona Eccleſiaſtica quæcunque alienant, vel pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, faciunt & in ipſos, qui ipſa alienata recipiunt, illamque alienationem nullius momenti eſſe voluit. Ita habetur in quadam Extrauagante, *q* & ſupra Primo Tomo *r* in Quæſtione de

q Extraua. viam ambitioſe.

r 1. to. b. 30.

ne de alienatione rerum Ecclesiasticarum late diximus.

Vigesimatertia excommunicatio est, quam Syxtus Quartus, statuit ipso facto contra fratres, & sorores Tertij Ordinis collegialiter viuentes post factam professionem & emissionem trium votorum substantialium in manibus sui ministri, vel ministræ matrimonium contrahunt, seu ante contractum consummant, aut religionem ipsam dimittunt ad sæcularem vitam euntes, & tale matrimonium est nullum, nec possunt absolui, nisi habitu reassumpto suam professionem collegialiter viuentes obseruent, à suis superioribus absoluti meruerint. Habetur in extrauaganti, quæ incipit, *Ad Christi Vicarij Præsidentis*, relata à Collectore *f* Priuilegiorum Mendicantium.

f Collector tit. excomm. §. 13.

Vigesimaquarta excommunicatio est, quam decreuit idem Sixtus Quartus, dicens, quod excommunicationem incurrant fratres Minores, & Prædicatores recipientes, siue admittentes ad priuilegia, & immunitates ordinum suorum quoscunque laicos vtriusque sexus prætextu Tertij Ordinis, seu alterius modi, nisi gestauerint habitum prædicti Tertij Ordinis solitum, & professionem emiserint solitam, & in aliqua domo, seu congregatione dictorum fratrum, vel sororum vitam duxerint in communi non obstantibus quibuscunque literis Apostolicis. Habetur in Bulla, quæ incipit, *Detestanda nonnullorum ambitio*, & refertur ab eodē priuilegiorum Collectore. *t*

t Collector vbi su. §. 14 ii Cord. vbi su. Collec.

Circa quam Sixti Quarti Bullam aduertit Cordubа *u* in Additionibus ad Compendium, quod hæc Bulla videtur iam per non vsum, aut per oppositam consuetudinem omnino derogata, & nihil valere, sicut & multæ aliæ huiusmodi Bullæ, statuta leges, & constitutiones per dissuetudinem non valent, vt educitur ex Gersone, *x* & Caietano, & ideo plures aliàs extrauagantes minime referam, ne lectoribus sim fastidiosus inculcando, quæ ad scrupulos mouendos possunt incitare.

x Gers. 3. de vit. spirit. lect. 5. & 6. & Caiet. in sum. v. excomm. c. 8.

QVÆSTIO LXI.

De excommunicatione quantum ad euitandum excommunicatos in duos articulos diuisa.

Circa quā quæstionē duo quæruntur

1 *Vtrum liceat religiosis cum excommunicatis communicare.*

2 *Vtrum liceat communicare cum publicè excommunicatis.*

ARTICVLVS I.

Vtrum liceat religiosis cum excommunicatis communicare.

REspondeo dicendo, quod Gregorius IX. concesit *Fratribus Minoribus euntibus ad partes infidelium, seu ibidem existentibus, vt in terris illis sit licitū eis cōmunicare cū excōmunicatis in his, quæ ad salutē pertinent animarum.* Ita habetur in libro Monumenta *a* Ordinum. Et Clemens IIII. concesit *Fratribus Minoribus, vt in terris excommunicatorum liberè commorari possint, & ab eis tūc & quando per eorum terras ipsos trāsire cōtigerit, necessaria vitæ deposcere,* prout in eodem libro *b* continetur. Quæ concessiones ad parum deseruiunt, nisi ad pacandos scrupulosorum animos, certum est enim, quod propter salutem animæ excommunicati possumus secūdum ius *c* cōmune cum excommunicatis cōmunicare, quamuis interponantur nonnulla alia verba, vt commodius intentum persuadeatur, quod solum Gregorij Noni concessio indulgebat. Certum est etiam, quod non incurrit excommunicationem, qui participat cum excommunicato propter magnā necessitatem propriam, vel excommunicati vt quia

a In 1. imp. fo. 20. & in 2. fo. 22. cōcess. 3.

b In 1. imp. fo. 56. & in 2. fo. 140. cōcess. 317.

c c. respons. & c. cū voluntate de sen.

vt quia alter alterius eleemosyna eget, vt in quodam Canone, & determinatur.

de quoniã multos 11. q.3.

Ex quibus infertur, catholicos Galliæ, aut Germaniæ, aliorumque regnorum qui cum hæreticis manifestis, & palam se hæreticos asserentibus in eorum prouincijs participant in externo conuictu non peccare, & excusari propter necessitatem, & propter consuetudinem, quæ dicitur optima legum interpres, quæ consuetudo cum sciatur & toleretur à suis Pontificibus, qui propter eorum multitudinem non audent procedere contra eos, excusat catholicos illa vtentes, vt tenet Nauarrus, e

e Nauar. in man. c. 4. n. 6. & ca. 27. n. 35.

Vnde infertur intellectus ad concessionem Eugenij Quarti, quiconcessit *Quod si tempore nostra contigerit, (quod absit) schisma, possint fratres Minores participare cum schismaticis, ne teneãtur fratres recedere à suis locis. Et quod quotiescunque dixerint orationem, Deus omnium fidelium, & pro vero Papa habeãt centũ dies indulgẽtiæ.* Ita habetur in Ordinis Supplemento. f Hæc enim concessio quantum ad primam eius partem ius continet commune, cum secundum ipsum liceat cum excommunicatis, schismaticis propter necessitatẽ cõmunicare iuxta superius allegata.

f Fol. 93. cõ cel. 291.

ARTICVLVS. II

Vtrum liceat communicare cũ publicis excommunicatis.

REspondeo dicẽdo, quod Eugenius IIII *Cõcessit fratribus Minoribus obseruantibus, quod non teneantur euitare excommunicatos, nisi nominatim sint á iudice denũciati, & euitẽtur, & á clero, & populo, & sic quod non teneantur euitare excommunicatos nisi quando in communi euitãtur, & quod idẽ sit de interdicto. & de obseruatione cuiuslibet censuræ Ecclesiastica.* Ita habetur in libro Monumenta a Ordinis, & in Supplemento.

a In 1. impr. fo. 61. & in 2. fo. 64. cõ cel. 75. & in supp. fo. 95. con. 312.

Aduertendum autem, quod hodie per constitutionem Concilij Constantiensis, quæ magis recepta est, quam Basiliensis, vt refert Couarruuias, b nullos tenemur vitare excommunicatos, nisi in duobus casibus, Primus est, si sint nominatim denuntiati & excommunicati. Secundus casus est, si percussores clerici sint adeo notorij per operis euidentiam, vt factum nequeat aliqua tergiuersatione celari, atque nullo valeat excusatione excusari, prout post Decium c tradit Sotus, & vt receptum tradit Nauarrus, & autor Catechismi.

b Cou. in c. Alma mat. 1 p. §. 2. nu. 9. versi. super est.

c Decius in c nobis nu. 21. de exce. Soto in 4. d. 22. q. 1. ar. 4 Naua. c 9 a n. 6. & c. 26 n 26. & c. 7. n 35.

Pro cuius casus explicatione notandum est, quod notorium dupliciter consideratur. Primum enim est iuris, secundum facti, iuris dicitur, quando percussio fuit facta occulte, & secrete, tamẽ deductũ est delictũ in foro cõtentioso, & lata est super eum sententia excõmunicationis, vel quia ipsemet percussor cõfessus est delictũ, vel quia erat conuictus, & talis percussor dicitur publicus notorietate iuris, & per cõsequẽs est euitãdus. Notorietas vero facti dicitur illa, cuius percussio est adeo manifesta, vt nulla possit tergiuersatione celari, scilicet, probabiliter, quãdo ita est deprehensus quis in crimine, vel ita delictũ patens est, & certũ omnibus, q nõ est locus inficiationi, vt quia publice quis tenet cõcubinã, vel eius delictũ est notoriũ maiori parti ciuitatis, vel villæ, oppidi, collegij, vel viciniæ. Ita Nauarrus d post Panormitanũ. Vnde ipsemet Nauarrus e cõsuluit religiosum esse publice excõmunicatũ euitandũ, & ita vitandũ, qui coram maiori parte conuentus clericũ à sede expulit, vel brachio, violenter extraxit. Vnde licet ego viderem fratrem percutere coram me clericum, non tamen teneor illum euitare, donec publice sit notorium ad modum supradictum.

d Nau. c. 15. n. 55. Pano: in d. c. vestra.

e Nau. lib. 5 consilio. de sent. excom. muni cõsil. 40.

Nolo autem in hac materia excommunicationis amplius immorari, multa enim, cum sit materia generalis videbit lector in his tractatibus, & vt ea facilius possit indagare, ad indices copiosos, quos Deo duce in medium adduximus, & adducemus recurrat. Et in particulari ad tractatum copiosum & satis elaboratum doctissimi Ioannis Ibañes de Frechilla Primarij sacrorum Canonum professoris in hac Salmanticensi vniuersitate quondam studiosissimi condiscipuli, in quo tractatu multa scitu digna de excommunicatione, & censuris ecclesiasticis edidit.

QVÆS-

QVÆSTIO LXII.

De exemptione religiosorum à tribunalibus sæcularibus in viginti articulos diuisa.

Circa quam quæruntur viginti.

1 *Quid & quotuplex sit exemptio.*

2 *Quo iure sint exempti ecclesiastici, & regulares & eotum bona.*

3 *Vtrum iudices sæculares possint sequestrare propria autoritate triticum cõmendatorũ ordinum militariũ in tẽpore maximæ necessitatis.*

4 *An redditus temporales ecclesiarum & monasteriorum possint exigi contra debitores laicos coram iudice ecclesiastico.*

5 *Vtrum religiosi pro causa ciuili possint conueniri coram iudice ecclesiastico aut sæculari.*

6 *Vtrum monachus possit capi â iudice sæculari, aut ecclesiastico pro debito ciuili, si post debitum monasterium ingrediatur.*

7 *Vtrum prælati ecclesiastici possint habere iurisdictionem temporalem exemptam á dominis sæcularibus.*

8 *Vtrũ conueniẽs sit Episcopos & Abbates aliquorum monasteriorum habere iurisdictionem temporalem actualem exemptam.*

9 *Vtrum Abbates monasteriorum habentium iurisdictionem temporalem possint condemnare vassallum ad pœnam sanguinis.*

10 *Vtrum monasterium succedens in feudo & maioricatu possit conueniri coram domino feudi.*

11 *Vtrũ quãdo ecclesia aut monasteriũ litigat cũ laico super bonis temporalibus possit conuenire laicũ corã iudice ecclesiastico aut coram sæculari.*

12 *Vtrũ pro publicatione testamẽti in quo monasterium est institutũ possit iudex sæcularis citare prælatum monasterij.*

13 *Vtrum cõmẽdatarij ordinum Militiarum possint conueniri coram iudice sæculari.*

14 *Quando iudices sæculares possint inhiberi à cognitione causarum horum militum.*

15 *Vtrum commendatarij ordinum Militiarum occidentes clericum gaudeant priuilegio fori.*

16 *Vtrũ cõmẽdatarij ordinũ Militiarũ pragmaticas regales frãgentes possint condemnari â iudice sæculari.*

17 *Vtrũ milites ordinũ Militiarũ exterorum regnorũ possint conueniri extra suas prouincias coram iudice sæculari.*

18 *Vtrũ cõfratres ordinis D. Ioãnis portãtes Tau, gaudeãt priuilegio fori.*

19 *Vtrũ Corrector ciuitatis possit cõpellere, vt prædicetur in festiuitatibus principalibus in aliqua Ecclesia renitẽte & cõtradicẽte vicario generali.*

20 *An Eremitæ sint exempti á iurisdictione sæculari.*

ARTICVLVS I.

Quid & quotuplex sit exemptio.

RESpõdeo dicẽdo, ꝙ exẽptio importat libertatẽ siue sit à potestate sæculari, siue â potestate ecclesiastica, & sic exẽptio, de qua loquimur est quædã liberatio à potestate ordinarij inferioris à Papa stãte subiectione immediata ad Romanum Põtificẽ, exẽptus autẽ est qui exẽptione potitur, siue qui nõ subest iurisdictioni ordinarij prout, notatur in Iure, *a* cum solus Papa, vel legatus à latere possit cognoscere de causis contra exemptum & non alij legati, vt decernit ius. *b* Vnde definiunt sacri Canones, *c* quod eximere est proprium Sedis Apostolicæ, & tradit Ioannes

a c. cũ persona de pripi. li. 6.
b c. postrãslatio. de offi. deleg.
c c. frater 16 q. 1. ca. nunc vero. 6. q. 3. And. in c. 1. de priui. li. 6. Mand. de signat. gratit. exemptio. ab Episcop. fo. 120. pa. 2.

nes Andreas, tradit etiã & declarat Quintilianus Mandoſius.

Quædam autem exemptio eſt perſonalis qua eximuntur perſonæ à quocunque iudice ſeculari vel eccleſiaſtico, ita vt à nullo legato etiam ſedis Apoſtolicæ, vel iudice delegato iudicari excommunicari interdici, vel ſuſpendi poſsit. Quædam vero localis quæ ſit loco ideſt eccleſiæ vel monaſterio, quædam vero eſt vniuerſalis qua ſcilicet eccleſia, vel perſona cum vniuerſitate iuris ſpectat ad Papam ita vt Metropolitanus & diœceſanus nihil iuris habeat in exempta. Quædam vero particularis qua eximitur in parte videlicet tantum in certis caſibus, videlicet ſi forte aliqua eccleſia quantum ad hoc eſt exempta vt nullus Epiſcopus vel Archiepiſcopus poſsit in ea diuina ſuſpendere ſicut in ſua diœceſi & alias ei exhibeat reuerentiam & honorem. *a* Ita quædam gloſſa. *d* Denique exemptio poteſt conſiderari quoad perſonas, & quoad Eccleſias & quoad res eccleſiaſticas & regulares, quæ ad dominium ſedis Apoſtolicæ pertinent quæ materia licet ſit quotidiana non tractatur à iuriſperitis, niſi breuiter & ſparſim in varijs locis & in his parum & nõ vt decet vt ait Marianus Soccinus. *e*

a Gloſ. in clem. atten dentes. de ſtat. mona.

e Soccin. in cap. recepi. musn. 12. de priuil.

ARTICVLVS II.

Quo iure ſint exempti eccleſiaſtici & regulares & eorum bona à iuriſdictione ſeculari.

REſpondeo dicendo, doctrinam eſſe manifeſtam multis Cõciliorum, & Pontificum Decretis *a* confirmatam non licere ſecularibus Iudicibus de perſonis, aut de rebus clericorum iudicare, imo & iura Cæſarea hoc decernunt, & de hoc nemo vnquam dubitauit. Controuerſia autem Doctorum conſiſtit in hoc, an exemptio clericorum, & Regularium à poteſtate ſæculari ſit iuris diuini, neque vnquam licuiſſe Principibus ſæcularibus in eos, & in eorum bona temporalem iuriſdictionem exercere. Et partem affirmatiuam tenet quædam Gloſſa *b* & eam ſecuti ſunt multi quos refert, & ſequitur Menchaca aſſerens communem eſſe ſententiã, eãdẽ confirmat Alfonſus Azeuedo Reginaldus & Perez. Qui omnes fere affirmãt vere hãc ſententiã multo receptiorẽ eſſe, quorũ fundamẽta præcipua ſunt illud Pſalmi *c* Nolite tangere Chriſtos meos, & illud Matt. *d* filij ergo liberi ſunt. Et ſacri Canones *e* hoc iuri diuino tribuunt, & referunt teſtimonium Imperatoris Conſtantini id ipſum profitentis. Et vltra argumenta ab hac communi opinione adducta, illud etiam adduci poteſt, quod in primitiua Eccleſia non ſolum clerici, ſed Chriſtiani omnes ab Eccleſia iudicabantur, vt conſtat ex autoritate Diui Pauli *f* & in ſacris Canonibus refertur, vbi notant Gloſſa, & Præpoſitus, & notat Abbas: tandem & communem adnuat, quod clerici ratione ordinis clericalis conſecrantur, & religioſi ratione profeſsionis Deo dicantur. Vnde quemadmodum aliæ res ſacratæ materiam, & formam alias habentes temporalem ratione conſacrationis inter ſpiritualia cõnumerantur, & à poteſtate ſæculari eximuntur, ſic videtur declericis, & religioſis dicẽdũ, & huc pertinet, quod ſcribit Nauarrus. *g*

Sed contrariam opinionem ſcilicet quod clerici, & monachi eximantur à poteſtate ſæculari legibus humanis tenuerunt viri grauiſsimi, quos refert, & ſequitur Couarruias *h* & ex Theologis Diuus Thomas, Medina, Victoria, qui diligenter huius opinionis fundamenta congerunt, & illud vnum ſufficere arbitramur, quod nulla ſit hodie lex diuina obligans, niſi naturalis, & ſupernaturalis Euangelica, lex autem ſcripta veteris teſtamenti iudicialis, & cæremonialis per paſsionem Chriſti Domini extincta eſt, vt videre licet apud Diuum Paulum *i* & in aliquibus ſacris Canonibus, & explicant Diuus Thomas, & Soto, & Couarruuias, At vero neque lege naturali hæc exemptio præcepta videri poteſt, quia non eſt de primis principijs, quæ D. Thomas *k* communes conceptiones appellat per ſe notas, neque eſt concluſio de primis principijs proxima immediate ab ipſis collecta, nemo enim niſi lege humana definiret, ita in lege naturæ ſacerdotes à ſæculari iuriſdictione eſſe exemptos. Nec inſuper huiuſmodi exemptio eſt de lege Euangelica, quæ vt ait Di. Thomas *l* nulla alia præcepta continet, niſi naturalia, ſeu moralia, quæ ad fidei articulos

c Pſal. 140.
d Mat. 17.
e d c. Imperator & ca. continua. 11. q. 1. cap. quan quam, de vſur. li 6.
f Ad cor. 6. ca. relatũ 11. q. 1 Abbas in cap. qualiter n. 7. de Iudi
g Nauarr. in cap. nouit. not. 6. nu. 6. de iudic.
h Coua. lib. pr. qq. cap. 31. nu. 1. D. Th. in Paul. ad Rom. 13. Medina de reſt. q. 5. in Prin. Victoria de poteſt. ciui. n. 2.
i Paul. ad Heb. 7. ca. translato de conſtit. & in c. vnico de puniſ. poſt part.
Thom. 1. 2. q. 104. art 3. & 2. 2. q. 83. art. 1. Soto li. 2. de iuſt. q. 5. arti. c 4. Couarr. varia. reſolut. lib. 1. cap. 17. nu. 1.
K Thomas 1. 2. q 44. art. 2. 4. & 5.
l Thom. 1. 2. q. 108. art. 2.

& sacramenta pertinent, inter quæ huiusmodi exemptio non reperitur, nec locus aliquis, vnde fideliter colligatur. Illud enim Matthæi eo pertinet, vt Christus Dominus, qui secundum diuinam, & humanam generationem Regis erat filius ex legibus humanis, & consuetudine Regum temporalium ostendere volebat se immunem esse à tributis. De reliquis autem sacerdotibus, & Ecclesiasticis locus ille non intelligitur in hoc sensu, vt ibidem sacri autores notant. Illud etiam in confirmationem huius sententiæ facit, quod si in lege diuina fuissent exempti Catholici Imperatores post tot annos de illis non iudicassent, vt constat ex toto titulo de sacrosanctis Ecclesijs, & ex toto titulo de Episcopis, & Clericis, nec summi Pontifices, quibus illi erant obsequentissimi hoc paterentur, nec priuilegia Imperatorum pro hac exemptione adducerent, prout adducit D. Gregorius. m Nec rursus Catholici Pontifices ab Imperatoribus hanc exemptionem postulassent, vt colligitur ex quadam Authenca n fundamenta verò prioris sententiæ optime diluunt Medina o & Victoria.

m Cap. de persona. 11. q 1.
n Auth. vt cleric. apud proprios.
e pisco. col. 96.
o Medina, & Victoria vbi sup.

Pro quorum resolutione notandum est primo clericos vt nonnulli aiunt, dupliciter posse considerari, vel quatenus clerici sunt, id est, ministri diuinorum, vel quatenus Reipublicæ ciues. Primo modo legibus diuinis à potestate sæculari sunt exempti, posteriori vero eisdem subijciuntur, sicque Doctores prædicti has contrarias opiniones componũt, quo pacto aliqui affirmant omnes Christianos, quatenus tales sunt, hoc est in his, quæ ad fidem, & catholicam religionẽ pertinent ab Ecclesia, lege Diuina esse iudicandos, quatenus vero ciues, & membra Reipublicę sęcularis à potestate seculari. Ita colligitur ex Turrecremata p & extraditis à Nauarro.

p Turrec. in cap. cum ad verũ nu. 96. dist. Nauar. d. n. 6.

Sed licet hæc distinctio bonum habeat sensum, in quo defendi poterit, quæstionẽ tamen nimis inuoluit, & innuit exemptionem hanc personarum esse non rerum, aut causarum, quæ legibus diuinis competit, atque ideo melius dicendum videtur in Clericis, & in Ecclesiasticis duas bonorum species reperiri. Alia enim sunt bona spiritualia supernaturalia per essentiam per causam, per effectum, & per connexionem, omnesque causæ, & controuersiæ ad eas pertinentes prout docent D. Thom. q & omnes Theologi. Alia sunt posterioris ordinis vt vita fama & diuitiæ. Bona autem spiritualia & quæ pertinent ad Diuina mysteria & eorum cognitio siue in ecclesiasticis & clericis & regularibus siue in laicis considerantur lege diuina à sæculari iudice eximuntur, & ecclesiastici referuntur vt quidam Canones r expresse dicunt & hæ potestates per suos fines & obiecta distinguntur. Vnde necessario omnia spiritualia quæ in finem supernaturalem immediate ordinantur ecclesiasticæ subsunt potestati vt bene probat Victoria s & Albertus Pigius: Bona autem temporalia siue etiam in ecclesiasticis, siue in laicis considerentur per se, & ex natura rei potestati sęculari subsunt, vt constat ex dictis in superiori præludio, & patet, ex eo quia bonorum natura ex qualitate possessoris nõ mutantur, vt in simili ait textus t Diximus autem siue in clericis, siue in laicis, quia exemptio hęc, quę competit clericis, iure diuino rerum & causarũ est, nõ verò personarũ, licet autem hæc bona tẽporalia Ecclesiarum & clericorum natura sua potestati sæculari subdantur, potuit tamen Ecclesia omni Imperatorũ priuilegio cessante clericorũ causas criminales, & ciuiles ad prædicta bona tẽporalia pertinentes ecclesiastico iudicio reseruare. Cũ enim à Christo Domino Petro, & successoribus spiritualis potestas data sit, quæ nihil aliud est, quam facultas à Christo Domino Ecclesiæ generaliter concessa, & immediate supernaturalia primo principaliter respiciens vt colligitur ex Ioãne Gersone u & Nauarro, & tota hæc potestas ad vitã spiritualẽ & æternam beatitudinẽ ordinatur, quemadmodũ potestas naturalis, & cuiusuis hominis mãdatum ad ea trahuntur, quæ ad aliud mandatum explicãdum necessaria sunt, & opportuna, vt colligitur ex Iure x sic potestas hæc supernaturalis omnia illa comprehendit, quæ ad gubernationem Reipublicæ in spiritualibus Ecclesiæ necessaria videbuntur, & ideo in finem supernaturale iure suo de tẽporalibus disponit, Reges suos aliquando priuat vt patet in iure y sæculares leges spirituali saluti subditorum perniciosas abrogat, vt dicitur in quadam Decretali z causas alias temporales ab Ecclesiasticis iudicibus definiri iubet, vt iubetur in alia Decretali a & obserunat post alios victoria.

q Thom. 2. 2. q. 100. a. 1. idẽ Thom. & theolog. in 4. dist. 15. q. 1.
r D. c. cũ ad verũ & cap. duo sunt eadẽ. dist. & c. solit. de mai. & obedi.
s Victor. vbi su Pigius li. 4. Ecclesias. Hietar. c. 2.
t L. 2. §. exijs ff. de verb. signi.
u Gerson de potest. Eccl. con. 1. Nau. in d. c. noui. notab. 3. nu. 87.
x Cap. præt. de offi. del.
y Ca. grãde de suppl. neglig. Præl. li. 6.
z Ca. vlt. de præscrip.
a Ca. prudẽtia de dona. inter vir. & vxor.

ria, *b* Nauarrus, Soto, Simancas, & Couarruuias, & eadem de causa, & eadem potestate iustissimis de causis Ecclesia clericos, & eorum bona temporalia Ecclesiastico iudicio reseruauit. Et huius exemptionis plures rationes ex Sacris Canonibus colliguntur. Prima, ne Ministri Ecclesiæ, quos Deo, & diuinis vacare conuenit per potestatem sæcularem aliquando â diuinis ministerijs alienentur, & prophanis muneribus obstringantur. Et hæc ratio colligitur ex Diuo Paulo *c* & ex aliquibus Sacris Canonibus Secunda, ne sacerdotalis Maiestas quam maxime venerari oportet inter laicorum cætus quodammodo vilescat, & nimia consuetudine parui fiat. Hæc ex alio colligitur Canone *d*. Tertia ratio est ne Clerici, qui animarum parentes sunt, & magistri à filijs, & discipulis iudicentur, vt ex alijs canonibus satis *e* patet.

Ex quibus colligitur resolutio ad id, quod in principio quæstionis, proposuimus ventilandum, & sic dicimus, quod religiosi, cum inter personas Ecclesiasticas computentur iure diuino à iurisdictione sæculari sunt exempti: bona autem temporalia Monasteriorum natura sua potestati seculari subijciũtur, sed Sede Apostolica sic disponente ea omnia à potestate sęculari exemit, cum ipsi Monachi, sicut clerici in sortem Domini sint vocati iuxta Sacros Canones *f* & tradit Diuus Chrysostomus, decisio Pedemotana, & hac ratione multis generalium Conciliorum, & antiquorum Pontificum Decretis in primordijs religionum ipsi monachi Episcopis fuerunt subiecti & à sęculari iurisdictione disgregati, vt per multos Sacros Canones *g* notant Hugo, & Præpositus, dum aiunt, quod si monachus in figuram iudicij conueniat coram Episcopo iure communi conueniendus est, sin autem extra Iudicij figuram, & secundum regulam coram suo Abbate, eandem sententiam protulerunt multi alij, quos refert, & sequitur Paulus Fuscus *h* adeo quod viri grauissimi tenuerunt, quod non sunt iure communi. sed tantum ratione priuilegij exempti à Iurisdictione Episcoporum, de quo infra erit nobis. sermo.

b Victor. relect. 1. de pouest. Eccl. 2. p. c. 7. Nau. d. not. 3. nu. 83. Sot. de iust. li. 4. q. 4. ar. 1. Sim. de catholic. instit. c. 44. Cou. in reg. peccat. 2. p. §. 1. num. 7. 2. Ad cor. 2. c. 1 & 2. necl. l. monach.

d Cap. esto subditus 95. dist.

e Ca. si quis dubitet &c. deniq. 96.

f Ca. duo sũt 12. q. 1. Chrisos. in Pal. ad Roman. 13. de eis. Pedemõt. 30. n. 1.

g Ca. eccl. c. quia v. 16. q. 1. c. monast. el 1. c. cog. 8. q. ca 2. no semel eadẽ q. e. de pers. v si quis cõtra 11. q. 1. vbi glo. 1. Hug & præposi. n. 9. glos. 1. in c. 1. n. 18. q. 2.

h Fuscus de visitat lib. 2. c. 17 n. 10.

ARTICVLVS III.

Vtrum iudices sæculares possint sequestrare propria autoritate triticum Commendatorum Ordinum militiarum tempore maximæ necessitatis.

RESpondeo dicendo, quod Comẽdatarij Ordinũ militiarum habẽt suos proprios iudices, qui sunt eorũ superiores, & sic sunt exempti à quibuscumque alijs iudicibus in causis Ciuilibus, & criminalibus, & ideo videtur eorum triticum Decimarum & prouentum suarũ præceptoriarum non posse à iudicibus sæcularibus sequestrari, sed cum tempore necessitatis priuilegia maxima frangantur, imo obligatio multorum præceptorum tunc locum non habeat, videtur in hoc casu contrarium dicendum, & pro hac parte facit quædã nouę compilationis lex, adũ dicit, *y porque por experiẽcia se ha visto que las personas que tienen el dicho pan poniẽdose tassa lo esconden y encubren y no lo quierẽ vender de que resulta auer falta mandamos a los Corregidores, y Gouernadores, y alcaldes, y otras qualesquier Iusticias y juezes cada vno en su iurisdiction que entendiendo por los registros que se han hecho y por las otras vias y maneras q̃ cõuengã los q̃ tienẽ el dicho pã para lo poder vẽder tomãdo si les pareciere cõsigo para esto dos regidores, y otras dos personas del lugar hagã repartimiẽto por las personas de qualquier qualidad, estado o cõdiciõ preeminẽcia, o dignidad q̃ seã, ansi clerigos y personas Ecclesiasticas, como Comẽdadores, &c, y les mãdẽ y apremiẽ â q̃ lo vẽdã, segũ les fuere por ellos repartido y q̃ las personas á quiẽ se repartiere seã obligadas a lo vẽder luego a las personas, q̃ lo quisierẽ cõprar.*

a L. 1. tit. 25. lib. 5. nouæ compila.

Et attenta hac lege, quæ iustissima profecto videtur tempore necessitatis imminentis, ne Respublica fame pereat, cum nisi subueniatur huic necessitati, redundaret etiam in damnum Ecclesiæ, videtur, inquam, quod possint Iudices sæculares compellere dictos Commendatarios relicto sibi tritico necessario pro alimonia, & sustentatione suarum familiarum, reliquum quod habent, egentibus vendant pretio taxato per dictam legem, vnde si cogere licite possunt, prout tradit Mexia *b* ergo & sequestrare triticum possunt, alias enim illusoria, & frustratoria coactio esset, cum possent, qui cogendi sunt abscondere triticũ, alijsque cautelis vti.

b Mexiade tax. pan. n. 64. fol. 21. & 22.

At Gutierrez *c* hanc opinionem quoad Ecclesiasticos cum grano salis (vt ita dicam) amplectitur dicens posse rectores sæculares dictum triticum sequestrare, dum modo, in procedendo, & exequendo obseruent ad vnguem formam traditam, atque præscriptam in dicta lege Regia superius allegata, & ad hoc seruanda sunt sequentia, quæ ex dicta lege colliguntur. Primum, quod sit, atque immineat necessitas, & magna indigentia tritici, Secundum quod habita ratione sumptus familiæ suæ, & cæterarum personarum, quibus prouidere ipsi Commendatarij teneantur, veluti pauperum, parentum, & aliorum consanguineorum egentium, & hospitum arbitrentur ipsi Iudices, quod quantum cumque fuerit iustum, relinquatur ipsis Clericis potius plusquam minus necessario, ne alias postea ipsi Commendatarij cogantur maximo suo sumptu comparare, quod postea sibi defuerit, cum id habeant ex suis Ecclesiasticis redditibus.

c Gutierre. lib. 1. pract. qq. q. 13. num. 3.

Tertium, quod sibi offeratur vere, & realiter pretium iustum taxatum ab eadem Regia Pragmatica,

Quartum, quod antequam ab eis triticum auferatur, ipsis dictum pretium offeratur. His enim seruatis minime ipsis Commendatarijs fit iniuria manifesta, ratione cuius possint creare conseruatorem ad suæ exemptionis defensionem, neque Rectores sic facientes incidunt in excommunicationem Bullæ cœnæ latam contra illos, qui iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus ad Ecclesiasticas personas ratione monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinent, vsurpant, vel surripiunt, seu quauis occasione, vel causa sine Romani Pontificis expressa licentia sequestrant, seruatis enim superius notatis non fit contra tenorem dictæ Bullæ, non enim dictum triticum occupant, & vsurpant propria autoritate, sed autoritate legis naturalis id in hoc casu permittentis, si autem non seruantes supradicta dictum triticum intrepide sequestrant, incidunt in dictam Censuram, & vt excommunicati possunt per iudicem Ecclesiasticum declarari, sicut affirmat Gutierrez se in casu contingenti vidisse, & negotium per viam violentiæ fuisse delatum ad Regiam Cancellariam Pintianam, postea tamen remissum fuit ad iudicem Ecclesiasticum, & hoc iure optimo potest cõ seruator seruare.

ARTICVLVS IIII.

An redditus temporales Ecclesiarũ, & Monasteriorum possint exigi contra debitores Laicos, coram iudice Ecclesiastico.

REspondeo dicendo, quod inquadam nouæ compilationis lege *a* cauetur, *Que las Iglesias y Monasterios Clerigos y Capellanes del Rey, que tuuierẽ priuilegios de los Reyes de mercedes, o limosnas, o dineros, o de otros derechos*, quæ nõ possũt super eis & ab his dependentibus cõuenire Laici cosrectores Regios conductores, & alios Collectores coram iudicibus Ecclesiasticis sed coram iudicibus sæcularibus Regijs subpæna amissionis sic concessorũ, Quod etiam ad literam cauetur in alia nouæ compilationis lege *b* quas leges validas esse, nec Sacris Canonibus contrarias testantur Mench. *c* Lassarte de Moli. & Gutierrez, & nimirũ quia hi redditus fuerunt dati dictis pijs locis sub conditione, quod eorũ petitio apud Iudicem sæcularem proponeretur, & nõ fuerũt dicta bona facta spiritualia-

a L. 1. tit. 1. lib. 4. nouæ compilat.

b L. 10. tit. 7 lib. 9. cõp. c Mech. de succe. cre. § 26. n. 66. Lassarte de Molina de decim. vendit. c. 18. n. 9. Gutierr. lib. 3. pract. q. 27.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum prælati Eccleſiaſtici poſſint habere iuriſdictionẽ tẽporalẽ exẽptã à ſuperioribus ſecularibus.

REſpondeo dicendo circa præſentis articuli quæſtionẽ duas opiniones ſatis diuerſas inter Doctores inueniri: prima eſt quod poteſtas eccleſiaſtica nõ ſe extẽdit ad iuriſdictionẽ tẽporalẽ niſi in quãtum ipſa temporalis iuriſdictio eſt ad ſpiritualem neceſſaria aut eam cõcernit. Et hãc opinionẽ tenuerunt gloſſator *a* decreti. Et Baldus vocans eam maximam legiſtarũ Maranta, Aufrerius deciſio Pedemontana Duarenus Nauarrus Couarruuias Soto Alfonſus Guerrero Gregorius Lopez Franciſcus de Vargas Antonius Gomez Montaluus Aules Menchaca Turrecremata & alij quos prædicti doctores referunt.

At contrariã opinionẽ q̃ ſcilicet poteſtas tẽporalis reſideat etiam in Papa & in Eccleſia, & ab ea medio ordine & diſpoſitione diuinã in Imperatores Reges & Principes & aliãs poteſtates ſeculares deriuetur tenẽt viri grauiſsimi, quã vt magis ſecuram & cõmunẽ amplectuntur. Procuius opinionis reſolutione diſtinctio quædam eſt præmittẽda. aut enim attẽdimus ad ius Diuinum, aut ad ius poſitiuum. Si ad ius poſitiuũ conſideranda ſunt tempora, & ſic concordanda iura. Duo enim tempora debent conſiderari. Vnum ante aduentum Chriſti Dñi. Alterum vero poſt eius aduẽtum qua diſtinctione præmiſſa per cõcluſiones vt clarius procedatur erit hæc ſatis diffuſa quęſtio præſtringenda. ¶ Prima cõcluſio. Cõſiderando tẽpus in quo nõdum Chriſtus Dominis in carne humana in mundum venerat cum ad huc Pontificatus Petri non fuerit inſtitutus & poteſtas eius imperij ab eo non poterat deriuari. Notoria tamen erat illa Hieremię *b* prophetia de Chriſto Domino loquens, dicens, ecce Conſtituite hodie ſuper gentes & Regna vt euellas & diſsipes, ædifices & plantes, quæ poteſtas ſecundum iuris Põtificij peritos *c* & Theologos etiam ad temporalem iuriſdictionem extendi ſemper intellexerunt, quam Chriſtus Dominus ſuo Vicario reliquit. Et etiam Samuel *d* vſus eſt gladio materiali contra Regem Agag. & Elias *e* contra Praphetas Baal, & id ipſum legitur de Heliſeo, *f* & in Deuteronomio *g* legitur ſi difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam, & cauſam leprã & leprã & iudicum inter portas videris verba variari: venies ad ſacerdotes leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore. Quę authoritas nõ ſolũ loquitur de difficultatibus pertinentibus ad ſpiritualia ſed etiam ad tẽporalia prout explicant Abbas *h* & Anaſtaſ. Germonius. & Noe obtulit holocauſtum Domino & ædificauit altare quod erat miniſterium ſacerdotale. Et ſimul fuit Rex & poteſtatẽ exercuit tẽporalẽ eccleſiaſticam. Et Melchiſedec fuit ſimul ſacerdos & Rex. Et Moyſes fuit etiam ſacerdos & Rex in Iſrael in ciuilibus & criminalibus & cerimonialibus legis conſtitutus vt colligunt ex ſacra ſcriptura *i* Innocentius Antonius de Butrio late Belluga *Ioannes* Garcia D. Hieronymus D. Gregorius Pineda Anaſtaſius Germonius *Marcus* Antonius de Camos & alij. Et prout refertur in libro K Regum Samuel fuit Propheta ſimul & ſacerdos & iudex in temporalibus: nam Dominus ad ipſum dixit, non abiecerunt te, ſed me ne regnem ſuper eos. Deniq; nõ poteſt negari ſacerdotes in lege veteri iuriſdictionem temporalem habuiſſe. Quod confiteretur Sotus dicens ſacerdotium illud non illum gradum ſpiritualitatis annexum habere quem noſtrum.

Secunda cõcluſio, poſt Chriſti Domini aduẽtũ poſt quam Chriſtus Dominus tradidit claues regni cælorum D. Petro ſecũdũ D. Matth. l cum quo, Pontificatu D. Petrus & eius ſucceſſores acceperunt duo imperia & duos gladios ſpiritualem vnũ & alterũ tẽporalẽ, ad iuriſdictionẽ temporalem tantũ in habitu & potentia receperũt, nõ tamẽ in actu, vſus enim & exercitium iuriſdictionis temporalis tranſlatus eſt ab Eccleſia in Imperatores & Reges vt ad eius beneplacitũ & in eius vtilitatem hoc gladio vterentur. Et huic doctrinæ conſonat illud quod Chriſtus *m* Dominus ſuis diſcipulis dixit, quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis: ſed nunc qui habet ſacculum tollat ſimiliter & peram, & qui non habet vendat tunicam ſuam, & emat gladium. At illi dixerant. Domine ecce duo gladij hic

a Gloſ. in c. quoniã v. diſcreuit 10. diſt. Bal. in præm. dig n. 8 Maranta. de ordin. iud. 3 p. n. 30. verſ. quæ poteſt. Aufrer. in Cle. 1. n. 23. de offi. ord. deciſ. Pede. deciſ 30. n. 4 v. 2. Duar. li. de ſacr. Eccl. miniſt. c. 4. Na. in c. nouit. num. 30. de iud. Cou. in reg. peccẽ. §. 9. n. 7. & in c. 1. pract. n. 2. Sot. de iuſt. & iur. li. 4. q. 4. art. 1. & 2. Guerr. in ſpecul. princip. ca. 16. Greg. in l. 2. ti. 13. col. 8. in pri. poſt v. præterea. par. 2. Varg. in reſpõſ. de epiſ. iuriſd. confirm 10. Gomez in l. 40. taur. n. 3. Montal. in repert. 11. v. arm. in prin. fol. 10. col. 3. Meneh li. 10 contro. illuſtr. c. 20. n. 2 fol. 60. Turrecre. in cauſam ad v. 4. 96. diſt.

b Hier. c. 1.

c Doctor. in c. 6. de maiori. & obed. c. 2. de reiud. li. extrauag. vnã ſanctã dema. & ob dien. Theolog. ſuper diſtin. 41.

d 1. Reg. 15.

e 3. Reg. 18.

f 4. Reg. 4.

g Deut. c. 17.

h Abbas in c. pervenerabilẽ. §. rauo. n. 38. quinlij ſint legitim. Ger. li. 3. de ſacr. immu. c. 3. n. 64.

i Num. 27. Deut. 18. in noc. inc. per venerabilẽ Butrius inc. licet. exſuſceptode for. comp. Bellug. de ſpec. prin. Rubr. 11. §. videndũ n. 1. vſq; ad 4. Graſ. de nobili. glo. 9. n. 17. D. Hier. ad Paul Greg. 19. moral. c. 13. Pined. li 2 de la monach. c. 26. §. 2. fol. 139. Germo. vbi ſu. n. 74. in fin. pag. 225. Camos in Micro 3. p. dialo. 4. p. pa. 44. co. 1. infin. & 2. K Reg. 8. l Mat. c. vlt. & c. 16.

m Luc. 22.

n Abbas in c. nouit. de iud. nu. 12. Graſ. de nobilit. gloſ. 9. n. 20. & 35. fol. 226. ver. ſexta concl.

hic. At ille dixit eis satis est. Ex quibus verbis videtur Christum Dominum non reiecisse ab Apostolis gladium tẽporalẽ tãquã quid impertinẽs, imo ipsum illis concessisse per illa verba, satis est vt post Abbatẽ tradit Ioannes Garsia. Vnde Christus o dominus nõ dixit Petro proijce â te gladium sed conuerte gladium tuũ in vaginam, ex quibus verbis colligitur gladium materialem esse Diui Petri & esse in manu Petri & per consequens in potestate Ecclesiæ, verbum enim tuum proprietatem designat, vt aduertit Frater Angelus in sua Bibliotheca p & Anastasius Germonius, non tamen voluit Christus Dominus vt eius sacerdotes & Pontifices regimen spirituale habituri in exercitio temporalis iurisdictionis occuparentur & quod gubernatio temporalis ab spirituali penderet, sed vt hæc ad Imperatores Reges & Dominos temporales deuoluerentur, qui vt præsidentes pro eo ab omnibus in temporalibus obedirentur prout Fr. Antonius Camos q in sua Microcosmia declarat, quod insuper confirmatur ex verbis dictis à Domino Petro, pasce oues meas, non generaliter loquitur. Et non limitauit suũ præceptum ad pastũ tantũ spirituale. Vnde videmus in coronationibus Imperatorum eo coronationes ab Ecclesia ipsos recipere Pontifice gladium euaginatũ illis tradente dicẽdo accipe gladium de super Beati Petri corpore sumptũ, & põtifex dat imperatori Diadema sceptrũ, & pomũ aureũ. Et Papa vt Papa consecratur & vt Rex coronatur, ad quod certiores facit Reges & ipsos inuitat prout tradunt Aufrerius f & Petrus Gregorius & omnes pedes eius osculantur profunda humilitate reuerentia & hiperduliæ adoratione, quæ Summo Põtifici solet exhiberi prout Iosephus Stephanus t & Anastasius Germonius testantur. Et etiam si Gregor. V. in Alemanes electionẽ Imperij transtulerit sibi tamen & sedi Apostolicæ cõfirmationem reseruauit prout tradunt Polidorus u Virgilius & Petrus Gregorius. Imo asserit idem Petrus Gregorius aliquando Imperium à Pontificibus Imperatoribus in feudũ fuisse concessum cum iuramento vt sedi Apostolicæ in fidelitate fauore auxilio & defensione minime deficerent. Facit etiam pro hac parte illud q legitur in Actibus x Apostolorum D. Petrũ Christi Domini Vicarium iudicialiter cõdẽnasse Annaniam & vxorem eius Saphirã eo quod cum mẽdacio aliqua subripuissent. Et Christus Dominus vt Rex y & Imperator eiecit de templo ementes & vendentes ipsos seueriter & cum rigore flagellando, ita vt non legatur in Euangelio aliã similem correctionem fecisse. Et etiam vsus a fuit iurisdictione temporali mulierem adulteram absoluendo cum nullus aduersus eam accusator inueniretur. Et certe si attẽte contempletur Innocentius b III. satis indicat hanc nostram opinionem & eam satis etiam insinuat Augustinus c dicens, & mira potentia & ineffabilis gratia Saluatoris: quis plebeium piscatorem Apostolorum facile crederet Principem, & Regibus obsistere? Reges sanctificare, Regnis omnibus Imperare, mũdum refrenare legibus? Dæmonem calcare pedibus, iubere virtutibus cælum hominibus aperire cũ velit, claudere cum placeret & conuersis donare, negare peruersis? merita mundi cognoscere? Culpas & crimina hominibus relaxare? Quid vero est regnis omnibus imperare mundum refrenare legibus nisi habere iurisdictionem temporale homines, facinorosos castigando, quam Vlpianus d iuris consultus merum Imperium appellauit? Quid est castigare niti vltimum supplicium inferre? prout idem Vlpianus & Marcus e Venuleus iurisconsulti definierunt, vnde non sine causa Tertulianus f Sũmũ Pontificẽ Regẽ seculi appellauit, vnde etiã baculũ Episcopis datũ significat, & huius potestatis & dignitatis simbolũ est prout in quodam decreto g insinuatur & tradit Petrus Gregorius, quod baculum à Summo Pontifice cũ potestate iurisdictionis recipiunt prout tradunt D. Tho. h D. Bonauentura Soto Lelius Iordanus probans etiam ex epistola Leonis X. ad Michaelẽ Patriarchã Constãtinopolitanum exteruã iurisdictionẽ profluere à Sũmo Pontifice, in Episcopos sicut in iudices à Rege quod ipsum Ioannes Blasius i confirmat. Et ipse Papa baculum non portat quia non ab homine, sed à Deo suam habet potestatem. ¶ His accedit quod tradit Abbas K dicens in grauibus & arduis negotijs & in magnis difficultatibus christianitati seũdalium causantibus potest Papa contra Laicos vti præfata potestate temporali: & potest eadẽ potestate iusta interueniente causa propter melius Ecclesiæ spirituale regimen Regna ab vna gente in aliam trãsferre

o Mar. 16.

p. Immediposs. literarũ inuentores de donatio. Constanti. Germon. de sacro immunit. li. 3. c. 13. n. 18. in med. pag. 217.

q 3. p. Dialo. 20. pa. 245. n. 1. in fin.

r Ioan. 21.

f Aufreri. in Clem. 1. nu. 55. de offi. ordin. Grego. de syntag. iur. 1. p. li. 6. c. 7. nu 6.

t Stephan. in tract. de adorat. ped. c. 7. per tot. Germõ. de sacro immunit. li. 3. c. 13. n. 68. & seqd. 224.

u Polydor. li. 4. de inuẽt. rer. Gregor. vbi. sup.

x Act. 5.

y Math. 26.

a Ioan. 8.

b Ca. perueniens. qui filij sint legit.

c Augus. in serm. Petri & Pauli. incipit. for. & habetur d. 22. ff. de iurisd. omn. iudic.

e L. respicies. ff. de iurisd. omn. iudic. l. 1. ff. de pœn. l. 12. eod. tit. l. 1. ff. de offic. proconsul.

f Tert. lib. 1. ad vxorem.

g Ca. discipl. 45. di. Greg. Symaq. in 2. 2. par. li. 1. col. 2. n. 58.

h D. Thom. 2. 2. ent. dist. vl. D. Bonauen. in 4. dist. 25. li. 3. & ibid. art. 12. Sot. in 4. dist. 21. q. 1. ar. 1. & 3. & Læl. Iord. de dot. 1. pill. caus. ad Pap. defer. & 7. n. 21. & 26.

i Blasius de sacro Eccles. print. li. 2. c. 12. fol. 58. & &c. 15. & 16. sequent.

K Abb. in c. nouit. nu. 11. de iudi. Nabid. nou. n. 3. & 99. Anil. in c. 20. v. sui bon. 1

ARTICVLVS. VII.

Vtrum prælati Eccleſiaſtici poſſint habere iuriſdictionē tēporalē exēptā à ſuperioribus ſecularibus.

REſpondeo dicendo circa preſentis articuli quæſtionē duas opiniones ſatis diuerſas inter Doctores inueniri: prima eſt quod poteſtas eccleſiaſtica nō ſe extēdit ad iuriſdictionē tēporalē niſi in quātum ipſa temporalis iuriſdictio eſt ad ſpiritualem neceſſaria aut eam cōcernit. Et hāc opinionē tenuerunt gloſſator *a* decreti. Et Baldus vocans eam maximam legiſtarū Maranta, Aufrerius deciſio Pedemontana Duarenus Nauarrus Couarruuias Soto Alfonſus Guerrero Gregorius Lopez Franciſcus de Vargas Antonius Gomez Montaluus Auiles Menchaca Turrecremata & alij quos prædicti doctores referunt.

At contrariā opinionē q̄ ſcilicet poteſtas tēporalis reſideat etiam in Papa & in Eccleſia, & ab ea medio ordine & diſpoſitione diuina in Imperatores Reges & Principes & alias poteſtates ſeculares deriuetur tenet vir grauiſsimi, quā vt magis ſecuram & cōmunē amplectuntur. Procuius opinionis reſolutione diſtinctio quædam eſt præmittēda, aut enim attēdimus ad ius Diuinum, aut ad ius poſitiuum. Si ad ius poſitiuū conſideranda ſunt tempora, & ſic concordanda iura. Duo enim tempora debent conſiderari. Vnum ante aduentum Chriſti Dñi. Alterum vero poſt eius aduētum qua diſtinctione præmiſſa per cōcluſiones vt clarius procedatur erit hæc ſatis diffuſa quęſtio præſtringenda. ¶ Prima cōcluſio. Cōſiderando tēpus in quo nōdum Chriſtus Dominus in carne humana in mundum venerat cum ad huc Pontificatus Petri non fuerit inſtitutus & poteſtas eius imperij ab eo non poterat deriuari. Notoria tamen erat illa Hieremię *b* prophetia de Chriſto Domino loquens, dicens, ecce Conſtituite hodie ſuper gentes & Regna vt euellas & diſsipes, ædifices & plantes, quæ poteſtas ſecundum iuris Pōtificij peritos *c* & Theologos etiam ad temporalem iuriſdictionem extendi ſemper intellexerunt, quam Chriſtus Dominus ſuo Vicario reliquit. Et etiam Samuel *d* vſus eſt gladio materiali contra Regem Agag. & Elias *e* contra Praphetas Baal, & id ipſum legitur de Heliſeo, *f* & in Deuteronomio *g* legitur ſi difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam, & cauſam leprā & leprā & iudicum inter portas videris verba variari: venies ad ſacerdotes leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore. Quę authoritas nō ſolū loquitur de difficultatibus pertinentibus ad ſpiritualia ſed etiam ad tēporalia prout explicant Abbas *h* & Anaſtaſ. Germonius. & Noe obtulit holocauſtum Domino & ædificauit altare quod erat miniſterium ſacerdotale. Et ſimul fuit Rex & poteſtatē exercuit tēporalē eccleſiaſticam. Et Melchiſedec fuit ſimul ſacerdos & Rex. Et Moyſes fuit etiam ſacerdos & Rex. in Iſrael in ciuilibus & criminalibus & cerimonialibus legis conſtitutus vt colligunt ex ſacra ſcriptura *i* Innocentius Antonius de Butrio late Belluga Ioannes Garcia D. Hieronymus D. Gregorius Pineda Anaſtaſius Germonius Marcus Antonius de Camos & alij. Et prout refertur in libro K Regum Samuel fuit Propheta ſimul & ſacerdos & iudex in temporalibus: nam Dominus ad ipſum dixit, non abiecerunt te, ſed me ne regnem ſuper eos. Deniq; nō poteſt negari ſacerdotes in lege veteri iuriſdictionem temporalem habuiſſe. Quod confiteretur Sotus dicens ſacerdotium illud non illum gradum ſpiritualitatis annexum habere quem noſtrum.

Secunda cōcluſio, poſt Chriſti Domini aduētū poſt quam Chriſtus Dominus tradidit claues regni cælorum D. Petro ſecūdū D. Matth. 1 cum quo, Pontificatū D. Petrus & eius ſucceſſores acceperunt duo imperia & duos gladios ſpiritualem vnū & alterū tēporalē, ad iuriſdictionē temporalem tantū in habitu & potentia receperūt, nō tamē in actu, vſus enim & exercitium iuriſdictionis temporalis tranſlatus eſt ab Eccleſia in Imperatores & Reges vt ad eius beneplacitū & in eius vtilitatem hoc gladio vterentur. Et huic doctrinæ conſonat illud quod Chriſtus *m* Dominus ſuis diſcipulis dixit, quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis: ſed nunc qui habet ſaculum tollat ſimiliter & peram, & qui non habet vendat tunicam ſuam, & emat gladium. At illi dixerunt. Domine ecce duo gladij hic

a Gloſ. in c. quoniā v. diſcreuit. 10, diſt. Bal. in prooem. dig. n. 8 Maranta. de ordin. iud. 3 p. n. 30. verſ. quæ poteſt. Aufrer. in Cle. 1. n. 23. de offi. ord. deciſ. Pede. deciſ. 30. n. 4 v. 1. Duar. h. de ſacr. Eccl. miniſt. c. 4. Na. in c. nouit. num. 30. de iud. Cou. in reg. peccat. §. 9. n. 7. & in c. 1. practi. n. 2. Sot. de iuſt. & iur. li. 4. q. 4. art. 1. & 2. Guerr. in ſpecul. princip. ca. 16. Greg. in l. 2. ti. 1. col. 8. in pri. poſt v. prætera. par. 1. Varg. in reſpoſ. de epiſ. iuriſd. confirm. 10. Gomezius l. 40. taur. n. 3. Montal. in repert. 11. v. arm. in prin. fol. 10. col. 3. Mench. li. 10 contro. illuſtr. c. 20. n. 2 fol. 60. Turrecre. in cauſam ad v. 4. 96. diſt.

b Hier. c. 1.

c Doctor. in c. de maiori. & obed. c. 2. de reiud. li. extrauag. vnā ſanctā dema. & obdien. Theolog. ſuper diſtin. 41.

d 1. Reg. 15.

e 3. Reg. 18.

f 4. Reg. 4.

g Deut. c. 27.

h Abbas in c. pervenerabilē. §. ratio. n. 38, quibus ſint legitim. Ger. li. 3. de ſacr. immu. c. 3. n. 64.

i Num. 27. Deut. 18. innoc. inc. per venerabilē Butrius inc. licet. exſuſceptodefor. comp. Bellug. de ſpec. prin. Rubr. 11. §. videndū n. 1. vſq; ad 4. Graſ. de nobili. glo. 9. n. 17. D. Hier. ad Paul. Greg. 19. moral. c. 13. Pined. li. 2. de la monach. c. 26. §. fol. 139. Germo. vbi ſu. n. 74. in fin. pag. 225. Camos in Micro. 3. p. dialo. 4. p. pa. 44 col. 1. infin. & 2. K Reg. 8.

l Mat. 21. & c. 16. in Luc. 22.

m Abbas in c. nouit. de iud. nu. 12. Graſ. de nobilit. gloſ. 9. n. 20. & 35. fol. 226. ver. ſexta concl.

hic. At ille dixit eis satis est. Ex quibus verbis videtur Christum Dominum non reiecisse ab Apostolis gladium tẽporalẽ tãquã quid impertinẽs, imo ipsum illis concessisse per illa verba, satis est vt post Abbatẽ tradit Ioannes Garsia. Vnde Christus o dominus nõ dixit Petro proijce â te gladium sed conuerte gladium tuũ in vaginam, ex quibus verbis colligitur gladium materialem esse Diui Petri & esse in manu Petri & per consequens in potestate Ecclesiæ, verbum enim tuum proprietatem designat, vt aduertit Frater Angelus in sua Bibliotheca p & Anastasius Germonius, non tamen voluit Christus Dominus vt eius sacerdotes & Pontifices regimen spirituale habituri in exercitio temporalis iurisdictionis occuparentur & quod gubernatio temporalis ab spirituali penderet, sed vt hæc ad Imperatores Reges & Dominos temporales deuoluerentur, qui vt præsidentes pro eo ab omnibus in temporalibus obedirentur prout Fr. Antonius Camos q in sua Microcosmia declarat, quod insuper confirmatur ex verbis dictis à Domino r Petro, pasce oues meas, non generaliter loquitur, & non limitauit suũ præceptum ad pastũ tantũ spirituale. Vnde videmus in coronationibus Imperatorum coronationes ab Ecclesia ipsos recipere Pontifice gladium euaginatũ illis tradente dicẽdo accipe gladium desuper Beati Petri corpore sumptũ, & potius ex dat Imperatori Diadema sceptrum, & pomũ aureũ. Et Papa vt Papa consecratur & vt Rex coronatur, ad quod certiores facit Reges & ipsos inuitat prout tradunt Aufrerius s & Petrus Gregorius & omnes pedes eius osculantur profunda humilitate reuerentia & hiperduliæ adoratione, quæ Summo Põtifici solet exhiberi prout Iolephus Stephanus t & Anastasius Germonius testantur. Et etiam in Gregor. V. in Alemanes electionẽ Imperij transtulerit sibi tamen & sedi Apostolicæ confirmationem reseruauit prout tradunt Polidorus v Virgilius & Petrus Gregorius. Imo asserit idem Petrus Gregorius aliquando Imperium à Pontificibus Imperatoribus in feudũ fuisse concessum cum iuramento vt sedi Apostolicæ in fidelitate fauore auxilio & defensione minime deficerent. Facit etiam pro hac parte illud quod legitur in Actibus x Apostolorum D. Petrũ Christi Domini Vicarium iudicialiter cõdẽnasse Annaniam & vxorem eius Saphirã eo quod cum mẽdacio aliqua subripuissent. Et Christus Dominus vt Rex y & Imperator eiecit de templo ementes & vendentes ipsos seueriter & cum rigore flagellando, ita vt non legatur in Euangelio aliã similem correctionem fecisse. Et etiam vsus a fuit iurisdictione temporali mulierem adulteram absoluendo cum nullus aduersus eam accusator inueniretur. Et certe si attẽte contempletur Innocentius b III. satis indicat hanc nostram opinionem & eam satis etiam insinuat Augustinus c dicens, & mira potentia & ineffabilis gratia Saluatoris: quis plebeium piscatorem Apostolorum facile crederet Principem, & Regibus obsistere? Reges sanctificare, Regnis omnibus Imperare, mũdum refrenare legibus? Dæmonem calcare pedibus, iubere virtutibus cælum hominibus aperire cũ velit, claudere cum placeret & conuersis donare, negare peruersis? merita mundi cognoscere? Culpas & crimina hominibus relaxare? Quid vero est regnis omnibus imperare mundum refrænare legibus nisi habere iurisdictionem temporale homines, facinorosos castigando, quam Vlpianus d iuris consultus merum Imperium appellauit? Quid est castigare nisi vltimum supplicium inferre? prout idem Vlpianus & Marcus e Venuleius iurisconsulti definierunt, vnde non sine causa Tertullianus f Summũ Pontificẽ Regẽ seculi appellauit, vnde etiã baculũ Episcopis datũ significat, & huius potestatis & dignitatis symbolũ est prout in quodam decreto g insinuatur & tradit Petrus Gregorius, quod baculum à Summo Pontifice cũ potestate iurisdictionis recipiunt prout tradunt D. Tho. h D. Bonauentura Soto Lẽlius Iordanus probans etiam ex epistola Leonis X. ad Michaelẽ Patriarchã Constãtinopolitanum externa iurisdictionẽ profluere à Summo Pontifice, in Episcopos sicut in iudices à Rege quod ipsum Ioannes Blasius i confirmat. Et ipse Papa baculum non portat quia non ab homine, sed à Deo suam habet potestatem. ¶ His accedit quod tradit Abbas K dicens in grauibus & arduis negotijs & in magnis difficultatibus christianitati scandalum causantibus potest Papa contra Laicos vti præfata potestate temporali: & potest eadẽ potestate iussa interueniente causa propter melius Ecclesiæ spirituale regimen Regna ab vna gente in aliam trãsferre

x Act. 1.

i Math. 26. ap

a Ioan. 8.

b Ca. peruenerab. qui filij sint legit.

c Augus. in serm. Pet. & Paul. incipi. for. & hum. d l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic.

e L. respicie dũ 11. §. 1. ff. de pœnis. 12. eod. tit. Lu. ff. de offici. proconsul.

f Tert. lib. 1. ad vxorem.

g Ca. disc. 46. di. Greg. Syntag. iur. 2. 2. par. li. 15. col. 2. n. 28.

h D. Thom. 2 sent. dist. vl. D. Bonauent. in 4. distin. 18. & ibid. art. 12. Sot. in 4. dist. 2. q. 1. ar. 1. &3. & 4. Læsius. de maior. Epist. caus. ad Pap. deferẽd. c. 7. n. 21. & 26.

i Blasius de clero Eccles. princ. li 2. c. 12. fol 58. & &c. 15. & 16. sequent.

K Abb. in c. nouit. nu. 3. de iudi. N. ibid. not. n. 3. & 99. Auiles in c. 20. v. vsurb. n. 1

o Mar. 16.

p In medio postliterarũ inuentores de donatio. Constanti. Germon. de sacro immunit li. 1. c. 13. n. 18. in med. pag 217.

q 5. p. Dialo. 4. pa. 44. n. 1. in fin.

r Ioan. 21.

s Aufreri. in Clem. 1. nu. 55. de offi. ordin. Grego. de syntag. iur. t. p. li. 6. c. 7. nu 6.

t Stephan. in tract. de adorat. ped. c. 7. per tot.

u Germõ. de sacro immunit. li. 1. c. 13. n. 68. & sequ. d. 224.

v Polyd. lib. 4. de inuer. Gregor. vbi. sup.

ferre, quam sententiam sequuntur Nauarrus & Auiles, de facto Zacharias *l* Childericum regno Galliæ priuauit. Et Rex Dominus Sanctius fuit priuatus regno Portugaliæ, & eius loco Dominus Alfonsus Tertius fuit à Sede Apostolica substitutus. Et Papa Innocentius Tertius anno Domini millesimo ducentesimo quarto coronam Regni Aragoniæ Domino Petro secũdo donauit prout tradit çurita à, & Papa Iulius Secundus possessores Regni Nauarræ regno spoliauit ipsumque regibus Catholicis Ferdinando & Elizabet contulit, quibus etiam Alexander V. concesit anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio vt possint prouincias Regnorum Indiarum occidentalium occupare prout Franciscus de Vargas & Anastasius Germonius nobis scriptum reliquerunt. Et his temporibus fœlicis recordationis Pius Quintus Papa concesit cuicunque principi Christiano vt regnum Anglicũ contra Elisabeth Stuardam ipsum possidẽtem possit apprehendere & armis oppugnare. Cum ipsa sit hæretica & Sedi Apostolicæ cũpertinacia rebellis prout tradit Sanderus, c Denique multa sunt exẽpla quibus de facto probatur Pontificem *Maximum* potestate temporali in grauibus negotijs fuisse vsum in ordine ad spirituale Ecclesiæ regimen. At potestate temporali licet polleat in habitu non exequitur in actu & sic tempore Domini Alfonsi Regis XI. Archiepiscopo Compostellano legato à Papa non fuit permissum vt cognosceret de controuersijs ciuilibus inter Regem & eius Regnum vt constat ex chronica Domini præfati Alfonsi, habent enim Reges tribunalia iustitiæ ad præfatas lites dirimendas quorum iudicio & sentẽtiæ se voluntarie & sponte subdunt, prout in iuribus e notatur & tradit Nauarrus.

Contra præfatam tamen opinionẽ quod scilicet in Ecclesia iurisdictiones spiritualis & temporalis resideant spiritualis in actu temporalis autem in potentia & in habitu non desunt aliqua argumenta quæ non residere in ea potestatem temporalem probare videntur.

Primum argumentum est illud Pauli, f non est potestas nisi à Deo, & illud prouerbiorum, per me Reges regnant. In quibus autoritatibus videtur probari potestatem temporalem in Reges & magistratus seculares à Deo deriuari, & ab ecclesia minime dari. Respondetur concedendo potestatem secularem à Domino Deo in principes seculares dimanare tanquam à causa nõ immediate sed mediãte deriuatione Ecclesiæ & Papæ Christi Domini Vicarij tanquam à Causa secunda & instrumentali in cuius potestate Regni cœlestis & terreni imperialis sunt claues prout constat ex quodam decreto. g

Secundum argumentum desumitur ex illo quod habetur apud Matthæum reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Respondetur in præfatis verbis non detrahi aliquid Papæ iurisdictionis temporalis, tantum enim in ea quæ iustitia legalis cõmendatur, qua vnicuiq; quod suũ est tribuitur sicut D. Paulus *h* etiam cõmendauit & præcepit dicẽs, reddite omnibus debita cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui honorem honorem, cui timorem timorem. Ita explicat Augustinus de triumpho *i* de potestate Ecclesiæ scribens cui Anastasius Germonius assentit.

Tertiu margumentum ex illo Pauli, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nam respondetur vt super illum locum aduertit D. Chrysostomus, multiplex potestatis est genus. Et cuique in suo ordine debet obediri, filius enim debet obedire patri, mulier marito, ciuis correctori, corrector principi, vnde non locutus Paulus fuit solũ de ciuili potestate, sed de alia quacũque secundum significationem & proprietatem verbi potestas, quæ in magistratu significat imperium, & in patre patriam potestatem, & in Domino respectum seruitutis ad seruum, prout explicauit Paulus k iuris consultus.

Quartum argumentum est illud quod, dixit Dominus apud Ioannem *l* regnum meum non est de hoc mundo, quod confirmat Hymnus Ecclesiæ, Hostis Herodes impie Christum venire quid times, Nõ eripit mortalia qui regna dat cælestia. Ex quibus verbis videtur colligi Ecclesiam benignam & mitem esse aduersus contumaces & rebelles, non enim eos gladio materiali, sed spirituali punit, quæ spiritualis potestas gladius ferri excommunicationis à prospero *m* Aquitanico Lucano & Papino nuncupatur, prout referunt Cuiacius & Anastasius Germonius. Respondetur concedendo Christum Dominum non venisse

1 q. alius. 16. q. 6. m c. grandi de suppl. neg. prælat.

a çurita in annali. 1. P. c. 51. fol. 90.

b Vargas in tract. de epi sco. iurisd. confirm. 10. Germonius vbi sup.

c Sanderus de orig. & proge. ichis mæ Angeli. lib. 1.

d Chronic. c. 17.

e l. est receptum. ff. de iurisd. omni iudic. Nau. in c. nouit. 3. notabil. n. 73. de iudic.

f Ad Rom. 13. Prou. 8.

g Omnes. 22. dist. Matth. 22.

h Ad Rom. 13.

i Triumph. de potest. Eccles. q. 1. art. 8. ad 1. Germon. de sacro. immunit. lib. 3. c. 13. n. 71 Ad Rom. 13

k l. potestatis. 215 ff. de verb. signif.

l Ioan. 18.

m Prosp. in c. Eccle. aute. 24. q. 3. Cuiacius vl. 11. obseruat. lib. 21. c. 30. Germon de sacro. immunit. c. 15. pag. 217. nu. 12.

ad regnandum temporaliter in actu, neque ad habendam iurisdictionem temporalem in actu, sed ad redimendũ genus humanũ & vt peccatores saluos faceret prout dicunt D. Augustinus c & D. Chrysostomus, ex hoc tamen non probatur ipsum non habuisse talem potestatem in habitu & potẽtia & ab eius vicario & Ecclesia in imperatores & Reges & Principes temporales tanquã ab instrumento diuino deriuari secundum canonistarum opinionem quam vt receptiorem amplectuntur multi allegati ab Alfolso de Castro d à Turrecremata à Palacio Rubio & multi alij allegati à Fráciſco de Vargas & à Lælio Iordane, & ab Anastasio Germonio.

Possumus etiam dicere iurisdictionem temporalem residere in principibus & regibus, at in Papa per modum excellentiorem & nobiliorem quam in illis, videlicet ad illorum confirmationem dispositionem & coertionem, in regibus autem & principibus ad executionem & administrationem prout dicunt Aufrerius e Conradus Diuus Augustinus Camillus Borrel & Florentinus.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum conueniens sit Episcopos & Abbates aliquorum monasteriorũ habere iurisdictionem temporalem actualem exemptam.

REspondeo dicẽdo habere præfatos prælatos iurisdictiones tẽporales ratione votorum quibus se principes obligauerunt Deo optimo Maximo & B. Virgini, illas concedere & de facto vota adimplentes illas concesserũt. Cũ enim essẽt in maximo prælij conflictu constituti, & alijs maximis periculis attriti intelligentes miraculose ab his esse ereptos, & intercessione alicuius sancti adiutos quædam oppida Castella & iurisdictiones parta victoria Deo optimo maximo & sanctis dedicauerunt. Alij autem prælati habent præfatas iurisdictiones in feudum à regibus & sicut vassali & subditi teneantur feudum præstare & obligationibus & conditionibus & tributis respondere vt cõstat ex iure. a

Aduertendum tamen eos præfatas iurisdictiones & actu exercere non vt sacerdotes sed vt Domini tẽporales, sicut enim possunt dictas villas & castella concessione principum retinere, similitet possunt etiam iurisdictionem ipsis annexam possidere, prout Theodoretus b & Duarenus affirmant, Cuius iurisdictionis occupatio non ita debet eos inuadere vt sui proprij instituti & ministerij quod est spiritualibus vacare obliuiscantur prout aduertit Soto. c

Vtrum autem possint esse vice Reges, aut præsides alicuius principis controuertitur, nam Abbas d & alij plures quos refert Petrus Cenetus affirmant nullum Ecclesiasticum neque regularem hæc munera posse habere. Quod debet intelligi si per semetipsos hæc munera exercere velint, at per alios ministros iurisdictiodẽ ipsis in generali cõmẽdantes eam habere minime prohibentur. Et sic Cardinalis Adrianus Episcopus de Tortosa fuit horum regnorum gubernator anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tempore Caroli V. Imperatoris. Et Cardinalis Granuela fuit vice Rex Neapolitanus prout narrat Illescas. e

Iudices tamen ab episcopis Abbatibus monasterijs & ab alijs personis ecclesiasticis constituendi vt in eorum villis Castellis & oppidis iurisdictionem tẽporalem exerceant tam in ciuilibus, quam in criminalibus, tam in prima quam in secunda instantia necessario debent esse laici prout aduertit Gregorius f Lopez. Ipsi tamen prælati & iudices per eos constituti non debent exercendo iurisdictionem temporalem per censuras & pœnas spirituales procedere sed sicut iudices dominorum temporaliũ, se habere. Nec debent hac iurisdictione vti cum notarijs Apostolicis, sed cum notarijs regalibus laicis & approbatis sicut in quadam horum regnorum lege g ordinatur & Archiepiscopus Florentinus Hostiensis Azeuedo & Segura asserunt.

Debẽt insuper præfati iudices leges regnorum obseruare & secundum ea iudicare & se consuetudinibus legitimis administrãdo iustitiam conformare vt constat extraditis per Iacobum de Belouiso h & Conradum.

Tenentur etiam appellationes causarũ Imperialium recipere iustis id causis suadentibus, nõ tamen iudices ad quos sit appellatio

c Augu. & Chrysost. sup. d. c. 181 d Castr. de iust. hæret. punit. lib. 2 c. 23. col. 2. Turrecrem inc. cum ad verum col. 6. 69. dist. Rebeus de obtent. Regni Nauar. 2pa. §. 6. Verga. a Consilijs status His. & orat. ad P. Piũ IIII. in tract. de autor. Pontif. confir. 10. Lælius maior. epis. caus. ad Papã deferen. ca. 8. ne. 37. Germon. li. 3. de sacr. immunit. c. 13. n. 21. & seq. & per totũ cap.

e Aufer. in Clem. 1. nu. 38. infin. & n. 54. d offi. ord. Conr. intẽploiud. c. li. 1. c. 1. §. 2. nu. 15. D. Augus. in expos. quarũdam q q. Apost. Pau. ad Rõ. prõposit 72. Camiliusin addit ad Belu. de specul. li. E, fol. 16. prin. rub. 6. ver. á cæles. vsque ad fi. Florent. in sum. 2 p. in rub. de sta. tu summorũ Pontifi. a c. vn. ver. Sonos, infi & v. primi. & ibi glei. v. in ciuitate de pace. cõst. in feu.

b Theodo. lib. 2. ca 30. Duarẽ. lib. 1. de sacris eccle. minis. c. 4. pa. 1540

c Soroli 10. de iust. q. 4. art. 5 pa. 905 col. 2. in medio.

d Abbas in c. sed neque n. 7. & in c. sequent. per text. ibi ne clerici. l. monac. Cene. in collect. ad decre. c. 61. nu. 4.

e Illescas hist. o. pont. 2. par. li. 6. in vita Leo X. §. 10. f. 226.

f Greg. Lopez. in l. 48 v. en lo tẽporal ti. 6. p. 1. gl. 8. ti. 3. li. 1 reco. Flor. 3. p. ti. 24. c. 75. in præmi. & in fi. Hos. in c. dilect. de offi. or. Azeu. in l. 4. nu. 3. in fi. ti. 7. li. 3. rec. Segu. in dict. iud. r. p. c. 1. nu. 5. h Belouiso. in prac. iud. rub. de quæstion. n. 195 Conra. intẽpl. iudi. li. 2. c. 7. §. 3. n. 54

ferre, quam ſententiam ſequuntur Nauarrus & Auiles, de facto Zacharias / Childericum regno Galliæ priuauit. Et Rex Dominus Sanctius fuit priuatus regno Portugaliæ, & eius loco Dominus Alfonſus Tertius fuit à Sede Apoſtolica ſubſtitutus. Et Papa Innocentius Tertius anno Domini milleſimo ducenteſimo quarto coronam Regni Aragoniæ Domino Petro ſecũdo donauit prout tradit çurita à, & Papa Iulius Secundus poſſeſſores Regni Nauarræ regno ſpoliauit ipſumque regibus Catholicis Ferdinando & Elizabet contulit, quibus etiam Alexander V. conceſsit anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio vt poſsint prouincias Regnorum Indiarum occidentalium occupare prout Franciſcus de Vargas & Anaſtaſius Germonius nobis ſcriptum reliquerunt. Et his temporibus fœlicis recordationis Pius Quintus Papa conceſsit cuicunque principi Chriſtiano vt regnum Anglicũ contra Eliſabeth Stuardam ipſum poſsidẽtem poſsit apprehendere & armis oppugnare. Cum ipſa ſit hæretica & Sedi Apoſtolicæ cũ pertinacia rebellis prout tradit Sanderus, c Denique multa ſunt exẽpla quibus de facto probatur Pontificem *Maximum* ꝓteſtate temporali in grauibus negotijs fuiſſe vſum in ordine ad ſpirituale Eccleſiæ regimen. At poteſtate temporali licet polleat in habitu non exequitur in actu & hic tempore Domini Alfonſi, Regis XI. Archiepiſcopo Compoſtellano legato à Papa non fuit permiſſum vt cognoſceret de controuerſijs ciuilibus inter Regem & eius Regnum vt conſtat ex chronica Domini præfati Alfonſi, habent enim Reges tribunalia iuſtitiæ ad præfatas lites dirimendas quorum iudicio & ſententiæ ſe voluntarie & ſponte ſubdunt, prout in iuribus *e* notatur & tradit Nauarrus.

Contra præfatam tamen opinionẽ quod ſcilicet in Eccleſia iuriſdictiones ſpiritualis & temporalis reſideant ſpirituales in actu temporalis autem in potentia & inhabitu non deſunt aliqua argumenta quæ non reſidere in ea poteſtatem temporalem probare videntur.

Primum argumentum eſt illud Pauli, *f* non eſt poteſtas niſi à Deo, & illud prouerbiorum, per me Reges regnant. In quibus autoritatibus videtur probari poteſtatem temporalem in Reges & magiſtratus ſeculares à Deo deriuari, & ab eccleſia minime dari. Reſpondetur concedendo poteſtatem ſecularem à *Domino* Deo in principes ſeculares dimanare tanquam à cauſa nõ immediate ſed mediãte deriuatione Eccleſiæ & Papæ Chriſti Domini Vicarij tanquam à Cauſa ſecunda & inſtrumentali in cuius poteſtate Regni cœleſtis & terreni imperialis ſunt claues prout conſtat ex quodam decreto. *g*

Secundum argumentum deſumitur ex illo quod habetur apud Matthæum reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Reſpondetur in præfatis verbis non detrahi aliquid Papæ iuriſdictionis temporalis, tantum enim in ea quæ iuſtitia legalis cõmendatur, quæ vnicuiq; quod ſuũ eſt tribuitur ſicut D. Paulus *h* etiam cõmendauit & precepit dicẽs, reddite omnibus debita cui tributum tributum, cui veſtigal veſtigal, cui honorem honorem, cui timorem timorem. Ita explicat Auguſtinus de triumpho *i* de poteſtate Eccleſiæ, ſcribens cui Anaſtaſius Germonius aſſentit.

Tertium argumentum ex illo Pauli, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nam reſpondetur vt ſuper illum locum reduerſit D. Chryſoſtomus, multiplex poteſtatis eſt genus. Et cuique in ſuo ordine debet obediri, filius enim debet obedire patri, mulier marito, ſubditus correctori, corrector principi, vnde non locutus Paulus fuit ſolũ de ciuili poteſtate, ſed de alia quacunque ſecundum ſignificationem & proprietatem verbi poteſtas, quæ in magiſtratu ſignificat imperium, & in patre patriam poteſtatem, & in Domino reſpectum ſeruitutis ad ſeruum, prout explicauit Paulus *k* iuris conſultus.

Quartum argumentum eſt illud quod dixit Dominus apud Ioannem / regnum meum non eſt de hoc mundo, quod confirmat Hymnus Eccleſiæ, Hoſtis Herodes impie Chriſtum venire quid times, Nõ eripit mortalia qui regna dat cæleſtia. Ex quibus verbis videtur colligi Eccleſiam benignam & mitem eſſe aduerſus contumaces & rebelles, non enim eos gladio materiali, ſed ſpirituali puniit, quæ ſpiritualis poteſtas gladius ferri excommunicationis à proſpero *m* Aquitanico Lucano & Papino nuncupatu, prout referunt Cuiacius & Anaſtaſius Germonius. Reſpondetur concedendo Chriſtum Dominum non veniſſe

1q. alius. 16. q. 6. m c. grandi de ſuppl. ne gl. prælat.

a çurita in annalib. P. c. 51. fol. 90.

b Vargas in tract. de epiſco. iuriſd. confirm. 10. Germonius vbi ſup.

c Sanderus, de orig. & progreſſ. ſchiſmæ Angeli. lib. 1.

d Chronic. c. 17.

el. eſt receptum, ff. de iuriſd. omni iudic. Nauar. c. nouit. 3. notabil. n. 73. de iudic.

f Ad Rom. 13. Prou. 8.

g Omnes. 22. diſt. Matth. 22.

h Ad Rom. 13.

i Triumph. de poteſt. Eccleſ. q. 1. art. 8. ad 1. Germon. de ſacro Imperio immunit. lib. 3. c. 15. n. 72. Ad Rom. 13.

k Poteſtatis. 21. ff. de verb. ſignif.

l Ioan. 18. in Proſp. in c. Eccle. alite. 24. q. 3. Cuiacius VI. obſeruat. lib. 21. c. 30. Germon. de ſacro. Imperio immunit. c. 13. pag. 217. num. 12.

ad regnandum temporaliter in actu, neque ad habendam iurisdictionem temporalem in actu sed ad redimendũ genus humanũ & vt peccatores saluos faceret prout dicunt D. Augustinus *c* & D. Chrysostomus, ex hoc tamen non probatur ipsum non habuisse talem potestatem in habitu & potẽtia & ab eius vicario & Ecclesia in imperatores & Reges & Principes temporales tanquã ab instrumento diuino deriuari secundum canonistarum opinionem quam vtreceptiorem amplectuntur multi allegati ab Alfolso de Castro *d* á Turrecremata à Palacio Rubio & multi alij allegati à Fráciſco de Vargas & à Lælio Iordane, & ab Anastasio Germonio.

Possumus etiam dicere iurisdictionem temporalem residere in principibus & regibus, at in Papa per modum excellentiorem & nobiliorem quam in illis, videlicet ad illorum confirmationem dispositionem & coertionem, in regibus autem & principibus ad executionem & administrationem prout dicunt Aufrerius *e* Conradus Diuus Augustinus Camillus Borrel & Florentinus.

c Augu. & Chrysost. sup. d. c. 181 d Castr. de iust. hæret. punit. lib. 2 c. 23. col. 2. Turrecrem inc. cum ad verum col. 6. 69. dis. R beus de ob tent. Regni Nauar. 2 pa. §. 6. Verga. a Consiljs status Hiſ. & orat. ad P. Piũ IIII. in tract. de autor. Pontiſ. confir. 10. Lælius maior. epiſ. caus. ad Papã deferen. ca. 8. ne. 37. Germon. li. 3. de sacr. immunit. c. 13. n. 21. & seq. & per totũ cap.

e Aufer. in Clem. 1. nu. 38. infin. & n. 54. de offi. ord. Conr. intẽploiud. c. li. 1. c. 1. §. 2. nu. 15. D. Augusſt. in expoſi. quarũdam q q. Apoſt. Pau. ad Rõ. propoſit 72. Camiliusin ad dit ad Belu. de ſpecul. li. E, fol. 16. prin. rub. 6. ver. á cæleſ. vſque ad fi. Florent. in ſum. 2 p in rub. de ſta. ru ſummorũ Pontifi. a c. vn. ver-

ARTICVLVS VIII.

Vtrum conueniens sit Episcopos & Abbates aliquorum monasteriorũ habere iurisdictionem temporalem actualem exemptam.

REspondeo dicẽdo habere præfatos prælatos iurisdictiones tẽporales ratione votorum quibus se principes obligauerunt Deo optimo Maximo & B. Virgini, illas concedere & de facto vota ad implentes illas concesserũt. Cũ enim essẽt in maximo prælij conflictũ constituti, & alijs maximis periculis attriti intelligentes miraculoſe ab his esse ereptos, & intercessione alicuius sancti adiutos quædam oppida Castella & iurisdictiones parta victoria Deo optimo maximo & sanctis dedicauerunt. Alij autem prælati habent præfatas iurisdictiones in feudum à regibus & sicut vassali & subditi teneantur feudum præstare & obligationibus & conditionibus & tributis respondere vt cõstat ex iure. *a*

Aduertendum tamen eos præfatas iurisdictiones & actu exercere non vt sacerdotes sed vt Domini tẽporales, sicut enim possunt dictas villas & castella concessione principum retinere, similitet possunt etiam iurisdictionem ipsis annexam possidere, prout Theodoretus *b* & Duarenus affirmant, Cuius iurisdictionis occupatio non ita debet eos inuadere vt sui proprij ihstituti & ministerij quod est spiritualibus vacare obliuiscantur prout aduertit Soto. *c*

Vtrum autem possint esse vice Reges, aut præsides alicuius principis controuertitur, nam Abbas *d* & alij plures quos refert Petrus Cenetus affirmant nullum Ecclesiasticum neque regularem hæc munera posse habere. Quod debet intelligi si per semetipsos hæc munera exercere velint, at per alios ministros iurisdictiodẽ ipsis in generali cõmẽdantes eam habere minime prohibentur. Et sic Cardinalis Adrianus Episcopus de Tortosa fuit horum regnorum gubernator anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo tempore Caroli V. Imperatoris. Et Cardinalis Granuela fuit viceRex Neapolitanus prout narrat Illescas. *e*

Iudices tamen ab episcopis Abbatibus monasterijs & ab alijs personis ecclesiasticis constituendi vt in eorum villis Castellis & oppidis iurisdictionem tẽporalem exerceant tam in ciuilibus, quam incrimina libus, tam in prima quam in secunda instantia necessario debent esse laici prout aduertit Gregorius *f* Lopez. Ipsi tamen prælati & iudices per eos constituti non debent exercendo iurisdictionem temporalem per censuras & pœnas spirituales procedere sed sicut iudices dominorum temporaliũ, se habere. Nec debent hac iurisdictione vti cum notarijs Apostolicis, sed cum notarijs regalibus laicis & approbatis sicut in quadam horum regnorum lege *g* ordinatur & Archiepiscopus Florentinus Hostiensis Azeuedo & Segura asserunt.

Debẽt insuper prærati iudices leges regnorum obseruare & secundum ea iudicare & se consuetudinibus legitimis administrãdo iustitiam conformare vt constat extraditis per Iacobum de Belouiso *h* & Conradum.

Tenentur etiam appellationes causarũ Imperialium recipere iustis id causis suadentibus, nõ tamen iudices ad quos sit appellatio

Sonos, inſi & v. primi. & ibi glos. v. in ciuitate de pace. cõst. in feu. b Theodo. lib. 2. ca 30. Duarẽ. lib. 1. de sacris eccle. minis. c. 4. pa. 1540 c Soroli 10. de iust. q. 4. art. 5 pa 905 col. 2. in medio. d Abbas in c. sed neque n. 7. & in c. sequent. per tcat. ibi ne cleric. l. mo. nac. Cene. in collect. ad decre. c. 61. nu. 4. e Illescas hiſto. pont. 2. par. li. 6. in vita Leo. X §. 10. f. 226. f Greg Lopez. in l. 48 v. en lo tẽporal ti. 6. p. 1. gl. 8. ti. 3. li. 1 reco. Flor. 3. p. ti. 24. c. 75. in præmi. & in fi. Hoſ. in c. dilect. de offi. or. Azeu. in l. 4. nu. 3. in fi. ti. 7. li. 3. rec. Segu. in dict. iud. 1. p. c. 1. n 3. h Belouiſo. in prac. iud. rub. de quæſtion. n. 195 Conra. intẽpl. iudi. li. 2. c 7. §. 3. n. 54

b Lucas de Pen. in l. fi. col. 2. cum multis seq. C. d exact. tribu. li. 10. Tira. in tracta cessante causa. in prin. nu. 46. v. benefi. Cachera. in de cis. Pedemon. 27. n. 4. cũ seqq. Clarus. li. 4. Sep. §. feudũ q. 78. Menoc. Consi. 54. in contr. vol. 1.

c Doct. in c. cæterum de iudic. Bald. in c. imper. de prohibi. feudi alien. Marant. de ord. iudi. 4. par. dist. 11. n. 49. Ant. Gom. 3. to. ca. 10. nu. 7. Huma sup. Greg. in l. 57 glo. 2. n. 1 ti. 6. p. 1. Cene. in collect. ad decre. c. 57. p. 53. n. 5. dInno. in c. nõ minus n. 4 de immuni. eccle. Villa mat. in æra. cõmu. opini. lic. C. n. 74.

e Anfre. in tract. de potesta. secul. super eccle. perso. reg. 2. n. 2. versi. sed nõ credo.

f l. 9. & 10. ti. 7. li. 5. recop.

g Bald. in l. cũ antiquio ribus nu. 6. v. 6. hoc pro b de Pena, Tiraquelus, Cacheranus, Iulius Clarus & Menochius. Quo supposito respõdetur ad id quod proposuimus in titulo quæstionis quantum ad feudũ quod in causa feudali ciuili, tã super proprietate quam super possessione Dominus feudi potest cognoscere inter vassallos laicos, aut clericos aut monachos, quã sententiam magis cõmunis amplectitur opinio vt tradunt Doctores c & Baldus cum alijs relatis à Maranta, & Antonio Gomez Humada, & Petro Ceneto. Cuius sententiæ ratio est, quia per inuestituram, cum Domino contraxerunt, & omni proprio & consequenti contractu feudi se obligauerunt. Hoc tamen minime est admittendum in causa criminali aut ciuili à delicto procedenti. Hæc enim debet remitti ad iudicem regularem ipsius monasterij vt tradunt Innocentius d & alij præcipue Villa Iacobi. Quæ autem sit causa feudalis pro præfatæ iurisdictionis competentia, an sola illa præcise quæ agit de lege & natura feudi, aut quãdo de ipso quocũq; modo agetur traditur, potest per Doctores superius allegatos videri præcipue apud Anfre. e

Quantum autẽ ad causam maioratus si litigetur super eius possessione & reus sit clericus aut religiosus videtur quod Concilium regale possit de hac causa cognoscere cui priuatiue harum causarum cognitio cõpetit prout in legibus f huius regni definitur, quod primo probatur ex eo quod causæ maioratus & causæ feudales habent in multis maximam similitudinem vt patet ex traditis per Baldum g & Molinam, secundo quia causa maioratus bonum concernit publicũ, nobilitas enim maioratibus & cautur & conseruatur, cuius cognitio, si ad iudicem Ecclesiasticum aut regarem deuoluetur super tentam ipsius aliquod in commodum huic bono communi posset contingere, contrarium tamen tenet Boba dilla h fuisse iudicatum in terminis per dominos auditores Consilij regalis quod scilicet monachus possit super tenutam maioratus conuentus iurisdictionem secularem declinare: licet enim præfata feudi doctrina sit vera ad trahendum clericum & monachum ad forum seculare, non tamen est ad propositum vt ipsos super tenuta maioratus à suo foro extrahamus, in multis enim differt feudum à maioratu in Hispania vt ex doctoribus superius allegatis constat & Mieres i decte scribit.

ARTICVLVS XI.

Vtrum quando Ecclesia aut monasterium litigat cum laico super rebus temporalibus possit conuenire laicũ coram iudice Ecclesiastico an corã seculari.

REspondeo dicendo, in omnibus causis tẽporalibus in quibus Ecclesia aut monasteriũ actor fuerit, & aliquid â persona laica petierit debet ipsam cõuenire coram iudice seculari, licet enim in causis spiritualibus Ecclesia trahat laicum ante iudicem Ecclesiasticum vt late tradit Gregorius Lopez a, at in causis temporalibus secularis iudex competens erit, nisi laicus destruxerit Ecclesiam aut monasterium aut aliquod in eis sacrilegium commiserit, tunc enim coram iudice Ecclesiastico potest conueniri prout in iure b notatur & tradunt Rolandus & Lapus. Aduertendum tamen quod quando monasterium petit â laico aliquid apud iudicem secularem, potest ipse laicus monasterium reconuenire coram eodem iudice secundum cõmuniorem & magis vsitatam opinionẽ quam tradit quædam glossa c quam sequuntur Ioannes Andreas, & Ioannes de Imola, Felinus & Decius & alij relati per Auendanum, & Cenetum, à qua opinione tanquam magis vsitata non esse recedendum testatur Decius. Quod limitandum est vt non procedat quando reconuentio fit super causa criminali etiam ciuiliter tantum intẽtata secundum Speculatorem e & Baldum dicentẽ hoc nõ posse fieri etiã per viã exceptionis. Et hæc est cõmunis opinio contra quã dã glossam f asserentem posse reconueniri clericũ & monasterium, corã laico in causa ciuiliter intẽtata, quæ cõmuniter secũdum Philippũ Decium reprobatur, limitatur etiã vt non procedat quando reconuẽtio fuerit super causa spirituali aut spirituali annexa, vt tradunt Baldus g Abbas & Felinus & Speculator, neque talis vt clericus possit propterea incarcerari, neq; sit à militia laici cauata, quod contingere potest quando laicus procurat vt à monacho coram iudice conueniatur vt ipse coram eodem indice ipsum monachum reconueniat, intelligens talem iudicem sibi fore maxime fauorabilẽ prout post alios tradit Felinus. h

batur euidẽter C. de iure deli. Molin. de primo. li. 1. c. 7. nu. 1. & seq. fol. 51.

h Boba. li. 2 de la Polit. ca. 18. n. 157. fo. 106 8. Mieres de maiorat. in ue. fo. 3. & 3. par. q. 9. n 3. & 4. p. q. 2 n. 13.

a l. 56 & ibi Greg. tit. 6. pa. 1.

b c. fi clerici. laicũ cat cũ sit generale & c. cõuenetus de foro cõpet. Rolad. cõsi. 24 n. 1. cũ seqq. vol. 2 Lapus allegat. 66. per tot. f. 44

c Gloss. sup. fiis in c. 1 d mutu. petit. Andr. Imola & Feli. n. 8. & Decius ex 148. deiudic Auend. in c. 1. pretorũ nu. 32. in fi. Ceneth in collect. ad decret. c. 57. n. 6 p. 53.

d Deci. vbi su. n. 32.

e Specul. ti. de rect ue. §. nunc dicamus versic. sed pone cleri. Bald inc. 1. de consuet. apud paresterm. in vsibus feud.

f Glos. in d. c. at cleri. vbi Decius n. 30

g Bald. Abbas Feli. in d. c ad fi cle

ri. de ind. Specul. iud. c. cũ dicamus versi. sed pone cler. h Feli. in d. c. at si cleri. n. 9. ver. & primo quidem fallit de iudi.

ARTICVLVS. XII.

Verum pro publicatione testamenti in quo monasterium est institutum possit iudex secularis citare prælatum monasterij.

REspondeo dicendo, quod pro publicatione testamenti in quo monasterium à laico hæres instituitur potest iudex laicus citare prælatum monasterij, ad hoc enim munus perágendum iudex secularis solum est competens, non autem iudex Ecclesiasticus prout determinat ius *a* commune & regale, & tradunt Bartolus, & alij relati à Couarruuias, Burgos de Paz, Matiençó, & Gutierrez. At hæc citatio est conditionalis si verbi gratia monasterium vult se opponere, aut contradicere testamento, & vt suam voluntatem patefaciat prout asserit Baldus *b*. Et ratio huius sententiæ est in promptu, natura enim causæ & hæreditas iacens personam laici defuncti repræsentans poscit vt testamentum coram iudice laico aperiatur, cum ipse sit proprius laici iudex. Quod procedit siue ipsum monasterium siue legatarij publicationem testamenti expostulent: semper enim ante iudicem secularem præfata lis debet vẽtilari prout resoluit Aufrerius. *c*

a Glos. in c. si hæred. de test. l. 15. ti. 4 li. 5. recopi. Bur. in l. 10 len. nu 4. ff. de alim. & cibar. legat. Couar. c. 8. pract. n. 2. & in d. c. si hæredes nu. 3. Paz in l. 3. Tau. Mariẽ. in d. l. 15. gl. 2. & 3. & ibi Azeu. nu. 1. Gutier. li. 2. pract q. 49.

b Bald. in l. testam. n. 5. C de test.

c Aufer. in clẽ. i. de offi. ordin. reg. 2 nu. 9. ver. 9. fallit.

ARTICVLVS XIII.

Verum commendatarij ordinum militiarum possint cõueniri coram iudice seculari.

REspõdeo dicẽdo, cõmendatarios ordinũ militiarũ D. Iacobi Calatrauæ & Alcantaræ, & D. Ioannis in causis ciuilibus, & in his inquibus deliquerint respectu officiorum secularium rectorum & correctorum ducum procuratorum comitiorum, aut aliorum quæ ab ipsis administrantur, & in delictis grauibus ratione quorum secundum ius priuilegium fori amittunt possunt conueniri apud iudicem secularẽ. Lex *a* enim nouæ recopilationis ordinat quod præfati cõmendatarij possint præfata officia exercere & sicut alij mere seculares apud iudicem secularẽ conueniri prout etiam aduertit Azeuedó. Verum tamen est commẽdatarios *D.* Ioannis non posse esse correctores neque rectores, neque comitiorum procuratores prout infra dicetur.

l. 14. ti. 5. li. 3. recopil. Azeu. in ad di. ad Curiã. pisan. lib. 2. suæ decurię c. 21. n. fi. fo. 85.

Pro cuius articuli decisione aduertant iudices seculares quod commẽdatarij ordinũ militiarum D. Iacobi, Calatrauæ & Alcãtaræ in eorũ territorio delinquentes debẽt contra eos procedere vsque quo sint per Cõsiliũ regale, aut tribunal chancilleriæ inhibiti, licet enim Salicetus *b* affirmauerit eos statim vt constat de priuilegio exemptionis esse ad suos iudices remittendos, quod videtur innuere Auiles *c* etiam si à nemine talis remissio petatur, aut nõ ita practicatur cum nonnulli horum commendatariorum occasione suorum priuilegiorum & exemptionum licentiores quam decet reddantur ita vt contra ministros iustitiæ & alias personas publice controuersias moliri audeant vt autem maxime eorum constringantur facta iuridice informatione delictorum possunt ipsos apprehendere & in carcerẽ intrudere & secundum grauitatẽ negotij eos custodibus custodiri. Et licet contra præfatos iudices seculares censuræ proponantur respondeant appellãdo & prouisiones ordinarias adducendo vt absoluantur & interim misso processu ad Consiliũ regale, aut ad curiam detineãt ipsos incarceratos vsq; quo sibi quid agere debeant respondeatur, pro quo explicãdo notãdũ est q; tẽpore Comitis de Osorno cum esset præses Consilij ordinum in his Hispaniarum partibus facta est quæ dã concordia vt milites ordinis D. Iacobi nõ vterentur immunitate ipsius ordinis, nec foro Ecclesiastico in delicto proditionis & in alijs delictis grauibus: at vt asserũt Gregorius Lopez, *d* & Azeue. contra eum ex parte ordinis fuit reclamatum cum sine eius assensu fuerit facta & sic non seruatur. Et Bartolus *e* Alexander & idem Bartolus, Baldus Ioannes Andreas, & alij relati à Belluga, Couarruuias, Azeuedo, Humada, Lasarte & Gironda affirmant dictos milites esse seculares, & magis laicis quam religiosis assimilari, licet enim Martinus V. eos exemerit à iurisdictione ordinaria Ecclesiastica & seculari hoc vt ait Gregorius Lopez propter autoritatẽ Innocentij & aliorũ euenit quantum ad iurisdictionẽ Ecclesiasticam & in præiudiciũ ipsius cõcedentis, nõ tamẽ in præiudicium iurisdictionis principis secularis, quibus erãt subiecti præ-

b Salicet. in l. 1. in fi. C. de exh. reis

c Auiles in c. 27. præto. glo. requie. ran. nu. 1. in med.

d Greg. in l. 1 ti. 7. pa. 1. v. militesad fi. Azeu. in l. 14. n. 4 tit. 5. li. 3. recop. e Bart. in l. semper §. quibusdam ff. de iur. immuni & ibi Ale. Doct. in rub. de re gu. & transeunt. ad religionẽ Bar. in l. 1. n. 4. ff. de pẽn. Bal. in l. officialis infi. C. de episc. Aud. in ca. veniẽs de verb. sig. li. 6. Belluga de spe. prin. reg. 7. num. 7. fo. 22. lit. G. Cou. in 4 2. p. §. 1. n. 18 Aze. in l. 14 ti. 5. n. 3. li. 3. recop. Huma. in scho. ad Greg. in d. li. 1. Lasar. de Gabel. c. 19. n. 92. Giron. in cod. tract. 7. p in prin. n. 47.

præſertim cũ ipſi commendatarij militiarũ habeant proprium quod habere nõ ſolebãt vt poſt Ioãnem Andreã aſſerit Gregorius f Lopez, & contrahant matrimonium iã ex diſpenſatione Papæ Pauli III. & per conſequens nõ ſunt liberi, & religioni cũ ſuis vxoribus ſubijciantur, imo ſicut ſerui ita coniugati huiuſmodi non poſſunt eſſe religioſi, vere enim religioſi ſunt illi qui tria vota eſſentialia emittunt. Adeo ſuæ opinioni prędicti authores adhærent vt conſtanter affirment quod licet milites Diui Ioannis non poſsint ducere vxorem non poſſunt tamen vere & propriè religioſi nũcupari. At Felinus g Caſſaneus & alij affirmãt milites D. Ioãnis vere religioſos eſſe, quod quædã hõrũ regnorum lex videtur ſatis confirmare, cum tria vota eſſentialia ſecũdum regulã approbatam in manu prælati emittant vt ex ſtatutis h huius ordinis patet, vnde Alexander III. & Innocentius III. eos fratres appellãt: licet enim portent arma prohibita monachis & clericis, portant tamen ea ſecundum ſuam profeſsionẽ in defenſionẽ fidei contra Mauros ad exẽplũ Machabęorũ. Denique quantũ ad cõmendatarios aliarũ militiarum non deſunt authores qui eos religioſos militares appellant prout in primo tomo ſatis diximus. Et autoritate bullarũ Apoſtolicarum eis conceſſarum inhærendo non poſſumus nõ liberare eos à iuriſdictione ſeculari & propter conſenſum principis tacite, aut expreſſe ita videmus cõmuniter teneri & refert Monterroſo, K eſſe quandam ſchedulam regalem datam curijs anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo vt cauſæ criminales cõmendatariorum D. Iacobi apud iudicem ſecularem minimè excutiantur. Quod in praxi verſatur in his Hiſpaniarũ regnis, prout affirmat Bobadilla l eſſe conſiliarios regios remittere milites horum ordinum & eorum cauſas ſuis fidelibus conſeruatoribus declarando nullam vim inferre excommunicatio iudices ſeculares, nec ipſos iudices ſeculares aliquam vim inferre non recipiẽdo appellationem vlque quo inhibeantur etiam ſi agatur de grauibus delictis. Iuſtitia autem, & conſilium Aragoniæ paucis abhinc annis intentauit cognoſcere contra quendam militem horum ordinum eo quod de quodam crimine Aſſaſsinatus erat conuictus, ſed tandem non obtinuit: fuit enim ad Conſilium ordinis remiſſus vt de præfato delicto cognoſceret, in his autem diebus quidam commendatarius horũ ordinum propter peccatum nefandum fuit condemnatus ad mortem̃ quodam iudice ſeculari, & tandem fuit concremat⁹.

Eodem autem modo proceditur contra milites ordinis D. Ioannis ſi in aliquo inuẽti fuerint delicto, qui cùm promittant tria vota eſſentialia prout dictum eſt magis cõmuniter religioſi reputantur & ſic habent maiores exemptiones & priuilegia apoſtolica vt poſt alios tradunt Auẽdañus m Didacus Perez Caſſaneus & poſt Ioãnẽ Monachum & Doctores Felini, & Barbatiam reſoluunt Azeuedo, & Tiberius Decianus quæ priuilegia ipſis indulgent licentiã ad nominandũ conſeruatores qui ea obſeruari inuiolabiliter facient, & vt de eorũ delictis cognoſcant eorum priores in ſua ſacra aſſemblea. Vnde infertur fuiſſe deceptum Petrum n Gregorium dicẽtem, quod de delictis ab horum ordinũ militibus patratis ſi ſint digni morte, aut non defenduntur à ſuis iudicibus aut ad iudices ſeculares remittuntur vt ab ipſis puniantur. Et ad hoc probandum quædã huius ordinis ſtabilimẽta proponit. Hæc enim ſtabilimentorum ſtatutum nõ loquitur in fratribus militibus dicti ordinis & religionis, ſed in alijs ſecularibus, & præcepit fratribus vt nullo modo faueant delinquentibus, neque debitoribus ſed ipſos relinquant vt contra eos iuſtitia ſecularis procedat.

f Greg. in l. 15. in fi. tit. 23. pa. 1.

g Feli. c. & com plan. & c. leq. de priui. Caſſ. in conſue. Burg. ru. 3. §. 5. ſub. nu. 18. Felin. in c. 2. n. 8. de for. compe. l. 14. tit. 5. li. 3. recopi.

h Statu. hoſpit. Hieroſolyt. f. 1 Tom. 1. q. 1. ar. 6.

K Monter. in prę. 5. tract. fo. 110.

l Bobadi. de lapo. 2. 19.

m Auend. in c. 2. prę. n. 17. ad fin. 2. pa. Perez in l. 1. tit. 1. li. 4. ordin. co. 119. Caſſa. in catal. glo. mũd. 6 part. conſi. 4. Azeu. in l. 14. ti. 5. li. 3. recopi. n. 1. & 4. Dacianus in tra crim. to. 1. li. 4. c. 9. n. 36. fol. 157. n. Pet. Gre. ſyntag. iur. 3 par. li. 49. c. 1. n. 14.

n Statutum eſt in tit. 18. c. 5. & 6.

ARTICVLVS XIIII.

Quando iudices ſeculares poſsint inhiberi à cognitione cauſarum horum militum.

REſpondeo dicẽdo quod nõ poſſunt prędicti iudices ſeculares à cognitione cauſarum horum militum inhiberi, vſque quo eos eſſe profeſſos legitimè & vere conſtet, & quod in triennibus religionis exercitia neceſſaria peregerim, aut in cõuentibus reſederunt ad primile eijs fuit ordinis fruendum, non enim ſufficit deferre ipſius religionis habitũ vt reputẽtur profeſsi & vt tales ad ſuos iudices remittãtur ſecundum quædã Baldi a doctrinã dicẽtis quod ſi magiſter militum petat ad re remitti militem, videtur quod requiratur vera & cõclu-

a Bald. in l. non ignor. nu. 18. C. de his quiaccuſa. non poſ.

dens

denſprobatio, & q̃ appareat quod eſt deſcriptus in numero & matricula militari quod probat ex quadam lege *b* ſic definiente ſuper quam ait gloſſa quod nõ inuẽtus in matricula pro priuato habetur. Et ex traditis à Paz *c* poſt Palatiũ Rubeũ & à Plaça Dueñas & Felino. Confirmatur, nõ enim ſufficit quod clericus poſſeſſionem habeat clericatus vt priuilegio fori vti poſſit, ſed requiritur inſuper vt tituli clericatus legitime probentur, vt colligitur ex iure & tradunt Baldus, Boerius Grãmaticus & Afflic. Ripa & Capella Toloſana. Et ita affirmat Bobadilla *e* anno Domini milleſimo quingẽteſimo nonageſimo fuiſſe declaratũ per Cõſiliũ regale per duas prouiſiones in eius præſentia Dominũ Hieronymũ Cortes fratrem Marchionis del Valle ordinis Alcãtaræ nõ debere priuilegio exemptionis ſui ordinis gaudere cũ apud Conſilium ordinũ vt ad iudicem conſeruatorem ſui ordinis remittere tur & à iuſtitia ſeculari minime in carcere detineretur, ratio autem harum prouiſionũ fuit quia ipſa licet habitum geſtaret in ſuo ordines profeſsionem non emiſerat.

Nec his obſtat opinio Iaſonis & aliorum quorũ infra mentionem agemus qui loquẽdo de monachis ait iudicẽ ſeculare de eius delicto commiſſo in anno nouitiatus minime poſſe cognoſcere, nã in hoc diuerſa multo ratio verſatur, miles enim ordinis militaris in ſeculo commoratur, monachus autem nouitius in obſeruantia regulari monachatus intra clauſtra regularia aut extra ea cũ licentia prælati conuerſatur, & licet vſque ad profeſsionẽ vota non emittat cũ habitu tamen monachali nouitiatus progrediens expreſſam tamen demonſtrationẽ profitendi oſtendit. Et ipſum videtur dicendum, quando dictus miles militaris ordinis delinquit quando actualiter profeſsionẽ emittit cum tunc clare ſuã profitendi voluntatẽ ante omnium oculos proponat. Dubitatio autem hæc tollitur ex quodã Decreto *f* Cõcilij Tridentini cum enim propter extraordinarias controuerſias ex competentia iuriſdictionis ortas, aliqua mala non parui momenti inſurgerent patres dicti Concilij definierunt in quibus caſibus ante profeſsionẽ præfati milites poſſunt ſua immunitate gaudere dicentes nõ debere ea gaudere, exceptis tamen iis qui prædictis locis, aut militijs actu ſeruiunt, & intra eorũ ſepta ac domus reſident ſubque eorũ obediẽtia viuunt ſiue ijs qui legitime & ſecundũ regulã earũ militiarũ profeſsionẽ fecerint, de quo ordinario conſtare debeat, nõ obſtantibus priuilegijs quibuſcunque etiam religionis ſancti Ioannis Hieroſolymitani & aliarum militiarum. Ex quibus colligitur, quod licet tacita profeſsio per geſtationẽ habitus per annũ & diem præſumatur in alijs religioſis monachalibus vt ſacri Canones determinãt & nos infra g explicabimus, in his tamen religioſis talis præſumptio non admittitur nec per ſolã habitus militaris aſſumptionẽ videntur vota ſolẽnizare etiã ſi voluntatẽ non dimittendi eum firmiter habeant, tacita enim profeſsio ſecundum mentem Cõcilij in monachis reſidentibus intra clauſtra monaſterij exercitatis in actibus profeſsi tãtum ſecundum mentem Concilij eſt admittenda non autem in his militibus qui in ſeculo ambulantes cum habitu ſuæ religionis in actibus profeſsi minime exercentur.

b l.3. C. de offi. magiſt. milit.

c Paz in prac. 2. tom. 1 p. c. 6. §. 1. n. 3. & ſeq. fo. 29. Rubeus de dona. inter vir. & vxor. §. 38. n. 7. p. 106. Plaça de delict. n. 23. c. 42. Dueñas reg. 99. ampli. 10. Feli. in c. cũ ad eo de reſcrip. d c. ſi iudex de ſen. excõmu. Bal. vbi ſu. n. 17. Boerius deciſ. 171. num. 13. Grãmat. de ciſ. 81. n. 19. Rip. in c. de cern. nu. 4. de iudi. capel. Toloſ. deci. 117. ibi addit.

e Bobad. li. 2. de la pol. c. 19. nu. 17.

f Seſſ. 24. c. 11. de refor.

g Infra 3. tomo.

ARTICVLVS. XV.

Vtrum cõmendatarij ordinum militarum occidentes clericũ gaudeant priuilegio fori.

REſpondeo dicendo, inter alios caſus in quibus milites ordinum militiarũ poſſunt conueniri coram iudice ſeculari, & poſſunt ad ſuos ſuperiores non remitti eſt ſi aliquem clericum occidant, priuilegiatus enim contra pariter priuilegiatum ſuo priuilegio non gaudet prout dicitur in iure, *a* clericus enim miles cæleſtis vocatur in iure *b* & tradunt Euerardus & Didacus Perez, & per conſequens perdit priuilegium & cingulum militiæ & remanet mere ſecularis occidendo ipſum clericum & poteſt conueniri coram iudice ſeculari ex his quæ tradunt Innocentius & Abbas per textum ibi & tradit Puteus & conducunt tradita per Boerium.

Quod procedit non obſtante quod poſt mortem præfati clerici ipſe commendatarius profeſsionem fecit, licet enim ſit excommunicatus, & valeat eius profeſsio iuxta tradita in iure, *d* & adducta à Felino, & Couarruuias, non tamen per hoc eximitur à iuriſdictione ſeculari. Quod magis ſine dubio procedit reſpectu

a l.3. §. ſed vtrum ff. de minor.

b c. Chriſtianis & ibi gl. v cæleſt. 11. q. 1. & in ca. reprehenſi. 23. q. 4. Euerard. in loco leg. d milli. cæleſti ad terreſtrẽ Perez in l. 1. ti. 4. or. col. 1322. vers. ſic. Alex. 2.

c Innoc. & Abbas in c. 2. de pẽn. & remiſ. v. & aduerte Puteus de ſyndic. in prin. ca de exer. milit. nu. 8. fo. 89 l. 1. C. vbi ſenator vel clariſ. Boerius deciſ. 109. de occidẽte clerũ. an gaudet eccleſiæ immunit. d c. cum illorum vbi Abbas n. 4. de ſen. exc. & ibi Felin. Couar. in c. almamater. 1. p. §. 1. n. 9. & in 4. 2. p. c. 6. in prin. ci. n. 6.

reſpectu condemnationis pœnæ pecuniariæ. Quod in proprijs terminis fuit determinatum anno Domini milleſimo quingẽteſimo nonageſimo tertio. Per prouiſionẽ executorialem quorundam iudicum ſæcularium contra Ferdinandum Sanchez de Muñon militem habitus Chriſti propter mortẽ licentiati Martini de Acoſta clerici, quæ executorialis ſententia fuit confirmata poſt longum ſtudium & examen per Cõſilium Regale die vigeſima nona Februarij anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono, & ſic confirmata fuit ſtatim executioni mandata prout aſſerit Bobadilla. *e*

e Bobad. li. 2. de la polit. c. 19. fo. 1144. n. 24.

ARTICVLVS. XVI.

Vtrum cõmendatarij ordinum Militiarum pragmaticas regales frangentes poſſint condemnari à iudice ſæculari.

REſpõdeo dicendo, Correctores mini me debere inhiberi à cognitione pœnę pecuniariæ quã tenẽtur ipſi cõmẽdatarij impẽdere eo quod pragmaticam aliquã regalẽ fregerunt, velut ſi taxam panis in pragmatica contentam violauerunt. Cum enim pœna pecuniaria pragmaticæ ſit ipſo iure incurſa per iudicem ſæcularem poſſunt compelli ad eius ſolutionem. Et ita fuit determinatum per Conſilium regale contra duos commẽdatarios vnum D. Ioannis, Alterum Calatrauæ, qui quandam pragmaticam regalem non obſeruauerunt, & licet iuriſdictionem regalem declinare intentauerint tandem à iuriſdictione regali fuerunt condemnati. Et certe illuſoria eſſet pœna pragmaticarum propter bonum publicum impoſita ſi eius executio & ſolutio ad iudicem eccleſiaſticum neceſſario pertineret, incongruit enim iudicium ſuper eadem cauſa diuidi, vnde cũ iudicium ſæculare præfatam pœnam appoſuerit idem iudicium ſæculare eam an ſolui debeat poteſt & debet cognoſcere. Quod exemplo comprobatur & declaratur, videmus enim iudicẽ ſæcularem poſſe cognoſcere incidenter de cauſa ſpirituali.

a Plat. in §. itẽ lex Iulia co. 4. inſt. d publ. iudic. Rubeus in repet. c. per

At contrariã opinionem in violatione pragmaticarum tenet Ioannes de Platea, *a* Palacius Rubeus, Couarruuias, Sarmiento Iulius Clarus, Gutierrez, Salzedo, & Azeuedo, ſcilicet, quod pœna non poteſt peti à clericis neque ab iſtis militibus corã iudice ſæculari, quæ immunitate eccleſiaſtica, & in exemptione horum militum fundatur, quam cum teneamur pro viribus defendere ab hac opinione non eſſe recedendum exiſtimo, nec enim conuenit quod iudices ſæculares in prædictis ſe intromittant cum hoc expreſſe non ſit in iure permiſſum prout reſoluit Salzedo. *b* At iudex eccleſiaſticus contra clericum, & iudex conſeruator contra commendatarios ordinũ Militiarum tenetur dictam pœnam legalem à pragmatica impoſitam exequi, prout tenet Iulius *c* Clarus.

Aduertendum tamen non eſſe iudicem conſeruatorem pro cauſis dictorum militum niſi illum qui à Conſilio regali ordinum fuerit nominatus, prout conſtat extraditis per Baldum. *d* Verum eſt tamen praxim incontrariũ ſe habere, milites enim ipſi virtute ſuarum bullarum iudicem eligunt conſeruatorem, nemine replicante, prout affirmat Bobadilla, *e*

a Caſſan. in catalo. 9 p. conſ. 8. 9 & 10. Nau. cõſil. 3. vol. 3.

uoſtr. §. 44 2. not. Couar. in c. 32. pract. n. 72. Sarm. lib. 7 ſelect. inter pre. c. 13. n. 2 Clarus in pract. §. fi. q 6 n. 26. Gutier. li 1. practic. q. 3. n. 11 & q. 12. nu. 26. & 27. Salzed. in prac. ca. 55. lit. A pag 167 verſic. proquo etiã Azeue. in l. 1. nu. 3. tit. 6. lib. 6. recopilat.

b Salze. vbi ſup. c. 55. pagi. 202. veri ex quibus.

c Clar. vbiſ.

d Bald. in l. 1. ff. de pen.

idem inf. officialis. C. d Epiſcop. &

e Bob. li. 2. de la poli. c. 19. n. 26. fo. 1144.

ARTICVLVS. XVII.

Vtrum milites ordinum Militiarum exterorum Regnorum poſſint conueniri extra ſuas prouincias coram iudice ſæculari.

REſpõdeo dicẽdo, quod ſicut in Hiſpania multi ſunt odines Militares, ita & in alijs regnis, in Regno enim Galliæ eſt ordo Sãcti Michaelis, in Regno Lotaringiæ eſt ordo Chriſti, in Regno Valentino eſt ordo Monteſa, & Sancti Lazari. Et affirmant Caſſaneus, *a* Nauarrus, & Belluga, hos etiam eſſe vere religioſos & à iuriſdictione ſæculari exemptos, qui auctores aliarum religiones Militiarum diuerſarum nationum narrant. Et quando caſus occurrerit poſſunt eorum indulta, & priuilegia examinari, quæ ſi ſunt localia ſolis prouincijs, in quibus præfatæ religiones ſunt inſtitutæ, clarum eſt extra illas illis frui non poſſe tam in cauſis criminalibus, quam in cauſis ciuilibus. Et ſic coram iudicibus ordinarijs locorum in qui-

in quibus contraxerint, aut deliquerint cõ ueniri poterunt iuxta decisionem Innocẽtij *b* Quarti, de qua optime per Couarruuias.

b c.1.de priui.li.6. Coua.in.c.11. pract.n.5.& seq.Concil Tri.ses.7. d refor.c.14.

Vnde aduertendum est dictos ordines Militares exterorum Regnorum in his Hispaniarum Regnis non habere exemptionem à tributis, neque à decimis, neque alio quocunque ipsorum ordinum gaudẽt priuilegio. Et sic præfati milites ad decimas, & contributiones in his regnis sunt condemnati, eo quod eorum indulta quantum ad hoc sine aliquo dubio localia sunt, & extra suos limites extendenda nõ sunt, prout tradit Felinus, c & constat ex iure. Cum enim in alijs Regnis à Regibus eorũ fuerint instituti non potest exemptio à iudice sæculari in his Regnis ipsis concessa in alijs extraneis Regnis cum præiudicio iurisdictionis regalis locum habere.

c Feli.in. c. cũ ordinem n.4.de rescript.d.c.1. &.c.sane & c.porro.eodem.tit.

Circa quem articulum dubitatur, vtrum si miles ordinis Militaris extranei in his Regnis delictum commiserit ratione cuius eius bona fuerunt sequestrata, & transacto anno fatali, pars cuius interest executionem in illis peteret propter condemnationem pecuniariam factam contra dictum militem. Dubitatur, inquam, vtrum præfata sententia condemnatoria possit executioni mandari non obstante declinatoria iurisdictionis intra annum fatalem, & missione literum & censurarum à suo iudice conseruatore, aut protectore. Et respondetur, quod stãte lege *d* huius regni sic disponẽte. *Que passado el año fatal, no se auiẽdo dentro del presentado, ni prendido el tal accusado, se execute luego la sentẽcia en las penas de dineros, o de bienes assi en las q̃ se applican ala Camara, como en las q̃ se applicã a la parte, y no pueda quãto a ellas ser oydo, aũque passado el dicho año se presente ala carcel.* Debent dicta executioni mandari in bonis præfati militis specialiter si eius iudex conseruator literas & censuras extra dietas expediret, & ab alio extraneo regno, & etiã quia in causis criminalibus rebellis & contumax non debet audiri nisi præsentetur, vt colligitur ex iure, *e* & tradit Abbas, & quia declinatoria fori intra terminum nouem dierum opponi debet, post conclusa edicta & præconia quibus transactis non admittitur, vt in quadam nouæ recopilationis lege *f* ordinatur. Et confirmatur, declinatoria enim debet opponi per ipsum delinquentem præsentialiter comparentem ante iudicem ipsum citantem, & de causa cognoscentem, vt ex quadam lege *g* colligitur ibi. Venire debent saltim priuilegium allegaturi.

d l.fin.ti.10 li.4. recop.

e c nõnulli de rescript. c.ex parte d appellat. ca.olim de except. Abbas in.c.dilectus der escript.

f l.1. tit.5.li 4.recopila..

g l.siquis ex aliena ff.de iudic.

Nec excusaretur allegãdo legem *h* partitarum religiosos excipere, vt scilicet, non sint obligati suum exemptionis priuilegium allegare præfata enim lex intelligitur, vt ex ea clare constat de clericis, aut monachis, vt patet ex eius verbis ibi, *O de otros religiosos.* Verbum enim alius repetit similia, vt dicitur in iure, i & sic loquitur de religiosis similibus clericis & monachis præterea verbum religiosus debet insignificato potiori sumi secundum regulam K iuris dicentem analogum per se sumptum pro portiori significato sumi, scilicet, pro religiosis D. Francisci, Sancti Dominici, & alijs similibus. Quod confirmatur ex verbis eius legis Partitarũ, ibi, *O otros religiosos que estã so poder de otro su mayoral, sin cuyo mandado no pueden yr a otra parte, &c.* Ex quibus verbis colligitur de fratribus intra claustra monasteriorũ degentibus verba facere, & ad milites ordinũ Militiarũ minime possunt applicari, non enim viuunt intra claustra monasteriorũ, nec impediuntur quo velint ire, etiã si licentiã suorũ superiorũ non habeãt, pro quo facit, sub iudice enim est vtrũ præfati sint vere & absolute religiosi. Hũc intellectum ad dictã legem assignat Gregorius Lopez, pro quo facit argumentum cuiusdam legis l iunctis traditis à Baldo.

h l.2.tit.7. p.3.

i l.si fugitiui.C.de seruis fugit.§. itẽ pupilli. instit.de rerũ diuisio. K l. onærit. ff.de stat.homin.l.1.§. qui in perpetuũ ff. si ag. vectig. vel emphy.

l Greg.in l. 2.tit.7.p.3. v.otros religiosos.l.2.ff de inius vocand. & ibi glo.v. non possunt tetet.Bald.de stat.v.cõpar

Nec obstat quod citatio non valet quãdo citatus est exemptus adeo quod exemptus citatus á non suo iudice non tenetur comparere ad priuilegium allegandum. Respondetur enim quod quando delinquens est clericus monachus, aut religiosus notorie exemptus, cuiusmodi sunt fratres Mendicantes non tenetur necessario comparere ad priuilegium allegandum, quando autem dubitatur de exemptione, vt in dictarum militiarum militibus in sæculo degentibus contingit, communis est resolutio teneri citatum comparere ante iudicem

iudicem citantem ad priuilegium allegandum, quo non comparente processus contra eum fulminatus valet.

ARTICVLVS VXIII.

Vtrum confratres ordinis D. Ioannis portãtes mediam Crucem albam dictã Tau, gaudeant priuilegio fori.

RESpondeo dicendo, hos reputari, vt mere sæculares, viuũt enim sine regula, & cũ suis bonis & vxorẽ ducunt & perconsequés nõ gaudẽt priuilegio fori neque à tributis sunt exẽpti, & possunt secundũ Azeuedo, *a* habere officia regalia, hi enim non seruiunt neq; in conuentibus assistũt neq; in hospitalibus dicti ordinis vt ordini oblati commorantur, ita tenet Bobadilla. *b*

a Azeu. in l. 1. tit. 14. n. fi. li. 6. recop.

b Bobad. li. 2. de la politica. c. 18. n. 232.

ARTICVLVS. XIX.

Vtrum Corrector ciuitatis possit compellere, vt prædicetur in festiuitatibus principalibus in aliqua Ecclesia renitente & contradicente vicario generali.

RESpondeo dicendo, quod quãdo per prælatos clericos, aut religiosos intentatur aliquid, aut sit contra decreta & ordinata in Cõcilio Tridẽtino. Tunc supremum regale Consilium præcipit, vt prouisiones reales pro eius executione & obseruantia edantur. Et per schedulam regalem Regis Philippi II. latam apud Madritum mense Iulij anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, vt videre est in libro Concilij Tridentini edito eo anno Salmanticæ, cõmendatur Episcopis & prælatis eius publicatio, & vt ipsum obseruẽt & exequãtur & Correctoribus præcipitur, vt ad id suum fauorem & auxilium impartiantur. Quod est conforme Bullæ Pij V. editæ super confirmatione æcumenici huius generalis Concilij, quæ incipit, *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, &c.* data Romæ anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo tertio septimo Kal. Februarij Pontificatus sui anno quinto, in qua dicit.

Mãdamus autẽ in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis à sacris Canonibus cõstitutis, alijsque grauioribus, etiã priuationis arbitrio nostro infligendis vniuersis & singulis venerabilibus fratribꝰ nostris Patriarchis Archiepiscopis, & alijs quibus suis Ecclesiarũ prælatis cuiuscunq; status gradus ordinis & dignitatis sint etiãsi Cardinalatus honore præfulgeãt, vt eadẽ decreta & statuta in Ecclesijs suis ciuitatibus & diœcesibus, in iudicio & extra iudiciũ diligẽter obseruẽt, & â subditis quisq; suis, ad quos quomodolibet pertinẽt inuiolabiliter faciãt obseruari, &c. Inuocato etiã, si opus fuerit brachij sæcularis auxilio. Ipsũ vero charissimũ filiũ nostrum Imperatorẽ electum cæterosque Reges, Respublicas ac Principes Christianos monemus, & per viscera misericordiæ Dñi nostri Iesu Christi obtestamur, vt qua pietate Concilio per oratores suos affuerũt, eadẽ pietate, ac pari studio diuini honoris & populorũ suorũ salutis causa prosedis quoq; Apostolicæ, ac sacræ Synodi reuerẽtia, ad eius dẽ Cõcilij exequẽda, & obseruãda decreta prælatis cũ opus fuerit auxilio & fauore suo adsint, &c.

Ex quibus infertur, quod cũ in Cõcilio *a* Tridẽtino decernatur, vt saltẽ omnibus diebus Dominicis, & solẽnibus festis populo prædicetur possunt correctores ciuitatũ facere etiã renitẽte Vicario generali, vt Euãgeliũ publice in quadã festiuitate in Ecclesia prædicetur. Quod ait Bobadilla, *b* sibi inciuitate Soriæ cõtigisse, cum enim esset illius

a Con. Trid. sess. 24. de reform. c. 4.

b Bobad. li. 2. de la politica. c. 18. fo. 1081. n. 194.

lius ciuitatis Correctorcontra Vicarium ipsius ciuitatis fecit Euangelium prædicariin die, Epiphaniæ ,etiam si consuetudo esset in contrarium, cuius mandatum ait fuisse à Domino Francisco Tello deSã doual Episcopo Osmæ approbatum (qui Reuerendissimus prælul præcepit, vt semper in illo die prædicaretur) cum Principes sæculares sint protectores,& sacrorum Canonum executores. Quod protectorum & executorum munus respectu Concilij Basilien sis affirmat Sthephanus e Aufrerius, Reges Francorum ,& eorum parlamentum , & alios magistratus sæculares agere. Cum Reges,& Principes Christiani ad executionem & complementum Decretorum & ordinationum Apostolicarum sint deputati:& ad eorum tuitionẽ & defensionem astringãtur, vt in iure , *d* dicitur & tradit idẽ Aufrerius. Nec supradictis obstat, quod magistratus sæculares auxiliũ tantum & fauorẽ tenentur impendere quando petitur à iudice ecclesiastico in præsentiarum autẽ auxiliũ minime ab eo petitur imo eo renuente tribuitur: nã respondetur, quod auxilium brachij sæcularis contra laicos, vt vltimũ remedium non debet imponi post censuras ecclesiasticas, vt multi autores e tanquã communem opinionẽ tenuerunt censuræ enim tanquam vltimũ remedium sunt apponendæ. Quod ita disposuit Concilium Tridentinum, *f* cum censuris ecclesiasticis maxima reuerentia debeatur. Præterea in præsenti casu non se intromittũt iudices sæculares auxiliũ suum impartiendo tãquam vltimum & extraordinarium remedium, sed ordinarium ipsis à Papa in præfata Bulla cõmendatum.

Aduertendum tamen , quod instante, & præcipiente Correctore potest in hoc casu frater Minor prædicare etiam contradicente Vicario foraneo ciuitatis in qua debet fieri prædicatio, nam in eorum regula tantum ipsis præcipitur, vt contradicente Episcopo non prædicent, at in hoc casu Episcopus non contradixit , imo postea factum approbauit, contradixit tamen vicarius foraneus qui Episcopus non est, neque habet iurisdictionem quasi episcopalem de legatam,

e Aufrer. in tract. de potest. sæcular. sup. eccles. pe son. reg. 2. n. 31. vers. 2ii.

d Auth. quo modo opor. Episcop. in princi. c. boni Principis 96. d. c. tribut. 23. q. 8. c. Principes &c. administratores. 23 q. 5. l. fin. C. de sum. Trini. & fid. catholi. Aufr. vbi s n. 30.

e Abb. in c. non ab homine. n. 7. d iudic. & alij quos refert. Coua. c. 10. pract. nu. 2. Paz in prac. to. 2. Palud. 2 nu. 54. & procem. n. 2 f Conc. sess. 25. c. 3. de reform.

ARTICVLVS XX.

An Eremita sint exempti à iurisdictione seculari,

REspondeo dicendo, resolutionẽ huius quæstionis nõ posse ita ad amussim explicari sine eo quod cognoscatur vtrũ Eremitæ sint vere religiosi aut personæ ecclesiasticæ, de qua quæstione infra in materia de religione agemus, pro nũc autem ad propositum in titulo quæstionis respõdendo. Dico primo eremitas ordinẽ sacrum non habentes, nec professentes ordinem aliquem religiosum , nec habentes superiorem potentes habere proprium & ducere vxorem qui solum nominari possunt pœnitentes non gaudent priuilegio fori. Præcipue cum horum multi secundũ Cardinalem Zabarela a perniciose viuant, & in multis eorum grauia crimina sint reperta.

a Zabar. in Clemẽ. 2. q. 12. de præb. inde D. Hierony. Epist. 41. c. 10.

Dico secundo, Eremitas vitam religiosam professentes superiorem habentes , & in approbato ordine viuendi per Summum Pontificem aut per Episcopum ,& non possunt habere proprium inter personas Ecclesiasticas connumerantur & priuilegio fori fruuntur, ita vt ante iudicem sæcularem minime possint conueniri. Et per hæc duo dicta concordantur duæ circa hoc contrariæ opiniones. Prima est non esse personas ecclesiasticas quam esse magis iuridicam testatur Stephanus Aufrerius , b sed contrariam ait idem autor esse magis piam & per eam iudicari debere. Quæ cõcordia colligitur ex Gregorio Lopez distinguente inter Eremitas professos & non professos,& habentes proprium,

b Aufrer. in tract. de potest. sæcular. reg. 2. n. 37. vers. 4. exte de

c Greg. in l. 17. tit. 1. p. 6. v. Ermitaño.

ARTICVLVS XXI.

Vtrum Ecclesia seu monasterium succedens iure successionis vel legati laico iam conuento coram iudice sæculari possit conueniri ante ipsum iudicem sæcularem.

REspondeo dicẽdo, quod clarius Ecclesia seu monasteriũ succedẽs iure successionis, vel legati laico iã cõuẽto coram iudice sæculari tunc litẽ ipsam inchoatã cum defuncto coram illo iudice finire, per agere

agereq; tenetur vbi iudiciū cæptum secundū Baldū, a Paulū Castrensem, Alexādrum Barbaciam Imolā, Cagnolum, & est communis opinio, prout defendit Rogerius, b & magis communem, & veram esse ait Boerius qui ait eam in practica seruari.

In contrariā vero partē videlicet quod instantia cæpta cum defuncto laico nō transeat in clericū & monasteriū hæredē, & sic quod lis cæpta cū ipso laico, denuo inhoāda sit coram iudice ecclesiastico tenēt Ioānes Andreas, c & Angelus titubanter Antonius Abbas, Felinus, & Decius, dicentes ita in actu practico obseruari, & vt expresse meminit Maranta; ista est magis communis opinio, qui vt asserit Baptista Regnaulo, in tractatu cōmunium opinionū loquitur ex se ipso suoq; capite, additque insuper secundū hāc opinionē ita parū caute, imo relaxatis cēsuris habenisq; iurisdictionis anno per iudicē sæcularem ciuitatis Aquilæ in causa non leuis momenti iudicari vidisse, quā tamē tāquā iniquam & in nube fundatā reijcit cum Boerio, d quā sibi semper placuisse affirmat, & tam in cōsulendo quam iniudicādo semper tāquam veriorem æquiorem & cōmuniorē iudicat quam multos allegando eā sequitur & tuetur Couarruuias, & ita in facti cōtingentia iudicatum religiose quippe extitit, anno Dni millesimo quingentesimo septuagesimo nono in regia Aprutina audientia in causa inibi vertēte & trutinata atque discussa hinc inde per aduocatos sagacissimos, & expertissimos & intelligentissimos, & sic ista victoria, & sententia in præsenti negotio obtēta extitit nō absque maximo certamine, nam vbi cęptū est iudicium ibi finiri debet, vt in iure f probatur & ponit hoc pro regula Bertachinus esto quod alterius cōditio qui iudiciū inchoauerat fieri non deberet deterior ex persona hæredis, vt ex iure g colligitur: dicitur autem cæptum iudicium ipsum ante litis contestationē, vt testatur Guido h Papa, & Felinus, quinimo etiam per solam citationem, vel mādatum cum clausula si te cēsuris, cēsetur iudicium cæptum, imo lis quoad actorem introducitur etiam literis non expeditis, prout tradunt Gomecius, i & Peregrinus. Aduertēdum tamē solam mandati productionem non facere neque inducere aliquo modo litem secundum Antonium Augustinum, k Peregrinum, & Viuium.

Procuius opinionis maiori claritate notandum est quod siquis aliquē conuenerit corā aliquo iudice non poterit demum corā alio iudice de eadem re eum conuenire vt dicitur in iure. l Quod procedit etiam si citatus coram primo iudice non comparuerit, nam adhuc coram alio non poterit conueniri super eadem causa super qua iam fuerat coram alio conuentus, ita Lucas de Pena. m Quod procedit vbi ex prima citatione coram primo iudice effectus aliquis fuerit consecutus, vt quia actor positus fuerit in possessione bonorum debitoris & contumacis, tunc enim reus coram alio iudice trahi non poterit, quod si ex ea citatione nullus fuerit effectus secutus poterit reus coram alio iudice conueniri, ita Bartolus, n & Felinus, neque ille reus contumax conuentus alibi poterit litis pendentiam allegare, prout tradit Bartolus, o nam quamuis citatio missa executioni causet litis pendentiam, vt ait Felinus. p quia tamen reus citatus coram primo iudice non comparuit, & ibi fuit contumax, si demum conueniatur alibi non audietur ea litis dependentia. Quare si in vna ciuitate adsint plures iudices, siquis fuerit conuentus coram vno iudice & ibi fuerit contumax, si demū coram alio vocetur, cogetur ibi se defendere cum coram alio non comparuerit.

QVÆSTIO LXIII.

De exēptione regulariū quoad ordinarios in vndecim articulos diuisa.

Circa quam quæruntur vndecim.

1 *Vtrum iure communi regulares sint ab Episcoporum iurisdictione exempti,*
2 *Vtrum Papa possit eximere regulares ab Episcoporum legibus.*
3 *Vtrum per priuilegia sint monachi & regulares exempti à potestate ordinariorum.*
4 *Vtrum exempti à Papa à iurisdictione cuiuslibet ordinarij censeantur exempti à legibus Papæ.*
5 *Vtrum moniales sint exemptæ à iurisdictione ordinariorum.*
6 *Vtrum*

a Bald. cōsi. 207. volu. 2. Castrens. in l. hæres absens ff. de iudic. Alex. in addi. ad Bart. in Auth. & cōsequēter n. 19. C. d sen. Barb. cōsi. 1. vol. 3. Imol. in l. sihominem ff. de fideiiu. Cagnol. in l. 2. n. 176. ff. de pact. inter empt.

b Rogerius in l. 1. nu. 71. ff. de iudi. Boeri. decis. 69. n. 32. 34.

c And. in regul. qui in ius de reg. iur. li. 6. Bal. in c. in præs. de prob. Angel. in. litē excontractibus. ff. de iudic. Anton. Abb. Felin. & Decius in c. quia de iudic. Maran. de ordi. iudic. 5. p. n. 11 Baptist. tract. cōmun. opin. 1. tom loco. 1. vniuers. eccles. æcono c. 4. fo. 94. col. 2

d Boer. d. decis. 69. n. 49

e Cou. prac. q. 8. n. 2. & sequent.

f l. vbi cæptū est iudic. & ibi D D. ff. de iudic. Bertha. in suo reporto inverti. iudic. gl. 1. 6. exhis. ff. de. v. obligat.

g Guid. Papa deci. 421. Felin. in ca. super. qq. colu. 11. de offic delegat.

i Gom. in regu. 70. Peregri. dec. 90. K Augu. de cis. 3. & 117. Peregr. de. 88. Viuius opin. 108.

l. vbi cæpt. ff. de iudic.

m Luc de Pena in. l. fin. vers. 5. quæritur de remilit. l. 12.

n Bart. in d. l. vbi cæptū Felin. in ca. extenore. in. q n. 5. de rescipt.

o Bart. in l. sepulchr. ff. sepulchr. violat.

p Felin. in. cæterū vers obstat secūdo de reser.

6 *Vtrum ſententia ordinariorum contra regulares ſit nulla.*
7 *Quibus modis poſſint ſe defendere regulares ab ordinarijs.*
8 *Vtrum tollatur priuilegium exemptionis quod continet, vt ad eius renouationem fiat de eo mentio ſpecialis, ſi tantum in communi de eo fiat mentio.*
9 *An per exemptionem ab ordinarijs liberentur exempti à reuerentia debita Epiſcopo.*
10 *Vtrum regulares poſſint huic exemptioni renunciare.*
11 *In quibus caſibus exẽpti ſubdũtur ordinarijs.*

ARTICVLVS I.

Vtrum iure communi regulares ſint ab Epiſcoporum iuriſdictione exempti.

RESpondeo dicendo, quod olim omnes monachi erant ſubiecti Epiſcopis intra cuius diœceſim erat ſitum monaſterium, prout ex multis ſacris *a* Canonibus & Concilijs patet. Qua ratione tradunt viri docti quod ſi nunc prælatus exemptus ſubijciat in aliquo caſu monachum ſuum Epiſcopo, poteſt Epiſcopus illum abſoluere & diſpenſare cum illo. Et eo tempore Epiſcopus in diœceſi ſua erat quaſi generalis, & admittebat ad profeſsionem in monaſterijs, vt conſtat ex Concilio Arauſicano, *b* & tradit Burchardus, creabat Abbatem monaſterio & ex cauſa deponebat illum, vt tradit Concilium Tyburtinũ, c Vbi tamen Papa Gregorius I. eximitab Epiſcopis regulares, electionem Abbatis cõmittit monaſterio, vt tradit Nauarrus, d Deniq; prima inſtitutio monachorum nihil Epiſcopotũ iuriſdictioni detrahebat, vt cõſtat ex traditis per Marſilium. e At modo videtur attento iure cõmuni quod reſpectu monachorũ tota poteſtas ſit apud Abbatẽ, vt diffinit Pelagius Papa g ſecundũ quẽ Canonẽ videtur, quod non ſolũ tribuenda eſt Abbati ſecundum ſacros Canones iuriſdictio quo ad regularia, ſed etiã quoad externa, cũ abſolute dicat Papa quod tota poteſtas ad Abbatẽ pertineat, & ſic quod clerici regulares, ſeu monachi indiſtincte corã ſuo Abbate ſint cõueniendi, vel accuſandi præterquã de grauiſsimis criminibus depoſitione dignis. Probat Gloſſa, h quam ſequitur Vincentius, Ancharranus, & Imola, & Abbas ſibi parũ conſtat, late Ioannes de Lignano, teſtatur cõmunẽ Romanus & Boerius, qui autores mouẽtur vltra ſupradicta per quandã Decretalem, i & alia iure, in quibus probatur Abbates aliquãdo ſuos monachos iudicaſſe.

Sed tamen cõmunis hæc ſententia nullũ habet ſolidũ iuris fundamentũ, nec eius autores autoritatibus in contrariũ adductis ſatisfaciunt, atq; ideo reſoluendum eſt attento iure cõmuni nullum eſſe in hac re cõſtituendũ diſcrimen inter clericos ſæculares, & regulares. Quã ſententiã, vltra autoritates in principio adductas origo, & fundamentũ monachorũ aperte cõfirmat, qui ſoli, & ab hominum conſortio ſeparati vitã agere cœperunt, & ipſum nomẽ indicat, poſtea vero cœperunt ſub vno Abbate in cœnobijs ſe cõgregare, adhuc tamen ab omni cõſuetudine ſæculariũ remoti ita, vt neque liceret eis publice docere, neque prædicare, neq; monaſterij clauſtra exire, velſe ſæcularibus immiſcere, niſi data neceſsitate graui, & ob id monachorũ nomẽ retinẽt, vt colligitur ex varijs Canonibus, *k* & obſeruat Marſilius, at neque ſinguli monachi dũ ſinguli viuebant, neque plures in vno monaſterio collecti potuerunt ordinariũ ſibi iudicẽ conſtituere, aut Epiſcopum ſua iuriſdictione iuxta regulã iuris l tritiſſimã, igitur iure communi Epiſcopis ſubſunt. Confirmatur hoc fundamentum ex eo, quia cũ iure cõmuni tota poteſtas ordinaria in ſua diœceſi ad Epiſcopum pertineat iuxta quandã Decretalẽ m & communẽ omniũ, non debet ab illis auferri, & inferioribus contra ius concedi niſi lege aliqua ſit expreſſum iuxta quandam iuris regulã, n vbi notat Decius, & docent Bartolus, & Iaſon. Conſtat autem nullã eſſe legẽ Canonicã, quę ſecundũ iuris regulã totam Abbatibus iuriſdictionẽ tribuat, & Epiſcopis adimat, ergo iuriſdictio hæc ad Abbates pertinere non poteſt iure cõmuni, niſi hoc aliquo extribus principijs proueniat, ſcilicet, vel ex eo quod Rectores ſunt illius Collegij, vel ex eo quia à Summo Pontifice approbationem habent, vel aliqua lege fuerit conceſſa iuriſdictio. Sed non poteſt prouenire â primo, quia priuati homines iuriſdictionem, quæ eſt publica poteſtas

a c.quia vere.16.q.1.Panor.cum Innocen.in c. porrectũde regul.Con. Tolet.IIII. c.50. & Toletan.III. c. 5.Con.Calcedon.c.4. & 8.Aureli 1.c.21.c.monaſteria.10. q.5.Sylu.v. relig.3.§.c. be. arauſic. c.6.c. viduitatis 27.q.1. Burch.7.p. ſui decr.c.6 c eap.ſiquis Abb.18.q.2 d Nau.in c. nullam.n.3 e Marſil. de redit.eccle. 1.p.c.17. g c.nullam. 18.q.1.

h Glo.in c. quãto de offic.ordi. & ibi Vincen. & Anchar. n.6.Imo.n. 12.Felin. in c.paſtoralis Abbas inc. cũ cõtingat n.28.ver.& infra.§. eodem Ioann. de lignan. in Clemẽ. in agro. de ſtatu monacho. Roma conſ.375.n. 2.Boeri. de ciſ.271.n.5. i ca.ſicut.el 2.deſimon.

k c.1. & ca monachus. & c.placuit & c.interdicimus.16.q. 1.

l priuatorũ. ff.de iuriſd. omn.iudic.

m c.1.de offic.ordi.

n l.1.vbi Decius de reg. iuris Barto. in l.quotus. ff.ſiquiscau. Iaſon.in l.2. n.33.ff.ſiquis in ius vocat.

poteſtas non tribuit. Neque ſecundo quoniam approbatio Sedis Apoſtolicæ iilam poteſtatem de ſe tribuit, quæ ad gubernationem monaſterij, & regulæ obſeruantiã ſunt neceſſaria. Neque ex tertio, quia nulla lex talem Abbatibus iuriſdictionem tribuit. Nam illud Pelagij Decretum ſuperius allegatum ſolum probat monachos eſſe in poteſtate *A*bbatis in his, quæ pertinent ad obſeruantiam regulæ, & gubernationem ordinis, vt ex eo Decreto conſtat ibi, *Ad diuini cultus reuerentiam, & vtilitatẽ monaſterij*. Ad iura autem probantia aliquando Abbates in monachos excommunicationis ſententiam protuliſſe. Reſpondetur iure ſpeciali ipſos iuriſdictionem acquiſiſſe.

a c. dilectus filius de offi. ordi. vbi gl. v. de lege.
b Panor. n. 4 poſt innoc. in c. 1. n. 2. de ſtat regul.
cc. quam ſit iũcta. glo. 18 q. 2. & inca. inter cætera 10. q. 5. vbi glo. 1.
d Glo. mag in d. c. dilectus Panor. vbi ſ. Contra in tẽp. omn iud. li. 2. c. 5. §. 4. n. 4. Boeri. cap. 1. n. 3. de reb. eccle. & conſt 24. n. 13. li. 1.
e Pala. in. c. per veſtras. not. 2. §. 1. n 43. Sylue. v. exẽptio. n. 5
fc. decimas 16. q. 1. Grego. l. 2. epiſt epiſt. 46. c. frat. noſter 16. q. 1. Turrecre. l. 2. Sũmæ. Eccl. c. 52. col. 5. ver 8.
g Glo. in c. 1. ar. 16. q. 1.
h Soccini in c. recipim. n 13. pẽ priuileg.
i Cardin. in d. ca. recipimus in princip.

ARTICVLVS II.

Vtrum Papa poſsit eximere regulares ab Epiſcoporum legibus.

REſpondeo dicendo, quod poteſt Summus Pontifex regulares omnes facere omnino liberos ab Epiſcoporum lege diœceſana.

Pro huius cõcluſionis explicatione nota, quod duplex eſt lex Epiſcopi. Prima diœceſana. Secunda iuriſdictionis iuxta quãdam Decretalem, *a* vbi Gloſſa explicat quid vtique legi conueniat, & Panormitanus *b* poſt Innocentiũ de eo agit, omnes vero regulares liberos eſſe à lege diœceſana in ſacris Canonibus c ſatis probatur, non tamẽ omnes ſunt exempti à iuribus legis iuriſdictionis per iura, quæ citat gloſſa d quædã, & tradũt Panormitanus poſt Innocentiũ. Lãcelotus Conradus, & Boerius, niſi expreſſo Principis priuilegio eximantur, vt poſt Doctores communiter tradit Palacius e Rubeus, & Syluester.

Solus autẽ Papa poteſt eximere vniuerſaliter à iuriſdictione Epiſcoporum, prout ait Gratianus, f & hoc iure poſſe vti teſtãtur Gregorius Papa, & alij Pontifices. Epiſcopus vero oues ſuas tantũ eximere poteſt à parochis probatis iuxta quandam Gloſſam, g & legatus à latere à iuriſdictione proprij Epiſcopi, vt tradit Marianus Soccinus. h at non poteſt eximere generaliter. Neque in hoc fit iniuria Epiſcopis, vt quidã falſo putant prout colligitur ex Cardinali Pontifex enim ſecundum ſuæ poteſtatis plenitudinẽ, vt caſus ſibi graviores reſeruat, aut ſpeciali priuilegio concedit ita perſonas quaſdã ſibi immediate ſubijcit, & illorum cauſas priuatiue reſeruat iudicio ſuo, & ſic ſibi ſubijcere, & reſeruare poteſt quoſdam regulares præſertim ex ordine Mendicantium eo quod ſibi ſint arctius ſubiecti & illorũ eſt generalis pater & religionum omniũ confirmator, hos ita eximit, vt inhibeat Epiſcopes, & ordinarios, priuetque eos vſu iuriſdictionis, quã alias Pontifex cumulatiue in illos deriuabat, quod facit perpetuo quodam exemptionis honore, pertinet enim ad honorem, & fauorem hæc exemptio, vt ait Baldus, K velut nobiles titulo honorario, à tributis eximuntur, facit etiã hoc Princeps per priuilegiũ, quod cum ſit in fauorẽ religionis æquale iuri communi, & in bonum animarum eſt ample interpretandum, ſi enim priuilegium priuatis conceſſum licet late interpretari quatenus verba patiuntur, multo magis quod toti religioni datur, ſicut priuilegium exemptionis regularium eſſe ample extendendum affirmant Doctores prout tradit Henriquez l

Obijciunt quidam vulgatam regulã, priuilegium ita eſſe accipiendũ, vt ſit abſque graui præiudicio tertij, & præſertim ordinarij, quod ſi parum præiudicatur iuriſdictioni Epiſcoporũ, ſatis eſſet dãnum cõpẽſari, vtilitate allata Eccleſiæ per regulares exemptos, prout reſoluit Baldus *m* quẽ ſequitur Turrecremata: at quia nimis creuit monaſteriorũ, & regularium numerus videtur magnũ præiudicium ordinarijs inferri. Quibus primo reſpondetur, quod ea reſtitutio nõ habet locũ, quando cõſtat de mente Pontificis, qui ordinarijs in eo iure præiudicare poteſt, cũ id in eos derinet, & ita intẽdit, quando alias inutile & fruſtratorium eſſet priuilegium, quod nõ poteſt operari ſine præiudicio etiam graui aliorum, iura *n* enim reputant inconueniens, vt priuilegium, & conceſsio Principis ſit fruſtra, & ſine effectu, & tradunt Romanus Rippa, & Rebuffus, atque ita Papa derogat iuri communi, quod notum eſt, quãuis expreſſe non addat clauſulam derogatoriam, ſed non valet priuilegium, vt nemi nem recognoſcat, neque ipſum Papam, cũ iure diuino oporteat omnes ſubijci Papæ Vicario Chriſti, vt tradunt D. Thomas, o & Caietanus, & ita expreſſe, tenent Ioannes

K Baldus in tract. de exẽptio. c. 1. & 2.
l Henr. li. 7. de indulta. 24. n. 4.
m Bald. de exempt. 12 n. 19. Turrecrem. li. 2. ſummæ eccleſ. ca. 5. col. 5. verſ. 8. plenitu.
n c. inhis de priui. c. 1. & c. ſi Papa de priuil. li. 6. Rom. conſi. 130. n. 3. Rippa in c. 1. n. 4. de reſeri. Rebuff. in praxi. tit. de differentia inter priuil. & reſcrip. n. 11.
o D. Thom. 2. 2. q. 186. ar. 5 ad. 3. & ibi. Caieta. Panor. in c. inſtantia. n. 9. de ceuſibus. Panor. in c. cum tẽpore n. 1. de arbi. Mandoſ. de ſign. gratiæ. v. exemptio verſ. non tamẽ. Caſtal. de Imperat. q. 35. n. 36.

nes Andreas, Panormitanus, & alij relati per Mandoſium, & Caſtaldum. Vnde colligitur, quod ob præiudicium alterius adhibenda eſt reſtrictio, quando non conſtat de Pontificis intentione, quia in dubiono præſumitur ſententia Pontificis, vt velit tollere ius quæſitũ alterius, atque ita dicta regula intelligitur de alio, quam expreſſo conſenſu Papæ, ſufficit enim tacitum, vt conſtat ex multis relatis per Gomeſium, o & Rebuffum, quæ regula etiã procedit maxime ſi poſterius priuilegiũ tollat ius quæ ſitum in illis rebus, quæ non tam plene ſubduntur liberæ voluntati Pontificis ex traditis per Pinelum, p at iuriſdictio ſpiritualis Epiſcoporum deriuatur, & pendet à Pontifice, & ſimiliter ius ſpirituale ad percipiendum quotam decimarum. Quidam putant Papam in pœnã iuſtam priuaſſe Epiſcopos à iuriſdictione eo quod regularibus, quos fauore proſequi debuiſſent, cũ ſibi ſint dati coadiutores, & nullus præter illos melius, & præſtantius ſacramenta fidelibus adminiſtrat, erant infeſti, ipſi enim non ſolu in ea adminiſtratione ſacramentorum, ſed etiam in prædicatione præclarius clericis ſecularibus ſegerunt per ſuas diœceſes, cõfulendo, & conſolando Epiſcoporũ oues peragentes adminiſtrationem Chriſti Domini & Apoſtolorum, qui per ciuitates, & Caſtella perambulabant, prout aiunt D. Thomas, q Turrecremata, & Caietanus, & Soto, aliqui autem Epiſcopi reddentes malum pro bono grauia damna religioſis intulerunt. Primo quia Epiſcopi regulares exemptos (quorum ſolus Pontifex erat iudex) trahebant inuitos ad inferiora, & alie natribunalia. Secundo ex laicorum, & clericorum inuidia & calumnia ſe pro arbitrio ingerebant in regularium cauſas. Tertio, quia inexperti inſtituti regularis turbant regularem diſciplinã pacem, & quieté prælatorũ, quos officijs, aut monaſterijs, ſine cauſa priuabant, atq; ita poteſtatem, & priuilegium à Papa deriuatum meruerunt Epiſcopi illis abutentes amittere vt conſtat ex traditis per Clementẽ r V. in Concilio Vienenſi, quæ iura innouat Alexander IIII. vt patet in Monimentis Ordinum, qui numerat viginti quatuor grauamina, Aluerus Pelagius ſ de Planctu Eccleſiæ numerat varios abuſus ex Hoſtienſi alios cõgerẽs, Oldradus, & Frias, At non opus eſt ad pœnalem ſententiam priuationis cõfugere, nã ea ſubiectio regularium non ordinabatur præciſe in vtilitatem, & fauorem Epiſcoporum, ſed in bonũ ſubditorum, atq; ita potuit, & voluit Pontifex pro iure ſupremæ iuriſdictionis à Chriſto datæ, & eximere, & ſibi ſoli ſubijcere, & ſuis legatis à latere perſonas regulares, prout explicant D. Thomas, t Turrecremata, & Soto. Ex hoc fuiſſe expediẽs oſtẽdit experientia antiqua à tempore B. Gregorij Papæ primi, vt in quodã Canone u refertur eo quod illis vtilius eſt plene poſt Papam, qui religionis eſt generalis ſubdi prælatis ſolũ generalibus, tanquam Papæ delegatis, quã ſi manerent ſimulcumulatiue ſubiecti Epiſcopis ſæcularibus, vt ſic efficacius erudiantur in ſchola perfectionis, & quieti, & tranquillitati religionis conſulatur, & liberius Deo, & propriæ perfectioni, ac ſaluti animarũ vacetur.

o Gom. regu. de non tollen. iur. quæſit. q. 1. col. vlt. Rebuf. in prax. ti. formæ noue prouiſion. ſuper clauſ. dũmodo rẽpore datæ n. 6.

p Pinel. in Rub. de reſcinden. ven. 1. p. c. 2. per totum.

q Tho. contra impri. relig. ca. 4. Turrecr. in c. placuit 16 q. 1. n. 3. 16. & 18. Caie. 2 2. q. 188. art. 4. ad 3. cũ D. Tho. ad 3. & 5. Soto. n. 4. d. 18. q. 4. ar. 3. co. 3.

r Clem. 1. de excuſ. præla. Clem. 2. de cenſi. ca. nimis iniqua. c. nimis, prava de excеſ. præla. Monu. ordin. in 2. impr. conceſ. 497.

ſ Pelag. de Plan. Eccleſi. 2. c. 20. Oldra. cõſi. 125 Frias de viſi. 1. p. q. 10. n. 2 caſu. 5, 40. & 57.

t Tho. contra impug. reli. c. 4. co. pen. & in 4 d. 17. q. 3. Turre. in c. placuit 16. q. 1. ad 8. nu. 12. Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 3. ad 1. uc. frater. 16 q. 1.

ARTICVLVS. III.

Vtrũ per priuilegia ſint monachi, & regulares exempti à poteſtate ordinariorum.

REſpondeo dicendo, quod hodie fere omnia monaſteria proprijs priuatiſq; religionũ priuilegijs ab diœceſanorũ Epiſcoporũ iuriſdictione ſubtracta ſũt recipiunt tamen monachi ab Epiſcopo Chriſma, oleũ conſecrationis altarium, & ordinationes, & ordinem pſallendi, & monaſteria transferre non poſſunt etiam vtilitatis cauſa inconſulto Epiſcopo iuxta ea, quæ tradit Gloſſa a communiter recepta, & Marcus Antonius Cuqus, licet enim iure communi omnes tam clerici, quam regulares ſubiecti eſſent Epiſcopis, procedente tamen tempore priuilegia multa regularibus ſunt conceſſa, quibus ab ordinariorũ iuriſdictione ſũt exempti, vt recte monent Mandoſius, b D. Antoninus, Panormitanus, Marianus Soccinus, quorum priuilegiorum aliqua iam adduximus in materia excommunicationis, & in præſentiarum aliqua adducemus.

Et Clemens IIII. exemit fratres in multis a iuriſdictione, & ſubiectione prælatorum Eccleſiæ. *Primo conceſſit, per literas Apoſtolicæ Sedis, aut Legatorum, aut delegatorum ipſius conuenirit à quorum minime*

a Gloſ. & ſcrib. in c. dilectus de offi. ordin. Cuqus. li. 2. maior. inſt. tit. 6, de Epiſc. n. 68. cum ſeq.

b Mand. de ſign. gratiæ v. exeptio. Anton. 3. p. ti. 14. c. 9. §. 2. Panor. in c. nimis el. 2 n. 2. Soccin. n. 12. de pri.

valeant

valeant fratres Minores regularis obſeruantiæ.

Secundo quia ad pecuniam colligẽdam cogi non poſſunt inuiti etiam per literas Sedis Apoſtolicæ de cætero impetrandas.

Tertio, quod nullus prædictorũ fratrum teneatur correctionis, ſeu viſitationis, vel Inquiſitionis officium monaſterijs, vel Eccleſijs, ſeu quibuſcumque perſonis impendere, vel ad cognitiones cauſarum, ſeu citationes partium, & denuntiationes ſententiarum interdicti, & excommunicationis procedere.

Quarto quod non teneantur recipere curam Monialium, ſeu Religioſarum, quarumlibet vè perſonarum per quaſcumque literas Apoſtolicas, niſi de hoc indulto, & ordine prædicto expreſſam fecerint mentionem. Ita habetur in libro e monumenta ordinum cui quarto indulto iam videmus per ordinem eſſe renuntiatum, tria autem prius poſita in ſuo hodie ſunt robore.

e In t. imp. fo. 57. & in 2. fo. 140. cõ ceſ. 321.

Item idem Clemens conceſsit iuſuper, *quod nullus Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, nulluſq; alius Prælatus Eccleſiaſticus valeat compellere fratres Minores ad portandum, ſeu auferendum literas, vel exequendum, aut denunciandum ſententias contra Principes ſæculares, Communitates, populos, ſeu alios quoſcumque benefactores eorundẽ fratrum. Ac etiam quod nullus delegatus, vel ordenarius Iudex poſsit eoſdem fratres compellere ad faciendum citationes, vel commiſsiones recipiendas, ſiue vt ſint in aliquibus caſibus acceſsores ſiue ad lites, & cõtrouerſias contingentia in cauſis, quæ coram ipſis tractantur ſiue Sedis Apoſtolicæ ſpeciali mandato, vel licentia expreſsam faciente de huiuſmodi indulto mentionem. Nec quiſquã eorũ teneatur parere, vel intẽdere ſuper his monitionibus, ſeu mandatis, aut iuſsionibus eorundem, aut facere, aut implere, quod in hac parte duxerint iniungendum.* Ita habetur in dicto libro, Monumenta d ordinum. Deniq; idem Clemens IIII. *exemit eoſdem fratres, ita quod non obſtante conſtitutione Innocentij IIII. non teneatur etiam ratione delicti contractus, ſeu rei, de qua agitur locorum ordinarijs ſubiacere decernentes irritum, & inane, quicquid ſecus attentari contigerit,* vt in eodem libro, Monumenta e ordinum continetur.

d in t. imp. fo. 57. & in 2. fo. 141. cõ ceſ. 325.

e in t. imp. fo. 59. & in 2. fol. 142. conceſ. 343.

Nicolaus Quartus conceſsit exemptionem totalem ordini minorum decernens *ordinem prædictum, & fratres eiuſdem Sedi Apoſtolicæ ſubiacere. Ac Eccleſias, oratoria, & domus, loca, libros, vtenſilia, & alia mobilia. & immobilia (quorum vſum habent fratres prædicti) in ius, & proprietatem Sedis Apoſtolicæ ſuſcepit.* Ita habetur in libro Monumenta f ordinum. Et Benedictus XI. exemit ordinem fratrum Minorum, ſicut fecerat Nicolaus Quartus, *& adiidit, quod neq; etiam ratione delicti cõmiſsi, vel initi contractus, aut rei poſitæ, vel ſitæ, ſeu exiſtentis extra loca eorundem fratrũ exẽpta poſsint coram ordinarijs, vel alijs Prælatis Eccleſiaſticis moleſtari, ſeu quomodolibet conueniri non obſtãte conſtitutione Innocentij IIII in contrarium faciente.* Ita in ſupradicto Libro g continetur.

f In t. imp. fo. 58. & in 2. fol. 112. conce. 243.

Et Bonifacius Octauus confirmauit literas prædeceſſorum ſuorum ſuper exemptione prædicta, *& de nouo exemit fratres*

g In t. imp. fo. 24. & in 2. fo. 108. cõ ceſ. 231.

tres Minores præfatos, & illorum ordinem ab omnium, & ſingulorum quorumlibet Prælatorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum omnimoda poteſtate ac iuriſdictione decernens præfatos fratres, & ordinem eorundem immediate Sedi Apoſtolicæ tantummodo, & Romano Pontifici ſubiacere. Ita habetur in libro monumenta *h* ordinum.

h In 1. imp. fo. 32. & in 2. fo. 32. con cel. 34.

Item Martinus V. approbauit, & confirmauit literas Bonifacij Octaui, qui edidit ampliſsimam exemptionem ordini fratrum Prædicatorum, & ab ea dependentibus, ſubſequentibus verbis, *Veſtigijs non nullorum prædeceſſorum noſtrorum inhærentes ordinem ipſum, ac Magiſtrũ Generalem, & Priores, & Patres Prædictos, nec non & quaſcumque ſorores ac domos, Monaſteria, & Hoſpitalia quæcũque ſub cura, & regimine fratrũ Prædicatorum fuerint, & eorum Rectores, & gubernatores cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs, quæ in præſentiarum obtinent, & in futurum (dãte Domino) iuſtis modis poterunt adipiſci a omni iuriſdictione, dominio, & ſubiectione, & poteſtate quorumlibet ordinariorum, & Prælatorum, ac perſonarum Eccleſiaſticarum, necnon á ſolutione cuiuſcũque collectæ, pedagij, aut cuiuſcũque alterius Generalis exactionis de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & de certa ſcientia prorſus eximimus & totaliter liberamus, illa in ius, & proprietatẽ Beati Petri, & Sedis Apoſtolicæ, & ſub eorum ſpeciali, & immediata proteſtatione ſuſcipimus decernentes ordinẽ, Magiſtrum, priores fratres, & ſorores, qui non ſunt, & erunt pro tempore domus, monaſteria, loca, & Hoſpitalia ſupradicta, eorumque Rectores, & gubernatores cũ omnibus iuribus, & pertinentijs huiuſmodi ſolum immediate Sedi Apoſtolicæ ſubiacere. Ita quod ordinarij, & prælati huiuſmodi, ſiue quæuis alia perſona generaliter, vel ſpecialiter, aut communiter, vel diuiſim non poſsint quauis authoritate excõmunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti ſentẽtias promulgare, aut alias etiã ratione delicti, ſeu cõtractus, vel rei, de qua agitur, vbicũq; committatur delictum, ineatur cõtractus, aut res ipſa conſiſtat poteſtatẽ, ſeu iuriſdictionẽ aliquam quomodolibet exercere.* Ita habetur in monumentis *i* ordinum, & ſub nomine Eugenij Quarti, in ſupplemento.

i In 2. impr. fol. 262. cõcc. 683. & in ſupplemẽto fol. 80. cõcc. 681.

Hanc fratrũ exemptionem confirmauerunt Nicolaus Quintus, prout habetur in ordinum Monumentis K & in ſupplemẽto, & Sixtus Quartus, prout in libris Monumental ordinum exprimitur, qui pro ordine Prædicatorum copioſam edidit exẽptionem ad inſtar exemptionis datæ fratribus Carmelitis, & Minoribus per ipſum vt in eodem Libro *m* refertur.

K In 1. impr. fo. 47. cõcc. 50. & in ſupple. fol. 87. concc. 250.

*I*nnumera autem aliarum religionum poſſem in præſentiarum adducere: at quia omnes fere in priuilegijs communicant, ideo operæ pretiũ eſſe duxi illa omnia in præſentiarum minime recenſere, cum potius faſtidium, quam Doctrinam parere plane videantur. Vnum tamen non ſubticebo, quod Paulus Quartus, anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo, & quadrageſimo nono ample ſupradicta conceſsit Societati Ieſu, vt in Compendio Societatis *n* continetur. *In quo etiã refertur eos, qui in ſocietatẽ admiſsi biẽnio probationis peracto tria vota ſubſtantialia tametſi ſimplicia emiſerint, aut in futurũ emittẽt á quorũuis ordinariorũ, & Delegatorũ, ſeu aliorũ iudicũ iuriſdictione omnino exẽptos eſſe,*

l In 1. impr. fo. 60. & in 2. fo. 144. cõcc. 117.

m In 1. impr. fo. 238. cõcc. 560. & 564 vſque ad cõcc. 570. & in 1. impr. fol. 112. & in 2. fo 196. concc. 489.

n Compen. Societ. ver. exẽptio. §.

prout

prout habetur in conſtitutione Gregorij Decimitertij, de qua in primo Tomo o fecimus mentionem, & per priuilegium conceſſum ordini Sancti Ioannis Hieroſolymitani eximuntur religioſi Mendicantes, & alij eorum priuilegiorum gaudentes amplisſime à quacũque iuriſdictione, & à qua cumque collecta, ſeu contributione, ratione perſonarum, vel rerum etiam ad refectionem pontium, fontium furnorum, murorum, ſeu Eccleſiarum, etiam ſi eatenus per abuſum, ſeu alterius priuilegium, vel negligentiam etiam per longiſsimum tempus taliter obſeruatum non fuiſſet, prout conceſsit Clemens. VII. & habetur in cõpendio p Societatis, per quæ, & alia ſimilia priuilegia religionibus conceſſa clare innuitur exemptionem regularium ab ordinarijs pleniſsimam eſſe, vt probat Sylueſter q quod ipſum aſſerunt Angelus, & Tabien, & D. Antoninus & poſt alios tradunt Pariſ. & Natta, & ita eſt magna hæc exemptio, vt non oporteat exprimere ordinarios excludi priuatiue iuxta tradita à Couarruuias r, & à Tiraquelo. Et aduertendum, quod cum exemptio regularium ſignificetur per ſignum vniuerſale, quo excluditur iuriſdictio quorumcumque ordinariorum, oportet ſcire, quid nomine ordinariorũ intelligatur, Et dicitur, quod ordinarius dicitur Epiſcopus, Abbas ſæcularis exẽptus, Archiepiſcopus, dum viſitat ſuffraganeos eſt etiam eorum ordinarius Legatus, vel Nuntius Apoſtolicus eſt ordinarius extraordinarie omnes tamen in priuilegio exemptionis vocãtur ordinarij, prout tradunt Decius ſ Soccinus & Valle, & talis exẽptio extenditur tam ad præſentes ordinarios, quam ad futuros, ſicut quando conceditur exemptio reſpectu bonorum extenditur ad futura, & noualia, nec oportet ſingulos ordinarios expreſſe & ſpecialiter excludi. Aduertendum etiam, quod in prædictis priuilegijs ſæpe ſæpius Papa ait, quod recipit regulares in ſuam protectionem, per quæ verba facile ducit exemptionem à iuriſdictione, ac poteſtate ordinarij, prout videmus in appellante ad Papam, vel ad Sedem Apoſtolicam, quo caſu omnium ordinariorum ligantur manus, prout Decretales t quædam diffiniunt, & tradit Francus.

o in 1 to. q.

p compen. Societ. titu. exẽpt. §. 7.

q Sylu. ver. exẽptio. n. 1 & §. 4. Angel. Tabiẽ. & Anton. vbi ſu. Pari. conſ. 22. n. 5. li. 4. Natt. conſ. 257. n. 1. li. 2. r Cou. pra. qq. c. 25. n. 3. Tiraq. de retract. ti. 1. §. 1. gloſ. 7. n. 25.

ſ Decius cõ ceſ. 113 n. 4 Socci. conſ. 299. n. 6. li. 2. Valle. cõſ. 5. n. 36. & 40 li. 1. & conſ. 2. n. 15. li. 4. per ca. 2. de conſt. lib. 6. t c. ſolicitu. c. dilecti. c. ad audiẽtiã de appella. Franc. in c. vt debitus co 3. eo l. ti.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum exempti â Papa â iuriſdictione cuiuſlibet ordinarij cenſeantur exempti á Legatis Papæ

REſpõdeo dicẽdo, quod non ſunt exẽpti à Legatis Papæ, prout traditur in Iurea, & notat Ioãnes Andræas, quem ſequitur Ludouicus Romanus, At ſecũdũ priuilegium Clementis Quarti, hoc limitatur tantum in legato de latere Sedis Apoſtolicæ miſſo: *prohibuit enim Clemens. IIII. ne fratres Minores ab aliquo legato (niſi de latere ſedis Apoſtolicæ miſſo) vel delegato, aut ſubdelegato aut oritate literarum Apoſtolicarum excommunicari, ſuſpendi, aut interdici poſſint, niſi literæ ipſæ plenam, & expreſſam de prædicto ordine, & indulto huiuſmodi facerent mentionem.* Ita habetur in ſupplemento b

a c. ſi Abbatẽ de ele. li. 6. Andræas. in ca. 1. poſt prin. ver. ergo cũ legatus ligeteos Romanus ſingul. 507. gloſ. magna in c. quoad tranſ. de offi. leg.

b fol. 3. con ccſ. 1.

Et ad hunc modum eſt intelligendum priuilegium Sixti. IIII. conceſſum fratribus Carmelitanis, quo copioſam exemptionem illis conceſsit dicens in ſumma, *quod nullus ordinarius, ſeu Legatus quauis autoritate vtens quamcunque ſuperioritatem ſuper prædictos fratres ſibi vendicare præſumat.* Ita habetur in libro Monumenta c ordinum, hoc enim priuilegium intelligẽdũ eſt de ſimplici Legato Sedis Apoſtolicæ, non tamen de Legato à latere, & ſimiliter ſunt intelligenda alia priuilegia concedentia regularibus exemptionem à Legatis Sedis Apoſtolicæ.

c In 1. imp. fo. 99. & in 2. fo. 283. cõ ceſ. 449. 185 con. 446.

ARTICVLVS V.

Vtrum moniales ſint exẽptæ a iuriſdictione ordinariorum.

REſpondeo dicendo, quod nõ loquimur de monialibus Epiſcopis ſubiectis, has enim nulla eſt dubitatio minimè ab ipſis Epiſcopis eſſe exẽptas, loquimur autẽ de monialib⁹ ſuperioribus regularibus ſubiectis per conſtitutiones Apoſtolicas,

licas, quibus ipsæ dictis Prælatis subduntur ratione iurisdictionis ordinariæ ipsis concessis, prout in primo Tomo *a* dictum est. Et Eugenius Quartus, *exemit ordinē Sanctæ Clarę, Abbatissas conuentus moniales, monasteria, & loca eiusdē ordinis cum omnibus iuribus, & pertinentijs, ac bonis mobilibus, & immobilibus quibuscumque ab omni iurisdictione, ac dominio, & potestate quorūcumque legatorum, & Prælatorū Ecclesiasticorum cum maximis clausulis & nō obstantijs. Et similiter exemit á præstatione, seu solutione decimarum collectarum, taliarum, subsidiorū, angariarum, ac quarūlibet aliarū exactionum.* Ita habetur in libro, Monumenta *b* ordinum, & in supplemēto, & hæc veritas patet per ea, quæ dicta sunt in primo tomo, vbi probauimus moniales, & earū monasteria, & personas cōmunicationē habere omniū priuilegiorū, fratrū, monasteriorum, & personas eorū. Vnde cū religiosi, & eorum monasteria, & personę sint exempta clare sequitur, etiam moniales, & monasteria esse etiam exempta.

a in 1. tom.

b in 2. impo. 41. concr. 46. & in suppl. to. 86 concel. 148. c in 1. to. q.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum sententiæ ordinariorum contra regulares sit nulla,

REspōdeo dicēdo, quod inter effectus, quos exēptio regulariū operatur, est quod ita in hibeātur ordinarij ab eorū causis, vt si de facto tentent procedere in iudicio, vel extra sese immiscere contra personas regulares, aut contra res monasterij in quauis causa ciuili, & spirituali &c. processus sententiæ, & inde sequuta sunt ipso iure nulla, & irrita ex defectu iurisdictionis, prout tradunt Federicus *a*, & Calderinus, & constat ex priuilegijs allegatis supra articulo tertio, quorum priuilegiorum verba, si attente legantur, nullitatem huius sententiæ satis indicant, cum in eis irritētur acta per ipsos ordinarios iuxta Doctrinam eiusdem Decretalis *b*, & tradit Mandosius, & Antonius Gabriel. Quæ irritatio contingit, etiam si iudex sit ignorans, cum gestū sit ab eo, quasi à persona priuata, & sententia à non Iudice sit nulla, nullumque præiudicium, nullumque effectum operatur argumento eorum, quæ in Iure *c* communiter notantur. Quare si priuilegio religionis notorio in iudiciū producto, iudex non obstante tali priuilegio protulit sententiam, non transit talis sententia in rem iudicatam, prout resoluit Paulus *d* de Castro, nec debet mandari executioni, prout idem Paulus affirmat. Nec hoc est negandum, si Episcopus iubeat exēpto soluere debitum, nisi in causa mercedum, id est, soluendi operarijs stipendiū, & miserabilium personarum iuxta determinationem Concilij Tridentini eius antiquum innouantis, & tradunt Couarruuias, Didacus Perez, & Nauarrus.

a Federi. cōcel. 14. n. 4. inq. 2. Cald. cōsil. 13. de iudic.

b c. dilecto. v. clauf. vbi gloſ. de præben. Mādo. in regu. chācil regul. 7. de reſcri. n. 2. Anto. Gabri. to. 2. cōmu. opi. li. 6 ti. de clauf. conci. 3. nu. 56. 70. 73.

c l. priuatorum. C. de iuriſdi. omn. iudi. ca. at ſit clerici in princ. de iudic.

d Paul. cōſ. 342. n. 2. li. 1 e Trid. ſeſ. 7 de reform. c. 14. Couar. pract. qq c. 6. & 7. Perez in l. 2. ti. 11. li. 3. ordi. ve. pobres. & l. 14 ti. 2. eodem libr. Nauarr. in man. ca. 25. nu. 13.

ARTICVLVS VII.

Quibus modis se possint defendere regulares ab ordinarijs.

REſpondeo dicendo, quod exemptus dupliciter ſe defēdit ab ordinarijs. Primo per declinatoriam exhibendo in iudicio priuilegiū, tenētur enim regulares tradere tranſcripta articulorū, de quibus fuerit Cōtrouerſia, & ſi ad exēptionē ſolū allegāt ſolā prę ſcriptionē ḋ hoc debēt facere fidē, & ſi allegāt vtrūq;, ſi priuilegiū ad plenum nō ſufficit, ſed tantū cauſā præbeāt præſcribendi tenentur præſcriptionē probare, & probatione pendente in ſua præſcriptione minime turbari debent. Et ſi non allegant, neque exhibeant ſaltē tale priuilegiū, quod cauſam præbeat præſcribendi, Dioeceſani poſſunt vti iure ſuo, prout in Iure *a* Canonico determinatur. Oſtendere autem & ad legendum integraliter priuilegium debent regulares in loco cōgruo, & ſecuro intra terminum competētem ordinariorū vel delegatorū ipſorum arbitrio moderandū, vt in eodem Iure *b* probatur. Pendente autem lite ſuper validitate priuilegij, ſeu an fuerit cōceſſum, an nō, non debet quis priuari ſua poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione, etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius, prout tenet Panormitanus *c* allegans ad id quandam Decretalem, & tenēt Doctores communiter, ex quo colligitur, quam fauorabile ſit priuilegium.

a cap. cum perſona de priuil. li. 6.

b d. c. cum perſonæ.

c Panorm. in c. 1. vt lite pendēn. cum perſonas. §. quod ſi tale.

Secun-

Secunda via, qua ſe poſſunt ab ordinarijs defendere regulares, eſt, quod ſi ipſi ordinarij agant de iure priuilegij producti, & eo reprobato ferant ſententiam, talis ſententia minime valet, cum Papa ſibi interpretationem priuilegij reſeruauerit, vbi de ea dubitatur, prout tradit Collector *d* cõpendij Societatis dicens, *Priuilegiorũ Societatis per Paulum Tertium vſque ad decimum quintum Kalẽdas Nouẽbris anno Domini Milleſimo quingẽteſimo Quadrageſimo nono conceſſorum interpretationẽ reſeruauit Sedi Apoſtolicæ, quin vero inhibitum eſt omnibus Prælatis, ne præſumãt interpretari priuilegia regularibus conceſſa, ſiue clara ſint, quæ interpretatione nõ indigent, ſiue dubia cõtineãt, prout conceſſit Clemens, IIII. Prædicatoribus, ac Minoribus, vt patet ex libro priuilegiorum Sancti Auguſtini.* Hæc collector. Qui etiam refert, quod quoties dubium fuerit in intellectu priuilegiorum Societatis ſuper iuris peritos, & alios iudices in fauorẽ Societatis fiat interpretatio, prout conceſſit Alexãder VI. Cõgregationi Benedictinorũ Valliſoleti ſub datis Romæ Kalendis Aprilis anno Domini milleſimo quingenteſimo primo Pontificatus ſui anno octauo.

d collect. compẽd. ti. priuilegiũ. §. i. & 4.

Et in fauorẽ regulariũ iure optimo fuit conceſſum ne ſcilicet Prælati Eccleſiaſtici poſſint eorum priuilegia interpretari, quia in dubio, an iuriſdictio cõtra regulare pertineat ad Epiſcopum, & ad iudices Eccleſiaſticos non poſſunt ipſi cognoſcere de cauſa, ne ſint iudices in cauſa propria iuxta quandam Legem *e* nã quando Epiſcopus cũ ſubditis litigat, habet in eo tantum caſu ſuſpenſam iuriſdictionẽ, & Papa ſua ſignatura ſolet durante lite eximere ſubditum iuxta Caſſiadorum *f*, & Lancelotum. Vnde durante lite debẽt tueri regulares in poſſeſſione ſua, quando exemptio eſt notoria iuxta tradita ab Innocentio. *g* Ex quibus infertur, quod regulares, quando priuilegium non eſt notorium in titulo, & poſſeſſione tenẽtur ipſi exhibere illud iuxta quandam Decretalẽ *h* ſuperius allegatam, quam de priuilegio hominis priuati exponunt ibi Monachus *i* Dominicus, & Peruſinus, & alij allegati per Didacum Perez, & Maranta. Verũ eſt tamen, quod nõ tenẽtur adhibere dictum priuilegium ſpõte, ſed moniti prout tenent cõmuniter Doctores K. Et ſi religioſus oſtendat cũ poſſeſſione titulum ſaltẽ coloratũ, nõ eſt durante lite ſpoliandus priuilegio exemptionis, imo nec ipſa poſſeſſione per quandam Legẽ l licẽt alter appellet, prout probatur in quandã Decretali *m* vbi Geminianus, Peruſinus, & omnes, nec per hoc releuatur ab onere probandi exẽptionẽ, & ſatis eſt ſi nẽ poſſeſſione probare verum, & legitimũ titulũ, quia hic tribuit plenũ ius in proprietate, & quadã poſſeſſione, quod habet vim aliam in viro priuato, quamuis hic ſit alias ſubditus eiuſdem Epiſcopi, prout tradunt Molina *n* Couarruuias, Balbus, & Menchaca, quamuis ipſe alio loco dubitauerit. Dixi, quando priuilegiũ non eſt notoriũ, nam quãdo priuilegium eſt notoriũ, vt eſt priuilegium exemptionis Mendicantiũ, qui iam diu tolerati ſunt priuilegio exemptionis, non tenẽtur ipſi regulares tale priuilegium oſtẽdere, neq; ipſam exẽptionem probare vt conſtat ex Doctoribus in ſuperioribus allegatis, & tradit Syluester *o*. Ex quibus infertur primo, quod regulares nõ poſſunt ab ordinarijs excommunicari, prout iam in ſuperioribus *p* dictũ eſt, & probatũ cum ipſi ſint ab eorum iuriſdictione exempti, adeo hoc eſt verũ in quidã affirment, quod ſi regularis exemptus percuſſerit clericum ſecularem extra clauſtra in diœceſi Epiſcopi, non poteſt Epiſcopus ipſe ipſum denuncia re excommunicatum. Pro quo facit, quod poteſtas Epiſcopis cõceſſa ad declarandum excõmunicatos in ſuos tantum videtur ſubditos extẽſa, vt colligitur ex quadã Clemẽtina. *q* Sed concludendo dico, quod in regulari nõ ſubdito Epiſcopo obſeruetur diſpoſitio Cõcilij Tridẽtini *r* vbi dicitur, quod regularis nõ ſubditus Epiſcopo, qui intra clauſtra monaſterij degit, & extra ea ita notorie deliquerit, vt populo ſcandalo ſit Epiſcopo iſtante à ſuo ſuperiore intra tẽpus ab Epiſcopo præfigendum ſeuere puniatur, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat, ſin minus à ſuo ſuperiore officio priuetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit. Hæc Concilium. Non poteſt autem hoc caſu Epiſcopus commodè ipſum

e l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdic. omn. iudicum.

f Caſſiado. deciſ 6. de priuil. Lancelotus de auten. 2. p. c 4. nu. 4.

g Innocen. in c. expublico. 1. n. 3. verſ. ſed ſi dicas de verbor. ſignifi. h d. c. cum perſonæ de priuile. li. 6

i Monacho 1. Domin. & peruſ. n. 4 in d. c. cũ perſonæ Perezi n. 1. 1. titu. 2. libr. ordi. gloſſ. 1. q. 6. Maranta de ordi. iudi. 6. part. memb. 1 n. 39.

k DD in d. ca. cũ perſonæ v. requiſiſti.

l l. cum quidam de iureiuran.

m d. c. cum perſonæ. § ſi vero Geminia. ibi in fine & peruſ. n. 3.

n Molin. li. 2. de primogenit ca. 6. n. 51. & 52. Couarr. in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 5 n. 1. Balb 1. p. mem. b. 3. pag 9. Mẽch. cõtro. illuſt. c 87. n. 9. & 12.

o Syluester ti. u. exemptio. § 8.

p ſupra q. 9 Clemen. 2. §. fin. de pœnis.

r T. id. ſeſſ. 25. de regu. c. 14.

ipsum punire regularem, nisi per censuras contra ipsum procedat.

Secundo infertur, quod regularis notorie exemptus citatus ab ordinario, vt coparreat in iudicio nó tenetur coram ipso cóparere. Hæc enim citatio etiã absq; ope exceptionis est ipso iure irrita, cum sit à iudice nó competente & cótra notoriũ priuilegiũ iuxta resoluta per Monachum *f* Dominicum, & Perusinum, & alios relatos per Didacum Perez & Maranta. Aduertant tamen regulares exẽptos citatos debere cóparere, & allegare priuilegium proponẽdo declinatoriam fori, & hocfacto recedant, prout tradit Soccinus *t* docens praxim proponendi. Aduertant etiã, quod interdũ tenentur comparere, vt si incitatione exprimatur causa, quæ fundat iurisdictionem ordinarij, vt tradit Couarruuias. *u*

Tertio infertur, quod ordinarius nec per se, nec per alios potest procedere ad capturam religiosi iuxta quandã Glossam *x* cómuniter receptam secundum Imolam, & Nattã, quod adeo verum est, vt non possit procedere ad capturam Nouitij, nisi ob delictum in sæculo factum præsumatur in fraudẽ intrasse in religionẽ, si autem capiat ipsum religiosum, aut Nouitium extra casum supradictum, aut manus inijciat in eũ incidit in excómunicationẽ, prout à cõtrario sensu colligunt Doctores *y* nam si Episcopus excedit modum in captura clerici sui subditi etiã incurrit in excõmunicationem, prout cũ communi tenet Nauarrus *z* quodad eum ordinarium, qui capit exemptum, extendit Glossa superius allegata. Aduerte tamẽ, quod non incurrit excommunicationẽ ordinarius capiẽs regulares in casu permisso, verbi gratia si in graui delicto timeatur de fuga, tunc enim capiens exemptum, vt ipsum remittat ad suum iudicẽ, nó incidit in excommunicationẽ. Ita tenent Panormitanus *a*, & Felinus, & consonat Concilio Tridentino, remittere autẽ tenetur intra viginti horas, vt tenet quædam Glossa *b* & tradit post alios Didacus Perez sicut contingit, quando clericus capitur à iudice Laico, quando timetur de eius fuga, vt ipsum remittat ad suum iudicem Ecclesiasticum non incurrit in excõmunicationem, prout post alios tradit Nauarrus *c*, & Perez, sicut etiã non incurrit in excommunicationẽ iudex sæcularis procedẽdo ad capturã clerici, aut exẽptí inuocãdo eius auxilium Prælatus Ecclesiasticus, regularis, vt tenent cõmuniter Doctores, *d* sicut etiam non incurritur excommunicatio capiendo fugitiuum Apostatam, aut extra monasterium delinquẽtem iuxta terminos Concilij Tridentini *e*.

Quarto infertur, quod regulares non possunt visitari ab ordinarijs, licèt enim secundũ ius cómune *f* Episcopus habeat ius circa visitationẽ regulariũ cũ iure exigẽdi procurationes ab ipsis visitatis iuxta tenorem sacrorũ Canonũ *g* prout tradit Menochius, & hoc ratione iurisdictionis ordinariæ, & causa correctionis, at in exemptos per priuilegia superius allegata iam nó habet iurisdictionis vsum. Quare eos non visitat, nisi Prælatus regularis. Pro quo satis est priuilegium exẽptionis, ratione cuius priuilegij non tenentur soluere procurationes, nisi ad id à Sede Apostolica speciali ter cõpellantur, prout dictum est in superioribus. *h*

Quinto infertur, quod si Papa per speciale rescriptum mandet ordinario visitare, & corrigere clericos, vt iubet Cõciliũ Tridẽtinum *K*, nó extẽditur talis cõmissio ad clericos exemptos iuxta Sacros Canones *l* & Doctores cómuniter, & si cõmittat visitatori etiam personas exẽptas, vt regulares, aut moniales non procedat eo casu autoritate propria ordinaria, sed delegata, sine qua nihil potest in exẽptos, sicut in Concilio Tridentino *m* dicitur, quod vniuersitates immediate Súmi Pontificis protectioni, & visitationi subiectas curabit sua Beatitudo per eius delegatos salubriter visitari, & reformari. Et sic in eodẽ Cõcilio *n* dicitur, quod monasteria Sanctimonialiũ Sedi Apostolicæ immediate subiecta ab Episcopis, tanquã Sedis Apostolicæ delegatis gubernentur non obstantibus quibuscũq;, & sic intelligitur illud Concilij Tridentini *o* vbi dicitur, quod curent ordinarij, vt Hospitalia quæcunque à suis administratoribus quocumque illi nomine cẽseãtur etiã quomodolibet exẽpta fideliter, & diligẽter gubernentur, quãtũ enim ad Hospitaliaexempta debent ipsi cẽseri non ordinarij, sed ita à Sede Apostolica delegati, & in hoc innouatur quædam celebris Clementina *p*. Vnde colligitur, quod priuilegium Martini. V. cuius tenorem Supra *q* retulimus, quantum ad Hospitalia, quæ sub regimine ordinis fratrum Prædicatorum

f Monach. n. 1. Domi. & perus. n. 4. in d. c. cũ personæ Perez in l. 1. ti. 2. li. 3. ordi. glossa 1. q. 6 Marant. de ordi. iud. 6. part. mẽb. 1 nu. 39.

t Socc. in c. si clericus. n. 8 d foro cõp. u Couar. in reg. possess. 2. p. §. 10. n. 9.

x Glossa in Clemen. 1. §. nonnulli de exc. præl. vbi Imola n. 4. Nat. consi. 257. n. 7.

y DD. in c. si clericus. de sen. excom mu. li. 6.

z Nauar. ca. 25. n. 83.

a Panor. in c. si. n. 11. de refor. cum per. & Feli. n. 7. in ca. 2. §. illum de verbor. sig.

Trid. sess. 25 de refo. c. 6

b Glos. 1. in ca. cũ nõ ab homine de iudici. Perez in l. 17. tit. 17. lib. 2. ordi. glo. 1.

c Nau. c. 27 n. 79. Pere. in l. 15 tit. 3. li. ordi.

d DD in c. 1. de offi. ordin.

e Trid. sess. 6. c. 3. & sess. 25. c. 14.

f c. in sing. de stat. Monach. c. visitandi. & c. sequenti. 18. q. 2.

g c. Sopita. & ca. cum olim. & ca. venerab. de cẽsi. Meno. cons. 297. nu. 12. li. 1.

h In 1. q. huius tom.

K Trid. sess. 6. de refor. ca. 3. & sess. 24. capi. 3. l. cap. 9. & de offi. ordi. Feli. in c. licet n. 1. eodem ti.

m Trid. sess. 25. ca. 2. de refor. in fi. n Sess. 25. de regul. c. 9.

o Trid. sess 7. de refor. c. 15.

p supra hac q. art.

q Clem. cũ contingat. de religios. domibus.

r Supra hac q. ar. 3.

tum fuerint pro tempore conſtituta non ſub eorum regimine, ſed ſub ordinariorũ cura, & viſitatione ſunt.

ARTICVLVS. VIII.

Papa conceſſit priuilegium monaſterio regulariũ vt non teneantur ad procurationem legatorum, etiam ſi in literis eorum dicatur, vt tam non exempti, quam exempti teneantur niſi de indulto conceſſo monaſterio fiat mentio de verbo ad verbũ. Deinde Papa cõceſſit legato, vt poſſit exigere procurationem à quibuſcumq; perſonis etiam exemptis, quanquã talia habeãt priuilegia, quod de eis fiat mẽtio de verbo ad verbũ, quæ voluit in iſtis literis haberi pro expreſſis, quæritur, an per has literas illud priuilegium reuocetur.

REſpondeo dicẽdo, quod videturhæc quæſtio valde dubia, vt refert Panormitanus, *a* & dicitur Federicum tenuiſſe quod nõ, quia de priuilegio debet fieri mẽtio ad hoc, vt ei derogetur, vt Sacri Canonesdeterminãt. Nec ſufficit mẽtioGeneralis, ſed requiriturſpecifica, vt dicitur in eiſdẽ Canonibus *b*. Et ſi diceremus oppoſitũ, primũ priuilegiũ eſſet inutile, cũ Papa ſẽper concedat pleniſsimas literas Legatis. At poſtmodũ idem Federicus mutauit ſententiam contrariũtenendo, quia per verba generalia pleniſsime reuocãtur omnia priuilegia ſtatura, & cõſuetudines iuxta Doctrinam cuiuſdam Clementinæ *c* Item ſi diceremus contrarium, inde rectẽ minueretur poteſtas Papæ, quia cum priuilegia in facto conſiſtant, & Papa non habeat omnium memoriam, impoſsibile foret, quod de omnibus huiuſmodi priuilegijs faceret mentionem de verbo ad verbum. Vnde ſatis eſt, quod appareat de ſua intentione remouere violenta talia priuilegia. Concludo ergo, quod tam in hac materia, quam in alia debemus ſemper cõſiderare primi, & ſecundi priuilegij tenorem, & ſecundũ eorũ vim iudicare, vel pro priuilegio, vel procuratione, ſicut in materia teſtamẽtorum, quantum ad eorũ reuocationẽ debemus ſimiliter conſiderare. Hæc Panormitanus. Cui concordat Cardinalis *d* dicens, quod ſi in ſecundo priuilegio eſt aliqua ſpecialis expreſsio, per quam aperte colligitur mens diſponẽtis, hoc ſufficit ad reuocandũ priorem diſpoſitionẽ, etiã ſi in primo diceretur, quod oporteat exprimi nomen talis ſanẽti & huiuſmodi, & refert Bartolum e dicentem, quod ſi teſtator dicit non obſtante quocumque alio teſtamẽto, etiam ſi in eo ſint verba derogatoria, talis expreſsio dicitur ſpecialis, & ſufficit ad reuocandum. Hæc Cardinalis.

a c. veniens de reſcri. c. in ſumma 25. q. 2.

b cap. 2. de dol. & contu.

c Clement. dudum de ſepul.

d Cardin. in Clemen. 1. de ſepul.

e Bartol. in l. ſiquis in princ. ff. de leg. 3.

ARTICVLVS XI.

Vtrum per exemptionem ab ordinarijs liberentur exempti à reuerentia. Epiſcopo debita.

REſpõdeo dicẽdo, quod ſi exemptio fuit obtenta à Papa, & ſit plena exẽptio nõ tenebũtur ad ius reuerẽtiale Epiſcopo. In aliquibus tamẽ caſibus, pro ut tradit Felinus *a* poſt Abbatẽ, & tradit poſt alios Mãdoſius, nõ liberãturab ipſiusdẽ bita reuerẽtia, ſicut nõ abdicatur reuerẽtia Epiſcopodebita, vbi exemptio plena non eſt. Et vbi Epiſcopus eximit aliquam Eccleſiam ab eius iuriſdictione.

a Felin. poſt Abbatẽ in c. cũinter in 3. de re iudi. Mandoſ. de ſignat. gratiæ titu. de exempt. ab Epiſ. fo. 121. p. 2. co. 2.

ARTICVLVS. X.

Vtrumregulares poſsint huic exemptioni renunciare.

REſpondeo dicendo, quod cũ Papa in Bullis exemptionũ regulariũ nõ ſolũ dicat ſuſcipere eos ſub eius, & Sedis Apoſtolicæ protectione, quod nõ ſufficit vt cẽſeatur eos eximere à iuriſdictione ordinaria, prout tradit Corneus *a* ſed addit, & immediate nobis ſubijcimus, nemini dubiũ eſt, quod Pontifex ſe conſtituit immediatum ſuperiorẽ, iudicemq; ordinarium, quaſi eſſet Epiſcopus diœceſanus, quo dato non licet regularibus ſine licentia Papæ huic priuilegio in honorem ſtatus dato renunciare iuxta cuiuſdam Decretalis *b* doctrinam, ſicut clericus ſine proprij Epiſcopi licentia non poteſt ſe alieno Epiſcopo ſubijcere, & eius iuriſdictionem prorogare, vt

a Corneus conſ. 343. in prin. & n. 3. li. 1.

b c. cum tẽpore §. fin. de Arbit.

cc.ſignifica ſti de foro compet.

vt ſacri Canones *c* diffiniunt, quia ex cõſequenti nocet iuri, ac fauori proprij Epiſcopi. Quod adeo verum eſt, vt neq; regularis in vna cauſa poſsit renunciare etiã indirectè exemptioni, quia cauſa eſt indiuiſibilis in ſuũ, ſimulque Prælati proprij præiudicium, prout tenet Soccinus *d* & tradit allegans multos Didacus Perez, & Mandoſius. Nec valet tacita renunciatio, qua permittit, vt ordinarius faciat proceſſum, ferat ſententiam, & eam executioni mandet. Dum vero quædam iura innuũt oppoſitũ, intelliguntur, quoad poſſeſsionẽ, & in caſu particulari, vbi interuenit conſenſus capituli, vel dic concedẽdo quod ipſe regularis tacite videtur renunciare nõ producendo priuilegiũ: attamen talis renunciatio in quantũ præiudicat iuri cõpetenti Papæ irrita eſt. Vnde ſi ex negligentia regulares patiantur ſubijci: poſſunt tamẽ ſe tunc tueri ex iure, quod competit Papæ, quia contra Papam nõ præſcribitur, niſi centum annis, prout tradit Panormitanus *e* & extollit Felinus. Vnde infertur, quod licet Prælati regulares conſentiant Epiſcopis, vt in ſuis Eccleſijs exemptis conuocent proceſſiones, celebrent diuina, & Miſſas publicas, & ordines conferant, non per hoc videtur priuilegio ſuo renunciare, quo non poteſt Epiſcopus, aut alius Prælatus in Eccleſijs exempta inuito Prælato, & regularibus conuocare proceſsiones, celebrare ordines, aut publicas *Miſſas*, aut alia diuina celebrare, prout Leo Decimus Camalducenſibus conceſsit, & refertur in compendio Ciſtercienſi *f* & non poſſunt renunciare iuri competenti ſedi Apoſtolicæ, cui eorum monaſteria ſunt immediatè ſubiecta.

d Soccin. in d.c.ſigni. n. 42. Perez. in l. 1. ti. 1. li. 3. ordi. gl. f. 1. q. vlt. Mando. de ſignatura gratiæ tit. exceptio. ab Epiſco. fo. 121. co. 2.

e Panor. in c. ad audientiã n. 12 de præſcr. Fel. in c. cũolim n. 3. codẽ ti & in ca. fig n. 4. de foro com.

f Compen. Ciſt. ver. diuiſ. §. 4.

ARTICVLVS XI.

In quibus caſibus exempti ſubduntur ordinarys.

a Sthepha. per præce. 12. diſt. & c. cum contingat de reſc. Andræas. & Domin. in c. 1. de priuil. li 6. Imola in Clem. ad compeſcend. de ſequeſt. poſ.

REſpondeo dicendo, quod ſecundũ ius commune omnes exempti ſub ſunt etiam Epiſcopis in certis caſibus. Primus quando exemptus eſſet notoriè excommunicatus vel à iure, vel ab homine: nam tunc poteſt per ordinarium denunciari, & mandari, vt euitetur, ita diſputando tenuit Stephanus Prouincialis, & hoc tenent Andræas *a* & Dominicus, tenet etiam Imola.

Secundus, quod Epiſcopus poteſt præfigere terminum exempto delinquenti, infra quem debeat ſe præſentare ſuo iudici, prout tradit Dominicus. *b*

Tertius ponitur in quadam Decretali vbi dicitur, ſiquis vero fuerint, qui à lege diœceſana iuriſdictionis exempti ſoli ſubiacent ſedis Apoſtolicæ poteſtati, nihilominus in his quæ ſunt contra hæreticos, inſtituta Epiſcoporum ſubeant iudicium *c* & eis in hac parte tanquam à Sede Apoſtolica delegatis non obſtantibus libertatis priuilegijs obſequantur. Hæc in dicta Decretali, de quo infra hoc tomo latius agemus.

Quartus ponitur in alia Decretali *d*

Quintus in quadam Clementina *e* de quo ſupra egimus mentionem, & in ſimilibus non oportet quærere, vtrum legatus à latere poſsit exemptos compellere, quia ſi Epiſcopus id poteſt, quanto magis legatus à latere tradit Gambarus. *f*

Et aduertendum, quod Sacra Synodus Tridentina in multis regulares Epiſcopis ſubijcit. Primum quantum ad miniſterium prædicationis, quæ à regularibus non poteſt exerceri in Eccleſijs, quæ ſuorum ordinum nõ ſunt ſine licentia Epiſcopi, vt in Concilio Tridentino *g* continetur. Secundo quantum ad correctionem religioſi extra clauſtra delinquentis, prout in eodem Concilio *h* continetur. Tertio *i* circa viſitationem beneficiorum curatorum, quę ſunt monaſterijs annexa, debent enim ab ordinarijs viſitari. Quarto *K* quantum ad exẽptos extra monaſterium degentes in ciuilibus cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum. Quinto, *l* quod religioſus ſit ſuſpenſus ad libitum ordinarij, ſi ſponſos ſine illorum Parochi licentia matrimonio copulauerit. Sexto, *m* quod ad Synodum omnes exempti, qui alias ceſſante exemptione intereſſe deberent, nec capitulis generalibus ſubduntur, accedere teneantur. Septimo, *n* quod nullus fæcularis, ſiuè regularis in Eccleſijs ſuorum ordinum contradicente Epiſcopo prædicare præſumat. Octauo *o*, quod qui regularis ſine mandato ſuperioris in ſcriptis obtento repertus fuerit ab ordinarijs locorum tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur. Nono, *p* quod monialis non poſsit exire à monaſterio, niſi iuſta cauſa ab Epiſcopo

q Domini. in c. quãuis §. inferiores de elect. li. 6.

cc. ad abolendam. §. fi. de hære.

d c. 1. de priuil. li. 6.

e Clement. quia cõtingit de relig. domibus.

f Gamba. li. 8 de autor. lega. à late. re. §. de poteſta. legati in regul. in princi.

g Seſſ. 5. de refor. c. 2.

h Trid. ſeſ. 6. de refor. c. 3. & ſeſ. 25 de reg. c. 14

i ſeſ 7. de refor. c. 7.

K In d. ſeſ. c. 14.

l Seſſ. 24 de matrim. c. 1 verſi. quod ſiquis Paro.

m Seſ. 24. de refo. c. 2.

n Seſ. 24. de refor. ca 4 ver. nullus.

o Seſ. 25. de regu. c. 4.

p Seſ. 25. de regula. c. 5.

appro-

approbanda. Decimo q circa visitationem parochiarum, & personarum ipsarum, etiã si sint monasterijs annexa, personæ enim tam regulares, quam sæculares huiusmodi curam exercentes subsunt immediate in his, quæ ad dictam curam, & sacramentorũ administrationem pertinent iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diœcesi sunt sita. De quo iam in primo tomo latè dictum est. Vndecimo s conceditur Episcopis, vt per censuras possit procedere contra regulares dantes, aut recipẽtes aliquid pro ingressu. nouitij. Duodecimo t circa præcedentias regularium in publicis processionibus alia multa loca possem referre, quibus statuitur regulares in aliquibus esse subiectos Episcopis, sed de ijs in istis tribus tomis poterit lector videre, & percipere, quid sentiam.

q Sess. 25. de regula c. 11.

s Sess. 25. de regul. c. 16.

t Sess. 25. de regu. c. 16. in fin.

QVÆSTIO. LXIIII.

De exemptione religiosorum respectu obedientiæ debitæ suis prælatis in quatuor articulos diuisa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *Vtrum Episcopus propria autoritate possit sibi assumere socium regularem.*
2 *Vtrum ordinarij debeant examinare rescriptũ exemptionis alicui regulari concessum.*
3 *Quibus priuãtur religiosi ab obedientia exẽpti.*
4 *Vtrum religiosi regum capellani sint à iurisdictione suorum prælatorum exempti.*

ARTICVLVS. I.

Vtrum Episcopus propria autoritate possit sibi assumere sociũ regularẽ.

RESPONDEO dicendo, quod Episcopus ex monasterio & ex regularibus eiusdem ordinis præsertim non exemptis potest inuito prælato monasterij sibi assumere socium & cubiculariũ iuxta quandam glossam, a vbi Archidiaconus, Præpositus, Dominicus, & Lambertinus, sicut Episcopus de suis Canonicis etiã regularibus (quales sunt Cæsaraugustæ, & Pampilonæ) potest duos suo seruitio deputare. Quidã tamẽ negant posse Episcopum compellere eos, qui generali priuilegio sunt exempti, prout affirmat Gambarus, b & securius, etiam dicit Syluester, quia neque Papa solet assumere sibi socium inuito prælato, prout ait D. Gregorius. c Verum est tamen, quod prælatus ex magna causa verbi gratia, pro autoritate monasterij, aut religionis potest talem socium eiusdẽ religionis Episcopo deputare, imo & principi sæculari, seu magnati, vt post alios tradunt Hostiensis, d & Aluarus Pelagius dicentes hoc ex magna causa fieri debere propter periculum religiosi extra claustra degentis, prout tradunt Decius, e & Nauarrus.

a Glos. in c. cũ pasto. 2.

Sed quibusdam regularibus cõcessit Põtifex speciale priuilegiũ, vt non compellantur dare socium. Et sic ait Claudius in compẽdio f priuilegiorum societatis Gregoriũ XIII. cõcessisse. *Quod nullus ex religiosis sub obedientia societatis degentibus à quibus vis quacumque Ecclesiastica, vel sæcularidignitate, seu autoritate fulgentibus etiam si Cardinales sint, vel Patriarchæ synodi, cõmunitates, capitula, aut officij hæreticæ prauitatis inquisitores, ac cõmissarij, vel iudices tã ipsius officij, quã ordinarij, vel delegati adquoduis munus, officiũ, vel exercitiũ etiã in defectum aliorũ absque expresso sui superioris cõsensu, ãtq; etiam mandato adigi, vel cogi possit,* quod est consentaneum iuri communi iuxta tradita in quadam Clementina g & ab Hippolyto Riminaldo. Et Leo Decimus statuit. *Quod nullus frater ordinis minorum obseruantiæ obtinere possit aliquam exemptionem, aut indultum Apostolicum sub quauis forma, & expressione verborum, nisi generalium aut commissariorum suorum in Romana*

b Gamb. de offic. leg. li. 2. ca. vlt. nu. 252. Syluest. v. obedien. §. 6. in fin.
c Greg. c. 1. in fi. 8. dist. vbi glo.
d Hostien. in sum. de maior. & obedien. §. ad quid n. 7
e Deci. in c. decerni. nu. 73. de iudic.
f Compẽd. societ. exẽptio. §. 3.
g Clemen. 1. §. ad hæc: v. ad claustrum de statu monach. Rimi. cõs. 341. n. 36. li. 3

9. 7 v. vtqui dã vbi Archid. præpositus, & Dominicus in prin. idẽ Domini. in ca. religiosus in fine de clerici. 6. Lamb. de iure pat. art. 19. in q. 6. prin. in 1. p. li. 1. n. 21.

mana curiaexistentium ad hoc expressus accedat cõsensus, quod si illa impetrauerit illa nullatenus illi suffragentur, vt illorũ obtentu à prælatorũ suorum iurisdictione & regulari disciplina exemptus censeatur. Ita habetur in ordinis supplemento, *h* & idem Leo Decimus statuit, *quod nullꝰ prælatus, aut sedis apostolicæ Nuntius, aut Legatus, nisi esset de latere legatus aliquem ex professoribus ordinis minorum ad secum morãdũ, vel pro suis negotijs promouendũ absque generalis, seu prouincialium petita, & obtẽta licẽtia, & in scriptis habita assumere posit sine speciali Sedis Apostolicæ mandato de præsentibus specialem mentionẽ faciente super quo ponit cẽsuras.* Ita habetur in eodem supplemento. *i*

h Supl.ord. fol.15 concef.53.

i Sup.fol.15 concef.53.

Circa quas concessiones notandum est ex traditis per Abbatẽ *k* quod siquis regularis à Sede Apostolica modo impetrauerit exemptionem sub efficacissimis derogatorijs, & efficacissimis clausulis etiã si non sit impetrata, & obtẽta licẽtia dictorũ superiorũ motu proprio, & ex certa sciẽtia cõcessa, talis exẽptio illi suffragabitur. Nõ enim Leo Decimus potuit manus successorũ suorum alligare. Ita vt tale rescriptũ minimè valeat sine prædicta licentia obtenta. *Vnde alia Leonis X. concessio qua prohibet, ne aliquis frater minor cuiuscumque cõditionis, & gradꝰ existat vigore cuiuscumque rescripti apostolici sub quauis verborum forma, & cum quibꝰvis derogatorijs, & efficacissimis clausulis quomodolibet emanati exemptus à iurisdictione suorum prælatorum in aliquo censeatur, nisi prius cõmissarij dicti ordinis in Romana curia residentis ad hoc expressus, & in scriptis accedat assensus decernens irritum, & inane, quidquid secus á quocumque quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.* Ita habetur in eodẽ supplemento. *l* Hæc enim cõcessio debet intelligi de rescripto & indulto emanato, vsq; ad tẽpus datæ huius priuilegij, vt cõstat ex eius verbis ibi, emanati, nõautẽ de rescripto exẽptionis postea per eundẽ Leonẽ X. aut eius successores emanãdo, tales enim clausulas poterit cõtinere, vt nõ obstãte supradicto validũ censeatur, cum Leo Decimus manus successorũ suorũ minime potuerit alligare, quod ordinarij debẽt examinare.

k Abb.in c. veniens de rescrip.

l Sup fol.18. concef.59.

ARTICVLVS II.

Vtrum ordinarij debeant examinare rescriptum exemptionis alicui regulari concessum.

REspõdeo dicẽdo, quod Iulius Secũdus *Commisit vniuersis prælatis, & alijs personis in dignitate constitutis, vt requisiti à prælatis ordinis minorum, & commissarijs Romanæ curiæ, aut alijs fratribus ad hoc per eosdem deputatis examinent quascumque literas Apostolicas, quas fratres dicti ordinis super exemptionibus habitis mutationibus, & omissionibus, & alijs extorsionibus impetratas repererint, & quod causas per eosdem fratres in illis allegatas dijudicent, & si veras non repererint, eas reuocent, & annullent, ac eisdem fratribus minime suffragari debere declarent. Ac quod prædictis fratribus ad ordinem canonicorum regularium translatis, seu vt sæculares incedentibus, ne in ciuitatibus, oppidis, vel locis, vbi domus dicti ordinis fuerint, permaneant, inhibeant, vel si in eis manere voluerint, vt ad ordinem, seu familiam, cuius habitum temere reliquerint, redeant,* Ita habetur in ordinis supplemen.*a*

a Sup.fo.13. conf.50.

Circa

Circa quam conceſsionem notandum
b Trid.ſeſſ. 25.de refor. cap.5. eſt, quod Concilium Tridentinum *b* modo illam maximè cõfirmat, ait enim, quod diſpenſationes quacumq; autoritate concedendæ ſi extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur ordinarijs illorum, qui eas impetrauerint, eæ vero, quæ gratioſe cõceduntur, ſuum non ſortiãtur effectum, niſi prius ab eiſdem, tanquam delegatis Apoſtolicis ſummariè tantũ, & extraiudicialiter cognoſcantur expreſſas preces ſubreptionis, vel obreptionis vitio non ſubiacere.

Secundo eſt notandum, quod non poſſunt ordinarij compellere fratres Minores ad canonicos regulares tranſlatos iuſtis cauſis id petentibus, nec vt ſæculares incedentes eiſdem cauſis poſtulantibus, ne in oppidis, vel locis, vbi domus dicti ordinis fuerint, permaneant, conceſsio enim Iulij Secundi tantùm loquitur in his, qui temere habitum prædicti ordinis dimiſerint, vt patet ex eius verbis, ibi, *Cuius habitum temere reliquerint*, id eſt, qui reliquerint habitũ diſpenſatione Apoſtolica falſis allegationibus obtenta, aut aliàs non ſeruato ordine iuris.

ARTICVLVS III.

Quibus priuantur religioſi ab obedientia exempti.

REſpondeo dicendo, quod obedientia debita â ſubditis prælatis regularibus maximè commendatur. Eſt enim maxima differentia inter obedientiam debitâ â ſubditis principibus ſæcularibus, & prælatis Eccleſiaſticis, & illam, quæ debetur
a gloſ. in c. periculo 1. 6. Cae. 2. 2. q. 80. art. 12 Na. c. 72. n. 78. prælatis regularibus, prout poſt quandam notabilem gloſſam *a* notant Caietanus, & Nauarrus, & ita licet obedientia debita principibus ſæcularibus, & Eccleſiaſticis poſsit præſcribi, monachus tamen obedientiam ſuo prælato promiſſam nullo temporis ſpatio præſcribere valet, vt notat Abbas *b* & tenet Gregorius Lopez. Vnde licet Summi Pontifices iuſtis ad id cauſis ſuadentibus regulares ab ordinis obedientia exemerint, eos tamen in aliquibus onerauerunt. Nam Clemens IIII. prohibuit, *ne aliquis frater minor exemptus ab obe-*
b Abba. per tex. ib. in c. ſicut de regul. Greg. Lop. in l. 3 tit. 14. p. 7. *dientia ordinis poſsit contra ſtatuta religionis morari in domibus fratrũ dicti ordinis, aut in eorum officijs ſe immiſcere, vel intromittere*, Ita habetur in ordinis ſupplemẽto. c Et Sixtus Quartus, *conceſsit ſeu ſtatuit, vt nullus profeſsus ordinis Carmelitarum beneficia ſæcularia, ſeu etiã regularia quorũuis Romanorũ Pontificum, aut Sedis Apoſtolicæ, vel legatorũ eius conceſsione, vel indulto quouis modo in titulũ, vel cõmendam pro tempore obtinentiũ aut quæ futuris tẽporibus pro tempore obtinebunt, etiam ſi illa ſimpliciter vel alio quouis modo dimiſerint in capitulis generalibus, vel prouincialibus, aut congregationibus ſeu negotijs, officijs, & alijs adminiſtrationibus dicti ordinis (niſi generalis pro tẽpore conſenſu interueniẽte) quomodolibet admittãtur ſub excõmunicationis pœna, quã admiſſi, & admittẽtes ipſo facto incurrant*, prout habetur in ordinum monumẽtis. d Quod etiam Calixtus III. e idem Calixtus f quartus ordini minorum conceſſerat, vt in eodem libro continetur.
c Sup. fo. 75 conceſ. 224
d In 1. imp. 188. conceſ. 482.
e In 1. imp. fo. 92. & in 2 fo. 175 cõceſ. 410.
f in 1. impr. fo. 66. & in 2. fo. 149 cõceſ. 365.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ religioſorũ capellani ſint à iuriſdictione ſuorũ prælatorum exẽpti

REſpondeo dicendo, quod aliqua reſcripta, & indulta fuerunt obtenta â Sede Apoſtolica, quibus capellani aliquorum principum â iuriſdictione ſuorũ prælatorum erant exempti, ſicut contingebat in capellanis Ducis Burgũdiæ, prout refertur in quadam Decretali *a* modo tamen hoc, & alia ſimilia priuilegia per Concilium Tridentinum *b* ſunt ſublata, quia priuilegia, & exemptiones, quæ varijs titulis pleriſque conceduntur perturbationem in Epiſcoporum iuriſdictione excitant, & exemptis occaſionem laxioris vitæ præbe-
a c. cũ capel la de priuil. b Cõc. ſeſ. 24 de refor ma. c. 11.

præbere dignoſcuntur. Qua ratione Gregorius XI. ſtatuit, & ordinauit, *quod omnes, & ſinguli religioſi quorumcũque ordinũ etiã mendicantium Sedis Apoſtolicæ capellani perinde eorũ ſuperioribus, & ipſorũ correctionibus in omnibus, & per omnia ſint ſubiecti, ac ſi prædicti capellani nõ eſſet nõ obſtãtib⁹ exẽptionib⁹, & alijs quibuſcũque priuilegijs in contrarium facientibus.* Ita habetur in monumentis ordinum, in quibus etiam continetur Bonifaciũ d nonum id ipſum ſtatuiſſe, & ordinaſſe pro religioſis quorũcumq; ordinũ. Et Nicolaus V. conceſsit, *miniſtro generali pro tempore exiſtẽti, quod omnes, & ſingulos fratres, ſiue in monaſterijs monialiũ, ſiue in alijs domibus, cõuentibus, eremitorijs, & locis dicti ordinis cõmorantes etiã ab obedientia, viſitatione, & correctione dicti miniſtri per ſpecialia ſedis indulta ſe exẽptos eſſe (præter regulæ, & ſtatutorum dicti ordinis formam) prætendentes non obſtãtib⁹ quibuſcumque priuilegijs, exemptionib⁹, indultis, & literis Apoſtolicis, eis, eorumq; monaſterijs, ſiue domibus, conuentibus, locis præfatis, & eremitorijs per ſedem Apoſtolicam in genere, vel in ſpecie cõceſſis, de quibus in ipſis literis habenda eſſet mentio ſpecialis, poſſit iuxta cõſtitutiones, & regularia inſtituta antiqua dicti ordinis corrigere, viſitare, punire, & emendare ac in criminibus grauioribus, ſi res ipſa exegerit (cum moderamine tamen) torturæ ſubijcere poſſit, & valeat dictus miniſter generalis.* Ita habetur in libro monumenta e ordinum, & in ſupplemento.

c in 1.imp. fo.37. & in 2.fo.35. conceſ.39.

d in 1.imp. fo.126. conceſ.563.

e in 2.imp. fo.47. conceſ. 500. & in ſupp.fol. 87. conceſ. 250.

Circa quam conceſsionem eſt notandũ quod dicta correctio, & viſitatio virtute eius debet fieri ſecundum antiqua ordinis inſtituta, nam poſſet ordo poſt eorum exẽptionem alia noua nimis rigoroſa edere inſtituta, quibus Papa nõ concedit poſſe prędictos exemptos puniri, ne tyrannidi locus præbeatur, & ideo talia ſtatuta ordomi nime facere poteſt.

QVÆSTIO. LXV.

De exemptione religioſorum quoad tributa, & exactiones in ſex articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur ſex.

1 *Quid ſit tributum & quotuplex.*
2 *Vtrum regulares ſint exempti à quocumque vectigali & munere.*
3 *Vtrum fratres mendicantes poſſidentes contra inſtituta ſui ordinis munus & exactiones præſtare debeant.*
4 *Vtrum fratres Hieroſolymitani de Malta nuncupati ſint exempti à tributis & munere ribus.*
5 *Vtrum fratres tertij ordinis B. Franciſci ſint exempti à gabellis, & collectis.*
6 *In quas pœnas incidant prædicta onera imponentes.*

ARTICVLVS. I.

Quid ſit tributum & quotuplex.

REſpõdeo dicẽdo, q̃ tributũ in genere exactionẽ publicã importat, ſicut importat gabella, pẽſio, cẽſus, pedagiũ, guidagium, vectigal, tallia, collecta, præſtantia, angaria, perangaria munus, & alcauala. Tributum autem in ſpecie eſt cenſus, qui præſtatur de proprio ſoli principi, vel communitati, ſic dictum eo quod militibus publicæ expeditioni vacãtibus tribuebatur, penſio vero dicitur â pẽdo, quod eſt pódero, vel ſoluo, ſiue â pẽſo, verbo, frequẽratiuo, quod eſt frequẽter pendo, cẽſus autẽ eſt quæda pẽſio, quæ de prouentibus ſoluitur, vt dicitur in iure. a Vectigal dicitur ſecundũ interpretationẽ, quod pro rebus vectis ſoluitur, & videtur

a c. quæſitũ 1. q. 3.

idem

idem, quod guidagium, quod ſecundum Ber. *b* eſt illud quod datur pro ducatu per terram alicuius, vt ſecurius vadant, & hoc etiam dicitur Theloneum â *Telos* Græcè, quod eſt Latinè vectigal, & alicubi vulgariter gabella, vel duana, quorum vocabulorum vulgarium rationem aſsignare non eſt facile, igitur vectigal guidagium & gabella ac duana ſunt idem, tallia vero præſtantia impoſitio, & collecta ſunt idem & quodlibet eorum eſt ſumma, quam princeps, vel communitas exigit â ſubditis pro portionabiliter ad totam ſubſtantiam cuiuſcumque: angaria vero, & perengaria eſt iniuſta cõpulſio, vel coactio ab (*ango*) quod eſt affligo, & excrucio, perengaria vero in quibuſcũque conſiſtit, quia dictio (per) auget. Vnde cum ſecundum aliquos angaria ſit quoddam onus perſonale, cuiuſmodi eſt omne, quod poteſt labore corporali expleri ſine rerum detrimento iuxta quandam legem *c* perengaria non dicitur limitata, munus aliquando dicitur pro dono aliquando pro officio, vel honore, aliquando vero ſumitur pro eo, quod neceſſario ſubimus lege, vel imperio iuxta aliam legẽ. *d* Alcauala deriuatur ſecundum aliquos â nomine Hebraico, apud Hebræos enim nomen (gabala) tantundem ſignificat, quantum receptio, vt interpretatur Neuizanus *e* fortaſsis igitur Iudæis, quorum mos erat huiuſmodi vectigalia conducendi, quorũque opera Reges in horum munerum exactione vti ſolebant, prout commemoratur in Chronica Regis Alfonſi *II.* hoc nomen ſua lingua impoſuere ita appellantes quaſi eſſet alia gabella, id eſt, alia, nouaque muneris acceptio impoſita primo â prædicto Rege Alfonſo, vt patet ex ipſius Chronica. *f* Ita tradit Ioannes Parladorius *g* & circa hoc tributum Alcauala vide Humadam. *h*

b Ber. in gl. c. ſuper quibuſdam de verb. ſigni.

gl. 2. ff. de mu. & oner

d l. munus ff. de verb. ſignifi.

e Neuizan. ex Pici Mirandula ec in Syl. nuptial. li. 5 n. 31

f Chro. Alfõ d. c. 262 cum ſeq.

g Parlad. li. 1 rerũ quotidiana. c. 3. n. 21. 22. & 23.

h Humada in Scholijs par. 2. d. l. 51. tit. 6. par. 1. glo. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum regulares ſint exempti à quocumque vectigali, & munere.

a Sup. hoc tom. q. 1

REſpondeo dicendo quod ex his, quæ in ſuperioribus *a* dicta ſunt, ſcilicet Eccleſiaſticos â iuriſdictione ſæculari, & Eccleſiaſtica eſſe exemptos facile colligemus, nec principes ſæculares, nec prælatos Eccleſiaſticos illis aliquam poſſe imponere collectam. Quod ex his, quæ tradit doctiſsimus Couarruuias *b* maximè confirmatur. Et quantum ad impoſitiones principum ſæcularium tenent viri docti, quod libertas Eccleſiarum, ſacerdotum, & clericorum ad hoc, quod non debeant ſoluere gabellã de fructibus, & redditibus Eccleſiarum, & beneficiorum ſuorum eſt de iure diuino. Quod dicunt, aperte probatur in Numerorũ *c* libro, & quamplures libertates in ædificatione templi ipſe Rex Salomon obtinuit à Deo, prout Regum *d* hiſtoria narrat, & ipſe Dominus Deus ait. *e* Mea eſt enim omnis terra, in qua diſpoſuit, vt Eccleſiæ, & ſacerdotes eſſent liberi ab omni poteſtate ſæculariũ. Et ita Pharaon *f* licet tyrannus iuſsit priuilegium ſuorum ſacerdotum obſeruari. quando Ioſeph emit totam terram Aegypti præter terram ſacerdotum. Et apud Eſdram *g* legimus, quòd Rex Artaxerxes ſtatuit in dominio ſuo, vt ſacerdotes Dei eſſent immunes in perſonis, & bonis, dicitur enim ibi, vobis quoque notum facimus de vniuerſis ſacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus Nathineis, & miniſtris domus Dei huius, vt vectigal, tributum, & annonam non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos, quam doctrinam diuinam obſeruari cupientes Summi Pontifices aliqua Decreta inſuper addiderunt, quæ congerit Ioannes Lupus *h* qui infert Papam contra hanc exemptionem non poſſe ſimpliciter venire, & diſpenſare iuxta ea, quæ in ſacris Canonibus traduntur.

b Couarru. pract. qq. c. 31.

c Num. 3. & 8. cap.

d 3 Reg. c. 8. & 9.

e Exodo. 19

f Geneſ. 47

g 1. Eſd. c. 7.

Et volentes Summi Pontifices Regularibus ſub regularis vitæ iugo militantibus maiores fauores impertiri, multis priuilegijs eos â quacumque publica exactione exemerunt magnas cenſuras contra imponentes ipſis aliqua tributa fulminantes, vt patet ex alijs priuilegijs relatis ſupra in quæſtione de exemptione regularium quo ad principes ſæculares. Nunc autem pro maiori ſupradictorum comprobatione aliqua indulta in præſentiarum adducam.

Primo Alexã. IIII. ſtatuit, vt *imponẽtes frã tribus*

h Lupus de poteſt. Eccleſ. q. 2. i c. literas de teſti. ſpolia. & ibi glo. c. nobis. & ibi gl. de decimis.

tribus minoribus, angarias, vel alias impoſitiones ſeu exactiones, aut alia ſimilia ſint ipſo facto excõmunicati, & quod ſi cõtumaces fuerint non deſiſtendo ab huiuſmodi à ſolo popa valeãt abſolui. Ita habetur in libro monumenta k ordinum.

k In 2. imp. fo. 260. conceſ. 656.

Secundo Eugenius IIII. *exemit ordinẽ Sanctæ Claræ Abbatiſſas, conuentus, moniales, monaſteria & locaeiuſdem ordinis cum omnibus iuribus, & pertinentijs ac bonis mobilibus, & immobilibus quibuſcũque ab omni iuriſdictione, ac dominio, & poteſtate quorũcumque legatorũ, & prælatorũ Eccleſiaſticorũ cum omnibus clauſulis, & obſtantijs, ac ſimiliter exemit à præſtatione, ſeu ſolutione decimarũ, collectarũ, talliarũ, ſubſidiorũ, angariarũ & quarũlibet aliarum exactionum.* Ita habetur in libro monumenta ordinum l & in ſupplemento.

l In 2. imp. fo. 41. cõce. 46. ſup. fol. 85. conceſ. 248.

Per priuilegiũ itẽ cõgregationis Sãcti Saluatoris diffinitũ eſt, *ne quis Rex, principes, duces, marchiones, Barones milites nobiles, laici, cõmunitates, vniuerſitates magiſtratus, Rectores, & officiales ciuitatũ terrarũ, caſtrorũ, & Diaceſum quarũcumque monaſterijs, ſeu rebus, ſeu perſonis audeãt, vel præſumant gabellas, tallias, datia, collectas, etiã pro pontium refectionibus, aut eorum reparationibus, aliaue onera ſeu grauamina inferre, indicere, vel imponere, aut indicta, vel impoſita exigere ſub excõmunicationis, & maledictionis æternæ pœnis, quas niſi præſentiũ habita notitia prorſus deſiterint, ipſo facto incurrãt.* Simileque priuilegium habetur conceſſum Camaldulenſibus, prout refert Claudius *m* & Pius V. exemit collegia, & monaſteria mendicãtium â contributione pro ſeminarijs, quæ ab Epiſcopis exiguntur iuxta Decretum Concilij Tridentini. *n*

m Claudius in compẽ. Societ. tit. exẽpti. §. 8.

n Con. ſeſſ. 28. c. 18.

Et Paul⁹ *IIII. Cõceſſit, quod de domibus, ac collegijs, & eorũ prædijs, hortis, aliſque locis, quæ perſonæ ſocietatis iuxta earũ inſtitutũ habere poſſunt, aut deijs, quæ proijs dẽ emendis ipſis pro tẽpore legari, aut donari contigerit, & deniq; de alijs bonis per ſocietatẽ, eiuſque collegia poſſeſſis, & obtẽtis non tenentur ſoluere aliquam decimã etiam Papalẽ, ſeu canonicã portionẽ exhibere, neque ad præſtationẽ procurationum, aut exactionũ, collectarum vel prouiſionum quarũcunq; neque ad id etiam per literas Apoſtolicas compelli, niſi huiuſmodi litera de hoc indulto de verbo ad verbũ, ac de ſocietate fecerint mẽtionẽ, quod ſi per ſedem Apoſtolicam ex pijs legatis diſpoſitis, vel relictis aliqua pars alteri pia, vel non pia cauſæ ſit conceſſa, aut concedetur perſonæ ſocietatis, & eiꝰ bona ſeu illis legata, vel relicta, aut alias in ipſius ſocietatis fauorẽ diſpoſita ſub his cõceſſionibus non cõprehendantur, niſi de perſonis ſocietatis, & de hoc indulto, & de Pontificis voluntate ſpecifica fiat mẽtio in eiſdem, & non per clauſulas generales idem importantes, & hanc conceſſionem quæ ſpecifica mentione domum probationis confirmauit Pius III. exemptionemquæ pro potiori cautela concedendo à quibus vis decimis etiam Papalibus prælialibus, perſonalibus, quartis, medietatibus, & alijs fructuum partibus.*

Subſi-

subsidijs etiã charitatiuis, & alijs ordinarijs oneribus etiã pro expeditione contra fideles, defensione patriæ, ac alias quomodolibet etiam ad imperatorum, & inferiorum Principum impositis, & quanus in ipsa impositione caueatur, quod nulla prorsus exemptio cuiquam aduersus illa suffragetur. Idemque per omnia confirmauit Gregorius XIII. derogans quoad hoc dispositionem capituli nuper de decimis. *Ita* refert Claudius *o* in compendio societatis.

o Compen. societatis titul. exemptio. § 4. &c

Ex quibus omnibus infertur, quod monachi, & conuersi nõ tenentur ad collectas & gabellas laicorum soluẽdas prout tenet Baldus, *p* & communiter Doctores, & tenet Bartolus *q* nisi de facto grauarentur, prout consuluit Ancharranus, & tradit Iulius Ferretus, & notandum, quod priuilegium ab oneribus soluendis eximens non de oneribus discursis, sed de futuris intelligi oportet. & quãuis etiam præterita expressisset, illa tamen non continebuntur, quæ executionem sortitę iã fuerint, prout Geminianus *r* ait.

p Baldus & Doct. in l. placet C. de Episco. & cler. & in l. 2. C. de Epi. & cleri.

q Bart in l. semper. ff d immuni. Eccl. Ferre. in tract. de gabellis, & vectigal. n. 564.

r Geminia. cons. 19. li. 5

ARTICVLVS III.

Vtrũ fratres mendicantes possidentes contra instituta sui ordinis munus & exactiones præstare debeant.

REspondeo dicendo, quod Petrus Ancharranus *a* hanc proponens quæstionem pro vtraque parte arguit, & tandem concludit, quod tenentur ad onera, quæ ab Ecclesiasticis sunt præstanda, quia ista onera, & similia, quæ inducuntur Ecclesiasticis sunt proportionabiliter diuidẽda pro modo facultatum, vt dicitur in sacris Canonibus *b* & cum ista onera indicantur possessoribus priuilegiũ aliquod excusare non potest possessorem argumẽto cuiusdam Decretalis. *c* Et pro hac parte ait ipse, quod est casus expressus. *d* vbi possidentes bona Ecclesiæ, vel capellas cõtra sui ordinis instituta amittunt sui ordinis priuilegium, & tenentur subire cũ alijs similem in legibus disciplinam, cum agatur in fraudem regulæ, & hanc opinionem sequuntur Parpa, *e* & Bertachinus.

a Ancharr. consil. 106.

b c. peruenit de imm. Ecclesiast.

c c. a. pero. ex nic de immuni. Eccl.

d c. recolentes de statu monacho.

Sed cum priuilegia in superioribus articulis apposita vniuersaliter loquantur eorum tenore accurate attẽto minimẽ ad ea munera teneri existimo, etiam si possessiones possideant contra sui ordinis instituta, cum post ipsam institutionem iustis id suadentibus causis Apostolica auroritate eis ipsas possessiones habere permittatur.

e Parpa in l. Placet C. de sacro sanctis Eccle. Bertachi. de Gabell. & vecti. 7. pa. prin. nu. 23.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ fratres Hierosolymitani quos vulgo appellat de Malta sint exempti à tributis & muneribus.

REspondeo dicendo, ipsos videri habere immunitatem, quia pro Christiana fide continuo militant, & ideo cum sint hac religiosa solicitudine impliciti super præstationibus munerum non debent aliter vexari. Secundo facit, nam ipsi sunt vere religiosi, cũ in manu prælati tria substantialia vota emittant. Denique his rationibus moderni *a* tenent, quod gaudent immunitate collectarum eo saluo, quod si militiam ipsam assumpsissent in fauorẽ, vt sint immunes à muneribus, tunc secus esset dicendum argumento quarundam legum. *b*

a Moderni in rep. c. de cim. 16. q. 1.

Ex aduerso tamẽ adducũt primo quod Maltenses propria patrimonia retinent atque etiam alia aliquando pignora ab ipsa religione acquirunt, & ideo super his bonis immunitatem consequi non debent.

b l. quædã ignominiæ C. de decurionibus l. sub prętext. tu C. de sacrosa. Eccl. c. c. decima 16. q. 1. d c. conuentus 16. q. 1. e l. fi. §. patrimonium ff. de muneribus & ibi glo. f Tomati. d collect. §. si quispiã in hac classe exhibeat à n. 4. qui tracta. est inter diuersos Docto tract. tomo. 12. 1. p. fol. 181.

Secundo facit, nam decimæ debentur Domino ad instar tributi, & alterius potestatis præuisæ à lege, & dicuntur *c* tributa ẽgentium animarũ, & ita monachi de proprijs prædijs decimas soluunt, sicut alij, prout dicitur in iure. *d* Si igitur decimæ debentur non respectu qualitatis personæ nec prædij, & dantur ad similitudinem tributi, super quo omnes tenentur, nec clericus super eo priuilegium habere potest, ita dicendum videtur etiam in isto casu, quod tenentur pro collectis impositis super patrimonio, pro quibus etiam Summus Pontifex non excusatur iuxta quendam textum *e* & ibi glossa: his, & alijs rationibus hanc partem tenet Aegydius *f* Tomati.

Sed licet hæc de iure communi vera videantur, attenta tamen confirmatione priuilegiorum dicti ordinis data â Sixto V. Romæ ſub anno Domini milleſimo quingẽteſimo octogeſimo ſeptimo indictione decimâ quinta, die vero decima octaua mẽſis Auguſti Pontificatus ſui anno tertio, aliter eſt dicendum, *nam Pontifex ſub grauibus pœnis temporalibus, & ſpiritualibꝰ præcepit ordinarijs, & alijs, ne fratres ſancti Ioãnis Hieroſolymitani, & religioſos: vaſſallos, colonos, & ſeruitores, & in eorũ obſequijs, & dicti Hoſpitalis beneficijs, & quomodolibet nuncupatis exiſtentes etiã presbyteros curã animarum exercentes, ipſorumque animalia, prædia, domos, molendina, & bona quæcumq; pro, & ſuper ſolutione, & exactione decimarũ, cenſuum, iurium, etiã ſynodalium, & canonicarũ portionum, ſeu charitatiui ſubſidij, aut iucundi aduentus, ſeu quartæ, & aliorũ quorumcũque onerum, vel aliàs quomodolibet cõtra præ inſertarum literarum apoſtolicarum formã, & tenorem moleſtare, perturbare, & inquietare, vel grauare, aut præmiſſorũ occaſione actuari, quã corãnobis in iudiciũ trahere, vel aliquid aliud in præiudiciũ dictorum inſtantium, & aliorum prædictorum, ac præ inſertarum, & præſentium cõtẽptum innouare, ſeu attẽtare, nec ſe præinſertare effectus, & executioni quomodolibet opponere.* Hæc, & alias Sixtus V. cuius bullam vidi ſub ſigillo authentico.

ARTICVLVS V.

Vtrũ fratres tertij ordinis B. Frãciſci ſint exẽpti á gabellis & collectis.

REſpondeo dicẽdo, quod fratres, quos vulgus appellat fratres regulæ tertij ordinis nullam habent immunitatem, ſed vt laici remanent ad gabellarum ſolutionẽ, prout tenet Bartolus *a* quia non ſunt religioſi, neque renunciant proprio, & habent vxores, & non habent ordinem clericalem, prout tenet Corneus *b* & Ancharranus dicit, quod fratres iſti de pœnitentia, qui dicuntur tertij ordinis; neque in perſonis, neque in bonis gaudent priuilegio religioſorum. Et hanc opinionem ſequitur Angelus *c* dicens, quod ſi forte promiſiſſent obedientiã in fraudẽ per hoc nõ erunt exempti à iuriſdictione iudicis ſæcularis, & grauari poſſũt per laicos à talijs, & collectis: quod etiam argumento aliquorũ iurium tenet Baldus. *d*

Sed hæc, quæ breuiter dicunt Doctores de hac materia loquentes oportet inueſtigando veritatem accuratius enucleare, in eo enim, quod ipſi dicunt hos fratres non eſſe perſonas Eccleſiaſticas videntur à veritate aberrare. Nã prout probat latè Ioannes Capiſtranus noſtræ religionis minorũ de obſeruantia meritiſsimus pater in tractatu de excommunicatione, qui tractatus habetur in tomo decimo quarto tractatuũ diuerſorum Doctorum contrarium eſt dicendum, miratur enim ibi quendam Laurentium famoſum Doctorem aſſeruiſſe tales perſonas Eccleſiaſticas nõ cenſeri, quia non habent poteſtatem ſui corporis, cum habeant vxores, non aduertens, quod per identitatem ſuæ rationis, neque clerici coniugati quantumcumque viuant clericaliter, & incedant in habitu & tonſura, non erunt perſonæ Eccleſiaſticæ, quod tamen cum reuerentia noſcitur eſſe falſum, vt patet ex iure. *e* Neque prædictus Doctor, ait Capiſtranus, nomen proprium tertij ordinis reperit.

Pro cuius rei intelligentia nota, quod dicat Nicolaus III. in deſcriptione præmij, & ſalutatione regulæ prædictorũ fratrum, in hunc enim modum ſcribit.

Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs, fratribus, & dilectis Chriſti filiabus ſororibus de pœnitentia, tam præſentibus, quã futuris ſalutem, & apoſtolicam benedictionem ſupra montem Catholicæ fidei, quam populis gentium, qui ambu-

lant

a Bart. in l. ſemper, §. quibudã ff. de iure immuni.

b Corneus conſil. 102. volu. 1. Anchar. in clemen. cũ ex eo de ſente. excommu.

c Angel. cõſil. 218.

d Bald. cõſi. 272. vol. 1.

e c. vnico ã clerico coniugato li. 6.

lant in terris, & diſcipulorũ Chriſti deuoti igne charitatis æſtuans verbo ſolicitæ prædicationis edocuit, quam Romana ſeruat, & tenet Eccleſia ſo lidũ Chriſtianæ Religionis poſitũ fundamentũ noſcitur, &c. & infra, ideo que glorioſus Chriſti cõfeſſor B. Franciſcus huius ordinis inſtitutor, &c.

Ex quibus colligitur, quod non ſunt tertiarij locuſtæ neque anomali, vel acephali, vt aſſerebat prædictus Doctor, ſed fratres ſub regula Eccleſiaſticâ militantes, & ſic Clemens eos fratres, & ſorores de tertio ordine vocat, quem B. Franciſcus inſtituit, qui fratres de pœnitentia nuncupantur, vt patet ex eius Clementina *f* ſic etiam eos nominat Ioannes Vigeſimus ſecundus in extrauaganti, quæ incipit, *Ad perpetuam rei memoriam Sanctâ Romana Eccleſia, &c.* quæ extrauagans non in odium prædictorũ fratrum ſed in odium illorum Hæreticorum, qui *Fratriceli de la opinione* vulgo nũcupabantur, & quorundã aliorũ qui ab eiuſdem Papæ Ioannis Vigeſimi ſecundi, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientia deuiarãt, noſcitur emanaſſe. Et ait prædictus pater Capiſtranus ſe proprijs oculis vidiſſe deſcriptos prædictos fratres, & ſorores de pœnitentia in quam pluribus priuilegijs in fauorem eorundem â pluribus Summis Pontificibus emanatis, vt â Martino V. ab Eugenio IIII. ab Alexandro IIII. Cœleſtino V. & Petrus de Vvaldis *g* hanc defendit opinionem multis eam cõfirmans, inferens inde, quod de ijs, quæ legantur fratribus, vel Conuentui tertij ordinis B. Franciſci debetur canonica quarta Epiſcopo, cum iſtud ſit collegium Eccleſiaſticum reſpectu dicti ordinis, & de ijs, quæ legantur conuentui Eccleſiaſtico canonica portio Epiſcopo debetur, qui in hoc reprobat Federicum contrarium tenentem, & ait Petrus de Vvaldis Baldum & Angelum de Peruſio tenuiſſe fratres, & ſorores de pœnitentia perſonas eſſe Eccleſiaſticas. Quam opinionem ait ipſe, quod ſemper tenuit, & teneret, & tenebit, niſi per Sacroſanctam matrem Eccleſiã aliud in poſterum decidatur. Quam opinionem tenuit etiam Stephanus Aufrerius *i* dicens quod fratres tertij ordinis ſunt de poteſtate Eccleſiæ, & ſubſunt Epiſcopis, quod ait ita eſſe hodie deciſum per extrauagantem Sixti Quarti, quæ incipit, ſancta Romana. In qua refertur quod quam pluri mi peritiſſimi Doctores ita tenuerunt, quod tamen ipſe intelligit in illis fratribus de tertia regula, qui receperunt habitum autoritate ſuperioris, vt ſint perpetuo Deo dicati, niſi habitum in fraudem aſſumpſiſſent, vt notat Bartolus *k* & hanc opinionem tenet etiam Syluester *l* dicens, quod iſti ſunt adſtricti ordini perpetuo, vt egredi non poſsint. Vnde videntur cenſeri perſonæ Eccleſiaſticæ, quia ſunt deputati perpetuò ad vſum pium, & nulli poſt ſuæ Regulæ profeſsionem licet ad ſæculum redire, ſed ad arctiorem tranſire Religionem, & ait Syluester, quod hæc quæſtio ceſſat ex priuilegio Eugenij Tertij quod incipit *Nimis*, in quo mandat Epiſcopis, & Prælatis, ne permittant eos in grauaminibus ciuitatum, & communitatum à Laicis vexari, niſi haberent bona alijs obligata. Et Innocentius III. dedit eis priuilegium exemptionis, quod incipit, *Ne per ſæcularia.*

Sed hanc opinionem aliquibus rationibus volo confirmare, vt omnibus ſit notum eam non ſolum ſecundum priuilegia allegata eſſe tenendam, ſed etiam ſecundum iuris communis metas eſſe amplectendam.

Primo igitur probatur, quod perſonæ annexæ ordini per ſedem Apoſtolicam cõfirmato dicuntur Eccleſiaſticæ, & Religioſæ & gaudent priuilegijs Eccleſiaſticarum perſonarũ, vt Sacri Canones *m* determinant ſed fratres, & ſorores tertij ordinis B. Franciſci ſunt huiuſmodi, ergo.

Secundo probatur, omnes conuerſi dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, & Deo deuoti, vt in quodam Canone *n* iuncta ſua gloſſa probatur: ſed ſorores, & fratres tertij ordinis ſunt Deo deuoti, & ad Deum conuerſi, & mutant habitum, & ſtatum, ac traditam ſibi regulam obſeruant, ergo in ter perſonas eccleſiaſticas numerati gaudere debent priuilegio Eccleſiaſticæ libertatis. Quod confirmatur; nam profitens in manibus Epiſcopi aliquam regulam approbatam, & remanens in domo ſua autoritate, & licẽtia Epiſcopi efficitur perſona

f Clemẽ. cũ ex eo de ſen ten. excom.

g Vvald. de canonica Epiſcop. & ca. & pero.

h Federicus con. 141.

i Aufrer. de poteſt. ſæcul. ſuper ec cleſ. perſo. reg. 2. n. 39.

k Bart in l. 1 de pœnis.

l Sylu. v. Ec cleſ. 1. iuxta finem.

m in c. fi. extrà de relig. domib. c. vni. eodẽ ti. li. 6 n c. duo ſũt 17. q. 4. iuncta ſua gloſ.

Eccleſiaſtica, & gaudet priuilegio clericali, vt probat quædam gloſſa, o & notant Archidiaconus, & Innocentius. Hoc autē conceſsit Papa Nicolaus IIII. in regula prælibata Miniſtris tertij ordinis.

o Gl. in c. infamante extra qui clerici vel vouētes Archid. in ca. ſi ver. 27. q. 2. Inno. in c. porrectum de regulari.

Tertio, & vltimo probatur illud, quod de aliquibus participat, cenſetur eſſe de natura illius extremi, cui magis aſsimilatur, vt dicitur iniure, ſed dato, quod dicti fratres tertij ordinis non ſint religioſi purē ſecundum ſtrictam ſignificationem Regularium, quorum eſt tria vota eſſentialia ſolenniter profiteri, neque ſint omnes clerici ſecundum verum ſignificatum clericatus, ad quem requiritur characteris impreſsio, neque etiam ſint pure laici ſecundum laicalem extremitatem, cum mutent habitum, & ſtatū, & faciant profeſsionē, & ſeruent ea, quæ in eorum regula continentur, ergo accedere debent ad naturam ſtatus, cui magis aſsimilantur, ſed patet, quod magis aſsimilantur religioſis, quam ſæcularibus, tam in apparentia, quam in exiſtentia, ergo. Dixi (tam in apparentia) propter honeſtum habitum, quem deferunt de humili panno, in pretio, & colore non prorſus albo, vel nigro, vt in eorum regula præcipitur. Dixi (in exiſtentia) propter profeſsionem, quam faciunt promittendo abſtinentiam, tam ab ſpectaculis vicijs, delicijs, & vanitatibus huius ſæculi quam exiejunio à cibis, & potibus, ab eſu carnium, & huiuſmodi, prout in eorū Regula continetur, ergo gaudere debent etiā ſimiliter priuilegio clericorum, & religioſorum, quia dignum eſt, vt qui ſimilem cū alijs vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam iuxta quandam Decretalem p vbi gloſſa dicit, quod id, quod aggregatur alij, ipſius naturam imitari debet, vt in quodam canone q habetur. Ex quibus infertur quod ipſi tertiarij in ſuis domibus viuentes cum vxoribus iuxta prædicta inter perſonas eccleſiaſticas connumerabantur & per conſequens eis collectas & exactiones à principibus ſecularibus minimè imponi poterant.

p Recolētes de ſtat. monach. vbi gl. vlt q. c. tēporis qualitas 16. q. 1. ca. 1. extra ne ſede vacante.

At poſtea Leo Decimus in Concilio Lateranenſi diſtinxit *dicens & ſtatuens quod fratres & ſorores tertij ordinis in proprijs domibus habitātes valeāt ſepulturā aligere vbi voluerint. Et quod die paſchatis tātū Euchariſtiā, necnō Extremā vnctionē, cateraque eccleſiaſtica ſacramēta (Pœnitētia ſacramento dūtaxat excepto) à proprio ſacerdote parrochiali recipere debeāt. Et voluit quod ad onera quæ laicis incumbunt perferēda teneātur, ac quod in foro ſeculari corā iudicibus ſecularibus conueniri poſsint. Et inſuper decreuit quod prædicti tertiarij in proprijs domibus habitantes nullatenus admittātur tempore interdicti ad audienda diuina in Eccleſijs ordinū quorum ſunt tertiarij ſi cauſam dederint interdicto, vel cauſam ipſam nutriāt, ſeu foueant, aut dātibus auxilium cōſiliū vel fauorem quomodolibet præſtiterint,* ita habetur in ordinis ſupplemēto. r *Statuit inſuper quod tertiarij collegialiter viuentes ſeu cum clauſtralibus habitantes, aut mulieres ſ virginalem, ſeu cœlibem, aut caſtam viduale vitam ducentes expreſso voto & ſub dicto habitu gaudere debeant priuilegijs quibus fratres ordinis cuius tertiæ regulæ habitum geſtant, potiuntur & gaudent, ita* habetur in eodē ſupplemento. Ex quibus ſatisfactum remanet quæſtioni in articulo quæſtionis propoſitæ.

r Supplem. conceſ. 68. fo. 26.

ſ Supplem. fo. 26. conceſ. 87.

ARTICVLVS VI.

In quas pœnas incidant prædicta onera imponentes & exigentes à regularibus.

REſpondeo dicendo, *quod nō licet prædicta onera inferre, indicere vel imponere, nec licet indicta vel impoſita*

sita exigere, alias imponentes & exigentes in excõmunicationẽ ipso facto nisi præsenti priuilegij habita notitia & moniti protinus destiterint a supradicta molestia inferenda. Prout concessum est cõgregationi canonicorũ Saluatoris, & Camãdulẽsibus, vt refert Claudius in Cõpẽdio *a* societatis & refert etiã Collector *b* priuilegiorũ ordinis Cisterciẽsis, & si cõtumax post admonitionẽ perseueret â solo Papa potest absolui ab excõmunicatione per priuilegiũ factum Minoribus de quo in monumentis *c* ordinum habetur.

a Compen. societ. titu exẽptio §.8
b Compen. Ciſter. titu. exẽpt. §. 6.
c In 2. imp. fo. 260. con cel. 636.

Aduertẽdũ est primo pro explicatione quod, *prædicta excõmunicatio extenditur non solum ad laicos etiã nobiles, varones Marchiones duces, sed & ad Principes Reges, & deinde ad cõmunitates vniuersitates magistratus rectores & officiales ciuitatum terrarum castrorum & diœcesum quorumcunque*, prout Leo Decimus Camandulensibus concessit & refertur in docto Societatis compendio.

Aduertẽdũ secũdo quod Põtifex mãdat *omnibus & singulis iudicibus & Episcopis, atque Archiepiscopis in quorum diœcesibus sunt hæ personæ egulares & bona illorũ, & Patriarchis, atque Nuntijs, vt illorum regularium bona ab omnibus defendant etiã per censuras ecclesiasticas & appellatione postposita non obstantibus literis etiam Apostolicis non facientes expressam mentionem de hoc indulto ac de verbo ad verbum* prout cõcessum est cõgregationi Montis Oliueti & fertur in Compendio *d* Cistercien si.

d Compen Ciſter. titu. exẽptio. §. &

Aduertẽdũ tertio quod Episcopi imponẽtes regularibus exactiones, pro põtiũ reparatione & alijs, casu quo eas secundũ sacros Canones imponũt licitè ecclesiasticis nõ frangũt immunitatẽ ecclesiasticã, non enim fit contra immunitatem ecclesiasticam quando fit contra regularium priuilegia, sed cum aliquid contra libertatem vniuersalis ecclesiæ molitur prout tradit Syluester e communiter receptus.

e Syl. v. immunitas.

QVAESTIO LXVI.

De exemptione regularium à charitatiuo subsidio & à contributione pro seminarijs in quatuor articulos diuisa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *Vtrum monasteria exempta ad charitatiuũ subsidium teneantur.*
2 *Vtrum Ecclesiæ & Capellæ annexa monasterijs teneantur soluere charitatiuum subsidium.*
3 *Vtrũ monasteria exẽpta teneãtur cõtribuere pro seminario puerorũ educandorum & edocendorum.*
4 *Vtrum collectæ & subuentiones, quæ debentur ex priuilegio Ecclesijs regularibus si illæ redigantur in statum secularem debeantur & è contra, &c.*

ARTICVLVS I.

Vtrum monasteria exempta ad charitatiuum subsidium teneantur.

REspõdeo dicendõ, maximam esse concertationem vtrum monasteria exempta teneantur ad charitatiuum subsidiũ, de qua quæstione cõtrouertitur per Panormitanũ *a* & Innocentiũ, & de ea aliqua allegando agit remigius de Gonay qui concludit minimè ad id esse obligata. Et cũ recurrentes ad opiniones litigia fulminare cõsueſcant quæ ab strepitu regulari aliena esse debent, ideo Gregorius XI. Pontificatus sui anno quarto, Idibus Octobris inter alais

a Panor. in c. dilect. de offi. ord. Innoc in ca. t. de stat reg. Gonay in tract de charit. subsid. q. 1.

alias gratias, quas ordini D. Hieronymi in Hiſpania conceſsit, *Exemptum fecit eum a ſolutione ſubſidij, ita vt neq; legatis, ſiue Nuntijs Apoſtolicæ ſedis, aut locorum Metropolitanorum, ſiue Diœceſanorum procurationes aliquas vel iura alia, aut ſubſidia, quocunque nomine nuncupata Monaſteria, aut fratres minime ſoluere teneãtur. Prohibuitq; ne aliquis a dicti ordinis fratribus ratione præmiſſorum Decimas procurationibus, aut iura, ſiue ſubſidia huiuſmodi exigere, vel extorquere præſumat ſub pœna excõmunicationis* Inſuper Eugen. IIII. anno Dñi milleſimo quadringẽteſimo quadrageſimo tertio Põtificatus ſui anno decimo tertio, decimo ſexto Kalẽdas Decẽbris ad perpetuam rei memoriã, *Priori, & fratribus B. Mariæ de Guadalupe cõceſſit, & indulſit, ac auctoritate Apoſtolica voluit, quod monaſterium prædictum, ac illius fratres in dicto monaſterio pro tempore degẽtes, & quæcumque alia eorum bona, & loca ad ipſum monaſterium ſpectantia a taleis ſubſidijs, & impoſitionibus, aliiſque exactionibus quibuſcumque per Regem Caſtellæ, ac Legionis, & illius officiales, & pro quauis cauſa Apoſtolica, vel alia autoritate Regali, ſeu Pontificali in dictis Regnis clero, ſeu ordinibus, ac monaſterijs, & illorum bonis quibuſcumque, & quibuſcumque imponendis, vel exigendis libera, & immunia prorſus eſſe debeãt, & eadẽ autoritate Apoſtolica fratres eorumque bona ad ipſum monaſterium ſpectantia mobilia, & immobilia ſub B. Petri, ac ſedis Apoſtolica protectione immediate in perpetuum ſuſcepit. Decreuitque inſuper, quicquid contra tenorem exemptionis huiuſmodi quomodolibet attentari, aut promulgari contigerit, irritum, & inane fore, non obſtantibus contrarijs quibuſcumque.* Ita refertur in compendio *b* priuilegiorum dicti ordinis. Inſuper Leo X. Clemẽs VII. Paulus III. Pius IIII. & Pius V. prout refertur in Bulla Sixti V. quæ incipit, & ſi ex noſtri Paſtoralis officij, &c. Data Romę anno Dñi milleſimo quingẽteſimo octogeſimo ſeptimo indictione decima quinta, die vero decima octaua mẽſis Auguſti Põtificatus ſui anno tertio, *inter alia priuilegia, & indulta dilectis filijs Magiſtro, & cõuẽtui, Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani a ſede Apoſtolica conceſſa eundem, & pro tempore exiſtentem Magiſtrum, Baiuliuos, Caſtellanum empoſte, Priores præceptores, Milites aliaſque perſonas Hoſpitalis huiuſmodi, necnon eorum ſubditos, vaſſallos, colonos, & ſeruitores, ac alios in eorum obſequijs, & dicti Hoſpitalis beneficijs quomodolibet nuncupatis exiſtentes etiã presbyteros curam animarum exercentes quandiu illã exercent, & in illorum obſequijs forent, illorumq; animalia, prædia, domos molendina, & bona quæcunque, quæ obtinebũt, atque in poſterum obtinerẽt, & poſſiderent, a ſolutione, & exactione Decimarum, cenſuum, iurium, etiam ſynodalium, & Canonicarum portionum, ſeu charitatiui ſubſidij, aut iucundi aduentus, ſeu quartæ, aut alias quomodolibet, aut aliorum quorumcunque onerum ſub certis modis, & forma exemerunt & liberauerunt, prout in diuerſis ipſorum prædeceſſorum*

b Compendio ordinis D. Hieronti. ſubſidiũ.

cessorum desuper confectis literis plenius continetur, quam concessione Sixtus V. ex certa scientia, & de mera sua liberalitate, & Apostolicæ potestatis plenitudine confirmauit, quam ego sub sigillo Authentico vidi. De hoc tamen latius in tertio tomo dicemus, in quo de tributis agemus.

ARTICVLVS II.

Vtrum Ecclesiæ, & Capellæ annexæ dictis Monasterijs teneantur soluere charitatiuum subsidium.

a Andr. in c. conquerēti de offi. ord. in v. sustinemus q. 20. Velesinus de charitat. subsi. q. 29. b Clemē. 1. & 2. de cen sibus.

RESpondeo dicendo, quod Ioannes Andræas *a* ait, quod dicta Monasteria ratione Ecclesiarum, & Capellarum ita ad charitatiuum subsidium tenentur, sicut alij, & ibi in apostilla allegatur Bartolus, & hanc opinionem tenet Velentius, pro qua allegat textum, vt ipse putat, expressum in quadam Clementina *b* vbi patet, quod Religiosi tenentur soluere onera, & iura Episcopalia, nisi se tueri valerent speciali priuilegio proprio, vel consuetudine, ait enim dicta Clementinam esse intelligendam, quando monasteria nolunt soluere Episcopo charitatiuū subsidium pro Ecclesijs Monasterio subiectis, quæ Ecclesiæ antequam essent Monasterijs subiectæ, soluebant, & soluere tenebantur charitatiuum subsidium, & alia iura Episcopalia, Ecclesiæ enim supradictæ censentur subiectæ Monasterijs cum suo onere argumento cuiusdam Decretalis *c* & sine præiudicio Episcopi, vt in alia decernitur Decretali *d* & quod ita intelligi debeat dicta Clementina indicat textus ibi, *Neque iura Episcopalia, & alia præstari pro ipsis antequā ad eos peruenissent solita, &c.* Pro quibus recte intuenti est casus proprie in alia Decretali *e* vbi Papa vult, quod Abbas montis Cassini pro Ecclesijs, & Capellis Monasterio suo subiectis teneatur Episcopo Assisino soluere subsidium charitatiuū, quod tamen intelligendum est de Ecclesijs, & Capellis habentibus populum, vel si non habent populum, sunt tamen Ecclesiæ, & Capellæ sæculares, aliàs enim si sunt regulares ita demum tenebuntur ad charitatiuum subsidium, si Monachi ibi residerent simpliciter, vt Monachi non vt congregatio, nam si essent ibi, vt congregatio, non esset pro eis soluendum charitatiuum subsidium, cum etiam tales sint exempti ab Episcopo quoad legem Diœcesanam, sicut Monasteria, Remigius de Conny *f* dicit hoc non habere locum, quando monasteria sunt exempta, tam in capite, quam in membris. Denique Raphael Cumanus *g* hāc propositā mouens quæstionem tenet, quod Ecclesiæ parochiales vnitæ, & incorporatæ Religioni, & Monasterio ad charitatiuum tenentur subsidium, quia iure communi *h* Capellæ, & parochiæ subsunt Episcopis, & ordinarijs, id est iurisdictioni Diœcesanæ, & facit ad hoc, quia talia priuilegia, quæ derogant iuri ordinariorū, strictè sunt interpretanda vt decernit ius *i* & quantum possunt ad iuris consonantiam reducenda, vt etiam ius determinat. K Hoc enim fallit, quando ex priuilegio, aut ex consuetudine aliud iubeatur, nam tunc dictæ Ecclesiæ, quæ sunt vnitæ ad monasterium minime dictis oneribus grauari debent secundum eundem doctissimum Cumanum. Ego autem inueni prout dictum est supra quæstione præcedenti *l* quandam concessionem pij IIII. confirmatam per Gregorium XIII. qua eximitur Societas Iesu à subsidijs charitatiuis, qua cōcessione & indulto fruūtur ordines mendicantes & alij qui communicant in priuilegijs prout in primo tomo *m* latè diximus. Inueni etiam aliam concessam Fratribus Sancti Ioannis Hierolymitani à Leone Decimo & Clemente Septimo & Paulo Tertio, & Pio Quarto, & Pio Quinto, & à Sixto V. eximentem dictam religionem & eius fratres à dicta contributione subsidij charitatiui cuius tenorē in articulo præcedente huius quæstionis retulimus. Et sic accepi subsidium in his Hispaniarum partibus fuisse petitum de redditibus annalibus relictis cum onere Missarum Monasterijs fratrum minorum at per executorialem sententiam Consilij regalis fratres esse liberos à tali contributione fuisse iudicatū mihi significauit quidam nostræ religionis meritissimus pater in his satis doctus & in quæstionibus regularibus satis versatus. Quæ sententia

b Cap. pastoralis de Decimis.
c Cap. quia monasteriū de religios. dom.
d Ca. cōquerente de offic. ordin.
e Conny de charit. subsidio. q. 22. n. 6.
f Cuman. consi. 100.
g Si quis Episc. 16. q. 5. c. omnes basilicæ de quæst. & causa ca. monasteria 17. q. 2 c. conquerēte c. dilectę de offi. ord. i c. ex tuatū de vsu pallij & c. dilectus de offi. ord.
h Sup q. præced. ar. 2.
i m 1. To. 14.

vltra quod potuit in dictis priuilegijs fundari ex alio capite habet non minus efficax fundamẽtum, cum ipsi annui redditus secundum modum viuendi fratrum Minorũ in iudicio peti nõ possint tanquã quid proprium religionis quæ neque in cõmuni; neque in particulari aliquid proprium habere potest, vnde in generalibus constitutionibus Toletanis præcipitur sub obedientia prælatis vt dictos annuos redditus publicè renuncient & protestentur ipsos non vt quid de iustitia debitum & vt eleemosyna ab eis fore petendos, prout infra tertio tomo latè dicemus, & de concessionibus factis Catholicis Hispaniarum Regibus â Sede Apostolica latum habebimus sermonem.

ARTICVLVS III.

Vtrum Monasteria exempta teneantur contribuere pro seminario puerorũ educãdorum & edocendorũ.

a Con. Trifes. 23. de refor. c. 18.

RESpondeo dicẽdo, Cõcilium a Tridentinũ decreuisse collegium & seminarium puerorum in singulis cathedralibus Ecclesijs ab Episcopis esse instituendum, ad cuius fabricam & puerorũ sustentationem ait quod Episcopi ex fructibus integris mensæ Episcopalis & Capituli, & quarumcunque dignitatum personatuum, officiorum præbendarum portionum Abbatiarum & prioratuũ cuiuscumque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis, aut conditionis fuerint, & hospitaliũ quæ dantur in titulum, vel administrationẽ iuxta constitutionẽ Concilij Vienẽsis, quę incipit quia contingit & beneficiorũ quorũcunque etiam regulariũ etiãsi iuris patronatus cuiuscunque fuerint etiamsi exẽpta, etiamsi nullius diœcesis, vel alijs Ecclesijs & monasterijs & hospitalibus & alijs quibuscũque locis pijs etiam exẽptis annexa, & ex fabricis Ecclesiarũ & aliorũ locorũ, etiã ex quibuscũque alijs ecclesiasticis redditibus seu prouẽtibus etiã aliorũ collegiorũ in quibus tamẽ seminaria discẽtiũ, vel docentiũ ad cõmune Ecclesiæ bonũ promouendũ actu non habentur præterquam ratione reddituum qui superflui essent vltra conuenientem ipsorum seminariorũ sustentationẽ, seu corporum, vel confraternitatum, quæ in nonnullis locis scholæ appellantur, & omniũ monasteriorum nõ tamen mendicantiũ, etiam ex decimis quacumque ratione ad laicos ex quibus subsidia ecclesiastica solui solent, & milites cuiuscunq; militię aut ordinis, pertinẽtibus fratribus S. Ioannis Hierosolymitani duntaxat exceptis partẽ aliquam vel portionem detrahant. Hæc Concilium.

Circa quod decretũ notanda est illa dictio dũtaxat quę explicatur per affirmatiuã cui adiungitur, & negatiuã aliorũ, nam vt omnes logici docent, illa propositio Petrus dumtaxat currit exponitur per illa duo, Petrus currit & nullus alius à Petro currit pro vt etiam in iure b notant scribẽtes. Vnde verbã huius decreti ibi, fratribus Sancti Ioannis Hierosolymitani dumtaxat exceptis debent exponi logicè & iuridicè hoc modo, fratres Sancti Ioannis Hierosolymitani sunt exempti â contributione pro seminario, & nullus alius ordinum militiarum à prædictis fratribus ab hoc onere liberatur.

b c. Ecclesia Sutrina de caus. pos. & propriet. l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. Et posthum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum collecta & subuentiones quæ debentur ex priuilegio Ecclesijs regularibus, si illæ redigãtur in statum secularem debeantur; & è contra, vtrum in hoc casu exemptio a subuentionibus & exactionibus ipsis concessa perdatur.

RESpõdeo dicẽdo, quod vt propositæ quæstioni satis fiat distingui oportet, primo quod quãdo ex fundatione res vel priuilegia data sunt Ecclesijs regularibus intuitu pietatis & necessitatisq; in hoc casu illa debẽt apud eas remanere etiãsi seculares fiãt vt argumẽto aliquorũ iuriũ a tenẽt cõmuniter Doctores. Et docet Perusinus. Quãdo vero priuilegiũ vel collecta vel subuentiones imposita fuerũt propter strictiorẽ vitã, seu reformationẽ tũc reformatione cessante nõ debẽtur dictæ subuẽtiones: quod probatur ex iure b definiẽte quod necessitatẽ patiẽtes cessante necessitate beneficijs renunciare coguntur, quæ eis miserationis includit intuitus, sic religiosè

a Ca. Eleuterius 18. q. 2. c. quæ semel. 19. q. 3. Perusin. in tract. de mutat. status Ecclesiast. cap. q. 1.

b Ca. fin. 15 q. 1.

gioſè viuẽtes cũ â religione ceſſauerint priuilegijs exuũtur, quæ religioſa meruit cõuerſatio. Vides textũ expreſſum quod ſubuentiones impoſitæ durãte reformatione ceſsãt ceſſante religione. Cõfirmatur dein de argumẽto cuiuſdã decretalis c vbi dicit Sũmus Põtifex, ſi relictis originalibus ordinis inſtitutis ad cõmunia volueritis aliorũ monaſteriorũ iura diuertere oportebit vos iure cõmuni cẽſeri quia dignũ eſt, vt qui ſimul cũ alijs vitã ſuſcipiũt, ſimilẽ ſentiãt in legibus diſciplinã. In qua decretali ait Panorm. d quod quãdo priuilegiũ certo ordini eſt tributũ propter certitudinẽ vitę perditur priuilegiũ ſi nõ ſeruatur regula inſtituta. Ex quibus ſequitur primo q̃ nõ debẽtur ſubuẽtiones Eccleſijs regularibus datæ propter religionẽ, ſi ipſę in ſtatũ ſeculare redigãtur. Secũdo ſequitur q̃ exẽptio ab exactionibus ipſis ex priuilegio conceſſa etiã deperditur; ſi talis exẽptio intuitu reformationis & religionis fuit conceſſa. ¶ Nec poteſt allegari quod dictæ ſubuẽtiones ſunt iã debitę cũ ſolui cõſueuerint: nã reſpõdetur quod erant debitæ intuitu religionis, ſicut ſubuẽtiones imponũtur obediẽtiarijs & nõ alijs iuxta Sacros Canones, e & qui voluerit dicere eſſe debitas ex alia cauſa opus eſt vt hoc probet prout allegando aliqua iura f reſoluit Rebuffus.

c Cap. recolẽtes de ſtat. monach.

d Panor. in d. c. recolentes 2. not.

e Cap. pen. in fi de ſtat. monach.

f L. 1. ff. de probat. l. actor. eod. tit Rebufus conſil. 105.

Pro cõplemẽto autẽ totius materię prędẽtis operę pretiũ eſſe duxi tenorẽ cuiuſdã Bullæ Pij V. referre pro mendicãtibus promulgatæ quam ſigillo authẽtico vidi.

Exemptiones ab exactionibus, datijs Gabellis Pedagijs vectigalibus, &c.

Vtriuſque ſexus religioſis perſonis ordinum mendicantium conceſſæ per Sanctiſsimum in Chriſto P. & D. N. P. Pium diuina prouidentia PP. V.

Romæ apud Antonium Blandum impreſſorem Cameralẽ anno Domini 1566. Pius Papa V.

Ad perpetuã rei memoriã. *Dũ ad vberes quos ſacri mendicãtiũ ordines in agro dominico quotidie faciũt fructus attẽte reſpicimus, & attente conſiderationis indagine perſcrutamur ipſorũ religionis ſinceritatẽ, & voluntariæ paupertatis habitum in quibus ſub humilitatis ſpiritu deuotum Altiſſimo præſtans famulatum dignum quin potius debitum reputamus, vt illis ea liberaliter cõcedamus, per quæ ſemotis quibuſdã grauaminibus, prõptiores eiuſdem altiſſimi inhæreant ſeruitijs. Hinc eſt quod nos volentes eoſdem mendicãtiũ ordines & dilectos filios eorum fratres, & monachos cæteraſq; perſonas, ac etiã moniales quaslibet eiuſdem ordinis ſub illorum cura degentes ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi. Motu proprio nõ ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtãtiã, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris, tẽporibus oẽs & ſinguli mendicãtium ordinum huiuſmodi fratres monachi, & dilectæ filiæ in Chriſto moniales ſeu ſorores, ac aliæ vtriuſq; ſexus perſonæ regulares vbilibet per totum Chriſtianũ orbẽ diffuſi, & cõſtituti, illorumq; monaſteria, Cænobia domus cõuentus Eccleſiæ capellæ oratoria & alia loca etiã vnita ac membra & dependentia necnõ terræ cultæ & incultæ poſſeſſiones prædia agri, & alia omnia & ſingula mobilia & immobilia, acſe mouentia, & vbilibet, ac in quibuſcunq; rebus cõſiſtentia bona, necnõ eorum in dictis bonis laboratores Coloni, arrendatarij locatarij & effectuarij, negotiorumq; geſtores vniuerſi quomodolibet nuncupati nũc & pro tempore exiſtentes in perpetuũ ab omnibus & ſingulis exactionibus tãvrbanis quã ruſticis necnõ datijs Gabellis, pedagijs vectigalibus collectis impoſitionibus & oneribus ordinarijs & extraordinarijs, ac tãrealibus quã*

perſo-

personalibus meris & mixtis etiã subsidio triennali & augmento, ac seculatibus equorum taxis, militumq; Hospitijs ac alijs quibuscunq; nominibus nuncupatis quauis autoritate quomodolibet impositis & imponendis, & quæ laicis, ac alijs quibuslibet quomodolibet imponi cõsueuerũt & in futurum imponentur, ac ratione quarumcunq; merciũ & rerũ cuiuscunq; generis vel qualitatis existãt tã per mare & aquã dulcem quam per terrã vndecũq; & quomodocunq; pro tẽpore delatarum, necnõ animaliũ quorũcunq; mortuorũ & viuorũ, & quæ alias quomodolibet, & ex quauis causa, ac super quibuscũq; rebus tã in Alma vrbe nostra quã extra eã vbilibet locorũ exiguntur & in futurum exigentur, necnõ à cõtributionibus, & solutionibus in illis faciendis, ac tã pro victu & vestitu quã quocunq; alio vsu sua tãtum, ac tã emendo, quã vendendo, & alias quomodolibet negotiãdo, necnõ etiã à solutione quadrãtis pro singulis libris carniũ de animalibus, quæ nunc & pro tempore ex armentis occidi cõtigerit, necnõ etiã quæ in suis ædibus prædijs & possessionibus priuatim detinent & nutriunt ac à cõtributione sumptuum & expensarum quæ aliquando pro põtibus vijs aquæductibus muris, mœnibus, alijs machinis struendis & reparandis, seu reficiendis, ac ciuitatũ, terrarum, & locorum quorumcunq; fortificationibus, necnõ etiam alias in omnibus & per omnia, ac tã in dicta vrbe, quam extra eã vbilibet penitus, & omnino liberi immunes & exempti, ac liberæ & exemptæ, liberaque immunia & exẽpta sint, & esse cẽseantur, ac pro talibus teneantur & reputentur. Quodque terræ agri, possessiones & loca aratiua vt præfertur in illis quæ aliquãdo pro pascuis animaliũ ad certũ tẽpus reseruãtur nullatenus vnquã cõprehẽdãtur, nec cõprehẽdi censeãtur ac etiã monasteria, Cœnobia, aliaque omnia regularia loca prædicta pro quorũcunque militũ tã equitũ quã peditũ hospitijs quemadmodum magno cũ nostro dolore hucusque in plerisque locis factum comperimus nequaquã assignẽtur, neque assignari debeãt. Et insuper quod fructꝰ redditus prouẽtus introitꝰ & alia quæcunque bona monasteriorũ Cœnobiorũ, & aliorũ locorũ regulariũ pfatorũ ab alijs quã à Syndicis & procuratoribꝰ religiosis fratribus monachis & monialibus aliisque personis præfatis exigi, illaque dunt axat in beneficiũ loci, vel sustẽtationẽ ipsorum religiosorũ fratrum & monialium expẽdinee per alios quoscunque quouis nomine cẽseãtur, nec in alium quã præmissum vsum cõuerti seu expẽdi possint, neq; debeãt nisi de cõsensu superiorum illius loci cui data vel cõsignata aut donata fuerint, seu ad quẽ alias spectabũt nec etiã soli tutores aut curatores seu protectores & alio nomine sanctesij aut alias nuncupati de eisdẽ bonis vllo modo disponere possint. Quodque id ipsum etiam de eleemosynis oblationibus & quibuscunque alijs donatiuis intelligi, aut obseruari debeat Apostolica autoritate tenore præsentium

tium perpetuo statuimus ordinamus volumus & declaramus, necnon fratres monachos moniales, ac alias regulares personas eorumq; monasteria cœnobia conuentus Ecclesias capellas, oratoria & alia loca, ac terras possessiones prædia agros & bona, necnon laboratores colonos arrendatarios locatarios affectuarios ac gestores prædicta vt præfertur libera immunia & exempta eisdē authoritate & tenore facimus ac fore & esse decernimus mandantes propterea dilectis filijs modernis & pro tempore existentibus cameræ Apostolicæ camerario præsidentibus & clericis, ac Cōmissarijs sagētibus & officialibus quibuscunque vt omnibus & singulis tā virorum quā mulierum monasterijs mendicātium ordinum huiusmodi existentibus subditione nostra tēporali mediate, vel immediate constitutis tantum sal quantum pro eorum vsu sufficeret singulis annis omni dilatione cessante & contradictione remota contribuere & assignare ac contribui & assignari facere debeant realiter & cum effectu districtius etiam in virtute Sanctæ obedientiæ & sub indignationis nostræ ac excommunicationis maioris latæ sentētiæ, ac duorum millium ducatorum auri de camera pro vna basilicæ Sancti Petri de vrbe & pro altera mediet atis monasterijs & locis præfatis quæ molestari seu perturbari contigerit irremissibiliter applicandorum pœnis eoipso si & quoties contra factū fuerit incurrendis inhibentes tam illis quam dilectis filijs legatis, vicelegatis gubernatoribus potestatibus datiorū gabellarum onerum & aliorum præmissorū exactoribus, conductoribus & apparitoribus necnon quibuscunq; communitatibus & vniuersitatibus, illarūq; officialibus & personis, aliisq; quibuscumq; ad quos spectat in futurū quatenus præmissa omnia & singula inuiolabiliter & perpetuo obseruēt, atq; ab omnibus obseruari faciant, neq; fratres monachos moniales & alias religiosas personas, aliosq; supradictos super præmissis quomodolibet molestēt & perturbet nec permittant per quoscunque quomodolibet molestari seu perturbari &c. Et ponit maximas & amplas derogationes, data Romæ apud S. Marcū sub annulo piscatoris die .29. Iulij anno D. 1566. P. N. Anno 1.

QVÆSTIO LXVII.

De famulis & familiaribus monasteriorum in quatuor articulos diuisa.

Circa quā quæruntur quatuor.

1 *Vtrum famuli & familiares religiosorum gaudeant ipsorum religiosorum priuilegijs.*
2 *Vtrum famuli fratrum possint sepeliri in monasterijs ipsorum fratrum sine coquod ubi eligant sepulturam.*
3 *Vtrum famuli fratrum possint ab ordinarijs excommunicari.*
4 *Quas indulgentias lucrantur seruitores fratrum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum famuli, & familiares religiosorum gaudeant ipsorum religiosorū priuilegijs.

REspondeo, quod attento solo iure cōmuni priuilegium alicui concessum pro se extenditur etiam ad ministros, sine quibus illud stare non potest argumen-

mento cuiuſdam legis, *a* vbi id notat Bartolus, & tenet etiam Baldus, & ait Oldradus *b* quod pauperũ appellatione veniunt etiam ij, qui pauperibus ſeruire ſolent, itaque pauperibus dicitur erogatum quod ſeruitoribus pauperum datum eſt argumẽto eorũ, quæ tradit Baldus *c*, & tradit etiã Benincatius, propter quod Alexander. IIII. cõceſsit fratribus ordinis Carmelitarum facultatem miniſtrandi Eccleſiaſtica Sacramenta familiaribus ſuis, ac tradendi eos ſepulturæ Eccleſiaſticæ, cum deceſſerint, prout habetur in Monumentis *d* ordinum. Et ſimiliter Clemens. IIII. conceſsit fratribus Minoribus, vt ijs, qui in eorum morantur obſequijs, cuncta libere miniſtrare poſsint Eccleſiaſtica Sacramenta & ipſos, cum deceſſerint, in ſuis monaſterijs ſepelire, vt in eodem Libro *e* continetur. Et Gregorius Vndecimus, fecit conſimilem conceſsionem per eadem verba familiaribus fratrum ordinis Prædicatorum, ſicut Clemens Quartus fecerat familiaribus fratrum Minorum, prout in eodẽ Libro refertur, quod quantum ad adminiſtrationem Sacramẽtorum iure communi Clementinarum *g* iam conceſſum erat, dicitur enim ibi, lane religioſis illis, quibus eſt à Sede Apoſtolica conceſſum, vt familiaribus ſuis domeſticis, aut prooperibus in Hoſpitalibus ſuis degentibus Sacramenta poſsint Eccleſiaſtica miniſtrare, nullum expremiſsis volumus quoad hoc præiudicium generari, non enim voluit Clemens, quod Sacramenta illis ſine Parochi licentia miniſtrantes in excommunicationem incurrerent. Vnde illa Benedictinorum de obſeruantia Hiſpaniæ conceſsio facta à Nicolao Franco Apoſtolicæ Sedis Nuntio, & oratore cũ poteſtate legati de latere à præfata Sede deputato in regnis Caſtellæ, & Legionis, & Aragoniæ, *quod ſiqui intra ſepta monaſteriorum infirmati fuerint extremam vnctionem ipſis Monachi dare poſsint Apoſtolica autoritate libere, & licite, Parochialis presbyteri, vel alterius cuiuſcũq; Epiſcopi, vel ſuperioris licẽtia, vel aſſenſu nullatenus requiſitis*, prout in cõpendio Mẽdicantiũ *h* cõtinetur. Hoc (inquã) priuilegiũ ſi intelligatur de ijs, qui infirmãtur intra ſepta monaſteriorum, & ſunt in actuali ſeruitio fratrum, nõ priuilegiũ, ſed ius commune eſt, cũ in iure cõmuni approbetur. Explicari ergo debet, vt aliquid vltra ius cõmune operetur de ijs, qui neque ſunt famuli, neq; familiares intra ſepta tamen monaſteriorũ infirmati, & curari contingit, pro quibus tamen non recurrendũ eſt ad Parochos, vt eis Sacramentũ Euchariſtiæ poſsint miniſtrare, Notandum eſt tamẽ, quod confeſsiones ipſorũ famulorum, & familiariũ nõ poſſunt audire niſi religioſi confeſſores ab ordinario approbati iuxta formam Concilij Tridentini. *i*

Qui autem dicantur famuli, & familiares, & commẽſales controuertitur. Et pro explicatione recurrendum eſt ad quandam Gloſſam *K* quæ in ſumma dicit, quod large familiares dicuntur, qui cohabitant cum aliquo, vt colligitur ex aliquibus Decretalibus l in vna quarum dicit Gloſſa, quod familiares appellantur conſanguinei, colonus, adſcriptitius, mercenarius, filius in poteſtate, libertus, ſeruus, & omnes habitantes in domo, & familiares domeſtici intelliguntur omnes, qui in expenſis alicuius commẽſales continue exiſtunt, etiã ſi aliquando abeſſe pro eius negotijs gerendis contingat, vt in quadam Decretali *m* continetur, ij autem non ſunt illi, qui ſeruiunt particularibus fratribus, ex eorum libito ſolum aſſumpti ſed illi, qui ſeruiunt ex autoritate Prælatorum, aut officialium conuentuum toti communitati, aut alicui patri particulari, ſicut ſunt illi, qui ex auctoritate Prælatorum ſeruiunt aliquibus Magiſtris in Theologia in religionibus ſecundum earum conſuetudinem á Prælatis viſam, & approbatam. Aduertendum tamen, quod licet ſint famuli illi, qui actualiter inſeruiunt monaſterijs, non tamen actualiter inſeruientes aſſumpti in fraudem legis, vt priuilegijs ſupradictis gaudeant, frui debent prædictis priuilegijs, vt ait quædã Gloſſa communiter recepta. *n*

ARTICVLVS II.

Vtrum famuli fratrum poſsint ſepeliri in monaſterijs ipſorũ fratrũ, ſine eo quod ibi eligant ſepulturam.

REſpondeo dicendo, quod ſecundum ius commune in eorum parochia debent

a l. adminiſtrantes in princ. & ibi Bartolus ff. de excuſationibus tutorũ. Bald. in authen. habita col. 1. C. ne fili⁹ pro patre.

b Oldrad. conſil. 11.

c Bald. in l. domus. n. 4 C. de Epiſc. & Clẽ. Benincatius de pup. & eius priuilegijs. q. 7. nu. 27. diu. 1. imp. fol. 85. & in 2 fol. 168. cõceſſ. 391. e in 4. imp. fol. 56. & in 2 fol. 140. cõceſs. 11. fin. 2. impr. fol. 150. cõceſſ. 316.

g Clement religioſi. § fin. de priu

i Tri. ſeſſ. 23. de ref. c. 15. K Glo. in 3. q. 5.

l ca. inſinuãte de offi. d leg. & c. in lite is de teſtib. vbi gl.

m c. fin de verb. ſign. li. 6.

n Gloſſ. in c. licet vob. ver. domeſt de priu.

h cõpẽ. mendican. tit. extrema. vnct

bent ſepeliri, aut in ſepulchro maiorum, niſi alibi ſepulturam elegerint, prout late in tertio tomo in quæſtione de ſepulturis Deo duce dicemus. Sed attentis priuilegijs Alexandri. IIII. & Clementis. IIII. in ſuperiori articulo allegatis etiam ſi non eligant ſepulturam, poſſunt in monaſterijs ipſorum fratrum etiam Parocho recuſante ſepeliri: alias priuilegium ad nihilum deſeruiret. Imo Iulius Secundus fratribus ordinis Minorũ conceſsit, *quod famuli domorũ ſui ordinis, necnon cæteri eiuſdem ordinis habitum portantes, & in articulo mortis in dictis domibus ſepulturã eligẽtes omnibus, & ſingulis priuilegijs ordinis Minorũ huiuſmodi quomodolibet cõceſſis gaudere libere & licite valeãt.* Ita habetur in ordinis ſupplemẽto [a] quæ verba ibi, *& in articulo mortis in dictis domibus ſepulturã eligentes* non ſunt referenda, niſi ad eos tantum, qui habitum ordinis portant: non autem ad famulos domorum, bienim etiam ſi non eligant ſepulturam inciẽtis domibus, cum gaudeat priuilegijs ordinis Minimorum, poſſunt etiam tempore interdicti, & ceſſationis à diuinis ſepeliri in Eccleſijs fratrum ea ſolenitate, qua ſepeliuntur fratres.

[e] ſuppl ffi. 8. cõceſſ. 28

ARTICVLVS. III.

Vtrũ famuli fratrum poſsint abordinarijs excommunicari.

REſpondeo dicẽdo, quod Leo X. ſtatuit *quod procuratores, & negotiorũ geſtores, ac operarij fratrũ ſeruitijs inſiſtentes ſententijs excommunicationis promulgatis illaqueati ſint & eſſe cenſeãtur, ſi illis cauſã dederint, ac dãtibus cõſilium, auxilium, vel fauorẽ præſtiterint* Ita habetur in ſupplemento [a] In qua conceſsione clare innuitur excõmunicationes ordinariorum eos minime poſſe cõprehendere, niſi ipſis cauſam dederint, fauorem, auxiliumue impertierint.

[a] ſuppl. fol. 26. conceſſ. 8

Quod Alexander. IIII. conceſsit in hunc modum cõfirmans literas Honorij, & Innocentij prædeceſſorum ſuorum, quibus auctoritate Apoſtolica interdixerunt, *vt nemini liceat ſine mãdato ſpeciali Romani Pontificis fratres Hoſpitalis Sãcti Ioãnis Hieroſolymitani, vel ſeruientes eis clericos, ſiue laicos donec in ſeruitio domus fuerint excommunicationi, & interdicto ſubiacere, & ſi quæ ſententia in Prælatos aliter lata fuerit, eã irritam eſſe & inanẽ ẽnjunt.* Ita refert Collector [b] compendij priuilegiorũ Mendicantium. At hoc priuilegium iam hodie per Concilium Tridentinum [c] eſt maxime limitatum, non enim habet locum in quibuſcunque ſeruitoribus & famulis, ſed in hiſtãtum, qui prædictis monaſterijs, & militijs actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta ac domus reſidẽt, ſub q; eorum obedientia viuunt, ſiue ijs, qui legitime, & ſecundũ regulam earundem militiarum profeſsionem fecerunt, de qua ordinario conſtare debeat, non obſtantibus priuilegijs quibuſcumque etiam religionis Sãcti Ioannis Hieroſolymitani, & aliarum militiarum.

[b] collect. tit. fami. res ſeu famuli fratrũ §. 11.

[c] Trid ſeſſ. 25. de refor. c. 25.

Vtrum autem famuli fratrum, & eorum familiares poſsint tempore interdicti, & ceſſationis à diuinis intereſſe diuinis, & Eccleſiaſtica recipere ſacramenta in Eccleſijs ipſorum fratrum, in quæſtione de interdicto & ceſſatione à diuinis inferius diſputabimus.

ARTICVLVS IIII.

Quas indulgentias lucrentur ſeruitores fratrum.

REſpondeo dicendo, quod illi, qui ſunt in ſeruitio fratrum Minorum, & ſororum Sanctæ Clarę habeant indulgentiam plenariam in morte, ac ſemel in vita de ſeruitis. Ita habetur in libro, Monumenta [a] ordinum. Et Sixtus. IIII. conceſsit, quod ſeruitores fratrum & ſeruitrices monialium Sanctæ Clarę poſsint promereri omnes indulgentias ſtationum Romæ; & portiunculæ conceſſas fratribus Minoribus dicendo quin-

[a] in. 2. impreſſ. fo. 66. conceſ. 96.

requies Pater noſter, & totidem, Aue Maria cum Gloria Patri, in Eccleſijs prædictorum fratrum, & Monialium. Ita habetur in eodem libro.

b in 1. impr. f. 1.67. conſ. 114.

Aduertendum tamen, quod in regnis, vbi Bulla Crueiatæ promulgatur, neceſſe eſt, vt dicti famuli, & familiares Bullam habeant Cruciatæ, vt has indulgẽtias poſſint promereri, prout ego late declaro in explicatione Cruciatæ,

QVÆSTIO LXVIII.

De feſtiuitatibus, & de ſanctis noue Kalendario additis in decem articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur decem.

1 *Vtrum feſtũ Corporis Chriſti poſsit à quibuſcũq; celebrari in Dominica infra octauam huius feſtiuitatis.*

2 *Vtrũ feſtũ nominis Ieſu poſsit cũ proprio officio à religioſis celebrari.*

3 *Vtrum D. Bonauentura ordinis Minorum cum officio Doctorum ſit celebrandum.*

4 *Vtrum feſtum ſancti Didaci ordinis Minorum ſit ab omnibus fidelibus celebrandum.*

5 *Vtrum feſtum Sancti Antonij de Padua ordinis Minorum ſit ab omnibus fidelibus celebrandum.*

6 *Vtrum feſtum Sancti Franciſci de Paula fundatoris ordinis Minimorum ſit ab omnibus celebrandum.*

7 *Vtrũ feſtum Sancti Placidi & ſociorum eius ſit ab omnibus celebrandũ.*

8 *Vtrum omnes teneantur celebrare feſtum Sancti Nicolai Tolentini.*

9 *Vtrum feſtum Sancti Petri Martyris ſit ab omnibus celebrandum.*

10 *Vtrum feſtũ Sancti Iacynthi ſit ab omnibus celebrandum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum feſtum Corporis Chriſti poſsit à quibuſcũque celebrari in Dominica octauarum huius feſtiuitatis.

REſpõdeo dicẽdo circa hoc haberi quã dã Gregorij XIII. cõſtitutionẽ cuius tenorẽ in prælentiarũ fideliter adducã.

Gregorius XIII. ad perpetuã rei memoriam. Cum interdum contingat Romanum Pontificem aliquas conceſſiones & gratias elargiri quas poſtmodum experientia rerum magiſtra docet in alterius præiudicium reſultare, mirum nemini videri debet ſi tandem præiudicio cognito gratiæ ipſæ ſic conceſſæ in melius reformentur, prout & populi deuotio expoſcit, ac rerum & temporum qualitate penſata conſpicitur in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem felicis recordationis Pio PP. Quinto prædeceſſor. noſtro pro parte dilecti filij Ioannis Gallo ordinis Prædicatorum & Theologiæ profeſſoris expoſitum fuit, quod licet in omnibus fere conuentibus prouinciæ Hiſpaniæ ordinis prædicti ſolenniter fieri cõ ſueuiſſet proceſsio ſanctiſsimi Sacramẽti Corporis Chriſti die Dominica infra octauam illius feſtiuitatis, idque ab immemoriali cõſuetudine, propterea quod dicti ordinis religio vt pote à B. Thoma de Aquino docta peculiarem ſemper geſſerat deuotionẽ erga ſanctiſsimã Euchariſtiã, vnde cũ magno apparatu & frequentia populi eadem feſtiuitas à fratribus ordinis huiuſmodi celebrari ſolebat, nihilominus ante aliquot annos aliqui alij partiũ illa. ũ religioſi præſertim inciuitate Salmãtina cõtẽdebãt die

& lo

& hora festiuitatem seu processionem huiusmodi celebrare populũ ad se trahẽtes, & ornamenta, quæ ipsis fratribus ordinis huiusmodi concedi solebant cõquirentes, vnde & populi deuotio minuebatur, & aliquando viri timorati vidẽtes religiosos pro huiusmodi rebus inter se contendere offendebantur, eiusdem Ioannis supplicationibus inclinatus eidem ordini Prædicatorum, vt in omnibus, & singulis ciuitatibus, terris, oppidis, & locis tam dictæ prouinciæ, quã extra, & alibi vbilibet inquibus abim memoriali consuetudine fratres dicti ordinis processionem huiusmodi dicta die Dominica infra octauam eiusdem Corporis Christi solenniter celebrare soliti fuerant ijsdem fratribus ordinis Prædicatorum duntaxat eadẽ die Dominica solenniter processionem eiusdẽ Corporis Christi celebrare liceret ita, vt nulli alij super eo illos impedire, seu eodem tempore, vel die eandem processionem facere possent, & deberent, perpetuò concessit, & indulsit, ac alijs prædictis desuper districtius inhibuit, aliaq; fecit, prout indictis literis plenius continetur. Nos tamen attendentes id sine diuini cultus diminutione esse aliquando posse iam omnes ad vnam, & eandem Ecclesiam duntaxat confluentes in ea commode recipi, sicque processioni huiusmodi interesse nequeant, præter id, quod inibi sæpè contingit, vt propter populi frequentiam sic confluentem varia scandala, & iurgia oriantur, & populus ipse spirituali veneratione sacramẽti huiusmodi multiplici fructu priuetur. Reque propterea diutius discussa honestum esse censemus literis prædictis modum aliquem præbere illarum continentiam, & tenorem, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserta forent pro plene, & sufficienter expressa habentes motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatam petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostris vniuersis & singulis clero, & clericis ac personis Ecclesiasticis, seu sæcularibus quãquorumuis ordinum religionum, & militiarum, regularibus, vt literis Pij prædecessoris nostri huiusmodi non obstantibus liceat ipsis tam die ipsa Dominica, infra octauas Corporis Christi, quã alys totius octauæ prædictæ diebus processiones suas celebrare, neque super eo tam ab ordinis Prædicatorum huiusmodi, quam alijs quibuscumque personis etiam prædictorum aut quarumuis aliarum literarum, priuilegiorum, vel concessionum prætextu, seu alias quomodolibet molestari, inquietari, vel perturbari, neque etiam aliquibus censuris, vel pœnis etiam Ecclesiasticis innodari, seu illas incurrere possint, tenore præsentium concedimus, & permittimus. Et nihilominus pro potiori præmissorum cautela literas Pij prædecessoris huiusmodi harum serie penitus, & omnino quoad effectum prohibitionis celebrandi processiones huiusmodi cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu euacuamus & tanquam tales minimè attendi, vel ijsdem fratribus Prædicatorũ suffragari posse volumus, distri-

diſtrictius inhibentes eiſdem fratribus ordinis Prædicatorum, & quibuſcumque aliis perſonis cuiuſcumque dignitatis, ſtatus gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ, necnon ſuſpenſionis, interdicti, aliſque arbitrio noſtro moderandis, infligendis, vel imponẽ dis pœnis, nec contra præſentium literarum tenorem venire, aut ſuper ſcriptos, vel quoſcumque alios, quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quominus præmiſſa libere fieri poſſint per ſe, vel per alium, ſeu alios, publice, vel occulte directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe quouis quæſito colore, vel ingenio impedire audeant, vel præſumant decernentes quoq; præſentes literas nullo vnquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu etiam ex eo, quod intereſſe habentes vocati non fuerint notari, impugnari, invalidari, ad terminos iuris reduci nullatenus poſſe, minuſque ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, revocationibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtituta & de nouo conceſſa eſſe, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque iudices & Commiſſarios quauis autoritate fulgentes, etiam cauſarum palatij Apoſtolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate iudicari debere irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocumque quauis autoritate ſcienter, vel ignoranter cõtigerit attentari. Et nihilominus vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filijs, cæteris locorum ordinarijs, necnon illorum, & eorum Vicarijs, ſeu officialibus in ſpiritualibus, & cuilibet ipſorum inſolidũ motu ſimili per præſentes cõmittimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut vnus per ſe, vel alium ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte alicuius, ſeu aliquorum, & quorumcunque in primitijs intereſſe habentis, ſeu habentium fuerint requiſiti ſolemniter publicari, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciunt præmiſſa omnia & ſingula ab omnibus, quos illa concernunt, inuiolabiliter obſeruari, ac prædictos intereſſe habẽtes illis pacifice frui & gaudere, non permittentes eos deſuper per prædictos fratres ordinis Prædicatorum, vel eorum conſeruatores, iudices, defenſores, ſeu protectores, aut quoſcunque alios quauis autoritate quomodolibet indebite moleſtari contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, pœnas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habitis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiã ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio, brachij ſæcularis, non obſtãtibus &c.

Data Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſca

piscatoris die vndecima Martij. Anno Domini millesimo, quingentesimo, septuagesimo tertio, Pontificatus nostri Anno primo.

ARTICVLVS II.

Vtrum festum nominis Iesu possit cũ proprio officio à religiosis celebrari.

REspõdeo dicendo, quod circa hoc habemus modo Bullam S.D.N. Clemẽtis VIII. cuius tenorem in præsentiarũ referam, ex cuius relatione quid quæsito in articulo quæstionis respondendum sit omnibus patebit.

Clemens P. VIII. ad perpetuam rei memoriam sanctissimi nominis Iesu in quo omne genu flectitur cælestiũ terrestriũ & infernorum venerationi augẽdæ deuoto animi affectu vt par est intẽdentes his quæ á prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus pro eiusdem sanctissimi nominis officij recitatione concessa sunt libẽter Apostolici muniminis firmitatem adijcimus: cum præsertim piorum principum vota id exposcunt, & alias in Domino salubriter conspicimus expedire. Aliæsiquidem á felicis recordationis Clemente Papa Septimo prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris sequentis. Videlicet, Clemens P. VII. ad perpetuam rei memoriam, Saluatoris Domini nostri Iesu Christi Dei patris vnigeniti, qui de summitate cælorũ ad infima mundi progeneris humani redemptione descendere & humanam carnem assumere non abnuit vices (licet immeriti) gerentes in terris sanctissimũ nomen eius, in quo omne genu cælestium terrestriũ & infernorũ flectitur, & preces nostras effundi ac nos saluos fieri oportet, & per quod sæculũ est cõuersum ac Apostoli aliiq; sancti miraculis claruerunt celebriter venerari cupientes sacræ religioni deditos quosque singulis mundi vanitatibus spretis ad ipsi Christo deseruiẽdũ se dicarunt, & alios Christi fideles ad ea quibus dã allectiuis muneribus indulgẽtijs videlicet & remissionibus inuitamus, vt exinde reddamur diuinæ gratiæ aptiores. Sanè sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Bonauenturæ Dubiam ordinis fratrum Minorum professoris petitio continebat quod licet fælicis recordationis Syxtus PP. IIII. prædecessor noster officium de sanctissimo nomine Iesu per quendam Bernardinum de Bustis fratrẽ dicti ordinis dũ in humanis ageret cõpositum auctoritate Apostolica approbauerit & confirmauerit, tamen illud aut aliquod festum de ipso benedicto nomine in Ecclesia militante non celebratur. Quare pro parte ipsius Bonauẽturæ de generalis sui ordinis licẽtia nobis fuit humiliter supplicatum quod ipsum officium in toto ordine fratrum Minorum & sororũ S. Claræ celebrari possit & debeat decernere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius sanctissimi nominis venerationẽ (prout par est) augeri sinceris desiderijs affectantes huiusmodi supplicationi inclinati quod de cætero in toto ordine fratrum Minorum & sororum Sanctæ Claræ huiusmodi singulis annis die quartadecima mẽsis Ianuarij festum & officium prædictum duplex minus & solẽne de ipso sanctissimo nomine Iesu celebrari debeat Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuo statuimus & ordinamus. Et vt Christi fideles eo libentius ad dicti officij & cele-

lebrationem accedant, quo ex hoc maiora dona ſpiritualia adipiſci poſſe cognouerint, de ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi tam officium ipſum celebrãtibus, quam qui illius recitationi & decantationi interfuerint, ac quinquies orationẽ Dnicã & toties ſalutationem angelicã pro felici ſtatu Romani Põtificis & Sãctæ Romanæ Eccleſiæ aduerſus Mahometicam & Lutheranã perfidiam, ac vniuerſali principũ & aliorũ fidelium pace deuote recitauerint ſimiles indulgẽtias & peccatorum remiſſiones quæ prædictis Chriſti fidelibus in feſto Corporis Chriſti & per illius octauas in Eccleſijs inquibus celebratur intereſſentibus conceſſa ſunt cõcedimus & elargimur. Nõ obſtãtibus cõſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; cõtrarijs quibuſcũq; præſentibus perpetuis futuris tẽporibus duraturis. Et quia difficile foret præſentes adſingula loca prædicti ordinis deferre, volumus & eadẽ autoritate Apoſtolica decernimus quod præſentiũ trãſſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ indignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis eadẽ prorſus fides vbiq; adhibeatur quæ eiſdẽ præſentibus adhiberetur ſi forẽt exhibitæ, vel oſtẽſæ datũ Bononiæ ſub annulo piſcatoris die vigeſima quinta Februarij anno Dñi milleſimo quingẽteſimo trigeſimo Põtificatus noſtri anno ſeptimo. Cũ autẽ etiã nuper officiũ proprium de eodẽ ſanctiſſimo nomine Ieſu noſtra in cõgregatione ſacrorũ rituũ, & per dilectũ filiũ noſtrũ Cæſarẽ tituli ſanctorũ Nerei & Achilei presbyterũ Cardinalem Boroniũ examinatũ & emendatũ extiterit. Nos venerationẽ eiuſdem Sãctiſſimi nominis quotidie magis augeri ac pijs Chriſtianæ pro Chriſto filia Mariæ Romanorũ Imperatricis electæ id humiliter expoſcentis votis benigne annuere cupientes per inſertas Clemẽtis VII. literas ac indulgentias, ac alia in eis cõtenta nec nõ officiũ prædictũ ſãctiſſimi nominis Ieſu vt præfertur emẽdatũ Apoſtolica autoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus & approbamus, illiſque cõfirmationis Apoſtolicæ robur adijcimus, ac officium prædictum ſic emendatum & confirmatum die quo feſtum prædictum celebratur per fratres ordinis Minorum & ſorores omnes eidem ordini ſubiectas libere & licite celebrari poſſe concedimus & indulgemus. Nõ obſtãtibus cõſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis quæ prædictus Clemens prædeceſſor in ſuis literis voluit nõ obſtare. Cæteriſq; cõtrarijs quibuſcũq; &c. dat. Romæ apud S. Petrũ ſub annulo piſcatoris, die ſecũda Aprilis milleſimo quingenteſimo nonageſimo octauo anno P. N. Anno ſeptimo.

M. Veſtius Barbianus.

Circa quam cõceſsionem eſt notandum quod nõ ſolũ directe conceditur monialibus Sanctæ Claræ ſub obediẽtia fratrũ Minorũ viuentibus, ſed etiã monialibus conceptionis & quibuſcũque alijs fratribus Minoribus ſubiectis. Vnde infertur quod moniales illius illuſtriſsimi & religioſiſsimi conuentus Diui Ioannis Baptiſtæ ordinis militaris eiuſdem D. Ioannis fundati in mea patria de Eſtremoz, in Regno Por-

Portugaliæ ab ſereniſsimo Principe Domino Ludouico Emanuelis Regis Portugaliæ filio, hæ inquam dominæ & illuſtriſsimæ & religioſiſsimæ moniales poſſunt recitare hoc officium, & hanc celebrare feſtiuitatem non per communicationem priuilegiorũ ordinis Minorum, ſed quia ipſis directè & immediate hoc conceditur priuilegium cum ipſæ per breue quoddam Apoſtolicum in fundatione ipſius monaſterij ſubiectæ ſint gubernationi & obedientiæ fratrum Minorum de obſeruantia, & hoc priuilegium monialibus huic ordini ſubiectis indulgeatur, vt patet ex verbis Bullæ ibi, eidem ordini ſubiectas.

Notandum eſt inſuper quod hac conceſſione frui poſſunt fratres, & ſorores, ordinum Mendicantium, & alij & aliæ qui, vel quæ eorum gaudent priuilegijs iuxta ea quæ in primo tomo, in quæſtione de communicatione priuilegiorum latè diximus.

Notandũ deniq; eſt, quod cũ monaſteriũ Annũciationis Beatæ Virginis ciuitatis Salmaticẽſis alias vulgo Sanctæ Vrſulæ nuncupatũ gaudeat omnibus & ſingulis gratijs, indultis priuilegijs monaſterijs & monialibus etiã S. Franciſci regularis obſeruãtiæ ſub quibuſcũq; verborũ formis per Romanos Pontifices cõceſsis, vt patet ex quodã viuæ vocis oraculo facto Sanctæ Crucis in Hieruſalem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali de Quiñones, dato Romæ apud Campum Martium ſub anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto, indictione nona, die vero vigeſima mẽſis Martij Põtificatus Pauli Tertij, quod vidi ſub ſigillo authentico. Videtur inquam quod poteſt præfatum religioſum & illuſtre ſatis monaſterium vti præfata conceſsione, & ſic officium nominis Ieſu ſolenniter celebrare poſſunt, ſicut celebrant moniales generali de obſeruantia fratrum minorum ſubiectæ.

Nec obſtat, quod in hoc priuilegio tãtũ cõcedãtur præfatis monialibus indulta cõceſſa, & nõ indulgeãtur concedẽda, cuiuſmodi eſt priuilegium prohac feſtiuitate nominis Ieſu. Nam reſpondetur, quod cum in eo concedãtur præfato monaſterio priuilegia indulta monialibus Sancti Franciſci conſequens eſt debere hac conceſsione gaudere cũ monialesSãctæ Claræ & Cõceptionis quæ ſunt S. Franciſci gaudeãt priuilegijs conceſsis & cõcedẽdis ordinibus Mendicantiũ, prout Sixtus IIII. & Leo X. indulſerũt, ſecundũ quod in Monumentis *a* ordinũ, & in Cõpendio *b* cõtinetur.

a In t. imp. fo. 66. & in 2 fo. 148. cõceſ. 362.

b Cõpẽd. Mendican. ti. communicat. priui. §. 18.

ARTICVLVS III.

Vtrum feſtum D. Bonauenturæ ordinis Minorũ nomine Doctoris Eccleſiæ ſit celebrandum.

REſpõdeo dicẽdo, quod Sixtus IIII. in Bulla quæ incipit, *Vniuerſis venerabilibus fratribus noſtris, &c.* mira de hoc ſancto exẽpla cõmemorãs dicit, *Quod ab ipſo Põtificat⁹ ſui initio Deo (vt pie credit) inſpirãte conſtãter propoſuit ſãcti huius Doctoris nomẽ, & merita glorioſa apud omnes pro viribus celebrare fideliũq; erga eũ veneratiõnẽ augere & amplificare. Sanè ad id quoq; nõ mediocriter excitatũ ſe eſſe dicit exẽplo ſanctæ memoriæ P. P. V prædeceſſoris ſui de Chriſtiana republica optime meriti & quẽvi parẽtẽ adhuc creuere tur & colit. Is enim religioſa pietate & ſingulari deuotione permotus, qua afficiabatur erga S. Thomã de Aquino ordinis ſui decus & Eccleſiæ Catholicæ ornamentum cupiẽs eodẽ modo eũdẽ ſãctũ ob eius præſtãtiſsima in Eccleſiã Catholicã merita cõgruis honoribus exornare præter alia hoc iuſsit atque decreuit, vt illius feſtus dies quotannis duplicis officij ritu ad inſtar ſanctorum quatuor Eccleſiæ Doctorũ perpetuo celebrare tur. Quod & S. Bonauẽturæ Doctori eximio tribui debere aquũ profectò exiſtimauit, cum tam*

multa inter eos virtutis ſanctitatis doctrinæ & meritorum coniunctio & ſimilitudo intercedat. Quibus & alijs propoſitis conſtitutione quadam perpetuo valitura doctinã ipſius Bonauẽturæ àprædeceſſoribus ſuis Clemente IIII. & Sixto IIII. laudatam in Concilio Lugdunenſi maximé ſpectatam in Florentino etiã ad res difficiles explicãdas adhibitã grauiſsimorum virorum autoritate teſtificatam & cõmendatam, & eximio Eccleſiæ Doctore dignam ipſe quoque Summus Pontifex plurimum in Domino laudauit & cõmendauit, ac literas eiuſdẽ Sixti Quarti, quas pro expreſſis hoc loco haberi voluit excepta eiº ordinatione de feſto die S. Bonauẽturæ ſecũda Dñica Julij celebrãdo harũ autoritate approbauit & innouauit. Ipſum Bonauenturã iure ſanctorũ Doctorum conſortio ab eodem Sixto Quarto aſcriptũ & cõnumeratum autoritate Apoſtolica tenore præſentiũ inter præcipuos & primarios qui Theologiæ facultatis magiſterio excelluerũt habendum, ac enumerandũ eſſe decreuit & declarauit, atque obeam cauſam ſperans in Domino huius Seraphici Doctoris lucubrationes ad doctrinam & deuotionem, quã in clero populoque Chriſtiano magnopere lucere & ardere cupit, maximo adiumento fore, illius libros, commentarios, opuſcula, opera denique omnia prout extra noſtra typographia Vaticana, cũ emẽdatiſsima emittũtur, vt alioriũ Eccleſiæ Doctorum, qui eximij ſunt, non modo priuatim, ſed publicè in gymnaſijs, Academijs, ſcholis, collegijs, lectionibus diſputationibus, interpretationibus, cõcionibus, ſermonibus, omnibuſque alijs eccleſiaſticis ſtudijs chriſtianiſque exercitationibus citari, proferri, atque cũ res poſtulauit, adhiberi voluit, & decrebit Et nihilominus, vt ſapiẽtiſsimi huius Doctoris gloriоſa recordatio, ſi nõ pro ipſius dignitate, at ſaltem pro humana tenuitate ob ingentia illius merita ardentiori ſtudio recolatur fœlicis recordationis prædeceſſorum ſuorum Bonifacij Papæ VIII. qui de ſanctis quatuor Doctoribus, & Pij Papæ V. qui de prædicto Sancto Thoma eadem prædeceſſorum exemplo adductus præcepit, vt eiuſdem Sãcti Bonauenturæ dies feſtus in omnibus Chriſtiani orbis partibus ſub duplici officio á cũctis

perſonis

perſonis Eccleſiaſticis ſæcularibus, & quorumuis ordinum regularibus eam publicè quã priuàtim pridie idus Iulij (non obtante prædicta Sixti Quarti, ordinatione de ſecunda Dominica dicti menſis celebrari, atque in Kalẽdarijs cum Doctoris nomine & feſti duplicis additione deſcribi, & imprimi debeat: etiam ſi in nouiſsimis Breuiarijs, & Miſſalis Romani reformationibus aliter diſpoſitum fuerit, nec ſecus atque à ſe ordinatum eſt per quoſcunque quauis autoritate præditos, cẽſeri, aut interpretari poſſe decreuit. Et mandat ipſe Summus Pontifex per Apoſtolica ſcripta, vt præſẽtes literas, & in eis contenta quæcũque in ſuis quilibet Prouincijs ciuitatibus Eccleſijs, & diœceſibus ſolẽniter publicentur, & ab omnibus perſonis Eccleſiaſticis ſæcularibus, & quarumuis ordinum regularibus vbique locorũ & gentium inuiolatè perpetuo obſeruari procurẽt, Datum Romæ apud Baſilicam Sãctorum XII. Apoſtolorum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſeptimo pridie idus Martij Pontificatus noſtri anno tertio,

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum feſtum S. Didaci confeſſoris ordinis Minorum ſit ab omnibus celebrandum.

REſpondeo dicendo, quod circa hoc habemus quandã Bullam Clementis VIII cuius tenorem in præſentiarum libuit proponere.

Clemẽs Papa Octauus ad perpetuam rei memoriam quæ ad ſanctorum venerationem augendã pertinent, ea libẽter cõcedimus prout fidelium deuotio poſtulat ac alias in Domino conſpicimus expedire, alias ſiquidem ſalicis recordationis Sixtus Papa V. prædeceſſor noſter motu proprio conceſsit, & indulſit, quod omnes, & ſinguli profeſſores ordinis fratrum Minorum Sancti Franciſci, ac moniales, & ſorores, tam Sanctæ Claræ, & Conceptionis, quam Tertiariæ in cõgregatione ſub obedientia eorũdem fratrum Minorum de obſeruantia viuentes in ſuis quiſq; videlicet Eccleſijs in quibuſcũque mundi partibus exiſtentibus feſtum Sancti Didaci confeſſoris, die vero decima Nouẽbris ſub duplici officio in Regnis vero Hiſpaniarum etiam millius octauum, quem admodum feſta aliorum dicti ordinis Sanctorum celebrare poſſint, prout in eiuſdẽ Sixti prædeſſoris infor-

ma-

ma breuis ſub die decimaſexta Nouẽbris anno Dñi milleſimo quingẽteſimo octuageſimo octauo expeditis literis pleni cõtinetur. Cum autẽ cũ pro parte dilecti filij commiſſarij generalis curiæ eiuſdem ordinis etiã extra Hiſpaniã vbique locorum exiſtentes, eundem Sãctum Didacum ſingulari deuotionis affectu proſequantur, eorumque deuotioni, ac ſpirituali conſolationi plurimũ ſatisfieri poſſet ſi eis quoque feſtum prædictum cum octaua celebrandi facultas concedatur. Quare nobis nomine dicti Commiſſarij generalis, humiliter ſupplicatum fuit, vt in præmiſſis, ac alijs infraſcriptis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eorundem religioſorum, ac aliorum Chriſti fidelium ergaipſum Beatum Didacum deuotioni quantum cum Domino poſſumus benigne annuere volentes, ac literarũ Sixti præ deceſſoris prædictarum tenore præſentibus pro expreſſis habẽtes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnibus, & ſingulis, eiuſdem ordinis profeſſoribus, necnon monialibus & ſororibus tam Sanctæ Claræ, & Conceptionis, quã Tertiarij in congregatione ſub obedientia eorũdem fratrum Minorũ de obſeruãtia viuẽtibus extra Regna Hiſpaniarum, in quibuſcũque mũdi partibus exiſtẽtibus, vt eorum ſinguli feſtum prædictum Sancti Didaci, ac etiãillius octauam, quemadmodum feſta aliorum eiuſdem ordinis ſanctorũ celebrare valeãt autoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Præterea cum ab eodẽ Sixto prædeceſſore noſtro ordinatũ fuerit, vt in vniuerſis orbis Eccleſijs feſtum eiuſdem Sãcti Didaci celebraretur, ſed quace lebritate celebrãdum ſit, nõ fuerit declaratum, nos earumdem tenore præſentium decernimus & declaramus in vniuerſis orbis terrarum Eccleſijs, ac ab omnibus tam ſæcularibus, quam quorumuis ordinum, & inſtitutorũ regularibus, ac alijs Eccleſiaſticis perſonis vtriuſque ſexus feſtum prædictũ Sancti Didaci ſub ritu ſemiduplici: in ciuitate vero, ac diœceſi Hiſpalẽſi, vnde prælictus Sãctus Didacus ortus eſt, necnõ in ciuitate, & diœceſi Toletana in quaillius corpus requieſcit ſub duplici ritu eße celebrãdũ. Præterea ad eorũdem fidelium deuotionem

non

non modo conſeruandam, ſed in dies magis augendam de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius autoritate confiſi omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui vere pœnitentes, & confeſſi, ac ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento refecti aliquam prædicti ordinis, vtriuſque ſexus Eccleſiam die feſto prædicti Sancti Didaci à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis eiuſdem diei deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam omnium peccatorũ ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus & largimus non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die vigeſima ſexta Martij, anno Dominimilleſimo quingenteſimo nonageſimo octauo Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

ARTICVLVS. V.

Vtrum feſtum Sancti Antonij de Padua ordinis Minorum ſit ab omnibus fidelibus celebrandum.

RESpõdeo dicendo, quod Gregorius IX *Præcepit Eccleſiarũ prælatis quatenus deuotionẽ fideliũ ad deuotionem Sancti Antonij de Padua excitantes feſtiuitatem ipſius idibus Iunij annis ſingulis celebrent & faciant ſolenniter celebrari.* Ita habetur in Monumentis 4 ordinum, Et Sixtus V. in Bulla, *Immenſa diuinæ ſapientiæ altitudo, &c. præcepit & mandauit vt eiuſdem B. Antonij de Padua nuncupati confeſſoris glorioſi dies feſtus idibus Iunij quo die ex hoc collachrymabili ſæculo ad cœleſtem patriã abijt, ſolenniter peragatur, ac ſub duplici minori & proprio officio, atque vbi propria non erunt de communi Confeſſorum non Pontificum poſt hac perpetuis futuris temporibus in omnibus vniuerſi orbis Eccleſijs ritè celebretur, & in Kalendario ſub duplicis feſti adiectione inſcribatur, ſicubi vero dies ſupradictus ex fideliũ deuotione ſeu conſuetudine, aut præcepto, ſeu indulto Apoſtolico maiori*

Int. imp. fo. 117. & in 2. fo. 20. conc. 491.

ri obſeruantia etiamſi duplicis maioris in die feſti & duplicis minoris per octauam, vt apud eiuſdem ordinis Sancti Franciſci celebrari cõſueuerit, id omnino ibidem retineatur. Præcepit autem omnibus, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis cæteriſque Eccleſiarũ prælatis, aut quoruncunque regularium locorum & ordinum ſuperioribus quatenus in ſuis quiſque Eccleſijs prouincijs ciuitatibus & diœceſibus, ac regularibus locis præſentes literas ſolẽniter publicari, & ab omnibus Eccleſiaſticis perſonis tam ſæcularibus quam quorumuis ordinum regularibus ſecundum ritum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ officium perſoluentibus omnino obſeruari faciant & ſi in Breuiarij & Miſſalis reformationibus nuper editis præfata ſolennitas appoſita non fuerit, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingẽteſimo octuageſimo quinto decimo nono Kalend. Februarij P. S. Anno primo.

ARTICVLVS VI.

Vtrum feſtum Sãcti Franciſci de Paula fundatoris ordinis Minimorũ ſit ab omnibus celebrandum.

REſpõdeo dicendo, quod Sixtus Quintus, prout continetur in eius bullario circa quæſitũ intitulo quæſtionis quã dã edidit bullã, quæ incipit, *In cæleſti throno, qui ſedet Rex, &c.* Dat. Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto Põtificatus ſui anno primo. *Qua perpetua conſtitutione mandauit vt eiuſdem Beati Franciſci de Paula cõfeſſoris glorioſi dies feſtus qui quarto nonas Aprilis peragitur duplici poſthac & proprio, & vbi propria non erunt de cõmuni Confeſſorũ non Pontificũ officio per cũctas totius Chriſtiani orbis Eccleſias quotannis celebretur, & in Kalendario cum duplicis feſti adiectione inſcribatur, præcepitque omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum prælatis in vniuerſo terrarum orbe cõſtitutis, vt faciãt in ſuis quiſque Eccleſijs, prouincijs, ciuitatibus & diœceſibus præſentes literas ſolẽniter promulgari & ab omnibus eccleſiaſticis perſonis ſæcularibus & quorũcũque ordinum regularibus omnino obſeruari, &c.*

AR-

ARTICVLVS VII.

Vtrum festum Sãcti Placidi ordinis D. Benedicti & sociorum eius martyrũ sit ab omnibus celebrandum

REspõdeo dicẽdo quod D. Placidus & eius socij sub regula Sãcti Benedicti se Deo dicarunt, & in monasterio apud Messanã ciuitatẽ peripsũ Placidũ in paterno fundo extructo famulatum Deo exhibuerunt, & his temporibus Sixtus Quintus, in Bulla, quæ incipit *Dominus omnipotens, qui suauiter cuncta disponit*, quæ continetur in eius Bullario, & fuit data Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octogesimo octauo idibus Nouembris Potificatus sui anno quarto. *In qua inquam præcepit, vt eorum sanctorũ martyrũ Placidi, & sociorum dies festus, quo ipsi bono, & legitimo certamine pro Christi gloria absoluto, cursu cõsummati fide seruata nobilissima martyrij corona decorati ad cælestem patriã migrauerunt, nimirum tertio nonas Octobris in omnibus Christianorbis partibus sub officio simplici in Massanensi vero ciuitate diœcesi, & prouincia duplici, & præterea alter dies festus inuentionis torũdẽ pridie nonas Augusti in Ecclesia Sancti Ioãnis Baptistæ Massanẽsis dumtaxat sub duplici pariter officio â cũctis personis Ecclesiasticis, sæcularibus, ac quorumuis ordinum regularibus de communi plurimorum martyrum, vbi proprium deerit perpetuo celebretur.*

ARTICVLVS. VIII.

Vtrũ omnes teneantur celebrare festũ Sãcti Nicolai Tolẽtini ordinis Eremitarum Diui Augustini.

REspondeo dicendo, quod Sixtus V. in Bulla quæ incipit, *Sancta Romana vniuersalis Ecclesia*, Data Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dñicæ millesimo quingentesimo octogesimo quinto decimo Kalendas Ianuarij Pontificatus sui anno Primo *Præcepit, & mandauit, vt eiusdem Beati Nicolai confessoris gloriosi dies festus quarto idus Septẽbris agatur, duplicique post hac, & proprio & vbi propria non erunt de cõmuni Confessorum non Pontificum officio per cũctas Christianiorbis Ecclesias singulis annis perpetuis futuris tẽporibus celebretur, & in Kalẽdario Romano cũ duplicis festi adiectione inscribatur, si cubi vero festus Beati Nicolai dies supradictus ex fidelium deuotione, seu cõsuetudine præcepto, aut indulto Apostolico maiori aliqua celebrari consueuerit obseruantia ea omnino ibidem retineatur mãdantes omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæteriſque Ecclesiarum prælatis in toto orbe terrarum cõstitutis, vt faciant in suis quisque Ecclesijs, prouincijs ciuitatibus, & diœcesibus præfatas literas solenniter publicari, & ab Ecclesiasticis personis sæcularibus, & quorumuis ordinum regularibus omnino seruari, quatuis in vltimis Beruiarij & Missalis reformationibus annotatio huius solennitatis posita non fuerit*

ARTI-

ARTICVLVS. IX.

Vtrũ festũ Sancti Petri martyris ordinis Prædicatorũ debeat ab omnibus celebrari.

REspondeo dicendo, quod Syxtus V. prout refertur in eius Bullario in Bulla, quæ incipit *Inuictorum Christi militum numerus*, Data Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octogesimo tertio idus Aprilis Pontificatus sui anno primo, *Perpetua sua cõstitutione mãdauit, vt Sancti Petri martyris ordinis Prædicatorum dies festus tertio Kalendas Maij per omnes totius orbis terrarũ Ecclesias duplici officio de commum vnius martyris, vbi proprium deest, celebretur, ac decernit, vt in Kalendario ad eũ diem Sancti Petri martyris cum specificatione ordinis, Prædicatorũ, ac duplici ascribatur. Et præcepit omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ecclesiarũ prælatis in vniuerso terrarũ orbe cõstitutis, vt faciant in suis quisque Ecclesijs, prouincijs, ciuitatibus, & diœcesibus præsentes literas solẽniter publicari, & ab omnibus ecclesiasticis personis sæcularibus & quorũuis ordinum regularibus omnino obseruari.*

ARTICVLVS. X.

Vtrum festũ D. Hyacinthi sit à fidelibus, & regularibus celebrandum.

REspondeo dicendo, quod S. D. N. Clemens Octauus, Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, xv. Kalend. Maij Pontificatus sui anno tertio edidit Bullam canonizationis Sancti Hyacinthi Poloni ordinis fratrum Prædicatorum definiens esse sanctum ac sanctorum catalogo adscribendum statuens, *Et præcepit, vt ab vniuersali Ecclesia quolibet anno in die xvj. Augusti festum ipsius & officium sicut pro vno Confessore non Pontifice ad formam in Rubricis Romani Breuiarij præscriptam deuote & solẽniter celebretur. Insuper auctoritate Apostolica vere pœnitentibus & confessis quotannis singulis eodem die festo ad sepulturam, in qua eius corpus requiescit deuote accesserint, necnon Ecclesias, & altaria in ipsius honorem instructa deuote visitauerint eisdem indulgentias & peccatorũ remissiones concessit & elargitus fuit quemadmodum concedit & elargitur quæ cæteris dicti ordinis monasterijs & Ecclesijs in diebus festis eiusdem ordinis sanctorum iam concessa sunt.*

Circa quam concessionem est notandum, quod indulgentia iuxta hanc concessionem & communicationem priuilegiorum pro hac festiuitate concessa est indulgentia plenaria. Cum Sixtus V. Pontifex Maximus pro festiuitatibus ordinis Minorum indulgentiam plenariam concesserit, prout infra hoc tomo, *a* in materia de indulgentijs satis diximu, & constat Iulium Secundum ordini Prædicatorum concessisse pro suis sanctis concessa & concedenda pro sanctis ordinis Minorum, etiam si sint in maiori numero, prout refertur in Supplemento *b* ordinis, & diximus late in Primo Tomo, in quæstione *c* de priuilegiorum communicatione.

a Infra. q. 87 ar. 75.

b In supple fol. 74 con cef. 222. & fol. 1. concef. 263.

c. 1. 10. q.

QVÆS-

QVAESTIO LXIX.

De festiuitatibus sanctorum ordinum quoad eorum obseruantiam, & solennitatem in quinque articulos diuisa.

Circa quam quæruntur quinque.

1 *Quomodo festũ Patris nostri Frãciſci ſit celebrandum.*
2 *Vtrũ & quomodo ſit celebrãda feſtiuitas Patris noſtri Franciſci.*
3 *Quomodo fratres Minores poſſint celebrare feſta aliquorum ſanctorum ſui ordinis.*
4 *Vtrum Moniales poſſint celebrare feſta ſui ordinis.*
5 *An feſta ſanctorum & aliæ feſtiuitates in religionibus celebrari conſuetæ ante breuiarium reformatum debeant modò celebrari.*

ARTICVLVS I.

Quomodo feſtum Patris noſtri Franciſci ſit celebrandum.

REſpõdeo dicẽdo, quod Gregorius X. aſcripſit B.P.N. Franciſcum cathalogo ſanctorum maxima cum ſolennitate, *ac præcepit omnibus eccleſiarum prælatis vt quarto Non. Octobris celebrent, & celebrandum denunciẽt populis eiuſdem ſancti feſtiuitatem*, ita refertur in monumentis ordinum. a

Et Sixtus IIII. cõceſsit, *vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſsis, qui glorioſi confeſſoris S. Franciſci feſtiuitatem (quam per petuis futuris temporibus celebrandã eſſe, & vt feſtum duplex â Chriſtianis celebrari, ab omnique opere ſeruili abſtineri, & ſub obſeruantia & præcepto comprehendi voluit) celebrantibus annuatim decem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs relaxantur.* Ita habetur in monumẽtis ordinum. b

Circa quam conceſsionem duo ſunt nõtanda, primum eſt quod Sixtus IIII. præcepit vt in feſto P. N. Franciſci ab omni opere ſeruili abſtineatur quod in aliquibus diœceſibus in his Hiſpaniarum patribus ſeruari vidi & audiui: at in alijs minimè, propterea quod celebratur quarta die octobris, quo tempore vindemia vinearũ fit & tempus vrget fideles vt fiat ne pluuia ſuperueniente (vt aliquando ſolet) perdantur vuæ.

Secundum eſt quantum ad indulgentiam hic conceſſam nunc amplior multò conceſſa eſt â Sixto V. qui dicebatur Fœlix Perretus parentibus nõn faſtu, & rerum copia ſed virtute & pietate locupletiſsimis apud oppidum Montalt diœceſis Ripanæ Marchionatus Anconatenſis in Italia oriundus. Primis ab annis D. P. N. Franciſci Minorum Patriarchæ inſtitutũ ſequutus ſummus Theologus poſtea generalis Miniſter ordinis euaſit inquiſitoris munus ad profligandas hæreſes ſtrenuè geſsit, maleuolis hominum inſidijs imperterritus, quã obrem Pio Quinto Pontifici chariſsimus inter illuſtriſsimos Cardinales euectus eſt, in quorum comitijs ſolennibus decimo quarto poſt Gregorij XIII. obitũ die communi omnium voce Deo Eccleſiæ ſuæ proſpiciente Pontifex optimus Maximus LXV. natus annos eligitur Sixti Quarti ſui ordinis Põtificis memoria pulſus Sixtus V. appellari voluit & Kalend. Maij Romæ coronari anno Domini M. D. LXXXV. qui recognoſcens habere D.P.N.F. patrem ipſum & ſui ordinis ſanctos voluit in eorum feſtiuitatibus indulgentiam conſequi plenariam prout infra c latius dicemus.

(?)

a In 1. impr. fo. 19. & in 2. fo. 22. cõteſ. 2.

b In 1. impr. fo. 46. & in 2. fo. 130. cõ. f. 291.

c Infra hoc tomo.

ARTICVLVS II.

Quomodo sit celebranda festiuitas stigmatum Patris nostri Frãcisci.

RESpondeo dicẽdo, quod Gregorius IX. edidit quandam Bullam ad perpetuam rei memoriã in cõmendatiõnẽ, & laudem sacrorũ stigmatum Seraphici Patris nostri Francisci, vbi acriter reprehendit quendam Episcopum dubitantem de huiusmodi stigmatibus. Ita habetur in libro, monumenta ordinum. *a*

a In 1. impress. fol. 11. & in 2. fol. 96. concess. 209.

Et Alexander IIII. edidit quandam solennissimam Bullam ad perpetuam rei memoriam in exaltationem, & laudem stigmatũ B. P. Francisci proferens multa testimonia fidelium personarum, qui viderunt, & palpauerunt huiusmodi sacra stigmata: & insuper addens proprium testimonium, vt in eodem libro *b* continetur.

b In 1. impress. fol. 12 & in 2. fol. 96. concess 207.

Et idem Alexander commendauit, & eximijs laudibus exaltauit mõtẽ Aluerne, vbi præfata stigmata fuerunt diuinitus impressa B. Frãcisco, ac in virtute sanctæ obedientiæ mandauit prælatis Fratrum minorum, ne conuentum illic ædificatum relinquerent, vel destrui permitterent, sed quod ibi aliquos fratres statuant, qui debitum Domino reddant famulatum: ita in eodem libro *c* continetur.

c In 1. impress. fo. 22. & in 2. fol. 24. concess. 10.

Idem Alexãder scripsit vniuersis Christi fidelibus literas patentes in commendationem stigmatum prædictorum, vbi posuit sequentia verba. *Grande, & singulare miraculũ, quo B. Franciscum ipse sanctorum splendor & gloria Dominus Iesus Christus mirabiliter decorauit vobis fœlicis recordationis Gregorius Papa Nonus prædecessor noster clara sua insinuatione literarum expressit, videlicet quod idem sanctus cum adhuc spatium præsentis vitæ recurreret, & postquam illud fœliciter consummauit in manibus latere ac pedibus specie stigmatum diuinitus extitit insignitus, cum igitur tam insignis amoris signum quod vtique ante obitum eius patuit, & nobis etiam tunc notum fuit, cum in eodem prædecessore in minori adhuc officio constituto ab omnibus Christicolis credi firmiter cupiamus deuotionem vestram rogamus & hortamur in Domino Iesu Christo in remissionem vobis peccaminum iniungendo quatenus ab assertione contrarij (quæ non nisi ex cordis malignitate procederet) aurem & mẽtem penitus auertatis reddentes vobis eundem sanctum digna veneratione propitium apud Deum, vt adiuti precibus eius & meritis fœlicitatis æternæ possitis participiũ obtinere: ita* habetur in eodem libro. *d* In quo *e* etiam continetur excommunicatio Papæ reseruata contra eos qui in Regno Castellæ, & Legionis de Imagine B. Francisci stigmata sacra ab oleuerint seu abolere fecerint, & qui prædictum sanctum præfata stigmata nulla tenus habuisse affirmauerint cuiuscumque ordinis, & conditionis existant. Et decreuit insuper quod si fortè tales fuerint Doctores in Theologia seu in quacunque alia facultate, aut potestatẽ audiendi confessiones habentes incurrant priuationem prædictorum officiorum.

d In 1. impres. fol. 16. & in 2. fol. 29. concess. 23.

e In 1. impres. fol. 26. & in 2. fol. 27. concess. 18.

Et Nicolaus *f* IIII. prædictorum Pontificum literas approbauit propter quod autoritate Apostolica festo duplici, hæc festiuitas stigmatum â fratribus & Monialibus ordinis Minorum celebratur, adeo quod fratres in hac festiuitate, & in die B. P. N. Francisci possunt, & in missa dicere præfationem propriam, quæ de sacris stigmatibus hunc diuum superexaltat prout concessit Sixtus IIII. & continetur in monumentis *g* ordinum & in supplemento, quam ego vidi sub sigillo authentico confirmauit.

f In 1. impres. fol. 11. & in 2. fol. 15. concess. 205.

g In 1. impres. fol. 63. & in 2. fol. 200 concess. 386. & in suppl. fol. 100. concess. 404.

Et pro complemento Sixtus IIII. *cum esset informatus, quod aliqui non obstante sua prohibitione cum censuris, de qua in libro Monumenta h ordinum, depingebant*

h In 1. impress. fol. 53. & in 2. fol. 50 concess. 54.

sanctam

ſanctam Catherinam de Senis cũ ſtig matibus proprijs inhærẽtes affectibus mandatis prædictis non obediebant præhabitis conſilio, & aſſenſu, & matura deliberatione cum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ſtatuit, & ordinauit quod nullius ſancti, aut ſanctæ, Beati, aut Beatæ figura aliqua cũ dictis ſtigmatibus depingi poſsit, quouismodo quo æſtimari poſsit, vel credi illum, vel illã huiuſmodi ſtigmata habuiſſe, & excepta imagine B. Frãciſci, quem multipliciter cõſtat ſtigmata à Chriſto recepiſſe, atque etiam prohibuit, ne aliquis in prædicationibus ad populum, vel aliàs ſcriptura, aut verbo aſſerere, aut affirmare præſumat aliquem ſanctum, vel ſanctam, Beatum, aut Beatã huiuſmodi ſtigmata habuiſſe, & ſuper his imponit grauiſſimas Cenſuras, & pœnas, quas incurrunt diuerſimodè facientes contra præmiſſa ſuper quibus etiam dat conſeruatores omnes Eccleſiaſticos Prælatos, & alios in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutos. Ita habetur in Monumentis i ordinum. In quo etiam K continetur, quod licet præfatæ cenſuræ ad tempus ſint ſuſpenſæ, nulla tenus tamen eſſe reuocatas, imo in ſuo robore permanere.

i In 2. impr. fo. 217. conceſ. 20.

k In 1. impr. fo 140. & in 2. fo. 124. cõceſ. 271.

ARTICVLVS III.

Quomodo fratres Minores poſsint celebrare feſta aliquorum ſanctorum ſui ordinis.

RESpondeo dicendo, *quod Sixtus IIII. conceſsit, quod fratres Minores poſsint vbique ſolenniter, & publicè feſtum quinque Martyrum ſui ordinis qui apud Marroquium paſsi ſũt, Berardi, Petri, Adiuti, Accurſij, & Otthonis in officio duplici maiori die decima ſexta Ianuarij celebrare.* Ita habetur in Monumentis a ordinum

a In 1. impr. fo. 63. & in fol. 67. conceſ. 294.

Et Leo X. *conceſsit fratribus Minoribus, & Monialibus ſanctæ Claræ, vt in Eccleſijs Monaſteriorum ſuorum duntaxat poſsint libere, & iuſtè celebrare publice, ac ſolẽniter officium de Beatis martyribus, Damiele, Angelo, Samuele, Romulo, Leone, Nicolao Hugolino fratribus dicti ordinis, qui pro Chriſti nomine mortem ſubire libenter, & martyrij palmam in Sarracenorum partibus conſequi meruerunt, cum officio duplici maiori in die determinanda à Generali Capitulo, atque etiam in letanijs & alijs diuinis officijs prout de alijs ſanctis per Sedem Apoſtolicam canonizatis memoriã facere, & quod ſimiliter propriam legendã eorum in choro cantare poſsint.* Ita habetur in ſupplemento. b

b In ſuppl. fol. 19. conceſ. 60.

Et ideo Leo Decimus conceſsit, *quod fratres minores obſeruantiæ poſsint celebrare feſta ſanctorum, in quorũ honore eccleſiæ locorum ſuorum ſunt dedicatæ ſub ritu duplicis maioris etiãſi ſecundum ordinarium eſſent de ſe ſimplicia.* Ita habetur in ſupplemẽto. c

c Supp. fol. 62. conceſſ. 192.

ARTICVLVS. IIII.

Quomodo moniales poſsint celebrare feſta ſui ordinis.

RESpondeo dicendo, quod Leo X. *Conceſsit monialibus ſanctæ Clarę ſub cura & regimine fratrũ obſeruantiæ exiſtẽtibus quod feſta B. Agnetis & vndecim millium virginũ perpetuis futuris temporibus ſub ritu dupli-*

duplicis maioris celebrare licite & libere possint & valeant. Ita habetur in supplemẽto.[a] Quod ex dicendis in articulo sequenti latius patebit.

[a] Supplem. fol. 24. nu. 134.

ARTICVLVS V.

An festa sanctorum & aliæ festiuitates quæ in religionibus celebrantur ante breuiarium reformatum debeant modo inseri in eodem Kalendario, secundum eius formam ac modum recitari.

RESpondeo dicẽdo quod solutio huius dubij satis perspicua & nota est de sanctis positis in quæstione præcedenti, & de alijs qui iam sunt inserti in breuiario Romano reformato. Et satis perspicua, & nota est loquendo de alijs sanctis: nam Rubrica prima breuiarij Romani ait, officium sit duplex in festis in quibus in Kalendario apponitur vox duplex. & in festis sanctorum qui apud quasdã religiones cõsueuerunt solẽniter celebrari cũ eorũ octauis consuetis & officijs proprijs â sede Apostolica approbatis, aut ex eius Sedis Apostolicæ autoritate receptis, aut recipiendis seruata forma huius breuiarij, alioqui de cõmuni, etiam si prædicta festa in Kalẽdario Romano nõ sint apposita. Et eadẽ verba repetijt in fine Rubrica secũda de festo semiduplici. Quibus verbis quinque clare & manifestẽ indicãtur. Primum est ecclesiã non solum præbere facultatẽ prædictis cõgregationibus propria sanctorũ festa celebrandi, verũ & id præciperepatet hoc ex ipsis Rubricæ verbis, in qua eo dẽ verborũ tenore præcipitur festa in Kalendario apposita ac propria cuiuscunque Congregationis recitari, officium enim inquit sit duplex in festis in quibus in Kalendario apponitur vox duplex, & in festis sanctorum qui apud quasdam religiones consueuerint solenniter celebrari.

Secũdum quod ex prædictis verbis colligitur est posse in religionibus recitari officia propria de his sanctis etiam si hæc officia â Sede Apostolica nõ sint approbata dũmodo digna sint vt approbentur, vel religio eis vtatur animo ea à Sede Apostolica confirmandi. Quod patet ex illis verbis ibi, *cum eorum officijs proprijs sedis Apostolicæ autoritate receptis, aut recipiendis.* Quod si ista festa proprijs officijs non gaudeant recitanda sunt de communi vt constat ex illis verbis ibi *alioquin de communi.* Ex quibus venit intelligẽda quæ dã clausula repetita in bullis in quæstione præcedenti allegata, in qua præcipitur vt recitent de proprijs sanctorum & vbi defuerint officia propria recitent de communi. Intelligenda enim est de proprijs approbatis, vel approbandis â Sede Apostolica.

Tertiũ quod colligitur est quod tam in officio proprio quã in cõmuni seruãda est forma â breuiario Romano præcepta, quod indicant illa verba ibi, *seruata tamen forma huius breuiarij Romani*, forma autem breuiarij Romani nihil aliud est quã quod seruetur modus in officio Diuino recitando in Rubricis assignatus. Nempe vt si festum sit duplex, officium verbi gratia Matutinum habeat lectiones, & postquamlibet responsoria apponantur, antiphona ante psalmos & post illos integra repetatur, & alia quæ in dictis Rubricis reperiuntur.

Quartũ quod denique colligitur ex dictis verbis est, illa procedere de festis proprijs cuiuscunque congregationis, quæ apud illos consueuerunt celebrari etiamsi in Kalendario breuiarij Romani apposita non sint, vt ex ipso verborum contextu patet. Vnde manifeste infertur quod quãuis Ecclesia non vellet laudabilem religionum propria sanctorum officia recitandi consuetudinem de medio tollere, vult tamen omnes religiones & congregationes formam ac modum breuiarij Romani in recitandis officijs seruare. Ex quo consequenter etiam infertur, quod est maximè pro religionibus considerandum, aliud esse in recitatione officij sanctorũ numerum de quibus officium fieri debeat, aliud verò formam, quæ in tali persoluendo officio seruari debet, quare liberũ erit ordinum prælatis secundum veterem consuetudinem aliqua festa celebrare de eis diuinas laudes recitando vt apud Carmelitas de B. Virgine, quod â breuiario Romano minimè est sublatum, solum enim in eo præ-

præcipitur, vt ea secundum formam eius celebrentur, quod ex Rubricis superioribus satis patet.

Nec obstat quod à Pontificibus post editum breuiarium tantum concessa est à sede Apostolica recitatio Sanctorum ordinum, nam respondetur rescripta Pontificum exponi debere iuxta iuris communis regulas vt ex eodem iure *a* patet, & sic debet dicta concessio interpretari secundum ipsas Rubricas quæ sunt ius commune, præterea quod in gratiam alicuius conceditur non debet in eius odium retorqueri vt dicitur in iure *b* vnde cum dicta concessio fuerit facta in fauorem Sanctorum ordinis nō est cur quis credere debeat â dicto ordine esse ablatā facultatē recitādi de alijs sanctis de quibus recitare cōsueuerat præterea Cardinales designati ad celebrandū festiuitates de quibus facta fuit prædicta concessio nō limitauerunt ipsas taliter vt negarēt ipsas religiones posse celebrare de sanctis cōsuetis in ipsis celebrari, & quādo quid in aliqua dispositione seu cōstitutione aliquibus de causis omittitur, de eo iudicādū est secūdū regulas iuris cōmunis, ius autē cōmune in nostro proposito sunt Rubricæ ipsius Breuiarij. Hæc ita determinata sunt in illa illustri Academia Cōplutēsi cōmuni Doctorū calculo, ac subscriptione propria, vt vera, & certa anno Dñi millesimo quingētesimo nonagesimo secūdo cōfirmata sunt, subscripserunt enim huic sententiæ Dñs Doctor Frācisc̄us Martinez primarius Cathedræ Theologiæ, & nunc meritissimus Canariēsis Episcopus, ac doctissimus Pater Vazquez Societatis Iesu, & ex Canonistis Doctor Salzedo in prima Canonū Cathedra regēs ac Doctor Felicianus Decretorum Cathedraticus, & alij plurimi prout refert doctissimus & religiosissimus pater Thomas de Iesu *c* Minister Prouincialis Prouinciæ Castellæ Def calciatorū Carmelitarū expositione Regulæ ipsorū Patrum. Ex quibus cōcluditur, quod festa, de quibus hodie secundū ius cōmune prædictarum Rubricarū secluso quocunq; priuilegio post dictas Rubricas impetrato nō solū sunt festiuitates sanctorū ipsarū religionū, sed etiā sunt festiuitates, de quibus in dictis religionibus officiū recitari cōsueuit. Vnde infertur, q̄ priuilegiū Leonis X. quo cōcessit fratrib⁹, minoribus & Monialib⁹, & Sororibus in partib⁹ vltramontanis vt possint celebrare festa Angeli custodis, & Angeli Raphaelis in diebus in quibus per sua Capitula prouincialia respectiue ordinatum fuerit, prout continetur in supplemēto. *d* Hoc (in quam) priuilegium non est reuocatum in Prouincijs, in quibus ratione ipsius vsus receperat, vt de ijs festiuitatibus celebraretur, cū ratione dicti vsus fundati in ipso priuilegio dictæ festiuitates essent propriæ.

d Suppl. fol. 61. concess. 192.

a cum cautam de rescrip.

b c. quod in gratiā de regul. iur. li. 6.

c Thomas de Iesu in exposit. regulę carmi. 2. p. dub. 2.

QVAESTIO LXX.

De obseruatione festorum in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 Vtrū religiosi teneātur obseruare festa ab Episcopis præcepta.

2 Vtrum laici in monasterijs religiosorum ratione pietatis possint in diebus festiuis laborare.

ARTICVLVS I.

Vtrum Religiosi teneantur obseruare festa ab Episcopis præcepta.

REspondeo dicendo, quod Eugenius IIII. concessit, *Monachis S. Benedicti cōgregationis Hispaniæ, quod in suis monasterijs nō teneantur seruare, siue colere alias festiuitates, nisi illas præcipue, quæ per vniuersalē Ecclesiā obseruantur, alias licitè vacare laboribus, & consuetis exercitijs, vel occurrētibus possunt nisi cōmuniter ab omnibus se*

cundum conſuetudinem locorum, vbi monaſteria ſita fuerint, vel ſuperiorum obſeruetur quibus ſine ſcãdalo in huiuſmodi laboribus faciendis contraueniri non poſſit. Ita habetur in cõpendio *a* mendicantium, & idẽ refertur in cõpendio ciſtercienſi, & cũ hoc concordat Tridentinũ *b* dicens. Dies etiã feſti, quos in Diœceſi ſua ſeruandos idem Epiſcopus præceperit ab exemptis omnibus etiam regularibus ſeruentur, quod iuri conſonum eſſe patet, regimen enim Monaſteriorũ, quoad celebrationẽ feſtorum ad Epiſcopum pertinere videtur argumẽtõ aliquorum Canonum. *c*

a Cõp. mendicãtiũ ti. feſtiuitas §. vltimo cõp. ciſterc. ti. feſtiuitas ſactorum.

b Trid. ſeſ. de reg. c. 12

Aduertendũ tamẽ, quod feſta per populũ votata nõ tenentur Regulares obſeruare, licet enim in fauorabilibus appellãtione populi veniant etiã Monachi in odioſis tamẽ eos minime cõprehẽdi exiſtimo, præſertim, quia votũ de obſeruatione alicuius feſtiuitatis cenſetur cũ doctiſsimis Theologis eſſe perſonale; & ſic perſonas ipſum emittẽtes ſolũmodo cõprehendere, à quibus tamẽ, vt in noſtra ſumma cõfeſſorum dixi, recedit doctiſsimus Nauarrus *d* affirmans dictũ votum nõ perſonale, ſed reale dici debere, & ad populũ ratione cõtractus tranſire: vtcumque tamen ſit feſta, quæ ratione voti obſeruantur, licet ab Epiſcopo dictũ votũ cõfirmetur nõ ſunt vota ab Epiſcopo præcepta, quæ Regulares tenentur ſeruare per dictũ Cõcilij Decretũ, cũ ſint feſta votata, quæ licet ab Epiſcopo ſint cõfirmata, ipſa tamẽ cõfirmatio nihil illis addit, per quod ſuã originalẽ denõminationem amittant, & aliam præcepti induant conditionẽm. Verum eſt tamen quod ratione ſcandali tenebuntur dicti religioſi obſeruare feſta votata à populo, vbi ſint. Vnde Eugenius in conceſsione ſuperius allegata ſicut non eximit regulares ab obſeruatione feſtorum, quæ mandato ſuperioris obſeruari præcipiuntur: ita nõ eximit Regulares à dicta obſeruatione feſtorum, quæ communiter ab omnibus ſecundũ cõſuetudinem locorũ, vbi monaſteria ſita fuerint, obſeruantur.

c c. de his d. 13. & 9. q. 3. c. per ſingulas & 16. q. 1. c. qui vere & 61. d. ca. obitum.

d Nau. c. 12. in man. nu. 80.

ARTICVLVS II.

Vtrum laici in monaſterijs religioſorum ratione pietatis poſsint in diebus feſtiuis laborare.

RESpondeo dicẽdo quod nõ omnia quæ poſſunt fieri gratia neceſsitatis poſſunt fieri ratione pietatis, nã propter neceſsitatem omnia opera tam ſeruilia quã non ſeruilia exerceri poſſunt, ſed non omnia permittuntur cauſa pietatis, ſi pitatẽ intelligimus virtutẽ illam qua patriã & parẽtes veneramur ſicut acceperũt Tullius *a* & Auguſtinus, nec ſi pietatẽ pro miſericordia accipiamus. Et enim quãuis opera quæ ex natura ſua ad miſericordiã pertinẽt (vt veſtire nudũ, alere pauperem) in omnibus diebus feſtis poſsint licitẽ fieri iuxta quandã gloſſam *b* cõmuniter receptã, alia tamẽ opera ſeruilia, quæ ex ſola intẽtione operantis ad miſericordiã diriguntur fieri nequeũt. Quã ob rẽ qui ſub miſericordiæ & pietatis prætextu abſq; alia vrgente neceſsitate in diebus feſtiuis ædificant, vel reficiunt pontes ſternunt vias, tota errant via vt tradit Caietanus communiter receptus, & peccant contra præceptum obſeruationis feſtorum, à qua obligatione nõ eximuntur regulares, cum nullum (quod viderim) illis ſit priuilegium conceſſum quo in diebus feſtiuis poſsint in opere ſuorum monaſteriorum operibus ſeruilibus ſeculares & ipſi religioſi occupari qua propter, vt id licitè facere aut permittere poſſint petere licentiam ab Epiſcopis & ordinarijs tenentur qui ad hæc & alia minima diſpenſanda habent cõſuetudine autoritatem, ſine dicta enim licentia laborantes & prælati permittentes laborare in dictis diebus peccato ſunt irretiti, niſi aliqua neceſsitate præſente, aut eminente excuſentur. Qua ratione in prouincia Sancti Iacobi regularis obſeruantiæ P. N. Franciſci (cuius ego indignus ſum filius) ordinatione prouinciali decretum eſt ne prælati, aut præſidentes permittant in ſuis domibus in diebus feſtiuis opera ſeruilia facere.

a Tull. 3. rec. ad Herenn. Auguſt.

b Gloſ. in c. fi. de feriis

c Caiet. 2. 2. q. 122. ar. 4. col. 4.

Aduertendum tamen quod Eugenius IIII. ait quod ſeculares laborantes in fe-

in festis sanctæ Crucis & sancti Michaelis Septembris & sanctorum Innocentium & sancti Sylvestri se nolle quod peccent mortaliter nisi venerint in Dominica, ita habetur in Monumētis ordinum & in supplemento & tradit Nauarrus.

d In 1. imp. fol. 61. & in 2. fo. 164. cōcel. 83. & in supp. fo. 395 Nau. in ma. c. 14. n. 15.

QVÆSTIO. LXXI.

De feudo in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vtrum monasteria feudalia bona habere possint.*

2 *Vtrum milites Hierosolymitani sint capaces feudi.*

ARTICVLVS I.

Vtrum Monasteria feudalia bona habere possint.

a Tom. 1. qq regul. q. 28. ar. 3.

VIde quæ diximus in primo tomo *a* per quæ quæstionis articulo satis respondetur.

ARTICVLVS II.

Vtrum milites Hierosolymitani sint capaces feudorum.

REspondeo dicendo quod Curtius senior consuluit pro parte affirmatiua quia nō deposuerunt arma imo Deo in seruierunt in militia contra infideles, ideo Abbas *b* ait quod hi milites sunt proprie religiosi, & idē appellat ipsos quasi religiosos, ergo cū non desinant esse milites poterunt succedere. Contrarium opinionē tenent viri docti, quæ verior reputatur iure cōmuni attento quod scilicet nō sunt feudi capaces. Pro qua opinione probanda præmitto milites Hierosolymitanos esse religiosos & personas ecclesiasticas secundum quandam glossam. *d* Quod probatur etiam in libro suarū cōstitutionum, cuius titulus est *stabilimenta sacri ordinis D. Ioannis Baptistæ Hierosolimitani*, præsertim in proœmio, & in alijs quam plurimis capitulis in quibus religiosi nuncupantur. Imo dico quod sunt religiosi milites quia profitētur tria vota essentialia & sic tanquam clerici sunt feudi incapaces, imo hac ratione probatur quia iure *e* pontificio eis interdicitur muliebris consuetudo, & pro hoc pulchra decisio Capellæ *f* Tolosanæ. Et in specie nostri casus in libro Constitutionum *g* dicti ordinis cauetur quod alicui dictorum fratrum non liceat aliquo modo se homagio confederatione aut iuramento astringere alicui personæ sine sui Magistri licentitia. Et in eisdem cōstitutionibus *h* eis inhibetur ne se implicent bellis Christianorum: ergo non possunt succedere in feudo cuius occasione præstatur iuramentū. Et hanc opinionem quam plures sequuntur præcipuè Alexander *i* & decisio Pedemōtana quos refert & sequitur Guerinus Pisonis.

b Abbas in rub. de reg. cleric. in c. quamuis de decim.

d Glos. in c. quisquis 17. q. 4. & in c. ex parte de decim.

e Ca. vxoratas in fin. de conuers. cō iug.

f Tolos. q. 448.

g Ca. 12. tit. de fratri. & c. 25. ti. de inhibit. & pæna.

h c. 28. qualiter iuram. debeat vassal. feud. cū duob. seqq.

i Alex cōs. 303. decis. pedem. 27. n. 18. Guerin. in feud. vsib. §. quæro an milites Hierosol. l. 1. Tom. q. 28.

Sed licèt hæc vera sint de iure cōmuni at si hæc sacra religio habet cōmunicationē priuilegiorū Celestinorū & congregationis S. Georgij in Algala sunt licet sint religiosi capaces feudorum iuxta ea quæ in primo tomo *l* late diximus. Verum est tamen quod sine licentia sui magistri non possunt tali feudo se obligare iuramento præstito nec hoc est mirum cū sine licentia suorū prælatorum nō possint religiosi se seruitio alicuius principis emancipare prout supra hoc tomo *m* secūdo dictū est.

Sed vt supra dicta clariora fiant videamus quid sit feudum, pro quo nota quod feudum est concessio rei immobilis facta pro homagio prout colligitur ex iure. *n* Hæc definitio colligitur ex traditis ab Hostiensi & Azone in suis summis dicentibus quod est beneficium alicuius rei inuestitura interueniēte sic concessæ seu datæ alij, vt dominium penes concedentem remaneat, cuius occasione recipientes & successor eius concedente domino ad id seruitium, de quo & vsque quo conuenit aut feudi natura requirit tenetur directo domino, vtile autem ad feudatarium transit argumento eorū quæ in iure *o* de emphyteuta notātur. De natura autem huius contractus est quod dominus retineat sibi directū dominiū ac proprietatem vt in libro *p* feudorū notatur. Secundo quod vtile dominiū transeat in vassallū, quod patet quia vassallus potest quasi vēdicare vt in eodē

l Sup hoc 2. to. q. 61.

n Ca. ex diligenti extra de simo.

o L. vn. ff. si ager. vectigal. per §. qui me.

p Lib. feud. vit. in quib. cauſ. feud. amittat. ca. nic.

libro q definitur, & conſequenter eſt qua ſi dominus alias nõ vẽdicaret ſecũdũ ius r tertio quod dominus habeat ciuilem poſſeſsionẽ & vaſſallus naturalem, quia vaſſallus appellatur vſufructuarius qui naturaliter poſsidet argumento iuris. s Quarto quod cõſiſtat in rebus immobilibus, quinto quod ſi vaſſallus domino conſtitutũ ſeruitium non præſtiterit â feudo repellitur, ſexto quod ſine domini voluntate feudũ alienare nõ poteſt, ſeptimo quod feudatario regulariter fit in perpetuum, octauo quod dominus habeat mittere vaſſallũ in poſſeſsionẽ, alias cõditiones feudi ponit eleganter more ſolito laborioſus & doctus Syluester t in ſua ſumma. Ex quibus patet quod quando feudũ datur vt inde præſtetur ſeruitiũ reale nõ eſt propriè feudũ, ſed cõtractus innominatus ſecundũ Cinum u ſicut dicit Baldus x quod in quibuſdã partibus Lõbardiæ pro feudis Eccleſiæ ſolui tur par Caponũ, vel ſpatula porci & huiuſmodi & ſecundũ eum hoc modo feudum ſumptum æquiparatur emphyteuſi, ſimiliter ſi eſſet quid emptum non habet naturam feudi ſecundum Baldum, y ſed quando imponitur onus perſonale vt ire ad parlamentum Regis & huiuſmodi & abeſt vẽditio, tũc propriè eſt feudum & lege feudorum regulatur. Vtrumque autem horũ feudorum prohibentur hãbere milites D. Ioannis ſine licentia ſui magiſtri, non enim ſine ipſa poſſunt ad aliquod ſeruitiũ perſonale, aut reale obligari vt ex conſtitutionibus huius ſacri ordinis ſatis patet.

q Lib. feud. ti. de inueſtit. de re alien. fact. ca. vnic.

r L. quintus ff. de aur. & arg. legat.

s L. naturaliter, ff. de acqui. poſ.

t Syl. v. feudũ n. 1. & 2.

u Cynus in auth. ingreſſi C. de ſacr. eccleſ.

x Bal. in lib. de conſuet. feud.

y Bal. vbiſu. & in c. 1. de feud. & in l. qui ſecũdo liber.

QVÆSTIO. LXXII.

De profeſsione fidei in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1. *Vtrum prælati regulares & prædicatores fidem profiteri teneantur.*
2. *Vtrum promotio Doctorum & aliorum cuiuſcunque artis & facultatis profeſſorum cum profeſsione fidei ſit præſtanda.*
3. *An religioſus adeptus prælationem non faciens profeſsionẽ ignorãter ſittus in cõſcientia.*

ARTICVLVS I.

Vtrum prælati regulares & prædicatores fidem profiteri teneantur.

RESpondeo dicendo quod Pius IIII. anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto idibus Nouembris pontificatus ſui anno quinto in Bulla, quæ incipit *iniunctum nobis* quæ habetur in conſtitutionibus a pontificalibus Pij Quarti determinat. *quod iuxta Conc. Trid. b diſpoſitionem, oẽs quotquot deinceps Cathedralibus & ſuperioribus eccleſijs præfici, vel quibus de illarũ dignitatibus, Canonicatibus, & alijs quibuſcũque beneficijs eccleſiaſticis curã animarũ habentibus prouideri cõtinget publicã orthodoxæ fidei profeſsionẽ facere ſeque in Romanã eccleſiæ obedientia permãſuros ſpondere & iurare teneãtur. Voluit etiã perquoſcunque, quibus de monaſterijs, conuẽtibus domibus & alijs quibuſcunque locis regulariũ quorũcunque ordinum etiam militiarũ quocũque nomine vel titulo prouidebitur idẽ ſeruari.* Et ſufficit vt hi prælati regulares eam profeſsionẽ faciant intra duos menſes ab adepta poſſeſsione ſuæ præfecturæ, idem concilium exprimit, & tradit Nauarrus. c

Quantũ vero attinet ad prædicatores Regulares in noſtra religione per literas noſtri reuerendiſsimi Cõmiſſarij Generalis in his Hiſpaniarũ partibus de mandato noſtri illuſtriſsimi protectoris S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, fuerunt ſuſpenſi omnes lectores, & prædicatores ab officio prædicationis vſque dum fidem catholicam fuerunt ſolenniter profeſsi.

a Conſt. Põ ti. 30. fo. 481

b Con. Tri. ſeſ. 24. de re for. c. 12.

c Naua. lib. conſ. tit. de ſum. Trinita conſi. & lib. 2. conſ. ti. de iureiu ran cõſi. 10.

AR-

ARTICVLVS II.

Vtrum promotio Doctorum, & aliorũ cuiuſcumque artis & facultatis profeſſorum cum profeſſione fidei ſit præſtanda.

REſpõdeo dicẽdo, q̃ idẽ Pius V. apud ſanctũ Petrũ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingẽteſimo ſexageſimo quarto Idibus Nouẽbris Põtificatus ſui anno quinto in Bulla a quæ incipit, *In ſacroſancta Beati Petri, motu proprio, & ex certa ſcientia, & deplenitudine poteſtatis decreuit, quod deinceps nullus Doctor, magiſter, Regens, vel alius cuiuſcumq; artis & facultatis profeſſor ſiue clericus, ſiue Laicus, ſiue ſæcularis, vel cuiuſuis ordinis regularis ſit in quibuscunq; ſtudiorum generalibꝰ vniuerſitatibꝰ, aut Gymnaſijs publicis, aut alibi ordinariã vel extraordinariam lectoris cathedrã aſſequi, vel iam obtentam retinere, ſeu alias Theologiam Canonicam, vel ciuilẽ cenſurã medicinam Philoſophiam, Grammaticã, vel alias liberales artes in quibuſcũq; ciuitatibus terris, oppidis, ac locis, etiam in Eccleſijs monaſterijs, aut cõuentibus regularium quorumcumque publice, vel priuatim quoquomodo profiteri, ſeu lectiones aliquas in facultatibus huiuſmodi habere, vel exercere. Neque Doctores ipſi, aut vniuerſitatũ ſeu gymnaſiorũ eorundẽ Rectores cancellarij, vel alij ſuperiores, ſed neque etiã Palatini comites aut alij patricij lares facultatem eruditos viros ad eoſdem gradus promouendi etiã à nobis, & Apoſtolica ſede, vel alias vndique habentes Scholares, tam laicos, quam clericos, & cuiuſuis ordinis regulares vel alios quoſcumque quantalibet eruditione præditos, ad vllũ in eiſdem facultatibus ſuſcipiendũ recipere & admittere, neque doctores magiſtri & Scholares ad electionem alicuius in rectorẽ vel cancellarium vniuerſitatis aut gymnaſij procedere. Nec ipſi ſcholares, vel alij quãtũlibet docti, & alioquin habiles gradus huiuſmodi, vel eorũ aliquem palã vel priuatim recipere valeat, niſi Doctores videlicet & regentes magiſtri & alij profeſſores tã ad Cathedrales & lecturas recepti in Italia intra ſex menſes à die publicationis præſentiũ cõputandos, reliqui vero ad cathedras, & alias lecturas ibidẽ in poſterũ aſſumendi ante eorũ receptionem in rectoris vel aliorũ ſuperiorũ, eligendi autẽ in rectores, vel cãcellarios ante illorũ electionem vel ſaltẽ admiſſionem in ordinary loci vel eius in ſpiritualibꝰ vicary. Ac promouendi ſcholares & alij præfati ante illorum promotionẽ, ineuſdẽ ordinarij ſeu eius vicary aut doctorũ aliorumq; promouẽtium manibus præuio etiã proceſſu vel debita informatione quantum eis ſufficere videbitur ſuper religione fideq; catholica rectorum, cancellariorum doctorum lectorum & promouendorũ eorundẽ per ipſos locorum ordinarios, vel eorũ vicarios rite facta præcedente eandem catholicã fidem verbis iuxta formã infraſcriptæ tenorẽ cõceptis palã & ſolemniter profiteri teneãtur, & deſuper inſtrumentum publicũ confici, ac de proceſſu ſeu informatione, & fidei profeſſione in priui-*

a Hab. in cõſti. Põtifical Pij IIII. conſti. 21.

legio Doctoratus, vel alteri⁹ grad⁹ huiuſmodi ſpecialis ac de verbo ad verbū mētio & relatio fieri debeat autoritate Apoſtolica tenore præſentiū perpetuo ſtatuit & ordinauit, &c. Et quod ad antiſtites ponit obedientiā & cōtra venientes ingreſſu Eccleſiæ eos punit, quo ad inferiores vero ponit excōmunicationem latæ ſententiæ & priuationē omniū & ſingularum dignitatum beneficiorum & officiorum & feudorū Eccleſiaſticorū per eos quomodolibet obtentorū, & inhabilitatis, ad illa & alia in poſterū obtinēda eo ipſo per cōtra facientes incurrenda, ac quaſcūque receptiones, promotiones, electiones, & admiſſiones abſque proceſſu, certaq; de religione, & fide catholica notitia, ac dicta fide, profeſſione (vt præfertur) præcedete pro tempore factas nullas inualida nulliuſq; roboris ac momēti eſſe, neque cuiquā iudicio, vel extra ſuffragari poſſe, ſicq; per quoſcūque iudices, & cōmiſſarios quauis autoritate fulgentes ſublata eis, & eorū cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate. Hæc dicuntur in præfata conſtitutione.

Circa quam conſtitutionem eſt notandum, quod in ea proponitur excommunicatio latæ ſententiæ, quæ ipſo facto incurritur, iuxta annotata per Alexandrum *b* & per Felinum, & proponuntur etiam aliæ ſublata facultate aliter interpretandi, & iudicandi, & hic eſt ſtylus curiæ, vt concludunt Ruinus, *c* & Pariſius. Vnde ſequitur quod ſi aliquis aliter iudicauerit, eius iudicium eſſe inualidum ac temerarium. Appoſitum eſt etiam in eadem conſtitutione decretum irritans, cuius natura eſt operari nullitatem actus in contrarium faciendi iuxta Gloſſam *d* Imolam, Oldradum, & Geminianum, & inducit nullitatem ipſo in re, vt probat quædam Decretalis *e* & voluit Ruinus.

Ex prædictis colligitur prælatos regulares, & ab eis ad doctoratū, & regentū promotos diu poſt publicationem dictæ conſtitutionis contra venientes canoni præmiſſo excommunicatos eſſe ipſo iure ac ipſo facto, & priuatos quibuſcumque dignitatibus, & officijs etiā generalatu, ſeu, Abbatiſſali dignitate fuiſſe, & eſſe, & inhabiles effectos reſpectiue promotioneſq; huiuiuſmodi irritas, ac inualidas fuiſſe, & eſſe, vt in dicta conſtitutione continetur fauorem publicum, & animarum, ac honorem Dei, & fidei aſſertionē concernente, & ſic vt conſtitutio fauorabilis, & amplianda, & inconcuſſe ſeruanda iudicari debet iuxta quandam legem *f* propter enim publicam vtilitatem multa ſtatui poſſunt contra iuris regulas. Hinc videmus Reges ratione publicæ vtilitatis reuocare priuilegia etiā ciuitatibus, vel alijs per ſe, vel per ſucceſſores conceſſa, prout tradit Ludouicus Carrerius, *g* animæ item, ac fidei, & religionis fauor idem, & multo magis operari debet, & etiam vt omnes ligent ex traditis in iure, *h* & notatis per Ioannem Andream, *i* & Abbatem, & Ioānes Andreas ait, quod conſtitutio licet videatur odioſa quia pœnalis, tamen fauorabilis eſt, quando in fauorem animæ inducta eſt, & ideo ipſius pæna potius eſt dilatanda, quā reſtringēda iuxta quandam Gloſſam *k* communiter receptam ſecundum Socinum. Neque his obſtat, quod generales, & prælati regulares non habent notitiam dictæ conſtitutionis, vnde ſecundū iura *l* illa ligari non poſſunt. Nam reſpondetur primo, quod hæc conſtitutio eſt irritatoria, quæ ignorantes ligat, iuxta ſacros Canones, *m* & tradit Quintilianus Mandoſius, ſecundo reſpondetur, quod hæc conſtitutio inter alias cōſtitutiones etiam poſt Cōcilij Tridentini Decreta inſerta eſt, & eſt nota iuxta ſacros Canones, *n* & tradita à Baldo, & Romano, prēterea generales & prælati regulares debent in his, quæ fidem & religionem reſpiciūt, ac ſuam gubernationem, officium, & regimen, & adminiſtrationem diligentiſsimè ſe informare de omnibus Decretis, & conſtitutionibus, & reformationibus, quæ in diem à Sede Apoſtolica emanabūt, alioquin ignorātia non excuſaret eos vt ijdem

Sacri

b Alexā in addi. ad Barto. in l. Imperator. ff de iure fiſci feli. inc. Rodulphus n. 24. dereſer. c Ruin. cōſ. 76. poſtn. 9 vol. 5. Pariſ. cōſ. 5. poſt n. 133 & cōſil. 38. nu. 7. vol. 4. d glo. incle. 1. v. nullatenus & ibidē Imol. n. 20. de ſeq. poſt Oldr. conſ. 319. co. vlti. verſic. ibi ſi prælatus Gemin. in c. ſi Roman. 5. ſenten. n. 4 de app. li. 6 ce. pœna de prēbend. li. 6. Ruin. cōſi. 70. colu. volu. 5.

f l. ſiquis in graui verſi. is. quoque ff. ad ſilania num.

g Carre. in praxi. crim. caſu. 7. n. 90 cum ſeq.

h Andreas inc. ſignifi. ver. iuriſdictionſ, & ibi Ab. col. 7. d foroco peten.

i Andr. inc. ex tenore. co. 2. verſi. dicergoqui filij ſint legitimi.

k glo. in l. omnes dies ve. Apoſtolicæ in fi. C. de feriis Soci. cōſ. 191. co. vlt. n. 7. li. 2.

l l. vlt. ff. de decreto ab ordine faci. l. ſi ignorās ff. locati.

m c 1. verſi. adijciebatur de conceſſ prēbē. Mād. cōſil. 57. n. 9.

n c. paſtor. de fide inſtrum. Ba. in l. 2. poſt pr. C. quando prouo. non eſt neceſſe Rom. cō. 260. n. 2

Sacri Canones in simili casu determinant, & tradunt Lapus o Paulus Castrensis, & Parisius, & licet decretũ irritans in constitutione præmissa oppositũ operaretur ante publicationẽ prout senserunt Paulus de Eleazar, & Enricus Boic, & voluerũt Antonius de Butrio, Imola, Felinus, Cassialupus, & alij, quos refert Mãdosius. Idem tamen Sũmus Pontifex ad tollendũ omne dubiũ, & nequis prætextu ignorantiæ, vel alio se excusare posset adijcit tempus, & teminum constituit in sua constitutione, qui præteriri non potest dicens; *ne autem publicationis quispiam præsentium ignorantiam prætendere, vel excusationem allegare possit sed ipsa perueniat ad omnium notitiam aliquantulum volumus, & mãdamus, quod eædẽ præsentes in Basilicæ principis apostolorũ de vrbe, & cãcellariæ nostræ valuis, ac acie cãpi Floræ per aliquem excursoribus nostris affixæ copia illarũ ibi demissa omnes in Italia intra tres, extra vero illam existentes intra sex menses proximos ab ea die affixionis cõputandos perinde arctent, ac si illis personaliter intimata fuissent.* Vnde cum constet de publicatione, si constat determino iam lapso non est dubium, nisi quod contra venientes huic constitutioni incidunt in pœnas ab ipsa appositas nisi defendantur, quod talis constitutio apud ipsos minimẽ fuerit recepta & per non receptionem legitimam suam amisisse vim, sicut alia similia decreta non recepta eam amiserunt.

o Lapus allegatio. 51. n.17. Castr. in l.1.§.nõ autem n.3. ff. de exercita.

p Eleazar in proæmio. clem. Boic. in c.2. de cõstitutio, vbi Butrius cõ. 4. Imol. co. 2. fallen. 2. Feli. co. vlt. limit. 4. Mã vbi sup.

ARTICVLVS III.

An religiosus qui adeptus est prælationẽ, & per ignorantiã per inaduertentiã non fecit professionem fidei, quã mandat fieri Conciliũ Tridentinũ, sit tutus in foro conscientiæ.

Respondeo dicendo, hunc religiosum non peccasse coram Deo, & sic in foro conscientiæ à pœnis dictæ constitutionis esse immunem cum ignorantia, incogitantia, & inaduertentia excusent eum ab illis per notata à D. Thoma, a & à Canonistis, tum quia lex pœnalis etiam si pœnam ipso iure contineat non ligat in conscientia ante sententiam criminis declaratoriã iuxta quandam Glossam b communiter receptam: tum quia qui bona fide transgreditur legem humanam putans se habere iustã causam transgrediendi non peccat mortaliter, vt post alios tradit Nauarrus, & hic bona fide transgressus fuit dictam legem illam de facto ignorando: & à fortiori etiam si eam sciret, si tamen intellexit ipsum minime comprehendere cum fidem professus fuerit solemniter, quando fuit institutus prædicator: nam lex humana male intellecta non ligat in foro conscientiæ iuxta Innocentium d quem cum alijs ad id refert Felinus. e Quare ait Nauarrus, f quod hic religiosus taceat hanc negligentiam coram hominibus, & gaudeat coram Deo se iam quando fuit institutus prædicator professionem fidei fecisse & expulsis scrupulis tranquillo pectore suum officiũ & munus exerceat ad laudem Domini nostri Iesu Christi.

a Tho. 1.2. q.88. ar.5. & 6. Canonistæ in c. ignorantia de regul. iuris li.6 & in c. turba. §. notandũ 1.q.4.

b glo. in c. fraternitas. 12.q.2.

c Nauar. in man. c. 27. nu.43.

d Inno. inc. perpetuas de simo.

e Felin. inc. fi. n.7. de re iud.

f Naua. li.1. consi tit. de sum. Trini. cons.3.

QVÆSTIO LXXIII.

De ordinum generalibus quo ad potestatẽ reformandi in quatuor articulos diuisa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *Quam potestatem habeant generales ordinũ.*
2 *Vtrum generales teneantur monasteria & eorum subditos reformare.*
3 *Vtrum generales debeant reformare ad regulæ quam professi sunt præscriptum.*
4 *Quomodo debeant se prælati habere in reformatione.*

ARTICVLVS I.

Quam potestatem habeant generales ordinum.

Respondeo dicendo, quod si per singularia descenderemus plurima nobis de hac

hac materia essent dicenda, de ijs scilicet, quæ concernunt administerium generalatus, sed omnia, quæ potui nimio labore investigare in his tomis per suas materias resoluuntur, præcipue in primo tomo, in quo per multas quæstiones de Abbatibus late agimus. In hoc autem articulo ad generalia tantũ me cõuertẽdo dico, quod Sixtus *IIII. Cõcessit, quod generales Carmelitarum administrẽt, & exercẽat ea, quæ ad suũ officium generalatus pertinent reiecta quauis professorum sui ordinis, & aliorũ sibi ratione dicti officij subditorũ appellatione, quæ ab eius præceptis, monitionibus, ordinationibus & mãdatis, ac decretis regulari disciplina quomodolibet interponi contigerit.* Ita habetur in monumentis ordinum, & Paulus *III. Concessit, quod præpositus generalis societatis cũ primũ electus est iuxta societatis cõstitutiones eo ipso sit verus ipsius religionis præpositus, cũ libera, & omni moda cura, & administratione omniũ quæ ad fœlix regimẽ, & prosperã directionem societatis pertinent. Potestq; plenam exercere iurisdictionem in omnes sub eius obedientia degentes vbicumq; commorantes etiam exemptos etiam quascumque facultates habentes.* Ita refertur in compendio *b* Societatis.

a in 1.imp. fo.99.& in 2.fo.182.cõ cel.446.

b Comp.so cietat. v.generalis.§.1.

ARTICVLVS II.

Vtrum generales teneantur monasteria, & eorum subditos reformare

REspõdeo dicendo quod Cõciliũ Cõstãtiense, *statuit quod generalis fratrum minorũ possit & debeat cõuentus suos sibi subditos ad statũ strictæ obseruãtiæ cõsonum iuxta declarationes & statuta sedis Apostolicæ & ordinis reducere tollẽdo quascũque superfluitates siue sint in rebus mobilibus, quantum fieri poterit bono modo habito semper consilio maiorum & discretorũ sibi obedientium, ac eligendo (si opus fuerit) aliquas personas quæ ipsas superfluitates autoritate dicti Cõcilij vendant atq; cõmutent, aut alias in operibus cõuentuum cõuertãt,* ita habetur in monumẽtis ordinis. Et Eugenius *IIII. Cõcessit vt generalis possit tollere superflua à conuẽtibus sibi subiectis, ac in alijs conuentib⁹ reponere aut cõmutare,* ita habetur in eodem libro. *b* Et idem Eugenius, *districte præcipiendo mãdauit prouincialibus & alijs fratrib⁹ ordinis minorum regularis obseruantiæ, quatenus generalibus dicti ordinis pro tempore existentibus (appellationes & cõtradictione qualibet remota) in omnib⁹ & singulis licitis & honestis regulã & statum, ac ordinem ipsorum obseruantiæ, necnon officium eorundẽ generalium quomodolibet cõcernentibus, quæ ipsi generales pro tẽpore duxerint ordinanda, seu illis iniunxerint aut illa efficaciter studeãt,* adimplere ita in ipsomet libro continetur.

a in 1.imp. fo.26. & in 2.fo.110.cõcel.236.

b in 1.imp. fo.261. concel.676.

Et pro ordine Cisterciẽsi ordinauit Eugenius *III.* quod, *in omnib⁹ monasterijs Cistercien sis ordinis regula B. Benedicti perpetuis tẽporibus obseruari debet, neminique licere præter simplicem & cõmunem intelligentiã alium quemlibet sensum induce-*

c in 1.imp. fol.47.

re

cere. Ita habetur in huius ſacri ordinis compendio. d Et Martinus V. & Eugenius IIII. prout in eodē Compendio refertur, *ordinauerūt q̄ generalis reformator, & capitulū generale ordinis Ciſterciēſis pro directione ac ſubditorū animarū ſalute ſtabilitateq̄ monaſteriorum ſaluis regulæ ſubſtantialibus, quaſcumq̄ in ſpiritualibus & temporalibus circa regulam ipſam & eius obſeruātias occurrētes ambiguitates, obſcuritates & dubia declarandi dilucidādi, interpretandi & diſpēſandi ſtatutaq̄ & ordinationes, ſeu eiuſdē definitiones etiā interpretandi mutandi, variandi tollendi, reuocandi caſſandi & alterandi, necnon noua addendi condendi, & faciendi plenam & liberam autoritate Apoſtolica autoritatem habent, cum que reuocatū eſſet indubiū qualis mens & intentio fuiſſet B. Benedicti in regula condenda, & obid ſcrupuloſitates quam plurium animis inſurgerent,* ideo Eugenius *IIII.* generali reformatione, *conceſſit vt cum Conſilio capituli poſſit libere & licite interpretari modificare declarare & exponere quæcumq̄ eius dubia, ſeruatis tamen in omnibus recta cōſcientia & ſano intellectus, nā diſſolutio ex talibus inde ſequeretur, in quibus & in alijs his concernentibus attendendum eſt* prout ait Eugenius *III. vt obſeruātiæ, & vſus ordinis in omnibus monaſteryis vniformes ſint & concordes.*

d Comp. Ciſter. tit. reform. § 2. & tit. conſtitutio. § 1.

fin eod. tit. cōſtitu. § 6

Circa quæ priuilegia notat collector ordinis Ciſterciēſis in dicto cōpēdio ex ipſis cōſtare quædam eſſe regulæ ſubſtātialia & quędā eſſe ordinis ſubſtātialia. Regulę ſubſtantialia ſunt tria vota ad quæ quilibet religioſus ſubſtātialiter obligatur, de quibus agūt *D.* Tho. g Panormitanus, & canoniſtarū cōmunis, ſed de minus ſubſtātialibus id eſt de accidētalibus regulæ per quæ veluti per gradus ad illius perfectionē intēdere monachi debent late tradit Nau. h & de his debet intelligi cōceſsio Eugenij IIII. ſuperius relata, vt ſcilicet reformator generalis cū capituli cōſilio poſsit cū reuocatur in dubiū qualis fuerit intētio B. Benedicti interpretari modificari declarare & exponere quæcūq; dubia circa accidentalia regulę ſeruatis tamē recta cōſcientia & ſano intellectu illi' ne addiſſolutionē regulędeueniatur. Ordinis autē ſubſtantialia ſunt ea quibus vt talis ipſe ordo reputatur & ab alijs ordinibus diſtinguitur vt habitus & cæremoniæ peculiares, quæ tanquam ſubſtantialia illius notabiliter mutari caſſari, nec circa illa aliqua ſtatui, neque ordinari per præfata priuilegia poſſunt licēt id quo ad modū viuēdi cōſuetudineſq; ipſius ordinis cēcedatur, quia alias per id ordo ipſe abrogaretur. Aduertendum tamen quod vt omnia ordinatè fiant, ſicut generales & prouinciales tenentur pro poſſe familias, ipſis commiſſas reformare. *Ita* Leo X. *ſtatuit & in virtute ſanctæ obediētiæ præcepit q̄ de cætero vllæ aliæ reformationes in ordine fratrū minorū introducantur aut fiāt abſque miniſtri generalis, aut prouincialū miniſtrorum reformatorum in ſuis prouincijs reſpectiue expreſſo cōſenſu, ita tamen vt dictæ reformationes miniſtro generali & prouincialibus reformatis per omnia iuxta regulā ſubijciantur*, ita habetur in ſupplemēto *i* nō tamē per hoc tollitur vt ipſæ reformationes autoritate Apoſtolica ſine prædictorū miniſtrorū aſſenſu fieri poſsint, nā Gregorius tertius decimus anno Dñi milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octauo in conſtitutione nonageſima prima, quæ incipit, *ad hoc nos Deus, &c.* confirmauit & de nouo regulā & regimen fratrū diſcalciatorum congregationis ſiue prouinciæ S. Ioſeph in regnis Hiſpaniarum ordinis minorū S. Franciſci de obſeruātia, ac ſub pæna excōmunicationis latæ ſententiæ inhibuit ſuperioribus & prælatis ipſorū fratrū de obſeruātia, ne eos circa eorū viuendi

g D. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 6. & 7. Panor. & cōmunis in rub. de regu. & in ca. eccleſia de cōſtit.

h Nau. in cōmuniter de reg. à n. 9.

i Sup. fo. 38 cōcel. 101.

uendi modũ moleſtare, aut in eis aliquid in nouare præſumãt, propter q̃ ipſi reformati â fratrib⁹ laxiori vitæ deditis bulliſtę ſint vocati vt vtẽtes ad eorũ libertatẽ & exẽptionẽ bullis & priuilegijs Papalibus vt in eis etiã verificetur illud Pauli dicẽtis qui pie volũt viuere in Chriſto Ieſu perſecutionẽ patiẽtur, qua ꝓpter Leo X. cõcordię fratrũ maximẽ amator, eorũ reformationẽ deſiderãs in bulla vnionis, *præcepit firmiter & mãdauit ſubpœna excõmunicationis latæ ſentẽtiæ ipſo facto incurrẽda & à qua nullus præterquã in mortis articulo niſi à ſede Apoſtolica abſolui valeat, nequis frater S. Frãciſci appellet aliũ fratrẽ eiuſdẽ ordinis malitioſe, irriſorie aut improperioſe priuilegiatũ collectaneũ bulliſtã Amadeitã Clarenum de Euãgelio ſeu de Capuccio, ſeu bigolum aut alio quouis nomine irriſorio, aut improperioſo, vel q̃ pro improperioſo á patiẽtibus habeatur. Et ſimiliter præcepit, tã clericis quã laicis ne fratres huiuſmodi aut eorũ fautores præfatis nominib⁹ irriſorie ſeu malitioſe appellẽt, ſed omnes fratres ipſius ordinis minorũ S. Franciſci a ſe ipſis & ab omnibus alijs appellentur & nominentur,* ita habetur in ordinis ſuppleméto. *l* Cuius mandati Apoſtolici cẽſurã licet prout credit collector priuilegiorũ mendicantiũ fuerit ſublata nõ poſſumus tamẽ negare Leonẽ X. reformationẽ religioſorũ maximè affectaſſe, de alijs autẽ bullis quas habẽt prouincia S. Ioſeph, & prouincia S. Pauli pro earũ reformatione dicemus Deo duce in tertio tomo, in quæſtione de reformatione religionum.

l Sup. ordi. fol 30. conceſ. 99.

ARTICVLVS III.

Vtrũ regulares debeant reformari ad regulæ quã profeſſi ſunt præſcriptũ.

a Cõc. Tri. ſeſ. 25. de regu. c. 1.

REſpondeo dicẽdo, q̃ Conciliũ Tridẽtinũ decreuit vt omnes regulares tam viri quã mulieres ad regulæ, quã profeſſi ſunt præſcriptum vitam inſtituant & cõponant, atq; in primis quæ ad ſuæ profeſſionis perfectionẽ vt obedientię paupertatis & Caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicuius regulæ & ordinis peculiaria vota & præcepta ad eorũ reſpectiuè eſſentiam, necnõ ad cõmunem vitã, victum & veſtitũ conſeruanda pertinentia fideliter obſeruent, omniſque cura & diligentia â ſuperioribus adhibeatur tã in capitulis generalibus & prouincialibus quã in eorũ viſitationibus quæ ſuis tẽporibus facere nõ prætermittant vt ab illis nõ recedatur cum compertũ ſit ab eis non poſſe ea quæ ad ſubſtantiã regularis vitæ pertinent relaxari, ſi enim illa quæ ſunt baſes, & fundamenta totius regularis diſciplinæ exactè non fuerint conſeruata totum corruat ædificiũ neceſſe eſt. Ex qua decretali colligitur quod religioſi debent & tenentur modo reformare ſe ipſos ſecũdũ præſcriptũ regulæ quã profeſſi ſunt ad cuius decreti obſeruationẽ exactã reuocat idẽ Cõcilium *b* Tridentinum omnia priuilegia in contrarium â ſede Apoſtolica impetrata. Quod videtur creditu difficile, nõ enim præſumitur Papã vel Conciliũ cuius ipſe eſt caput velle vnico verbo delere tot diſpoſitiones â ſede Apoſtolica emanatas in ſe maximè vtiles & neceſſarias iuſtas & vſu comprobatas vt in ſimili Summus Pontifex *c* & quidã *I*mperator dixerunt. Præterea ſequeretur deſtructio omnium reformationũ elaboratarũ ordinis S. Benedicti S. Bernardi & D. Hieronymi in quibus magno conatu inductũ eſt ne prę fecti ſint perpetui, ſed tantũ triennales, & ne ſoli pro ſolo ſuo arbitrio gubernent monaſteria, & prioratus, nec fructus eorũ impendant, ſed cũ Conſilio & conſenſu aliquorũ quos alibi Conſiliarios, alibi diſcretos, alibi diffinitores appellant. Conſtat enim ſecundũ originariũ ſtatutũ regulariũ præfectos debere eſſe perpetuos & totam adminiſtrationem ad eos debere pertinere. Cõſequeretur itẽ deſtructio bonæ partis reformationum ordinũ militiarũ ſecũdum quas alia pertinẽt ad magiſtros, alia ad capitula illorum, alia ad cõmendatarios maiores, alia ad minores alia ad priores & conuentus eorum quæ ſecundum præſcriptum originarium regularum ſancti Auguſtini, ſancti Benedicti vel Bernardi quas ipſi profitentur nullatenus illis peculiaria eſſe deberent.

b Seſ. 25. de regul. c. 11.

c c. Eccleſia veſtra de electio, l. ſi quã do C. de in off. teſt.

Vnde neceſſario debemus cõcludere mẽtem

tem Concilij non fuiſſe decernere, vt ſtatus religionũ reducantur ad primã omnimodo formã, præſertim iure cõmunivel auctoritate Papæ relaxatã, vel mutatã, ſed ſolũ ad eam quæ habet vt tria ſubſtantialia vota ſeruentur, & vt nullus ſimplex regularis habeat quidquã proprij quo ad dominium, nec quo ad vſum, aliter, quã regula permittit vt ex tenore tãm capitis primi quã ſecundi dicti concilij ſatis colligitur. Primũ enim caput ſolũ habet in ſummã vt religioſi tria ſubſtãtialia vota obſeruent, & alia ad cõmunẽ vitã victũ veſtitum conſeruanda pertinẽtia. Secundũ vero caput totũ tẽdit ad hoc vt nullus ſimplex religioſus habeat quidquã peculiare aliter quã regula permittit, vt ex eodẽ cõſtat & quãtũ ad hoc præcipit cõciliũ vt omnes regulares vitã ſuã cõponant ad præſcriptũ regulæ quã promiſerunt, ita explicat Nauarrus, *d* qui quo ad hoc affirmat derogare Concilio priuilegia in cõtrariũ: imo ait idẽ Nauarrus equod verba Cõcilij ibi, *omnes regulares vitã ſuã inſtituant & cõponant*, ſignificare videntur prius eſſe inſtituendã & cõponendã vitã â prælatis quã teneãtur ſeruare. Et id ipſum videtur ſignificare illa verba ibi, *omnis cura & diligentia à ſuperioribus adhibeatur*, nõ enim pertinet inſtituere & componere ad ſingulos, ſed ad prælatos & conuerſos ſiue capitula iuxta determinata in ſacris canonibus, *f* & ita videtur quod ſingulares excuſantur â peccato donec dicta inſtitutio fiat â prælatis. Vnde ſecundũ Nau. videtur culpa nõ obſeruãdi prædicta à ſubditis in prælatorũ ignauiã & negligentiã retorqueri: ad quod ipſi tenẽtur magnopere aduertere ſuã maximã in hoc obligationem cõſiderantes, tenẽtur enim ſubditos ſuos prouidere de victu & veſtitu ſufficienti & de alijs ad humanã vitã neceſſarijs ſecũdũ qualitatẽ tẽporis & conditionẽ perſonarũ ne ex defectu panis quotidiani & eorũ quæ ſunt præciſè neceſſaria ſubditi cõtra eorũ ſtatũ & regulã quã profeſſi ſunt ea procurare cogantur redeũdo ad vomitũ ſeculari bus ſe negotijs implicando, & ſecularium amicitiã & cõuerſationẽ captando vt hoc modo eorũ neceſſitatibus ſuccurratur. Et ſi dixerint prælati nõ eſſe ſufficiẽtes eleemoſynas aut redditus vt omnibus vt tenẽtur ſubueniatur huic tãto religionũ malo ſatis ſuccurrit ſacra Sãcta Synodus g Tridẽtina Spiritu ſancto inſpirata decernens in prædictis autẽ monaſterijs, & domibus tã virorũ quã mulierũ bona immobilia poſſidẽtibus, vel nõ poſsidẽtibus, is tãtũ numerus cõſtituatur, ac in poſterũ conſeruetur qui vel ex redditibus proprijs monaſterio rũ, vel ex cõſuetis eleemoſinis omnimodè poſsit ſuſtentari. Hæc Cõciliũ. Pro cuius maiori obſeruatione in noſtra ſacra religione minorũ de obſeruantia in cõgregatione generali Toletana *h* cõſtitutio eſt facta in qua id prælatis præcipitur vt exequãtur.

d Nau. in c. nullã 18. q. 2 n. 2.

e Naua. vbi ſup. n. 32.

f c. cũ omnes de cõſt. cum glo. & ei annot.

g Cõc. Tri. ſeſ. 25. de reg. c. 3.

h Conſtit. Tolet.

ARTICVLVS IIII.

Quomodo debeant prælati ſe habere in hac reformatione.

REſpondeo dicẽdo, ꝙ prout ex dictis in ſuperioribus patet peccãt ſuperiores negligẽtes inſtituere & cõponere ſiue reformare & magis cõtraueniẽtes reformare volẽtib⁹ & etiam ſingulares impediẽtes ea quia cõtraueniunt mẽti & verbis cõcilij quod eſt peccatũ, vt patet, & ex iure *a* ſatis colligitur, & nõ videtur teneri ſuperiores ad reducendã eandẽ omnino formã quę in principio à regularib⁹ obſeruabatur, tunc enim nulla veſtis, nullus liber, nullus calceus, nulla denio; aliqua res eſſet particularis vt colligitur ex viginti & amplius locis regulæ D. Auguſti, notatis â Ioãne Gerſon, ſeu ab alio quiſquis fuerit eius autor, at nũc etiã quiq; reformatiſsimi monachorũ habẽt nõ ſolũ prędicta peculiaria, ſed etiã cellas, & ſellas, claues lectos, & id genꝰ alia, & ſatisfacere videtur qui ſuos ordines reformarẽt ad præſcriptũ eorũ qui à ſapiẽtib⁹ ſatis cẽſẽtur reformati, argumẽto illiꝰ quod in Prouerbiorũ *c* libro habetur, *qui nimis emũgit elicit ſanguinẽ*, quod ſingulare dictũ in libro decretorũ *d* reponitur. Vnde videtur quod cũ ex cauſis cũctis religioſis cõmunibus prædicta peculiaria omnibꝰ permittãtur iuſte poſſet alicui ordini monaſterio, vel alicui perſonę ſingulari aliquid aliud permitti ex particularibus cauſis in eis concurrentibus quia à potentiori cauſa potentior producitur effectus, vt dicit ius, e & ſic ſi monaſterij aut prouinciæ ſplẽdor & conſuetudo antiquã quæ ſine ſcandalo multorum non poſſet vna vice eradicari, requireret, vt aliquot alia peculiaria relinquerẽtur, poſsẽt vtiq; illa relinqui ſine ſacrorũ canonum violatione. In quod facit reſponſum illud ſapientiſsimi, prudentiſ-

a c. qui peccat. 23. q. 4.

b Gerſoncõtra canoni. propriet. 1. part. n. 25.

c Prou. 30.

d cap. denique. 4. diſt.

e c. 1. & 2. cũ cis notat. de cõfirm. vtil. vel inutil.

dentiſsimique Cardinalis Caietani ad prouincialē prouinciæ Luſitaniæ huius ſacræ religionis ipſum ſuper reformatione dicti ordinis in eo regno cōſulētē: ſcripſit enim ille prudētiſsimus præſul verbis ſatis breuibus & cōpēdioſis, ſed dignis tanto & ſapiēti viro. *Cogē intrare mare per fluuiū*, ſignificās paulatim & ſuauiter ſi fieri poſſet, & nō vno impetu & ex abrupto vltimā reformationē eſſe inducendā vt multa & grādia & grauia ſcandala quæ ex hoc ſolent cōſequi excuſentur. Ita doctiſsimus Nauarrus. *f* Nec enim decet regulares & Eccleſiaſticos ita virga ferrea regere vt eorum defectus apud ſeculares manifeſtentur, duos ſecundum cor ſuū video â Deo fuiſſe datos ſuperiores ſuper populū Iudaicū, vnū ſcilicet mitiſsimū & patiētiſsimū Moyſen, alterū Regē Dauid, qui de ſe ipſo loquens ait, *memento Domine Dauid, & omnis mānſuetudinis eius*, ad regimē enim, & reformationē hominū ſumma patiētia & manſuetudine eſt procedendū, & ideo de Chriſto Domino Redēptore & reformatore generis humani prædixit Iſaias. *h* Nō clamabit, nec accipiet perſonā nec audietur vox eius foris, Calamū caſſatū nō cōteret & lignū fumigans nō extinguet. Significans in his verbis ſummā Chriſti Domini in hac reformatione mānſuetudinē. Cuius tamen ſeueritas audita fuit cōtra genimina viperarū ſacerdotes & phariſęos tēplū Dei faciētes ſpeluncā latronū & ſuis vitijs & perfidia tenaciter adhærētes alios ad ſe trahentes, quos aſſumpto ſui rigoris funiculo eiecit de tēplo, eijciendo emētes & vendētes eorū nomine & autoritate negotiātes, quo exemplo prælati in ſuis reformationibus obeundis aliquādo mānſuetudine debent procedere aliquādo media via ſcilicet manſuetudine & rigore mixtim incedere oportet, aliquando vero contra pertinaces & potentes ac reformationē impedientes virga ferrea procedere tenentur ſumendo nūc vultum hominis, nunc bouis, nūc aquilæ, nūc Leonis quod his verbis ſignificauit Dauid dicens *i poſuiſti homines ſuper capita noſtra*, innuēs nobis quod hominū regimē, & reformatio nō eſt onus tantū humerorū iuxta illud Iſaiæ, dabo clauē Dauid, ſuper humerū eius, ſed onus quod multa etiam capita ad portandum requirit, cum autē Dauid, vnum ſolum haberet caput ſicut cæteri alij homines ſequitur euidēter quod in præſentiarū fuerit locutus de alijs capitibus quæ ad portandum & dirigendū & gubernandū homines requirūtur ſcilicet conſiliū multorū ipſi principi aſſiſtentiū quos diuina gratia concomitetur: ſicut enim vt dixit diuinus Plato oues nō cuſtodiūtur & gubernantur ab alijs ouibus, ſed ab animali quod ſit aliquid pluſquā animal, ſcilicet homo, ita homo non poteſt cuſtodiri & gubernari ab alio homine, ſed ab aliquo homine qui ſit pluſquam homo, & ſit per conſequens homo diuinus,

f Nau. in c. nullam nu. 33. & 34.

g Pſal. 111.

h Iſaiæ. 42.

i Pſalm. 61. Eſai. 9.

QVÆSTIO LXXIIII.

De gradibus Scholaſticis regularibus præſtandis in quinque articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quinque.

1 *Vtrum monachi poſſint ad gradum Doctoratus promoueri.*
2 *Vtrum fratres minores regularis obſeruantiæ poſſint gradus eccleſiaſticos recipere.*
3 *Vtrum religioſi recipientes gradus Scholaſticos ſine licentia ſuorum prælatorum maneant graduati.*
4 *Vtrum prælati ſocietatis Ieſu poſſint gradus Scholaribus conferre.*
5 *Vtrum graduati per dictos prælatos gaudeāt priuilegijs graduatorum in vniuerſitatibus.*

ARTICVLVS I.

Vtrum monachi poſſint ad gradum doctoratus promoueri.

RESPONDEO dicendo, quod is qui ante clericatum iuri Ciuili operam dedit, poſt clericatum ad Doctoratus gradum, eodem iure promoueri poteſt, eaque ratione preſbyter beneficiarius ad Doctoratus gradum

gradum iure ciuili potest promoueri absq; alicuius pœnæ metu, prout tradũt Nauarrus, a & Salzedo, & quod magis est monachis hoc etiam est permissum, ita notanter scribit Calderinus b quem refert & sequitur Nauarrus vnde merito reprobãdus est Rebuffus c scribens titulum doctoratus in Theologia, aut in iure Canonico nõ deberi neq; tribui de stylo curiæ religiosis, contrarium enim verius est, nempe quia magister sacri Palatij semper est Dominicanus doctoratu & magisterio insignitus, vnde à tota curia Magister appellatur. Verũ est tamen quod opinio Rebuffi potest intelligi quando ipsi religiosi gradui se ingerunt tũc enim nõ debent doctorari, prout notatur in iure, d cũ licentia autẽ prælati bene possunt. vt sacri Canones e satis innuunt & tradũt Innocẽtius, & Panormitanus, per studiũ enim & scientiã nec dum est vtilior proprio monasterio, sed etiã toti Ecclesiæ vniuersali vt dicitur in iure, f & plus proficit in legẽdo Doctor, quã simpliciter curatus in sacramẽtis ministrandis, prout in eodem iure g asseritur, de quo per glossam in pragmaticis sanctionibus & tradit Petrus Lenanderius in suo tractatu de priuilegijs Doctorum.

a Nau. cons. 2. tit. ne cleric. l. vouẽt. Salzed. in pract. c. 59. iuxta fin.
b Cald cõs. 2. de magist Nauar. in c. nõ dicatis n. 33.
c Rebuf. tit. de dispensa. cum' irreg. n. 27.
d ca. monachus. 16. q. 1 & ca. in noua q. 7.
e c. sic viuẽ. 19. q. 1. & e. si clericatus & c. doctos Hostien. in summa. it. d Magistro. § qualis esse debeat Panorm. in. c. de multa de præben. idẽ consil. 89.
f c. ex eo. de elect. li. 6.
g d. c. ex eo. glo. in pragmat. sanct. tit. d collat. §. item placuit. n. regularibus Lenander. de priuil. Docto. q. 30. in 1. par.

Propter quod cũ gradus scholastici monachatui minime repugnent si cum licẽtia prælatorum conferãtur *Bonifacius IX. cõcessit Magistro generali ordinis Prædicatorum pro tempore existenti quod in quolibet capitulo generali dicti ordinis pro tẽpore celebrando vni ex fratribus dicti ordinis in Theologiæ facultate prouecto huiusmodi per generalẽ & diffinitores dicti capituli, vel aliquos Magistros ad hoc assumẽdos diligenti examinatione sufficiens & idoneus inuentus fuerit magisterij honorem & docendi licẽtiã seruatis cõditionibus Vienẽsis Concilij & alijs solẽnitatibus in talibus consuetis auctoritate Apostolica elargiri possit sibique, vt infra dictum ordinem & extra omnibus gratijs priuilegijs libertatibus & indulgentijs tam à Sede Apostolica quam ab ordine prædictis fratribus eiusdem ordinis in eadem Theologia Parisiensi Magistratibus Concessis perinde vti & gaudere valeat ac si in Parisiensi studio huiusmodi magisterium recepisset*, Ita habetur in Supplemento. h

h Supp. fo. 117. conces. 426.

Et Innocentius VIII, concessit eisdẽ fratribus ordinis Prædicatorũ, vt quia propter magnas expensas, quæ in suscipiẽdis gradibus in vniuersitate Salmãtina fiũt fratres prædictæ cõgregationi gradus huiusmodi ibidẽ suscipere cõmode non possunt, quod regens & in eius absentia prior domus sancti Stephani Salmãtinæ dictæ cõgregationis possũt cõferre quoscũq; gradus fratribus eiusdem congregationis pereandem congregationẽ expositis & admissis per capitulũ, vel Magistrũ generalẽ dicti ordinis dũmodo sic graduati peregerint cursus suos. Ita habetur in Monumẽtis ordinũ. i

i In 2. impr. fo. 75. conc. 194.

ARTICVLVS. II.

Vtrum fratres Minores regularis obseruantiæ possint gradus scholasticos recipere.

RESpõdeo dicẽdo, quod *Martinus Quintus præcepit in virtute sãctæ obedientiæ vniuersis cãcellarijs rectoribus, decanis, Magistris, & Doctoribus studiorũ, ac vniuersitatibus eorũdẽ vbiq; consistentium, ne fratribus Minoribus, seu alicui eorũ gradum & honorem, ac insignia magisterij conferre præsumant nisi cursum per constitutiones Apostolicas, & ordinis præfati instituta perfecerint, & alias addictũ gradũ obtinendum idonei existãt. Et*

decreuit atque ſtatuit quod quilibet ex Magiſtris, aut Doctoribus, qui alius (quã prædictũ eſt) gradus & inſignia alicui fratrum prædictorũ impendere præſumpſerit gradu & honore magiſterij careat, atq; â lecturis & aliis actibus & gratijs magiſtralibus ipſo facto ſit perpetuo priuatus & ad eadẽ decætero inhabilis exiſtat. Voluit inſuper q; eiſdem pœnis ſubiectus ſit quicunq; qui præter rigorẽ huiuſmodi gradũ & inſignia prædicta ſuſcipere præſumpſerit.

a in.2.imp. fol. 35. conc. 40.

Ita habetur in ordinum Monemẽtis,[a] Et idẽ Martinus V. vt refertur in eodẽ libro,[b] *ordinauit quód ſi aliqui ex fratribus prædictis bachalaureatũ pro huiuſmodi gradu magiſterij aſſequẽdo cõtra cõſtitutiones Apoſtolicas & inſtituta prædicta fuerint adepti & illius prætextu libros ſententiarum publice & actualiter legant àlectura huiuſmodi ſub pœnis prædictis penitus & omnino ceſſet alias ab eorum ſuperioribus per cenſuram eccleſiaſticam arceantur.*

b in 2. imp. fol. 35. conc. 40.

Et idem Martinus V. vt refertur in eodẽ libro,[c] *Statuit & decreuit quod quicũque fratres ordinis Minorũ promoti fuerint ad magiſterij gradũ in Theologia extra vniuerſitates (ab ipſo ordine per generalia capitula) adhoc ſpecialiter electas, & abſque eo quod ante perfecerint debitos ſuos curſus & ſententias legerint in vniuerſitatibus approbatis & actus legitimos & cæteras exercitia ſcholaſtica fecerint, prout legere & facere tenentur de cõſuetudine, vel de iure in huiuſmodi rite magiſtrandi ſcientia minime de cætero gaudere poſſint beneficijs honoribus gratijs, priuilegijs, exemptionibus & indulgentijs tã in dicto ordine quam extra magiſterio in Theologia Apoſtolica, vel quauis alia auctoritate cõceſſis & quibus Magiſtri huiuſmodi, vti & gaudere conſueuerunt. Ac etiã mandauit generali & prouincialibus, miniſtris cuſtodibus, & guardianis & eorum vices gerentibus, ac generalibus ac prouincialibus capitulis quibuſcunq; prædicti ordinis ſub pœna excommunicationis quatenus has literas (quantum vnumquemque concernũt) obſeruent & faciant inuiolabiliter obſeruari. Non obſtantibus quibuſcunq; in contrarium facientibus.*

c in.2.imp. fol.39.conc.43.

ARTICVLVS III.

Vtrum religioſi recipientes gradus ſcholaſticos ſine licẽtia ſuorum prælatorum maneant graduati.

RESpondeo dicendo quod. *Innocentius VIII. ſtatuit quod nullus frater ordinis prædicatorum reformatorum, ſeu de obſeruantia prouinciæ, aut congregationis Hiſpaniæ. Magiſterij, ſeu alium quemcunque gradum in ſacra Theologia (niſi ad illud per capitulum dictæ congregationis expoſitus fuerit) aſſumere quoquomodo præſumat. Et quod ſiqui aliter promoti fuerint pro non promotis habeantur, & ad huiuſmodi gradus inhabiles ſint & eſſe cenſeantur.* Ita habetur In monumentis a ordinum.

a in 2.imp. fol. 75. conc. 194.

Circa hanc & ſuprapoſitas conceſsiones eſt notandũ primo, hãc habere locũ etiam ſi patefecerint curſus ſuos, ac ſententias legerint in vniuerſitatibus approbatis & actus legitimos, & exercitia cæteraq; ſcholaſtica fecerint, prout legere & facere tenentur de conſuetudine, vel de iure in huiuſmodi, nam pœnam hanc inſtituit Innocen-

tius

tius contra illos qui per capitulum dictæ congregationis expoliti non fuerint ſine eo quod de prædictis alijs faciat mẽtionẽ ſicut fecit Martinus Quintus in ſuo decreto de quo in articulo ſuperiori.

Notandum eſt ſecũdo, quod pæne de quibus in hac cõceſsione, ponuntur cõtra prę ſumentes, per quod videtur quod religioſi huiuſmodi aſſumentes gradus ſine dicta capituli expoſitione ante notitiã huius conceſsionis, vel poſt eã per obliuionẽ illius, aut incogitãtiam, aut animi ſimplicitatem non incurrũt pœnas contra eos impoſitas in ea quia lex imponens pœnam præſumẽti facere aliquid non includit facientẽ per obliuionem incogitantiam, vel ſimplicitatẽ ſine dolo, iuxta doctrinã ſingularẽ Cardinalis *b* communiter receptam, & per Nauarrum ad multa ſimilia applicatam.

b Cardi. in Clemẽt. 1. q. 39. de priui. Naua. in. c. accepta oppoſ. 8. de reſtit. ſpoliat.

Notandũ eſt deniq; ,quod pœnę dequibus in hac conceſsione fuerunt impoſitæ pro fratribus reformatis prædicti ordinis, vnde ad alios fratres talem reformationem nõſectantes minime ſunt extendẽdæ cum pœnas reſtringi debere clament vbiq, iura. Nec in hoc habet locum virtus cõmunicationis priuilegiorũ. Cõmunicatio enim priuilegiorũ inter religiones iuxta earum inſtituta debet cõſiderari, nõ enim pœnæ quæ apponuntur in conceſsionibus factis pro reformatis pro eorũ reformatione cõſeruanda ad fratres non reformatos extẽdi debent, cũ reformatis maxime conueniant non reformatis vero diſcõuenire credãtur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum prælati Societatis Ieſu poſsint gradus ſcholaribus conferre.

REſpõdeo dicendo, ℣, *Scholares collegiorũ Societatis exiſtentiũ in vniuerſitatibus aliquibus ſtudij generalis degentes, ſi præuio rigoroſo & publico examine in eiſdẽ vniuerſitatib⁹ reperti fuerint idonei, & rectores vniuerſitatũ eos gratis promoueri recuſauerint, in prædictis collegijs à præpoſito generali, vel de eius licentia á quouis ex inferioribus præpoſitis, vel rectoribus huiuſmodi collegiorũ cũ duobus, vel tribus Doctoribus ſeu Magiſtris per eoſdẽ eligẽdis promoueri poſsunt ad Bacalaureatus, & Magiſterij, Licentiaturæ ac Doctoratus gradus, ita cõceſſit Iulius III. Idéq; ſcholares collegiorũ exiſtentiũ extra vniuerſitates, abſolute ſuorũſtudiorũ curſu & rigoroſo examine præcedente à præpoſito generali, vel de eius licentia à quouis ex præpoſitis, vel rectoribus huiuſmodi collegiorum cum duobus vel tribus Doctoribus, vel Magiſtris per eoſdem eligẽdis ad prædictos gradus poſſunt promoueri.* Ita cõceſsiſſe Iulius III. religiosi Societatis refert Claudius, *a* qui addit quod nomine ſcholariũ in his cõceſsionibus intelliguntur ſcholares, qui ſunt de Societate.

a Claud. in Compẽ. Societ. tit. gradus §. 1 & 2.

Refert etiam idẽ Claudius, *b* *Quod præpoſitus generalis per ſe, vel aliquem ex præpoſitis, vel rectoribus collegiorũ Societatis tam in vniuerſitatibus ſtudiorum generaliũ quã extra illas exiſtentiũ, in quibus ordinaria ſtudiorũ artiũ liberaliũ, & Theologiæ lectiones habebũtur curſuſque ordinarij peraguntur Societatis ſcholares & pauperes externos, qui dictas lectiones frequẽtauerint, & etiã diuites, ſi vniuerſitatũ officiales eos promouere recuſauerint, cũ per examinatores Societatis idonei ſint inuẽti (ſolutis tamẽ per diuites ſuis iuribus vniuerſitatibus collegijs Societatis, & in alijs extra vniuerſitates exiſtentibus quoslibet alios ſcholares, qui ſub eorũdẽ collegiorũ obedientia, directione, vel diſciplina ſtuduerint ad prædictos gradus, ac alias in reliquis iuxta tenor literarum Iulij Tertij promouere*

b Claud. vbi ſup. §. 3.

poſſunt. Ita refertur indicto Cõpendio Societatis Piũ Quartũ Societati conceſsiſſe.

Et Gregorius Tertius decimus, prout refertur in eodem Societatis Compendio, *e Conceſsit quod poſsit præpoſitus generalis prædictos gradus prout dictum eſt conferre per præfectum ſtudiorum cuiuſlibet collegij Societatis in quo artiũ vel Theologiæ facultates pro tempore legantur.*

e Comp. Soc. vbiſ. §. 3

Circa quas conceſsiones notat earũ collector Claudius d quod facultates promouendi, de quibus in ſuperioribus quoad perſonas Societatis reſeruantur præpoſito generali, quoad externos vero conceduntur prouincialibus per ſe, vel per rectores, aut ſtudiorum præfectos exercendæ, nam Rectoribus & Cancellarijs vniuerſitatum quoad externos manet ſua facultas.

d Claud. in d. Cõpend. Societ. titu. grad. infin.

ARTICVLVS V.

Vtrũ graduati per dictos prælatos gaudeãt priuilegijs graduatorũ in vniuerſitatibus.

REſpõdeo dicẽdo, quod Iulius III. & Pius IIII. conceſſerunt, prout refert Cladiuus, a *Quod quicũq; per perſonas ipſius Societatis modo prædicto promotus fuerint gaudere poſsint omnibus priuilegijs, & prærogatiuis quibus gaudẽt qui in vniuerſitatibus rigoroſo examine præuio, ac alias iuxta inibi obſeruari ſolitos & requiſitos vſus promouẽtur.*

a Claud. in Cõpen. Societ. tit. gradus. §. 5.

Vnde Pius Quintus eidẽ Societati *conceſsit quod quicunq; ſcholaſtici in eius collegijs philoſophiæ, aut Theologiæ auditores fuerint in quauis vniuerſitate ad gradus admitti poſsunt, & curſuum quos in prædictis collegijs cõfecerint ratio habeatur, ita vt ſi examine ſufficientes inuenti fuerint non minus ſed pariformiter, ac ſi in vniuerſitatibus ipſis ſtudiuiſſent ad gradus quoſcunque admitti poſsint & debeant.* Hæc Pius Quintus. Quod rationi maxime conſonum eſt, nam ſi graduati in collegijs priuilegijs vniuerſitatum potiuntur, neceſſariũ eſt, vt ad gradus etiam admittãtur cũ curſibus in collegijs peractis, & cum ſufficienti examine inuenti fuerint ſicut cum ſcholaſticis vniuerſitatum fieri contingit.

Et aduertendum, quod diſtrictius inhibetur rectoribus vniuerſitatũ, & alijs quibuſcunque ſub excõmunicationis infligendapœna, ne collegiorum Societatis rectores, aut ſcholares in præmiſsis per Piũ V. conceſsis quouis quæſito colore moleſtare audeant, prout refert Claudius *b* Pium Quintum conceſsiſſe.

b Clau. vbi ſup. tit. ſcholæ. §. 3.

QVÆSTIO LXXV.

De grangijs monaſteriorum in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vtrum in grangijs Monaſteriorum poſsint fieri oratoria in quibus diuina officia celebrentur ſine licentia ordinarij.*

2 *Vtrum grangiæ monaſteriorum gaudeant immunitate ipſorum monaſteriorum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum in grangijs monaſteriorum poſsint fieri oratoria, in quibus diuina officia celebrentur ſine licentia ordinarij,

REſpondeo dicendo, quod, *Alexander VI. conceſsit Ordini Ciſtercienſi, vt poſsint in eo grangias conſtituere, inibique Eccleſias, Capellas, & Oratoria, in quibus officia diuina celebrari poſsint ſine loci ordinarij, vel diœceſani, ſeu alterius cuiuſcunq; licentia ædificare, vbi vaſſallorum, colonorum, incolarum ibidẽ commorantium confeſsiones audiri, & eiſdem*

dem pœnitentiam ſalutarem iniungi, Euchariſtiamque & alia ſacramenta ſine parochiæ præiudicio per monaſterio rum Abbates, & ſuos monachos ad id deputatos miniſtrari libere, & licite vã leant, Ita habetur in Compendio *a* Ciſtercienſi. In quo etiam Cõpendio *b* refertur. *Quod ſub altari portatili in caſtris, & fortalitijs aliqua iuſta de cauſa ſeu tẽpore belli Miſſã, & alia diuina officia celebrare conceſſit* Vrbanus V. *Ciſtercienſibus, & quod in grangijs, domibus cellarijs, alijsque locis congruẽtibus & honeſtis, & etiã in præſentia perſonarũ ordinis poſſit celebrari ſub altari portatili. Cõceſſit idẽ* Vrbanus V. *Carthuſienſibus*, & in libro *c* ſuorũ priuilegiorũ cõtinetur. *Quod Nicolaus Nuntius in Hiſpaniam Apoſtolicus à Sixto ad infermerias extendit congregationis Sancti Benedicti Hiſpaniarũ vt illius compendium refert.*

a Compen. Ciſterci. ti. grãgiæ. §. 1.
b Compen. Caſt. tit. Altaria. §. 2. & 3.
c Fol. 25.

Circa quas conceſsiones eſt notandum quod his videtur obſtare Concilium Tridentinum, *d* poſt illud enim Decretum non licet celebrare Miſſas extra Eccleſias, vel oratoria ad diuinum tantum cultum ab ordinarijs deſignanda, & viſitanda dedicata, & per conſequens videtur, quod in grangijs non poſſunt monachi habere oratoria, vbi Miſſæ celebrentur ſine eo, quod dicta oratoria ſint ab ordinarijs ad id viſitata, & deputata. Nam reſpondetur primo, quod ibi ſolum præcipit Concilium Epiſcopis, vt non ſinant celebrari Miſſas, in domibus priuatis, & quod regulares non poſſunt in hoc caſu ſe defendere priuilegijs à Sede Apoſtolica conceſsis. At ſi ipſi regulares habeant prædicta oratoria extra Eccleſiam, in quibus celebrant, ſi Epiſcopi non inſtent contra ipſos, optimo iure poſſunt dictis oratorijs frui, prout latius in primo Tomo *e* remanet explicatum. Quibus nunc addo Concilium ſolum velle tollere, vt in domibus priuatis non erigantur oratoria ſine licentia, & approbatione ordinarij, in quibus poſsit ſacrificium Miſſæ celebrari. At non videtur tollere, quod in grangijs monaſteriorum erigantur oratoria pro celebratione diuinorum, ſicut eriguntur in infirmerijs monaſteriorum, cum ibidem ſint à parochijs longe ſeparati, vbi non poſſunt diuina commode audire, & cum capellæ ibi erectæ ad celebrandum ab ordinarijs ipſorum monaſteriorum viſitentur, & hoc videtur innuere Concilium dicens, *Quod non permittant Epiſcopi, vt Miſſæ celebrentur omnino extra Eccleſiã*, Quod verbum (*omnino*) non videtur reijcere Capellas, & oratoria, & altaria portatilia, quæ in infermerijs monaſteriorum ædificantur, neque ea, quæ in grangijs monachorum efficiuntur ad diuina peragenda, in his enim locis non videntur celebrari diuina omnino extra Eccleſiã, cum prout tradunt communiter Doctores *f* nomine Eccleſiæ etiam monaſteria comprehendãtur. Nam prout explicat Innocentius IIII. in declaratione regulæ fratrum Minorum nomine monaſterij clauſtrum, domus, & officinæ interiores comprehenduntur, vt habetur in Monumentis *h* ordinum.

d Tridẽ. ſeſ. 22. de obſer & in celeb. miſſ.
e 1. to. q. 43. ar. 5.
f Doctor. in rubri de rebus Eccleſi. non alien.
h In 1. imp. fol. 3. & in 2. fo. 4. tract. 2

Vnde cum nomine Eccleſiæ veniant etiam monaſteria non abſurde aliquis opinabitur nomine Eccleſiæ etiam interiora ipſius monaſterij comprehendi, & per conſequens cum Concilium Tridentinũ mõdet Epiſcopis, vt prohibeant celebrari omnino extra Eccleſiam, nõ prohibet celebrari ipſa in interioribus monaſteriorum ad celebranda diuina deputatis, cum talia interiora ſicut nomine monaſterij veniunt, ita etiam nomine Eccleſiæ iuxta ſuperius citata comprehendantur, quod quantum ad grangias ex dicendis in articulo ſequẽti comprobatur.

Secundo eſt notandum, quod ſæcularium confeſsiones non poſſunt audire monachi à dictis prælatis deputati niſi iuxta formã Concilij i Tridentini ſint corã ordinarijs præſentati, & ab ipſis approbati, prout late in primo Tomo *K* declaratum eſt.

i Con. Tri. ſeſ. 25. de refor. c. 15. Ki. to. q. 59

Tertio notandum eſt, quod in dictis grangijs poſſunt adminiſtrare colonis & alijs de quibus in prædicta conceſsione ſacramentum Euchariſtiæ etiam die Paſchatis per cõmunicationem cuiuſdã priuilegij facti monaſterio B. Mariæ de Guadalupe.

Antonius enim Cardinalis & Pœnitẽtiarius Pauli Tertij Pontificatus eiuſdem anno primo, decimo tertio Kalendas Februarij de eiuſdem Pontificis ſpeciali mandato viuæ vocis oraculo ſuper hoc eis facto auctoritate Pontificis indulſit & cõceſſit quod omnes fratres preſbyteri prædicti monaſterij B. Mariæ de Guadalupe tam intra quã extra illius Capelis, oratorijs, grangijs & locis alijs eiuſdem monaſterij (non cõtradicente priore, aut in eius abſentia, aut ſe de vacãte vicario) poſſint adminiſtrare ſacramentum Euchariſtiæ etiam in die Paſchatis ſubditis eiuſdẽ monaſterij, vel ab eo dependentibus, & alijs illó cõfluentibus vtriuſque ſexus diœceſano rum locorum curatorum, aut rectorum ad hoc licentia minime requiſita, & ſic præcepto Eccleſiæ ſatisfaciant. Non obſtantibus contrarijs quibuſcunq;. Ita refertur in Compendio l priuilegiorum Diui Hieronymi.

l Compen. D. Hieron. tit. Euchari. ſacramentũ §. 6.

Nec obſtat, quod hoc priuilegium ſit tantum conceſſum prædicto monaſterio particulariter, & per conſequens non debet communicari alijs ordinibus cum ordinibus ea quæ ſunt communia vnius religionis alijs religionibus communicantur, non autem ea quæ ſunt vnius monaſterij particularia. Nam reſpondetur, prout late probauimus in Primo Tomo, *m* quod priuilegia facta vni monaſterio dicti ordinis Diui Hieronymi iam ex conceſſione Pij Quarti, & Pij Quinti, facta ſunt omnibus monaſterijs communia,

m 1. to. q. 55. art. 9.

Vltimo notandum eſt circa verba prædictæ conceſſionis ibi, *Sine parrochiæ præiudicio*, quod Sixtus Quartus, prout habetur in Monumentis n Ordinum declarauit, quod parrochialium Eccleſiarum præiudicium quod debent fratres Carmelitæ, ac fratres Minores & alij Mendicantes euitare cum ipſis præcipitur euitandum celebrando & prædicando in domibus ſuis, vel extra, aut etiam in plateis communibus intelligendum eſt ſolum de decimis & primitijs quæ à laicis ſolent clericis exhiberi. Et vult dicere Sixtus Quartus, quod dummodo in eccleſijs parrochialibus non ſequatur præiudicium quoad exactionem decimarum & primitiarum poſſunt prædicti fratres ſuperius conceſſa facere.

n In 1. imp fol. 102. & in 2. fol. 185. cõceſ. 465.

ARTICVLVS II.

Vtrum grangiæ monaſteriorũ gaudeant immunitate ipſorum monaſteriorum.

REſpõdeo dicẽdo, quod non ſolum Eccleſia conſecrata eccleſiaſtica gaudet immunitate, ſed etiã non cõſecrata auctoritate Epiſcopi fundata, vt dicitur in iure, *a* etiam ſi talis Eccleſia ſit interdicta. Quod idem dicendũ eſt de hoſpitalibus & oratorijs priuatis auctoritate Epiſcopi fundatis iuxta ea quæ in ſacris Canonibus *b* notantur. Et per cõſequens monaſteria cum omnia non ſolum auctoritate Epiſcopi, ſed etiam Papæ fundentur, prout in hoc Tomo *c* dictum eſt. Vnde cum monaſteriorum grangiæ non ſint fundatæ auctoritate ordinarij non videtur loquendo ſecundum ius ipſas in aliquo immunitate monaſteriorum gaudere. At ex priuilegio Apoſtolico eam immunitatem habere certum eſt, nam Eugenius Quartus, prout refertur in Compendi *d* ordinis Ciſtercienſis. *Conceſſit, quod grangiæ monaſteriorũ Ciſtercienſium ſicut Eccleſiarũ atria á prauorum hominum incurſu & violentia liberæ & quietæ debent eſſe, ita vt nemo in eis hominẽ capere, ſpoliũ, aut ruinam exercere præſumat in virtute Spiritus ſancti inhibendo ſtatuit.* Ex quo priuilegio ſatis colligitur, quod non debemus iudicare de grangijs horum monaſteriorum ſicut de domibus priuatis in quibus Concilium Tridentinum in altari portatili, vel in capellis prohibet diuina celebrari, prout articulo ſuperiori diximus, domus enim priuatæ nõ gaudent prædicta immunitate qua grangias gaudere videmus virtute huius priuilegij, & per conſequens opinio quam in prædicto articulo tenuimus hac ratione maxime corroboratur, Et aduerte, quod Leo Decimus, conceſ-

a] omnia priuileg. C. de Epiſc. & cleric.

b c. fi. de ædi fic. ædificã.

c Supr. hoc to. q. 49.

d Compẽd Ciſterc. tit grangr. §. 2.

conceſsit ob infringentes, vel aliquam violentiam in Eccleſijs vel locis fratrum facientes ſint excommunicati, ita quod huiuſmodi delinquentes non poſsint abſolui, niſi à Papa, vel à conſeruatoribus dicti ordinis, prout continetur in ordinis Supplemento. e Quæ conceſsio etiam grangijs aliarum religionum poteſt comunicari, cum non ſolum fiat Eccleſijs fratrum Minorum, ſed etiam locis ipſorum fratrum grangiæ autem monaſteriorum loca fratrum reputantur, & perconſequens aliquã violentiam ipſis facientes pœna ſupradicta conceſsionis incurrere videntur, & iudices conſeruatores contra ipſos procedere poſſunt.

e Supp. fol. 61. conceſ. 189.

De gratijs, & de vſu ipſarum vide infra tertio Tomo, in quæſtione de priuilegijs.

QVÆSTIO LXXVI.

De habitu regulari in vndecim articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur vndecim.

1 *Qualis debeat eſſe habitus regularis.*
2 *Vtrum profeſsi in ordinibus militaribus habitum ſui ordinis teneantur deferre.*
3 *Vtrum religioſus curatus in Eccleſia ſæculari poſsit vti habitu clericorum retento proprio ſub chlamyde.*
4 *Vtrum vna religio poſsit portare habitum conſimilem habitui alterius religionis.*
5 *Vtrum fratres Minores peccent portando habitum à capillo ſolutum.*
6 *Vtrum religioſi poſsint dimittere habitum ſine timore alicuius cenſuræ*
7 *Vtrum ſæcularis vtens veſte religioſa virorum ac mulierum cauſa ludi peccat mortaliter.*
8 *Vtrum contradicentibus parochis poſsint fideles in habitu Minorum ſepeliri.*
9 *Quis debeat dare habitum ad ſepeliendum fideles.*
10 *Vtrum decedentibus cum habitu religioſorum Mendicantium indulgentia aliqua concedatur.*
11 *Quæ indulgentiæ conceduntur oſculantibus habitum religiojorum.*

ARTICVLVS I.

Qualis debeat eſſe habitus regularis.

RESpõdeo dicẽdo, quod inter leges, quæ monaſterijs & regularibus ferẽ omnibus cõmunes ſunt illa eſt, de formula viuẽdi, ne ineis induſijs veſtiãtur, prout dicitur in iure a veſtitu decẽti vtãturqui qualis ſit, docent D. Auguſtinus, b Diuus Ambroſius, D. Gregorius Nazianzẽnus, D. Hieronymus, & Diuus Chryſoſtomus, & Diuus Athanaſius. Et quali habitu debeant incedere, eorum regulæ illis terminum præfigunt. Et pro religioſis Societatis, conceſsit Iulius Tertius, quod *Sacerdotes Societatis quoad habitũ pertinet honeſtorum ſacerdotum communẽ, & approbatũ vſum ſequãtur.* Ita habetur in Compendio c Societati, & cum in noſtra religione Minorum eſſet inter fratres orta controuerſia ſuper qualitatem habitus ad eam ſedandam edidit Ioannes Vigeſimus ſecundus, quandam extrauagantem, d cuius tenorem in præſentiarum referam: ipſe enim Summus Pontifex de conſilio Cardinalium dictam controuerſiam de medio fratrum tollere debens circa illa verba regulæ ipſorum fratrũ, fratres omnes veſtimentis vilibus induantur, ordinauit, quod forma habitus, & veſtimẽtorum quoad colorem panni, & vilitatem arbitrio ſuorum Prælatorum relinqueretur, & vt omnem tolleret cõtrouerſiæ aditum determinauit, vt fratres prædicti ordinis, qui ſtrictos curtos, & difformes habit' ab ipſius generalis miniſtri, & aliorũ de dicta cõmunitate habitos coram ipſo & fratribus Cardinalibus, & alijs in Romana curia detulerunt, vel deferunt coram ipſo cõparerent, vt in Domino exhortarentur. *Quibus exhortatis in virtute Sãctæ obediẽtiæ, & ſub excõmunicationis pœna per Apoſtolica ſcripta mandauit, quatenus ad mãdatum generalis deponãt, quos deferũt habitus, & alys, iuxta eiuſdẽ generalis arbitriũ determinationem, ſeu iudicium induatur ipſi-*

a c. cum ad monaſteriũ de ſtatu monacho.
b Aug. epi. 199. Ambroſ. de inſtit. virg. & epiſt. 26. & 1 de virg. Nazian. in exercit. ad virgi. Hierony. in Hilarium. Chryſo. in hom. 69. in 2. Matth. Athan. de virginj.
c Compen. Societa. tit. habitus.
d Extrauag. quo ſũdam de verb. ſignific.

que generali in omnibus iſtis, & alijs, & per omnia ſecundum Beati Frãciſci regulam, & prædeceſſorum ſuorum declarationes conceſsiones, & commiſſiones in ipſis declarationibus comprehenſas, & contentas in præſentibus humiliter obediant, pareant, & intendãt non obſtãtibus quibuſcumque priuilegijs, indulgentijs, literis, libertatibus, immunitatibus, vel exemptionibus eis, vel alicui ipſorum á Clemente Quarto, conceſsis, vel appellationibus ab eis, vel ipſorum aliquo ad Sedem Apoſtolicam interiectis, quæ in quantum poteſt derogat, & præſentibus viribus euacuat dicens, religio namque perimitur, ſi a meritoria ſubditi obedientia ſubtrahantur, magna quidem paupertas, ſed maior integritas horum maximum eſt obedientia, ſi cuſtodiatur illæſa. Nam prima rebus, ſecunda carni, tertia vero menti dominatur, & animos, quos velut effrænes, & liberos ditioni alterius humilis iugo propriæ voluntatis aſtringit. Ad hanc igitur fratres prædicti non inuiti ſed ſponte redeant, hanc velint, & approbent, hanc magis deſiderijs concupiſcant, illudque votis canticorum ingeminent, oſculetur me oſculo oris ſui charitatis vtique, & dilectionis religionis huius, obedientia ſancta pꝛificans, nam meliora ſunt vbera tua præceptorum ſiquidem, & conſiliorum quædam nutrientia vino vnguentis optimis bonæ famæ fragantiæ ſuauitatis odorem. Hæc Ioannes Vigeſimus ſecundus in dicta extrauaganti.

Circa quam primo eſt notandum, quod illa verba ſub excommunicationis pœna comminationem non ſententiam excommunicationis ipſo facto inducunt, niſi aliter conſtaret de mente ipſius proferentis, prout ibi probat Gloſſa communiter recepta, & licet non inducant excommunicationem, inducunt tamen peccatum mortale, quod patet ex verbis ipſius extrauagantis ibi in virtute ſanctæ obedientiæ, vbi notat ipſa Gloſſa, quod hæc verba cõtra trãſgreſſores dura ſunt.

Vnde infertur, quod habitus, qui communiter deferuntur á fratribus Minoribus Obſeruantiæ ſunt ſecundum regulam B.P.N. Franciſci ſecundum declarationes Apoſtolicas, cum ipſis induantur fratres Minores, ſic Capitulis generalibus determinantibus, nec alijs magis curtis, & ſtrictis & vilioris pãni contra dictas conſtitutiones adlibitum poſſunt ſubditi vti. Vnde hæc ignorantes aliqui toto cœlo aberrant dicentes, & publice prædicantes prædictos habitus non eſſe conformes regulæ B.N.P. Franciſci, & ipſos portantes á Beato P.N. Franciſco. vt filios minime recognoſci, loquuntur enim contra determinationem Ioãnis XXII. qui hoc arbitrio prælatorum reliquit, quin in Comitijs Generalibus hos habitus, veſtes viles ſecundum regulam eſſe declauerunt, & ita contra ipſos contrarium dicentes, & prædicantes, velut contra ignorãtes procedere poſſunt dicti fratres, & ſi in ſuo errore perſiſtant, tanquam contra erronee loquentes poſſunt incedere.

Secundo eſt notandum, quod in dicta conſtitutione & extrauaganti ſolum derogat Ioannes Vigeſimus ſecundus priuilegia in contrarium conceſſa ipſis fratribus ante datam dictæ extrauagantis & non derogat priuilegia pro tempore cõcedenda. Cum par in parem non habeat auctoritatem, vnde generalis non poteſt modo contra fratres prouinciarum reformatarũ deferentes habitus curtos & ſtrictos, & viliores multo procedere cum ad huiuſmodi habitus deferẽdos á Sede Apoſtolica poſt Ioannem Vigeſimum ſecundum varia conſecuti ſint priuilegia, niſi ipſi fratres reformati deuient in habitibus & veſtimentis á priuilegijs ipſis conceſsis. Attendant tamen quod, vt per illa priuilegia huic extrauaganti derogari dicatur neceſſarium eſt, vt in ipſis de ipſa extrauaganti fiat mentio ſpe-

tio specialis, in generali enim reuocatione nó censetur reuocata constitutio specialis, quæ in corpore iuris inserta est prout nos late diximus in primo tomo. e

e 1.to. q.8.

ARTICVLVS II.

Vtrum professi in ordinibus militaribus habitum sui ordinis teneantur deferre.

REspondeo dicendo, quod in stablecimentis ordinis militaris Diui Iacobi de la Spata iuxta regulam huius sacræ religionis quædam ordinata fuerunt a Toleti anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo & Matritij anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo & iterum Toleti anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, & iterum Matritij anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo quinto, quorum tenorem hic apponere decreuimus.

a Tit. 6 del habito y veſtidos, fol. 63. c. 3. & 4. & 5.

Las perſonas de la orden ſegun nueſtra regla pueden traer veſtiduras blãcas prietas y pardas a prouidencia del maeſtre y coloradas y moradas, ſegun los ſtablecimientos. Lo qual mãdamos que aſsi ſe guarde y cũpla y el que lo cõtrario hiziere pierda las dichas ropas, las quales ſean dadas a pobres, y encargamos a los nueſtros capellanes y procurador fiſcal que lo denuncien, para que lo executen eſtrechamente, y prohibimos que de aqui adelante no ſe de licẽcia alguna para que ſe vſe lo contrario deſte ſtablecimiento, ſino fuere eſtando en la guerra, o en caſamiẽto de Principe, o hijos propios, o en alguna fieſta, o regozijo q̃ por nueſtro mandado ſe hiziere ſob las dichas penas.

Mandamos que los caualleros tengan y trayan conſigo la regla pues cõforme a ella ſon obligados a viuir y los mantos con que ſe han de enterrar, y que los nueſtros viſitadores tomen juramento al caualler o que ſe viſita reſi la regla ymãto que trae en la viſita es ſuyo, y ſino lo fuere no le viſite haſta que lo compre y condemnamos le mas en veynte ducados para obras pias, y en los dichos mantos aya conformidad, y ſeã de paño, o eſtameña, o lana y no de telilla que ſe traſluza, y ſean cerrados, y llegen al ſuelo por delãte, y por detras arraſtrẽ, haſta vna tercia de vara alomenos, y los cabeçones no ſean mayores que de vna pulgada, y el q̃ de otra manera lo traxere aya perdido el manto, y el fiſcal ſe le puede tomar.

No eſta bien a los religioſos dexar las ſeñales de ſu ordẽ por ende ſtablecemos y ordenamos que todos los nueſtros caualleros trayã ſobre ſi ſeñales de nueſtra orden, o alomenos que en el landel, o jaquel, o ſobreuiſta q̃ traxeren, trayan las armas de la dicha orden, y el que lo cõtra-

rio hiziere que paſſe porpenitẽcia ſegun nueſtra prouidencia.

b c.6.& 7. & 8. In quibus ſtablecimentis *b* etiam determinatur quas veſtes debeant portare fratres huius ſacri ordinis Diuinis officijs mancipati. Videantur etiam ſtablimenta aliarum militiarum: longum enim eſſet earum habitus & inſignia in præſentiarum referre.

Vnde Sixtus Quintus Pontifex Maximus Romæ apud D. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo quinto idus Ianuarij Pontificatus ſui anno quarto in Bulla quæ incipit, *cũ ſacroſanctam Dei Eccleſiã* cuius tenor habetur in eiuſdem ſanctiſsimi Domini Bullario *c* ſtatuit *clericos, vel milites beneficia, vel penſiones obtinentes teneri deferre habitum & tonſuram & in contrauenientes graues pœnas*, Iniungit & in alia cõſtitutione quæ incipit *paſtoralis eſt curæ noſtræ* quæ in eodem Bullario *d* continetur declarat quem habitũ debeant portare dicens.

c Bullar. Sixti Quinti 2 par. p. 164.

d 2. par. 167

Ac demum de militibus tam militiarum canonicè inſtitutarum, quam Romanæ curiæ officialibus qui iuxta præfatam noſtrã conſtitutionem in militari habitu incedere tenentur vt veſtibus cõmunibus cum inſignijs tamẽ Crucis, aut Numiſmatis ſuæ militiæ proprijs vti valeãt, hac ratione ipſius cõſtitutionis præcepto planè ſatisfacere cenſeãtur pariter indulgemus. Eos vero clericos aut milites quibus penſiones aut fructus bona ué aut prædia Eccleſiaſtica ad quamcumque ſummã reſeruata, aut reſeruari conceſſa ſunt vel poſt hac reſeruabuntur nõ aliter ad gerendum huiuſmodi habitum teneri volumus niſi poſtquã pẽſionis fructus & alia præfata cũ effectu exigere aut percipere cœperint, vel per eos ſteterit quominus exigant, vel percipiant.

ARTICVLVS. III.

Vtrum religioſus præcipuè curatus in Eccleſia ſeculari ad ſe confirmandũ cum alijs vti poſsit habitu clericorum ad extra, retento proprio ſub chlamyde.

REſpondeo dicendo, quod Gloſſa *a* in quadam Clementina affirmat talem eſſe apoſtatam, quod videtur hodie approbatum per eandem Clementinam, & ſequitur Ioannes Andræas *b* qui dicit, quod Monachus aſſumptus ad curam Eccleſiæ ſæcularis, non abſoluitur ab habitu monachali deferendo, cũ illud non ſit contrarium Eccleſiæ ſæculari, ſiquidẽ non habet particularem habitũ pro clericis ſuis, licet debeat eſſe tallaris iuxta Sacros Canones *c* & certi colores veſtium, vt virides, rubei, & huiuſmodi ſunt ipſis prohibiti iuxta eoſdẽ Canones *d* & hoc etiã tenet Archidiaconus e quod ergo dicit Gloſſa *f* quædam tales poſſe habitum mutare exterius, licet ex toto non debeant, dicit Archidiaconus eſſe verum, quando alias ſcandalum eſſet, ſi non mutarẽt, & Geminianus ait, quod obſcandalum vitandum licet monacho aſſumpto ad curam in aliquo ſe conformare habitui clericorum ſæcularium. Si autem huiuſmodi monachi, vtantur habitu ſæculariũ clericorum, vt non appareant monachi, de hoc erubeſcentes, vel vt non agnoſcantur propter vanitatem ſecundum Archidiaconum non euadunt mortale peccatum, & excommunicationis cenſurã. Quod confirmatur ex Decreto Cõcilij Tridẽtini, *h* quo ordinatur vt nulli regulari detur licẽtia occulte ferẽdi habitum

a Gloſſ. in Clem. quoniã d vit. & honeſt. cler.

b Andre. in nouel. ſuper reg. ceptum eſt in 6. propter multa. & in nouel. ſup. c. quod Dei timorẽ de ſtat. mo.

c c. nõ licet 21. diſt.

d ca. clerici de vit. & honeſ. clerico.

e Archid. c. Sãctæ Moniales 23. diſ.

f Gloſ. 16. q. 7. in nouel.

g Clemen. Deus, qui de vita, & honeſt. cler.

h Tridẽ. ſeſ. 25. de reg. c. 19.

bitum ſuæ religionis. Verum eſt tamen quod licet religioſo ex cauſa rationabili habitum transformare, vel ſe occultare, prout tenent omnes teſtes Sylueſter. i

Sylueſt. v. habitus. n. 5 & v. excõmunicatio. 8. excõmu. 24. not. 3. & fere per totum.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrũ vna religio poſſit portare habitũ conſimilẽ habitui alterius religionis

REſpondeo dicendo, *quod Innocentius. IIII. prohibuit, vt nullus, qui non ſit de religione fratrum Minorũ habitum dictorum fratrum, aut ita cõſimilem, quod propter eum frater Minor credi poſſit deferre præſumat abſq; mandato ſpeciali Sedis Apoſtolicæ, & mãdauit Eccleſiarum Prælatis quatenus ſinguli eorũ in ſuis ciuitatibus, & Diœceſibus illos, qui præfatum habitũ vel ei cõſimilem deferre præſumpſerint ad deponendum ipſum cum à fratribus prædictis fuerint requiſiti monitione præmiſſa.* Ita haberur in Monumentis a ordinum in, quo etiam Libro b continetur Clementem. I I I I. id ipſum ijſdem fratribus Minoribus conceſſiſſe,

a m. 1. impreſ. fol. 19. & in. 2. fol. 103. cõc. 216 b in. 1. impreſ. fol. 48. & in. 2. fol. 141. conceſ. 333.

Et Cœleſtinus. V. ſuæ congregatioi cõceſsit, prout refertur in Compendio c Ciſtercienſi. *quod nullus ſimilem habitum niſi huius religionis monachus ſit, deferre audeat alias per cẽſuras Eccleſiaſticas ab ordinario ad illius depoſitionem appellatione poſtpoſita, cõpelli poteſt, quod ipſe ordinarius requiſitus ſub ſuſpenſionis pœna ipſo facto incurrenda exequi tenetur.*

c compẽd. Ciſter. titu. habitus. §. 2

Circa quod eſt notandum, quod circa formam habitus congregationis *Ioannis de Dios* approbati à Pio. V. in anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo a Sacra congregatione illuſtriſsimorũ Cardinalium anno Domini milleſimo quingẽteſimo octogeſimo octauo fuit interpoſitum Decretum vt non deberent portare capucium acutum, ſed rotundum, & à Sixto. V. eodem anno fuit conceſſa inuocatio brachij ſæcularis contra eos prædictam formam nolentes ſeruare. Et Gregorius. XIIII. anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo id ipſum præcipiebat vt ab habitu Capucino diſtingueręr tur. Ita refert Capucinus in additionibus ad compẽdium mendicantium, & prohoc fuit quædam executoria obtenta à patribus obſeruantiæ apud conſilium ſupremum cuius tenor ſequitur.

En la Villa de Madrid a diez y ſeys dias del mes de Iunio de mil y quinientos y nouẽta y quatro años los Señores del Conſejo de ſu Mageſtad auiẽdo viſto el pleyto que es entre el Comiſſario General de la orden de Sant Francisco de la vna parte, y los hermanos de Antõ Martin, de la otra ſobre la forma y manera en que los dichos hermanos de Anton Martin han de traer ſus habitos y veſtiduras dixeron que mandauan y mandaron que los dichos hermanos de Antõ Martin de aqui adelãte en el traer del dicho ſu habito y veſtiduras guardẽ y cumplan lo que por Bulla de Pio. V. en eſte pleyto por ſu parte preſentada ſe les permite, y cõforme a ella puedã traer de largo que les cubra las rodillas, y no mas, y el capote y demas veſtiduras q̃ encima del truxeren ſea del miſmo largo y no mas, y q̃ no trayan ſombreros pardos, y que las juſticias cada vno en ſu juriſdiciõ lo hagan aſsi cumplir, y executar, y para ello ſe de prouiſion en forma.

Cum autem ex parte dictorum fratrũ de Anton Martin, alias *de Inãde* Dios fuiſſet replicatum per viam ſupplicationis, ſupremi ſenatus iudices aliã ſententiam executoriã pronunciauerunt in hunc modum.

En la Villa de Madrid a ocho dias del mes de Octubre de mil y quiniẽtos y nouen-

no uēta y quatro años los Señores del Cōsejo de su Magestad, auiēdo visto el pleyto q̄ es entre el Cōmissario General dela ordē de Sā Frācisco dela vna parte y los hermanos de Antō Martin de la otra sobre las vestiduras q̄ hā de traher dixerō q̄ cōfirmauan y cōfirmarō el auto por los dichos Señores dado y pronūciado en diez y seys dias del mes de Iunio deste año, por el qual mādarō q̄ los dichos hernanos de Antō Martin, de aqui adelāte en el traer delas dichas vestiduras guarden y cūplan lo que por la Bulla de Pio. V. en este dicho pleyto por su parte presentada se les permite traer, y cōforme à ella el scapulario q̄ se leles permite traygan sea del largo q̄ los cubra las rodillas, y no mas y el capote y no mas, y que no traya sombreros pardos, y las justicias cada vna en su jurisdicion lo hizieſſen assi cūplir, y executar segun mas largo en el dicho auto se contiene sin embargo de las supplicaciones de las dichas partes del interpuestas con que el dicho capote, o vestidura que debaxo del dicho escapulario hā de traer sea por lomenos vna tercia de vara alta del suelo, y con lo susodicho el dicho auto sea lleuado à pura y diuidæ execucīō. ō effecto y engrado de reuista

Deniq; ad petitionē partis agētis pro ordine fratrū Minorū fuit data finalis executoria decimo nono die Octobris anni Domini milleſimi quingenteſimi nonageſimi quarti, vt hæc omnia executioni mandarentur, quam ſententiam firmauerunt.

Licenciatus Rodericus Vazquez Arce præſes Conſilij Regalis.
Licentiatus Petrus Nuñez de Boorques.
Licentiatus Tejada.
Doctor Dominus Alfonſus Agreda.
Licentiatus Inojoſa.

Et ſinaliter cōcluditur. Yo Pedro de çapata del Marmol, escriuano de la camara del Rey nuestro Señor, la fize escriuir por mandado cō acuerdo de los del Consejo registrada. Ieorge de Olaal de Vergara Canciller.

Ieorge de Olaal de Vergara.

ARTICVLVS. V.

Vtrum fratres Minores peccent portando habitum á capillo ſolutum.

REſpōdeo dicēdo quod ſemper in noſtra religione audiui & vidi fratres obſeruantes aſſerere aliquam culpam eſſe capillum ſolutum ab habitu ſine cauſa portare, & pro culpa apud viros religionē zelantes reputatur quaſi capillū cū habitu ſutū ſit de eſſentia habitus regularis. At cum illa ſit certiſsima regula quod vbi non eſt præceptum, peccatū non datur cū peccatū ſit legis tranſgreſsio ignoro qua ratione dicti fratres Obſeruantiā maxime zelātes ſuā opinionem fundare potuerunt. Vnde fateor religioſum quidē eſſe portare habitum cū capillo ſutū ſecūdū cōſuetudinem laudabilem noſtræ Sacræ religionis vt diſtingatur ab habitu nouitiorum, ſacerdotum quem cum capillo ſoluto portare ſolent in multis Hiſpaniarum prouincijs, at eſſe peccatum diſſiteor ipſum habitum cū capillo ſoluto induere & deferre.

ARTICVLVS VI.

Vtrum religioſi poſſint dimittere habitum ſine timore alicuius cenſuræ.

REſpōdeo dicēdo quod Bonifacius, a VIII. vt periculoſa religioſis vagādi materia ſubtrahatur diſtrictius inhibuit ne de cætero aliquis quācūq; religionē tacite vel expreſsē profeſſus in ſcholis vel alibi temere habitū iuę religionis dimittat. Nec accedat ad quæcumque ſtudia literarum, niſi à ſuo prælato cum conſilio ſui conuentus, vel maioris partis eiusdem ſibi eundi ad ſtudium licentia primitus ſit conceſſa. Siquis autem horū violator extiterit excommunicationis ſententiā voluit ipſo facto incurrere. Doctores ſiue Magiſtri qui

a cap. vt periculoſa n monachi, vel vouent. lib. 6.

qui religioſos habitu ſuo dimiſſo leges vel phyſicam audientes ſcienter docere, aut in ſcholis ſuis præſumpſerint retinere ſimili eo ipſo ſint ſententia innodari.

Circa quam decretalẽ eſt primo notandũ inter Doctores eſſe controuerſum an ſecundum eam ſit excõmunicatus monachus qui non dormit cũ habitu? Petrus de Ancharano & Canonẽs ſacri generaliter loquentes ſentiunt quod ſic. Ioannes Andreas dicit quod ipſe nõ putat ſecundũ ſacrorũ canonum mentẽ quod monachus in cella ſua dimittẽs habitum, vel dum balneum intrat in occulto, vel licet ſine habitu ligetur præfata excommunicatione, ſed tunc quando exhibet ſe conſpectibus hominum ſine habitu in habitu laicali, vel clerici ſecularis ſine iuſta cauſa: tunc enim ligatur, alias ait pauci reperirentur non ligati. Pro hoc facit proœmiũ ſeu ratio de qua in principio di. & æ. Decretalis ibi *vt periculoſa facultas euagandi ſubtrahatur.* &c. quæ ratio ceſſat in caſibus ſupra dictis, & certum eſt in iure rationem reſtringere deciſionẽ, neq; ait verbum poſitum in canone eſt ſic amare ſumẽdum vt non ſit intermiſſio naturalis argumento eorũ quæ in iure notantur, Geminiatus *d* addit ad rationem Ioãnis Andreæ dicens quod in his caſibus ceſſat ratio Decretalis quæ intendit monachorũ vocationibus ratione deſumpta ex quadam *e* Clemẽtina quæ imponit pœnam clericis publice veſtem prohibitam ferentibus quaſi occulta mutatio licet ſit illicita nõ tali pœna puniatur, & hanc ſententiã ſequitur Franciſcus de Platea *f* quam videtur tenere Nauarrus *g* dicens quod non incurritur excõmunicatio ob ſolam dimiſſionem ſi religioſus non alium habitum clericalem vel laicalem induat. Et licet Antonius *h* teneat contrarium, ego tamen eius opinioni minime adhæreo ſed cum Ioanne Andrea eius nixus fundamento omnino teneo, licet enim Antonius dicat quod iura pro contraria parte allegata loquuntur de clericis ſecularibus, â quibus ad regulares minime fieri debet extenſio cum non ita reſtrictam vitam profiteantur ſicut religioſi, & ideo nimirum ſi propter publicam dimiſſionẽ habitus clericalis & aſſumptionem publicam habitus laicalis puniantur, non autem propter occultã, ipſi tamen reſpondeo nõ poſſe negari dictam Clemẽtinã *i* de regularibus etiam facere mentionem vt patet ex eius ratione & proœmio, patet etiam ex ibi *cæteri vero ſacerdotes & religioſi quilibet.*

Secundo notandum eſt quod non incurrunt religioſi dictam cenſuram ob honeſtã dimiſſionem, qualis eſt quæ fit iuſta de cauſa, vt voluit quædam Gloſſa *k* cõmuniter recepta. Nec etiã incurrunt ob quamlibet dimiſſionem temerariam, quia quælibet dimiſsio habitus abſque rationabili cauſa eſt talis, cum neceſſario vti debeat religioſus ſuo habitu in omni loco ſaltem de honeſtate iuxta Antoninum *l* ita aliquos Sacros Canones explicantem, & quælibet talis nõ eſt peccatum mortale, cũ dimiſsio ad currẽdũ vel iaculãdũ lapidẽ nõ ſit talis iuxta Paludanũ. *m* Nec incurrunt etiam indictã excommunicationẽ ob quamlibet dimiſsionem habitus mortiferam, quia non incurrunt ob dimiſsionem vt expeditius fornicationi monachus indulgeat prout tenet Sylueſter *n* credens recte illud quod Paludanus *o* prima facie huic contrariũ dicit intelligi debere de eo qui reliquit habitũ vt diſsimulatus ad fornicandum vadat. Nec etiam incurrunt ob ſolã dimiſsionem ſi nõ accipit alium, nec etiam ob acceptionẽ alterius adeo exiguo ſpatio vt vix ſit notabile iudicio boni viri vt dicatur reliquiſſe ſiue relinquat illum intra monaſteriũ, ſiue extra in aliquo hoſpitio, vel extra vt qui reliqui ſhilari aliqua lenitate, vel ob lætũ feſtum primę miſſæ, vel alterius rei ſimilis ſecundum Cardinalem *p*. Nec etiam incurrunt qui dimittunt omnino, geſtant tamẽ occultum iuxta quandam Gloſſam *q* ſingularem: verum eſt tamen quod oppoſitũ tenet Panormitanus *r*, cuius opinio videtur vera cum ideo occultant vt non appareant tales familiaribus, opinio vero Gloſſæ procedit cum non ideo occultant quin familiares cognoſcãt eum eſſe religioſum vt optime innuit Caietanus: *ſ* incurrũt ergo dictam excommunicationem ob ſolã dimiſſionẽ quæ fit ad vtendum alio ad ſcelus ali quod mortiferum, aut in tantũ tempus aut ob talẽ cauſam & rationẽ quod iudicio boni viri dicatur dimiſiſſe habitum vt probat Syluester *t*. Et incurrunt etiam quando dimittunt habitum etiam ad accipiendum alium alterius religionis, quamuis immediate ſumant illum vt voluerunt Syluester & Caietanus *u* licet Lappus *x* & Dominicus oppoſitum teneant à quibus recedit Nauarrus *y* putans eos ſupradictam De-

cre

bc. vidua & c. fin.

cl. cum pater. §. dulciſſimus. ff. de legat. 2.

d Gemin. in dic. periculoſa.

e Clem. 2. de vit. & honeſt. cler. c. §. dignitatem.

f Platea in tract. de excõm. §. 9. de religio. qui temere habitum ſuæ relig. dimiſ. nu. 4.

g Nauar. ca 27. n. 132.

h Anton. in tract. de excomm c. 54 nu. 4.

id. Clem. 2. & c. ſine ornatu. 21. §. 4.

k Glo. in c. ſiquis exeleri de vit. & honeſt. cle.

l Anton. 2. par. ti. 24. c. §3.

m Palu. in 4. d. 18. q. 3. co. 10.

n Sylu. ver. excõmu. 9. caſu. 2. no. 2

o Palu. vbi ſup.

p Cardi. in Clem. 2. de vit. & honeſta. cleri. q. 3

q Gloſ. in d. Clem. 2. v. extrinſe.

r Panor. in c. Deus qui de vit. & honeſt. cleri.

ſ Caie. ti. ex cõ. caſu 61.

t Syl. vbi ſu.

u Syl. excõmu. 9. caſu 25. q. 6. Caie. vbi ſu.

x Lap allegat 24. Domi. in d. c. 2

y Nau. c. 27 n. 132.

cretalem à suo proprio sensu detorquere, eorum tamen opinionē puto veram quando assumunt habitum alterius religionis ad profitendū in ea, in hoc enim casu cessat ratio prædictæ Decretalis prout innuit Rosela z. Et aduertendum quod est consuetudo canonicis simplicibus regularibus in Hispania qui communiter gestant paruum habitum super sagulis veste tallari obiectis, qui sic secundum consuetudinem incedentes verè suæ religionis habitum portant. Dixi simplices quia ordinum militarium quales sunt D. Iacobi, & Roncesuallis deferūt alia insignia in vestimentis exterioribus, quibus internoscuntur pro religiosis.

z Rosela v. excommunic. excō. 16

Ex his infertur quomodo sit intelligenda concessio facta Cisterciensi congregationi ab Innocentio VIII. a qua monachi dictæ congregationis habitum secundum eius antiqua statuta ordinatum tam intra, quam extra monasteria debent in virtute Sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis, latæ sententiæ pœna deferre, à qua nisi à Romano Pontifice præter quam in mortis articulo absolui nequeunt. Non obstantibus quibuscunque indultis ac priuilegijs in contrarium obtentis. Hæc enim cōcessio debet explicari iuxta supradicta, ita vt non per quamcunque habitus dimissionem hæc excommunicatio incurratur, sed per illam per quam virtute dictæ Decretalis incurritur.

a Cōpend. Cisterci. tit. habitus §. 1

ARTICVLVS. VII.
Vtrum secularis vtēs veste religiosa virorum aut mulierū causa ludi peccet mortaliter

Respondeo dicēdo quod nō, si ex leuitate & sine irrisione, vel turpitudine fiat, quia aliter esset nimis durum hoc ad peccatum mortale condemnare neque aliquo iure hoc est probabile, si autem hoc fiat causa ludibrij vel vituperij dicit Glossa a quædam esse prohibitum vti habitu monachali, vel alio religioso & quod faciens grauiter punitur vt in quadam Authentica b continetur, & sic videtur peccatum mortale, imo si non fiat hac de causa, sed tamen in rei veritate fiat cum ludibrio vt defertur lasciuè, vel apparenter, vt vulgo dicitur *en mascara* videtur omnino mortale quia est magna irrisio Dei in sanctis suis, similiter cum eo vtuntur Mimi & histriones exercēdo vituperiosa iuxta quandam legem, c ita Syluester d quem sequitur Corduba in additionibus ad compendium.

a Glos. in c. cum decorāda de vit. & ho nest.
b Auth. de sancti simi- epis. colla. 9

c l. minime C. de episc. audient.
d Syluest. v. habitus n. 5 & v. excōmu. 8. excōmunic. 24. not. 3. fere per totum Cordub. in additio. ad compend. tit. habitus.

ARTICVLVS VIII
Vtrū contradicentibus Parochis possint fideles in habitu fratrum Minorum sepeliri.

Respōdeo dicendo, ꝙ *Sixtus IIII. autoritate Apostolica perpetuo indulsit omnibus & singulis vtriusque sexus personis in habitu fratrum Minorū sepeliri volētibus quod id eis liceat sine tamen aliquo alterius præiudicio districtius inhibens curatis & rectoribus Ecclesiarum sub excommunicationis pœna quā canonica monitione præmissa contra facientes incurrant, & à qua per alium, quā per Romanum Pontificem & in mortis articulo dūtaxat absolui non possint ne taliter sepeliri volentibus quouis modo impedimentū afferant, sed permittāt illos patēter ad Ecclesias & locū sepulturæ in habitu huiusmodi deferri, iure parrochialium Ecclesiarum & cuiuslibet alterius in omnibus semper saluo, ita habetur in Supplemento.* a

a Supp. fol. 88. conces. 251.

Adeo hoc voluit idem *Sixtus obseruari, vt decreuerit quod illi qui ordinauerint quod eorum corpora cum habitu fratrum Minorum sepeliantur ne ex illorum corporum delatione ad alia loca ordini & fratribus prædictis iniuriæ irrogentur, tales apud fratres huiusmodi esse sepeliendos, etiam si alibi elegissent sepulturam nisi fiat de licentia & assensu fratrum domus loci in*

quo

quotales decesserint, ita habetur in ordinum Monumentis *b*. In quo etiam libro *c* cōtinetur id ipsum Sixtū Quartum, fratribus Carmelitis concessisse addendo quod contradictores sint excommunicati. At hæc concessio reuocata est per Leonem Decimum qui in Concilio Lateranensi statuit quod volentes sepeliri in habitu fratrum si non sunt personæ in claustro seu in eorum domibus degentes, sed in proprijs domibus habitantes in eorum vltima volūtate sibi alibi libere possint eligere sepulturam, ita habetur in Supplemento. *d*

b in.1.impres.fo.60. & in.2.fol. 144r.cōces. 350.
c in. 2.impres.fol.182 cōces..444
d suppl.fo. 26.cōce.77

ARTICVLVS IX.

Quis debeat dare habitum ad sepeliendum fideles.

RESpondeo dicendo quod *Sixtus Quartus in Bulla aurea statuit quod habitus fratrum Minorum & Prædicatorū nō possit dari ijs qui cum eo elegerint sepeliri, nisi per Guardianum ordinis Minorum, aut per Priorem domus ordinis Prædicatorum loci in quo talis discedere contigerit, vel per superiorem prælatum dictorum ordinum, aut per alium cui illi duxerint committendum & nō per alium quauis autoritate, vel prælatione fulgentem exhiberi debere. Ac statuit quod illorum sic indutorum cadauera discooperta nullo pallio vel tegumento superimposito cum habitu huiusmodi ad sepulturam deferri possint. Non obstante ordinariorū locorum etiam sub censuris prohibitione & ordinatione qualibet* in contrarium edita, ita habetur in ordinum monumentis *a*

a in.1.impers.fol.65. & in.2.fol. 149. cōces. 362.

(?)

ARTICVLVS X.

Vtrum decedentibus cum habitu religiosorum mendicantium indulgētia aliqua concedatur.

RESpondeo dicēdo, *quod viri & fœminæ deferentes zonā fratrum D. Augustini datam ab aliquo prælato eiusdem ordinis ad hunc finē lucrari possūt indulgentias eisdem fratribus concessas*, ita habetur in Supplemento *a*, quam indulgentiam modo consequuntur si se ascribi fecerint confratriæ prout dictum est in primo tomo. *b*

a suppl.fol. 122.conces. 566.
b 1.tom.c.

Et Adrianus Sextus post Leonem X. *decedentibus in habitur ordinis Sāctissimæ Trinitatis aut scapulariū dicti ordinis de manu alicuius illius prælati etiam absque alicuius voti emissione suscipientibus & deferentibus in regnis Castellæ, Legionis & Granatæ, cōsistentibus concessit omnes & singulas indulgentias, & peccatorū remissiones fratribus prædicti ordinis* cōcessas prout late tradit Collector *c* mendicantium priuilegiorum.

c collect.titu. communicatio priuil.§.vlt.& tit in dulgēria quoad seculares.4 §.23.

Et Clemens III. concessit *morientibus cum habitu fratrum Minorum & qui cum eo elegerint sepeliri remissionem tertiæ partis omnium suorum delictorum* prout habetur in ordinis Monumentis *d* in quibus etiam habetur Nicolaum *e* Tertium & Vrbanum *f* Quintum id ampliori gratia confirmasse. *At Leo Decimus informatus de prædictis concessionibus circa habitū fratrum Minorum confirmauit eas, ac de nouo concessit, & ad huiusmodi gratias suā portionem addidit concedens, quod morientes in dicto habitu consequantur indulgentiam plenariam. Ita* habetur in supplemento *g* in quo etiam

d in.2.impres.f.l.260 conces. 58.
e in.2.impres. folio. 260. cōces. 66. & in supplem.f.lio. 108. cōces. 447.
f in suppl. fol.109 conces. 458. & in monum. pres fol.71. conces. 183.
g In suppl. fol.6. conces.18[illegible].

Libro

h fol. 62. cõ ceſſ. 201. Libro 1 continetur, quod idem Leo Decimus confirmauit conceſsiones ſupradictas, & adiecit, *quod tam morientes & ſepeliendi indicto habitu, quam morientes & ſepelitæ in habitu ſororum tertiæ regulæ eiuſdem Sancti Franciſci ſub obedientia miniſtrorum Generalis, & Prouincialium degentium conſequantur indulgentiam plenariam omnium peccatorum ſuorum* In quo etiam libro i continetur, *quod Leo Decimus declarauit ſufficere habitum prædictum petere, ac ſuper ſe vſque ad mortem habere, ac in eo ſepeliri etiam ſi ante mortẽ non induatur.*

i in ſuppl. folio. 60. conceſ. 183.

Et aduertendum, quod in his omnibus conceſsionibus non iubetur, quod petentes ipſum habitum, vt in ipſo ſepeliantur eſt neceſſarium, vt dent eleemoſynam pro induendo religioſum, cuius erat habitus ad effectum conſequendi indulgentiam plenariam in ipſis conceſſam. Vnde ignoranter aliqui dicunt hoc eſſe neceſſarium imo videtur dicendum, quod ſi ad conſecutionem indulgentiæ ſupradictæ talis conditio apponeretur ipſa indulgentia eſſet reuocata per conſtitutionem Pij. V. de qua infra in quæſtione de indulgentijs conceſsis propter opera pietatis, in qua cõſtitutione ipſe Pius. V. reuocauit omnes indulgentias conceſſas, ratione quarum aliqua eleemoſyna petitur.

ARTICVLVS. XI.

Quæ indulgẽtiæ concedantur oſculantibus habitum religioſorum.

REſpondeo dicendo, *quod Ioãnes Vigeſimus ſtertius, omnibus Chriſti fidelibus oſculantibus habitum ordinis Sancti Dominici ſeu fratrum ordinis Prædicatorũ quinque annos & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentijs relaxauit* prout habetur in ſupplemento a. Et Collector b priuilegiorum ait, quod iſta indulgentia numerata per dies ſunt duo milia, & ſeptuaginta quinq; dies, qui etiam ait, quod tantundẽ lucrantur oſculantes habitum fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium ratione communicationis priuilegiorum, in quo debent fratres Minores notare maximè deuotionem populi erga noſtram Sacram religionem Minorum, licet enim hæc conceſsio illis immediate non fuerit facta, ſed fratribus ordinis Prædicatorum, tanta eſt populi Chriſtiani deuotio erga habitum fratrum Minorum, vt ipſum potius oſculentur quam habitum fratrum ordinis Prædicatorum, quaſi ipſi habitui fratrum Minorum ſolummodo hæc indulgentia fuerit conceſſa.

a ſupplem. fo. 95. conceſſ. 307.

b collect. priuil. ti. de indulgentiis quoad ſæculares 6. §. 9.

QVÆSTIO LXXVII.

De hæreditatibus in communi regularibus delatis in octo articulos diuiſa.

Circa quã quæruntur octo.

1 *Vtrum hæreditas monacho relicta immediate acquiratur monaſterio.*

2 *Vtrum manachus poſsit exhæredari a patre ex cauſa ingratitudinis commiſſæ ante ingreſſum religionis.*

3 *Vtrum valeat ſtatutum quod filia ingrediens religionem non ſuccedat patri.*

4 *Vtrum ſubſtitutio facta ſub hac conditione ſi ſine liberis deceſſerit cenſeatur euanuiſſe per ingreſſum religionis.*

5 *Vtrum ſi ſubſtitutus ſine liberis moriatur hæres inſtitutus excludatur per ingreſſum religionis inſtituti.*

6 *Vtrum monachus ſuccedat ab inteſtato patri tamquam ſuus hæres.*

7 *Vtrum præferendum ſit monaſterium monachorum monaſterio monialium ipſis duobus inſtitutis.*

8 *Vtrum hæreditas nouitij morientis abinteſtato debeatur monaſterio.*

ARTI-

ARTICVLVS. I.

Vtrum hæreditas monacho relicta immediate acquiratur monasterio

RESpondeo, dicendo, quod vtriusque iuris interpretes circa resolutionem huius quæsiti variant. Nam iuris Pontificij interpretes dicũt probabiliorem esse opinionem hæreditatẽ monacho relictam immediate monasterio acquiri neque fore necessariam monachi aditionem. Ita affirmant Abbas, *a* Imola, & cæteri, & communem esse hanc sententiã Canonistarum testatur Rippa, quibus accedũt Ruinus, & Soccinus Senior, qui huic subscripsit opinioni, & dato, quod necessaria omnino sit monachi aditio, monacho tamen recusanti adire monasteriũ etiã illo reluctante adire potest, vt rectius affirmat Bartolus, *b* & Soccinus Senior, late tuetur hanc esse veram opinionem, quibus subscribit Iason. Nam licet monasteriũ scripti hæredis nomen propriũ non obtineat legis tamẽ interpretatione habet quod idem operatur, prout ait Menochius. *c*

Ex quibus infertur, quod licet sit diuersitas opinionum, prout constat ex Ioanne Andrea *d* post Speculatorem, & à Baldo, Bartolo, Angelo, & Imola. Communior tamen sententia est, quod monasterium possit adire inscio, & inuito monacho, imo & si delata esset hæreditas suorum ascendentium monacho, & ea non adita, neque repudiata moreretur trãsmitteret eam ad monasterium ex beneficio, *legis vnicæ codice de ijs, qui ante apertas tabulas*, quia monasterium quo ad hoc loco filij habetur, & idẽ â fortiori est dicendũ in hæreditate extraneorũ secundũ Imolã, *e* & communiter Doctores. Vnde quoad acquirendã hæreditatem monachus æquiparatur filio, vel seruo, secundum quod vtilius est monasterio, & sic si delata est hæreditas monacho, potest illã monachus adire cum consensu Abbatis, sicut in seruo secundũ ius fieri reperimus, non autem solus monachus adire potest, cum non habeat velle, neq; nolle, si autem Abbate iubente nollet monachus adire, tunc solus Abbas adire potest, etiã eo inuito, & in hoc æquiparatur filio, vt post Bartolum *f* & alios resoluit Maranta.

a Ab. Imol. & alij in c. in præsentia de probationibus, Rip. in l. 1. n. 150 de vul. Rui. cõs. 204. n. 12. li. 1. & Senior 16.

b Bart. in d. l. 1. vbi Soc. n. 22. Ias. in l. 3. n. 21. C. de hæredibus insti.

c Menoch. de adipis. poss. rem. 4 nu. 294. & 295.

d Specu. ti. de stat. mona. §. 1. ver. 8. Andr. & alij in ca. in præsentia d̃ probat. Bal. in l. Deo nobis C. de Episc. & cle. Bar. Angel. & Imol. in l. 1. C. qui admitti possunt.

e Imola. & Doct. in d. c. in præsẽt.

ARTICVLVS II.

Vtrum monachus possit exhæredari à patre ex causa ingratitudinis cõmissæ ante professionem.

RESpondeo dicendo, quod non potest exhæredari â patre ex causa ingratitudinis commissæ ante professionem & hoc argumento cuiusdam Canonis. *a* Ob cuius decisionem in monachorũ causa dicitur Gratianus suspectus ab Alciato *b* qui ait, ꝙ Gratianus cũ esset monachus vt patet ex iure *c* testatur in eo vicio ingratitudinis omnino deleri, de quo vidẽdi sunt subtilis Emanuel Acosta *d* Tiraquelus, & Couarruuias, qui licet liberẽt Gratianum â suspicione in monachorũ causa notatũ ab Alciato, & à Balduino, tenet tamẽ quod per ingressum religionis talis ingratitudo minime tollatur, vt in quadã lege *e* expresse determinatur.

Ex qua resolutione infert intellectũ ad legem *f* regiam Taurinam, quæ permittit patri exhæredare filium matrimoniũ contrahentem absque eius cõsensu, vt habeat locum etiam si filia cõtracto matrimonio ante copulam religionem fuerit professa, quod ipsum sententia cõprobatum fuisse in regio prętorio testatur Ioannes Lupius *g* Verum est tamen, quod hæc opinio habet locum, quando ingratitudo propter quam filius debuit exhæredari concernebat personã patris, velut si filius ceciderit patrem, non autem si directe respiciat solum ipsum filium, prout cum Baldo tenet idem Couarruuias *h* qui omninõ vidẽdus est pro defensione Gratiani.

f Bar. in l. 1. col. 4. Ale. col. 7. & 8. de vulgari, Bald. in l. 1. n. 12. C. qui admitti Docto. in l. cũ proponas, C. de hæredi. insti. vbi Ias. col. pẽ. Maran. in l. is potest n. 130. ff. de acquiren. hæred.

ac. nõli ceat 19. q. 3.

b Alc. li. 4. parergon. c. 23

c c. Anasta. 19 dist.

d Acost in l. Gallus §. 1 & quidsi tãtum 3. p. à n. 195. Tira. de priu. piæ causæ pri. 30 Coua. in c. rainũt. n. 20 de testamẽ.

e l. Deo nobis §. 1. C. de episc. & cleri.

f l. 49. T. u.

g Lupius in d. l. 49. iuxta finem.

h Coua. vbi sup.

ARTICVLVS III.

Vtrum valeat statutum, quod filia ingrediens religionem non succedat patri.

RESpondeo dicendo, quod sententia Bartoli *a* est, quod aut statutum disponit de ingrediente per hæc verba, ingrediens monasterium, vel siquis intra

a Bar. in l. fi. C. de pactis

intraret monaſterium ſit priuatus iure ſuccedendi, vel non ſuccedat, & tunc valet ſtatutũ, quaſi nõ diſponat circa monachũ ſed circa laicũ: nã laicus eſt ille, qui ingreditur monaſteriũ, ſicut viuẽs moritur. Aut ſtatutum diſponit de iam ingreſſo per hæc verba, ſiquis ingreſſus fuerit monaſterium, tũc non valet ſtatutum, quia non poteſt monachis auferri ius, hoc enim eſſet contra libertatem Eccleſiæ.

Sed videtur, quod hęc diſtinctio ſit verbalis, & ex ea ſequitur, quod pater poſsit exhæredare filium, ſi ingrederetur monaſterium, quod eſt etiam contra leges Imperiales. *b* Vnde valde dubitat de hac opinione Ioannes Campecius, *d* de qua videndi ſunt Doctores *d* & pulchrum Conſilium Pauli de Caſtro. Et adde quod Fulgoſius tenet contra Bartolum hoc nixus fundamento, qualitas enim iuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi, & ſtatutum dicit quod ingrediens, cui antequã ingrederetur, non erat quæſita hæreditas vnde ſequitur quod verba ſtatuti referuntur ad ingredientem poſt ingreſſum, & ſic includunt perſonam eccleſiaſticam. Item non poteſt negari quod tale ſtatutum non ſit impeditiuum futurę ingreſsionis & ſic contra libertatem eccleſiæ, & per conſequens inualidum iuxta ſacros Canones *e* prout notat Campecius.

b l. Deo nobis ver. omni modo C. de epiſc. & cleric.

c Campec. in tract. de ſtatutis. q. 12.

d Docto. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de ver. obl. Caſtrẽ. cõſ. 335.

e c. fi. de immunit. eccl. Cãpe. vbi ſup.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſubſtitutio facta ſub hac conditione, ſi ſine liberis deceſſerit cenſeatur euanuiſſe per ingreſſum religionis.

REſpõdeo dicẽdo, quod vt huic difficultati ſatisfiat oportet titulum quæſtionis explicare, & ſic explicatur & ſimul proponitur caſus. Verbi gratia, Franciſcus inſtitutis eius filijs hæredibus vniuerſalibus, altero eorum deficiẽte ſine liberis ſubſtituit Paulum, contingit mortuo patre alterum dictorum filiorum poſtquam profeſſus fuit ordinem Carmelitarũ decedere ſine liberis, quæritur an ſubſtitutionis conditio euanuerit vel defecerit.

Pro reſolutione huius difficultatis diſtinguẽdum eſt quod aut expreſſe apparet de mente teſtatoris voluiſſe monaſterium excludere apponendo conditionem ſi ſine liberis deceſſerit legitimis, & naturalibus & ex vtero & legitimo matrimonio procreatis, vel ſine liberis ex corpore ſuo procreatis, in hoc enim caſu exiſtimo quod non admittatur monaſterium ſed ſubſtitutus, cum teſtatoris voluntas ſemper attendi debeat vt dicitur in iure. *a* Quod adeo verum eſt vt etiam ſi diſpoſitio reddatur inutilis à voluntate teſtatoris minimẽ eſt recedendum vt notant Doctores *b* & tradit Iaſon. Ex præfatis autem verbis neceſſario infertur quod cogitauerit de excluſione monaſterij quia dato quod monaſterium loco filij habeatur reſpectu eius qui ingreditur non tamen dicitur natus ex corpore ſuo, ſed à lege perfictionem introductus, quo fit vt talis eius teſtatoris mens præſumatur qualis ſecundum rectum ſermonem procedere poteſt vt notat Baldus *c* Curcius iunior & Belon.

a §. diſponat in auth. de nuptijs l. cũ vtrum C. de fidei commiſ.

b Doct. inl. ſiquis à filio in princ. ff. de legat. 1. Iaſ. in l. verbis ciuilib. ff. de vulg. & pupil.

c Bald. in l. fi. n. 2. ff. ad Trebe. Curci. cõſi. 57. habita. col. 4. Belon. cõſil. 53. nu. 6.

Aut non conſtat de expreſſa mente teſtatoris quod monaſterium voluerit excludere, quia verbi gratia ſimpliciter locutus eſt teſtator ſi ſine liberis deceſſerit & tũc legis interpretatio locum habet vt dicitur in quadam authentica, vbi ſi inſtitutioni, aut ſubſtitutioni alicui factæ conditio apponatur ſi ſine liberis deceſſerit ingreſſuſque is fuerit monaſterium huiuſmodi conditio inualida eſt & pro non ſcripta habetur, cuius rationẽ aſsignat Bartolus *e* quia ſi talis conditio apponeretur retraherentur homines â vita contemplatiua, qui timentes ne ſine liberis deceſſerint eorum bona virtute ſubſtitutionis in aliam perſonam transferrentur ad matrimonium contrahendum potius & ſic ad vitam actiuam quam ad religionem & vitam contemplatiuam animum applicarent vt videntur diſtinguere Decius *f* & Doctores communiter. Quod tamen locum habet vbi extraneus fuerit ſubſtitutus, ſecus ſi filius, nam cum filius ſubſtituitur ipſe expellere cenſetur monaſterium. Cum illum & ratio naturalis & paterna pietas ſucceſsionem paternam conſeruent vt aliquarum legum *g* argumento aduertit Iaſon. Et certe ratio id videtur poſtulare, nam â communiter accidentibus & ex coniecturata mente teſtatoris velle bona ad filios potius quam ad Eccleſiam peruenire præſumitur, cum iure naturali inſpecto

e Bart. in l. ſi ita quis ff. is cui. ff. de lega. 2.

f Decius in c. inpræſentia & ibi Docto. de probat.

g l. ſcripto ff. vnde libe ri l. filio ff. de lib & poſth. Iaſ. cõſ. 202. volu. 2

cto ad parentum successionem filij vocentur vt pulchre notat Oldradus. *h* Aduertendum tamen quod prædicta decisio habet locum quando talis filius profitetur in religione capaci bonorum, secus si profiteatur in monasterio incapaci, prout sunt monasteria P. N. Francisci de obseruantia quæ sunt bonorum incapacia iuxta regulam â fratribus professam & iuxta sacros Canones *i* in Concilio Tridentino confirmatos. In hoc enim casu monasterium non excludit substitutum. Et licet decisio Pedemontana *k* idē dicat esse asserendum in monasterijs ordinum mendicantium, ego tamen contrarium teneo cum prædicta monasteria iam autoritate sedis Apostolicæ à Concilio Tridentino approbata possint in communi bona immobilia possidere & sic hæreditatem recipere & retinere iuxta ea, quæ infra dicentur.

h Ol.dra.cō si.94.nu.8.

i c.exijt qui seminat de ver.sig. Clemē. Exiuit de paradyso eod.tit. Cō cl.Tri.se.25 de reg.ca.3.

k Decis.Pedem.126.

ARTICVLVS V.

Vtrum hæres substitutus si sine liberis moriatur institutus hæres, excludatur si hæres institutus ingrediatur monasterium in articulo mortis.

RESpōdeo dicēdo, quod Angelus *a* & Soccinus voluerunt quod matrimonium in articulo mortis cōtractū nō operatur legitimationem filiorum naturalium, quod etiam voluerunt Decius *b* & Parisius qui post Abbatem tenet idem esse dicendum in ingressu religionis vt in articulo mortis factus non operetur exclusionem substituti, licet monasterium soleat excludere substitutum vt in iure *c* probatur, quod in vtraquē specie fraus substituto fieri videtur, cum eo tempore & matrimonium, & religionis ingressus non sine suspicione fraudis in dānum substituti fiant, eo inquam tempore quo magis finiri, quam incipere nouus status solet, & ideo facile est in eo tempore fraudem præsumere argumento cuiusdam legis. *d* Et licet Dominus Franciscus à Sarmiento *e* teneat quod matrimonium in articulo mortis contractum operatur legitimationem filiorum, defendit tamen quod ingressus religionis in dicto mortis articulo non excludit substitutum: nam licet monasterium loco filij habeatur vt probatur in iure, *f* negari tamen non potest hanc interpretationem potius iure constituto pietatis & religionis fauore inductam esse, quam ex vi verborum, & ideo non ita late hoc interpretandum est, vt fraudis suspicio, seu potius veritas non tollat hoc priuilegium. Pro qua parte inducitur quędam decretalis, *g* vbi licet ingressus religionis & votum in articulo mortis valeat, tamen si in eadem infirmitate decedat non fit præiudicium in ipsis inquibus libere disponere poterat, at substituti ius non leue est, ideo maxime curari debet ne temere â successione fraude forsan adhibita excludatur substitutus. Et ita verius est per ingressum religionis in ea infirmitate, qua quis decedit substituto non fieri præiudicium etiam si aliter de fraude non constet, quia suspecta est adeo sera deuotio, quæ alteri damnum inferat vt ait decretalis superius allegata: nam etiam posset hæres facta restitutione fideicommissario religionem deuotissimè ingredi, remota omni suspicione fraudis, quia necdum ab ipsa fraude religiosi debent esse remoti, nec pietatis causa aliud exigit, causis enim pijs debitores ita sumus dum alijs iniustitia non fiat vt dicitur in iure *h* & omnis interpretatio facienda est ne de facili fraus fieri possit. Et ita hanc opinionem tenet Sarmiento. *i*

a Angel & Socin.in l. sed est quæsitū ff. de libe.& posth

b Dec.in c. in præsentia n.56.de probat. Paris. cōs.13.n.56. & 57.ver.1.

c c.in præsen. de probatio.

d l.filiemeę emācipatæ & ægræ.ff. solut.matr.

e Sarmien. lib.6.selec, c.6.n.8.

f d.c.in præsent.

g ca.de his de sepult.

h c. extenore de for. comp.c.nu per dedona inter vit.

i Sarmien.2 tom.select. li.7.c.2.n.7

ARTICVLVS VI.

Vtrum monachus succedat ab intestato patri tamquam suus hæres.

RESpondeo dicendo, quod licet monachus liberatur â patria potestate quia transit in potestatem Abbatis vt notat quædam Glossa *a* nihilominus ipse succedit ab intestato patri vt suus hæres. Et in huius rei confirmationem allegar glossa quandam iuris communis legem. *b* At hoc dictum glossæ non omnino probatur â Matthæo Mathesil. *c* credit enim ipse ꝙ siue efficiatur filius monachus ipse nō liberatur â patria potestate, siue è con-

a glos.in l.si ex causa §. Papin.ff.de mino.

b l.si.§ hoc nisi C.de episc.& cle.

c Mathesi. de succes.ab intest.art.1. nu.17.

d Speculat. tit. de tuto. §. fin aut. tutor. ver. sed quare quæritur Butr. in authen. si qua mulier C. de sacro sanct. eccle. e d. l. fin. §. hoc nisi de epis. & cle. auth. de monachis §. 1. & §. cogitãdum, col. 1. Matheſi, de ſucceſ. ab intestato in prin. n. 7. f gloſſ. in l. ex cauſa. §. pen. v. Papinianus ff. de minor. c. in decorũ de erat. & qualit. Pinel. in l. 1. 1. par. de bon. matern. num. 46. g Aſcan. de patria poteſt. ca. vlti. num. 67. h Celi. lib. 1 cap. 12. i Barto. in l. pater furioſo. ff. de ijs, qui ſunt ſui vel alien. adit ad Mateſil. ſingulari. 19. noto quod ſent. n. 211. k l. Deo nobis §. 1. C. d epiſ. & cle. Tiraque. de vtroque retract. §. 1. glo. 8 n. 19. & in l. ſi vnquam, verſ. ſuſceperit filios, n. 42. C. de reuocand. dona.

tra pater efficiatur monachus filius nõ efficitur ſui iuris, ſed potius remanet in poteſtate patris monachi, non enim inuenitur in iure definitum filium per ingreſſum religionis â patria poteſtate ſolui & ita tenent Speculator & Iacobus de Butrio, qui mouentur eo potiſsimum fundamento, quod ſcilicet nullo iure cautum eſt de ingrediente monaſterium quod patiatur aliquam capitis diminutionem, nam licèt monachus dicatur eſſe ſeruus, vel eſſe in poteſtate Abbatis illa poteſtas vel ſeruitus eſt ſpiritualis, quia nulla libertas eſt maior quam ſeruire Deo, & ideo talis poteſtas, vel ſeruitus ſpiritualis non debet ſoluere patriã poteſtatẽ quæ eſt cauſa iuris tẽporalis pro quo prædicti autores aliqua iura eal legant & cum eis conſentit Matheſilanus.

At nihilominus dictum gloſſæ ſcilicet quod per ingreſſum cuiuſcumque religionis approbatæ ſoluatur patria poteſtas, cũ ingreſſus in poteſtatem Abbatis vel alterius ſuperioris tranſeat argumento aliquorum iurium aſſerit doctiſsimus Pinelus f eſſe veram, & ab ea in practica non eſſe recedendum, eo quod ſit communis & eam ſequitur Aſcanius Clemẽs. g Et cõfirmatur hæc opinio, olimenim idẽ erat de Virginibus Veſtalibus, quæ ſtatim ac per Põtificem captæ erant, liberabantur â patria poteſtate, vt ait Aulus Gelius, h imo non ſolum ſi filius ipſe ingrediatur religionem ſoluitur patria poteſtas, ſed etiam ſi pater quo caſu filius ab eius liberatur poteſtate, prout tenet Bartolus i & additio ad Mateſil. notat dicens filium patris monachi poſſe teſtari quod facere non poſſet, ſi à patria poteſtate eſſet ſolutus, licet tamen per ingreſſum religionis patria poteſtas ſoluatur cum ingreſſus in alterius tranſeat poteſtatem, ingreſſus tamen ipſe iura ſuorum hæredum retinet, & tantum ſuus ſuccedit, & ſic nullam patitur capitis diminutionem quod colligitur ex iure, k & tradit Tiraquelus, quod debuerũt aduertere Doctores ſuperius allegati, ne â communi opinione gloſſæ diſcederent.

(?)

ARTICVLVS VII.

Vtrum præferendum ſit monaſterium monachorum monaſterio monialium ipſis duobus inſtitutis.

REſpondeo dicẽdo, quod quando duæ piæ cauſæ ſunt inſtitutæ inſtitutio pauperioris loci prævalebit ex ſententia Angeli. a Quo circa duobus monaſterijs inſtitutis vno monialium, altero monachorũ, monaſterium monialiũ eſt præferendum. Ita Baldus, b Decius, & alij, quos refert, & ſequitur Menochius. Vnde infertur quod ſi monaſterio virorũ, & monaſterio monialium aliqua relinquantur in teſtamẽto legata deficientibus bonis ad ea omnia ſoluẽda monaſteriũ monialiũ eſt præferẽdum, tanquã magis pium, quod tamen intelligendũ puto regulariter loquendo, nã ſi monaſteriũ monialium eſt ditiſsimum monaſterium vero monachorum eſt pauperrimum, exiſtimo præferendum eſſe monaſterium monachorum, præcipue ſi in eo obſeruantia regularis maximè vigeat.

a Angel. in auth. de eccleſ. tit.
b Bald. in l. in multis in fi. ff. de ſtatu homi. & in l. cũ multæ C. de bonis quæ liberis Deci. in ca. in præſen. de probati. Menoch. de adipiſ. poſſe. 4. n. 788

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hæreditas nouitij morientis ab inteſtato debeatur monaſterio.

REſpondeo dicẽdo, quod nouitio morenti intra annum probationis nõ ſuccedit ab inteſtato monaſterium, in quo eſt nouitius, ſed venientes ab inteſtato ſi in mundo decederet ſuccedunt. In hanc opinionẽ ſe inclinat Ioannes de Imola, a & eam tenent Abbas, Iaſon, & Gregorius Lopez, & hæc opinio eſt tenenda, licet Decius b dicat magis communẽ opinionẽ eſſe, quod ſuccedat monaſterium.

a Imol. inc. quia ingredientibus. col. 3. de teſta. Ab. in c. in præſẽ. de prob. Iaſon. in auth. ſi qua muſi. ad fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. Gregor. in l. 17. titu. 1. par. 2. v. entrando.
b Dec. in d. c. in præſentia n. 55.

QVAESTIO LXXVIII.

De ſucceſsione hæreditatum reſpectu religionum particularium in 14. articulos diuiſa.

Circa quã quæruntur quatuordecim.

1 *Vtrũ fratribus minoribus regularis obſeruantiæ poſſit deferri hæreditas.*

2 *Vtrum*

2 *Vtrũ prædictis fratrib⁹ minoribus æstimatio hæreditatis saltem debeatur.*

3 *Vtrũ sit nullũ testamentũ vbi instituti sunt fratres minores regularis obseruãtiæ nulla facta substitutione.*

4 *Vtrũ fratres minores possint institui hæredes cũ clausula apposita, q⁹ pro eorum necessitatibus vendatur hæreditas & in eas conuertatur.*

5 *Vtrum institui possit hæres ecclesia B. Francisci de obseruantia.*

6 *Vtrũm fratres ordinis prædicatorum possint succedere ab intestato.*

7 *Vtrum Eremitæ sancti Augustini possint succedere ab intestato.*

8 *Vtrũ monachi S. Bened. & Cisterciẽses possint succedere ab intestato.*

9 *Vtrum canonici regulares possint succedere ab intestato.*

10 *Vtrũ cõuersi succedãt ab intestato*

11 *Vtrũ moniales succedãt ab intestato*

12 *Vtrum monasterium possit in maioricatu succedere.*

13 *Vtrũ monasteriũ succedat in maioricatu, in quo arma & nomen instituentis debent conseruari.*

14 *Vtrũ monialis faciens plenissimã renunciationem videatur renunciare eius ad maioratum.*

ARTICVLVS I.

Vtrũ fratribus minorib⁹ regularis obseruantiæ possit deferri hæreditas.

REspõdeo dicẽdo, quod Clemẽs V. explicãs regulã P. N. Francisci ait, quod fratres minores obseruantiæ nullatenus sunt capaces successionũ hæreditatũ, ac etiã quod nõ licet eisdem fratribus valorẽ talium hæreditatũ vel tantã earũ partẽ quasi sub modo, & forma legati dimitti sibi facere (quod præsumi possit hoc in fauorẽ fieri) vel sic dimissa recipere, quin potius ista sic fieri ab ipsis fratribus simpliciter prohibuit. Vnde concessiones *b* Clementis IIII. & Sixti IIII. concedentes, vt possint succedere parentibus non de fratribus minoribus de obseruãtia, sed de fratribus conuentualibus sunt accipienda.

Circa quam determinationẽ est primo notandum, quod licet fratres minores nõ sint capaces hæreditatum, & relictorum in testamentis, vt patet ex dicta Clementina, & tradit Bartolus, *c* Attamen eis cõsulitur duplici remedio secundum communiter Doctores. Primo enim eis consulitur iudicis officio, potest nãque iudex ex suo mero officio nemine etiã ad hoc agẽte cõpellere vel illum, qui ad hoc tenetur ex testamento, vel alias vt relicta monasterio, vel fratribus minoribus, adimpleat, & soluat, hoc tenet *Speculator*, *d* Bartolus, *Ioannes Andreas*, & *Baldus*, quorũ fundamẽtũ est, quia interest reipublicæ, ne sua quis re male vtatur, vt dicitur in iure *e* nã si cõmodũ rei priuatæ prouidetur, vt probant iura *f* â fortiori circa vltimas voluntates defunctorum est prouidendum, de quo optimè per Andream *Barbaciam* *g* & ratio est quia si ita cautum non esset, accideret non nunquam, quod pium propositum defunctorum improba fraudantium calliditas eluderetur, vt ait quidam textus *h* notabilis, & certe magna pietas est voluntatem illius adimplere, qui nec se iuuare, nec iam loqui potest, & fratribus minoribus, & alijs pauperibus non valẽtibus agere in iudicio sic officio iudicis subuenire potest.

Altero etiam modo, & remedio potest ipsis consuli, & est, quod cuilibet populo competit actio, & quilibet à populo potest agere vt relicta ad pias causas (puta monasterio, hospitali, fratribus, pauperibus, & similibus) adimpleantur, per illam qui grauatus est à testatore, vel alias ad hoc tenetur, vt probant iura *i* & tenet Ludouicus Romanus, & Angelus de Perulio, tenet etiam Bartolus, & confirmatur ex traditis à Barbacia. Prædicta autem fuerunt practicata, vt ait Collector *k* priuilegiorum ordinum mendicantium in compendio in ciuitate Barbasti, Regni Aragoniæ, vbi ab vniuersitate eiusdem ciuitatis fuit cõstitutus quidã procurator, seu syndicus ad agendum pro legatis relictis monasterio B. Francisci anno Dñi millesimo

a Clemen. exiui. de paradiso. dev. signifi.

b Habetur in li monu. in 1. impre. fo. 64. & in 2. fo. 147. cõcef. 357. & iterũ in 1. impref. fo. 63. & in 2. fol. 146. cõcess. 356. & iterũ fo. 22. in 1. imp. & in 2 fol. 106. cõcess. 228.

c Bart. in l. ne quicquã §. cũ igitur de verb. sig. & in l. 1 colu. 4 deleg. primo.

d Spec. tit. de instru. edi. §. nũc vero aliqua Bar. in d. c. ne quicquã Andr. in c. si hæredes extra de testam Bald. in l. nulli C. de epis. & cleric.

e Et §. sed hoc tẽpore inst. de his, qui sunt sui vel alieni iuris.

f l. siquis C. de bonis, q. g Bar. in rubri. de test. col. 25 & in causa nobis colu. 26. de testam.

h d. l. nulli C. de epis. & cler.

i Auth. de Eccle. tit. §. si autẽ collat. 9. l. nulli. C. de epi. & cle. Roma. in auth. simile C. ad legẽ fal. Angel. in d. §.

in autem Bart. in d. l. si quidquã Bart. in c. nos quidem col. 16. de testam. K. Colle & titu. hæreditas iuxta finem.

simo quingentesimo vigesimo primo, quo tempore erat aduocatus dicti monasterij quidã insignis vtriusque iuris Doctor nomine Leonardus de sancto Angelo, qui supra scripta fundauit, & exequi fecit.

Vltimum remedium est, quod syndicus potest petere nomine Papę prædicta legata, hoc enim est licitum fratribus potentibus vti syndico ad prædicta, dũmodo hoc fiat cum alijs debitis circunstantijs, prout late tradit Corduba *c* in expositione regulæ B. P. N. Fráciſci, & in articulo sequẽti declarabitur. Quid autem dicendum sit circa hæreditatem ipsis delatam ex dicendis in articulis sequentibus patebit.

c Cord. sup. regul. ca. 4. q. 16.

ARTICVLVS II.

Vtrum prædictis fratribus minorib⁹ æstimatio hæreditatis saltẽ debeatur.

REspondeo dicendo, Bartolum *a* tenere ipsis deberi æstimationẽ ab adeuntibus hæreditatem soluendam. Cuius fundamentum est, nam in iure cauetur, quod quando quis non potest capere rem sibi relictam propter qualitatem personæ suæ absque suo delicto, tunc tenetur hæres ad æstimationẽ, prout dicitur in iure, *b* idẽque dicendum putat, quando fratres minores instituunturhæredes cũ clausula, quod si testamentum non valet iure testamenti, valeat iure codicilli, & omni modo, quo valere potest, quoniam prædicta verba hoc important de iure, vt institutione irrita videantur rogati per fideicommissum ij, ad quos hæreditas deuenerit, restituere institutis, vt in multis legibus *c* probatur, nisi tamen inquit ipse Bartolus, valor hæreditatum talium non sit tantus, neque tanta eorum pars, quod præsumi possit in fraudem esse paupertatis summæ ab ipsis fratribus promissæ, hoc est, quod quantitas non sit tanta, quod magis thesaurizationem, quam pro imminentibus necessitatibus prouisionem sapiat, tunc cum ipsi fratres sint omnis iuris, & voto, & professione sua incapaces, non propria autoritate, sed autoritate syndici Romanæ Ecclesiæ procuratoris, vel autoritate Episcopi æstimationem illam repetere possunt.

a Bar. in tracta. minoritarum. d. 1. c. 2. d. 2. c. 1.

b l. apud Iulia. §. fin. cũ l. sequen. ff. de leg. 3.

c l. cum, quã C. de fideicommiss. l. ex testamẽ. & ibi notat ff. de vul. & pupillari.

At quibusdam alijs nostræ regulæ professoribus videtur hanc æstimationem fratribus minime deberi. Neque per eius vt debitam posse recipi fundatis in clausula Clementinæ, *d* Exiuit, in qua dicitur fratres successionem quæ ex natura sua indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia, & immobilia se extendunt considerata sui puritate voti nullatenus sunt capaces. Nota illam particulam (*nullatenus*) si enim vniuersalium successionũ nullo modo fratres capaces sunt, ergo neque æstimationis eorundem, nam vnus modus recipiendi successionem est eius æstimationẽ recipere argumento cuiusdam legis *e* vnde si fratres talium hæreditatum successionem recipere non possunt, ergo nec ad eã dandam tenebũtur hæredes vel ij, ad quos hæreditas deuenerit, & hoc mihi turius videtur & verius. Nã dictiones istæ (*penitus nullatenus nullo modo*) excludunt omnẽ dispensationem, vt notat quædã glossa *f* & important nullis modis, & sine aliqua distinctione, vt alia glossa g determinat, & hoc in sequenti articulo declarabitur.

d Cle. exiuit de verb. signifi.

e l. Domus §. cõfitetur ff. de lega. 3.

f glo. in Clemen. vt fidẽ etare, & qualit, verb. nullo modo.

g gloss. in verb. omni modo in l. si cũ exceptione. §. quatenus ff. quod metꝰ causa.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit nullũ testamentum vbi instituti sunt fratres minores regularis obseruantiæ nulla facta substitutione.

REspõdeo dicẽdo, quod si fratres minores instituuntur hæredes, & nullũ habent substitutũ, vel cohæredẽ, testamentum est nullum, & hæreditas pertinet ad venientes ab intestato argumento eorũ quæ in iure *a* notantur. Si vero fratres instituti habeant substitutum, vel cohæredẽ tunc testamentum potest valere substituto adeunte hæreditatẽ, ad quem pertinet vel adeunte cohærede, cui accessit portio relicta fratribus, vbi substitutus non est, vt probatur in quadam lege *b* & dictam hæreditatem potest substitutus, vel cohæres in foro conscientiæ retinere secundum opinionem multorum, nisi per officium iudicis petatur iuxta dicta in articulo primo, huius quæstionis. Ex prædictis infertur quod per fideicommissum vniuersale fratribus minoribus dicta hæreditas relinqui non potest, vt in quadam Clementina *c* probatur, & ratio est, quia fidei

a l. Si metallum & ibi Bartol. ff. de ijs, qui notãtur infamia

b l. i. §. in primis & §. his itaque C. de caducis tollen.

c Clem. exiuit de para. §. quia ego deverb sig.

fideicommiſſarius vniuerſalis eſt hæres in effectu, vt dicunt leges: *d* quod probatur quia ſpurius, qui non eſt capax inſtitutionis etiam in vniuerſali ſubſtitui non poteſt vt notat Bartolus. *e* Verum eſt tamen, quod ipſis fratribus poteſt relinqui aliquod fideicommiſſum particulare, quod ſyndicus petere poteſt vt fratrum neceſsitatibus ſubueniat, quod non habet locū in hæreditate, licet enim hæres totam hæreditatem vendat, vel diſsipet, ſemper manet hæres, vt dicitur in iure *f* hoc enim eſt ius vniuerſale conſiſtens in quodam iure intellectuali quod poſtquam eſt radicatum, nō poteſt euelli, vt etiam in iure *g* diffinitur, & non poteſt illud ius intellectuale conuerti in aliquod materiale, & per cōſequēs fratres minores non poſſunt illud retinere quod non procedit in ſingularibus relictis, prout ait eleganter Baldus, *h* quem ſequitur Angelus de Gamelionibus.

d l. qui quadraginta ff. ad Trebel. l. cum filius. ff. quod cū eo.

e Bart. l. is, qui ff. d vulgari & pupil. verſ. ex prædict. ſatis patet.

f l. ſed ſi lege §. quod autē ff. de petitione hæreditatis.

g l. & ſi ſine §. quod Papinia. ff. de minoribus.

h Bald. ind. auth. ingre. C. de ſacroſanct. eccl. Gameli. in tract. de teſt. gloſſ. 11.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fratres minores poſsint inſtitui hæredes cū clauſula appoſita, quod pro eorum neceſsitatibus vēdatur, & in eas conuertatur hæreditas.

REſpōdeo dicendo, certum eſſe ex ſupradictis in ſuperioribus articulis fratres minores non poſſe inſtitui hæredes adeo quod per ſyndicum, neque per Rempublicā ex officio iudicis dictæ hæreditatis æſtimatio peti poſsit, quod enim dicimus peti poſſe, intelligimus ſemper de ſingularibus relictis nō de hæreditate, quæ cōtinet quoddam ius vniuerſale, prout in tertio articulo dictū eſt. Nunc autē quærimus: vtrum fratres minores poſsint inſtitui hæredes cum clauſula appoſita, quod pro eorum neceſsitatibus vendatur dicta hæreditas, & in eas conuertatur, & Bartolus *a* reſpondet, quod talis diſpoſitio defuncti licet nō teneat quo ad inſtitutionē hæredum, & habeatur pro non ſcripta, cum talis inſtitutionis fratres minores ſint penitus incapaces, tenet tamen, & validum eſt teſtamentum quo ad cauſam piam, ibi appoſitam, vt ſcilicet hæreditas vendatur, & cōuertatur in vtilitatē fratrū, neque obſtat quod non eſt perſona: in qua ius, & nomen hæredis cadat cum perſona, vt diximus, ipſorum fratrum pro nō ſcripta habeatur, & ſic teſtamentum videtur non valere, & pro non ſcripto eſſe, ſicut quando inſtituitur hæres, qui iam eſt mortuus, nam reſpondetur, quod in pijs cauſis ſufficit, quod hæreditas ad piam cauſam relinquatur, vt puta ſit generaliter pro Redemptione captiuorum pro Eccleſijs conſtruēdis pro alimentis pauperum, & ſimilibus de quibus in quadam lege habetur *b* conſtat autem fratres minores in ſumma eſſe paupertate, ergo ad veritatem teſtamenti ſufficit, quod ſit appoſita pia cauſa, ſcilicet pro eorum neceſsitatibus, licet fratrum ſubducatur perſona, & pro non ſcripta habeatur, neque eſt verum quod non ſubeſt perſona, quæ hæreditatem adeat, quia perſonam repræſentabit Epiſcopus, vel reſpublica, & pro hoc facit quædam authentica, vbi ſi quis inſtituit hæredem aliquem ſanctum, cuius Eccleſia non reperitur in illa ciuitate, neque in eius territorio dabitur hæreditas Eccleſiæ illius ciuitatis, vbi teſtator habet domicilium, & ſic licet Eccleſia illius ſancti inſtituta non adſit, teſtamentum tamen cum ſit ad piam cauſam, ſubſiſtit, & valet, & de neceſsitate intelligitur facta inſtitutio in memoriam, & reuerentiam dicti ſancti, hoc eſt, vt in honorem ipſius hæreditas expendatur, & *E*piſcopus capiat hæreditatem.

a Barto. in tract. mino. li. 1. d. 5. c. 2.

b l. ſiquis ad declinandā C. de epiſc. & cleri.

c Authē. de Eccl. titulis §. ſiquis in nomine.

Neque obſtat, quod obijcit Baldus *d* quod ſcilicet hæreditas eſt ius vniuerſale, cuius minores fratres incapaces ſunt, & ſic deſtructo principali ipſa, ſcilicet hæreditatis inſtitutio deſtruitur, & acceſſorium ſcilicet cauſa edicta, quod hæreditas vendatur, & conuertatur in neceſsitates fratrum. Nam reſpondetur, quod licet verum ſit, quod teſtamentum ſit nullum quo ad primum caput de hæredis inſtitutione, cum inſtituti ſint incapaces, valet tamen teſtamentum ex ſecundo capite ſcilicet quia relicta eſt hæreditas ad piam cauſam, & ipſa pia cauſa ſuſtinet vicem hæredis: vt prædicta iura probant.

d Bald. in auth. ingreſſi C. de ſacroſan. n. 50

Neque eſt verum, quod deſtructo antecedenti deſtruatur & conſequēs, quia hoc eſt verum, quando vnum eſſet ad ſubſtantiandum, ſeu qualificandum alterum, ſed in caſu neutrum eſt ad ſubſtantiandum al-

terum, quando verbi gratia, teſtator omiſſo primo capite inſtitutionis hæredis in perſonam fratrum diſpoſuiſſet de ſecundo ſcilicet relinquo hæreditatem meam, vt vendatur, & conuertatur in neceſsitates fratrum minorum valida eſſet diſpoſitio, vt in iure *e* notatur, ergo non eſt verum, quod irrito teſtamento quoad inſtitutionem hæredum ſit etiam irritum quo ad venditionẽ hæreditatis conuertendæ ad piam cauſam, quia ex pia cauſa, quæ ſuſtinet vim hæredis validum eſt teſtamẽtum. Vnde concludit ipſe Bartolus, quod vbi cauſa pia eſt expreſſa voce, vel ſcripto, vel ſaltem nutu certo ipſius teſtatoris (quæ neceſſario requiratur, vt iura volunt) ſufficit ad validandum teſtamentum alias inualidum ex inſtitutione fratrum, illo tamen cenſetur intellectu (vt ſupra dictum eſt) quod quantitas non ſit tam magna, quod videtur in fraudem facta paupertatis, ſed quod tantũ ſit ad ſubleuãdas fratrũ neceſsitates præſentes, vel eminentes, quia alias ſaperet theſaurizationem. Si autẽ fratres nõ inſtituerentur hæredes, ſed alter, qui debeat hæreditatem ipſam vendere, & eius pretium in fratrum neceſsitates expendere, hoc nullo videtur iure fratribus prohibitum eſſe, quare licite hoc poterunt acceptare (modo quantitas non ſit immoderata) ex quo non ſuccedunt in aliquo iure defuncti.

e d.l. ſiquis ad declinandam.

ARTICVLVS V.

Vtrum inſtitui poſsit hæres Eccleſia B. Franciſci.

REſpondeo dicendo, quod Bartolus in ſuo tractatu minoritarũ tenet quod ſic, cuius fundamentum eſt, quia Eccleſia realiter eſt capax & omne templum ſacrũ eſt huiuſmodi vt probatur in iure, *a* ſed Eccleſia fratrũ minorũ eſt de iure & proprietate Eccleſiæ Romanæ vt dicitur in quadã Clementina, *b* ergo hæreditas illi relicta valet tanquã relicta capaci, neque aliqua conſtitutio dicit contrarium.

Sed Baldus *c* teſtatur hanc opinionem eſſe falſam, quod ſic oſtendit, nam aut ſumimus Eccleſiã materialiter pro ædificio & in iſto caſu nõ eſt ſufficiẽs mediũ ad acquirendũ Eccleſiæ Romanæ ciuili acquiſitione, quia eſt mediũ inanimatũ, quod quidem nec velle neque capere poteſt, aut ſumitur eccleſia perſonaliter & ſignificatiuè & tunc ſignificat quid abſtractũ â genere ab ipſa ſpecie, id eſt collegium fratrũ minorũ, quia Eccleſia & collegium idẽ ſunt vt notat Baldus *d* quod nõ poteſt acquirere Eccleſię Romanæ quia cũ debeat acquirere immediato organo & organũ ſit inhabile impeditur acquiſitio vt dicitur in iure. Et confirmatur nam quando teſtator inſtituit hæredem Eccleſiam fratrum minorũ noluit inſtituere Eccleſiam Romanã, ipſe enim voluit inſtituere Eccleſiã fratrũ minorũ: ergo ſi teſtator hoc intellexit & voluit clare ſequitur quod non valet talis inſtitutio argumento cuiuſdam legis. *f* Et cõfirmatur nã facilẽ eſſet aperta via fraudibus & fieret fraus de nomine ad nomen contra aliqua iura, *g* ſed omnis fraus eſt prohibita de iure naturali, & quidquid ratione fraudis prohibetur de ſimilibus ad ſimilia extenditur argumento aliquarũ legum. *h* Et confirmatur ſecundo nã inſtitutio nõ valet in perſona vera ideſt in ipſis fratribus, ergo neq; valet in perſona ficta id eſt in ipſa Eccleſia argumento alterius legis. *i* Sed hæ rationes Baldi nõ me omnino conuincunt ad recedendum à iuridica Bartoli ſententia, fateor enim Eccleſiã materialiter ſumptam nec velle neque capere poſſe hæreditatẽ, fateor etiam ipſam Eccleſiam perſonaliter ſumptam id eſt collegiũ fratrũ minorũ eſſe organũ inhabile ad acquirendũ Eccleſię Romanę, attamẽ non poteſt negari quod ſyndicus apoſtolicus fratrũ minorũ & ipſius Eccleſiæ nomine Papæ conſtitutus eſt mediũ habile ad acquirendũ Papæ cuius ipſe eſt ſyndicus & procurator, & per hoc reſpondetur ad primũ Baldi argumentũ, fateor etiam teſtatorem voluiſſe inſtituere Papã immediate inſtituẽdo Eccleſiã fratrũ minorũ, inſtituit enim eccleſiam ipſam in quãtum â Papa eſt fratribus minoribus pro eorũ vſu cõmodata, & pro ipſorũ vſu deſtinata, taliter quod ſi â dictis fratribus prędictus vſus tolleretur dãte ſede apoſtolica dictã Eccleſiã alijs religioſis aut loco pio, hæreditas caderet, ne intẽtio teſtatoris fraudaretur, denique inſtituendo Eccleſiam fratrũ minorũ idẽ eſt quod ſi inſtitueretur Papa ſub conditione vt tãquã fideicõmiſſarius Eccleſiæ ipſi prouideret de fabrica, & de

a l.1.C. deſacroſanct.eccleſ. l.annu. ff. de ann. legat.

b Clemen. exiuit. de verb. ſigni.

c Bald. in rubri. deſacroſanct. eccle.

d Bald. inrubric. de ſacroſanct. eccleſ.

e l.1. §. cæterum ff. de acqui. poſſ. l. quandoq. gerimus de acquirend. rer. domi. l. prędi. ff. de ſeru. ruſtic. prædio.

f l. non dubium C. de teſtam.

g Auth. de nuptijs. §. optime. l. ſi per principem quod met. cauſa. h l. 1. & l. ſi. ff. ſiquis infrau. patro. i l. filio quẽ pater. ff. de liber. & poſthum.

alijs ad eam conſeruandam neceſſarijs, & ſi à fratribus talis eccleſia fuerit ablata ante hæreditatem acceptatam ipſa hæreditas caduca reddatur & venientibus ab inteſtato deferatur, & per hoc reſpondetur ad primam Baldi cõfirmationem. Ad ſecundam autem confirmationem reſpondetur quod non ex hoc quod Eccleſia ſit perſona ficta inſtitutio irritatur, tũc enim per perſonam fictam talis irritatio contingit, quando repræſentat perſonam veram inhabilem ad huiuſmodi inſtitutionẽ, at in propoſito eccleſia fratrum Minorum non repræſentat fratres Minores ad dictã inſtitutionem inhabiles, ſed ipſam ſedem Apoſtolicam huius inſtitutionis Capacẽ. Hæc de fratribus Minoribus attento iure communi ſunt aſſerenda, ſi tamen ex priuilegio Apoſtolico efficiantur capaces eius tenor & verba ſunt attendenda & de eo ſecundum eius tenorem eſt iudicandum vt iura K proclamant.

K Ca. porro de priu. c. recipimus c. cum plantare & c. petitis eod. tit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum fratres ordinis prædicatorum poſſint ſuccedere abinteſtato.

RESpondeo dicendo, quod vt ſatisfaciamus huic difficultati præmittendus eſt modus profitendi fratrum ordinis prædicatorum. *Qui talis eſt.* Ego N. *facio profeſsionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, & B. Dominico & tibi patri Magiſtro ordinis prædicatorum & ſucceſſoribus tuis ſecundũ regulam D. Auguſtini, & cõſtitutiones fratrum prædicatorum & ero obediens tibi tuiſque ſucceſſoribus vſque ad mortem.* Vnde cum hi religioſi profiteantur ſecundum regulam Diui Auguſtini de eis iudicandum eſt tanquam de non mendicantibus, cum regula Diui Auguſtini permittat habere bona in communi vt patet ex iure, *a* attamen quia ſecundum conſtitutiones iuratas & à ſede Apoſtolica confirmatas ſunt mendicantes vt patet ex iure *b* aliter videtur dicendum. Et ita Speculator *c* tenet quod ipſi poſſunt ſuccedere non vt bona & hæreditates poſsideant, ſed vt vendant, & cum hac ſententia tranſeunt communiter ſcribentes. *d* At Federicus *e* de Senis tenet quod ſunt incapaces nedum ad retinendum, ſed etiam ad acquirendum ſubdens ipſe Federicus quod ſi fuerit eis relictũ legatum ad longum tempus non valebit, quia per indirectum videtur eis ſublata in certa mendicitas, & idem in affectu tenet Baldus. *f*

a Ca. non dicatis 12. q. 1. b C. vn. de relig. domibus. c Specul. ti. de ſtatu. monach. §. 1. verſ. 3. & verſi. 4.

d Doctores in d. c. vni. e Federic. conſ. 12. fratres prædicatores. tit. de ſtat. monach.

f Bal. in Auth. ſi qua mulier cap. de ſacroſ. eccle. in 3. col.

Aduertendum tamen quod prout refert Guilielmus Redoanus *g* hodie fratres prædicatores ex priuilegio Sixti IIII. ſub data apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto Kalendas Iunij Pontificatus ſui anno quarto poſſunt bona ſtabilia poſsidere & retinere perpetuo & non ex hoc deſinunt eſſe mendicantes vt perſcribentes *h* maximè per Dominicum & Francum. Ego autem inuenio in monumentis ordinum *i* Clementem IIII. conceſsiſſe, *quod fratres ordinis prædicatorũ & Minorum poſſunt libere ſuccedere in bonis tẽporalibus in quibus ſuccederent in ſeculo exiſtẽtes, ac bonorum ipſorum poſſeſsionem appre hendere, & vẽdere libere bona ipſa, eorumque pretium in vtilitatem ſuã cõuertere prout prælatis dictorum ordinum melius viſum fuerit expedire.*

g Redoan. de ſpoliis eccleſiaſt. q. 8. n. 46.

h Doctor Domini & Franc. in c. 1. de relig. domib. li. 6 i In 1. impr. fo. 64. & in 2. fo. 147. cõceſ. 357.

Quæ conceſsio quoad fratres Minores regularis obſeruantiæ non habet locum ſed tantum quoad fratres Minores conuentuales, fratres enim Minores regularis obſeruantiæ vt patet ex dictis in articulis ſuperioribus ſunt hæreditatum incapaces, adeo vt decreuerit & prohibuerit Alexander IIII. ne fratres obſeruantes tranſeuntes ad cõuentuales ſuccedere propinquis valeant vllo modo, prout in dicto libro Monumenta K ordinũ cõtinetur. Quoad fratres vero Prædicatores recepta eſt ratione collegiorum quę in hac ſacra religione habentur, quæ viros præclariſsimos literis & ſanctitate eccleſiæ peperit & quotidie parit. Et circa hoc videantur huius ſacræ religionis conſtitutiones autoritate Apoſtolica confirmatæ, quæ circa ſucceſsionem hæreditatum diſponunt.

K In 2. impr. fo. 136. conceſ. 302.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Eremitæ S. Augustini possint succedere abintestato.

REspondeo dicendo, quod de huiusmodi religiosis non est aliqua dubitatio quoniam licet ipsi propter suas constitutiones sint mendicantes priuilegio tamen Alexandri Quarti possunt non solum acquirere, sed etiam retinere quæcumque bona mobilia & immobilia, quæ potuissent acquirere & retinere si in sæculo remansissent exceptis bonis feudalibus. Quod intellige in communi, in particulari enim non possunt, & si qua est consuetudo in contrarium corruptela est quæ per prælatum tolerari non potest sine periculo animę, vt per Doctores cõmunter prout refert Guilielmus Redoanus [a] qui affirmat simile priuilegium habere fratres Carmelitas.

a Redoan. de spolijs ec clef. q. 8. à num. 1.

ARTICVLVS VIII.

Vtrũ monachi benedictini & Cistercienses succedãt abintestato.

REspondeo dicendo, quod *quæcumque bona parentum, vel aliunde ratione successionis, vel alio iusto titulo professis Monachis obuenientia potest Monasterium in quo professi sunt licite petere, & licite retinere perinde ac si in sæculo remansissent.* Ita concessit Innocentius Quartus Cisterciensibus & fuit à Pio Secundo Confirmatum. *At quæcumque hæreditates & fideicommissa & legata quo modocumque de iure monachis seu Monasteriis delata per mediam personam nomine ordinis exigi, aduri & retineri possunt,* prout concessit Pius Secundus Congregationi Montis Oliueti, & Iulius Secundus & Eugenius Quartus Congregationi sanctæ Iustinæ vt in compendio sancti Benedicti Hispaniæ continetur. Et etiam bona quæ monachis ante professionem competebant Monasterio suo acquiruntur prout indictis concessionibus reperitur. Et Leo Decimus Camaldulensibus & Clemens IIII. Carthusiensibus prout in Compendio [a] Cistercien si refertur.

a Comp. Cister. ti. hæreditas. §. 1.

ARTICVLVS IX

Vtrum canonici regulares possint succedere abintestato.

REspondeo dicendo, quod regulares non mendicantes vt sunt regulariter omnes monachi & omnes Canonici regulares licèt non possint habere bona in particulari prout infra in tertio tomo [a] dicetur, possunt tamẽ in bonis tẽporalibus succedere, ac si non reliquissent mundum prout probatur in iure & tradit Angelus de Perusio. Quod licet regulariter sit verum fallit tamen in bonis fæudalibus in quibus religiosi non succedunt prout colligitur ex iure [b] & tradit Baldus. At Celestinus Quintus suæ cõgregationi concessit, *vt bona etiam fæudalia recipere, ac licite retinere possit. Et licet ecclesiastica sint eidem donari vel relinqui possunt dummodo ad onera ad quæ donator seu testator illorum occasione tenebatur, vel ab eo imposita suscipiat. Etsi ad certum numerum generationum, vel nominationum cessa fuerint, congregatio per viginti annos pro qualibet generatione illa tenere poterit, quæ tametsi inuestituræ de illis vt solet non fiant non propterea cadunt in commissum,* prout concessum est congregationi sancti Georgij in Algala, vt in Compendio [d] Societatis & in Compendio Cistercienſi continetur, iuri autem communi non refragatur monachos in feudo succedere quando seruitium si quod imminet per monasterium, vel per alium præstari potest vt tenet Decius [e] etiamsi restitutioni sint obnoxia, quia tunc monasterium vsum fructum

a In 3. to. in q. de pauper.
b 19. q. fi. in fi. l. Deo nobis de Epis. & cleri. Angel. consi. 1. c. si cleri. si de feud. fuerit contro. in vsib. feudo & ibi Bald.
d Comp. Societ. ti. bona §. 6. & Cõpen. cister. tit. tit. bona §. 2.
e Dec. in c. in pretentia n. 74. de probat.

ctum vita monachi durante habebit prout tenet Abbas. f Nec etiam attento iure communi poſſunt regulares ſuccedere in alijs bonis quæ de ſui natura non poſſunt pertinere niſi ad hæredes ſanguinis vt Regnum, ducatus & ſimilia, in his enim non ſuccedit Monaſterium cum in ipſum bona non tranſeat ius ſanguinis, quod ita ſeruari de facto tenet Speculator, g at nunc videmus quod monaſteria in vita monialium de facto retinent maioratus in quos ipſæ moniales ſuccedunt. Sed ſi extra ius ſanguinis teneri potuiſſent tunc Monaſterij ſuccederet vt per Cynum, h Ioannem Andreæ & alios qui ponũt, quid ſi monachus ante ingreſſum religionis fuerit ſtipulatus rem emphyteuticam proſer & ſuis filijs nunquid poſt profeſsionem ad Dominum reuertatur? Vel remanebit apud Monaſterij? Speculator videtur tenere quod non remanet apud Monaſterium, maximè cum hodie apponantur pacta vt non tranſferatur in potentiorem ſeu duriorem cauſam vt per Bartolum i cum qua opinione tranſit Petrus de Vvaldis Perufinus. At mihi contrarium verius videtur quod ſcilicet remaneat apud Monaſterium bonorũ capax pro vita ipſius paciſcantis nec obſtant ſupradicta pacta, quod ſcilicet non transferatur in potentiorem ſeu duriorem cauſam. Illa enim pacta loquuntur de tranſlatione per alienationem, non autem per ſucceſsionem vt in ſimili caſu explicat Syluester K dicens quod ſucceſsio non eſt alienatio.

Et aduertendum quod Monachi Ciſtercienſes non poſſunt poſsidere villas fidelitates differentias iuſticiarios tributarios eccleſias & altera, ſed ſi ea acquiſierint debent vendere vel cum alijs bonis commutare, aut ſi non poſſunt aliter alienare faciant ex his eleemoſynam, aut abijciant prout in quadam decretali l determinatur vbi notant gloſſa & Doctores. Hoc autem videmus iam diplomate Pontificio immutatum, ordo enim D. Benedicti & D. Bernardi habent hodie iuriſdictionem temporalem ſuper vaſſallos. Vtrum autem religiones poſsint in maioricatu ſuccedere diſputabitur.

f Abb. in d. c. in præſentia.

g Specul. ti. de ſtat. monac. §. vltimo ſi. ti.

h Cynus in Authẽ. ingreſsi. Andr. & alij in d. c. in præſent.

i Bart. in d. Authẽ. ingreſ. Vval. in tracta. de ſucceſ. abinteſt. 2 p. q. 1. n. 2.

K Syl. ti. emphyteuſis, n. 27.

l Ca. recolẽtes de ſtat. monac. vbi gl. & doct.

ARTICVLVS X.

Vtrum conuerſi ſuccedãt abinteſtato.

REſpondeo dicendo, quod ſi ipſi remanent in ſeculo neque profitentur aliquam regulam religionis approbatæ ſuccedunt eorum conſanguineis ac ſi non eſſent oblati, ſi verò non remanent in ſæculo & profitentur aliquam religionem approbatam tunc ſi monaſteria ſunt capacia ipſa monaſteria ſuccedunt, ſi verò non ſunt capacia ad cõſanguineos defertur hæreditas. Hæc colligũtur ex notatis per gloſſam a & per Baldum Imolam & communiter Doctores. vnde loquendo de conuerſis profeſsis in ordine, B. P. N. Franciſci qui vocantur legos, certum eſt quod ipſi abinteſtato, & ex teſtamento minimè ſuccedunt.

a Gloſſ. & doct. in ca. vt lex continentur, 27 q. 1. Bald. in l. generaliter C. de ſacro ſan. Eccleſ. & in Aut. ingre. C. eod. tit. imol in c. 1. de teſtam.

ARTICVLVS XI.

Vtrum Moniales ſuccedant abinteſtato.

REſpondeo dicendo, quod aut ipſæ profitentur regulam S. Benedicti vel S. Auguſtini, vel aliam regulam quæ concedit habere proprium in communi & tunc idem dicendum eſt de ipſis quod diximus de religioſis profeſsis regulam, quæ concedit habere bona in communi. Aut loquimur de his quæ profitentur regulam mendicantium de quibus attento iure communi maius dubium eſt. Nam Guillermus a quod ſunt in ſtatu non mendicantium. Abbas dicit quod ſorores prædicatorum & minorum ſunt mendicãtes, pro quo allegat bonam decretalem, b & licet habeãt priuilegium quod poſsint habere proprium, quod dicit ſe vidiſſe & legiſſe, tamen per illud non tolluntur alia quæ requiruntur in ordine mẽdicantium & propterea ait, quod ſorores ſanctæ Claræ, & prædicatorum comprehenduntur ſub Capitulo non ſolum. de regularibus libro ſexto, & ita dicit de facto conſuluiſſe; quod & videtur ſenſiſſe Ioannem Andream c de quo per Lappum. Quidquid tamen ſi quoad noſtrum caſum ſiue profiteantur regulam prædicatorum ſiue non mendi-

a Guill. clemen. vt profeſſores de regular.

b Cap. peri. & c. ſane de ſtat. mona.

c Andr. in d. clemen. Lapp. allegat. 4.

mendicantium, ex quo habent priuilegiũ vt possint habere possessiones & alia bona in communi, in his vendicat etiam sibi locum quæ dicta sunt de viris religiosis nõ mendicantibus per rationem appositam in quadam decretali *d* de ipsis Monialibus loquente, ne scilicet occasione quæstus habeant vagari, quam vagationem iure *e* abhorrent non solum in fœminis religiosis, sed etiam in fœminis secularibus. Ab his tamen excipiuntur sorores vocatæ Collectaneæ S. Claræ, quæ neque in particulari neque in communi aliquid proprij habere possunt.

d Ca. periculo de stat. monach. in princ.

e Cap. mulieres de iudic. lib. 6.

ARTICVLVS XII.

Vtrum monasterium possit in maiori catu succedere,

REspondeo dicendo, circa hunc articulum, quædam esse certa, aliqua autem sub dubio versari.

Primo certum est commendatarios religionum militiarum professos qui vxores ducere possunt esse veros Dominos eorum quæ acquirunt, prout cum eis secundum eorum constitutiones est dispensatum, quare capaces sunt eiusmodi maioricatuum, in his succedunt antiqua Hispaniarum consuetudine, perinde ac si commendatarij non essent, & esto quod in maioricatus institutione apposita sit clausula, quod religiosus non possit in eo succedere, non propterea huiusmodi commendatarij ab eo excluduntur, quoniam non censentur comprehensi in nomine religiosorum simpliciter, cum simpliciter nõ sint religiosi, sed religiosi militares, prout primo *a* tomo satis probauimus.

a 1. Tom. q. 1. art. 6.

Secundo certum est monasteria virorũ B. Patris N. Franciscí regularis obseruantiæ, & alia religionum monasteria quæ nõ possunt habere bona in cõmuni minimè posse in maioricatu succedere propter eorum incapacitatem, sicut neque ipsa monasteria, neque aliqui loco ipsorum succedere possunt in quibuscumque bonis, sed deuoluetur ad alios hæredes, ab intestato hæreditas & maioricatus ad vlterius vocatum deuoluitur, ac si religiosus respectu cuius talis hæreditas, & maioricatus ipsis monasterijs cõpetebat, nisi incapacitas obstaret vita decessisset, aut natus non fuisset. Hæc est communis Doctorum sententia, quam sequitur Molina *b* qui enim incapax est successionis pro mortuo naturaliter reputatur, vt dicitur in iure. *c*

b Molin. de primog. ca. 13. n. 69.

c L. 1. §. sed si patruus ff. de coniug. cum. emancip. liber.

Tertio certum est religiosum si nondũ professionem emisit succedere in maioricatu, quicumque is maioricatus sit cum ipse nullo iure sit huiusmodi successionis incapax.

Quarto certum est quod religiosi quorum monasteria capacia sunt successionis si maioratus non habet iurisdictionem, ac dignitatem annexam succedere præfata monasteria ratione religiosorum prædictorum in maioricatibus, recipereque cõmoditatem totam ex illis interim dum tales religiosi vixerint, his vero naturaliter mortuis transire maioricatus vlterius ad eos vocatos & minime succedere monasterium. Hoc dictum habet duas partes quas probare oportet. Prima pars probatur quoniam huiusmodi monasteria sunt capacia ratione suorum religiosorum professorum successionis bonorum, nec est vlla sufficiens ratio, cur non etiam capax successionis in præfatis maioricatibus. Hanc partem affirmat communis doctorum sententia, quam inter alios referunt, & sequuntur Antonius *d* Gomez, Gregorius Lopez, Gama, & Molina, affirmatque Gama, & Molina ita pronunciatum fuisse in Lusitania & Castella.

d Anto. Gomezin l. 40 Taur. n. 66. Greg. in l. 1 ti. 15. part. 2. v. sic do hõbre para ello, Gama decis. 6. Molin. vbi sup. 95.

Neque obstat præsumptio contraria instituentis maioratus qui in bonum & memoriam suæ familiæ præsumendus est instituisse eum maioratum, & vt arma, & insignia deferret, quæ locum non habent quando succedit monasterium, neque censendum est instituentem id velle, aut intẽdisse: nam respondetur quod hæc ratio locum haberet, & magnam ingereret difficultatem si maioricatus perpetuo apud monasterium remaneret, at morte naturali religiosi professi ad primo vocatum reuertitur, qui arma & insignia deferret. Etsi prædicta ratio haberet efficaciam sequeretur quod perpetuõ amens, & furiosus â natiuitate non posset succedere in eo maioricatu cum insignia & arma deferre nõ posset, at contrarium communiter tenetur, quod scilicet amens etiam â natiuitate & perpetua âmentia laborans possit succedere

dere in maioratu iuriſdictionem, vt poſt alios tenent Molina, e Antonius Gomez & Gregorius Lopez.

e Moli. li. 1. de primog. c 13. nu. 22. Ant. Gom. in l. 40. Tauri n. 69. Gregor. vbi ſu.

Neque obſtat cenſendum eſſe inſtitutorem nolle monaſterium ſuccedere in maioratu, nam reſpondetur neminem obligari etiam in foro conſcientiæ ſub pœna peccati mortalis ad id quod ſi princeps interrogatus fuiſſet præcepiſſet. Primo, nam ſi cut non peccat quis in his quæ eſſet factu rus ſi tentaretur, ſed in his quæ actu facit, ita non obligat ſuperior per ea quæ præciperet ſi animaduerteret, aut ei aliqua occaſio daretur, ſed per ea quæ actu præcipit, & omnino incertum eſt vtrum præciperet, an non, quis enim hoc ei reuelauit, aut qua certa ratione id colligi poteſt, prout contra Nauarrũ probat Suarez, ita in propoſito eſt dicendum ex verbis inſtitutoris nullomodo patere, quod monaſterium non poſsit in maioratu ſuccedere, & ſicut in præcepti obligatione ad mentem præcipientis deſcendere non debemus dicendo quod ſi animaduerteret caſum iuſsiſſet, ita in ſucceſsione maioratus ad mentẽ præſumptam inſtitutoris non eſt deueniẽdum dicendo quod ſi prœcogitaſſet nollet ſuum maioratum ad monaſterium deuolui: de hoc enim reuelationem non habemus neque id ex aliqua certa ratione colligi poteſt, & vtius maioratus quod tanti momenti eſt â monaſterijs auferatur, non ad incerta, ſed ad certa recurrere debemus.

f Nauarr. in man. c. 2. n. 10. Suar. 3. p. q 8. art. 3. ſeſſ. 7.

Neque obſtat quod intentio iubentis ita volentis præcipere ſufficit vt quis teneatur iuxta ea quæ in iure notantur, & à Felino traduntur, nam reſpondetur hoc procedere quando intẽtio præcipiẽtis colligitur ex eius verbis claris vel obſcuris ſatis id ſignificantibus vt conſtat extraditis â Nauarro: *h* at non colligitur ex verbis claris neque ex obſcuris inſtitutoris maioratus voluiſſe & intẽdiſſe ipſum inſtitutorem, vt nullo modo monaſteriumi in maioratu ſuccederet, præcipuè non ſuccedendo in perpetuum ſed tantum pro vita religioſi aut religioſæ ratione cuius talis ſucceſsio contingit, prout inferius latiuis explicabitur.

g Ca. intelligentia de ver. ſigni c. rogo. 10. q. 3 c. dilectiſſimi. 12. q. 1. clem. 1. de reſtam. iuncta gl. & notata per Felin. in cap. nam de conſtit.

h Nauar. in man. c. 23. n. 39.

Secunda pars præfati dicti quod, ſcilicet mortuo eo religioſo tranſeat maioratus ad vlterius vocatum facile probatur quoniam ſucceſsio in maioratu eſt ex vocatione primi inſtitutoris qui noluit monaſterium in perpetuum ſuccedere, nec vocati ad maioratum accipiunt ipſum ab vltimo poſſeſſore, ſed â primo inſtitutore quare religioſus ille ſua profeſsione cæteris vocatis præiudicare non potuit, vt eo mortuo non ſuccedat, qui ſuccederet, ſi ipſe ſimiliter in ſæculo moraretur.

Quinto certum eſt, quod quando ex prima inſtitutione excluderetur religioſus à ſucceſsione in eo maioratu, vt plerumque fit, tunc tali religioſo profeſsionem emittente tranſiret maioratus ad vlterius vocatum, neque ſuccederet monaſterium. Hoc aſſertum ita eſt notum vt probatione non indigeat, primus enim inſtitutor eam legẽ potuit apponere bonis ita vinculatis, quæ ſatis congrua eſt fini ad quẽ maioratus ſolet inſtitui, quod tamen intelligendum eſt niſi maioratus fundetur, ex tertio, & quinto bonorum ipſius inſtitutoris, in hoc caſu filij ipſius inſtitutoris etiam religioſi non potuerunt excludi cum melioratio prædictorum bonorum non poſsit à teſtatore niſi filijs applicari, prout in legibus *i* horum regnorum continetur, contra quas non potuit ipſe fundator aliquid innouare.

i Glo. in c. ſcripſit nobic 17. q. 2. Molin. vbi ſu. n. 80. Anton. Gom. in l. 40 Tauri n. 66. Grego in l. 2. ti. 15. part. 2. v. *ſiendo home para ello.*

Quod autem in dubio verſatur eſt vtrum in maioratu habente iuridictionem adiunctam ſuccedat monaſterium. Circa quod duas inuenio opiniones contrarias. Prima eſt quod monaſterium non ſuccedat in maioratu annexam habente aliquam dignitatem, aut iuriſdictionem. Pro qua opinione aliqua fundamenta proponunt, Molina k & Antonius Gomez. At pro contraria parte ſecundum contrariam opinionem fundando multa & efficacia fundamenta proponit Velaſcus de Auendaño, *l* quæ mihi verior multo videtur, quæ ſequentibus rationibus comprobatur.

k Moli vbi ſu. Ant. Gomez in l. 40 Taur. n. 66.

l Auend. in l. 4. Tauri. glo. 4. n. 39.

Primo quia concluſio iuridica admittens religioſos, & religioſas ad ſucceſſionem maioratus generaliter loquitur, & perconſequens generaliter ſine aliqua diſtinctione iuxta vulgaria iura m debet intelligi: quod confirmatur: monaſterium enim habet in ſuum fauorem regulam iuris maioratum ipſi applicantem, â qua non eſt recedendum ſine expreſ-

m l. 1. §. generaliter ff. delegat præſtant l. non diſtinguimus de arbit.

expreſſa & clara, limitatione iuxta doctrinam cuiuſdam Gloſſæ *n* fundatæ in quadam decretali *o* vbi nulla in hoc caſu exceptio reperitur, cuius decretalis verba expendit Rochus, & notat Bartolus, & à regula non eſſe temere recedendum, & pronunciando pro eo, qui pro ſe habet præfatam regulam, inquit Baldus *p* & latè comprobat Tiraquellus & Tiberius Decianus.

Secundo probatur, priuare enim monaſterium maioratu, in quo ſecundum ius debet ſuccedere eſt pœna, quæ non poteſt irrogari niſi in caſibus à iure expreſsis. Iuxta quandam Gloſſam *q* communiter receptam, cum alijs adductis à Iaſone, & Tiraquello eleganter ſubdens ſucceſsionum priuationes ſolum per opiniones Doctorum fieri non debere, ſed per expreſſas & claras iurium determinationes iuxta doctrinam quarundam legum, *r* & ita in hoc caſu non deber induci priuatio huius maioratus præcipue contra monaſteriũ quorum perſonæ debent ſemper faueri ſecundum ius *s* & ea quæ tradunt Matthæus de Afflictis, & Tiraquellus, & ſecundum idem ius prout tradit Baldus, *t* & Menochius hoc â fortiori habet locum in monaſterio monialium, quæ ratione ſexus fœminei magis fauorabiles cenſentur.

Tertio probatur noſtra ſententia, nam etiã ſi regulariter fratres, & moniales non ſuccedant in fœudo prout dicitur in *v* iure hoc tamen limitatur quando ſeruitium non eſt perſonale, & poteſt per ſubſtitutum præſtari, in hoc enim caſu monaſterium ſuccedit in fœudo, etiam ſi habeat annexam dignitatem vaſſallorum & iuriſdictionis prout tenent Baldus, *x* & Salicetus, & teſtantur cõmunem Syluanus, & alij quos referunt, & ſequuntur Iulius Clarus & Menochius, & in terminis monialium Sanctæ Claræ, quod earum monaſterium debeat gaudere fœudo & eius commoditate eſt indubitata concluſio, quæ ſecundum Capitium *z* contradictorem non habet, quem ſequuntur Gama, & Euerardus qui contrarijs fundamentis elegan ter ſatisfacit, & dicit ab hac opinione non eſſe recedendũ, neque in iudicãdo, neque in conſulendo, & ante eum id ipſum tenet Alexander, *a* qui ex communi reſoluit, quod in caſibus inquibus poteſt ſeruitiũ, præſtari per ſubſtitutum fœudum tranſit ad monaſterium: quod etiam colligitur ex relatis ab Auendaño. *b* Pro quo eſt quædam optima Decretalis *c* in qua id notat Francus & Abbas quôd monaſterium monialium ſuccedit in fœudo quamuis neceſſe ſit quôd pro eo præſtetur homagium fidelitatis: poteſt enim illud præſtare Abbatiſſa, & per conſequens multo melius poterit habere maioratum vaſſallorum, & iuriſdictionis, ſiquidem eam iuriſdictionem per ſuos miniſtros poteſt exercere.

Et ſecundum præfatam diſtinctionem debet intelligi & explicari quædam partitarum *d* lex prohibens quôd in fœudis ſuccedant fœminæ religioſi & clerici, præ dicta enim lex loquitur de fœudo ſeruitium perſonale requirẽte & tale quôd per ſubſtitutum præſtari non poteſt, quod ex ea ſatis patet. Porque lo dio a ſu padre en aquella manera que ſu padre lo auia de ſeruir por el, & ibi, de manera que no pudieſſe ſeruir el feudo no lo pudieſſe auer, & ibi, que no pudieſſe ſeruir por razon de las ordenes que vuieſſe. Et etiam ſi hęc lex non id tam clarè exprimeret ſufficit quôd partitarum leges ſemper iuxta terminos iuris communis debent explicari exceptis caſibus inquibus velle corrigere ius commune ſatis conſtat vt patet ex alia lege e partitarum vbi id notat Gregorius Lopez, & optimè Couarruuias, quod etiam tenent Palacius Rubeus, Xuarez, Segura, Montaluus quos refert & ſequitur Burgos de Paz.

Quarto & vltimo probatur prædicta ſententia, nam monaſteria virorum & mulierum vaſſallorum & iuriſdictionum ſunt capacia, vt probatur in quadam Decretali, *f* ibi ad Caſtrum monaſterij venientes, & ibi præferti n cum dictum Caſtrum ad ius & proprietatem ſui monaſterij pertineret, & ad idem eſt alia Decretalis, *g* vbi Abbas de Bonifac. pro ſe & conuentu ſuo proponens locum de Roſellis eſſe prędicti monaſterij iure Dominij, vel quaſi. Quod etiam patet ex quadam lege *h* recopilationis, vbi cauetur, que los conſejos y juſticias no occupen la juriſdiciõ ciuil, que los tales monaſterios tienen. Quod ex alijs horum regnorum legibus *i* ſatis patet. Quod etiam conſtat ex Chronica Regis Domini Ioannis primi an-

n Gloſ. in l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur.
o c. quoniã in fine de coniugio le proſorũ Rochus de iure patron, v. honorifico q. 6. nu. 94. Bar. in repetitione legis ex quacũque col. 1 ff. ſiquis in ius vocatus non ierit.
p Bal. in l. ſi tutor in fi. C. de pericu lo tutor Tiraq. de retractu linagier §. 1. gl. 9. n. 209. Dec. reſpõ. 204. n. 5. lib. 1. & reſponſo. 1. n. 35. vol. 2.
q Glo. in ca. fi. de iur. patron. Iaſ. in l. cũ quidã nu. 16. ff. de liber. & poſthu. Tiraq. in l. ſi vn. quã. v. reuertatur n. 206 & n. 208.
r l. ex parte, ff. de probatio. l. cũ dicas de nautic. fenore, s l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſũp. Affli. deciſ. 23. col. fi. Tiraq. de priuil. pię cauſ. priuil. 148.
t Bal. in l. in multis in fi. ff. de ſtatu. homin. Menoc de præſump. lib. 4 præſumpt. 125. n. 8. vc. vn. de nili. vaſſal. x Bal. in d. c. vn. nu. 1. & in authen. niſi rogati, n. 13. C. ad Treb. vbi Salic. n. 6. Sylua. cõſi. 3. n. 15. 59. & 60. Iuli⁹ Clar. li. 5. receptſen. §. fœud. q. 78. n. 1. Meno. de arb. li. 2. cent. 3. caſu. 151. nu. 8. & cõſi. 519. n. 13. lib. 6.
z Capitiu⁹ de ciſ. 10. n. 20. Gam. deciſ. 6. n. 1. Euer. cõſ. 210. col. fin.
a Alex. cõſ. 10. n. 8. lib. 5
b Auen. in l. 40. Tau. gl. 3. n. 47.
c c. 1. §. verũ de ſtat. reg. li. 6. vbi Fra cus. n. 2. Abbas in c. nimis co. 1. de iur. iurand.
d l. 6. tit. 18. par. 4.
e l. 9. tit. 15. part. 6. vbi Greg. in gl. 36. idé Greg. in l. 6. tit. 1. part. 1. v. tomadasfue rõ, Con. li. 1 var. c. 14. n. 5. Burg. de Paz in l. 1. Tau. n. 173. cũ ſeq.
f c. cũdile ctusde ord. cogn.
g c. Abb. ſine deſen & reiud. lib 6.
h l. 4. ti. 3. li. 1 recop.
i l. ti. 3. li. 1. ord. & in l. 7. ti. 6. li. 1. recopilat.

mi K anni ſecundi, nam ibi narratur quòd ad ſupplicationem Abbatum & Abbatiſſarum horum regnorum fuerunt monaſterij omnia Caſtra & iuriſdictiones vſurpata reſtituta, quæ ſi præfata monaſteria habere non valerent minimè reſtituerentur. Quod ſatis innuit alia Decretalis *l* & leges partitarum per locum ab ſpeciali in quantum prohibent fratribus ordinis Ciſtercienſis quòd non habeant Caſtra nec iuriſdictiones ſi volunt priuilegijs conceſsis gaudere, & in dicta lege partitarum ita habetur. Otro ſi tuuo por bien la ſancta Igleſia, que ſi algun monaſterio de otra orden qualquier ſe cambiaſſen a la orden de Ciſtel, ê ouieſſen villas, ê caſtillos, è las otras coſas ſobredichas, que ſon deſendidas â eſta orden que las vendieſſen y las cambiaſſen por heredades llanas, è viuieſſen en aquella pobreza que ellos viuen. Ponderandum enim eſt illud verbum è ouieſſen, nam habere dicitur quod de iure auferri non poteſt vt dicitur in iure *m* & notant Bartolus quem ſequitur Tiberius Decianus. Pro quo facit quòd monaſteria poſsidentia bona in communi ea infæudare poſſunt vt in iure *n* eſt definitum, ſi igitur infæudare poſſunt ergo capacia ſunt iuriſdictionis cum Dominus fæudi eam habeat quando inter ſuos vaſſallos & fæudatarios lis orta eſt vt dicitur in iure *o* & tradunt Federicus & communiter Doctores teſte Iulio Claro. Et videmus experientia in his Hiſpaniarum partibus multa monaſteria poſsidere villas, & Caſtra cum iuriſdictione. Quod procedit ſecundum ius & non ſecundum aliquod particulare priuilegium vt argumento cuiuſdam legis *p* tenet Molina. Et vt hæc pars magis pateat & clariſsimis fundamentis maneat roborata operæ pretium erit argumentis contrariorum reſpondere.

K Chron. c. 8.

Ic. volentes de ſtat. monac. l. 27. ti. 7. part. 1.

m Homnes, §. 1. ff. de reg. iur. l. ratio in prin. ff. de actio. empt. vbi Barto. Dec. reſponſ. 48. n. 12. & reſpõſ. 1. n. 293 lib. 1.

n C. 1. de his qui fæudã dare poſ.

o C. imperialia. §. 1. de prohi. fæud. alien. Federic. in c. cæterum de iudic. Clar. li. 1. recep. ſen. §. fæud. q. 90. n. 3. & 6

p l. in teſta. l. 1. C. de teſtam. milit. Molin. li. 2. de primog. Hiſp. c. 2. n. 14.

q Gloſ. in c. ſcripſit. 27. c. l. 2. tit. 15. par. 2.

Ad argumenta.

PRimo arguitur ex textu & Gloſſa *q* ibi approbata in quadam partitarum lege & communi Doctorum opinione dicentium monaſteria non poſſe in Regnis ſuccedere, & ducatum & Marchionatum minimè obtinere, & perconſequens non poſſe poſsidere maioratum habentem annexam iuriſdictionem.

Reſpondetur prædictum textum concluſionem præfatam minimè probare non enim loquitur in Regina proprietaria, ſed in Thietherga quæ fuerat Regis vxor & non eſt mirandum quòd intrando religionem titulum Reginæ perderet ſi quidem iam vxor Regis non poterat nuncupari, ita expendit Burgos de Paz, *r* & ita Gloſſa præfati textus argumentum illius ſophiſticum appellat, non enim loquitur in Regina, ſed in vxore Regis, quæ eo ipſo quòd volebat exire â copula maritali ceſſabat Regia dignitas, & lex partitarum probat quod propoſuimus, loquendo enim in Regno ait quòd ſucceſſurus in eo debet eſſe homo ad ſuccedendum in eo aptus, debet enim intelligi reſpectu defectuum naturalium vt ſcilicet, non ſit furioſus minor ætate vt ex alia l. partitarum lege probatur & declarat Baldus. Vn de præfata verba legis partitarum, ibi. Siendo home para ello, non poſſunt referri ad monachum cum nullum ſit ius definiens quòd ingrediens monaſterium non eſt idoneus vt poſsit eſſe Rex prout aduertit Speculator *s* tenens quod de iure ordinario ſucceſsionem Regni ducatus Marchionatus & Comitatus primogenito monacho & eius monaſterio defertur, licet non ſeruetur defacto, quòd & referunt Auendaño, *v* Gama, & Iacobus de Franchis.

Præterea, licet præfata iura de facto probarent monachum in Regno ducatu Marchionatu & comitatu minimè poſſe ſuccedere prout ait Speculator ſolum deberent in Regno ducatu Marchionatu & comitatu locum habere in his enim ſolũ loquitur Gloſſa & alij ſuperius relati & conſuluit Euerardus, *x* & tenuerũt Franciſcus, Curtius Iunior & poſt eum & alios Tiraquellus. Quod idem videtur tenere Marinus Frecius *y* dicens quòd monachus fæudatarius ingrediens monaſterium habet fructus fæudi durante eius vita, ſi ſit fæudum ducatus, Marchionatus, vel comitatus, quem refert Auendañus *z* & ratio huius eſt, Rex enim habet onera & miniſteria perſonalia, vt eſt viſitare ſua regna conuocare ad comitia, ire ad bella, de quibus & alijs in legibus partitarum *a* fit mentio, & eſſe Regem dignitas eſt ſuprema â qua omnes dignitates

r Paz in proœmi. leg. Tau num. 11.

s l. 3. eius d. ti. & par. Baldus in anth. hoc amplia. n. 10. C. de fi dei comiſ. t Specul. in titul. de ſta. monach. q. 10. n. 15.

v Auend. in l. 40. Tau. gl. 4. nu. 45. Gama in d. deciſ. 6. n. 3. Iacob. de Fran. de his quiſeũdum dare poſ. n. 63.

x Euerar. in d. conſ. 220 pa. pen. Curtius Iun. cõſil. 60. col. 9 v. 2. reſpondemus & conſ. 63. col. 3. Tiraq. de nobili. c. 26. n. 3. & 4.

y Freciusde fœud. li. 3 different. 31.

z Auenda. vbi ſu. n. 46 a l. 7. tit. 1. p. 2. l. 2. & 4. ti. 15. ead. part.

tates temporales procedunt, secundum *b* Bartolum, Ioannem de Platea, & Cassaneum, & propter hanc rationem Regem non debere esse monachum scribit *c* Baldus, quę eadē ratio militat inducatu Marchionatu, comitatu, & Baronia, hæc enim sunt dignitates Regales, vt inquit quædam Glossa *d* & tradit Boerius & merito quidē regales appellantur cū à solo Rege creentur & dicuntur feuda titulata vt dicitur in iure *e* vbi tradit Iserna & Afflictis. Præterea præfatæ dignitates munera, & ministeria habent quæ per substitutos fieri minimè possunt, vt regere exercitus seruire Regi, & ipsum sociare, vt eleganter probat quædam lex partitarum *f* vbi Gregorius Lopez, & latius quam alij hoc specificant & declarant Garsias â Loaisa, Marinus Fresius, & ante eos Ferdinandus Mexia, & Cassaneus. Vnde non est mirandum quod tales dignitates ad monasteria non transeant cum sint ita personales, vt industriā personæ requirant, neque possint transmitti, vt in terminis resoluit Baldus, *g* & optime Soarez distinguens inter dignitates regales, & inferiores. Hoc autē cessat in primogenijs quæ dignitates has supremas annexas nō habent sed tantū habent vassallos & iurisdictionē, cuius iurisdictionis seruitiū & ministeriū nō est personale, & per substitutos potest exerceri, vt aduertit Auēdañus. *h* Præterea primogeniū ex se solo non est titulus neque dignitas nisi titulum & dignitatem habeat annexam, vt Auendañus *i* bene declarat, ante eum Burgos de Paz & Molina.

Neque obstāt allegata ab eodē Molina & Burgos de Paz probantibus maioratum cum iurisdictione esse dignitatem, loquū tur enim de dignitate improprie, & largo modo secūdū Molineū K in cōsultationibus Parisiensibus, quod ipsum intellexit Molina ipse, dicēs quod talis dignitas nō est ad publicas dignitates trahenda, quia non pro vera dignitate, sed pro quadam plena potestate sæculari in vassallos accipitur vt declarat Afflictis. *l* Denique vbi cumque dicitur habentem iurisdictionem habere dignitatem intelligendum est de minori, & quæ nulli de supremis dignitatibus ducatus comitatus, & Marchionatus cōparari potest: ita Alciatus *m* & Suarez, qui inquit quod villa & Castra cū iurisdictione non sunt comparanda ducatui, vt optime consuluit Euerardus, *n* & Iacobinus de Franquis tenet.

Neque obstat alia Decretalis *o* quam Molina pro sua parte allegat dicens in ea probari monasterium iurisdictionem habere non posse, respondetur enim contrarium secundum ius esse verum prout satis in superioribus demonstratum est neque dicta decretalis conclusionem Molinæ probat, & dato casu quod eam probaret de iurisdictione criminali intelligi deberet ad effectum exercendi eam per suas proprias personas non vero ad effectum exercendi eam per suos substitutos, vt expresse in alia Decretali *p* probatur, ibi cum iurisdictionem obtinent temporalem debent & possunt metu irregularitatis cessante causa sanguinis alijs delegare, vbi Dominicus & alij idem tradunt & ad hoc est optima lex recopilationis deponens eccle siasticos habentes iurisdictiones temporales his per personas sæculares vti debere, in qua lege id tradit Azeuedo, *r* & idem seruari in Regno Franciæ testatur Rebu. pro quo facit etiam quod quanuis cura animarum non possit cadere in mulieribus quoad exercitium actuale, ius tamen curæ potest competere monasterio monialium vt ea cura viro capaci committatur, ita de ita determinauit Rota, referūt, & sequūtur Felinus *s* & Natta, quod autem Ecclesiæ & monasteria habeāt ciuitates & villas, cum potestate vtriusque gladij probat efficaciter Frater Dominicus de Soto. *t*

Neque obstat fundamentum sextum adductum â Molina *u* argumento ex vero simili mēte fundatoris, qui si interrogatus fuisset an vellet ad suum maioratum monasterium admitti, vero similiter responderet quod non, quod argumentum â vero simili valet in iure, *x* & hanc solam rationem putat Molina ad decisionē quæstionis sufficere. Nam respondetur ex his quæ in superioribus diximus, & ex hoc argumento colligitur, quā inefficacia fundamenta habeat opinio Molinæ, siquidē in tam vaga generalitate principaliter figit pedē, quod certe argumentū si aliquā haberet vim, sine dubio cōcluderet in nullo maioratu monasteriū posse succedere, omnes enim maioratuū fundatores eos instituūt ad cōseruationē sui nominis, & familiæ, quæ ratio ad coniecturandā voluntatē fundatorum maiorē habet efficaciā, quā habe-

b Bar. & Platea in l. 1. C. de digni. li. 12. Cassa. de glor. mūdi p. 5. considerat. 137.

c Bald. in c. cū in magistratū n. 5. de elect. & cōsi. 175. d. 5 n. 3. lib. 2.

d Gl. in c. si quis vero v. Centum de Pace tenēd. & iur. firmā da Boer. de auct. ma cōsilij n. 107.

e c. 1. de feu. March. vbi Iser. Albor. & Affl. no. 1. & idē n. 7 in c. 1. quis dicatur dux fl. 11. ti, 1. p. 2. vbi Garc. Loaisa in col lect. Cōc. in notis ad Cōci. Tol. 8. pagi. 455. Mexia li. 1. c. 75. Cass. vbi su. 5. par. cons. 46.

f Bal. in d. cōs. 275. Suarez in l. quoniā. in prioribus C. de inoffi. test. limit. 11. n. 4

h Auenda. vbi su. gl. 4. n. 46.

i Auen. vbi su. n. 45 Paz in procem. leg. Taur. n. 19. Moli. li. 1. c. 13. nu. 6. K Molineꝰ in consuet. Paris. ri. 1. §. 8. Gl. n. 20.

l Affli. in c. quis dicatur dux, n. 1. v. 2. accipitur.

m Alciat. in trac. de sing. certa. ca. 32. v. sint 11. Suar. vbi su. 11. lim. n. 4.

n Euerar. cōsi. 210. cōpē. Franchis de his qui fœudum dari posi. n. 6.

o c. 1. ne cleric. vel monach.

p. c. fi. nec cleric. vel monach. lib. 6. vbi Domi. n. 4.

q l. 8. ti. 3. li. 1. recop.

r Azeued. in d. l. 8.

s Fel. in c. dilect. n. 1. de Mai. & obed. Natta. consil. 433. n. 11.

t Sot. li. 1. de iust. q. 4. a. 5. u Moli. vbi su. n. 9.

x l. Tit. §. Lucius. ff. deliber. & posthum.

habere iurisdictionem. Vnde cum ipsemet Molina y confiteatur quod in maioratibus nõ habentibus annexã iurisdictionem non obstante voluntate coniecturata fundatoris, monasterium succedit nõ debuisset in hac ratione figere pedem quæ coniectura voluntatis nihil addere videtur; Ex quibus concludit Lapus z errare eos qui dicũt monasteria in hoc casu non habere voluntatẽ testatoris cum hoc non sit verum: monachi enim & monasterium, habent voluntatem legis a ipsis capacitatem ad habendum bona in communi concedẽtis, cũ qua præsumitur testatorẽ voluisse se conforma re, argumẽto eorum quæ in iure b notãtur, & notant Bartolus, & Soccinus, & interminis maioratus, late ornat Iason.

Neque etiã obstat aliud Molinæ fũdamẽtum quod scilicet per successionem monasterij cessat, conseruatio familiæ, & nomen fundatorũ cessat, & extinguitur, hoc enim fundamentum eundẽ patitur defectũ, quẽ superius patiebatur, siquidem vt manet resolutum respectu maioratus iurisdictionis nihil particulare continet, cum hæc militat in maioratu in quo iurisdictio non est annexa, in quo succedere monachum & monasterium ipsemet Molina agnoscit, & ita nihil vrget pro sua opinione, & præterea cessat ex traditis per Lapum c vltra quem efficacissime respondetur non cessare conseruationem nominis & familiæ pro vita religiosi ratione cuius monasteriũ in maioratu succedit, cũ monachus non perdat iura sanguinis nec desinat esse de genere & familia vt probatur in aliquibus iuribus d & post Lappũ Abbatẽ & alios tenent Tiraquelus & Guillermus Benedictus, & quod in vita monachi familiæ dignitas conseruetur tradunt in terminis Cephalus e & Boerius, si enim maioratus apud monasteriũ perpetuo remaneret concluderet argumentum & vere posset dici quod nomẽ & familia fundatoris supprimeretur. Et ita hac ratione attenta verũ est quod cõmuniter dicitur Monachum & monasterium iure sanguinis bona patrimonialia minime tra here, si enim iure sanguinis succederet monasterium patrimonium perpetuo cessaret & consanguinei ad ipsum nullum ius amplius allegare possent prout aduertit Tiraquelus f. At quando monasterium & monachus pro vita sua petunt maioricatum non perditur memoria, mortuo enim monacho deuoluitur maioratus ad consanguineos familiæ vt tradit Boerius g distinguens casum in quo bona iure proprietatis & perpetuo prætenduntur à monasterio & temporaliter pro vita ipsius monachi quod Emanuel h Acosta subtilis Lusitanus satis expendit: non enim dicitur amissum quod nõ durat amissũ, sed ad propriam naturam reuertitur vt iniure i dicitur: ponderat Angelus quem sequuntur Iason & Ripa, & in terminis maioratuum allegando quandam legem ita iudicatum fuisse in senatu Portugaliæ asserit Gama, & ita esse intelligendum Consilium k Decij allegatum per Molinam l

Nec minus obstat aliud argumentum adductum à Molina m scilicet quod cũ monachus mortuus sit mũdo, pro mortuo habẽdus est, ita quod monasterium ex eius persona succedere nõ possit. Hoc enim argumẽtum eũdẽ quẽ præcedẽtia patitur defectũ, non enim aliquid particulare cõtra maioratũ iurisdictionis cõcludit, imo habetur in quocũque alio maioratu carẽte iurisdictione in quo potest succedere monasterium: preterea æquiparatio mortis naturalis & ciuilis solũ in casibus à iure expressis procedit prout tenet quædam Glossa n quam sequũtur Gregorius Lopez & Menchaca. Dicere autẽ professionem pro morte ciuili reputari non procedit in monasterijs bonorũ capacibus prout Bartolus o tenet, neque religiosi & religiosæ professione sua perdunt nobilitatem nisi tantũ respectu Dei & aliorũ religiosorum, quoad mundũ enim & successiones ipsa nobilitas manet cũ eis. Quod ita fuisse iudicatum in rota testatur Romanus p, & ante eum ita tenuit Baldus & post eos Felinũ & alios optime Tiraquelus. Decius autẽ & Ludouicus Cintius quos Molina pro sua parte allegauit contra ipsum expresse loquũtur cum teneant quod nisi monasterium expresse excludatur admittitur ad successionẽ fideicõmissi relicti familiæ pro vita ipsius monachi vt ait Lapus q, ingrediens enim religionẽ statũ mutat in melius, & ad maiorẽ dignitatẽ ascendit, quod procedit etiam quoad successiones vt dixit Innocentius r tenẽs successiones delatas monachis melius capere monasterium quã cepisset monachus si in seculo mansisset, quod aperte dicit Glossa s affirmãs & per ingressũ religionis purgatur ingratitudo per monachum ante ingressũ cõ

y Molin. vbi supra.

z Lapus allegat. 101.

a Deo nobis. §. 1. C. de sa rotan Eccles.

b l. si duo. ff. d aequi. hæredit. Bartol. & Socinus inl. hæredes mei. §. cũ ita ff. ad Terbelli. Iason cons. 215. col. 7. & 8. li. 2.

c Lapus d. alle. 102 n. 15. ver. Non obstat 3. ratio.

d c. 1. 8. q. 1. c. fin. 19. q. 3 Tiraque. de nobil. ca. 26 n. 8. Bened. in ca. Raynuntius de testam. verf. & vxorẽ nomine Adelasiamel 1. n. 209. &. 210

e Cephal. consil 53. n. 97. &. 98. Boerius ca. in præsẽtia num. 554. d probat.

f Tiraq. de retract. linag. §. 1 glo. 18. n. 19 &. 20.

g Boerius. d. n. 554.

h Costa in. c. si pater. 1 par. v. si abs q; liber. nu. 66.

i l. pro partẽ ff. de in rẽ verſ. Angelus in l. volũtas in fin. C. de fideicõm. Iason & Ripa in l. filiusfamilias. §. diui. ff. delegat. in. 10. Gam. decis. 6. n. 3. &. 4.

K decis. consil. 259. nu. 2

l Molina in d. 7. fund.

m Molin. 18 fund. nu. 93 &. 94.

n glos. in c. pl. ruit 16. q. & in c. suscepti de reserip. ver. morte Gregor. in l. 1. ti. 18. par. 4 glos. 1 Menchac. lib. 2. vsu fr. q. ca 27. n. 15.

o Bartol. in l. cum pater §. hæreditate ff. deleg. 2.

p Roman. in gul. 37. Baldus in. c. in magistratum in medio de electio. Tira. de nobilit. c. 26 n. 5. cũ seqq

q Lappus. d. allegat. 101 n. 7.

r Innocent. in c. in præsentia de probat

s glos. in c. statutũ 18. q. 1 vers. legitimis. ca non liceat. 19. q. fin.

missa quod prosequuntur late Ripa t Palatius Rubeus & nouissime Fuluius Pacianus Nec obstat aliud vltimũ argumẽtũ quod scilicet in simili maioratu religiosi & religiosæ non succedunt vt experientia compertum est, huic enim argumẽto multipliciter respõdet Euerardus u, præsertim quod huius experientiæ & consuetudinis nõ cõstat neque requisitis à iure probatur de quibus per Alexandrũ x Molineũ & Gregoriũ Lopez, & dato quod aliqua sit cõsuetudo ea in successionibus habentibus annexã dignitatẽ Regis ducis Marchionis aut comitis tantũ locũ habebit non autẽ in maioratu qui solũ iurisdictionẽ habet, & ita fuit iudicatum in senatu Pinciano in fauorem monasterij de las Huelgas Vallisoleti ciuitatis in maioratu oppidi de Villagarcia & aliorum oppidorũ cũ suis iurisdictionibus qui morte Ludouici Quixada vacauit cuius casus maximam dubitationẽ includebat cum monasteriũ prædictum sit ordinis Sistertij contra quem ordinẽ aderat quædã Decretalis III. & quædã lex Partitarum, quæ sententia prolata in dicto senatu maximæ considerationis est ad nostrã sententiã confirmandã, argumento eorum quæ in iure notantur & tradunt Afflictis & Gama.

r Rip. in l. fiu nu. 225. C. de reuocãd. donat. Rubeus in l. 49. Taur. n. 12. Pacianus in probat. lib. 2. c. 28. n. 5.

u Euerad. consil. 210. vers. nõ obstat si dicatur col. pen. x Alex. consil. 45. n. 5. & cõsil. 174. vol. 6. Molin in consuet. Paris. 1. par. §. 1. gl. 4. n. 12. Greg. in l. 5. ti. 2. par. 5.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum in maioratu habente iurisdictionem cum onere in sua fundatione apposito vt successores vocentur nomine fundatoris & eius arma portent, possit succedere monasterium,

REspondeo dicẽdo quod ad excluſionẽ monasterijs̃ maioratu est necessaria expressa & clara voluntas fundatoris per verba clara & manifesta ipsum excludere volentis, vt notat Molineus a & post eum Gomecius & alij, Velazquez de Auendañe, portare autem arma & habere nomen, & pronomen fundatoris non est quid incõpatibile religiosis & monialibus siquidem post professionem retinent & cõseruant nomẽ, nobilitatem & agnationem, nec desinunt esse de familia, vt supra articulo superiori, satis monstratum est, quantum autẽ, ad nomen & pronomen satis cõstat non esse incompatibilia cum statu religioso, religiosus enim potest vocari nomine fundatoris, & pronomẽ ipsius assumere quantũ autem ad arma etiã est clarũ cũ successores nõ debeãt ipsa super humerũ, aut super collum portare, sed vti tantũ illis, & sufficit ea conseruare in domibus Ecclesijs capellis, & alijs ædificijs ipsius maioratus in quibus fundator ea posuit aut ponere mãdauit iuxta quandã legẽ b, ibi quarum imagines aut nõ videre fixas, aut repulsas videre satis est lugubre aut apponendo ea de nouo in ædificijs, de nouo erectis, & in ornamentis domus, & in sigillis & non est necessariũ præfata ædificia erigere, ornamẽta domus, & sigilla de nouo facere vt in ipsis arma depingantur, aut sculpantur, solũ enim sufficit dictis armis vti quando necessitas id petierit, nã in similibus casibus nõ exigitur actus sed aptitudo, vt dicit qui dã textus c per quem tenet Baldus ex erectione furcarũ retineri quasi possessionem iurisdictionis, & si in eis retroactis temporibus nemo vnquã fuerit suspẽsus, quod ipsum Bertachinus d pro quo etiam est alius textus e & facit quod de legibus loquentibus de Ermafroditis notant Decius Felin. & alij quos refert, & sequitur Burgos de Paz f. Præterea religiosi facerẽt vt arma in sigillo quodam ad suum vsum sculpantur, quod sufficit ex his quæ aduertit Corneus g dicens quod mulieres nuptæ, quæ vtuntur armis virorum in annulis suis eas deferendo vel in sigillo sigillando literas cum eis, dicantur de domo virorum.

Et dato quod monasterium velit succedere ratione fæminæ religiosæ si contra hoc replicetur fundatorem maioratus voluisse conseruare agnationem & familiam ex eo quod præcepit insculpi arma & portari & nomen & pronomẽ suum conseruari, Respondetur quod fundator non dixit expresse velle in maioratu conseruari agnationẽ & familiã, quod erat necessarium exprimere vt dicatur ipsum eam conseruare voluisse prout optime aduertunt Corneus h Gratus & Parisius & multis relatis Peregrinus. Quod procedit etiã si vocati sint filij masculi & descendentes per lineam masculinam ex eodem Parisio & post eum Cephalus quos Mantica & latissime post alios multos Simon de Prætis quod præcipue procedit quando expresse non excluserit fẽminas prout post Baldum Alexandrum & Aymontenent Molina K & Mantica, quod etiam maxime

pro

a Molineus ad Alexan. in cõsil. 121. n. 3. li. 3 Velasquez de Auẽdan. in l. 40. Taur. glos. 4 n. 43

b l. quæ tutores C. de administr. tuto.

c l. arboribus. §. nã & si agrum, ff. de vsufruct. & ibi Bald. d Bertach. de gabel. 1. par. n. 37.

e l. Attillicinus. ff. de seruit. vrban. prædio.

f Burg. de Paz in l. Taur. n. 156.

g Cornelius consil. 26. n. 7. vers. vr. quæ prout. l. 4.

h Corneus in l. 1. C. de condit. insertis n. 20. Gratus consil. 3. n. 18. li. 3. Paris. consil. 41. n. 81. li. 3 & periglosa del fidei cõmiss. ar. 28. n. 39.

i Paris. consil. 40. n. 43. & consil. 86. n. 30. l. 2. Cephalus consil. 134. n. 41. li. 1. Mantica de coniectur. li. 6. ti. 15. n. 4. & 5. Simon. de contract. li. 3. solut. 11. n. 155. K Molin. li. 1. c. 5. n. 50. Mantic. vbi su. n. 9.

procedit in maioratu fundato à fœmina, in maioratu enim à fœmina inſtituto fœmina non cenſetur excluſa etiam ſi fundator vtatur verbis maſculini ſexus, aut quæ ad maſculinos referri ſolent, ita tenent Acharanus l & ſequuntur plures quos refert & ſequitur Molina ſequuntur etiam Mieres Gutierrez Velazquez de Auendaño etiam ſi maioratus fundatus ſit à viro & vxore ſimul prout ex Baldo Socino & Boerio tenet Molina. Nec portatio armorũ, & ſculpi ea in ſigillis & in alijs arguunt velle fundatorem conſeruari agnationem & familiam, & fœminas excludere vt aduertit Corneus n & poſt alios Molina dicens in primogenijs Hiſpaniæ ita eſſe in vſu, & Molinam ſequitur Ioannes Garcia & melius tradit Valaſquez de Auendaño qui refert Burgos de Paz in proœmio legum Tauri. Quod vt iuridicũ ita in ſenatu Pinciano fuit pronunciatum pro dicto monaſterio de las Huelgas. Et pro maioratu Arias de Mexia in fauorem monaſterij matris Dei ciuitatis Salmanticenſis in quibus maioratibus idem grauamen portandi arma & conſeruandi nomen & pronomen fundatoris erat appoſitum,

Superiora autẽ maxime cõfirmantur ſi vſus & conſuetudo in ſimilibus maioratibus cũ præfatis clauſulis inſtitutis inoleuit ſuccedere monaſteria, conſuetudo enim hæc maximæ eſt conſiderationis: per eam enim præfata fundatio interpretanda eſt ex iuribus notatis per Romanum Rolandum Aymõ & Francũ & in terminis maioratus tenet Molina p. Et vt ſimilis vſus & conſuetudo interpretatiua inducatur non eſt neceſſarium probari longi tẽporis præſcriptionem ſed ſufficit ita fuiſſe obſeruatũ ex Paulo q Alexãdro Burſato & Deciano.

ARTICVLVS XIIII.

Virum monialis renuncians ſuam legitimam & quãcumque ſucceſſionem quomodocumq; illi obuenturam ex quacumq; parte videatur renuncia re maioratũ ſi ei obueniret ita vt monaſterium non habeat in eo ius ſuccedendi.

REſpõdeo dicẽdo nõ obſtãte dicta renũciatione habere religioſam & eius monaſteriũ ius ad petendũ maioricatũ. Quod probatur ex natura ipſius vinculi & maioratus, cũ enim ſit vinculũ & maioratus nulla ipſius in renunciatione præfata mẽtio fit quod vt in tali renuntiatione includantur neceſſarium omnino erat. Primo quia dicta renunciatio fit per viam contractus nulla ipſius maioratus facta mentione, & quod verbis non exprimitur omiſſum intelligendũ eſt iuxta quandam legẽ *a* & interminis contractuũ id quod actũ eſt ſolũ ſequimur vt dicitur in Iure. *b* Et à verbis contractus nõ eſſe recedẽdũ optimè probat Baldus *c* dicens quod id quòd inſtrumentũ non cantat, neque ego cãtabo. Quod confirmatur, nã renunciationes ſunt ſtricti iuris, & talis naturæ vt non cõprehendant niſi id tantũ quod exprimunt, ita Calderinus, *d* & tenent Bartolus Baldus & alij quos ſequitur Curtius Iunior qui per quendã textũ tenet renunciationẽ eſſe ſtrictè intelligendã & quã primũ aliquid operata eſt reſtringi debet vt minus præiudicet, quam refert & ſequitur Peregrinus, & ab eo non relatus Mieres & optimè Decianus. Ex quo procedit quod generalis renuntiatio hæreditatis futuræ legitima illius qui renuntiauit non comprehendit vt probatur in Iure *e* & poſt Xuarez Celſum & alios tenet Gutierrez. Quibus omnibus ſuffragatur quod notat Angelus *f* dicens quòd ſi filius renũciauit ſucceſſioni paternæ & maternæ non prohibetur ſuccedere fratribus etiã ſi nulla alia bona poſſideat quam paterna ea ratione quia renuntiationes ſunt ſtrictè interpretandæ, quã ſententiam ſequũtur Romanus *g* vbi latè Mandoſius & Aretinus.

Quod â fortiori locum habet ſi præfata monialis renuncians tempore renunciationis maioratũ ignorabat ſibi poſſe obuenire, quia ius quo quis ſibi competere ignorabat non poteſt videri renunciaſſe argumento eorum quę in iure notantur de *h* quibus per Peregrinum. Et hoc caſu præſumitur ignorantia cum ignorantia teſtamenti & fideicommiſſi præſumatur niſi probetur ſcientia vt notat poſt Bartol. Baldus *i* quem ſequitur Crotus Soccinus & latè Ioſeph Ludouicus & Michael Graſ. vnde cũ in fideicommiſſo & teſtamento patris ignorantia præſumatur â fortiori in maioratu præſumetur quando à tritauis vel ad alijs ſuperioris gradus fuerit fundatus vt poſt Ioannem Andream & Angelum tradant

1 Anchar. conſil. 339. colu. 5. Molin. in. d. c. 5. nu. 74. Mieres part. 2. q 6. n. 68. Gutierrez conſil. 13. n. 20. Auendan. in. d. l. 40. taur. glo. 9. n. 57.

m Molin. vbiſ. inver. ſed quãuis. nCorn. conſil. 26. nu. 4. volu. 1. Molina lib. 2. c. 14. n 8. & in d. lib. 3. ca. 5 nu. fin. Garcia de nobil. in præfatio. num. 41 Auendañ. in. l. 40. glo. 9. n. 27.

o Roland. conſi. 81. n. 13. li. 4. Aymon conſi. 101. n. 3. Frãcus deciſ. 56 nu. 6. & 10.

p Molin. li. 2. c. 6. n. 58.

q Paul. conſil. 437. volum. 1. Alc. conſil. 107. n. 19. li. 2. Burſat. conſil 190. n. 19. volu. 2. Decian. reſpõſ. 46. n. 134. l. 2 al. quidquid aſtrigen. ff. de verb. oblig.

b l. ſemper. inſtipulationib. ff. de re iur. l. ſicut ab initio. C de act. & obli.

c Bald. in. l. venerabilẽ. de elect. n. 15

d Calderin. tit. 1. de præbend. conſ. 5. ca. ſuper. hoc de renũciat Curtius cõſ. 101. per totum & cõſ. 23. n. 1. l. ſeruitus. ff. de ſeruit. vrban. præd. peregr. de fideicõmiſ q. 28. n. 25.. Mieres de maior. 1. q. 38. n. 4. Decian. reſpon. 19. n. 46. li. 3 & reſp. 3. n. 121. li. 1.

e l. ſi quando. 9. illud. & 5 genera liter. C. de inoffi. teſt. l 5 titu. 8. p. 6. Gutie. de iur. cõfirm. 1. par. c. 19. à n. 1.

f Ang. conſi. 52.

g Roman. conſ. 168. n. 1. vbi late. Mandoſ. v. perſon. Aretin con. 165. n. 5. ve. pro. illa concla. h l. non eſt ferendus. ff. de tranſact. l. materdecedẽs. ff. de inoffi. teſtam. peregri. vbi ſu. c. 20.

i Bald. in. l. eusqui §. ſi ſtipulatus. ff. ſi vir. pet. Ludouic. in Deciſ. Peruſ. 19. n. 10 Gra. ti. ſent. §. fideicom q. 94. n. 1.

K Decius consil. 495. nu. 20. v. postremo Decian in. d. respõs. 3. n. 119. & respons. 52. n. 10. li. 1.

l Pinelus in l. 1. C. de bon. mater. par. 3. n. 100. Molin. de primog. li. 1. c. 7. n. 9.

m l. si ita scriptũ. §. si sub conditio. ff. delegat. 2. l. si colon. ff. de ver. obli.

n l. quod potest. §. quod quis. ff. de reg. iud.

o Paulus & Bart. n. 6. in l. 1. C. de pact. Corneus consil. 102. colu. 1. volum. 4.

p l. non solum. §. si libertus. ff. de excusat. tuto. Bald. in l. pactum C. de collat. q. 13. Decian. d. respon. 3. n. 123. & 124 li. 1.

q Molin. de primog. c. 7 n. 1.

r glos. Bald. & Alborot in. ca. si quis miles tit cõstit. feud. Bart. Bald. Angel. in. l. item videndum. §. fin de petit. hæredit. Decius consil 268. n. 11.

s Cou. in c. dũt Decius K & Decianus. Et licet verum sit hos Doctores loqui in fidei commissis id ipsum in maioratu dicendum est cum de vno ad aliud argumentari liceat prout aduertunt Pinellus l & Molina.

Secũdo probatur cõclusio quia renũcia tio generalis fideicommissi intelligitur de puris nõ vero de cõditionalibus & dependẽtibus à futuro euẽtu vt dicitur in Iure m & notãt Bartolus & Ripa. Cuius sententiæ ratio est quia nõ pertinet ad commissarium ante quam cõditio existat, aut dies veniat vt optime probat quidam textus n ibi. Quod si quis velit habere non potest id repudiare nõ valet vt bene aduertunt Paulus o & Baldus & late Corneus. Et monialis renũcians renunciando ius quod ad dictum maioratũ habebat renunciabat quid sibi conditionaliter competens, in defectũ omnium illorum qui ipsam in præfata successione præcedebant, ita quod tempore renunciationis nullum ius de præsenti, neque in spe haberet cũ illud dicatur in spe haberi quod est in potẽtia de præsenti & nõ aliter, vt notatur ex iure p & tenet Bartolus qué post Corneũ sequitur Decianus,

Tertio probatur, Doctores enim omnes tam vltramontani quam cismontani arguunt de feudo ad maioratum vt sunt Paulus Castrensis Soccinus & Parisius & ex nostratibus Couarruuias Simancas Antonius Gomez Pinelus quos omnes refert & sequitur Molina q, & in renuciatione bonorũ licet ampliſsima & per verba ampliſsima & generaliſsima facta nõ comprehendũtur, feudũ, aut feuda ad quod renunciãs habebat vel poterat habere ius nisi de ipsis expressa mentio fieret prout tenent Glossa r Baldus Alborotus & alij, & notat Bartolus Baldus Angelus & Doctores & late Decius & in terminis filiæ renũciantis quod non excludatur à bonis feudalibus ex Alboroto Parisio & Gama tenet Couarruuias s & ab eo non relatus latissime Tiraquelus pro quo facit quod ipsemet Tiraquelus t tenet dicendo in generali bonorum alienatione obligatione & hypotheca lege, vel statuto non comprehendi bona feudalia per quendam textum cum alijs de quibus per Antonium u Thesau. quod cũ habeat locum in feudis eadem ratione habere debet locum in maioratibus prout affirmat Palacius Rubeus x. Pro quo etiam facit quod gregie scripsit Baldus y dicens quod si filia renunciauit feudo paterno, & deinde feudum mortuo patre pertineat ad fratres, & postea decedat illorum vnus certe filia quæ renunciauit potest venire ad illius feudi successionem per mortem fratris, quam Doctrinã post Doctores Baldum Alexandrum & Ialonẽ tenent Tiraquellus z & Iulius Clarus ergo idem dicẽdum est in nostro casu quod scilicet huiusmodi renunciatio non se extendat vltra iura in ea nominata.

Præterea nostra sententia ex eo maxime vires accipit si præfatam monialẽ non constat vidisse aut legisse scripturam fundationis aut habuisse notitiam illius quod in ipsa continebatur, quod erat maxime necessarium vt Iura a optima satis nobis insinuant. Et ita fuisse iudicatum in supremo senatu testãtur Padilla b & Gutierrez. Et licet præsatæ leges in transactionibus loquantur idem in quolibet cõtractu gratuito & lucratiuo est asserendum vt tenẽt Glossa c Bartolus Baldus & Angelus. Et optime Parisius & Syluanus. Et loquendo in diuisionibus fidei commissorum quod nisi visis & lectis verbis testamenti non valeant idem dixerunt Bartolus & alij relati à Gutierrez d Deciano & Peregrino. Quod multo maiori ratione habet locum in nostro casu cum præsupponamus fundationem maioratus esse antiquam & renuncians sit minor ætate. Minoribus autem & literarum imperitis veluti mulieribus & rusticis præsumpta fideicommissi renunciatio non obstat, ita Baldus e & Alexander & Franciscus Becius.

QVÆSTIO LXXIX.

Quomodo regulares ad secundam religionem transeũtes succedant in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vtrũ fratres Minores regularis obseruãtiæ meliorati à parentibus in tertio & quinto habeant ius ad talẽ melioratiõnẽ si postea fiant capaces facti episcopi aut transeuntes ad religionem bonorum capacem.*

2 *Vtrum*

quãuis pact. 2. p. §. 3. n. 6. Tiraq. de retract. linag. glos. 3. n. 9. t Tira. vbi. à. n. 1. cũseq. u Ant. Thesau. deci. 163. n. 2.

x Rubeus in c. per vestr. in proœm. § 38. n. 3. & 4. y Bal. in l. 1. 41. ff. de rer diuis.

z Tiraq. de primog. q. 68. Clarus in. §. feudũ q. 77. v. sed pone.

a l. de his. ff. de transact. l. non est ferendum. ff. eodẽ l. 25. tit. 11. part. 3. l. 1. tit. 2. p. 6

b Padilla in l. sub prætextu la. n. 10. C. de transact. Gutier. de iurã cõfir. 3. p. 2. n. 3 & 5

c glos. & Doct. in. d. l. de his Parisius cõsil. 24. n. 121. li. 2. Syluan. consil. 49. n. 59.

d Gut. vbi. Decian respons. 3. nu. 120. li. 1. pe. regr. de fideicom. ar. 28. n. 14.

e Bald. consil. 44. col. fin. l. 3. Becius cõ 114. n. 14.

2 *Virũ cum monacho translato transeant quo quę bona ipsius vel quæsita per eum.*

ARTICVLVS I.

Pater meliorauit filium in tertio & quinto, qui tunc temporis erat professus ordinis Minorum D. Francisci de obseruantia, is in vita patris in ordinem B. *Benedicti transiuit, vel factus fuit episcopus, vel aliter capax quæritur an transeat melioratio & legitima in qua fuit institutus ad secundum monasterium.*

REspondeo dicẽdo quod Gregorius *a* Lopez tenet partem affirmatiuam quod scilicet ad secundũ monasteriũ pertineat melioratio & legitima, satis est enim quod tempore mortis testatoris hæres sit capax, in illo enim tempore illi hæreditas defertur & suitas ex eo tempore consideratur. Et idẽ videtur dicendum vt ait Gregorius Lopez, si ante religionis ingressum erat hæres institutus & ante aditã hæreditatẽ & monasteriũ ingressus & professus, & deinde à regula absolutus fuit per Papam, vel episcopus fuit effectus & citat Fabrũ *e*, & remittit se ad dicta per eum, qui respõdit quod cum religiosi S. Francisci capaces nõ sint delatam hæreditatẽ tacite videntur renunciare.

Quid vero si Franciscanus hic hæreditatẽ, vel fideicõmissum sibi delatũ post professionẽ adire nõ poterat, quia monachus effectus erat, sed postea hæreditate iacente nõ adita ab eo qui illum sequebatur in gradu ad aliũ ordinẽ transiuit cui in cõmuni proprium habere licebat, vel episcopus effectus est num ad ipsum monasteriũ vel ad ipsum Episcopum factũ hæreditas vel fideicõmissũ pertineat, Tiraquelus *d* refert hãc quæstionem à Federico de Senis fuisse ventilatam, qui multis in vtramque partẽ adductis tandem concludit hunc sequentem in gradu esse præferendum, cum iam illi à tempore mortis defuncti, & ius succedendi quæsitum & delatum fuerit priori illo tãquã incapace postposito, & Federicũ sequitur Ludouicus Romanus *e*. Quod magis sine dubio procedit in primogenijs Hispaniarum & anniuersarijs & alijs dispositionibus in quibus statim mortuo possessore in sequentem gradum transit ipso iure possessio ex quadã lege *f* Tauri.

a Greg. in l. 22. tit. 1. part 6. gl. 1. v. hæreneia.

e Faber. in. 6. in extraneis de hæredium qualit. & diff.

d Tiraq. de retract. lig. 6. 1. gl. 9. n. 103. Federi. consil. 26.

e Roman. cõsi. 296. circa declarat.

f l. 45. taur.

Tom. 2.

ARTICVLVS II.

An cum monacho translato transeant quoq; bona ipsius vel quæsita per eũ.

REspondeo dicendo quod monacho professo valide in vno monasterio transeunte ad aliud volũtarie licite & valide omnia bona eius quæ post professionem ipsam primam vsque ad secundã quæsiuit, & etiam ea quæ habebat tempore illius primæ professionis remanebunt monasterio priori, siue bona quæ habuit ante professionem donasset expresse priori monasterio, siue tacite in consequentiã suæ personæ: quæsita vero post secundam professionem erunt secundi monasterij secundum Petrum de Perusio relatum per Panormitanum *a* & Cardinalẽ. Dixi professo quia de nouitio dicendum est prout diximus supra *b*. Dixi valide quia inualide professus pro nouitio habetur, nihil enim & inutile in Iure *c* æquiparãtur. Dixi voluntarie quia si fuit translatus in pœnam ad agendam pœnitentiam in aliquod monasterium in eo dabuntur ei necessaria de fructibus bonorum quæ attulit ad primum monasterium iuxta quendã textũ *d* iuncta sua Glossa. Dixi licite quia trãsiens illicite tãquã fugitiuus semper omnia quæ erit priori monasterio vt in quodam Cano ne *e* probatur & diximus late in primo tomo. Dixi etiã ea quæ habebat, secutus Petrũ de Perusio à quo aliquantulũ in hoc recedũt Cardinalis *f* & Panormitanus & alij quos refert & sequitur Soccinus dicentes quod quando iustis de causis, & cũ licentia sui prælati trãsit monachus ad aliud monasterium, tũc vsus fructus sit secũdi monasterij. Aopinio Petri de Perusio est æquior & fundatior, & magis in iure fundata per iura ab eo allegata, tũ quia hæc videtur cõmunis receptio, quam etiam videtur habuisse Iason *h* tũ quia nihil obstat ratio illa adducta in cõtrarium, ne sit onerosus secũdo monasterio, quia imputetur ei, & trãseũti cum voluntarie trãseat, & recipiatur iuxta iuris regulã, quod sciẽti, & cõsentienti nõ fit iniuria. Et opinio Calderini, & Panormitani potest saluari in eo, qui coacte ob necessitatem, vel vtilitatem publicam, aut valde magnam priuatam autoritate legitima transiret quoad hoc tantum, vt liberet fructum eorum, dum viueret,

a Panor. & Card. in ca. quod adte de cleric. cõiungat.

b sup. q. 75. art. fin.

c cap. 2. de transl. prælat.

d text. iuncta glos. inc. de lapsis. 26. q. 6.

e Abbates 18. q. 2. 1. to. q. 20. de apostatis.

f Card. consi. 23. col. 1. titu. de reg. Socci. cons. 52. n. 18 l. 4.

g c. 18. q. 1. c ingressi. C. de Sacro Sanct. Eccl. c. in præsentia de prob. *h* Iason in d. Authẽ ingressi. n. 13.

& ibi maneret dominio Priori monaſterio reſeruato, Et cum his conſentiunt Marcus Antonius Cuquſi, & Menochius,

Exquibus ait Nauarrus K, iuſte pridem reſpondiſſe Monialem autoritate Papæ tranſlatam voluntarie ad ſuã inſtantiã de vno monaſterio ad aliud non declaturam ſecum detem, nec bona poſt profeſsionẽ eius illi quæſita. Addit tamen quod ſi Papa aliud iuberet & non ſubeſſet cauſa ſupplicandi parendú eſt ei iuxta notata in Sacris Canonibus. l De quo videndi ſunt Couarruuias m & Rebufus, qui addit. Quod ſi in aliquibus Prouincijs contrariũ legibus municipalibus ſeruatur, id vtique ſeruandum eſt, ſi leges iuſtæ, & validę ſint.

Aduerte etiam, quod licet religioſus iuſte tranſeat ad aliam religionem, nihil ad illam poteſt transferre, niſi quod expreſſe, vel tacite Sedes Apoſtolica ordinauerit, vel iam ordinatum, & ſtatutum habet, quia beneficia Principũ, & eorum canonũ & legum, imo & priuilegiorum intelligenda ſunt abſq; præiudicio tertij nõ expreſſo in beneficio per reſolutiones probatas, & expreſſas in Iure n vnde neque ipſas vestes ſecũ deferre poterat, niſi quod Sedis Apoſtolicæ faciendo facultates trãſeundi perſe, vel per ſuos Sacros Canones, vel legitima licentia ſuperiorũ tacite videtur cõcedere, vt illas deferat, cum conceſſo vno, cõcedatur omnia, ſine quibus id fieri nequit iuxta quaſdam leges o per quas id tenet Arctinus, & non poteſt cõmode tranſire neque trãſire nudus. Ex quibus infertur quod poteſt ſecũ deferre ſcripta, quæ inuenta eſſent ſuæ priori religioni, & alia, quorũ delationẽ probabiliter crederet præfato ſuo nõ fore ingratũ, reliqua vero minime, niſi relictis originalibus, vel eorum copijs, per quas fieret tranſlatio eorum eſſet religioni damnoſa. Ita Nauarrus. p

i Cuqus. li. 3 in 11. maior. sit. de reguli. n. 135. Meno de arbit. centu. 5. caſu. 436. n. 20.

K Nauar in cõment. 4. de regul. ca. 24.

l ca. in memoria. 19. diſt. ca. eum ita per mundum. 9. q. 3. m Cou. inc. 1. de teſtam. iuxta. fi. Rebuf. in proœ Regia conſtit. gloſſ. 5 n. 21.

n ca. ſuper. de offic. de legat. l. 3. §. ſi quidã principe. ff. ne quid in loco publ. fiat. o l. penul. ff. de vſuf. uct. l. quæcũq. § ſi ei. ff. de inſt. act. Arctin. in. c. de teſtibus co lu. 3. de teſt. p Nauar. li. 3 conſ. titu. de regul. cõſil. 56. Nauar. in c. ſtatuimus. n. 24.

QVÆSTIO LXXX.

Quo modo regularibus ſuccedatur in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Quomodo regularibus mendicantibus ſuccedatur.*

2 *Quomodo ſuccedatur ab inteſtato regularibus non mendicantibus.*

ARTICVLVS I.

Quo modo regularibus Mendicantibus ſuccedatur.

RESpondeo dicẽdo, quod vt huic difficultati ſatisfaciamus aliqua dicta ſunt proponenda. Primum eſt, quod in fratribus Minoribus regularis obſeruantiæ non eſt aliqua difficultas quia eis ſucceditur per conſanguineos, qui ſuccederent, ſi nunquam in traſſent religionem, & in ſæculo morarentur, vt probatur in iure a & tradunt cummuniter Doctores. Et aduertendũ, quod dicti conſanguinei eis ſuccedunt, ſtatim facta profeſsione nõ expectata aliter morte naturali per notata in Iure b & ratio horum eſt, quia religio Sãcti Franciſci de obſeruãtia in communi, & in particulari eſt incapax bonorum.

a Clement. exiui de uer. ſignif. DD. in Auth. ingreſſi. C. de Sacroſanct. Eccle.

b notata. in c. Beneficiũ de reg. iur. li. 6.

Secundũ dictũ eſt loquẽdo de fratribus ordinis Prædicatorũ, & de alijs, qui poſſunt habere bona in commuri, applicabuntur monaſterio ea, quæ ipſe profeſſus habuerit, non autem ad conſanguineos ab inteſtato deuoluentur.

Pro horum explicatione eſt notandum quod ingredienti monaſteriũ, & in eo profitenti ſiue fecerit teſtamentum, ſiue nõ fecerit, ſi profiteatur in ordine Minorũ de obſeruantia, in quo nihil in cõmuni, neque in particulari habere poteſt, vbi mors iſta ciuilis idem operatur, quod mors naturalis, ſtatim poſt profeſsionẽ ſucceditur ipſi religioſo, prout dictũ eſt in ſuperioribus, & traditur in Iure c ſed quãdo profeſsio, & mors iſta ciuilis non operatur omnẽ dictũ effectum, puta quia ſit in religionibus, quæ poſſunt habere bona incommuni, vt poteſt habere ordo Prædicatorum, tum quia mors iſta ciuilis non operatur omnẽ effectũ, quẽ operatur mors naturalis, tunc ſuccedẽt eis religioſo ex teſtamento, vel ab inteſtato debent expectare mortem naturalẽ ipſius profeſsi. Interim enim, quod naturaliter non moritur diſpoſitio, quam fecit in teſtamento, vel quæ facienda eſſet ab inteſtato erit in ſuſpenſo, niſi in teſtamento aliter de tempore determinaſſet ipſe religioſus, vt tradunt communiter Doctores, & ex dcendis in articulo ſequenti magis declrabitur.

c el Deo nobis. C. de Sacroſanct. Eccle.

ART.

ARTICVLVS. II.

Quomodo ſuccedatur ab inteſtato regularibus non Mendicantibus.

REſpõdeo dicẽdo, quod monachonõ dũ profeſſo tacite, vel expreſſe decedẽti in monaſterio cuiuſcũque religionis ab inteſtato ſuccedũt cõſanguinei venientes ab inteſtato quod in Iure *a* probatur, & tenet Baldus, & hoc procedit, nõ ſolũ ſi ſimpliciter fuiſſet ingreſſus nõ facta mẽtione de ſuis bonis, ſed etiam ſi ſe obtuliſſet cum bonis, vel ſe, & bona obtuliſſet, prout tenet Petrus de Perufio *b* quia videtur ſub quadam tacita cõditione obtuliſſe ſcilicet ſi ſequatur profeſsio, alias ſi longe ante obtuliſſet, nõ ſuccederent venientes ab inteſtato, quia in dubio videtur obtuliſſe non contẽplatione ingreſſus, & profeſsionis ſecundũ ipſum Petrum de Perufio: neque hoc reuocatum eſt, per Conciliũ Tridentinũ *c* irritans quãcũque donationem, & renũtiationẽ factam per Nouitium etiam in fauorem ipſius monaſterij non ſequuta profeſsione, illud enim Decretũ intelligitur, prout iam nos explicauimus ſupra hoc tomo *d* de donationibus, & renuntiationibus factis poſt ingreſſum non autẽ de renunciationibus factis in ſæculo etiam in fauorẽ monaſterij, multo ante ingreſsũ ipſius monaſterij.

Aduertendum tamen cum Vvald. *e* quod ſi ingrediens obtuliſſet expreſſe dicta bona monaſterio, tẽpore ingreſſus declarando velle ſe apud monaſterium bona prædicta remanere etiam ſi ibi nõ profitea tur, remanebunt quidẽ etiã ſi profeſsio nõ ſequatur, licet enim ipſe ingrediens quando in ipſo ingreſſu offert bona, videatur, & præſumatur obtuliſſe ſub tacita conditione, hæc tamen tacita conditio per expreſſam contrariam fuit ſublata.

Si autem ingrediens monaſterium decedat facta profeſsione ſolenni, liberis non obſtantibus, monaſterio, quod ingreditur, res eius competunt, vt dicitur in Iure *f* ſed ſi habeat liberos, & ante quam inter eos de rebus ſuis diſponat, monaſteriũ intrat, licet eis poſtea inter eos diuidere illas res legitima portione nulli diminuta, vt in eodem iure probatur. Ex quibus verbis colligitur, bona profitentis religionem ipſo iure ab inteſtato quærĩ monaſterio non extantibus liberis, quod eſt verum, non ſolum quoad dominium, ſed etiam quoad poſſeſsionem ſecundum Innocentium, *g* & communiter Doctores, & licet præfatum ius vtatur verbo pluralis numeri, ibi, *ſed ſi habeat liberos*, habet etiam locũm etiam ſi vnicum filium habeat, non enim eſt ſine liberis, qui vnicum habet filium, vt dicitur in Iure *h* & diſpoſitio pænalis loquẽs de multis in vno verificatur, vt dicitur in Iure *i*, in quo id notant Bartolus, & Iaſon dicentes, quod ſtatutum puniens producentem falſos teſtes includit etiam vnicum tantum teſtem producentem.

Notandum eſt etiam, quod prædictum ius habet locum in liberis legitimaris, vt ait Iaſon. K imo affirmat Nauarrus *l* habere locum in filijs naturalibus tantum, quando deficiunt legitimi in ijs prouincijs, in quibus ſuccedunt deficientibus legitimis ex teſtamento, & ab inteſtato, perinde ac legitimi, vt in Regno Nauarræ, vbi enim eſt eadem ratio, idem ius videtur ſeruandum, & in omnibus prouincijs pro alimentis, ſi non habeant, vnde ſe alant, aliquid eis debet ſeruari habita conſideratione legis *ſiquis à liberis verſiculo competentes iudices ff. de liberis agnoſcendis* prout tenet Vvaldis. *m*

Ponderandum eſt etiam dictam Authenticam & ius loqui de perſona habente liberos, & non de habente parentes proprer quod Gloſſa *n* communiter recepta tenuit non eſſe locum prædictæ Authenticæ in ea perſona religioſa, quæ non habet liberos, licet haberet parentes ſignificando eos nihil petere de bonis filij quod etiam exprimit Perufinus *o*. Sed verius, & æquius eſt eſſe quidem locum prædictæ Authenticæ, & poſſe parentes petere ſi voluerint eas, quæ ſibi debentur, legitimas, prout notat Bartolus *p* per textum ibi, & Iaſon, quam opinionem vt æquiorem amplectitur Nauarrus.

Notandum inſuper illud verbum (*moriatur*) dictæ Authenticæ per quod & per ſequẽtia ſignificatur nõ poſſe filiũ petere legitimam ſibi debitam in bonis patris facti religioſi etiam poſt profeſsionem, donec pater moriatur. Quæ concluſio iuri Cæſareo conformior videtur quam cõtra

a c. cum ſimus de Reg. l. c. beneficiũ eodẽ. tit. li. 6. Bald in auth. ingre. C. de Sacroſanct Eccleſ.

b Perufi. in c. inpræſent de probatiõ

c Tridẽ. ſeſſ. 26. de regul c. 6.

d ſupra hoc tome. q.

e Vvald. ſucceſſ. ab inteſta. 2. p. quæſtion 1. n. 10

f Authen. ſi qua mulier C. de epiſc. & cler.

g Innocem & DD. vbi Decius. nu. 68 in ca. in præſentia de probat. h l. non eſt ſine liber. ff de verb. ſignif. il. 2. §. ſed ſi vnus. ff. de bo. rapt. vbi Bart. & Iaſ. K Iaſon in. d. authen. ſi qua mulier. n. 9.

i Nau. in 3. cõment. de regul. n. 46.

m Vval. vbi ſu. n. 12.

n Glo. in. d. Auth. ſiqua mul. v. libe.

o Peruſ. in rubrica de teſtamẽt. 2. n. 66.

p Bartol. in l. filius. C. de inoffic. teſtamẽ. n. 18. & ibi Iaſon. col. 2. Nau. vbi ſu.

ria, quam quia æquior, & ſatis probata in iure Pōtificio cū verſetur circa Eccleſiaſtica, tene, vt egregie docet Couarruuias, q quic quid maxima turba Doctorū cōtrouertat, vt affirmat Nauarrus. At ego à cōmuni iure Cæſareo magis cōformi non recedo, licet enim cōtraria ſit æquior filio in hac materia magi ſeſt attendendus fauor monaſterij, in quo pater habitat, & fecit profeſsionem.

q Couar. in c. 2. de teſt. Nauar. vbi ſu. n. 48.

Pro cōplemento autē vltimo eſt notādū quod in capitulis Generalibus factis in ordine D. Hieronymi in anno Domini milleſimo quingēteſimo decimo, & in anno Domini 1513. & in anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſexto *ſtatutū fuit, ne monaſteria ordinis ſucce dāt in bonis fratribus profeſſis proueniētibus ab inteſtato, vt plenius habetur inter Extrauagantes, quod* r *Paulus III. anno Domini milleſimo quingēteſimo trigeſimo octauo Pontificatus ſui anno quarto approbauit, & cōfirmauit, ſupplieuitq; omnes & ſingulos defectus, ſiqui forſan interuenerint tam iuris quam facti donec capitulum Generale eiuſdem ordinis illud duxerit reuocandū, vel limitādum, vel alterandum, ſicut alia eiuſdem ordinis ſtatuta limitare, reuocare, renouare, alterare, & iterū cōdere, libere & licite poteſt*

r Tit. 954

Ita habetur in cōpendio ordinis D. Hieronymi, & videantur ſtatuta religionum; per quæ in aliquibus multis, quæ de iure communi, & de priuilegijs particularibus ipſis in ſucceſsionibus hæreditatum concedūtur, renunciant vt videantur magis amare perſonas ſua monaſteria ingredientes, quā eorum bona temporalia, & iura quæ ipſis aliquando poſſunt competere.

f Cōpend. ord. D. Hieron. ti. ſuccedere in bonis §. 1.

QVÆSTIO LXXXI.

De hæretica prauitate quantum ad eius Inquiſitores in octo articulos diuiſa.

Circa quā quæruntur octo.

1 *Vtrum Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſint procedere contra religioſos exemptos.*
2 *Vtrum fratres ordinis Prædicatorum poſſint eſſe Inquiſitores contra fratres ordinis minorum & e contra.*
3 *Vtrum religioſi grauius ſint puniendi propter hæreſim quam alij.*
4 *Vtrum Inquiſitores poſſint abſoluere ſacramētaliter ab hæreſi.*
5 *Vtrum religioſi Inquiſitores poſſint in aliquo ab eorum prælatis limitari.*
6 *Vtrum Inquiſitores poſſint procedere contra dicentes peccata confeſſa confeſſoribus ordinum Mendicantium iterum parochis eſſe confitenda.*
7 *Vtrum religioſi poſſint creari notarij ab Inquiſitoribus.*
8 *Vtrum Inquiſitores plenariam indulgentiam conſequantur in vita & in morte.*

ARTICVLVS I.

Vtrum Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſint procedere contra religioſos exemptos in cauſa hæreſis.

RESpondeo dicendo quod Sixtus IIII. *omnes fratres ordinis Carmelitarum ab omni iuriſdictione dominio & poteſtate Inquiſitorū hæreticæ prauitatis prorſus & omnimode exemit, ac perpetuo liberauit, ita quod huiuſmodi Inquiſitores etiam ſi ſint ordinum Mendicantium quauis occaſione vel cauſa cōtra perſonas*

nas dicti ordinis nullatenus inquirere procedere, aut iurisdictionē aliquam in eosdē exercere quoquomodo valeāt sub excōmunicationis latæ sententiæ pœna, quā quilibet contrafaciens eo ipso incurrat. Et voluit quod solū teneātur coram Romano Pōtifice, aut sui ordinis protectore, vel Camerario Apostolicæ generali auditore in causis fidei, aut officiū Inquisitorum concernentibus respōdere. Ac decreuit irritū & inane si secus super his quidquam quauis autoritate etiam Apostolica scienter, vel ignoranter contigerit attentari,

a In 1. imp. fo. 132. & in 2 fol. 196. cōcef. 489.

vt habetur in Monumentis a ordinis. Et Innocēt. VIII. vt in eodē libro b cōtinetur.

b In 1 imp. fo. 57. & in 2 fo. 52. concef. 60.

Vniuersis & singulis Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Prædicatorum & aliorum quorūcunque ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicātium professoribus & clericis secularibus in vniuersum prohibuit, ne prætextu cuiuscunque potestatis, & facultatis eis attributæ seu attribuendæ super inquisitione huiusmodi quantumcunque amplissimæ contra quēpiā ordinis Minorū professorem procedere & inquirere, aut officium suū exercere quoquomodo præsumant. Et quod si forte præsumpserint aliquos ex dictis fratribus Minoribus capere seu carceribus mācipare debeant remittere fratres ipsos sic captos infra triduū (postquā de præsentibus literis notitiā qualitercūq; habuerint, aut requisiti fuerint) ad ipsorū sic captorū, & detētorū superiores per omnia illæsos, & sine mora, per eos iuxta iuris formā & regularia instituta debitis pœnis puniendos, super quibus dat cō seruatores omnes Ecclesiarū prælatos, imponēdo graues pœnas in contrariū qualitercunque facientibus. Quam concessionem Leo c Decimus confirmauit, & dat conseruatores pro eius omnimoda obseruatione. Et vt ipsa obseruetur Clemens Septimus, ipsis Inquisitoribus sub excommunicationis sententia & officiorum suorum priuatione inhibuit, ne de dictis fratribus etiam ratione criminis hæresis quomodolibet se intromittere præsumant, vt refertur in Compendio d Mendicantium.

c Supp. fo. 21. cōce. 64 & fo. 20. cō cef. 63.

d Com. Nē di. ti. inquisitores hæreticæ prauit. §. 1.

Ad contrariū Alexander Quartus, rescripto quodam incipiente, Ne commissa nobis. Dato anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, statuit, vt indistincte Inquisitores contra quoslibet religiosos, & exemptos procederēt, id ipsum alij tenuerunt.

Verum cum varietas confusionem pariat quam in tam graui negotio oportet lōge abesse, & cum ex prædictis regularium immunitatibus manifesta quoque in fide pericula sequerentur, posteriores Pontifices valde salubriter omnes religiosos etiam alios exemptos sicut olim Inquisitoribus

hæreticæ prauitatis ſubiecerũt, vt Clemẽs Septimus, reſcripto incipiente, *Cum ſicut.* relato in bullario literarum Apoſtolicarum pro officio Sanctæ Inquiſitionis in fine directorij Inquiſitorũ Eymerici. Et Pius Quartus, in reſcripto incipiente, *Paſtoris æterni*, quod etiam continetur in dicto bullario in fine directorij ſupradicti ordinauit, vt Inquiſitores poſsint in hac cauſa procedere contra quoſlibet religioſos, & exemptos, dummodo à ſuis ſuperioribus non fuerint præuenti. Vnde conſequitur non obſcure poſſe religioſos contra fidem delinquentes ſi eorum ſuperiores iudicium & cauſam præoccupant ab eiſdem ſuis ſuperioribus iudicari. Nihilominus tamẽ ait Peña, *e* quod quoad hanc partem extrauagans Pij Quarti, non videtur recepta, & licet aliquando fuerit recepta nunc ſancti tribunalis ſtylus & conſuetudo contrarium obſeruat, nulli enim ſuperiores audent ſuos ſubditos religioſos in hac cauſa iudicare, ac punire, ſed protinus ad ſanctum officiũ deferunt, & aliud agentes ſaltem in Hiſpania puniuntur.

e Peña 3. p. directo. inquiſi. comment. 77. pagi. 557.

Aduertendum tamen, quod tametſi Inquiſitores contra quoſcunque religioſos etiam exemptos præcedere poſsint, nihilominus tamen certi quidam ſunt religioſi contra quos ob prorogatiuam dignitatis nõ facile debẽt priuati Inquiſitores procedere ſed fore cũ eiſdẽ obſeruanda cenſerẽ, quæ cũ Epiſcopis obſeruantur iuxta terminos iuris, *f* vbi generaliter prohibetur ne Inquiſitores cõtra Epiſcopos proceda̅t, & generaliter cauſæ omnes graviores etiã hæreſis cõtra prælatos Sedi Apoſtolicæ reſeruentur, vt decreuit Cõciliũ Tridentinũ. *g* Et Pius V. Romæ ſanciuit in extrauagãti incipiẽte *Romanus Pontifex*. Data anno Domini 1563 vt ſcilicet, reuerendiſsimi Cardinales Inquiſitores generales in vniuerſa Republica Chriſtiana procedere poſſent contra Epiſcopos & quoſlibet alios prælatos de quibus ibi, eoſq; moneant citent & requirant, vt intra certum terminum coram ipſis perſonaliter compareant. Idque præcipitur ſub grauioribus pœnis in dicta extrauaganti. Vnde miniſtri ordinum regulares, Magiſtri generales ordinum Militiarum debent tractari, vt contra ipſos non procedatur ante quã generales Inquiſitores cauſa cognita decernant quod facto opus ſit. Hæc Peña. *h*

f c. inquiſi. de hæretic. li. 6.

g Conceſ. 24. de format. c. 5.

h Peña vbi ſup.

ARTIVLVS II.

Vtrum fratres ordinis Prædicatorum poſsint eſse Inquiſitores contra fratres ordinis Minorum, & è contra.

REſpondeo dicẽdo, quod Sixtus IIII. ſtatuit, *Vt fratres Inquiſitores ordinis Prædicatorum in fratres Minores & è cõtra fratres Minores in fratres ordinis Prædicatorum quoſcunq; officio Inquiſitionis huiuſmodi fungi, illudque exercere nullatenus poſsint abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali & de præſentibus literis ſpecificam & expreſſam faciente mentionem.* Ita habetur in Monumentis *a* Ordinum, in Hiſpanijs autem hoc priuilegium non eſt in vſu cum fratres ordinum Prædicatorum, & Minorum non ſint Inquiſitores.

a in 1. imp. fo. 66. & in 2 fo. 149. conce. 366.

ARTICVLVS. III.

Vtrum religioſi grauius ſint puniẽdi & torquẽdi propter hæreſim quam alij ſæculares

REſpondeo dicendo, quod Alexander IIII. in reſcripto quodam dato Anagniæ ſeptimo Kal. Maij Pontificatus ſui anno ſexto *Ordinauit, quod Hoſpitalarij, & Templarij, ac quilibet Regulares hæreſim committentes ſuo priuentur officio, ad quod nunquam reſtituantur ſine Sedis Apoſtolicæ ſpeciali indulto.*

Verum eſt tamen, quod ob periculum excommunicationis ſi grauius torquerentur, & læderentur, & ob dignitatem ipſam qua decorantur, leuius, & mitius torqueri debent, niſi delicti indicia acriorem torturam inſligendam ſuadeant. Illud tamen addit Simancas *a* monachos non debere torque-

a Siman. de inbi. cath. ti. 65. n. 59.

torqueri à tortore laico, niſi forte clerici, aut monachi non poſsint inueniri, qui id facere velint, eviſciant.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Inquiſitores poſsint abſoluere ſacramentaliter a abareſi.

REſpondeo dicendo, quod patres, qui ſanctæ Inquiſitionis officiū exercēt, cū ſint delegati à Principe, ſic ſūt iudices in vtroque foro, & poſſunt ex cōmuni conſenſu ex graui cauſa committere alteri confeſſario abſolutionem in foro conſcientiæ, reſpectu criminis hereſis, niſi inſtitutione, & ſupremi iudicis mandato prohibeantur, quæ prohibitio erit iuri conſona, prout tradit Henriquez a dicens, quod non poteſt vnus ſine altero à cāſibus ſanctæ Inquiſitioni reſeruatis abſoluere, aut committere abſolutionem, quia iuriſdictio eſt in toto conſenſu, prout tradit Simancas, b & habetur in Enchiridione c vio ſatæ religionis, & in Epiſtola d ad Epiſcopum Traſcath. in India, & in iudiciali e Inquiſitorum, & in Directorio f Inquiſitorum, & ſic poteſt vnus Inquiſitorum, aut Epiſcopus comprehendere reum, non tamen damnare ad pœnam etiam temporalem ſine alijs. Ita Simancas. g Declaratur hæc praxis exemplo. Iudictio enim tota eſt toti capitulo, prout tradit Syluester. h

Verum eſt tamen, quod quidam dicunt vnum Inquiſitorem, quia ordinarius eſt, præſertim dum ſolus viſitat poſſe audire confeſsionem, & ab hæreſi abſoluere facta abiuratione, aut committere ex cauſa alteri confeſſario circa perſonam longe diſtantem, & impeditam accedere ad Inquiſitorem, vt verbi gratia, monialis, pro quo multos citant Simancas, i Carrerius, Couarruuias, & Decanus Segobienſis, & Archiepiſcopus Blanco in Confeſsionali Cōpoſtellano, & pro hoc faciunt ea, quæ late explicantes Concilium Tridentinum diximus cum doctiſsimo Corduba, & alijs in Primo Tomo K harum Quæſtionum Canonicarum, & Regularium.

a Hēriq. lib. 3. de pœnit. c. 7. nu 4.
b Siman. de inſtit. catholi. c. 3 n. 8.
c Enchi. 5. n. 4.
d In Epiſto. ad Epiſcop.
e In. de Enchi. v. abſoluere. n. 7.
f Direct. Inquiſit. 3. pa. poſtformā. 2. monito.
g Simā. vbi ſupr. c. 3. in fin & c. 16. n. 4. & c. 34 n. 23.
h Syluеſ. v. cōfeſſor. 1. § 4 adfin.
i Siman. de inſti. catho. c. 3 n. 8. Carrer. de hæreti. n. 72. Couar. in cap. almamater. 2. p. §. 11. n. 3 & in regul. peccatū. p. 2 prin. n. 7. in fin. Decan. Segob. de hæret. q. 11. Blāco in cōfeſ. Cōpoſt. fo. 98. K In. 1. To. q.

ARTICVLVS V.

Vtrū religioſi Inquiſitores poſsint in aliquo ab eorū prælatis limitari.

REſpondeo dicendo, *Clementem IIII ſtatuiſſe, quod Inquiſitores ordinum Prædicatorum, & Minorum omni humano timore depoſito intrepide procedant cōtra hæreticā prauitatem, ydemque non teneantur obedire prælatis ſuorum ordinum præcipientibus, vt ad tēpus, vel quoad certos articulos, vel quoad certas perſonas eidē negotio ſuperſedeant non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, & cenſuris.* Ita refertur à Peña, a & ad hoc refert b etiam Gregorij Papæ Bullam, cuius tenor eſt huiuſmodi.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam Rei memoriā Negotio catholicæ fidei per noſmetipſos promouere, & per alios promoueri facere, prut ad id tenemur plenis deſiderijs affectātes vniuerſis, & ſingulis Prædicatorum, & Minorū ordinum fratribus, Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet cōſtitutis præſentibus, & futuris facultatem concedimis veniendi libere ad Romanam Curiam, in eaque morandi cum vno ſocio ſui ordinis nō obtenta, vel petita licētia quorūcunque ſuorū ſuperiorum, ſeu prælatorum, & huiuſmodi ſocium mutādi, & alium de ſua prouincia aſſumēdi, & ſecum tenendi, quoties fuerit opportunū, non obſtantibus quibuſcunque prohibitionibus, ſeu cōſtitutionibus eorū dem prælatorum, ſeu capitulorum generalium, vel prouincialiū ordinum prædi

a Peña indirect. inquiſ. 2. p. cōmen. 23. pag. 136. colu. 1. & 2.
b Peña vbi ſup pag. 137 col. 2.

ctorum

ctorum quorumcunque tenorum existant contrarijs plenam licentiã tenore præsentium impartimur. Ipsos autem Inquisitores hortamur, vt se facere expediri de dicta curia, quam citopoterunt, bona fide procurent, & ad partes in quibus eis commissum est Inquisitionis officium ad illud exequendum solicite non differant remeare. Datum Auinione octauo idus Februarij Pontificatus Domini Papæ anno tertio. Et licet Clemes c Quartus, & Sixtus Quartus d concesserint generalibus ordinum Prædicatorum, & Minorum, vt possint contra suorum ordinum fratres ad officium Inquisitionis promotos in aliquibus contrauenire. Hæc tamen priuilegia in vsu non sunt, tantum enim video in praxi supra appo sita rescripta seruari.

c Habet in lib. Monu. ordin in 1. imp. fo. 57. & in 2. fol. 141. concess. 326.

d Lib. Monu. in 1. impre. fol. 66. & in 2 fol. 149. conce. 366.

Notandũ tamen, quod *Nullus ex religiosis sub obedientia Societatis degentibus á quibuscuis á quacunq; Ecclesiastica, vel sæculari dignitate, seu auctoritate fulgentibus, etiam si Cardinales sint, vel Patriarchæ, Synodi, communitates, capitula, aut officij hæreticæ prauitatis Inquisitores, ac Commissarij vel iudices, tã ipsius officij, quã ordinarij, vel delegati ad quod vis munus, officiũ, vel exercitiũ etiã in defectũ aliorum absque expresso sui superioris consensu, ac etiam mandato adigi, vel cogi possit.* Ita Gregorium Decimum tertium, concessisse refertur

e Comp. Societ. ti. excẽptio. §. 3

in Compendio e Priuilegiorum Societatis.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum Inquisitores possint procedere contra dicentes peccata confessoribus ordinum Mendicantium confessa iterum Parrochis esse confitenda

Respondeo dicendo, quod Sixtus *IIII* statuit, *Quod Inquisitores hæreticæ prauitatis quicunque fuerint habeant facultatem procedendi contra eos, qui asseruerint, quod confessi fratribus, Mendicantium ordinum teneantur cõ fiteri eadem peccata rectoribus parochialium Ecclesiarum.* Ita habetur in libro a Monumenta ordinum. Ratio autem huius concessionis est quia cum dicti religiosi habeant actualem iurisdictionem ad absoluendum iuxta Decreta Canonica ipsis commissam secundũ fidem quantum est ex parte sua valet eorum absolutio cui facto talia asserentes contraueniunt: hoc enim dicendo virtualiter asserunt habentes actualem iurisdictionem ad absoluendum non posse absoluere.

a In 1. imp. fo. 61. & in 2. fo. 114 cõ cess. 353.

ARTICVLVS VII.

Vtrum religiosi possint ab Inquisitoribus creari notarij.

Respondeo dicendo, quod quodã Pij IIII. rescripto incipienti, *Pastoralis officij cura.* Dato Romæ apud Sanctum Petrũ anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo, sexto Kalend. Septẽbris, quod refertur in Bullario literarum Apostolicarum collocato in fine Directorij Inquisitorum Eymerici, cautum est, vt Inquisitores, & eorum Commissarij in quibuslibet fidei causis, cum viderint expedire autoritate Apostolica possint vnum, vel plures etiam clericos sæculares, vel quorumuis ordinum regulares in notarios eligere, assumere, aut creare.

Circa quam concessionem aduertendum est cum doctissimo Peña a non propterea religiosum, aut clericum notarium creari, quod ab Inquisitoribus iussus sit officij sacri

a Peña in directo. Inquisit. 3. cõm. 67. p. 50.

ſacrì acta conſcribere, ſed vt cuncta valida ſint coram alio notario hunc religioſum notarium creare oportet teſtibus adhibitis tradito ſibi de more calamo, & atramẽto, additoque ſolenni iureiurando, & verbis conſuetis *Eſto Notarius, & fidelis.* Adde Campegium *b* & Locatum: quæ omnia cõſona ſunt traditis ab Hoſtienſi, *c* & Ioanne Andræa dicentibus acta iudicij per publicam perſonam, hoc eſt, per notarium eſſe ſcribenda, ſiue is ſit laicus, ſiue religioſus cuiuſcunque ordinis.

b Cãpeg. apud Azeu. qui. c. 9. ver. adde rurſus locat. in oper. iudi. v. notarius. n. 4 &. 5.

c Hoſtienſ. & And. in c. quoniam contra deprobat.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Inquiſitores plenariam indulgentiam conſequantur in vita, & in morte.

REſpondeo dicendo, quod Vrbanus IIII. in Bulla, quæ incipit, *Præ cunctis* loquẽs cũ inquiſitoribus in hæc verba prorumpit. *Vobis autẽ pro huiuſmodi negotio laborantibus illam peccatorũ veniam indulgemus, quæ ſuccurrentibus terræ Sanctæ, in generali Cõcilio conceſſa eſt.* Ita refert Eymericus, *a* Quę autem in dicto Concilio ſuccurrentibus terræ Sanctæ, eſt conceſſa, patet ex iure *b* & in parte deciſa notat Hoſtienſis in Lectura. In quo de ſuccurrentibus terræ Sanctæ ita habetur.

a Eymeri. in directo. inquiſit. 3. p. q. 130. pag. 679 b c. an liberandum extra d Iud. & Sarracen.

Nos autem de omnipotẽtis Dei miſericordia, & Beatorum Apoſtolorũ Petri, & Pauli autoritate confiſi, & ex illa, quam nobis licet indignis cõtulit Deus ligandi, atque abſoluendi poteſtatẽ omnibus, qui laboribus iſtum in proprijs perſonis ſubierint, & expẽſis plenam ſuorum peccaminũ, de quibus fuerint veraciter corde contriti, & ore confeſſi veniam indulgemus, & in retributionem iuſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum. Eis vero qui non in perſonis proprijs illuc acceſſerint, ſed in ſuis dũtaxat expenſis iuxta facultatem, & qualitatem ſuam viros idoneos deſtinauerint. Et illiſſimiliter, qui licet in alienis expenſis, in propriis tamen perſonis acceſſerint, plenã ſuorum concedimus veniam peccatorũ. Huiuſmodi quoque remiſſionis vo lumus, & concedimus eſſe participes iuxta qualitatem ſubſidij, & deuotionis affectum omnes, qui ad ſubuentionẽ ipſius terræ Sãctæ de bonis ſuis cõgrue miniſtrabunt, aut circa prædicta conſiliũ, & auxilium impenderint opportunũ, omnibus etiam pie proficiſcẽtibus in hoc opere cõmuni Sancta, & Vniuerſalis Synodus orationũ, & beneficiorum ſuorum ſuffragium impartitur, vt eis digne proficiant ad ſaluteẽ. Dat. Lateran. decimonono Kalend. Ianuarij Pontificatus noſtri anno octauo

Quod vero attinet ad indulgentiam ſemel in vita, quam Inquiſitores conſequuntur, dubium eſt, an intelligatur tantum ſemel in vita, tota, an vero in ſingulis actibus perfectis, qui contra hæreticos in fauorem, & laudem fidei celebratur. Et Reportorium *c* Inquiſitorum in quolibet actu hac frui indulgentia teſtatur. Cui ſententiæ ſubſcribit Peña, *d* & idem dicendum putat de indulgentiatrium annorum, quæ conceditur auxiliantibus officio ſanctæ Inquiſitionis, & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in fauorem Fidei, illi enim non tantum ſemel in vita, ſed in quolibet actu perfecto, & ab alio diuerſo, quo Inquiſitoribus præſtant huiuſmodi auxilium trium annorum indulgentiam conſequuntur.

c Reportor inquiſit. v. indulgen. tia §. itẽ in quiſitores, d Peña. 3. p. direct in quiſit. com mẽ. 179. p 676. col. 2.

Quod autem Inquiſitores habeant indulgentiam plenariam in vita, & in morte, patet ex literis Apoſtolicis Vrbani Quarti, vbi præmiſſo de indulgentia, quæ confertur Inquiſitoribus prædictis, & quæ ſocijs, & fratribus ſui ordinis, & notarijs, & quæ omnibus, qui perſonaliter aſſiterint in fidei negotio Inquiſitori: & quí

præ-

præſtiterint ex animo auxilium, conſilium, & fauorem de omnibus enim generaliter ſic ſequitur. *Et qui ex eis in proſequutione huiuſmodi negotij forte deceſſerint eis peccatorũ omnium, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, plenam veniam indulgemus.* Ita refert Eymericus, e & tradunt etiam Repertorium Inquiſitorum, & Ioannes Tabien, & Rojas.

e Eymeric. in director Inquiſi. 3. p. q. 128. pag. 679 co. 1 & 2. Repor In quiſit. v. indulgent. §. Item inquiſitores Tabien. in ſumma v. inquiſitor. §. 36. in fin. Rojas de hæret. 2. p. n. 412.

Addit etiam Peña, quod quæ de indulgentijs conceſsis Inquitoribus hæreticæ prauitatis tradit copioſe Eymericus cõtinentur aperte in quodam reſcripto Alexandri Quarti, incipienti *Firmißimeteneat*; quod ait vidiſſe Authenticum in bibliotheca Illuſtriſsimi Cardinalis Felicis Pereti de Montalto, qui poſtea fuit creatus Papa Sixtus V.) allatum ex Aſſyſsio, ex Archiuo conuentus ordinis Minorum.

QVÆSTIO LXXXII.

De hęretica prauitate quantum ad prohibitionem legendi libros hæreticorum in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Vtrum omnes generaliter incurrant excommunicationem legendo libros prohibitos.*

2 *Vtrum religioſus abiuratus de leui ſit inhabilis ad gradus & dignitates.*

3 *Vtrum Epiſcopi & prælati regulares poſsint dare licentiam viris doctis, vt legant libros hæreticorum ad eos refutandos.*

ARTICVLVS I.

Vtrum omnes generaliter incurrant excõmunicationem legendo libros prohibitos.

REſpõdeo dicẽdo, quod *Paulus Quartus, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octauo Põtificatus ſui anno quarto omnibus & ſingulis presbyteris tã ſæcularibus, quã quorumuis etiam exemptorum ordinum regularibus in Regnis Hiſpaniarum exiſtẽtibus auditioni confeßionũ Chriſtifidelium deputatis & deputandis in virtute ſanctæ obedientiæ iniunxit, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ diſtricte præcepit á qua non poßint abſolui niſi à Papa aut à generali inquiſitore præter quã in mortis articulo, vt in actu cõfeßionis diligenter interrogent pœnitẽtes vtrũ habeant, vel legant libros hæreticos, aut damnatos per inquiſitorem, vel imprimant, vel imprimi faciant, aut venales teneant, vel de eis aliquã notitiam habeãt, ſeu aliquos in præmiſsis culpabiles ſciant, quos ſi aliquod horũ reuelauerint nullatenus abſoluant niſi prius ea ſancto officio ipſi pœnitentes reuelauerint & reuocat omnia in contrarium.* Ita habetur in Archiuo Inquiſitionis maioris Oliſiponenſis ciuitatis, à quo hoc & alia extraxit.

Circa quam conceſsionem eſt ſumme ponderandum illud verbum nullatenus, hæ enim dictiones penitus nullatenus nullo modo iuducunt nullitatem actus. Idemque operatur quod clauſula irritatiua prout tenent Iaſon, a & Socinus, & quando lex, vel ſtatutum aliquid prohibet fieri niſi cer-

a Iaſon. in l fin. n. 25 & 26. ff. de iuſtitijs. Socin. conſi. 21. n. 4. col. 1.

si certo modo præuio inducit formam, & dato quod non procedat annullando attamen actus factus non seruata forma est nullus, vt post alios tenet Leonardus, *b* inter consilia feudalia Bruni. Vnde sequitur, quod absolutio collata non seruata forma huius constitutionis erit nulla, verum est tamen quod legentes libros prohibitos nihil ex professo de religione tractantes eis de prohibitione non constando, si probabiliter ignorant prædictam prohibitionem non incurrunt in excommunicationem prædictam, neque in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, nam prout resoluit Nauarrus, *c* triplex est ignorantia affectata, crassa siue supina & iusta: affectata siue optata est, qua quis ignorat id quod scire tenetur, quia non vult scire quo liberius absque suæ conscientiæ contradictione, vel alia de causa peccet iuxta illud Psalmi *d* noluit intelligere, vt bene ageret, quæ adeo non excusat, aut minuit peccatum, vt etiam augeat ob circunstantiam mali desiderij. Crassa vero siue supina est, qua quis ignorat id quod communiter omnes sui ordinis sciunt, quod contingit per culpam latam, quæ excusat à tanto, sed non à toto iusta vero, quæ à Theologis inuincibilis, & à Canonistis probabilis appellatur est qua quis ignorat quod non oportet eum scire vt patet in iure, *e* & qua communiter homines eiusdem ordinis adhibita debita diligentia ignorant iuxta Diuum *f* Thomam, qualis est eius, qui petit consilium à viris habitis pro præditis scientia, & conscientia in id sufficienti, qui falsei illi consuluntargumento eorum, quæ traduntur in iure, *g* & notant Alexander, & diuus Antoninus, & hæc omnino excusat, quando est causa actus. Hi tamen, qui eam prohibitionem sciunt, vel scire debent, incurrunt illam, neque excusantur, eo quod expediunt eis ad aliquam artem exercendam, quia oportet obedire superioribus. Nec debent à simplici sacerdote absolui, etiam si eos comburant, & sancto Officio inquisitionis reddant, cum absolutio huiusmodi excõmunicationis sit Papæ reseruata per Bullam superius citatam, & per Bullam Cœnæ Domini, Ita Nauarrus. *b*

b Leonard. consil. 114. n. 483.

c Nauar. in c. 23. n. 45.

d Psal. 68. relatum in c. ideo 37. d.

e 1. q. 4. §. notandum est.

f D. Tho. 1. 2. q. 76. ar. 6

g c. capella. iuncta glo. 3. defer. Alexan. consi. 1 co. 4. vol. 2. Anton. 1. p. ti. 3. q. 10. §. 10.

h Nau. lib. 1 consi. tit. de constit. con sil. 1. q. 35. ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum religiosus grauis, qui fuit denunciatus apud sanctum Officium quod in iuuentute sua legerat quendam librum suspectum, & post multa abiurauit de leui suspicione. Quæritur, vtrum de iure communi hæc abiuratio de leui reddat eum inhabilem ad gradus, & dignitates suæ religionis.

REspondeo dicédo, quod abiurare secundum significationem, qua Canones omnes vtuntur, est recedere ab aliqua re cum iuramento de non redeundo ad illam, & sic sumitur in multis iuribus, *a* & consequẽter abiuratio hæreseos propriè est recessio ab hæresi cum iuramento de non redeundo ad illam, & certe loquẽdo de abiuratione, quam cogitur facere hæreticus pœnitens hæreseos à se admissæ iã confessæ, vel probatæ, vt misericordiã cõsequatur, & ne ad mortem tradatur, de qua in pluribus Canonibus agitur. *b* Et hoc primodo abiurans remanet inhabilis ad beneficia, & officia, donec fiat habilis, nõ enim potest habere aliquod beneficium, neque publicum officium, vt in iure *c* ordinatur, neque habêre aliqua bona, vt etiam in iure *d* decernitur, per quod id affirmat Felinus. *e* Neque ei prodest, quod abiurauit, quoniam licet per abiurationem excusetur, ne tradatur potestati sæculari, puniendus, non tamen mundatur ab inhabilitate, quia fuit factus inhabilis ad beneficia, vel officia per hæresim abiuratam, quia illa non tollitur per pœnitentiam, prout probat late Felinus, *f* qui regulam illam, quod infidelitas præcedens non nocet conuerso ad obtinẽda beneficia limitat non procedere in hæresi, seu hæretico conuerso.

Loquendo autem de altera abiuratione, qua suspectus de hæresi purgat se, & monstrat innocentem iuxta formam à iudice decretam, *g* per quam non recedit ab hæresi incursa, nec ponitur vlla pœnitentia de hæresi, quæ non fuit confessa, sed ab ea, quæ minus bene fecit, vel dixit, ex quibus illa suspicio processit per hunc modum nulla talis inhabilitas incurritur, cum

a ea. adhæc. & c. audita. de resti. spol. ia & c. a. super hoc de renũcia. & in c. ad abolendam de hæreti. & in ca. inter de purgat. Canon.

b c. 1. q. 7. & & ego Berẽgarius de cõsecra. d. 2. & in c. ad abolendã §. præsenti de hæret.

c c. §. 2 hæretici de hæret. lib. 6.

d c. vergẽtis de hæret. & c. cum secũdũ eodẽ tit.

e Felin. in c. cũ nõ liceat

f Felin. in c. eam de rescrip. n. 1 ver sic. infidelitas.

g c. ad abolendã §. qui vero & c. ac cusatus in prin. de hæret. lib. 6.

cum nulla hæresis sit confessa, vel probata imo per abiurationem est omnis suspicio sublata,& declaratur esse fidelis,& Catholicus. Purgatio enim Canonica, per quam quis ab hæresi, vel alio crimine se purgat, est secundum Raymundum,& Gofredum, & alios communiter de obiecto crimine innocentiæ ostensio, vt ex sacris Canonibus *b* satis constat. Itaque purgare se de crimine,est per iuramentum,vel per aliquid à iudice Decretum ostendere innocentem, & qui se canonicè purgauit iuxta formam sibi præscriptam absoluitur,& habetur pro innocente,& pro tali,qui non commisit crimen,cuius fuit accusatus, & abiuratio de leui,imo & de vehementi est quędam purgatio Canonica,vt ait quædam Decretalis, *i* & per consequens absolutus per abiurationem de leui est habendus pro tali, qui non commisit crimen, cuius fuit accusatus, & consequenter pro tali,cui non nocet crimẽ sibi impositum,neq; per consequens nulla inhabilitas,quæ ex eo nasci potest.

h c. ex tuarum & c. inter de purgat. Cano. & c. ad abolendam. §. qui vero de hæretic.

i c. accusat. in prine. de hæret. li. 6.

Et confirmatur, nam purganti se per abiurationem etiam ob tam grandem suspicionem,propter quam fuit indita ei purgatio cum decima quarta manu sui ordinis debet restitui beneficium, vt est casus in iure, K determinatus,& non alia ratione, quam quia absolutus de crimine sibi obiecto, & per abiurationem habetur pro innocente, & digno beneficio,quo erat dignus, antequam accusaretur.

Ke. inter de pur. canoni.

Denique nostra conclusio probatur, quia nullus est textus,neque Glossa,neque Doctor,qui dicat,quod absolutus per abiurationem de leui,imo neque per abiurationem de vehementi maneat inhabilis ad aliquid,ad quod ante accusationem fuit habilis,nisi iudex,qui indixit abiurationem,vel purgationẽ imposuisset illi aliquãpænã pœnitentialem propterea,quæ fecit, vel dixit, ex quibus orta fuit contra eum suspicio, quod sola illa ratione dicere omiserunt, quia contrarium erat clarum, cum absolutus à crimine habeatur pro innocente argumento eorum,quæ in iure *l* notantur,& dicto religioso,vt proponitur, non fuit adiecta vna pœnitentia pœnalis,per quam remaneret inhabilis,prout proponitur,ergo potest eligi, perinde ac si nunquã fuisset accusatus,prout consuluit Nauarrus. *m*

l c. in his de accusati. cũ ibi notat.

m Nau. li. 5. c consil. tit. de hæret. cõsil. 5

ARTICVLVS. III.

Vtrum Episcopi,& prælati regulares possint dare licentiã viris doctis,vt legant libros hæreticorum ad eorum errores confutandos.

REspondeo dicendo, inferiorem à Papa, nisi ex eius speciali delegatione licentiam præfatam concedere non posse,prout tenet Nauarrus *a* inferior enim non potest legem superioris tollere, prout est clarum in iure. *b* Verum est tamen, *Quod Præpositus generalis Societatis considerate cum delectu, & re cõsulta ea cum suis assistentibus potest concedere religiosis Societatis facultatem legendi libros hæreticos,& alios prohibitos ad pugnandum. Et possunt dicti religiosi,vti libris non hæreticis,licet habeant annotationes, & scholia auctorum hæreticorum aut auctores ipsi mali sint,si libri non sint editi ad stabilienda dogmata hæretica dummodo nomẽ auctoris,si sit hæreticus, aut in indice prohibitus, & siquid inter legendum impium occurrerit, deleatur*, Ita post Pium Quintum, concesit Gregorius Decimustertius,prout habetur in Compendio *c* Societatis.

a Naua. li. 1. consil. tit. de consil. consil. 1. q. 36.

b c. inferio. de maio. & obed. clem. ne Romani de elect.

c Compen. Societ. li. §. 2. & 3.

Concessa item est à Gregorio Decimotertio,religiosis Societatis, quia à superiori deputati fuerint, facultas emendandi libros eorum, qui ad nos vel in scholis,vel extra illas recurrere solent, quando auctores pij sunt, sed habent praua scholia, vel annotationes, aut quando auctores, aut impressores sunt impij,non tamẽ libri,aut cum auctores sunt Ethnici,sed habent scholia,annotationes,

tationes, vel quid huiusmodi, propter q̃ prohibiti sunt, donec purgentur, dũmodo errores, & nomina malorum autorum, vel impressorum deleantur. Concessit itẽ Gregorius Decimus tertius.

Quod prælati, & superiores societatis nõ solũ religiosos societatis, quos in collegiis, aut domib⁹ haberẽt, sed etiã si scholasticorũ ad nostras scholas cõfluẽtiũ libros Ethnicorũ autorum propter scholia, annotationes, cõmẽtaria, aut impressorum cũ indice prohibitos: si ad id à proposito generali per se ipsum, vel per alios deputati forẽt emendare, & scholasticis prædictis vtendos relinquere possint deletis tamẽ erroribus & nominibus autorum prohibitorum. Possunt dicti religiosi in libris suis mandare executioni ea, quæ in catalogo, & decreto sanctæ Romanæ, & vniuersalis inquisitionis præcipiuntur ad effectũ vt illi retinere possint. Oẽs prædictæ facultates quæ à Pio V. & á Grego. XIII. viuæ vocis oraculo, & quæcũq; alia super huiusmodi libris habẽdis legẽdis, aut corrigendis vsq; ad diẽ octauũ Ianua. anni Dñi millesimi quingentesimi septuagesimi quinti societati concessa sunt, approbãtur, & cõfirmãtur, omnesq; defectus si qui forsan in eis intervenerint, supplentur, & facultates ipsæ quatenꝰ opus sit de nouo cõcedũtur vt in dictis literis latius cõtinetur. Nõobstãtibus bullis in cœnã Dñi legi cõsuetis, cæterisq; cõtrarijs quibuscumque. Nullas enim societatis facultates cẽseri reuocatas per bullã cœnæ Dñi cõcessit Gregorius XIII. decimo octauo die Martij anno Dñi millesimo quingentesimo octogesimo quarto, prout asserit Coll. d priuilegiorũ societatis.

d Collect. priuil. societa. tit. bulla cœnæ. § 2. e Idẽ tit. libri prohibi t. §. 2. f Collect. in d. titul. libri prohibiti. §. 2.

Aduertendũ autẽ circa prædicta, prout aduertit Collect. f præfatus, q̃ soli prouinciales possũt has facultates cõcedere, nisi ipsi iudicarẽt eã facultatẽ alicui præposito, aut rectori magnæ alicuius domus, aut collegij, aut alicui idoneæ personæ esse accõmodandã, primã autẽ cõcessionẽ Gregorij XIII. Soli generali reseruatur, in his autẽ partibus Hispaniarũ dubito an cõcessiones hæ modo valeãt. Cũ sanctissimæ inquisitionis tribunal habeat talia priuilegia quibus forte omnia ista sunt abrogata. Et in bullis cœnæ quæ modo publicantur videtur quòd omnes facultates suspendantur.

QVÆSTIO LXXXIII.

De hæresi quantũ ad bonorum confiscationem in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vtrum bona hæreticorum confiscentur.*

2 *Vtrum sint excommunicati confiscantes libros fratrũ minorũ regularis obseruantiæ.*

ARTICVLVS I.

Vtrũ bona hæreticorum confiscentur.

RESPONDEO dicẽdo, quòd multa de confiscatione bonorum hæreticorum

num tradit luculenter Peña *a* quam plures conſtitutiones, & extrauagãtes, & ſummorum Pontificum decreta referens circa hoc quomodo, ſcilicet, debeant confiſcari opiniones etiam multorum iuris peritorũ refert. Ait enim Rolandus à Valle, quod bona hæreticorum confiſcata ad Dominũ temporalem ſpectant, Franciſcus autem *b* Burſatus hanc controuerſiam ita concludit dicendo primo, quod vbi adſunt decreta in ſpecie conceſſa alicui ciuitati circa dicta bona diſponentia, illa ſunt omnino & inuiolabiliter obſeruãda omiſſa omni alia iuris, & cõſtitutionum diſpoſitione, quod ſi nulla talia decreta particularia reperiantur, tunc particularis loci cõſuetudo attenda eſt, & iuxta eã bona confiſcata ſunt applicanda, & diuidenda, ſin autem nulla, vel priuata decreta, vel conſuetudo extiterit, tũc in terris Eccleſiæ Romanæ ſub certis dimidium bonorũ cõfiſcatorum curiæ Romanæ, altera vero officio Inquiſitionis applicanda eſt: in alijs verò terris imperij reſpectu Italiæ obſeruanda eſt conſtitutio Innocentij, Alexandri IIII. & Clementis IIII. de triplici bonorum diuiſione: ſed in locis extra Italiam, in quibus neque decreta particularia, neque conſuetudines locales habentur, ius canonicum eſt ſeruandũ, ſicut à Rolando à Valle *c* ſcriptũ eſt. Hæc eſt Burſati ſentẽtia, ſed in his non oportet plus immorari, ſolum dico in Hiſpania rectè bona damnatorum de hæreſi applicari fiſco regio, vt teſtatur, & explicat Couarruuias *d* & iuſte poſſe applicari affirmat autor reportorij Inquiſitorum *e* cum Rex catholicus in Hiſpania abundè prouideat inquiſitoribus omnes expenſas prębẽdo.

Aduertendum tamen, quod quãuis ſit opinio aliquorum, quod antè ſententiam condemnatoriam, & denuntiationem obligentur hæretici ad reſtituenda omnia bona fiſco prout poſt Panormitanum, & alios tenaciter multorum argumentorum pondere nititur perſuadere Alfonſus de Caſtro. *f* Contrariam tamen ſententiam vt veriorem, benigniorem, & tutiorem tenẽt viri doctiſſimi, dum aſſerũt neminem obligatum eſſe ad pænam in ſe ipſum exequendum etiam in cauſa hæreſis, quam tenent Conradus, *g* Victoria, Ferdinandus Vaſquius, Soto, & Siman as, leges enim, quibus obligantur ſubditi (vt ſcripſit Iſidorus *b*) ad parendum illis poſſibiles eſſe debent, & ſubditorum moribus congruentes. Neminem autem futurum credo, niſi Alfonſum, qui facile dicat legem obligantem in foro conſcientiæ ad pœnam omnium bonorũ in ſe ipſum exequendam poſsibilem eſſe, & ſubditorum moribus congruentem.

b Burſat. eõſi. 43. n. 43. v. quæ cũex ſupradictis.

c Valle cõſ. 8. lib. 1. con. d Coua. li. 2 varia. ca. 9. num. 12. e Reporto. inquiſi. v. diuiſio bonorum. cir. fi. f Caſtr. li. 3. deleg. pen. c. 10. & li. 2 c. 6. de iuſti. hæretic. punit. g Conra. de cõtract. q. 7 con. 2. Victo. in relec. de Indis Vaſ qui li 1. de ſucceſ progreſ. in præfat. n. 97 v. ſimillimũ eſt Soli. 1 de iuſt. q. 6. ar. 6 Siman. de inſtit. cath. ti. 6. n. 157 h c. erit autẽ lex 4. diſ.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſint excommunicati confiſcantes libros fratris Minoris Regularis obſeruantiæ.

REſpondeo dicendo, quod Calderinus, quem ſequitur Didacus *a* Septimacenſis affirmat, quod licet bona Eccleſiæ non ſint propter hæreſim confiſcanda, alioquin publicantes, ſeu confiſcantes incurrerent excommunicationem, à qua non poſſunt abſolui ante ſatisfactionem, niſi in articulo mortis, prout dicitur in quadam Clementina *b* hoc tamen non habet locum in eo, qui confiſcat libros monachi Franciſcani Regularis obſeruantiæ, quia ipſi libri non ſunt Monaſterij, quod nihil proprium habet. Hanc tamen ſententiam ſic indiſtinctè probatam refellit frater Franciſcus Quando *c* ait enim ſalua Romani Pontificis declaratione circa illam Clementinam, quod cum res, quibus fratres Minores vtuntur ad vnum de duobus dominis pertineant, vel ad dantem, ſi dominium ſibi reſeruauit, vel ad Eccleſiam Romanam, ſi dans à ſe dominium abdicauit, aut donando nihil explicuit, vt declarat Nicolaus *d* Papa, ante confiſcationem talium librorum, ſi probetur donantem ſibi retinuiſſe dominium, ei ſunt reſtituendi, ſicut alia bona aliena, ſi non ſibi retinuit, cum talia bona ſint Eccleſiæ Romanæ, non poſſunt in ſæculárem fiſcum deuenire, ſed ipſius Romanæ Eccleſiæ permanent Romani Pontificis arbitrio diſponenda, cuius diſpoſitio ſi non habeatur noua iuxta communem, & antiquam diſpoſitionem eſt, quod manente dominio Sedi Apoſtolicæ vſus

a Septimac. li. 5 varia. in ſtit. tit. 9. numer. 88.

b Clem. nolentes de hęreticis.

c Quando. in 4. d. 13 propoſ. 33. corol. 3.

d c. exijt qui ſemi. de verbo. ſig. li. 4.

vſus illorum à Prælatis diſpenſetur. Nec obſtabit, quin reſtituantur vero domino reſeruanti ſibi dominium, quod in ordine Minorum fiunt conſtitutiones contra fratres ea conditione recipientes libros, quia præſumitur talis dominij reſeruatio fieri in fraudem, procurarique à fratribus, vt eis liceat liberius ſine prælatorum licentia, & aſſenſu alieno nomine de illis diſponere. Nam reſpondetur, quod licet frater minor pœnam dicti ſtatuti incurrat, ſi à parte rei verum ſit reſeruaſſe donantem ſibi dominium, verùs dominus illorum permanſit. Vnde colligitur, quod confiſcans libros prædictos, quorum dominium ſibi dantes reſeruauerunt, ſi dantes ſunt laici, nihil Eccleſiaſticum fiſcus regius confiſcaret, & ſic non incideret in pœnam dictæ Clementinæ: at ſi ſunt ipſius Eccleſiæ Romanæ confiſcando illos, & applicando Regi, ſicut applicantur alia bona hæreticorum, tũc quid Eccleſiaſticum confiſcaret, & per conſequens in pœnam dictæ Clementinæ incurreret.

De homicidio vide quæ dixerim in primo tomo quæſtione de Abbatibus quoad poteſtatem diſpenſandi, & in hoc ſecundo tomo in quæſtione de Correctione fratrum quoad pœnam homicidij imponendam.

QVAESTIO LXXXIIII.

De Hoſpitalibus Regularium in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Vtrum hoſpitalia in titulũ poſſint conferri.*
2 *Quid circa hoſpitalia regularia iura definiant.*
3 *Vtrũ hoſpitale poſſit cõmitti per legatũ religioſo iuxta Clementinam quia contingit.*

ARTICVLVS I.

Vtrum Hoſpitalia in titulum poſſint conferri.

RESpondeo dicendo, Hoſpitalia in titulum poſſe conferri ab vniuerſis Doctoribus *a* atteſtari, de quo agit Rebufus *b* poteſt tamẽ hoſpitale duobus modis in titulũ cõferri, aut ratione fundationis, aut quando ad eius regimen quis aſſumitur à Clerico per viam electionis. Item tunc dicitur conferri in titulum, ſicut beneficium quando ibi eſt campanile cũ campana, quę publicè pulſatur ad congregandos homines vt diuino interſint officio, vel ſi ibidẽ ſit altare fixum, & conſecratum, & ibidem paſsim celebrentur Miſſæ, tunc enim vere beneficij appellatione cõtinetur, alioquin enim dicitur locus pius, & Religioſus, quod ſi Regularis ſit iuxta diffinitionem beneficij Regularis, fatendum erit ſubire etiam leges beneficij Regularis, maximè verò quoad inconſtantem, mutabilemque naturam beneficij regularis.

a Doctoni. Clem. quia cõtingit de relig. dom.
b Rebuf. in tract. nominat. q. 15. n. 12. & de pacif. poſſeſſ. nu. 21.

ARTICVLVS II.

Quid circa hoſpitalia Regularia diffiniant iura.

RESpondeo dicendo, Hoſpitalarios Regulares quinque in rebus liberos eſſe, nec in dicta Clementina fuiſſe comprehenſos videlicet in ſuppletione ordinariorũ etiam quoad exempta, & quod non conferantur Hoſpitalia in beneficiũ, in iuramento præſtando, in inuẽtario conficiendo, & in ratione reddenda, vt gloſſa *a* expoſuit, idem enim ſignificat verbum textus, *præmiſſa*. Dixit etiam Hoſpitalia militiarum, ordinum ſcilicet Sancti Ioannis Hieroſolymitani Sanctæ Mariæ Theutonicorum, Calatrauenſiũ, & ſimiliũ. Dixit etiã aut Religioſorũ, aut aliorũ, quoniam iuxta gloſſam *b* ſunt quædam Religiones ſuper Hoſpitalitatem fundatæ, vt Crucifetorum, vel quamuis ad hoc non ſint fundatæ, habent tamen Hoſpitalia.

a glo. in clem. quia cõtingit de reli. domi.
b Glo. in d. Clem.

Notandum eſt illud, quod traditur à Rebufo *c* ſcilicet aduerſus Commendatarios. Hoſpitalitas (inquit) debita

c Rebuf. in praxi. ti. de cõmẽ. n. 15.

non ſeruatur, ſed tota amittitur, nam quoties quiſque Commendatarius hoſpitalem ſe exhibeat, aliorum ſit iudicium, quæ tamen plurimum eſt commendata, vt gloſſa *d* & Doctores ſcribunt, hodie quidem commendatarij tantũ abſunt ab hac hoſpitalitate, vt quæ poſſunt, â pauperibus eripiant: vnde quia hoſpitalitas deceſsit, ſucceſsit indictio fiſci, Decimarum, & aliorum onerum præſtatio, vt in ſacris Canonibus *e* habetur, *hoc tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus.*

d Gloſſ. & DD. in ca. demonach. de præben.

e c. maiores 16. q. 7.

Notandum eſt etiam rigoroſum præceptũ dictę Clemẽtinę in dicto paragrapho *præmiſſam*, quod hoſpitalarijs Regularibus diſtrictè iniungitur, & in virtute ſanctæ obedientiæ mandatur, videlicet vt in ſuis hoſpitalibus ſecundum ſuorum ordinum inſtituta, & antiquas obſeruantias prouideant pauperibus, & hoſpitalitatem debitam in illis tenere procurent, ad quod per ſuperiores eorum arcta diſtrictione cogun tur ſtatutis, aut conſuetudinibus quibuslibet non obſtantibus in præmiſsis.

Notanda ſunt etiam Decreta Concilij Tridentini ad hoſpitalium gubernationem condita. Primum habetur ſeſsione ſeptima capite quinto decimo de Regularibus, quod habet, curent ordinarij, vt hoſpitalia quæcumque à ſuis adminiſtratoribus quocumque illi nomine cenſeantur etiam quomodolibet exemptis fideliter, & diligenter gubernentur, conſtitutionis Concilij Vienenſis, quæ incipit, *forma ſeruata*. Quam quidem cõſtitutionem eadẽ ſancta Synodus innouandam, duxit, & innouat cum derogationibus in ea cõtentis.

Secundum Decretum habetur ſeſsione vigeſima quinta capite octauo, vbi poſt commendatam, admonitamque Hoſpitalitatem omnibus hoſpitalarijs tam ſæcularibus, quàm Regularibus, quibus in commendam adminiſtrationem, aut quẽcumque titulũ etiam per vnionem hoſpitalia conceſſa ſunt, præcipit omnino, vt impoſitum illis onus, officiũ ve adminiſtrẽt, atque hoſpitalitatem, quam debent ex fructibus ad id deputatis actu exerceant iuxta conſtitutionem Concilij Viennenſis, quæ incipit, *Qgia contingit*. Deinde præcipit, quod in defectum pauperum fructus hoſpitalium in alium pium vſum inſtitutioni proximiorem, ac pro loco, & tempore vtiliorem conuertantur ad arbitrium ordinarij cum duobus de Capitulo. Eaque omnia ſub grauibus pœnis præcipiuntur omnibus, & ſingulis hoſpitalium adminiſtratoribus cuiuſcumque ordinis, & religionis, & dignitatis fuerint, ijs duntaxat Regularibus exceptis, qui illis Regularibus ſubijciuntur, vbi viget obſeruãtia Regularis. Additur etiam maximam exemptionum, conſuetudinem etiam immemorabilium, ſeu priuilegiorum, aut indultorum derogatio. Vnde Prælati regulares debent curare, vt in hoſpitalitate nõ is habeatur delectus perſonarum, aut diuites potiſsimum inuitentur, qui cum fœnore reddant, quod acceperunt. Sed cum Regularium perſonarum domus nemini quãtum per facultates licuerit clauſas eſſe deceat, profecto illis maximè patere debent, qui Dei voce, Sanctorum Patrum cohortationibus, & exemplis Sacrorum Concilio rum præcepto, & autoritate nobis commendati ſunt. Qua in re ne vlla fraus fieri poſsit, ineatur aliqua ratio Prælato Regulari probanda, quæ ei conſtare poſsit, in quas perſonas fructus illi erogati fuerint: Quos autem comperit Prælatus, vel inique diſtribuendo, vel in ſuorum commodum conuertendo vel inutilibus, & ſuperuacaneis ſumptibus faciendis malè in adminiſtratione verſari eos pro modo eulpæ puniat, & ad reſtitutionem legitimè compellat, & ab officio etiam, ſi ei videbitur, amoueat.

ARTICVLVS. III.

Vtrum hoſpitale poſsit committi per legatum religioſo iuxta Clementinam, quia contingit.

REſpondeo dicendo, quod iure communi non poteſt. Hanc opinionem tenet Cardinalis *a* fallit tamen hoc, quando hoſpitale habet Eccleſiam curatam, annexam, prout Cardinalis *b* tenet: fallit ſecundo, quando hoſpitale eſſet ſolitum gubernari per Regulares, vt multa hoſpitalia, quæ ſunt de menſa Monaſterio rum, tunc enim ſicut Abbas poteſt vnum ex ſuis Religioſis præficere: ita & legatus â latere. Ita tenet Lappus. *c* Fallit tertiò, quando religio eſt fundata in hoſpitalitate, vt tenet Lappus. *d* Fallit quarto ge-

a Cardi. in Clem. 2. q. 2. de præben. & in Clem. 2 §. vt autem q. 1 de reli. domi.

b Cardina. vbi ſup.

c Lappus in tract. hoſpitali col. 4.

d Lappus vbi ſup.

to generaliter, vbicũque neceſsitas hoſpitalis, & pauperum id ſuadet, quoniam etiã Epiſcopus hoc caſu poteſt monachum â monaſterio auocare, â clauſtro, vt tenet Rotæ e deciſio, & tenet Gambarus. Plura de hoſpitalarijs vide apud Conciliũ Colonienſe f ſub Hermano Quinto Archiepiſcopo. Et Conciliũ Colonienſe ſub Adolpho Tertio Archiepiſpo in forma viſitandi hoſpitalitatem monaſteriorum.

e Rotæ decis. 274 in antiquis Gambarus de autorit. legat. de latere. li. 8, n. 44.

f Conc. Colonien. par. 27 par. 7. c.

QVÆSTIO. LXXXV.

De indulgentijs in communi quoad ſuam quidditatem & diuiſionẽ in quatuor articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 Quid ſit indulgentia eccleſiaſtica.
2 Quotuplex ſit indulgẽtia.
3 Quid ſit indulgentia plenaria.
4 A quo cœperit iubileus & quid ſit.

ARTICVLVS I.

Quid ſit indulgentia Eccleſiaſtica.

RESpondeo dicẽdo, quod indulgẽtia abſolutè ſumpta eſt remiſſio iuris dictialis pœnæ temporalis pro peccatis actualib⁹ Deo debitę facta à prælato Eccleſię de cõmuni Eccleſię theſauro. Hęc diffinitio declaratur primo per ſingulas, ei⁹ particulas, & poſtea breuiter probatur. Dicitur ergo, q̃ indulgẽtia eſt remiſsio, in quo notatur, q̃ prędictę remiſsioni, ſeu abſolutioni pœnarũ eſt annexa cõmunicatio, ſeu diſpẽſatio theſauri Eccleſię ad faciẽdã ſolutionẽ, ſeu ſatisfactionẽ pœnarũ, & ideo alij Doctores etiam dicunt, quod indulgentia eſſentialiter eſt abſolutio pœnarum, vt ſic homo maneat liber, & abſolutus â debito pœnarum: ex quo iam ſic ſunt ei remiſſæ, condonatæ, aut relaxatæ propter prædictam ſolutionem, ſeu ſati factionem pœnarum factã de theſauro Eccleſiæ ſibi per indulgentiam communicato, ſeu diſpenſato.

Dicitur iuriſdictialis, quia conceſsio indulgentiæ eſt actus iuriſdictionis eccleſiaſticæ, & nõ actus ordinis, & in hoc differt ab abſolutione ſacramentali culpæ, vel pœnę, quę nõ ſolũ eſt actus iuriſdictionis ſacramẽtalis, ſed etiam ordinis ſacerdotalis.

Dicitur pœnæ, quia per indulgentiam non remittitur culpa, ſed tantum pœna.

Dicitur temporalis, quia reatus pœnæ æternæ non tollitur per indulgentias, ſicut nec culpa.

Dicitur pro peccatis actualibus, quia indulgentia non tollit pœnas debitas, aut conſequentes peccato originali,

Dicitur Deo debita, id eſt, quæ in ſacramẽto eſt iniuncta, aut quæ debet iniungi tã in foro Dei quã in foro Eccleſiæ, nã indulgentia ad forũ ſacramentale, ſeu pœnitentiale aliquo modo pertinet, & per hoc excluduntur pœnę debitę in foro contentioſo, ſeu exteriori. Dicitur facta à prælato ad differentiã remiſsionis pœnæ, quæ fit in foro ſecreto virtute cõtritionis, aut ſacramẽtalis abſolutionis, talis enim remiſsio pœnę non eſt, nec dicitur indulgentia Eccleſiaſtica proprie loquendo, de qua modo agimus, ſed ſolum illa, quæ fit â prælato, vel ab eius autoritatem, vel commiſſionem habente.

Dicitur de communi theſauro Eccleſię ad differentiã cõmunicationum bonorũ, quæ fiunt â prælatis religionũ recipientibus aliquos ad cõfraternitatẽ, ſeu cõmunicationem bonorum ſpiritualiũ ſuorũ ſubditorũ, talis enim cõmunicatio nec eſt nec dicitur indulgentia Eccleſiaſtica, quia neque eſt remiſsio, neque eſt actus iuriſdictionis, prout latè probauimus in primo a tomo quæſtionum regularium. a 1. tom. 34.

Sic explicata diffinitione ſtatim accedẽdum erat ad eius probationem, ſed quia ex propoſito non eſt noſter tractatus de indulgentijs, ideo nolo eam in præſentiarum autoritatibus ſacræ ſcripturæ, & conciliorum comprobare, legat lector doctiſſimum Cordubam b qui ſuo more rem latiſsimè, & doctiſsimè explicat. b Cord. lib. 5. qq. q. 3. per totam.

ARTICVLVS II.

Quotuplex ſit indulgentia.

REſpondeo dicendo, quod triplex eſt indulgẽtia. *In* primo enim modo ſumitur abſolutè, aut ſimpliciter, quæ dicitur per modũ iuriſdictionis, quæ diffinita eſt in articulo ſuperiori. Secundo modo ſumitur indulgentia per modũ participationis, quâ quis poteſt recipi ad cõmunicationẽ bonorũ alicuius perſonæ, ſeu cõmunitatis, aut congregationis, de qua in primo tomo latè egimus, & de ea agit Corduba.[a] Tertio modo ſumitur indulgentia pro indulgẽtia per modũ ſuffragij, quæ tãtũ cõceditur animabus purgatorij. Cuius indulgentiæ quatuor diffinitiones affert Corduba *b* quarũ quarta eſt, quod indulgentia per modũ ſuffragij eſt diſpenſatio, ſeu cõmunicatio theſauri indulgentiarum autoritatiuè facta per prælatũ Eccleſiæ pẽdens quoad ſuũ fructũ, ſeu effectũ remiſſionis pœnarum â ſola liberali, & gratuita Dei acceptatione. Oportet autẽ hanc diffinitionem explicare, vt omnibus ſit nota. Dicitur, quod eſt diſpẽſatio, vel cõmunicatio theſauri indulgentiarũ. Nam indulgẽtia per modũ ſuffragij eſſentialiter non eſt remiſsio, neque abſolutio pœnarũ, cũ non ſit actus iuriſdictionis, in quo differt ab indulgẽtia proprie, & abſolutè ſumpta, quæ eſt per modũ iudiciariæ poteſtatis, & eſt actus iuriſdictionis, vnde eius natura, & eſſentia ſtat principaliter in abſolutione, ſeu remiſsione pœnarũ. Dicitur autoritatiuè facta per prælatũ Eccleſiæ, quia talis cõmunicatio theſauri indulgentiarũ, quę fit in indulgentia per modũ ſuffragij, neceſſario debet fieri ab habente autoritatẽ ſuper cõmunem theſaurum indulgentiarũ ad ipſum cõmunicandum per viã indulgentiæ huiuſmodi. Ex quo ſequitur, quod remiſſio pœnarũ, quæ habetur per ſacramenta, per contritionem, aut per quæcunque merita de congruo, aut per ſatisfactiones, aliorum, aut per cõmunicationẽ bonorũ quorũcunque non ſunt vllo modo indulgentiæ per modum ſuffragij, nec alio modo.

Dicitur pendens quoad fructum, &c. à ſola liberali, & gratuita Dei acceptatione, quę particula ita explicatur, ſcilicet, quod Deus ſtãte lege nõ neceſſario quoad totũ ſuum fructũ ex iuſtitia legis acceptat ſem per prædictam communicationem theſauri, pro eo, cui conceditur, ſed partim ex iuſtitia legis, partim ex liberalitate, & gratia ſicut & omnia alia ſuffragia pro defunctis & omnia alia merita de congruo. Nam ex iuſtitia legis certum eſt, quod acceptantur, & valent aliquid coram Deo pro eo, pro quo fiunt, quoad quantitatem autem fructus, & quando, & quomodo talis fructus concedatur, id pendet ex gratia, & liberalitatẽ, ita quod licet certõ, & infallibiliter Deus liberaliter acceptet ſupradictã communicationem theſauri pro eo, cui cõceditur indulgentia, ſicut & alia ſuffragia Eccleſiæ, non tamen abſoluit ſemper infallibiliter illum â tãto debito pœnarum, ſed aliquando in toto, aliquando in parte, prout ſibi placuerit, & viſum fuerit decens ſuæ miſericordiæ, & liberalitati attenta dignitate aut meritis eius, pro quo debet acceptari.

Quod ergo ſit de indulgensiæ eſſentia per modum ſuffragij hęc particula, ſic declaratur, & probatur, quia omne ſuffragiũ eccleſiaſticum, omniſque ſatisfactio quomodocunque, & pro quocunque, maximè ſi fiat pro alio, habet apud Deum ſuum valorem, ſperaturque eius acceptatio non quidem neceſſario, & infallibiliter per ſolam viam iuſtitiæ legalis, ſed ſimul, & præcipuè, vt declaratum eſt per viam gratiæ, & miſericordiæ liberalis, indulgentia autem per modum ſuffragij eſt de numero ſuffragiorum Eccleſiæ pro alio factorum, ergo ipſius valor, & acceptatio quoad quãtitatem fructus ſperatur â Deo per viam liberalitatis, conſequentia eſt bona, & minor probatur ex ipſo nomine. Nam eo ipſo quo eſt indulgentia eſt cõmunicatio theſauri ſatisfactorij, & eo ipſo quo talis indulgentia & communicatio eſt, aut fit per modum ſuffragij, conſtat quod ingreditur numerũ ſuffragiorũ Eccleſiæ quoad ſuam vim, ſeu valorem ſatisfactorium, ad quod facit id, quod tradit D. Bonauentura *c* dicens, quod indulgentiæ defunctorum ſunt de nobiliſſimis ſuffragijs Eccleſiæ, & cum eo in hoc concordant cõmuniter Doctores. Quod autem hæc ſuffragia ualeant per viam liberalitatis acceptantis Dei, probatur. Nullibi enim legitur, quod Deus promiſerit acceptatum ſatisfactoria ſuffragia quoad totum ſuum fructum pro alio quocunque, ſed fieri ſuaſit, & iuſſit in ſpe ſuæ miſericordiæ, & li-

[a] Cord. li. 5. de indul. q. 42. art. 5.

[b] Cord. vbi ſup. q. 15.

[c] Bonauen. in 4. di. 20.

& liberalitatis. Et confirmatur, nam ratio ſuffragij propriè ſumpti in vſu eccleſiaſtico, hoc quidem innuit, nam tunc tantum propriè fit ſuffragium, ſeu auxilium alicui ſuper aliqua re, quando eſt ſic agens, quod exiſtens in tali diſpoſitione nihil omnino iuris habet apud ſuum conditorem, ſeu iudicem, aut Dominum, cui debitor eſt, vt per ſe, vel per alium per viam iuſtitiæ poſſit pro ſuo debito ſatisfacere, aut ſe liberare aliquid agendo, ſed ſolum poteſt ex liberalitate, & miſericordia acceptare volentis adiuuari per alium, & tale auxilium, huic impenſum ab aliquo dicitur plenam propriamque rationem auxilij Eccleſiaſtici habere, alioquin non poſſet dici omnino indigens auxilio ſuffragantis & miſericordia, & liberalitate acceptantis Dei, ſi aliquo modo per viam iuſtitiæ ſtante lege perſe, vel per alium aliquid agendo poſſet liberari à debito pœnarum. Et cum his videntur concordare D. Thomas *d* & Richardus dicentes, quod imperare per modum ſuffragij innititur liberalitati eius, qui oratur, & ad idem videntur communiter Doctores *e* præter Durandum, qui videtur aliquo modo diſſonare. Et hoc modo ſunt intelligenda tradita per Caietanum *f* & à Gabriele, & Nauarro, & plenius infra dicetur in quæſtione de indulgentijs per modum ſuffragij.

d D. Th. in 4. d 45. q 6. ar. 2. Richa. ead diſt. art. vl. q 3.

e DD. d. d. & Durá. q 1 f Caie. quo libet 2. & in tract. de indul. q 5. & c 5. in alio tra. Gabri. can. lect. 57. & ſup. ei s in d. diſt. 45. q. 3. ar. 1 not 2 Nau de indul. not. 19. & 22. & 23. & ſeq.

ARTICVLVS III.

Quid ſit indulgentia plenaria.

REſpondeo dicendo, quod quamuis olim aliud eſſet indulgentia plenaria, plenior, & pleniſsima, & iubileus. Nunc autem ex ſtylo curiæ quantum attinet ad rationem indulgentiæ hæc omnia idem ſunt. Quæ veritas patet ex his, quæ Doctores antiqui, & moderni diuerſimodè ſunt locuti de his vt patet ex Paludano *a* & ſupplemento Gabrielis, & Adriano, & cõmuniter Doctoribus. Et innuitur in extrauaganti Bonifacij Octaui *b* Doctores autem maxime variant, quę dicatur indulgentia plenaria, plenior, & pleniſsima, cuius rei quinque opiniones refert Corduba: *c* & tandem ait, quod quoad rationem indulgentiæ, quæ eſt remiſſio pœnarum pro peccatis, idem eſt indulgẽtia plenaria, plenior, & pleniſsima, & hanc opinionem amplectitur Soto, *d* quam etiam ſequitur Medina, & quod illa forma concedendi indulgentiam plenariam, pleniorem & pleniſsimam potius valet ad tollendũ ſcrupulos, qui ex varietate opinionum prædictarum oriri poſſunt, quàm ad diffe rentiam aliquam earum indulgentiarum denotandã, quia omnia important remiſſionem omnium pœnarum omnium peccatorum mortalium, & venialium, tàm de iniunctis, quã de nõ iniũctis, tãde cõfeſsis, quã de nõ cõfeſsis, quomodocũq; , & hoc habet veritatẽ, quãdo ſic abſolutè ſine vlla limitatione cõcedũtur, ſecus ſi limitate expreſſe cõcedãtur de iniũctis, aut de cõfeſsis quia de illis tantum intelligitur talis indulgentia etiam pleniſsima, aut iubileus ſic limitate conceſſus, quanuis iubileus raro cũ limitatione aliqua, ſed abſolute fere ſæpius conceditur.

a Palu. in 4. d. 20. q. vlt. ſup. Gab. in 4. d. 45. q. 3. artic. 1. not. 3. & 4. Adr. in mat. dein dulg.

b c. antiquo rũde pœnit. & remi.

c Cord. li. 1. de ind. q. 11. art. 1.

d Sot. in 4. d. 21 q. 2. ar ti. 1. Medin. de indulg.

Diximus quod quoad rationem indulgentiæ prædicta omnia ſint idem, quia quoad aliud videtur iubileus aliquid aliud importare, nam quando ſimul cum indulgentia plenaria abſolutè conceſſa concedit etiam Papa quod quis poſsit abſolui ſacramentaliter de omnibus caſibus, excommunicationibus, & peccatis, tunc ſolet dici iubileus, & non aliter, vt ait Ioannes de Anania quem ſequitur Florentinus, ſupplementum Gabrielis, & Sylueſter. Et ratio huius eſt, quia ſic habet ſtylus curiæ Romanę, cui ſtandum eſt, & ſic habetur in multis literis papalibus his tẽporibus modernis conceſsis. Similiter habet ſtylus curiæ, & conſuetudo optima legũ & conceſſionũ interpres, quod quando Papa concedit, quod quis poſsit abſolui plenariè, ſacramentaliter concedit etiam indulgentiã plenariam poſſe concedi.

e Anani. in tract. de indul. Florẽ. 1 p. ti. 10. c 3 §. 36. ſuppl. Gab. in 4. d. 45. q. 3. ar. 1. not. 1. & 3. & art. 2. con clu. 9. & Syl ueſ. tit. ind. q 10. p. 1.

Sed contra prædicta videtur facere, nã in aliquibus bullis cõcedũtur vltra indulgẽtiã plenariã tot dies, vel quadragena de indulgentia. Nã ſi indulgẽtia plenaria omnem pœnã remittit, vt quid vltra tot dies vel quadragenæ conceduntur?

Pro explicatione huius difficultatis videndũ eſt, quid ſignificẽt hęc nomina, *carena*, *quadragena*, *ſeptena*, quę ponũtur in iure canonico, & etiã in bullis, *carena*, vt patet ex iure canonico *f* vbi, *carena*, dicitur tempus quadraginta dierum in pane, & aqua cum ſeptem ſequentibus annis, & ſic ſecundum Gloſſam *g* in dicto loco dicit, quod, *carena*, eſt vocabulum Longobardorum ſic dictum à carentia hominum, quia

f c. accuſat de accuſat c. accepiſti. deſpõſ. duorum.

g gl. of. in d. c. accuſati.

quia e-ſturi illam pœnitentiam, quaſi ſolitarij ſecludebantur â populis, vt in Numeris *h* legitur de Maria ſorore Aaron, & hæc pœnitentia regulariter infligebatur pro quolibet mortali, vt dicitur in Decretis *i* & de hac pœna, quæ dicitur Carena, fit mentio in Decretis *k* & videtur, quod Carena complectitur quadragenam dierum, & Septenam annorum, vt patet in literis papalibus, vbi conceditur Carena indulgentiæ, tunc enim per talem indulgentiam conceditur tempus quadraginta dierum, & ſeptem annorum pœnitentiæ.

h Nu. 22. c.

i 33. 2. c. hoc ipſum.

k Diſ. 50. c. in capite.

De quadragena vero, & ſeptena etiam dico, quod aliquando ſunt nomina pœnæ aliquando nomina indulgentiæ, prout notat Iacobus *l* Cardinalis, & Clemens Papa primus primô inſtituit quadragenam per quam ſignificatur tempus pœnitentiæ quadraginta dierum & ſeptenam, per quam ſignificatur tempus pœnitentiæ ſeptem annorum. Nam ſtatuit, quod peccatores pro mortali excluderentur ab Eccleſia, & pœnitentiam agebant nudo capite aſperſo cinere per illos quadraginta dies, & deinde iniungebatur eis pœnitentia ſeptenalis per ſacerdotem, & Innocentius Primus iniungebat pro vno mortali ſeptenariam modo certo peragendam, quæ dicebatur ſeptena, aut ſeptenaria Innocentij, & ſic patet, quo modo quadragena, & ſeptẽna ſunt nomina pœnarum, ſunt autem nomina indulgentiarum in literis papalibus, quando conceditur quadragena indulgentię, id eſt, quadraginta dierum, & ſeptena, id eſt, ſeptem annii indulgentię, vt tenet Paludanus. *m* His ſuppoſitis reſpondetur ad argumentum ſupra poſitum. Primô quod ideo poſt indulgentiam plenariam illa limitata conceduntur, vt ſi cauſa indulgentiæ inſufficiens fuerit ad indulgẽtiam plenariam, ſaltem lucretur illos dies, vel quadragenas is, cui talis Bulla conceditur.

l Iacobus Cardinalis in ſuo trac. de indul.

m Palud. in 4. di. 20. q. 4 ar. 2. cõ. 4

ARTICVLVS IIII.

A quo cœperit iubileus, & quid ſit.

RESpondeo dicẽdo, quod iubileus creditur incepiſſe â tempore Bonifacij Octaui circa annum Domini milleſimum trecenteſimum, vt habetur in quadã extrauaganti *a* & dicitur iubileus à Iobel Hebraice, quod Latinè eſt initium, inde iubileus, id eſt, initians quia in lege veteri in illo anno iubilei incipiebant libertates poſſeſsionum, & ſeruitutum, & remiſsiones offenſarum, omniaque redibant ad ſuum priſtinum ſtatum, vt in Leuitico habetur *b* & ideo tunc fiebat magnum gaudium, & iubilus libertorum â ſeruituti bus antiquis, vel potius dic, quod Iobel Hebraice eſt idem, quod buccina Latinè, quia tempore iubilei Hebræi clangebant buccinis, vt legitur in eodem Leuitici loco, & habetur in interpretationibus Biblię emẽdatis. Inde etiam per analogiam â prædictis, & per etymologiam Latinam poteſt etiam iubileus dici â iubilo, quia per iubileum homini ſpiritualiter renouato, & ad gratiam baptiſmalem reducto eſt gaudiũ magnum conſcientiæ, & cordis, & oris iubilatio, & gratiarum actio, laudumque perſonatio ſecundum illud Pſalmi. *c Buccinate in Nœomenia tuba, in inſigni die ſolennitatis veſtræ*, & huic videtur fauere quædam Extrauagans. *d* Alexandrinus *e* autem, & Turrecremata aiunt iubileum idem eſſe, quod remiſsiuum. Nauarrus *f* autem ſequutus Marcum Antonium, & Euſebium ait vocem illã Iobel ſignificare quinquagenarium idemque valere vocem illam iobeleum, de illa voce iobel â latinis deductam, qui Nauarrus *g* per aliquot notabilia non ſolum originem huius vocis iubilei, ſed etiam differentiam iubilei veteris, & nouæ legis deſignat.

a Extrau. antiquorũ de Pœni. & remiſ. Florẽ. prima. part. tit. 10 c. 3. § 6. & 7.

b Leuit. 25.

c Pſal. 8.

d Extraua. vnigenitus de pœni. & remiſ.

e Alexã. in ſum. de pœnit. diſt. 7. Turrecre.

f Nauar. in tract. de iubil. no. 1. n. 3

g Na. vbiſu. no. 2. 3. & 4

QVÆSTIO. LXXXV.

De poteſtate concedendi indulgentias in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 Vtrum prælati religionum poſſint concedere indulgentias.

2 Vtrũ ex priuilegio poſſint prælati religionum indulgentias concedere.

ART.

ARTICVLVS I.

Vtrum prælati religionum poſſint concedere indulgentias.

REſpõdeo dicendo, quod Sũmus Põtifex poteſt cõcedere indulgẽtias, vt in iure *a* notum eſt. Item Concilĩ, Patriarchæ, & primates, Archiepiſcopi Epiſcopi poſſunt concedere indulgẽtias, vt in ſacris Canonibus ſatis diffinitur, & tradũt Soto *b* Sylueſter, Corduba, Angles, Ouando, Cañedo, & Corduba, Cardinales vero ſi nõ ſunt prælati, & etiã Patriarchæ, aut primates non poſſunt de iure cõmuni cõcedere indulgentias, bene tamen ex priuilegio, ſeu ex cõmiſsione generali, vel ex conſuetudine, prout tradit Corduba *c* conſuetudo enim dat iuriſdictionem, vt tradit Couarruuias, & actus, inferiores autẽ â Papa vt Epiſcopi nõ poſſunt concedere niſi taxatè, & limitatè, limitatio autẽ facta ipſis circa indulgentias procedit etiã ſecundũ ius in ipſis religionum prælatis habentibus iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalẽ.

Sed vt hæc clariora reddantur, dico primo, quod prælati inferiores Epiſcopis, ideſt prælati, qui nõ habẽt iuriſdictionem quaſi Epiſcopalẽ, quales ſunt curati, priores, guardiani, & cæteri prælati locales nõ habẽt ex officio vllam poteſtatem ordinariã iure diuino cõceſſam ad cõcedendas indulgentias, nam poteſtas huiuſmodi pertinet præciſe ad dignitatem, & iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, vt aperte conſtat ex iure *e* in quo dicitur, quod Abbates cõcedendo indulgentias extendunt manus ad ea, quæ ſunt dignitatis Epiſcopalis.

Secundo dico, quod loquendo de prælatis religionũ habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem, quales generales, & prouinciales videntur habere autoritatem ordinariam iure diuino conceſſam ad largiendas indulgẽtias, licet enim Corduba, *f* teneat partem negatiuam, partem tamen affirmatiuã tenet frater Michael â Medina, & vt probatiſsimam amplectitur, â qua ſententia cum ſit pia nolo recedere, eo præſertim quod in religionum tutelam, & patrociniũ excogitata ſit: fundamẽta autem huius opinionis ſunt. Nam prędicti præfecti ſunt verè, & propriè, prælati (vt idem Medina dicit) iure diuino conſtituti, vt iam in primo tomo tetigimus *g* & habent iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalẽ, imo ampliorẽ, quã Epiſcopi, quia non ſolũ poſſunt excõmunicare, ſed applicare bona ſubditorũ vt in eodẽ primo tomo *h* ſatis probauimus, ergo iure diuino habent facultatẽ concedendi indulgẽtias, cũ poteſtas cõcedẽdi indulgẽtias ſit poteſtas iuriſdictionis Epiſcopalis, qua prædĩti ſunt religionum maiorẽs, & ideo licut Epiſcopus dicitur ſpõſus ſuę Eccleſię, ſic generales, & prouinciales iurę optimo ſuarũ religionũ, & religioſorũ ſponſi nuncupantur. Neq; obſtat Decretalis *i* in contrariũ adducta. Ibi enim reprehenduntur Abbates dantes indulgentias, non quidẽ exẽpti regulares, ſed Abbates ſubditi Epiſcopis cognoſcentes de cauſis matrimonialibus, & beneficiarijs, & ſi erant Abbates exẽpti (quod ego nõ admitto) erant quidẽ præfecti locales nõ habẽtes iuriſdictionẽ Epiſcopalẽ, ſi vero dicamus loqui de Abbatibus exẽptis habentibus iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalẽ, reprehenduntur, quia forſan cõcedebãt indulgentias nõ ſolũ ſuis ſubditis, ſed etiã ſæcularibus, & religioſis ſub aliorũ iuriſdictione militãtibus.

Nec obſtat conſuetudo in contrariũ qua docemur prędictos prælatos nunquã ex officio conceſſiſſe huiuſmodi indulgentias. Nã reſpondetur, quod hæc cõſuetudo tollit vſum, non tamen poteſtatẽ, contra ius enim diuinũ (quo dicimus huiuſmodi poteſtatem conceſſam) nulla eſt præſcriptio, & ideo ſi dicti prælati attentaſſent concedere, ſicut Epiſcopi attẽta ſupra dicta probabili opinione tenerẽt factũ, vt ait Medina.

a c. vnigenitus de pœn. & remiſ.

b c. quod autẽ, & c. noſtro de ſent. excom. Sor. in 4. d 21. q. 1. ar. 4. Sylu. v. indulg. n. 11. Angl. in 4. 2. p. q. de indulg ar. 3. in pr. col. 1. fo. 24. Ouãdo in 4. d. 18. præpoſi. 38. Cañedo tracta. 9. de indul. c 3. pagi. 299. Corduba lib. 5. qq. q. 12.

c Cord. vbi ſup. prop. 4. dub. 1. circa finem q. d Couar. in reg. poſſeſſ. 2. p. §. 3. n. 1.

e c. acceden tibus de exceſſ. præla.

f Cord. vbi ſu. propoſ. 9. Medi. de indul. diſp. 6. c. 29.

g 1. Tom. q. 17. ar. 9.

h 1. Tom. q. 34.

i d. c. accedentibus.

ARTICVLVS II.

Vtrum ex priuilegio poſſint prælati regulares indulgentias concedere.

REſpondeo dicendo, *quod Leo Decimus conceſsit, quod omnes prouinciales fratrum minorum regularis obſeruãtiæ acta viſitatione ordinaria in conuentibus ſuæ prouinciæ habeant facultatem concedendi indulgẽtiam plenariam omnibus fratribus cuiuslibet conuentus ſic viſitati, & idem de monialibus Sanctæ Claræ,*

& tertiarijs in cõgregatione viuẽtibus. Ita habetur in supplemento a ordinis.

a Suppl fol. 93. conces. 285.

Et Gregorius XIII. viuæ vocis oraculo concessit, vt possint visitatores societatis Iesu in singulis collegijs, & societatis locis absoluta visitatione concedere religiosis societatis benedictionem, & indulgentiam plenariam, & hoc in perpetuum. Ita habetur in Compendio b societatis.

b Compen. socie. ii. visitatores.

Item Alexander IIII. concessit vt fratres minores inquibuscumque Ecclesijs, vel locis eos prædicare contigerit possint dare suis auditoribus indulgentiam, quadraginta dierum. Ita habetur in lib. monumenta c ordinum.

c In 2. imp. fo. 60. concef. 654.

Item Martinus V. concessit generali ministro posse dare de toto ordine suffragia indulgentiarum, & orationum, & beneficiorum spiritualiũ quibuscumque personis deuotis, & benefactoribus nostri ordinis. Quæ concessio prout in primo tomo d notauimus, nõ est priuilegium, sed ius commune quia eo ipso quod aliquis est alicuius congregationis prælatus habet autoritatem dispensatiuam communium bonorum ipsorum de congregatione, prout resoluit Corduba. e

d 1. Tomo, q. 34.

e Cor lib. 5. qq. 7.

QVÆSTIO. LXXXVII.

De indulgentijs plenarijs, & à fidelibus in festiuitatibus lucrandis, à Religiosis in 12. articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duodecim.

1 *Vtrum in die receptionis habitus & in die professionis consequantur religiosi indulgentiam plenariam.*

2 *Vtrum religiosi & religiosæ in diebus in quibus cõmunicant indulgẽtiam plenariam consequantur.*

3 *Vtrum religiosi recitãdo coronam Domini Iesu Christi & coronam Beatæ Virginis indulgentiam plenariam consequantur.*

4 *Vtrum pro missa Conceptionis B. Mariæ & pro eius festo indulgentia plenaria concedatur.*

5 *Vtrum sit indulgentia plenaria pro festiuitatibus ordinis minorũ.*

6 *Vtrum in festo portiunculæ indulgentia plenaria concedatur.*

7 *Vtrum religiosi possint lucrari indulgentiam plenariam dicendo quinquies pater noster cum totidem Aue Maria.*

8 *Vtrum monachi Carthusienses indulgentiam simile consequantur.*

9 *Vtrum religosis in articulo mortis indulgentia plenaria concedatur.*

10 *Vtrum hæc indulgentia in articulo mortis possit concedi à Laico.*

11 *Vtrum Lethargicus & phreneticus vel amens post electionem confessarij possit plenariè absolui per huiusmodi indulgentiam.*

12 *Vtrum pro salutatione angelica quando pulsatur campana aliqua indulgentia concedatur.*

ARTICVLVS I.

Vtrum in die receptionis habitus, & in die professionis consequãtur religiosi indulgentiam plenariam.

RESpondeo dicendo, quod Sixtus IIII. *concessit quod in receptione habitus cuiuslibet fratris ordinum S. Francisci sit indulgentia plenaria recipienti, & similiter in die obitus.* Ita habetur in libro, monumen-

a In 1. impr. fo. 63. & in 2 fo. 67. cõceſ. 104. & in ſuppl. fo. 96. conceſ. 320.

ta *a* ordinũ, & in ſupplemento. Circa quã conceſsionẽ eſt notandũ, quod illa verba in receptione habitus poſſunt duobus modis accipi. Primo quãdo recipitur habitus probationis, alio modo quando recipitur habitus profeſsionis, & in hac cõceſsione conceditur indulgentia plenaria in die, in qua recipitur habitus probationis, vt clare ſonat litera priuilegij, & ex alio priuilegio Iulij II. *Facto minimis clarius colligitur, conceſsit enim, quod omnes perſonæ, quæ recipiuntur*, in ordine minimorũ in earũ ingreſſu, & morte plenariam omniũ ſuorũ peccatorũ veniã, & indulgentiam conſequentur. Ita refertur in compendio *b* ſocietatis.

b Compen. ſociet. ti. in dulgen. §. 4

Pro die autẽ receptionis habitus in profeſsione, notandum eſt, quod attribuitur D. Thomæ, *c* opinio quædam ſingularis, quod is, qui profitetur aliquã religionem, proinde ſibi quærit indulgentiã plenariã, ac qui ſuũ corpus ſubſidio terræ Sãctæ deuouet. Multi poſteriores, inter quos Felinus *d* hãc tenuerũt opinionẽ, ſed videam, vtrũ D. Thom. huius fuerit opinionis pro quo eius verba ſunt põderãda, & ſunt hęc.

c Tho. 2. 2. q. 189. art. 3. ad. 3.

d Feli. in ca. noſtro de pœnit. & remiſ. col. 4.

Rationabiliter autẽ dici poteſt, quod etiam per ingreſsum religionis aliquis cõſequatur remiſsionẽ omnium peccatorum, ſi enim aliquibus eleemoſynis factis homo poteſt ſtatum ſatisfacere de peccatis ſuis ſecundum illud Danielis e peccata tua eleemoſynis redime, multo magis in ſatisfactione pro omnibus peccatis, ſufficit, quod aliquis totaliter diuinis obſequijs mancipetur per religionis ingreſſum, qua exceditur omne genus ſatisfactionis, & publicæ pœnitentiæ, vt in Decretis f habetur, ſicut etiam holocauſtum excedit ſacrificium vt D. Gregorius g inquit, vnde legitur in Vitis Patrum, quod eandem gratiam conſequuntur religionẽ intrantes, quam conſequuntur Baptizati. Hactenus D. Thomas, qui in illis verbis, *eleemoſynis factis*, & in illis, *ſicut holocauſtum &c.* Palam ſignificat ſe de remiſsione merito proprio nitente, & nõ de indulgẽtia de meritis alienis hauſta agere. Et adde quod gratia Baptiſmalis, cui ſecundũ aliquos æquat gratiã profeſsionis, non eſt in dulgentia, vt palam eſt, quia non datur ſine ſacramento Baptiſmi, tamet ſi memorãda eſt illa virtus magna profeſsionis, quam vir ille doctiſsimus ſimul cum cõmuni voto peregrinationis in terrã Sãctã facto prę ponat. Denique nõ eſt ita certum loquendo ſecundũ meritũ, & vim ipſius profeſsionis ipſam indulgentiã plenariã profitẽti cõmunicari. Vnde dicunt cõmuniter omnes, quod per dictã conceſsionẽ Sixti IIII. cõſequũtur nouitij in die profeſsionis Indulgẽtiã plenariã, at ego dictã cõceſsionẽ etiã ad diẽ ſuſceptionis habitus in religione, cũ quis ingreditur religionẽ ad eã probandã putõ extendendã, cũ verba dictæ conceſsionis Sixti IIII. hanc interpretationẽ patiantur, & verba conceſsionis Iulij II. factæ minimis id ſatis indicent vtcumque tamen ſit, quod nouitius profitens hanc indulgentiã cõſequatur, tenet M. Antonius Cuqus *h* adducẽs autoritatẽ D. Bern. *i* dicẽtis, *Religio amatores ſuos Angelis, ſimiles hominib⁹ diſsimiles facit, diuinãque in homine imaginem reformat cõfiguransnos Chriſto inſtar baptiſmi & proprius Deus euehens*, & hanc opinionem tenet Angelus K non enim ad certam peccati ſatisfactionem tenetur is, qui totum tempus ſuo conditori dicat, vt dicitur in Decretis. I

e Daniel. 4.

f 33. q. 2. c. ad monere.

g Grego. in hom. 10. in Ezech.

h Cuq. lib. 3 maior inſti. ti. 1. de reg. n. 49. & 50.

i Bern in li. de præcep. & diſp. ca. 40.

K Ange. vi religio. nu. 46.

Ic. quis aliquando videat. §. non ergo eſt neceſſa. d. 1.

ARTICVLVS. II.

Vtrũ religioſi, & religioſæ in diebus, in quibus communicant, indulgentiam plenariam conſequantur.

REſpondeo dicendo, *quod Innocentius Octauus conceſsit, vt fratres minores celebrantes in diebus Dominicis, & ſolemnitatibus Domini & B. Mariæ, & ſanctorum ordinis minorum habeant indulgentiam plenariam.* Ita habetur in monumentis *a* ordinum, & in ſupplemento, *& idẽ Innocen-*

a In 2. impr. fo. 69. conceſ. 148. & in ſupp. fo. 99. conceſ. 361.

tius

tius VIII conceſſit, vt moniales cõmunicantes habeant indulgentiã plenariam. Ita habetur in monumentis *b* ordinum, & *Leo X. conceſſit ſororibus, ſeu ancillis B. Mariæ, & monialibus S. Claræ, vt quoties ſacram ſumpſerint cõmunionem, ea die conſequi valeant indulgentiam.* Ita habetur in ſupplemento. *c* Exquibus colligitur primo, quod cum religioſi ordinis minorũ, & omnes ordinum mendicantium qui gaudeant priuilegijs monialiũ S. Claræ, prout in primo tomo *d* ſatis probauimus, quod quotieſcũque communicauerint ipſi fratres, & religioſi, & religioſæ etiam ordinum non mendicantium conſequuntur indulgentiam plenariam, ſi ordinum mendicantiũ priuilegijs fruuntur.

b Inn. imp. 069. conceſ. 150.

c In ſuppl. fol. 41. conceſ. 127. & fol. 42. conceſ. 133.

d 1. To. q.

Secundo ſequitur, quod cũ confratres chordigeri B. P. N. Franciſci fruantur omnibus indulgentijs fratribus minoribus conceſsis, hoc magno, & ſalutifero indulto etiã gaudebunt, quod ipſum de confratribus corrigiatis D. Auguſtini dicendum exiſtimo, cum ipſorũ fratrum Auguſtinianorum indulgentiæ ipſis communicentur, prout in primo tomo *e* ſatis probauimus.

e 1. Tomo, q. 58.

Et pro complemento aduertendum, *quod fratres ordinum mẽdicantium pœnitẽtes, & confeſſi celebrantes vel ſacramẽtum Euchariſtiæ deuote ſuſcipiẽtes in ſingulis tã D. N. Ieſu Chriſti, quam eiuſdẽ matris Mariæ feſtiuitatibus, necnon S. Luciæ, S. Alberti Sãctorum quadraginta Martyrum, S. Mariæ Magdalenæ, Sanctorũ Petri, & Pauli feſtiuitatibus plenariam omnium ſuorum peccatorum indulgentiam, & remiſſionem conſequuntur.* Ita conceſſum eſt perpetuo à Gregorio XIII. anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono octauo idus Auguſti Archiconfraternitati Confalonis de Vrbe, prout refertur in compendio fratrũ D. Hieronymi. *f* Aduertendum etiã, quod prout conſtat ex compendio ſocietatis Indico, & refert Veracruz in ſuo compẽdio priuilegiorum manu ſcripto, Gregorius *XIII. conceſſit, quod quando ad acquiſitionem indulgentiæ plenariæ, vel iubilei requiſita eſt confeſſio, & Euchariſtia, ſi tamen per ætatem, vel per aliud legitimum impedimentum non poſſunt cõfiteri, vel cõmunicare, indulgentiã conſequuntur, & qui inculpabiliter non receperunt, ſi poſt ſublato impedimento perfecerint, quæ præſcribuntur, indulgentiam conſequantur, etiam ſi dies conſtitutus præterierit.* Hæc eſt magna conceſsio.

f Compen. D. Hieronti. indulgẽtia. §. 19.

ARTICVLVS III.

Vtrum religioſi recitando coronam Domini Ieſu Chriſti, & coronam B. Mariæ indulgentiam plenariam conſequantur.

REſpondeo dicendo, *quod Iulius II. conceſsit, vt fratres minores obſeruãtiæ toties quoties coronã Virginis Mariæ præmittẽdo ante qualibet decem Aue Maria Vnum Pater noſter dixerint, lucrẽtur indulgentiam plenariã addendo tamen vnũ Aue Mariapro ipſo Domino Papa.* Ita habetur in ſupplemento. *a*

a Suppl. fo. 92. conceſſ. 213.

Et Leo Decimus conceſſit, quod ſorores Sanctæ Claræ, & tertij ordinis de pœnitentia nuncupatæ in congregatione commorantes, & ſub cura fratrum minorũ obſer-

obſeruantiæ degentes toties quoties coronâ Virginis Mariæ dixerint, lucrẽtur plenariam indulgentiam. Ita habetur in ordinis ſupplemento. *b* in quo etiã continetur, *ipſum Leonem X. id etiam conceſsiſſe ſororibus, ſeu ancillis ordinis B. Mariæ, vt dicendo coronas Domini Ieſu, & B. Mariæ Virginis cõſequantur plenariam indulgentiã ſuorum peccatorum, & declarauit, quod hoc quidem licet minus clare conceſſerat ipſe Leo X. monialibus S. Clarę. Et in ſpeciali pro corona Saluatoris notandum eſt, quod fratres minores dicendo coronam Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti in memoriam annorum vitæ Chriſti lucretur conſimilem indulgentiam plenariam, ſicut pro corona c B. Mariæ Virginis.* Ita habetur in ſupplemento ordinis.

b Suppl. fo. 61. conceſſ. 172. & fol. 43. conceſſ. 14.

c Suppl. fo. 91. conceſſ. 274.

Pro quarum conceſsionum explicatione eſt notandum, quod corona D.N. Ieſu Chriſti continet triginta tria Pater noſter & totidem, Aue Maria in honorem annorum vitæ Chriſti eiuſdem, corona vero B. Mariæ Virginis dicitur ab aliquibus continere ſexaginta tria, Aue Maria, & de decem in decem vnum Pater noſter. Ita habetur in literis Leonis ſuperius allegari, ſed vt alij dicunt, & melius continet ſeptuaginta duo Aue Maria in memoriam ſeptuaginta duorum annorum, quos Beata Virgo in hoc ſæculo creditur vixiſſe, & ita ponitur in alijs literis eiuſdem Leonis in ſupplemento *d* ordinis contento.

d Supplem. fol. 63. conceſſ. 204.

Et eſt ſummè aduertendũ pro infirmis, *quod Leo Decimus cõceſſit, vt fratres infirmi, ac ſenes in decrepita etate cõſtituti dicendo vnũ pſalmum, vel hymnum Virginis, vel Domini noſtri lucrẽtur indulgentias conceſſas dicentibus coronas Ieſu Chriſti Domini, & Matris ſuæ, quod huiuſmodi perſonæ non poſſunt ſemper hoc dicere.* Ita habetur in eodem ſupplemento. *e* *Et idem Leo Decimus conceſſit monialibus S. Clarę ſub cura fratrum minorum obſeruantiæ exiſtentibus, ac per conſequens eiſdem fratribus, quod dicendo canticum graduũ lucrentur indulgentiam quam lucrantur dicendo coronã Virginis Mariæ, ſcilicet indulgentiam plenariam,* Ita habetur in compẽdio priuilegiorum mendicantium. In quo aduertit collector, quod hæc conceſsio non eſt alias impreſſa, eo quod poſt priuilegiorũ impreſsionem fuit obtenta, ſeu ad partes Hiſpaniæ adducta, nihilominus tamẽ pro indubitata haberi poteſt, cũ habeatur in regiſtro commiſſariorum Curiæ Romanæ ac inde ſit fideliter extracta.

e Suppl. fo. 90. conceſſ. 181.

f Compen. mendican. tit. indulgẽ. plen. quoad fratres §

Et eſt notandum. *quod Clemens VII. anno Dñi milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono conceſsit viuæ vocis oraculo omnibus fratribus Camaldulẽſibus ablatis, & nouitijs, qui viſitauerint adhunc, vel aliũ effectum quamlibet Eccleſiã, aut oratoriũ eremitorij, vel alterius loci ipſius fratribus, tunc & in futurum ſubiecti recitando ſemel Pſalmũ, Exaudiat te Dñs, velter, Pater noſter, & ter, Aue Maria rogando pro fœlici ſtatu ſuæ ſanctitatis dũ viueret, & poſt mortẽ pro ſuæ animæ ſalute oẽs indulgẽtias, quæ à ſede Apoſtolica in generali, aut in particulari, aut quouis alio modo ad illud vſq; tempus erant conceſſæ, & quæ in poſterũ erant concedendæ ſub quauis formâ verborum tã Eccleſiis intra Romam conſiſtentibus, quam extra, & in omnibus mundi partibus fabricatis, ita & eomodo, ac ſi in ſpecie prædicti Eremitæ in propria perſonæ ſtatutis tẽporibus Eccleſias, & loca illa viſitaſſet.*

Eaſde-

Inſuper ſiquis eorũ legitimo impedimento impeditus, vt prædictas eorũ ecclesias, aut oratoria viſitare nõ poſſint tunc ſufficiat, vt dicant dictum pſalmũ exaudiat, vel ter Pater noſter, & totidẽ Aue Maria, quocumq; in loco ſe inuenerint, & ſiquis omnino ea dicere nõ poſſet, ſufficit illud dicere ſola mente, & intentione. Et inſuper cõſequuntur omnes indulgentias, & peccatorum remiſſiones, quas conſequerẽtur ſi Roſarium pro conſequendis indulgentijs dicto Roſario á B. Dominico inſtituto conceſſis, cuius viuæ vocis oraculi conceſsionis authenticũ teſtimoniũ datur â Laurẽtio Epiſcopo prẽneſtinẽ ſi, ac S R.E. Cardinali, & ipſorũ Camaldulenſiũ tunc protectore. Et Capuccinus g ait ſe vidiſſe Romæ in ſuo Capuccinorum monaſterio vulgari ſermone hãc conceſſionẽ impreſſam. Et notat idẽ Capuccinus quod hæc copioſiſsima indulgentia, qua Capuccini ſpecialiter participant per cõmunicationẽ priuilegiorũ, gratiarũ, & indulgentiarũ omniũ ordinum mendicantiũ & non mendicantiũ ipſis factam per Paulũ IIII. anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, & ea gaudent etiã omnes alij mendicãtes ratione cõmunicationis factæ à Sixto V. anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo octauo.

g Capue. ti. indulgent. plenatiæ. quoad 2 paginam. 1.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum pro Miſſa Conceptionis Virginis Mariæ, & pro eius feſto indulgentia plenaria concedatur.

REſpondeo dicẽdo, *quod toties quoties fratres minores de obſeruãtia dicunt miſſam Conceptionis V. Mariæ, ac intendunt orare pro ſua ſanctitate & vniuerſali Eccleſia habeant indulgentiam plenariam.* Ita refertur conceſſum in cõpendio a mendicantium. Et idẽ Leo X. ampliat ſupradictam indulgentiam pro fratribus eiuſdem ordinis audiẽtibus præfatã Miſſam Conceptionis, ac etiã pro monialibus S. Claræ in congregatione viuentibus: ſimiliter audientibus prædictam Miſſam. Ita habetur in eodẽ Cõpendio. b

a Compen. Mendicantiũ. ti. indulgẽtia plenaria quoad fratres. §. 17

Et Sixtus V. Romæ apud D. Petrũ die decima octaua Octobris milleſimo quingẽteſimo octogeſimo ſexto Põtificatus ſui anno ſecundo in Bulla expoſitum nobis pro parte dilecti filij fratris Frãciſci Gõzagæ miniſtri generalis ordinis fratrũ minorũ de obſeruantia, quod cũ plurima monialiũ monaſteria Cõceptionis B. V. Mariæ in orbe Chriſtiano ædificata reperiãtur, quorũ moniales ſub regula præfati ordinis, ac gubernio, & adminiſtratione illius ſuperiorũ degunt, ipſeq; indulgẽtia plenariã, & omniũ peccatorum remiſsionẽ viſitantibus Eccleſias dicti ordinis, vbiq; gentiũ cõſiſtentes in ſingulis feſtiuitatibus ſanctorũ eiuſdem ordinis perpetuo conceſſerit, cupiatq; indulgentiã præfatã etiã quoad viſitãtes eccleſias monaſteriorũ monialium eiuſdẽ Conceptionis B. Mariæ vbiq; terrarũ nunc, & pro tẽpore exiſtentiũ per ipſum & etiã perpetuo extẽdi, & ampliari: ipſe Sũmus Põtifex libẽter annuẽs ſupplicatis dictã indulgentiã, & deſuper in forma breuis, vel ſub plũbo expeditarũ literarũ tenoris præſentibus pro expreſſis & inſertis habens omnibus, & ſingulis dictorũ monaſteriorũ monialibus nunc, & pro tẽpore exiſtentibus, ac omnibus & ſingulis alijs vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus vere pœnitẽtibus, & cõfeſſis, qui ſingulas, ſeu quãlibet Eccleſiarum monaſteriorum monialium huiuſmodi in feſto Conceptionis eiuſdem B. Mariæ à pri

b Compen vbi ſu. §. 11

c Habet. in Bullario Sixti V. in part. conceſ. 42. pag. 136.

mis

mis veſperis vſq; ad occaſum ſolis eiuſdem feſti annis ſingulis deuote viſitauerint, & inibi pro pace inter Chriſtianos principes obſeruãda, ac S. matris Eccleſiæ exaltatione, hæreſumq; extirpatione pias ad Deum preces fuderint ſi eo die ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſumpſerint dictã indulgẽtiam plenariã, & omnium ſuorũ peccatorum remiſſiones quo ad eos omnes Apoſtolica autoritate tenore præſentium extendit, & ampliauit, ſeu illis de nouo etiã, perpetuo illis omnibus cõcedit, & elargitur nõ obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac præſertim de indulgentijs ad inſtar non concedendis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.

a In 2. imp. fo. 160. con ceſ. 659. & in ſuppl. fo. 109. conceſ. 457.
b In 2. imp. fo. 160. con ceſ. 66.
c In 2. imp. fo. 60. & in ſupp. fo. 108 conceſ. 453.
d In ſuppl. fol. 103. con ceſ. 446.
e In 1. imp. 24. & in 2. fo. 108. con ceſ. 231. & in ſu. fo. 108 conceſ. 436
f In ſupp. fo lio. 109 con ceſ. 458.
g In 2. imp. fol. 148. con ceſ. 359. & in ſuppl. folio. 109. cõceſſ. 463.
h In 1. imp. fo. 43. & in 2. fo. 127. cõ ceſ. 284.
i Collect in compẽ. mẽ dican. tit. in dulgent. quoad ſæcu lares 1. §. 19.

ARTICVLVS V.

Vtrum ſit indulgentia plenaria pro feſtiuitatibus ordinis minorum.

REſpondeo dicẽdo, quod multa poſſem antiqua priuilegia in mediũ adducere, quibus probatur â Summis Pontificibus plures indulgentias pro his feſtiuitatib⁹ eſſe cõceſſas. Gregorius *a* enim X. Nicol. III. *b* Martinus V. *c* Nicol. IIII. *d* Ioãnes Vigeſimus fecũdus, Vrbanus V. *e* Sixtus IIII. *f* Iulius II. *g* multa cõceſſerũt, quæ ſumma indulgẽtiarum ordinis fratrũ minorum â diuerſis Summis Pontificibus conceſſarum eſt, & aſſerit frater pater Ioãnes de Argumanes prouincialis quõdã prouinciæ S. Iacobi ſe vidiſſe in authenticis literis, quæ literæ, vt ait Collector *h* mendicantium, habetur in archiuo Conuentus Salmantini, cuius tenor ſequitur. *Viſitantes Eccleſias fratrum minorum in feſtiuitatibus Dñi noſtri, & Dominæ noſtræ B. Ioanni Baptiſtæ Apoſtolorum Beatiq; Franciſci, omniumque ſanctorum ordinis minorum habens conceſſionem quarunlibet prædictarũ feſtiuitatum mille trecentorum quadraginta annorum quadringentarumque, quadraginta, & ſex quadrageſimarum, atque triginta & vnius diei,* ita continetur in monumentis *i* ordinum. Aduertit etiam collector dictorum priuilegiorum, quod in alia ſumma ex tracta ex libro intitulato, firmamentum trium ordinum habetur ſubſequenti modo.

i In 2. imp. fol. 71. conceſ. 180.

Summa indulgẽtiarum feſtiuitatũ Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſq; ſanctiſſimæ Matris, ac etiam Patris noſtri Frãciſci, & ſanctorũ ordinis aſcẽdit ad annos quingentos quadraginta & octo, & dies ducentos ſexaginta. Ita habetur in libro, monumenta ordinũ.

Multa etiam poſſem referre, quæ conceduntur viſitantibus Eccleſias fratrum prædicatorum in anniuerſarijs dedicationis earum & in natiuitate Virginis Mariæ, & in purificatione B. Mariæ, & Aſſumptione eiuſdẽ Virginis, & in feſto B. patris Dominici, & in feſto S. Petri Martyris, & in feſto S. Tho. de Aquino, & in feſto S. Vincẽtij confeſſoris & feſto S. Catherinæ de Senis. Quæ indulgentię ſi conſulas originalia, K prout patet ex traditis per collectorẽ priuilegiorum mendicantium vix annos mille indulgentiarum pertingunt.

K. Collect. ti indulgẽt. quo ad ſæculares, 1 cõceſ. viſitanti bus Eccleſ. ordinũ præ dicatorum. l Collector priui. mẽd. tit. indulgẽ. quo ad ſęcu lares. §. de gratijs cõceſ ſis vitãtibus Eccleſ. Auguſtinienſ. in præcipuis feſtiuitatib⁹ m Supp fo. 107. & fol. 170 cõceſſ. 485 & fo. in Collect. vbi ſu. §. ſequũ. indulgentia conceſſæ viſitatibus Eccleſias fratrum Carmelitarum.

Multa etiam poſſem referre, quæ conceduntur viſitantibus Eccleſias fratrum Auguſtinienſium in præcipuis feſtiuitatibus, ſed omnia hęc ad ſummum continent mille centum annos, & mille & cẽtum quadragenas, vt conſtat extraditis ab eodem Collectore *l* quæ cum ſint conceſſę fidelibus, ſi porrexerũt manus adiutrices, ſunt â Pio V. reuocatæ, prout infra late dicemus.

Plurimas etiam cõceſsiones poſſem in mediũ adducere, quibus viſitãtibus Eccleſias fratrum Carmelitarum in præcipuis feſtiuitatibus multa conceduntur, quæ poſſunt videri in quadã bulla Sixti IIII. quæ in ſupplemento *m* ordinis habetur, & ab eodẽ Collectore referũtur. Sed quia omnes dictæ indulgentię reſpectu tẽporis preſentis ſunt limitatæ, in quo ampliores fidelibus pro gloria Dei, & Eccleſiæ poteſtate ſunt conceſſæ, ideo eas ſilentio præterire duxi,

duxi, vt alias amplioresin mediũ adducerẽ

Et primo pro feſtiuitatibus ſanctorũ ordinis P. N. Franciſci eſt modo conceſſa â Sixto V. Põtifice Maximo indulgẽtia plenaria, vt patet ex bulla, cuius tenor ſequitur.

Sixtus Papa V. vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem, cum à primæua inſtitutione regulæ B. Frãciſci tã hocillius, & ſanctorũ Antonij de Padua, Ludouici Epiſcopi, & cõfeſſoris, Bonau. & Bernard. necnõ D. claræ aliorumq; eiuſdem ordinis ſequacium ſanctitatem, & miraculorum multitudinem, quã etiam ob multorum ipſius religionis, Summorũ Pontificum prædeceſſorum noſtrorum merita ingens vbique Chriſti fideliũ multitudo ſingularem erga quemcunque dictorum ſanctorum gerat deuotionis effectum. Nos vt ipſorum fidelium deuotio huiuſmodi nõmodo cõſeruetur, ſed in dies magis augeatur animarum ſaluti vberius cõſulatur, precibus etiã dilecti filij Clementis Bõtadoſij ordinis fratrum minorum cõuentualium magiſtri generalis ſuper hoc nobis humiliter porrectis inclinati tã omnibus, & ſingulis dicti ordinis minorum conuentualium, Capucinorum, & de obſeruãtia nuncupatorum fratribus, & monialibus, quã cæteris vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui vere pœnitentes, & cõfeſſi, ac ſanctiſſima cõmunione refecti diebus feſtis, ſanctorum Frãciſci, Antonij de Padua, Bonauẽturæ, Ludouici Epiſcopi, & cõfeſſoris, ac Bernardini prædictorum eorundem fratrum minorum cõuentualium, Capuccinorũ, & de obſeruãtia, Necnon die feſtiuitatis S. Claræ monialium dicti ordinis monaſteriorum vbilibet cõſtitutorũ Eccleſias, tã electas quã eligendas, vel earũ aliquã à primis veſperis vſque ad occaſũ ſolis eorundẽ dierũ ſingulis annis deuote viſitauerint, & vbi pro Chriſtianorũ Principum concordia, hæreſum extirpatione & S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deũ preces effuderint, quo die prædictorum id egerint plenariã omniũ peccatorũ ſuorũ indulgentiã, & remiſſionẽ miſericorditer in Dño cõcedimus, & largimur præſentibus, perpetuis, futuris tẽporibus valiturã nõ obſtãtibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque cõtrarijs quibuſcunq;. Datum Romæ apud S. Marcũ die vigeſima octaua ſeptembris anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo quinto Pontificatus noſtri anno primo.

Circa quã bullã eſt primo notãdũ, quod eandẽ omnino cõceſsionẽ cũ prędicta forma cõceſsit Sixtus V. pro D. Didaco cõfeſſore, vt patet ex Bulla Canonizationis huius ſancti, *dicens quod autoritate Apoſtolica omnibus vere pœnitẽtibus, & cõfeſſis, qui ſingulis annis eo die feſto Eccleſiã oppidi Cõplutẽſis Toletanæ diœceſis vbi corp° huiº ſãcti requieſcit, nec nõ altaria, & eccleſias, quæ in eius honorẽ cõſtructæ erũt, deuotè viſitauerint eaſdẽ indulgẽtias priuilegia, & gratias cõcedit, & elargitur, quæ dicti ordinis Sãctorum eccleſijs cõceſſæ ſunt.*

Ita habetur n Canonizationis huius ſancti data Romæ apud S. Petrũ anno Incarnationis Dñicæ 1588. Sexto. Non. Iulij Pontificatus eiuſdem Sixti V, anno quarto.

n Habet. in bulla Sixti V. 2. p. bulla 14. fo. 79.

Secũdo eſt notãdũ, quod hæc indulgẽtia pro ſanctis ordinis minorũ cõmunicatur

tur etiã ſancti ordinis Prædicatorũ, quod probatur, *Nã Iulius II. conceſsit, quod omnia quæ cõceſsa ſũt in feſtiuitatibus Sanctorũ ordinis Prædicatorum, omnia illa in feſtiuitatibus Sanctorũ ordinis Minorum, quanuis ſint in maiori numero, quam feſta Prædicatorum cõceſſa ſint, & eſſe intelligantur*, prout habetur in Monumentis o ordinum, & in Supplemento, & ſicut iſta conceſsio reſpectu Sanctorum ordinis Minorum fuit facta per priuilegiorum communicationem ita etiam è contra eadem cenſetur communicata Sanctis ordinum Prædicatorum reſpectu Sanctorum ordinis Minorum, cum poſt Iulium Secundum, fratres ordinis Prædicatorum confirmationem cum communicatione priuilegiorum de nouo conceſſa à Sede Apoſtolica ſint adepti.

o in 2. impr. fol. 128. conc. 533. & in Supple. fol. 74. conc. 222.

Sed dices, quod in dicta conceſsione Iulij Secundi, ſolum cõmunicantur Sanctis ordinis Minorum ea, quæ erant conceſſa Sanctis ordinis Prædicatorum, & perconſequens videtur, quod hæc indulgentia nõ ſit communis vtriuſque ordinis ſanctis virtute dictæ conceſsionis, cum dicta conceſsio non extendatur ad concedenda, ſed ad iam conceſſa. Nam reſpondetur, quod Leo Decimus, qui poſt Iulium Secundum conceſsit ordini fratrum Prædicatorum conceſſa, & concedẽda ordini fratrum Minorum, prout latè in primo Tomo p dictum eſt, & perconſequens hæc indulgentia conceſſa pro feſtis ordinis Minorum communicatur etiam Sanctis ordinis Prædicatorum.

p in 1. tom. q. 55. ar. 1.

Tertio eſt notandum, quod vt hæc indulgentia lucretur ſufficit quod in feſtiuitatibus horum Sanctorum viſitentur Eccleſiæ ordinis Minorum. At in feſto Sanctæ Claræ, vt indulgentia lucretur, neceſſe eſt, vt Eccleſiæ monaſteriorum monialium viſitentur. Quod latis innuunt verba Bullæ ſupradictæ ibi, *Necnon die feſtiuitatis Sanctæ Claræ monialiũ dicti ordinis monaſteriorũ vbilibet conſtitutorũ Eccleſias tam erectas, &c.* Vultenim dicere Summus Pontifex quod non ſolum viſitantibus Eccleſias fratrum Minorum conceditur indulgentia plenaria, ſed etiam viſitantibus Eccleſias monialium in die feſtiuitatis Sanctæ Claræ.

Quarto eſt notandum, quod moniales Sanctæ Claræ, in feſtiuitatibus dictorum Sanctorum vere pœnitentes, & confeſſæ & ſanctiſsima communione refectę viſitando Eccleſiam Sanctę Claræ conſequuntur indulgentiam plenariam, vt patet ex tenore Breuis ſuperius allegati ibi, *Vel earum aliquam*, quæ verba denotant ſufficere, quod viſitent aliquam Eccleſiam fratrum, vel prædictarum ſororum. Probatur deinde ex conceſsione Sixti Quarti, quia ipſis monialibus conceduntur omnia conceſſa, & concedenda fratribus ordinum Prædicatorum, & Minorum, de qua in primo q Tomo late diximus, & eadem conceſsione pari modo gaudent moniales Conceptionis non ſolum in feſto Conceptionis, vt ſupra dictum eſt, ſed etiam in prædictis feſtiuitatibus ex conceſsione Leonis X. quam in primo tomo retulimus.

q 1. to. q. 55

Quinto eſt notandum circa verba eiuſdem cõceſsionis ibi, *A primis Veſperis vſque ad occaſum Solis*, non enim hæc clauſula ita explicanda eſt, vt dicamus in ea tantum concedi, vt ab occaſu Solis vſque ad occaſum Solis alterius diei indulgentia lucretur iuxta intellectum Abbatis, r ſed à Veſperis, id eſt, à ſero vnius diei ad occaſum alterius, prout explicat Couarruuias.

r Abb. in c. 1. de feriis.

Pro alijs autem feſtiuitatibus habemus etiam à Gregorio XIII. *Indulgẽtiã plenariam conceſſam confraternitati Sanctiſsimæ Trinitatis de Vrbe pœnitentibus, & contritis, qui nomen Ieſu in mortis articulo nominauerint, eorũq; Eccleſias viſitantibus in die Sanctiſsimæ Trinitatis, & Natiuitatis, Aſſũptionis, Purificationis, & Viſitationis B. Mariæ, conceſsit etiam confraternitati Corporis Chriſti de Vrbe in Damaſo viſitãdo altare, vbi fuerit Sacramentum Euchariſtiæ in feſto Corporis Chriſti, vel infra eius octauã, & inibi deuote pro ſtatu Eccleſiæ orãtibus indulgẽtiã plenariam*: Ita refertur à Capuccino.

ſ Cou lib. 4 variar. c. 1. 2 tom. 2. poſt. n. 9.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in feſto Portiunculæ indulgentia plenaria concedatur.

REſpõdeo dicẽdo, quod, *Benedictus XII. confirmauit indulgentiã S. Mariæ de Portiuncula, ſeu de Angelis, declarauitque datam eſſe á Chriſto viua voce*, & idẽ declarauit Benedictus Vndecimus, *b* & hæc eſt indulgentia plenaria apud omnes notiſsima, & à populo Chriſtiano maxima deuotione ſuſcepta, de qua iam aliqua in primo Tomo e diximus. Nunc autem addo, quod hæc indulgentia non eſt iubileum, cum in ea non concedatur facultas ad abſoluendum de reſeruatis, quod fratres ſummè aduertere tenentur, ne conſiderantes maximã huius indulgentiæ deuotionem putent in ea concedi non ſolum indulgentiam omnium pœnarum peccatis debitarũ, ſed etiam omnium peccatorum (excepta hæreſi) abſolutionem. Et quod priuilegium concedens indulgentiam plenariam, non concedat facultatem, vt quis à reſeruatis abſoluatur, tradit Iacobus d de Graffis, quem ſequitur Bartholomæus Vgolinus, nam per indulgentiam non tollitur pœna iniuncta nobis in foro exteriori, ſed pœna peccatorum, quæ deleta culpa per pœnitẽtiam remanet in foro cõſcientiæ expianda, quæq; pœna temporalis dicitur, vt concludit Gloſſa e quam ſequuntur Nauarrus, Bartholomæus, Angelus.

a In. 1. imp. fol. 261. conc. 668.

b Suppl. fo. 190. conc. 455. c1. to. q. 58.

d Graſſ. libr. 4. deciſ. aur. 11. verſic. eſt tamen obiter Vgol. d cenſu. Eccl. tabul. 5. ca. 10. §. 4. n. 9.

e Glo. in extraua. v. & cõfeſsis. de pœn. & remiſ. Nau. in cõment. de iubil. n. 12. ibi. Angel. in tracta de conſol. de pœnit. c. 3. & 4. li. 1.

ARTICVLVS VII.

Vtrum religioſi poſsint lucrari indulgẽtiam plenariã dicendo quinquies Pater noſter, cum totidem Aue Maria,

REſpõdeo dicẽdo, quod, *Leo Decimus, cõceſsit fratribus Minoribus Regularis Obſeruãtiæ, vt indulgẽtias, quæ gẽeraliter cõcedũtur, porrigentibus manus adiutrices poſſint prædicti fratres omnes huiuſmodi indulgentias etiã plenarias promereri dicendo quinquies Pater noſter, & Aue Maria pro fœlici ſtatu Papæ, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Et hoc in eiſdem locis vbi ſunt conceſsa aut in ſuis Eccleſijs*. Ita habetur in libro Monumenta a ordinum.

a In. 2. imp. fol. 59. conc. 173.

Et aduertendum, quod, *Leo Decimus, conceſsit omnibus fratribus Minoribus Regularis Obſeruãtiæ, ac monialibus Sanctæ Clarę, & Tertij ordinis, quod dicendo quinquies Pater noſter cum Aue Maria, & in fine cuiuſlibet, Gloria Patri, & pro Sanctitate ſua vnum Pater noſter cum Aue Maria ſimiliter cum Gloria Patri lucrentur ſtationes, indulgentias, & remiſsiones tam vrbis, quam etiam Portiunculæ, ſiue Hieruſalẽ, ac Sancti Iacobi in Compoſtella, & quod quacunque hora diei, vel noctis, & quocunq; loco dicãt, ſcilicet, choro, Eccleſia, clauſtro, oratorio, ac cella, lucrentur illas*. Ita habetur in Supplemento. *b*

b Supp. fo. 5. cõcc. 180. c Cordu. in additionib. ad Compẽ. tit. indulgẽtia.

Circa quam conceſsionem aduertit Corduba, c quod anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto duodecima die menſis Iulij Pater frater Antonius Ortiz dixit ſe impetraſſe á Domino Papa Paulo Tertio, quod fratres Minores poſsint lucrari prædictas has indulgentias, quas conceſsit Leo Decimus recitando prædicta ſex, Pater noſter, & Aue Maria, cum Gloria Patri, & hoc non ſolum in choro, oratorio, ac clauſtro, ſiue in cella, vt conceſſerat Leo Decimus, ſed in quocunque alio loco recitentur ſine vlla reſtrictione,

ART.

ARTIVLVS VIII.

Vtrũ monachi Carthusienses indulgẽtiam plenariã similem consequantur.

REspondeo dicendo, quod, Sixtus Quartus, concessit Carthusienſibus, vt visitando altare maius, & alia altaria consistentia in ambitu Ecclesiæ domus, in qua eos pro tempore degere contigerit, & ante quodlibet altare earundem genibus flexis Psalmum illum Pœnitentialem, qui incipit, Miserere mei Deus, seu si illiterati fuerint septem Dominicas Orationes cũ totidẽ Angelicis salutationibus deuote dicendo vere pœnitentes & confessi easdẽ prorsus indulgentias, & peccatorũ remissiones etiam plenarias consequantur, quas consequerentur cum, vel sine aduincum manuum porrectione ex Apostolica, vel alia concessione, quæ hactenus, vel pro tempore iam tunc emanassent, si ea die, qua id fecerint, basilicam, vel aliam, seu alias Ecclesiam, vel Ecclesias consistentes in vrbe, aut alia ciuitate, terra, castro, villa, seu alio loco diœcesis, in qua domus ipsa, cuius Ecclesiæ altaria sic per eos visitata forent, existerent, visitarent in omnibus, & per omnia perinde ac si ipsi fratres sic dicta altaria visitantes basilicas, seu Ecclesias prædictas vrbis, ciuitatis, terræ vel castri, loci, vel diœcesis, in qua domus ipsa, cuius Ecclesiæ altaria pro tempore fuerint per eos visitata, consistit personaliter visitassent, & omnia illa fecissent, quæad consequutionem indulgentiarum huiusmodi forent quomodolibet opportuna.

Et idem Sixtus concessit postea, quod præfati Carthusienses literati dicentes, & deuote recitantes septem Psalmos Pœnitentiales, illiterati vero viginti quinque Orationes Dominicas totidemque salutationes Angelicas in Oratorijs Cellarũ, vel locorũ, in quibus ex ordine persolunt Officium Diuinum consequantur illasmet indulgẽtias, quæ in suprascriptis literis exprimuntur, & quas consequuti fuissent, si illa altaria, vt præmittitur, visitassent, & Psalmũ, Miserere mei Deus septẽque Orationes Dominicas coram ipsis altaribus dixissent, refertur etiã in eodem Compendio, quod Alexander Sextus concessit prædictis Carthusienſibus infirmis, & debilibus præfatos septem Psalmos cum socio dicentibus, vel ipsis infirmitate impeditis aliquem ex confratribus illos dicẽtem audientibus, necnon Prioribus, & Procuratoribus dicti ordinis pro tempore existentibus, itinerantibus, Psalmos huiusmodi cum vno socio similiter dicentibus, vt eas indulgentias in omnibus, & per omnia consequantur, quas consequerentur, si contenta in prædictis literis plene adimpleret, Hęc omnia referuntur in Compendio a priuilegiorum Mendicantium.

a Compen. Mendic. tit. indulgentiæ stat. quoad. fratres §. 28. &. 19.

ARTICVLVS IX.

Vtrum religioſis in articulo mortis indulgentia plenaria concedatur.

REſpondeo dicendo, quod *Martinus V. Eugenius IIII. Nicolaus Quintus, Calixtus Tertius, Pius Secundus, ac Sixtus Quartus, cõceſſerunt omnibus fratribus Minoribus de Obſeruantia, quod poſſent elige re confeſſorem, qui ipſis poſsit concedere indulgentiam plenariam in articulo mortis, & quod ſi occurrerit caſus quod non poſsint confeſſorem eligere ſeu habere, tunc etiam conſequantur prædictam indulgentiam, ſi ſint in ſta tu gratiæ.* Ita habetur in Monumentis *a* ordinum.

a In 2. imp. fol. 71. conceſ. 185.

Circa quam conceſsionem, & alias ſimiles, quæ in articulo mortis conceduntur, fuit olim orta magna dubitatio quis articulus mortis dicatur, vt ea indulgentia concedi poſsit, de quo agunt Diuus Antoninus, *b* & Nauarrus, qui dicunt, quod articulus mortis in hac materia ſufficit quod ſit præſumptus. & non eſt neceſſarium, quod ſit verus ſi nihil aliud in gratia exprimatur, ſicut & extremus vitæ finis, in quo ſolo extrema vnctio danda eſt, non eſt neceſſarium, quod ſit verus, ſed ſufficit, quod ſit præſumptus, iuxta ea, quæ in ſacris Canonibus c notantur, & tradunt Doctores. Vnde probabiliter moriturus vti poteſt indulgentia ſibi conceſſa pro articulo mortis & lucrabitur eam, quanuis non moriatur, ſed poſtea vti non poterit ea amplius, etiam ſi conualeſcat, & poſtea in articulo mortis vero vti ea velit, dixi, ſi nihil aliud exprimatur in gratiam, quoniam ſi quid exprimeretur, id ſeruandum eſt argumento cuiuſdam legis. d Si enim exprimeretur, quod toties vti poſſet quoties in præſumpto mortis articulo conſtitueretur, ille vſus ſibi eſſet vtilis, ſi autem exprimeretur, quod daretur pro articulo mortis vero, nihil prodeſſet vſus eius in articulo mortis præſumpto, neque ſecundum Nauarrum refert, an confeſſarius dicat id, quod Diuus Antoninus, & Felinus aiunt, dicere debere, ſcilicet, quod concedit eam indulgentiam ea conditione, ſi ex illa ægritudine obierit, alioquin reſeruat illam pro vero articulo mortis, quia nullo iure ad id aſtringitur confeſſarius, & eius reſeruatio, vel reſeruationis omiſsio non poteſt mutare gratiam Papæ argumento cuiuſdam Clementinę. e

b Antoni. 1 p. tit. 10. n. 15. 4 Nau. in c. in Leuiti. n. 30.

c c. presbyt & ea illud. 95. DD. in 4. d. 23.

d cap. cõtinuus. §. cũ ita de verb. obligat.

e Clement. ne Romani de elect.

ARTICVLVS X.

Vtrum hæc indulgentia in articulo mortis poſsit concedi á laico.

REſpondeo dicendo, quod ſi Bulla dicat vt pœnitẽs poſsit eligere idoneũ cõfeſſariũ, qui cõcedere poſsit in hoc articulo non eſt neceſſarium concedentẽ eſſe ſacerdotem, niſi hoc expreſſe in commiſsione caueatur, vt concedens ſit ſacerdos, vt D. Thomas, *a* Ioãnes Andręas, & Panormitanus communiter recepti determinant. Imo ait Nauarrus, quod ſi in commiſsione nõ dicatur, quod ſit ſacerdos, ſed ſolum, quod ſit idoneus cõfeſſarius, prout in conceſsione, de qua in articulo ſuperiori dicitur, & requiritur, ſufficeret alius clericus, & ſi clericus haberi nõ poſsit, ſufficit, quod ſit laicus, quia eo caſu laicus ſatis idoneus cõfeſſarius reputatur, cum abſolutio hæc non ſit ſacramentalis, quæ non poteſt impendi, niſi per ſacerdotem, & in tali caſu ait, quod laicus laudabiliter audit peccata pœnitentis non habentis copiam ſacerdotis, cui confiteatur, iuxta ea, quæ in ſacris Canonibus *b* notantur. Itaque ſi huiuſmodi Bullam habens in tali articulo conſtitutus confiteatur laico neceſſario confitenda, vel mortalia commiſſa poſt vltimam confeſsionem ſatisfacit ad talem indulgentiam conſequendam, & vt eam ipſe laicus concedere poſsit. Hęc eſt determinatio quotidiana D. Antonini *c* quam dicit Nauarrus, quam omnes ſequuntur, & eam dicit ſibi placere, quia fauorabilis, licet facile contrariũ defendi poſſet ab eo, qui cõtẽderet Sũmũ Pontificẽ per illa (*idoneũ confeſſorẽ*) intellexiſſe ſacerdotẽ eo quod ipſe laicus, nõ ordinatus etiam in articulo mortis non ſit

a D. Tho. in 4. d. 20. Andræ. Panor. in. c. accedẽtibus de excel. prælat. Nau. in c. in Leuit. not. 30. à n. 8. in fin.

b c. 1. & ibi not. de pœnit. d. 6.

c Anto. 1. p. tit. 10. c. 3. §. 4. Nau. vbiſ

non sit idoneus confessor, licet contendi possit, vt ait idem Nauarrus eum esse confessarium idoneum quoad hoc, licet nō sit idoneus quoad alia. Ex quibus infertur, quod cum aliquis religiosus in articulo mortis constitutus non habet copiam sacerdotis plenaria à subdiacono, vel à laico conuerso indulgentia concedi potest quæ non solum extenditur ad pœnam peccatorum, quæ sunt confessa, sed etiam ad eorum pœnam, quæ per obliuionem nunquam detecta in confessione fuerunt, si de his debite dolet per ea, quæ in iure *d* notantur, vt tradit Nauarrus.

d c.omn.de pœnit.& remiss. Nau.in c.fin.n.64. & seq.d pœni.d.6.& in §.in Leuiti. in.14.& seq.

ARTICVLVS XI.

Vtrum lethargicus, & phreneticus, vel amens post electionem confessarij possit absolui plenarie á pœnis per huiusmodi indulgentiam.

RESpondeo dicendo, quod iste lethargicus, & phreneticus, vel amens ante electionē confessarij potest absolui plenariè à pœnis per huiusmodi indulgētiā, si cū adhuc sanæ esset mētis, declarauit se velle absolui, quando huiusmodi casus ei contingeret. Imo id ipsum aiunt D. Antoninus, Felinus, & Syluester, esse dicendum de eo, qui non declarauit, sed ea mente fuit dicentes, quod electio, habitualis sufficit, quod ipsum tenet Nauarrus *a* quam determinationem ait idem Nauarrus, *b* esse quotidianā & veram intelligendo per intentionem habitualem virtualem, quæ ex aliqua præcedente actuali originatur, vel ex signis actualibus ipsam virtualem intentionem continentibus,

a Nau.c.26. n.30.
b Nau.in §. in. Leuitit. not.30.

Ex quo infertur, quod infirmus sic vsum loquelæ amittens, vt nullo modo valeat confessario sua peccata intimare consequitur prædictam indulgentiam cum sola contritione cum proposito confitendi tempore debito secūdum communem ab eodem Nauarro *c* contra Cardinalem resolutam.

c Nau.in d. §.in Leuit. not.17.

Licet enim in Bulla videatur prærequiri confessio actualis, hoc debet intelligi in potente confiteri. Pro cuius sententiæ cōprobatione est quædam, *Concessio Nicolai V. ab eo data Pontificatus sui anno quinto nonis Augusti, qui referens quoddā priuilegium Eugenij IIII. quo indulgebatur fratribus ordinis D. Hieronymi in Hispania, vt auditis eorum peccatis possint absolui plenariè in articulo mortis declarauit, & ampliauit ac concessit, quod cū aliquis fratrū nouitius perpetuo donatus, vel oblatus incurrerit in dementiam, lethargia, vel emiserit expressionem loquelæ propter infirmitatē, vel alias antequam absoluatur, & ibi fiat plenaria remissio, vel quia non fuit copia confessarij, cum talis casus, seu similis euenerit in dicto mortis articulo, Quicunq; presbyteri sæculares, vel regulares eum, vel eos absoluere, & huiusmodi omnium peccatorum suorum, plenariam remissionē auctoritate Apostolica possint, & valeāt illi, vel illis impendere, quod si talis infirmus superuixerit, nihilominus dicta plenaria indulgentia quoties sibi facta fuerit perinde valeat, ac si de huiusmodi infirmitate decederet.* Ita habetur in Compendio d priuilegiorum ordinis D. Hieronymi. Alia autem circa absolutiones plenarias à culpa & à pœna, quibus fruuntur religiosi, Vide in primo tomo. e

d Cōpē. D. Hieron. tit. indulg. plenar. §.7. e 1. to. q. 2.

Denique, *Sixtus IIII. concessit fratribus Minoribus, vt illorum fratres possint in propriis Ecclesijs omnes indulgentias plenarias, & non plenarias quæ sunt Romæ in singulis Ecclesijs quocunque tempore, & die concessæ eodem tempore, & die lucrari.* Ita habetur in Supplemento. f

Circa quā concessionē notat Collector Compendij Cistertij, quod attenta eius littera, & specifica forma indulgentiarum iā cessat illa dubitatio, an monachi plenarias indulgentias stationum Vrbis lucrificiāt,

f Supp. fol. 97. cōc. 351.

de qua agit Collector g priuilegiorũ Mendicantium & Nauarrus.

g Collecto. Mend. v. indulgẽtia in fine. Nau. in d. §. in Leuit. not. 9. n. 16.

ARTICVLVS XII.

Vtrum pro ſalutatione angelica quando pulſatur campana aliqua indulgentia concedatur.

RESpõdeo dicẽdo, quod, *Adrianus VI. cõceſsit, quod qui dicit in pulſatione cãpanæ ad Aue Maria ad primum ſignum Angelus Domini nũciauit Mariæ, & concepit de Spiritu ſancto, & vnum Aue Maria, & in ſecũdo ſigno, Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundũ verbum tuũ, & aliud Aue Maria, & in tertio ſigno, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis cũ alio Aue Maria lucratur indulgentiã plenariã.* Hoc cõceſsit Adrianus VI. Guardiano Burgenſi Marchina perenti, vt eſt ſcriptum in tabula apud nos Minoritas in Hiſpali ciuitate, & refert Veracruz in ſuo Cõpendio manuſcripto, qui religioſus, & doctus pater etiam refert, quod vt conſtat ex Cõpẽdio Societatis Indico, Gregorius XIII. conceſsit, quod quãdo ad acquiſitionem indulgentiæ plenariæ, vel Iubilei requiſita eſt confeſsio, & Euchariſtia, ſi tamen propter ætatẽ, vel aliud legitimũ impedimentum aliqui non poſſunt confiteri, vel cõmunicare, nihilominus indulgentiã conſequantur, & qui culpabiliter non receperunt, ſi poſt ſublato impedimento perfecerint quæ præſcribuntur, indulgentiam conſequantur, etiam ſi dies præterierit cõſtitutus, & vt refert Henriquez *h* opinio eſt doctiſsimorum virorum, quod communio Euchariſtiæ poteſt dilatari per hebdomadam poſt terminum Iubilei, vel indulgẽtiæ elapſum, & quod ita declarauit Gregorius XIII. in Iubileo, quem conceſsit anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo.

h Henriq. li. 7. de indulgen. c. 7 in margine litera. S.

QVÆSTIO LXXXVIII.

De indulgentijs ſtationũ in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Quid per hoc nomen ſtationes importetur.*

2 *Quot indulgentiæ in ſtationibus lucrentur.*

ARTICVLVS. I.

Quid per hoc nomen ſtationes importetur.

RESpondeo dicẽdo, quod ab etymologia vocabuli hæc res indagãda eſt, ſtatio enim præſidiũ appellatur, & ſalutis propugnaculũ. Hinc dicitur præſidiũ ſtatiuum, vt patet ex Cicerone. *a* Hæc mea vigilia, hoc præſidium ſtatiuũ, & ſtatio dicitur locus ad cuſtodiã deſignatus, quãdo milites ſtãtes vigilãt vulgo (*Cuerpo de guardia*) vt ex loco Cæſaris conſtat, ſed perpetuis vigilijs, ſtationibuſque.

a Cicero. 10 Philipp.

b Ceſar. lib. belli. ciuilis

Stationarij item milites, qui ad cuſtodiam ciuitatis in ſtationibus vigilant, qui & præſidiarij dicuntur in locis hoſtium finitimis ſtationes agitare ſolent, de quibus in quadam lege *c* in qua id notat Baldus, & tradit Couarruuias. Nunc ad rem noſtram hæc applicando, ſicut ſtatio, & ſtationarij milites efficiunt, vt exercitus & populi ſub illorũ cuſtodia, vigilia, & ſpe tuti, & quieti ſint iuxta ſuppra adducta, & ad hoc eſt pulchra lex. *d* Ita per illos, qui ſtationes ſpirituales, de quibus in hac militia ſpirituali tractamus, piè, & vt decet viſitant peccatores omnes, & omnes Chriſtiani à Deo præſeruãtur, & cuſtodiuntur. Hanc explicationem adducit Quintilianus Mandoſius *e* dicit enim, quod ſicut ſtatio à ſtando dicitur, & is locus demonſtratur, vbicunque naues tutè ſtare, vt dicit Iuriſconſultus Vlpianus *f* ſtationẽ pro portu accipiẽs, & ſicut nauigantes ad ſtationes, & portus cõfugiũt, vt ibi ſecuri eſſe poſsint. Ita Chriſtiani in hoc mari

c l. liminarchæ vbi Bal. in fin. ff. de ſeruis fugit. Couar. li. 4. variar. c. 19. poſt. n. 9.

d l. 1. §. pen. ff. de officio præfect. verb.

e Mãdo. de ſignat. gratiæ ti indulgentia.

f l. 1. §. ſtatio nũ ff. de ſtamin. l. portus ff. de verbor. ſignifi.

mari tempeſtuoſo nauigãtes ad Eccleſias, & ſtationes confugiunt, vt ibi ſint tuti. Sicut Dicit D. Thomas, & & Turecremata, & D. Gregorius has inſtituit ſtationes, & in qualibet die ſtationum ſeptem, annos remiſsionis cõceſsit. Attamẽ in multis tabulis, & ſummarijs amplius remiſsiones reperiũtur, de quibus in articulo ſequenti.

& Tho. in 4. d. 20. Turrecrema. in c. menſuram. de pœnit. diſt. 1.

ARTICVLVS. II.

Quot indulgentiæ in ſtationibus lucrentur,

REſpondeo dicẽdo, quod ſecundum aliquos Romæ eſt quotidie ad minus in tribus locis (in quibus mulieres non ingrediuntur) remiſsio plenaria omnium peccatorum, & in octo locis ad minus tertiæ partis, & in vno loco remiſsio quartæ & in alio ſeptimæ, & in diuerſis Eccleſijs, & locis ipſius Vrbis indulgentiæ quaſi innumerabiles, & ſecundum aliquos ſunt in ſumma. 4000. annorum, & 1500. quadragenæ indulgentiarum. Item ſunt aliæ multę, & magnæ indulgentiæ in diuerſis locis. & Eccleſijs quotidie, & in dedicationibus altarium, & Eccleſiarum, & in diuerſis temporibus, & locis & feſtiuitatibus Sanctorum augentur indulgentiæ, & duplicantur omnes in Quadrageſima. Vltra prædictas indulgentias additæ ſunt alię nõnullę de nouo à Sixto Quarto, & ab alijs maxime in Eccleſijs ab eodem factis, ſeu reædificatis præſertim in Sancta Maria de Pace, & in Sancta Maria de Populo in feſtis Beatę Virginis, & Sabbatis Quadrageſimę, & à Sabbatho de Paſſione vſque ad Octauas Paſchæ, vbi eſt maximus Populi Romani concurſus.

Has autem indulgentias, vt præmittitur, poſſunt quotidie, vt præmittitur, lucrari fratres, & ſorores, & nouitij, donati, & perpetuo oblati viſitando Eccleſias, in quibus morantur, & dicendo quinquies, Pater noſter, & Aue Maria, cum Gloria Patri in fine cuiuſlibet, & vnum, Pater noſter, & Aue Maria, cum Gloria Patri, pro ſua Sanctitate, prout in quæſtione precedenti dictum eſt, vel viſitando ſeptem loca deputata ſpecialiter in memoriam ſeptem principalium Eccleſiarum Vrbis Romę, & dicendo ſeptem Pſalmos Pœnitentiales cum Letania. Et laici dicendo certum numerum Pater noſter, ſibi à ſuperioribus prætaxatum, qui quidem modus ad huc ſeruatur à multis laudabiliter, præſertim in Prouincia S. Iacobi, ordinis fratrum Minorum de Obſeruantia, attamen per illum non lucrantur indulgentias Hieruſalem, & Sancti Iacobi, niſi dicantur ſex Pater noſter, & totidem Aue Maria, cum Gloria Patri in fine cuiuſlibet Pater noſter, & Aue Maria, prout conceſsit Leo Decimus de quo in quæſtione ſuperiori articulo ſeptimo fecimus mentionem, Vnde dicit Collector a priuilegiorum Mendicantium, & hæc eſt melior, & latior conceſsio reliquis omnibus præcedentibus in hac materia, & licet in ea non fiat mentio de indulgentijs plenarijs, de omnibus tamen intelligi debet, quia petens, vt ab ipſo ait accepiſſe de omnibus habuit intentionem, in huiusmodi autem ſemper voluntas concedentis intelligitur conformari intentioni pœnitentis. Vt autem videant religioſi indulgentias ipſis per præfatas facultates conceſſas operæ pretium eſſe duxi eas in ſequentibus quæſtionibus ſigillatim proponere, vt ipſi ad eas lucrandas inuitentur & propter hanc cauſam non potui mihi perſuadere eas ſilentio præterire, licet aliqui viri graues huius cauſæ obliti hastabulas in opere tã graui (vt ipſi dicũt) imprimi non oportere inſtanter affirmauerint.

a Collector priuile. Medi. tit. indulgen. ſtationum quo ad fratres. §. 15.

QVÆSTIO LXXIX.

De indulgentijs ſeptem Eccleſiarum Vrbis Romæ in ſeptẽ articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur ſeptem.

1 *Quas indulgẽtias habeat Sacroſancta Lateranenſis Eccleſia.*

2 *Quæ indulgẽtiæ concedãtur viſitãtibus Eccleſiã Sancti Petri in Vrbe.*

3 *Quæ indulgentiæ concedantur viſitãtibus Eccleſiam Sancti Pauli.*

4 *Quæ indulgentiæ lucrentur ad S. Mariam Maiorem.*

5 *Quæ indulgentiæ lucrẽtur apud Sãctum*

ctum Larentium extra muros.

6 *Quæ indulgẽtiæ lucrẽtur apud Sanctos Fabianum & Sebaſtianum.*

7 *Quæ indulgentiæ lucrentur ad Sãctam Crucem in Hieruſalem.*

ARTICVLVS I.

Quas indulgentias habeat Sacro Sancta Lateranenſis Eccleſia.

REſpondeo dicendo, quod vt fratres Mendicantes, & aliæ perſonæ, quæ eorum indulgẽtijs gaudere poſſunt, ſcire valeant, quot & quales ſint indulgentiæ ſtationum, & aliarum Vrbis Romæ, quæ eis à Summis Pontificibus, vt ſupradictum eſt, conceſſæ ſunt, & ſic ad eaſdem ſibi acquirendum, & pro fœlici ſtatu torius Sanctæ Eccleſiæ deuotius, & frequentius orandum magis incitentur. Operę pretium eſſe duxi hic illas deſcribere conſequenter, prout in diuerſis collectionibus, tam in Vrbe, quam in alijs partibus impreſſæ, licet ſparſim reperiantur, & cum inter Eccleſias Vrbis ſeptem principales reputentur, quæ maiori priuilegio, & gratia, ac dignitate ſunt priuilegiatæ, quam aliæ eiusdem Vrbis, ideo de ipſis primum ſermonem facere decreui. Inter has autem ſeptem prima Eccleſia eſt Sacroſancta Lateranenſis Eccleſia, quæ ab antiquo dicebatur Baſilica Saluatoris, nũc autem comuniter vocatur Eccleſia S. Ioannis Lateranenſis, quæ ab Imperatore Conſtantino in latere ſui proprij palatij ędificata. & à Sancto Sylueſtro Papa in honorẽ Sãctiſsimi Saluatoris Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & Sanctorum Ioannis Baptiſtæ, & Ioannis Euãgeliſtæ dedicata fuit, in qua fertur, quod ſcilicet, Sylueſter, & Gregorius Sũmi Pontifices qui eam ſucceſsiue conſecrauerunt deuote viſitantibus conceſſerunt tantas indulgentias, quod eas nemo niſi ſolus Deus enumerare poteſt.

Notandum eſt primo quod in hac Eccleſia iuxta Rubricas Miſſalis noui Pij V. ſuſſu inſtituti ſunt ſtationes Dominica prima Quadrageſimæ, Dominica Palmarum, Feria quinta maioris hebdomadæ Sabbathi Sancti, & in Albis, Vigilia Pentecoſtes, in die Sancti Ioannis ante portam Latinam; & eſt indulgentia plenaria, & liberatio vnius animæ à Purgatorio. Et à die Sãcti Bernardini, qui eſt vigeſima die Maij vſque ad primum diem Auguſti die quolibet eſt indulgentia plenaria.

Notandum ſecundo, quod in hac Eccleſia S. Ioannis Lateranenſis habetur quædam tabula antiqua, in qua continentur ſequentia, Quæ quidem bonus Pater noſtri ordinis tẽpore Capituli generaliſsimi anno Domini milleſimo quingenteſimo centeſimo ſeptuageſimo ab illa extraxit.

Idem Conſtantinus Imperator poſtquam mundatus fuit â lepra per ſacri Baptiſmatis ſuſceptionem dixit B. Sylueſtro, Pater ecce domũ meam in Eccleſiam ordinaui, infunde in eam tuã largam benedictionẽ pro venientibus ad eam, & ad eũ ait Beatus Sylueſter, Dominus Ieſus Chriſtus, qui mũdauit te à lepra, & purificauit te fonte perenni per ſuã miſericordiã mundet, & purificet omnes huc venientes ſine peccato mortali. Et autoritate Petri, & Pauli, & noſtra ſit eis remiſsio omniũ peccatorũ quocunque tempore anni.

Item S. Gregorius Papa, qui hãc Eccleſiam conſecrauit poſt deſtructionem eius factam per hæreticos confirmauit indulgẽtiã poſitã per B. Sylueſtrũ Papã antedictũ.

Itẽ Bonifacius dixit. Indulgentiæ Eccleſiæ Lateranenſis numerari nõ poſſunt, niſi à ſolo Deo, & ego omnes illas cõfirmo.

† Item infeſto Saluatoris, cuius imago viſibiliter apparuit omni Populo Romano miraculoſe, ſcilicet, quando Sanctus Sylueſter conſecrauit dictam Eccleſiam, primo vbi fuerat Populus Romanus congregatus, tunc prædicta imago apparuit viſibiliter omni Populo de Vrbe, quæ imago remanſit in pariete, neque comburi potuit, cum Eccleſia bis combuſta fuerit, eſt remiſsio omnium peccatorum.

† Item Papa Bonifacius dixit. Siquis ad Sedem noſtram Lateranenſem cauſa deuotionis, orationis, & peregrinationis acceſſerit ab omni ſorde peccati ſit mundatus toties.

† Item

† Item in Eccleſia prædicta in capella S. Ioannis Baptiſtæ, in qua mulieres non intrant ibidem ad fontes eſt remiſsio omniũ peccatorum.

† Item in capella S. Laurentij, in qua ſimiliter mulieres non intrant, quæ dicitur Sancta Sanctorum, eſt remiſsio omnium peccatorum.

Denique ſi ſcirent homines indulgentias Eccleſ. Lateranenſis, dicerent, tantæ ſunt quod non oporteret nos ire propter indulgentias lucrandas ad Sanctum Sepulchrum vltra mare.

ARTICVLVS. II.

Quæ indulgentiæ concedantur viſitantibus Eccleſiam S. Petri in Vrbe.

REſpondeo dicẽdo, ꝙ interdictas ſeptẽ Eccleſias principales locum habet Eccleſia S. Petri, vbi nũc eſt Sãcta Sedes Apoſtolica, & palatiũ Sãctiſsimi Domini noſtri Papæ, in qua ſunt omni die quadraginta octo anni, & totidem quadragenæ, & remiſsio tertiæ partis peccatorum.

Item in eadem Eccleſia fuiſſe dicuntur centũ, & nouem altaria, quæ nunc pro parte magna ſunt remota, & in melius ſub pauciori numero redacta, ſiue ordinata: & pro quolibet decem, & octo anni indulgentiarum dati ſunt, & inter alia ſunt ſeptem altaria principalia, quæ in gyrum cancellis cupreis vallata ſunt olim deauratis.

Item quandocumque eſt feſtum Sanctorum Petri, & Pauli, vel vocationis dictorum altarium, ſeu etiam feſtum Natiuitatis Domini, Paſchæ, ſeu omnium Sãctorum, aliudque feſtum duplex, duplicantur omnes prædictæ indulgentiæ. Item in feſto Annuntiationis B. Mariæ ſunt ibi mille anni indulgentię.

Item à prædicto feſto vſque ad Kalend. Auguſti ſunt ibi duodecim anni Indulgentiarum, & totidem quadragenæ, & remiſſio tertiæ partis omnium peccatorum.

Item quicumq; aſcenderit gradus Sancti Petri deuotè, vbi conſequuntur pro quolibet gradu ſeptem anni indulgentiarum.

ARTICVLVS III.

Quæ indulgentiæ concedantur viſitantibus Eccleſiam Sancti Pauli.

REſpondeo dicendo, quod etiam inter dictas principales Eccleſias Eccleſia S. Pauli numeratur, in qua ſunt omni die quadraginta & octo anni indulgentiarum, & tot quadragenæ, & remiſsio tertiæ partis omnium peccatorum.

Item in conuerſione S. Pauli ſunt ibi centum anni indulgentiæ, & tot quadragenę.

† Item in feſto SS. Innocentium, quorum multa corpora requieſcunt ibi, ſunt ibidẽ quadraginta & octo anni indulgentiæ, & tot quadragenæ, modo vero eſt indulgentia plenaria.

Item in dedicatione eiuſdem, quæ eſt in octaua S. Martini, ſunt ibi mille anni indulgentię, & tot quadragenæ & remiſsio tertię partis omnium peccatorum.

Item ſiquis intrauerit dictam Eccleſiam omnibus diebus Dominicis, habet tantas indulgentias, ac ſi iret ad Sanctum Sepulcrum Hieroſolymis.

ARTICVLVS IIII.

Quæ indulgentiæ lucrentur, ad S. Mariam Maiorem.

REſpõdeo dicendo, quod quarta Eccleſia inter principales ſeptem eſt S. Maria Maior, in qua ſunt omni die quadraginta octo anni indulgentiæ, & tot quadragenę, & remiſsio tertię partis omnium peccatorum.

Item in vigilia Aſcenſionis Domini, qua celebratur feſtum tranſlationis corporis Sancti Hieronymi ibidem quieſcentis ad altare ipſius, eſt remiſsio tertiæ partis omniũ peccatorum conceſſa à Pio Papa II.

Item in omnibus feſtiuitatibus B. Marię ſunt ibi mille anni indulgentię.

Item à feſto Aſſumptionis Virginis vſq; ad eius Natiuitatem ſunt ibi duodecim millia annorum indulgentię vltra prędictas quotidianas indulgentias.

Notandum eſt tamen, quod quarta Eccleſia ab antiquo ſemper fuit Sancti Laurẽtij, ſed tempore Alexandri VI. ad Sanctam Mariam tempore Iubilei fuit aſsignata

pro quarta numero, & alię tres non viſitabantur ex debito, ſed ex deuotione tantum modo ad parcendum laboribus peregrinorum, & Romanorum.

ARTICVLVS V.

Quæ indulgentiæ lucrentur apud S. Laurentium extra muros.

REſpõdeo dicẽdo, quod quinta Eccleſia eſt ad S. Laurentium extra muros, in qua ſunt omni die quadraginta octoanni indulgentiæ, & tot quadragenæ, ac remiſsio tertiæ partis omnium peccatorum in feſtiuitatibus SS. Stephani & Laurentij, quorum corpora ibidem requieſcũt. & per octauas eorum, & in ſingulis ſtationibus eiuſdem Eccleſiæ ſunt centum anni indulgentiæ, & remiſsio tertię partis omnium peccatorum conceſſa ab antiquo, ſed Calixtus III. conceſsit omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus dictam Eccleſiam deuote viſitantibus, & ſingulis feſtiuitatibus, & ſtationibus eiuſdem Eccleſiæ plenariam remiſsionem omnium peccatorum.

Liberatio animæ. ✠ Item ſiquis intrauerit dictam Eccleſiam per annum omni quarta feria liberat vnam animã à purgatorio.

✠ Item ſiquis intrauerit dictam Eccleſiã per ianuam Auſtralem templi de vna cruce ad aliam contritus, & confeſſus habet remiſsionem omnium peccatorum.

ARTICVLVS VI.

Quæ indulgentiæ lucrentur apud Sanctos Fabianum & Sebaſtianum.

REſpondeo dicendo, quod ſexta Eccleſia eſt apud Sanctos Fabianum, & Sebaſtianum extramuros in qua ſunt omni die quadraginta octo anni indulgentiæ & totquadragenæ, & remiſsio tertiæ partis peccatorum.

Item in eadem Eccleſia ſunt quotidie mille anni indulgẽtiæ dati à Pelagio Papa.

Item in eadem Eccleſia ad catacumbas ibi, prope maius altare ſunt tantę indulgentiæ, quantæ ſunt in Eccleſijs Apoſtolorum Petri, & Pauli, quia ibi prius corpora eorum iacuerunt abſcondita longo tempore in puteo quodam, ſuper quem eſt vnum altare.

Item Sylueſter, Gregorius Honorius, Pelagius, Nicolaus, & Ioannes Summi Pontifices quilibet eorum mille annos indulgentiæ quocumque tempore anni deuote viſitantibus dictam Eccleſiam.

✠ Item in cæmeterio Calixti eſt plenaria remiſsio omnium peccatorum ſecundum quoſdam.

ARTICVLVS VII.

Quæ indulgentiæ lucrentur ad Sanctã Crucem in Hieruſalem.

REſpondeo dicendo, quod ſeptima, & vltima Eccleſia eſt ad Sanctam Crucem in Hieruſalem, in qua ſunt omni die quadraginta, & octo anni indulgentiæ, & totidem quadragenæ, ac remiſsio tertię partis omnium peccatorum.

✠ Item in dedicatione eiuſdem, quæ celebratur in vigilia Sancti Benedicti Abbatis in menſe Martij eſt ibi indulgentia plenaria.

Item omni die Dominica ſunt in eadem Eccleſia trecenti anni indulgentiæ, & tot quadragenę, ac etiam remiſsio tertiæ partis omnium peccatorum.

✠ Item in inuentione tituli S. Crucis, quę ibi in ſublimi muro inuenta eſt tempore Alexandri Sexti vigeſima ſexta die Ianuarij, & etiam quotidie in capela Sanctę Helenę, vbi mulieres non intrant, niſi ſemel in anno eſt indulgentia plenaria.

Et eſt notandũ quod tantæ aliæ multæ indulgentię Romæ in diuerſis Eccleſijs, & locis, aliquæ tertię partis peccatorum aliquę quadragenarum, aliquę annorum, & aliquę dierum, quæ ſimiliter conceſſę ſunt fratribus, & ſororibus ordinis Minorum, & perſonis quibuſdam prout in quæſtione ſuperiori diximus, quæ ex conſulto omittuntur, cum non ita ſint magnæ, ſicut ſuperius narratæ. Hæc omnia tradit collector fideliſsimus priuilegiorum Mendicantium in compendio impreſſo in ciuitate Valliſoleti anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto, qui etiam curioſe tradit omnia, quæ in duabus quæſtionibus ſequentibus continentur.

QVÆS-

QVÆSTIO CX.

De indulgentijs, quæ habentur in diebus ſtationum Romæ in duodecim articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duodecim.

1 *Quæ indulgẽtiæ lucrentur inmẽſe Ianuarij.*

2 *Quæ indulgentiæ lucrẽtur inmẽſe Februarij,*

3 *Quæ indulgentiæ lucretur in menſe Martij.*

4 *Quæ indulgentiæ lucrentur inmẽſe Aprilis.*

5 *Quæ indulgẽtiæ lucrẽtur in menſe Maij.*

6 *Quæ indulgẽtiæ concedantur in ſtationibus menſis Iunij.*

7 *Quæ indulgentiæ cõcedantur inmẽſe Iulij.*

8 *Quæ indulgentiæ cõcedantur in mẽſe Auguſti.*

9 *Quæ indulgentiæ cõcedantur in mẽſe Septembris.*

10 *Quæ indulgẽtiæ cõcedãtur inmẽſe Octobris.*

11 *Quæ indulgentiæ cõcedantur inmẽſe Nouembris.*

12 *Quæ indulgentiæ cõcedantur inmẽſe Decembris*

ARTICVLVS I.

Quæ indulgentiæ lucrentur in menſe Ianuary.

RESPONDEO dicendo quod multæ ſunt indulgentiæ tã plenariæ, quã non plenariæ, quæ in diebus ſtationum & in nõnullis alijs habentur in Eccleſijs vrbis Romæ, quas omnes lucrari poſsũt fratres Minores prout in quæſtione octogeſima ſecũda, & octogeſimatertia dictũ eſt. Et pro intelligẽtia ſcriptorum eſt aduertẽdũ, q̃ per Cruces in margine poſitas plenariæ indulgẽtiæ in nuũtur, ſed per numeros intra poſitos ante illã dictionem, mille, debẽt intelligi millenarij, perſequentes vero vſq; ibi, anni ſignificantur ſimpliciter alij anni & dies, qui vſque ad mille non aſcendunt.

In menſe Ianuarij.

† In Circunciſione Domini eſt indulgentia plenaria, in *Sancto* Ioanne Lateranenſi, Et ſimilirer in Aracœli.

† In die epiphaniæ eſt indulgentia plenaria in Sancto *Petro*, & remiſsio omnium peccatorum in *Sancta* Maria Maiori.

† In octaua Epiphaniæ indulgentia plenaria ad ſanctum Petrum, Felicis in Pincis mille annoi indulgentiæ ad ſanctum Sebaſtianum, *Sanctorum* quinque Martyrum ordinis Minorum, & Sancti Marcelli Papæ, & Martyris remiſsio omnium peccatorum, & mille anni ad ſanctum Sebaſtianum. Et hanc indulgentiam conſequũtur chordigeri confratres Patris noſtri Franciſci recitando ſex Pater Noſter, & totidẽ Aue Maria cum Glorię Patri in fine cuiuſlibet Pater Noſter, & Aue Maria, cum illis omnes indulgentiæ etiam fratrum cõmunicentur.

In die Sancti Antonij Abbatis remiſsio tertiæ partis peccatorum quotidie ad Sanctam Mariam Maiorem.

In die Sanctorum Fabiani, & *Sebaſtiani* indulgentia, plenaria & remiſsio omniũ peccatorum ad *Sanctum Sebaſtianum*, & centum quinquaginta octo mille ac. 968. anni &. 285. dies.

† In die Sanctę Agnetis virginis, & martyris remiſsio omnium peccatorum, & ducẽti anni. & omni die mille anni indulgentiæ ad *Sanctam* Mariam Maiorem.

† Dominica prima poſt feſtum *S.* Antonij Abbatis oſtenditur Veronica & eſt indulgentia plenaria ad *Sanctũ* Petrũ. Et Romani habẽt ſeptem millia annorũ, ſed vltra mõtani quatuordecim millia, & totidem quadragenas, & remiſsionem tertiæ partis peccatorum.

4 In die Vincentij, & Anaſtaſij quadraginta millia annorum indulgentiarũ ad *Sã* ctum Ioannem in Laterano.

4 In die Conuerſionis S. Pauli indulgen

tia

tia plenaria, & decem millia annorum ad S. Paulum.

† In die Agnetis ſecundo remiſsio omnium peccatorum, vt in primo feſto ad S. Ioannem in Laterano.

In die Cyri, & Ioannis remiſsio tertiæ partis peccatorũ ad Sanctum Sebaſtianum.

ARTICVLVS II. Quæ indulgentiæ lucrẽtur ſtationum in menſe Februarij.

REſpondeo dicendo, quod in die Purificationis Beatæ Mariæ Virginis indulgentia plenaria ad Sanctam Mariam de Populo. Et. 155. mille, ac. 293. anni, &. 285. dies.

† In die Agathæ Virginis, & martyris indulgentia plenaria ad ſanctam Crucem.

† In Cathedra S. Petri indulgentia plenaria, & mille anni ad ſanctum Petrum, & 158. mille, ac. 968. anni, &. 185. dies.

† In die ſancti Matthiæ Apoſtoli indulgentia plenaria ad Sanctam Mariam Maiorem, vbi corpus eiuſdem requieſcit, &. 159. mille, 290. anni, &. 28. dies.

ARTICVLVS. III. Quæ indulgentiæ ſtationũ lucrentur in menſe Martij.

REſpondeo dicendo, quod in die Sancti Thomæ de Aquino.

† Indulgẽtia plenaria ad Sãctam Mariam in Minerua &, 158. mille, ac, 958. anni, &. 285. dies.

† In die ſancti Gregorij indulgentia plenaria, & quotidie. 40. anni indulgẽtiæ, & tot quadragenę, & remiſsio tertiæ partis peccatorum.

Item mille anni ad Sanctum Petrum

† In die S. Ioſephi cõfeſſoris indulgentia plenaria ad S. Mariam Maiorem.

† In vigilia Sancti Benedicti Abbatis indulgentia plenaria ab ſanctam Crucẽ in capela, quæ dicitur Hieruſalẽ, cuius dedicatio eſt illa die.

In die ſancti Benedicti Abbatis centum anni indulgentiæ ad S. Petrum, &. 159. mille, ac. 154. anni. &. 40. dies.

† In annunciatione Virginis Mariæ indulgentia plenaria, & mille anni, & totidẽ quadragenæ & remiſsio tertiæ partis peccatorum. Et iterum mille anni ad ſanctam Mariam Maiorem. Et. 158. mille, ac. 958. anni. &. 185. dies.

ARTICVLVS IIII. Quæ indulgẽtiæ conſequãtur in menſe Aprilis.

REſpõdeo dicẽdo, quod in die S. Gregorij martyris mille anni indulgẽtię &. 154. ac. 913. anni, &. 260. dies.

† In die ſancti Marci Euangeliſtæ indulgentia plenaria ad ſanctum Petrum, &, 154. ac. 990. anni, &. 200. dies.

† In die ſancti Petri martyris ordinis Prædicatorum indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam in Minerua.

ARTICVLVS V. Quæ indulgẽtiæ lucrentur in menſe Maij ſtationibus.

REſpõdeo dicẽdo, quod in die Philippi, & Iacobi indulgentia plenaria ad ſanctã Mariã Maiorẽ &. 158. mille ac. 978. anni &. 285. dies.

† In omnibus diebus Dominicis huius menſis indulgentia plenaria ad ſanctum Sebaſtianum, &. 186. mille, ac. 39. anni, & 100. dies.

† In Inuentione ſanctæ Crucis indulgentia plenaria ad ſanctam Crucem, &. 186. ac. 39. anni, &, 100. dies.

† Item tertia die huius menſis indulgentia plenaria, quia eſt conſecratio ſanctæ Mariæ Rotundæ.

† In die S. Ioannis ante Portam Latinam indulgentia liberationis vnius animæ à purgatorio ad S. Mariam Maiorem. Liberatio. vnius animæ à purgatorio.

† In die apparitionis S. Michaelis indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam.

† Ab iſta die vſque ad Kalendas Auguſti ſunt quotidie in S. Ioannę Lateranenſi tres indulgentiæ plenariæ.

In die Nerei, Achillei, atque Pancratij centum anni indulgentiæ ad Sanctum Paulum.

In

† In die ſancti Bernardini confeſſoris indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam de Aracæli.

† In Aſcenſione Domini indulgentia plenaria ad S. Petrum & 158. mille ac 968. anni, & 285. dies.

† In feſto Corporis Chriſti indulgentia plenaria ad ſanctum Petrum, & 159. mille, ac 968. anni & 45. dies.

In die Petronillæ Virginis mille anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ ad S. Petrum.

ARTICVLVS VI.
Quæ indulgẽtia concedantur in ſtationibus menſis Iunij.

REſpondeo dicendo, quod in die Marcellini Petri, ac Eraſmi mille anni indulgentiarum ad ſanctum Petrum.

In die Barnabæ Apoſtoli ſexcenti anni indulgentiarum ad S. Petrum.

† In die ſancti Antonij confeſſoris ordinis Minorum indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam in Aracœli.

In die Vitti, & Modeſti, atque Crecentiæ centum anni indulgentiæ, & tot quadragenæ ad S. Paulum.

In die Pauli confeſſoris, & Pontificis. 7. millia annorum indulgentiarum ad S. Ioannem in Laterano.

† In Natiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ indulgentia plenaria in Eccleſia Lateranẽſi, & 154. mille, & 984. anni, & 45. dies.

In die Ioannis, & Pauli mille anni indulgentiæ ad S. Ioannem Lateranenſem.

In die Leonis Papæ mille anni, & totidem quadragenæ ad S. Petrum.

† In die Petri, & Pauli indulgentia plenaria in amborum Eccleſijs & 159. mille, ac 963. anni & 45. dies.

† In commemoratione ſancti Pauli indulgentia plenaria, & mille anni in Eccleſia ſua.

ARTICVLVS VII.
Quæ indulgentiæ concedantur in ſtationibus Iulij.

† In octaua S. Ioannis Baptiſtæ indulgẽtia plenaria in eius Eccleſia Lateranenſi.

† In viſitatione Beatæ Mariæ Virginis indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam de populo, & 158. mille ac. 958. anni &. 285. dies.

† In die ſancti Bonauenturæ confeſſoris, & Epiſcopi ordinis Minorum indulgẽtia plenaria ad ſanctum Petrum, 158. mille ac 967. anni & 285. dies.

Diuiſio Apoſtolorum duo millia annorum indulgentia ad S. Petrum.

† In die Alexij confeſſoris indulgentia plenaria, & mille anni ad ſanctum Ioannẽ in Laterano.

In die Margaritæ Virginis & Martyris centum anni ad S. Crucem.

In die Praxedis Virginis duo millia annorum indulgentiæ ad ſanctum Petrum.

† In die Magdalenæ indulgentia plenaria, & centum anni ad S. Mariam Maiorem.

In die Apollinarij Martyris centum anni ad S. Ioannem in Laterano.

In die Chriſtinæ Virginis, & Martyris quadraginta anni ad S. Mariam Maiorem.

† In die ſancti Iacobi Apoſtoli indulgentia plenaria in ſua Eccleſia, & ad S. Mariam Maiorem.

† In die Annæ matris B. Virginis Mariæ indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam Maiorem.

In die Pantaleonis Martyris quadraginta anni indulgentiæ ad S. Mariam Maiorẽ

In die Nazarij, Celſi, Victoris trecenti anni indulgentiæ ad ſanctam Crucem.

In die Simplicij, & Fauſtini quinque millia annorum ad S. Sebaſtianum.

ARTICVLVS VIII.
Quæ lucrentur indulgentiæ in ſtationibus Auguſti.

REſpondeo dicendo, quod in die S. Petri ad Vincula, & per octo dies ſequẽtes indulgentia plenaria in Eccleſia eiuſdem, & 158. mille ac. 968. anni, & 285. dies.

In feſto dedicationis ſanctæ Mariæ de Angelis, ſeu Portiunculæ, quæ fuit prima Eccleſia ordinis Minorum indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam Maiorem.

† In inuentione S. Stephani indulgentia plenaria ad S. Laurentium.

† In feſto ſanctæ Mariæ de Niue, indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam Maiorem, & 159. mille, ac 790. anni & 28. dies.

† In

† In feſto S. Dominici confeſſoris indulgentia plenaria ad S. Mariam in Minerua. Et 158. mille ac. 958. anni. & 285. dies.

In die Sixti Fœliciſsimi, & Agapiti plures indulgentiæ ad S. Crucem.

In die Cyriaci Largi, & Smaragdi mille anni ad ſanctum Sebaſtianum.

† In dies Laurentij Martyris indulgentia plenaria, & per totam octauam, 158. mille ac. 958. anni & 285. dies, & omni die mille anni, & totidem quadragenę, & remiſsio tertiæ partis peccatorum in eadem Eccleſia.

✠ In die Sanctæ Claræ Virginis indulgẽtia plenaria ad ſanctam Mariam Maiorem & centum anni ad S. Crucem.

In die Euſebij Confeſſoris mille anni in dulgentiæ ad ſanctam Mariam Maiorem.

✠ In vigilia Aſſumptionis B. Mariæ ad veſperas indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam de Populo.

✠ In Aſſumptione eiuſdem Beatę Marię Virginis, & per totam octauam indulgentia plenaria, & remiſsio omnium peccatorum & quadraginta anni, & totidem quadragenæ, ac remiſsio tertiæ partis peccatorum ad S. Mariam, & ad ſanctum Petrum. 158. mille, ac 162. anni, ac 100. dies.

✠ Dominica infra octauam Aſſumptionis remiſsio omnium peccatorum in Aracœli.

✠ Sancti Ludouici confeſſoris ordinis Minorum indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam de Aracœli.

✠ In octaua Aſſumptionis remiſsio omniũ peccatorum ad S. Mariã Tranſtyberim.

✠ In die ſancti Bartholomæi Apoſtoli plenaria remiſsio omnium peccatorum, & ſeptem millia annorum indulgentiæ ad S. Ioannem in Laterano.

✠ In die ſancti Auguſtini Epiſcopi indulgentia plenaria in Eccleſia eius & mille anni ad ſanctam Mariam.

✠ In die decollationis ſancti Ioannis Baptiſtæ indulgentia plenaria, & remiſsio omnium peccatorum. Item centum anni, & tot quadragenæ, & remiſsio tertiæ partis peccatorum ad S. Ioannem in Laterano.

ARTICVLVS IX.

Quæ indulgentiæ concedantur in ſtationibus menſis Septembris.

REſpondeo dicendo, quod in vigilia Natiuitatis Dominæ Noſtræ ad veſperas indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam de Populo.

✠ In die Natiuitatis eiuſdem Virginis indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam Rotundam, & 159. mille ac. 790. anni & 185. dies.

✠ In die S. Adriani Martyris ducenti anni indulgentiæ ad ſanctam Mariam Maiorẽ.

✠ In die Exaltationis ſanctæ Crucis indulgentia plenaria & mille. 40. anni, & remiſsio tertiæ partis peccatorum ad S. Crucem & 159. mille, ac. 64. anni, & 45. dies.

In die S. Euphemię, Luciæ, & Geminiani mille anni ad S. Ioannem in Laterano.

In die Euſtachij, & Sororum eius centũ quadraginta anni ad S. Sebaſtianum.

† In die S. Matthęi Apoſtoli indulgentia plenaria, & centum triginta anni ad Sanctum Laurentium.

In die Coſmæ, & Damiani ſeptem millia annorum indulgentiæ ad S. Sebaſtianum.

✠ In die S. Michaelis Archangeli indulgentia plenaria ad Sanctam Mariã Maiorem, & 154. mille, ac. 992. anni & ducenti dies.

† In die Sancti Hieronimi confeſſoris indulgentia plenaria ad ſanctam Mariam Maiorem, vbi eſt corpus eius. Itẽ duo millia annorum indulgentię &. 158. mille ac. 790. anni. &. 285. dies.

ARTICVLVS. X.

Quæ indulgẽtiæ cõcedãtur in ſtationibus mẽſis Octobris.

✠ REſpondeo dicendo, quod in feſto Beatiſsimi Patris noſtri Franciſci, & per eius Octauam indulgentia plenaria in eius Eccleſia trans Tiberim. & ad S. Paulum. Et 158. mille ac 968. anni, & 285. dies.

✠ In feſto Sancti Lucæ Euangeliſtę indulgentia plenaria & mille anni ad S. Mariam Maiorem.

✠ In feſto Simonis, & Iudæ Apoſtolorũ indulgentia plenaria ad S. Petrum, & 40. anni, & totidem quadragenæ & remiſsio tertiæ partis peccatorum & 158. ac. 998. anni & 285. dies.

(?)

ARTI-

ARTICVLVS XI.

Quæ indulgentiæ concedantur in stationibus mensis Nouembris.

† REspondeo dicēdo, quod in festo omniū sanctorum indulgētia plenaria ad S. Mariā Rotundam, & 1585. mille, ac 662 anni, & 100. dies.

† In cōmemoratione animarū indulgētia plenaria & per octo dies sequētes ad S. Mariā Maiorē, & in Ecclesia sancti Gregorij, & 154. mille, ac 991. anni & 200. dies.

† In octaua omnium sanctorum plenaria remissio peccatorum ad sanctū Petrum, Quatuor Coronatorum multæ indulgentiæ ad sanctum Ioannem in Laterano.

In dedicatione Basilicæ Saluatoris indulgentia plenaria in sancto Ioanne Lateranēsi. Item centum anni, & 254. mille ac 983. anni & 285. dies.

In die Triphonij, & Respicij, & Nymphę plures indulgentiæ ad S. Laurentium.

In die D. Martini Episcopi trecenti anni, & totidem quadragenæ ad S. Sebastianū.

✝ In dedicatione Basilicæ Principis Apostolorum indulgentia plenaria, & vndecim millia annorum, & totidē quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorū ad S. Petrū, & 159. mille ac. 964. anni, & 285 dies.

In festo S. Elisabeth filiæ regis Hungarię centum anni indulgentiæ ad S. Crucem.

✝ Inpræsentatione Beatæ Mariæ indulgētia plenaria, & remissio omnium peccatorum ad S. Mariam maiorem.

✝ In festo Cecilię Virginis, & martyris Indulgentia plenaria in Ecclesia eius, & ad S. Mariā in Araceli, & viginti anni indulgentię & 159. mille, ac. 790. & 285. dies.

✝ In festo S. Clementis Papæ, & martyris indulgentia plenaria in Ecclesia eius, & ad S. Petrum. Et. 158. mille ac. 966. anni & 150. dies.

in die S. Felicitatis martyris 40. anni indulgentiæ ad S. Crucem.

In die Chrysogoni martyris mille anni indulgentiæ ad S. Mariam Maiorem.

In die S. Catherinæ Virginis, & martyris mille anni indulgentiæ ad S. Mariam Maiorem.

In die, S. Sarnini martyris centum anni indulgentiæiad S. Sebastianum,

✝ In die S. Andreæ apostoli mille anni indulgentiæ, & remissio tertiæ partis peccatorū, & indulgētia plenaria ad S. Petrum & 159. mille, ac. 974. anni, & 45. dies.

ARTICVLVS XII.

Quæ indulgentiæ concedantur in diebus stationum mensis Decembris

REspondeo dicēdo, quod in festo S. Bibianæ virginis, & martyris octo millia annorum indulgentiæ ad S. Mariā.

In festo S. Barbaræ virginis, & martyris mille anni indulgentiæ ad S. Crucem.

In festo Sabæ Abbatis centum anni ad S. Petrum.

✝ In festo S. Nicolai Episcopi. 300. anni, & tot quadragenæ & indulgentia plenaria in Ecclesia eius, & ad S. Crucem, &. 154. mille, 991. anni, & ducenti, & dies.

✝ In festo. S. Ambrosij episcopi mille anni, & indulgentia plenaria ad S. Petrum.

✝ In vigilia Conceptionis B. Virginis ad. vesperas indulgentia plenaria ad S. Mariam de Populo.

✝ In festo Conceptionis virginis indulgentia plenaria ad S. Mariam de populo. Et 158. mille, ac. 968. anni &, 285. dies.

In quatuor temporibus 40. anni indulgētię, & totidē quadragenę, & remissio tertiæ partis peccatorum ad S. Mariā maiorē.

✝ In festo S. Thomę Apostoli, 300. anni. & remissio partis omnium peccatorum, & indulgentia plenaria ad S. Paulum.

✝ In Natiuitate Domini. N. Iesu Christi indulgentia plenaria in qualibet triū Missarum, & mille anni ad S. Mariam Maiorem.

In festo sanctæ Anastasiæ martyris mille anni indulgētiæ ad S. Mariam Maiorem.

✝ In die S. Stephani indulgentia plenaria ad S. Laurentium vbi est corpus eius. Item duo millia annorum Item centum anni, & totidem quadragenæ, & indulsio, ac remissio tertiæ partis peccatorum, & plures indulgentiæ in eius Ecclesia in mōte Cœlio.

✝ In festo S. Ioannis Euangelistæ indulgentia plenaria ad S. Ioannem in Laterano, & centum anni ad S. Paulum, Et liberatio vnus animæ à purgatorio. Et. 158. mille, ac. 790. anni.

✝ In festo SS. Innocentium indulgētia plenaria, & quadraginta anni, & totidem quadragenæ ad S. Paulum.

† In festo S. Syluestri Papæ iudulgentia plenaria, & decem millia annorum ad sanctum Ioannem in Laterano.

QVÆ-

QVÆSTIO XCI.

De indulgentijs ſtationum in Aduentu, & quadrageſima in tres articulos diuiſa.

Circa quã quæruntur tria.

1 *Quot in Aduentu concedantur indulgentiæ.*
2 *Quæ indulgentiæ concedantur in quadrageſima.*
3 *Quæ indulgentiæ concedãtur in ſtationibus tempore Paſchali.*

ARTICVLVS I.

Quot in Aduentu indulgentiæ concedantur.

REſpondeo dicendo, quod in Dominica prima ad S. Mariã *Maiorem* 158. mille, & 790. anni & 285. dies indulgentiæ.

In Dominica ſecunda ad *S.* Crucem. 158 mille, ac 64. anni & 45. dies indulgentiæ.

In Dominica tertia ad ſanctum Petrum, 158. mille, ac 168 anni & 285. dies.

In feria quarta quatuor tẽporũ ad S. Mariã Maiorẽ 158. mille, ac 790. anni & 285. dies.

In feria ſexta ad ſanctos Apoſtolos 158. mille ac. 968. anni, & 285. dies.

In Sabbato ad ſanctum *P*etrum. 158. mille, ac 968. anni, & 285. dies.

In Dominica quarta ad ſanctos Apoſtolos, 158. mille ac 790. anni, & 285. dies.

In vigilia Natalis Domini ad ſanctã Mariam Maiorẽ. 159. ac 790. anni, & 285. dies.

In prima Miſſa Natiuitatis Domini ad S. Mariam Maiorem, 159. mille, ac 790. anni, & 285. dies.

In ſecunda Miſſa ad S. Anaſtaſiam, 158. ac 790 anni, & 285. dies.

In tertia *M*iſſa ad ſanctam Mariã Maiorem. 159. mille, ac 790. anni, & 185. dies.

In die ſancti Stephani in Cœlio Monte 154. mille, ac 991. anni, & 200. dies.

In die S. *I*oannis Euangeliſtæ ad S. Mariam Maiorem. 159. mille ac 790. anni, & 285. dies, & liberatio vnius animæ à Purgatorio.

In die Innocentium ad S. Paulum. 155. mille ac 291. anni & 200. dies.

In die *S.* Sylueſtri ad S. Mariam trãs Tyberim. 158. mille ac 291. anni, & 285. dies.

In Circunciſione Domini ad S. *M*ariam in Aracæli, & ad S. *I*oannem in Laterano 415 mille, ac 983. anni & 285. dies.

Dominica in ſeptuageſima ad S. Laurentium. 158. mille. ac 968. anni & 285. dies. Itẽ liberatio vnius animæ à Purgatorio. Liberatio vnius animæ à purgatorio.

Dominica in Sexageſima ad S. Paulum. 155. mille ac 190. anni, & 200. dies.

Dominica in quinquageſima ad S. *P*etrum 158. mille ac 96. anni. & 286. dies.

ARTICVLVS II.

Quæ indulgentiæ concedantur in ſtationibus quadrageſimæ.

REſpõdeo dicendo, quod ad S. Sabinã 155. mille, ac 293. anni. & 285. dies.

Feria quinta ad S. Gregorium 154. mille, ac 913. anni & 285. dies.

Feria ſexta ad *S.* *I*oannem & Paulum, 155 mille, ac 891. anni, & 200. dies.

Sabbatho ad *S.* Triphonẽ 158. mille ac 983. anni & 285. dies.

Dominica prima ad S. *I*oannem in Laterano 154. mille, ac 994. anni, & 285. dies.

Feria ſecunda ad S. *P*etrum ad Vincula, 158. mille ac 969. anni & 285. dies.

Feria tertia ad S. Anaſtaſiam. 158. mille, ac 968. anni, & 285. dies. *I*tem liberatio vnius animæ à *P*urgatorio. Liberatio animæ à purg.

Feria quarta ad S. Mariam Maiorem, 159 mille, ac 290. anni, & 285. dies.

Feria quinta ad S. Laurentiũ in Paliſperna 158. mille, ac 968. anni, & 285. dies.

Feria ſexta ad ſanctos Apoſtolos 158. mille ac 968. anni, & 285. dies.

Sabbato ad S. *P*etrum. 158. mille ac 964. anni, & 45. dies.

Dominica ſecunda ad S. Marinã, in Dominica 158. mille, ac 968. anni, & 285. dies.

Feria ſecunda ad S. Clementem. 158. mille, ac 956. anni & 250. dies.

Feria tertia ad S. Balbinam. 155. mille, ac 293. anni & 285. dies.

Feria quarta ad S. Cæciliam. 159. mille, ac 790. anni. ac 285. dies.

Feria quinta ad S. Mariam trans Tyberim 158. mille, ac 858. anni, & 285. dies.

Feria ſextra ad *S.* Vitalem 158. mille, ac 958. anni, & 285. dies.

Sabbato ad ſanctum *M*arcellum, & *P*etrum 154. mille, ac 965. anni, & 200. dies.

*D*ominica tertia ad *S.* Laurentium. 159. mille, ac 54. anni & 30. dies. *I*tem liberatio vnius animæ à Purgatorio. Liberatio animæ à purgat.

Fe-

Feria 2. ad S. Marcum 154. mille ac 909 anni & 200. dies.

Feria 3. ad S. Potentianam 154. mille, ac 991. anni, & 200. dies.

Feria ſexta ad S. Sixtum 155. mille, ac 790. anni, & centum dies.

Feria quinta ad S. Coſmam, & Damianũ 154. mille, ac 991. anni, & 200. dies.

Feria ſexta ad S. Laurentium in Lucina, 154. mille, ac 991. anni, & 200. dies.

Sabbatho ad S. Suſannam 154. mille, ac 911. anni, & 200. dies.

Liberatio animæ à purgatorio.

Dominica quarta ad S. Crucẽ 159. mille, ac 60. anni, & 45. dies. Item liberatio vnius animæ â purgatorio.

Feria ſecunda ad quatuor Coronatos, 159. mille, ac 990. anni, & 200. dies.

Feria tertia ad S. Laurentium in Damaſo 154. mille & 991. anni & 200. dies.

Feria quarta ad S. Paulũ 155. mille. 291. anni, & 200. dies.

Feria quinta ad S. Sylueſtrum 154. mille ac 991. anni, & 200. dies.

Feria ſexta ad ſanctum Euſebium 154. mille ac 991. anni, & 200. dies.

Sabbatho ad S. Nicolaum in carcere 154 mille ac 991. anni, & 200. dies.

Dominica in Paſſione ad S. Petrũ 159. mille, ac 964. anni, & 35. dies.

Feria ſecunda ad S. Chryſogonum 154. mille, ac 991. anni, & 200. dies.

Feria tertia ad ſanctum Cyriacum 154. mille, ac 911. anni, & 200. dies.

Feria quarta ad ſanctum Marcellum, 155. mille, ac 291. anni, & 200. dies.

Feria quinta ad S. Apollinarem 154. mille, ac 991. anni, & 200. dies.

Liberatio vnius animæ à purgatorio.

Feria ſexta ad ſanctum Stephanum in Cœlio monte 154. mille, ac 991. anni, & 200. dies. Itẽ liberatio vnius animæ â purgatorio.

Liberatio vnius animæ â purgatorio.

Sabbatho ad ſanctum Ioannem ante portam Latinam 158. mille, ac, 849. anni, & 45 dies. Itẽ liberatio vnius animæ â pœnis purgatorij.

Dominica in Albis ad ſanctum Ioannẽ in Laterano 156, mille, ac 859. anni, & 30. dies.

Feria ſecunda ad S. Praxedem 155. mille, ac 65. anni, & 200. dies.

Feria tertia ad S. Priſcam 161. mille, ac 551. anni, & 100. dies.

Feria quarta ad S. Mariam Maiorẽ 185 mille, ac 662. anni, & 100. dies.

Feria quinta in Cœna Domini ad S. Ioãnem in Laterano 185. mille, ac 639. anni, & 100. dies.

Feria 6. in paraſceue ad ſanctam Crucẽ 186. mille, ac 639. ann, & 100. dies.

Sabbatho ad S. Ioannem in Laterano 186. mille, ac 639. anni, & 100. dies.

ARTICVLVS III.

Quæ indulgentiæ concedantur in ſtationibus tempore paſchali.

REſpõdeo dicẽdo, quod Dominica Reſurrectionis ad S. Mariã Maiorẽ 185. mille, ac 162. anni, & 100. dies.

In feria ſecunda ad S. Petrum 158. mille, ac 968. anni, & 285. dies.

In feria tertia ad S. Paulum 155. mille, ac 291. anni, & 200. dies.

In feria quarta ad S. Laurentium extra muros 159. mille, ac 291. anni, & 30. dies, & liberatio vnius animæ à purgatorio.

Liberatio animæ à purgatorio.

In feria quinta ad ſanctos Apoſtolos, 158. mille, ac 968. anni, & 285. dies.

In feria ſexta ad ſanctam Mariam Rotundã 168. ac mille 968. anni, & 285. dies.

Sabbatho ad S. Ioannem in Laterano, 156. mille, ac 859. anni, & 30. dies.

Dominica in Albis ad S. Pacratium 161 mille, ac 555. anni, & 100. dies.

In Lætanijs maioribus ad S. Petrum mille, ac 968. anni & 285. dies.

Dominica poſt Pentecoſtem ad S. Petrum 158. mille, ac 968. anni, & 285. dies.

Feria ſecunda ad S. Petrum ad vincula, 158. mille, ac 968. anni, & 285. dies.

Feria tertia ad ſanctam Anaſtaſiam 158 mille, ac 968. anni, & 285. dies.

Feria quarta ad S. Mariam Maiorem 158 mille, ac 790. anni, & 285. dies.

Feria quinta ad S. Laurentium 158. mille, ac 968. anni, & 285. dies. Item liberatio vnius animæ à purgatorio.

Liberatio vnius animæ à purgatorio.

Feria ſexta ad ſanctos Apoſtolos 158. mille, ac 968. anni, & 285. dies.

Sabbatho ad ſanctum Petrum 159. mille. ac 964. anni, & 285. dies, & liberatio vnius animæ â purgatorio.

Liberatio vnius animæ à purgatorio.

Pro cõplemento eſt notandũ, quod ſecundum aliquos prout dicit collector priuilegiorum mendicantium, quando eſt aliqua ſtatio, viſitando quis Eccleſiã vbi eſt talis ſtatio, lucratur omnes indulgẽtias Eccleſiarũ capitaliũ, ac etiã aliarũ, ſed quãdo

eſt indulgentia, & non ſtatio, lucratur tantum indulgentias illius Eccleſiæ, quam viſitat. Attamen fratres minores, & religioſi ſuorum priuilegiorum habētes communicationem recitando ſex Pater noſter cū ſex Aue Maria, & in fine cuiuslibet, gloria Patri, pro vt ſupra iam dictum eſt omnes indulgentias indiſtincte titulorum, & Ecclesiarum Vrbis Romæ lucrantur.

QVÆSTIO. XCII.

De indulgentijs locorum, & Ecclesiarum Hieruſalem per religioſos lucrandis in nouem articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur nouem.

1 *Vtrum religioſi poſſint lucrari indulgētias Eccleſiarū Hieruſalem.*
2 *Quæ indulgentiæ concedantur in monte Sion.*
3 *Quæ indulgentiæ concedantur in monte Caluario.*
4 *Quæ indulgentiæ concedantur in corpore ciuitatis.*
5 *Quæ indulgentiæ concedantur in valle Siloe.*
6 *Quæ indulgentiæ ſint conceſſæ in torrente Cedron.*
7 *Quæ indulgentiæ ſint in valle Ioſaphat.*
8 *Quæ indulgentiæ ſint conceſſæ in monte Oliueti.*
9 *Quæ indulgētiæ ſint in Bethania.*

ARTICVLVS I.

Vtrum religioſi poſſint lucrari indulgentias Eccleſiarum Hieruſalē.

REſpōdeo dicēdo, quod prout conſtat ex dictis in ſuperioribus fratres minores, & qui eorum gaudent priuilegijs, poſſunt lucrari omnes indulgētias cōceſſas vltra marinis recitando ea, quæ ibi dicta ſunt.

Pro quarum indulgentiarum intelligentia eſt notandū, quod in ſeptem locis principalibus ſunt myſteria, & indulgētiæ Hieruſalem. Quorum locorum tria ſunt intra muros, & quatuor extra muros circumcirca. Intra muros primus locus eſt mons Sion, qui eſt quædam pars ciuitatis in altiori loco ſita, vbi Dauid fecit Pſalterium & vbi ſunt ſepulchra regum Iſrael, ibi etiam fuerunt domus Annæ, & Caiphæ, ac ſanctum cœnaculum. Secundus locus eſt Caluarius, qui licet tempore paſſionis fuerit extra ciuitatem, nunc autem mons eſt intra muros. Tertius locus eſt corpus ciuitatis. Extra ciuitatem vero ſunt reliqua ſancta loca ſcilicet torrens Cedron, vallis Siloe, mons Oliueti, & Bethaniæ: in his locis, ſeu partibus continentur omnia myſteria intra, & extra muros ciuitatis Hieruſalem, prout late, ac particulariter in articulis ſequentibus proponuntur.

ARTICVLVS II.

Quæ indulgentiæ concedantur in monte Sion.

† REſpondeo dicendo, quod in monaſterio montis Sion, vbi habitāt fratres minores obſeruantes in loco, vbi Chriſtus fecit vltimam cœnam, eſt indulgentia plenaria.

† Et in capella, quæ dicitur ſancti Thomæ Apoſtoli, vbi Dominus apparuit, eſt indulgentia plenaria.

† In capella, vbi aſcendit Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes, eſt indulgentia plenaria.

† In loco, vbi obijt Beata Virgo eſt indulgentia plenaria.

Vbi ſanctus Matthias fuit electus in Apoſtolum ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

Vbi ſanctus Iacobus minor fuit electus in primum Epiſcopum Hieruſalem ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In capella vbi ſanctus Ioannes Euangeliſta dicebat Miſſam Dominæ noſtræ ſeptem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ.

Vbi

Vbi fuerunt diuiſi S. Apoſtoli, vt irent ad prædicandum per vniuerſum Orbem ſunt ſeptem anni & totidem quadragenæ indulgentiæ.

In loco, vbi fuit translatum corpus ſancti Stephani protomartyris ſunt ſeptem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ.

In capella, quæ quondam fuit coquina, vbi agnus Paſchalis Cœnæ Domini fuit aſſatus ſunt ſeptem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ.

In introitu domus Caiphæ, vbi ancilla oſtiaria dixit Petro. *Et tu cum Ieſu Galilæo eras*, ſunt ſeptem anni & totidem quadragenæ indulgentiæ.

In medio præfatæ domus Caiphæ, vbi Petrus negauit Chriſtum, ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

Iuxta prædictam domum eſt locus, qui dicitur galli cantus, & ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In quodam loco, vbi Chriſtus Dominus in domo Caiphę ſtetit vſque ad mane poſtquam fuit captus in nocte paſsionis, ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

Prope dictam domum eſt locus, vbi Domina noſtra venit, & ſtetit, poſtquam ſciuit captionem filij ſui, & ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In modo Annæ, vbi Chriſto fuit data alapa, eſt indulgentia plenaria.

Iuxta prædictam domum eſt locus, vbi Iudæi voluerunt capere corpus Dominæ noſtræ, cum deferretur ad tumulandum, & ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

† In præfato monte Sion eſt locus, vbi decollatus fuit S. Iacobus Maior, & ibidem eſt indulgentia plenaria.

ARTICVLVS. III.

Quæ indulgentiæ concedantur in monte Caluario.

† PRope foramen vbi poſita eſt crux Chriſti, & ipſe ibi crucifixus eſt indulgentia plenaria.

Vbi Melchiſedech obtulit panē & vinum, ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

Ibidem propè eſt locus, vbi Abraham voluit immolare Iſaac, & ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

† In loco vbi Dominus de cruce depoſitus fuit poſitus in gremio Dominæ noſtræ eſt indulgentia plenaria.

† In ſancto Sepulchro eſt indulgentia plenaria.

† In quadam capella, quæ eſt iuxta locum, vbi crucifixus eſt Chriſtus eſt quædam ſcala, & ibi eſt indulgentia plenaria.

† Sub rupe, vbi Dominus crucifixus eſt, habetur quædam capella, in qua ſancta Helena reperit crucem Dominicam, & eſt ibi indulgentia plenaria.

In alia capella, vbi eſt columna, ſuper quam ſedit Chriſtus, cum fuit ſpinis coronatus, ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In altera capella, vbi ſortes miſſæ ſunt ſuper veſtem Chriſti, ſunt ſeptē anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In ſpecu quadam, vbi poſitus eſt Chriſtus interim, quod crucifixores aptabant crucem, ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In horto, vbi Dominus ſteríit, quando poſt reſurrectionem apparuit Magdalenæ, ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

Item in loco, vbi ſtabat Magdalena, in horto ſunt ſeptem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ.

In eodem loco eſt quædam concauitas inſtar feneſtræ, vbi eſt pars columnæ, in qua flagellatus fuit Chriſtus & ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In altari capellæ, vbi ſunt duo ſupra ſcripta, eſt quædā pars veræ crucis, & ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In præfata capella eſt locus, vbi quando inuenta fuit ſancta Crux, reſuſcitata eſt per impoſitionem illius mulier defuncta, & ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

ARTICVLVS. IIII.

Quæ indulgentiæ concedantur in corpore ciuitatis,

REſpondeo dicendo, quod in quadam domo, vbi fertur quod nata eſt B. Virgo Maria, ſunt ſeptem anni, & ſeptẽ quadragenæ indulgentiæ, alibi tamen reperitur, quod eſt indulgentia plenaria.

In probatica piſcina, vbi deſcendebat angelus, & mouebat aquam ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

† In domo palatij eſt indulgentia plenaria.

In via per quam Chriſtus ductus eſt ad crucifigendum, quæ appellatur, via amaritudinis, vbi eſt domus ſancti Lazari, & ſororum eius, ac etiam domus Phariſæi, ad quam venit Magdalena, ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In domo illius fœminæ, quæ appellatur Veronica ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

† In templo Salomonis, vbi præſentata eſt, & nutrita B. Virgo indulgentia plenaria.

† In porta, quæ dicitur, Aurea per quam ingreſſus eſt Chriſtus Dominica in Ramis palmarum, eſt indulgentia plenaria.

In domo, vbi natus eſt ſanctus Ioannes Euangeliſta, ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

Vbi Dominus poſt Reſurrectionem apparuit tribus Marijs dicens eis, auete, ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In loco, vbi fertur Dominus cecidiſſe ſub cruce, ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenę indulgentię.

Hucuſque indulgentię, quę habentur intra muros Hieruſalem, nunc ſequuntur, quę ſunt extra.

ARTICVLVS V.

Quæ indulgentiæ concedantor in valle Siloe.

REſpondeo dicendo, quod in valle Siloe eſt locus Acheldemach emptus triginta argenteis, quibus venditus eſt Chriſtus, & ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptẽ quadragenæ indulgentiæ.

In natatoria Siloe, vbi Chriſtus miſit cæcum, vt ſe lauaret, & videret, ſunt ſeptẽ anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In præfata valle eſt locus, in quo ſanctus Iſaias Propheta fuit ſectus ſerra lignea & ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In eadem valle eſt ſpelunca, in qua S. Petrus poſt negationem Chriſti ſe incluſit, & ſunt ſibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

ARTICVLVS VI.

Quæ ſint indulgentiæ conceſſæ in torrente Cedron.

REſpõdeo dicẽdo, quod in horto Gethſemani, vbi in nocte paſsionis Chriſtus dimiſit octo Apoſtolos, ſunt ſeptẽ anni & ſeptẽ quadragenæ indulgentiæ.

† In eodem horto, vbi Chriſtus ter orauit indulgentia plenaria.

In ſpelunca, in qua S. Iacobus Alpheus ſe incluſit poſt paſsionem Chriſti promittens non comedere, donec videret illum reſuſcitatum ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ,

Prope huiuſmodi torrentem Cedron eſt locus, vbi fertur quod natus eſt ſanctus Zacharias Pater Ioannis Baptiſtæ, & ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ.

ARTICVLVS VII.

Quæ indulgẽtiæ ſint in valle Ioſaphat.

REſpondeo dicendo, quod in ſepulchro Ioſaphat, eſt ſepulchrum Dominæ noſtræ, vbi eſt indulgentia plenaria. †

Inter prefatum ſepulchrum, & ciuitatem Hieruſalem eſt locus, vbi lapidatus fuit ſanctus Stephanus, & ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenę indulgentię.

(.?.)

ART,

ARTICVLVS VIII.

Quæ indulgentiæ ſint conceſſæ in monte Oliueti.

† REſpondeo dicendo, quod indeſcenſu montis Oliueti, vbi videns Ieſus ciuitatem fleuit ſuper eam, fertur, quod ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In præfato monte, vbi Dominus docuit Apoſtolos orare & compoſuit, *Pater noſter* ſunt ſeptem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ.

Vbi Dominus prædicauit octo beatitudines, ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

In eodem monte fertur, quod annunciauit Angelus B. Virgini tranſitum ſuum deferens ei palmam, ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ.

† In loco, ex quo Chriſtus aſcendit viſibiliter in cœlum, eſt indulgentia plenaria.

In ſupradicto monte eſt locus, vbi Apoſtoli poſt aduentum Spiritus ſancti compoſuerunt *Credo in Deum*, ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

† Propè locum, ex quo Dominus aſcendit in cœlum, eſt locus, qui dicebatur Galilæa, vbi Chriſtus promiſit apparere, & apparuit Apoſtolis poſt reſurrectionem, & eſt ibi indulgentia plenaria.

† Iuxta præfatum locum erat ficulnea, quam maledixit Chriſtus, & ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

ARTICVLVS IX.

Quæ indulgentiæ ſint conceſſæ in Bethania.

REſpõdeo dicendo, quod in domo Marthæ hoſpitis Chriſti ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenę.

In domo Marię Magdalenę ſunt ſeptem anni, & ſeptem quadragenę indulgentiæ.

In medio prædictarum domorum eſt locus, vbi Martha dixit Chriſto, *Domine ſi fuiſſes hic, &c.* & ſunt ibi ſeptem anni, & ſeptem quadragenę indulgentiæ: in loco, vbi ſepultus eſt Lazarus, & reſuſcitatus eſt à Chriſto, eſt indulgentia plenaria.

In domo Simonis Leproſi, vbi Magdalena vnxit caput Chriſti, ſunt ſeptem anni & ſeptem quadragenæ indulgentiæ.

Aduertendũ in ſumma, in ciuitate Hieruſalem, & in præfatis locis extramuros eius habentur 21 indulgentiæ plenariæ, & 48. vicibus ſeptem anni, & ſeptem quadragenæ indulgentiæ, & hoc abſque alijs multis indulgentijs, quæ habentur in reliquis locis terræ ſanctæ, ſicut in Bethlehem, & Nazareth, &c. Quas indulgentias collector priuilegiorum mendicantium ex propoſito omiſit, quia conceſsio Leonis pro recitatione *ſex Pater noſter*, & totidẽ *Aue Maria*, & totidem, *Gloria Patri* in fine cuiuslibet prout ſupra poſita eſt, non ſe extẽdit ad illas.

QVÆSTIO. XCIII.

De indulgentijs conceſsis ſancto Iacobo in Compoſtella in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Quæ indulgentiæ ſint conceſſæ ſancto Iacobo in compoſtella.*

2 *Vtrum prædictæ indulgentiæ quo ad regulares ſuſpendãtur per Bullam Cruciatæ.*

ARTICVLVS I.

Quæ indulgentiæ ſint conceſſæ Sancto Iacobo in Compoſtella.

REſpõdeo dicendo, quod ſancto Iacobo in Cõpoſtella ſunt multę indulgentię, quibus etiam gaudẽt fratres minores, & alij religioſi, quibus eorũ priuilegia ſũt cõmuincata.

Primum quicumque ad Eccleſiam S. Iacobi in Compoſtella quocũque tempore

venerit, conceditur ei remiſsio tertiæ partis peccatorum.

† Secundo conceſſum eſt, quòd ſi quis veniendo, aut ſtando, vel redeundo cauſa viſitationis dictæ Eccleſiæ deceſſerit habita pœnitentia de commiſsis, omnia peccata ſunt ei remiſſa.

Tertio, quod omnes qui incedunt ſingulis Dominicis diebus in proceſsione, quæ fit in dicta Eccleſia, habeat pro qualibet proceſsione, & conſecratione 40. dies indulgentię & ſic per totam hebdomadá, & ſi eſt feſtum, habet, 300. dies vltra prędictam indulgentiam tertię partis

Quarto, in feſto dedicationis prędictæ Eccleſiæ, ac in vigilia, & in feſto ſancti Iacobi habent 600. dies vltra indulgentiam tertiæ partis.

Quinto, omnes audientes Miſſam ab Archiepiſcopo, vel Cardinali in altari ſancti Iacobi habent 200. dies vltra prædictã indulgentiam.

† Sexto, Calixtus Papa conceſsit, quod quando acciderit feſtum D. Iacobi celebrari in Dominica, quod in toto anno illo omnes ibi concurrentes in peregrinatione vere pœnitentes, & confeſsi ſint abſoluti à pœna, & à culpa.

ARTICVLVS II.

Vtrum hæ indulgentiæ, & aliæ in quæſtionibus ſuperioribus appoſitæ, quo ad regulares ſuſpendantur per bullam Cruciatæ.

REſpondeo dicendo, quod Leo X. conceſsit, & declarauit, quod virtute bullarum Cruciatæ contra infideles; aut aliarum indulgentiarum generalium quaſcunque reuocationes, vel ſuſpenſiones priuilegiorum, ordinum etiam mendicantiũ continentes, nunquam intelligantur reuocata, vel ſuſpenſa indulta priuilegia, & gratię conceſſæ quo ad perſonas fratrum minorum obſeruantiæ, & quo ad ſuſpendendum interdictum in feſtiuitatibus ſanctorum ſui ordinis, niſi de ipſis ſpecifice ac nominatim mentionem facerent. Ita habetur in ſupplemento.[a]

a Suppl. fo. 56. conceſſ. 177.

Aduertendum tamen tam pro iſta, quã pro alijs ſimilibus conceſsionibus, quod cũ paria parê nõ habeat imperium, nõ eſt negandum, quin ſucceſſor ſi voluerit poſſit à prædeceſſore conceſſa derogare, ac ſi militer idem Pontifex eadem, quæ ipſe cõceſsit, ſi mutauerit ſententiam. Ac propterea non obſtantibus quibuſcunque clauſulis etiam ſi dicatur in prima bulla, ſeu conceſsione, quod niſi de verbo ad verbũ fiat de illa mentio, nõ poſsit reuocari vel aliæ inſolitæ clauſulę apponãtur, reuocabitur perſequentem, ſi ponatur iſta clauſula, nõ obſtantibus quibuſcũque Priuilegijs, etiã ſi de illis deberet fieri mentio de verbo ad verbum, vel alia ſimilia. Nã licet ſuper hoc fuerit aliquando altercatio inter Iuriſtas, ſtylus tamen curiæ hoc decidit, quia ſic habetur in practica, & conſuetudine, quę eſt optima legum interpres, prout determinauit Felinus, *b* & in noſtro propoſito iam videmus, quod à Sũmi Pontificijs Pij V. tempore ſolet apponi in Bullis Cruciatæ, quod licet ſuſpendantur in ipſis omnes indulgentiæ, non tamen in eis debent cenſeri ſuſpenſę gratię, & indulgentię, quę ſuperioribus ordinum mendicantium ſunt conceſſa, de quo in noſtra explicatione Cruciatę & in additionibus ad ipſam late diximus, vbi lector reſolutionem videre poteſt.

b Feli. in c. nonnulli de reſcrip.

QVAESTIO XCIIII.

De indulgentijs non plenarijs conceſsis ſæcularibus viſitantibus in præcipuis feſtiuitatibus Eccleſias ordinum mendicantium in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Vtrum ſeculares viſitando eccleſias fratrum minorum aliquas indulgentias conſequantur.*

2 *Vtrum ſecularibus viſitantibus eccleſias fratrum prædicatorum aliquæ indulgentiæ concedantur.*

3 *Vtrum ſecularibus viſitantibus eccleſias fratrum Auguſtinienſium indulgentiæ concedantur.*

ART.

ARTICVLVS I.

Vtrum ſæculares viſitando Eccleſias minorũ indulgentias aliquas conſequantur.

REſpondeo dicẽdo, quod Gregorius IX. conceſsit omnibus viſitantibus Eccleſias montis Aluernæ in die ſtigmatum B. Franciſci remiſsionẽ medietatis omnium delictorũ, viſitantibus autẽ omnes Eccleſias ordinis eadem die dedit de indulgentia annos triginta. Ita habetur in libro *a* monumenta ordinum. Et vt breuiter multa concludam, no tandũ eſt, quod ſumma indulgẽtiarum ordini fratrum minorum â diuerſis Summis Pontificibus conceſſarum, quas pater frater Ioannes de Argumannes prouinciãlis quondam prouinciæ S. Iacobi aſſerit ſe viſſe ſub ſigillo authentico eſt ſequens.

a In 1. imp. fo. 260. con ceſ. 647.

Viſitantes Eccleſias fratrum minorũ in feſtiuitatibus Domini noſtri, & Dominæ noſtræ, & B. Ioannis Baptiſtæ & Apoſtolorũ S. Franciſci, omniũque ſanctorũ dicti ordinis habent conceſsionem quælibet prædictarũ feſtiuitatum mille trecentorum quadraginta annorum, quadringentarumq; quadraginta, & ſex quadrageſimarũ atque triginta, & vnius diei. Ita habetur in libro, monumenta *b* ordinum.

b In 2. imp. fol. 71. conceſ. 180.

Aduertendũ eſt etiã, quod ex alia ſumma ex tracta ex libro intitulato, firmamentum triũ ordinũ, habetur ſequenti modo.

Summa indulgentiarũ feſtiuitatũ Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſq; ſanctiſſimæ matris, ac etiam Patris noſtri Frãciſci, & ſanctorũ ordinis aſcẽdit ad annos quingentos quadraginta & octo, & dies ducentos ſexaginta. Ita habetur in ſupplemento. *c*.

c Fol. 109. poſt conceſ. 467.

Nunc autem â Sixto V. Pontifice Maximo conceſſa eſt indulgẽtia plenaria pro die patris noſtri Franciſci, & aliorum ſanctorum ordinis, prout in ſuperioribus dictum eſt. Et tempore quadrageſimali viſitantibus Eccleſias fratrum minorum conceditur in ſumma indulgẽtia triũm milliũ & octingentorum, ac quinquaginta ſeptẽ annorum, & ducẽtorum & ſeptem dierũ. Ita habetur in ſupplemento, *e* Et in ſumma indulgentiarum conceſſarum viſitantibus Eccleſias fratrum minorum inquibuſlibet diebus eſt annorum quadraginta, & dierum trecentorum. Ita habetur in ſupplemento. *f*

d Sup. q. 81.

e Suppl. fo. 109. poſt cõceſſ. 467.

f Suppl. fo. 109. cõceſſ. 467.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſæcularibus viſitantibus Eccleſias fratrum prædicatorũ aliqua indulgentiæ concedantur.

REſpõdeo dicendo, quod Honorius III. Clemens III. Bonifacius VIII. Alexãder. IIII. Benedictus X. frater de ordine prædicatorũ, Ioãnes Vigeſimus primus, Gregorius IX. Nicolaus IIII. frater minor, & Alexander V. frater de ordine minorum viſitantibus Eccleſias prædicatorum in anniuerſarijs dedicationis earum conceſſerunt in ſumma annos 169. & dies 350. indulgentiæ *a* & Clemens IIII. & Gregorius IX. & Bonifacius Octauus, & Nicolaus Quartus, cõceſſerunt viſitãtibus Eccleſias fratrum prædicatorum in Natiuitate Virginis Mariæ annos 68. dies 210. indulgentiæ, vt conſtat ex ſupplemento. Et viſitantibus prædictas Eccleſias in viſitatione B. Mariæ conceduntur à Clemente quarto, & à Gregorio IX. & â Bonifacio VIII. & â Nicolao Quarto anni, 69. & dies 210. indulgentiæ, vt conſtat etiam ex ſupplemento. *b* Et in Aſſumptione Virginis Mariæ viſitantibus prædictas Eccleſias cõceduntur à Clemente Quarto, & â Gregorio, & â Bonifacio Octauo, & à Nicolao IIII. anni 69. & dies 209. indulgentiæ vt ex eodem ſupplemento *c* conſtat.

a Suppl. fo. 110. conceſ. 482.

b Fol. 110. conceſ. 483.

c Fol. 110. conceſ. 484.

Nolo autem in præſentiarum referre indulgentias, quæ conceduntur in feſto B. P. N. Dominici, & ſanctorũ dicti, hi enim per communicationem priuilegiorum noſtri ordinis fruuntur indulgentia plenaria, quæ in feſtiuitatibus ſanctorum noſtri ordinis conceſſa eſt.

ARTICVLVS III.

Vtrum sæcularibus visitantibus Ecclesias fratrum Augustinensium in præcipuis festiuitatibus indulgentiæ concedantur.

REspondeo dicendo, quod ab Innocentio Papa, & alijs Sūmis Pōtificibus omnibus vere pœnitentibus, & cōfessis, qui in præcipuis festiuitatibus, & per eorū octauas visitauerint, multas indulgētias cōcesserunt, & alias ampliores pro tempore Quadragesimali. At cū ipsæ cōcedātur, sicut & aliæ indulgentur sæcularibus visitātibus Ecclesias Carmelitarum si manus adiutrices prorrexerint, ideo nolo eas specificè referre, existimo enim eas esse reuocatas. Nam Pius V. in quadam bulla. a *Et si Dominici gregis* data Rom. apud S. Petrū anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, sexto Idus Februarij Pontificatus sui anno secūdo, *Motu proprio nō ad alicuius ipsi super hoc oblatæ petitionis instantiam sed de mera sua voluntate, & deliberatione omnes, & singulas indulgentias etiam perpetuas, & peccatorū remissiones fabricæ, & ecclesiæ huiusmodi, necnon S. Ioannis Hierosolymitani, etiam pro constructione, & ædificatione illius nouæ ciuitatis prædictæ in quibusvis alijs hospitalibus, monasterijs, Ecclesijs, domibus, militijs, ordinibus etiam mendicantium congregationibus, & confraternitatibus, & Vniuersitatibus, & pijs locis, illorūque ordinibus, capitulis, cōuētibus, magistris, superioribus, & tā sæcularibus, quam quorum vis etiam mendicantium ordinū regularibus personis tā singulariter, quā vniuersaliter per quoscūq; Romanos Pōtifices prædecessores suos, aut etiā sub quibuscūq; tenoribus, & formis ac ex quibusvis etiā vrgentissimis clausulis, & Decretis, etiā ex de Motu proprio, & ex certa scientia, aut ex quibusvis etiā vrgētissimis causis, etiā causa Redēptionis Captiuorū, & alias quomodolibet cōcessis, pro quibus cōsequēdis manus sunt porrigēdæ adiutrices, & quæ quæstuā difficultatē quomodolibet cōtinēt, illarū ac eius tenores, & formas derogationes, & decreta præsentibus pro expressis habētes autoritate Apostolica tenore præsentiū perpetuo reuocauit cassauit irritauit, & annullauit, ac viribus vacuauit, & districte præcepit, ne dictæ indulgētiæ prædicētur nō obstantibus quibuscunque*

a Hab. inter const. Pij. V const. 12.

QVÆSTIO. XCV.

De indulgētijs concessis audiētibus verbū Dei, & Missam primam à regularibus in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Quot indulgentias consequantur audientes verbum Dei à Religiosis.*
2 *Quam indulgentiam consequantur missam religiosorum audientes.*

ARTICVLVS I.

Quas indulgētias cōsequantur audiētes verbū Dei à fratribus minoribus & à fratribus ordinis prædicatorū.

REspōdeo dicēdo, q̄ Gregor. IX. Alexan. IIII. Nicolaus IIII. Innocē. IIII Benedict. XI. Clemens IIII. Honorius, Bonifacius VIII. & Vrban. V. cōcesserunt varias indulgētias audiētibus verbū Dei, à fratribus minoribus, & à fratribus ordinis prædicatorū quarū singulas sigillatim recēsere esset molestū. Epilogādo autē oēs cōcessiones resolutio est, quod fratres præfati quādocunque prædicēt in suis domibus, quocūq; die anni possunt cōcedere suis auditoribus 18. annos, & 322. dies, & numerando per dies

sunt

sunt septem millia, & 72. dies. Sed quando alibi prædicant, possunt concedere 18. annos, & 222. dies, & numerãdo per dies sunt sex millia, & nongenti, septuaginta duo dies. Attamen quando prædicant tempore quadragesimali in domibus suis feria seçũda, quãrta, ac sexta, possunt concedere vltra prædicta centum triginta, & octo annos, & ducentos & duos dies, & in summa sunt in præfatis ferijs centum quinquaginta sex anni, & quingenti viginti quatuor dies. Ita epilogat præfatas concessiones Collector a compendij fratrum minorum.

a Colle. tit. indulgẽtiæ quoad sæculares.

ARTICVLVS II.

Quam indulgentiam consequantur Missam religiosorum audientes.

REspondeo dicẽdo, quod venientibus ad solemnitatem primarum missarum fratrum prædicatorum concedũntur multæ indulgentiæ ab Honorio Tertio, à Bonifacio Octauo, ab Alexãdro Quarto, à Gregorio Nono, à Benedicto XI. à Clemente Quarto, à Nicolao Quarto, ab Vrbano V. & ab Honorio Quarto, quæ in summa est indulgentia trium annorum, & dierum duorum, prout refertur in ordinis supplementõ. a Vnde falluntur dicentes quod osculãtes manus religiosi primam missam dicentis indulgentias consequuntur, non enim ex tali actu, licet sit laudabilis, talem indulgentiam, consequũtur sed tantum quia in tali missa assistunt eam deuotè audiendo, sicut etiam consequuntur ab Honorio III. & à Bonifacio Octauo, & à Clemente Quinto, & ab Alexandro Quarto, & à Ioãne XXI. & à Nicolao Quarto, & ab Innocẽtio Quarto, & à Gregorio Nono, & ab Vrbano Quarto, facientibus missas, & alia diuina celebrari à fratribus ordinis prædicatorum in eorum Ecclesijs annos duos, & 248. dies indulgẽtiarum, quæ per dies numerãdo sunt ferè mille dies, prout habetur in supplemento b sicut etiam concessit Alexander Quartus accedentibus ad Ecclesiam fratrum minorum causa audiendi sermones, vel missas quocumque tempore pro qualibet vice indulgentiã centum dierum. Ita habetur in libro c monumenta ordinum & in supplemento.

a Suppl. fo. iii. cõc. 490

b Supp. fo. iii. cõc. 493

c in 1. imp. fol. 24. & 2. fol. 108 con cef. 230. & in supp. fo. 108. con cef. 437.

QVAESTIO XCVI.

De indulgentijs concessis defunctis per modum suffragij in octo articulos diuisa.

Circa quam quaruntur octo.

1 *Vtrum religiosi per sua priuilegia possint per modum suffragij liberare animam a pœnis purgatorij.*
2 *Vtrum Ecclesia possit concedere indulgentias animabus purgatorij.*
3 *Vtrum si indulgentia plenaria concedatur vni animæ purgatorij, talis anima omnino & infallibiliter liberetur à purgatorio.*
4 *Vtrum necesse sit quod sit in statu gratiæ is qui vult lucrari indulgentiam pro defuncto*
5 *Vtrum valeat gratia facta alicui alteri priuilegiato quia in Ecclesia erant viginti sacerdotes cum sint pauciores.*
6 *Vtrum indulgentia facta pro missa ad liberationem animæ sufficit, vt dicatur missa de festo.*
7 *Quæ sit origo indulgentiæ Sabbatinæ apud religiosos Carmelitas.*
8 *Vtrum indulgentia de sex Pater noster & Aue Maria cum Gloria Patri concessa fratribus possit pro defunctis applicari.*

ARTICVLVS I.

Vtrum religiosi per sua priuilegia possint per modũ suffragij liberare animam a purgatorij pœnis.

RESPONDEO dicendo, quod Leo Decimus concessit, quod in Sabbato Palmarum, & in die Sancti Ioannis Euangelistæ, ac in festo eiusdẽ, quod dicitur ante portã Latinã quilibet fratrũ minorũ regularis obseruãtiæ dicendo Psalmos Pœnitentiales, vel quin-

que Pater noſter, cum totidem Aue Maria ante ſacramentum altaris poſsit liberare vnam animam â pugatorij pœnis. Voluit tamen B. Pontifex, quod fratres prædicti in perpetuum die, qua prædicta gratia vtentur dicant pro ſanctitate ſua vnam coronam B. Virginis Mariæ, ita habetur in ordins ſupplemento. *a*

a Suppl.fo. 61.con184.

Circa quam conceſsionem notat Collector *b* ordinis mendicantium, quod ſolum tres præfatæ conceſsiones pro liberandis animabus purgatorij inueniuntur authenticæ, aliæ autem, quæ poſitæ ſunt in ſuperioribus, vbi explicântur indulgentię per ſingulas ferias quadrageſimæ, reperiuntur in multis ſummarijs Romæ impreſsis, & ideo non debent contemni, quamuis de ipſis nulla habeatur certitudo, nec practicentur Romæ. Valeant tamen prout valere poſsût. Et habent fratres Minimi, quod die Lunæ, & Mercurij in omnibus conuentibus ſui ordinis, prelatus, qui dicitur, corrector, & conuentualium antiquorum celebrans pro aliquo defuncto à purgatorio liberet, & ſi in domo eſt prouincialis, ipſe eſt, qui extrahit animam à purgatorio. Ita ego vidi in libello priuilegiorum dicti ordinis compillato à patre fratre Paraſſelo. *c*

b Colle.tit. indulg non plenariæ quoad fratres.§.14.

c Paraſſelo.

Et Leo Decimus conceſsit, quod fratres minores dicentes, vel recitantes officium defunctorum pro animabus exiſtentibus in purgatorio, vel ſeptem Pſalmos Pœnitentiales eaſdem conſequantur indulgentias, quas conſequunturdicentes coronam B. Mariæ Virginis, ſcilicet, indulgentiam plenariam toties, quoties dixerint. Ita habetur in ſupplemento. *d* Et idem Leo Decimus conceſsit fratribus minoribus obſeruantiæ, vt indulgentiæ coram imagine pietatis à S. Gregorio conceſſæ poſsint etiam pro animabus defunctorum lucrari. Ita habetur in libro monumenta *e* ordiuum.

d Suppl.fo. 61.cõc.187.

e In 1.imp. fol.92. con cef.383.

Et Calixtus III. cõceſsit plenariâ indulgentiâ pro patribus, & matribus omniũ fratrum minorum præſentium, & futurorum in purgatorio exiſtentibus. Ita habetur in libro *f* monumenta ordinum.

f in 2.imp. fo.65.cõce. 90. & fol. 101.cõc.399

Circa quam conceſsionem notat Collector *g* priuilegiorum mẽdicantium, quod poſt eam poſita ſunt ibidẽ immediatè verba ſequentia, & ſic quilibet pater, & mater fratrum minorum poteſt in articulo mortis eligere confeſſorẽ idoneũ, qui eũ abſoluat plenariè à culpa, & pœna de omnibus peccatis ſuis. Hæc ibi ad literam, circa quę quidem oportet aduertere, quod vt patet ex tenore ipſorum, non fuerunt, nec ſunt verba de corpore conceſsionis, ſed potius bene intuenti, apparebit, quod ſint addita, velut gloſſa declaratiua ab aliquo fratre modicum ſciente, ſi enim prædicta clauſula eſſet de corpore conceſsionis, non diceretur in principio eius, *& ſic, &c. ſed vt ſic. &c. poſsit. &c.* Quod autẽ qui prefatã clauſulã addidit, fuerit indoctus, patet ex hoc quia pro eodem ſumpſit indulgentiam plenariam, & abſolutionem plenariam à culpa, & â pœna, Quod conſtat eſſe falſum, vt patet ex dictis in ſuperioribus. *h*

g Colle.priuil.mẽdi.ti. ind. quoad ad ſæculares. 8. §. 1.

h Sup.q.79 art.5.

Poteſt tamen ſaluari præfata additio dicendo, quod cum in articulo mortis non ſit caſus aliquis reſeruatus iure communi poteſt ab omnibus caſibus, & cenſuris abſolui à ſuo confeſſore, â quo etiam per prefatum priuilegium poterit ſibi concedi indulgentia plenaria, & ſic abſoluatur â culpa, & à pœna. Pro declaratione autem ſupradictarum conceſsionum ſunt aliqui articuli proponendi.

ARTICVLVS. III.

Vtrum Eccleſia poſsit concedere indulgentias animabus purgatorij.

REſpondeo dicẽdo, quod per modum ſuffragij tantum poteſt illis concedere, & dicere, quod id non poteſt, eſt hæreticum, probatur dupliciter.

Primo, quia Papa poteſt autoritatiuè illis communicare de theſauro communi indulgentiarum ad liberalem, & gratuitam remiſsionem pœnarum â Deo obtinendâ, ergo poteſt illis concedere indulgentias per modum ſuffragij, patet conſequentia à diffinione ad diffinitum. Et antecedens probatur, quoad omnes ſuas particulas. Et probatur primo, quod Eccleſia, ſeu Papa poteſt communicare animabus purgatorij de theſauro indulgentiarum ſibi commiſſo, quia ſecundum *D.* Bonauenturam, & Alexandrum de Ales, & communiter Doctores, prout ſupra *a* ſatis probauimus ad efficaciter communicandum alicui aliqua bona, ſufficit, quod talis communicator habeat autoritatem ſuper talia bona communicabilia, aut ſuper communicationem eorum,

a Sup.q.80 art.1.

rum, & quod is, cui communicatur, ſit idoneus, & non prohibitus ad talem communicationem recipiendam, quia nihil aliud videtur, nec quod ſit ſubditus cõmunicatoris illi, cui communicatur: at Papa habet authoritatem ad diſpenſandum de communi theſauro indulgentiarum, qui eſt communicabilis omnibus indigentibus idoneis, & animæ purgatorij ratione egeſtatis, & charitatis ſunt oues Chriſti idoneæ ad recipiendum auxilium, & communicationem beneficiorum ſpiritualium vt patet, quia ſi poſſunt recipere auxilia particularia perſonarum, & etiam communia auxilia, & ſuffragia Eccleſiæ orãtis pro eis, quare non poſſunt recipere auxilia Eccleſiæ de theſauro ſatisfactorio tã per viã ſacrificij quam per aliam viam communicationis, præſertim cum de hoc nulla habeatur prohibitio diuina, vel naturalis. Quod autem Papa poſsit autoritate, prædictam indulgentiam concedere, probatur, quia talis diſpentatio à Chriſto Domino eſt conceſſa. Quod autem huiuſmodi diſpenſatio, & communicatio pertineat ad liberalem, & gratuitam remiſsionem pœnarum à Chriſto obtinendã, id eſt, quod eius fructus ſperatur à Dei liberali miſericordia acceptante talẽ cõmunicationẽ theſauri. Probatur, quia ſecundũ D. Thomã, & cõmuniter Doctores omnia ſuffragia, ſatisfactoria Eccleſiæ pro defunctis ſolum præcipuè offeruntur Deo acceptanda ab eo liberaliter per viam miſericordiæ, vt ieiunia, orationes, & eleemoſynæ &c. & alia huiuſmodi, quæ pro defunctis offerri ſolent, ſed iſtæ indulgentiæ per modum ſuffragij ſunt comunicationes ſatisfactorij theſauri facta eis per modum ſuffragij Eccleſiaſtici, ergo eodẽ modo habẽt ſuã efficaciam, & ad naturam ſuffragiorum pertinent quoad hoc.

b D.Th.in 4.diſ.45.q. 6.ar.2.

Nec ſupradictis obſtat illud Matthæi. c *Quodcumque ligaueris ſuper terram*. Ex quo loco colligitur, Petrum, eiuſque ſucceſſores non habere poteſtatem in eos, qui ſunt infra terram, ſed tantum in eos, qui in hoc mundo commorantur. Reſpondetur namque, quod animę purgatorij ſunt ſupra terram quoad ſtatum, & quoad ſuam cauſam aliquo modo, licet quoad ſuum eſſe ſint infra terram. Quoad ſtatum enim, & quoad cauſam non ſunt omnino in termino, neque in via merendi, vel demerendi, ſed ſunt in medio ſtatu, ſcilicet, in termino, quoad meritum, & demeritũ, in via quoad præmium finale, dum detinentur purgandæ in pœnis, & ideo quoad hoc ſunt aliquo modo ſuper terram, & per conſequens de foro Eccleſiæ, & de iuriſdictione eius, & Papæ, ſicut & nos viatores ita, ſcilicet, vt ſicut ad punitionem adhuc ſunt in viatorum ſtatu indigentes, ita & quoad releuationem â pœna adhuc ſubſunt iudici viatorum, vt ſic poſsint, ſicut & viui iuuari, & abſolui per Papam iudiciariè à pœnis per indulgentias. Et hanc ſolutionem tenentes hoc modo intelligunt illud Matthæi, quodcumque ſolueris ſuper terrã &c. id eſt, quodcumque exiſtens ſuper terram quoad eſſe, & quoad ſtatum, ſeu quoad cauſam ſuam ſolueris, illud erit ſolutum in cęlis. At quia hæc expoſitio ab aliquibus reijcitur, ideo aliter reſpondetur, concedendo, quod iudiciaria poteſtas, ſeu abſolutiua non eſt data Petro, vel Eccleſiæ, niſi ſuper exiſtentes ſuper terram, aut in hoc mũdo, quoad perſonam ſimul, & ſtatum, non autem ſuper purgatorium, & ſic non poteſt hoc modo concedere indulgentias propriè ſumptas per modum iudiciariæ poteſtatis animabus exiſtentibus in purgatorio: at indulgentias per modum ſuffragij optimo iure poteſt illis concedere per authoritatem diſpenſatiuam communicando eis ſuffragia de theſauro Eccleſiæ, communicare enim authoritatiuè ſuffragia de theſauro Eccleſiæ non eſt actus iuriſdictionis ita, vt requirat, quod ille, cui talis fit cõmunicatio ſit ſubditus, & de iuriſdictione communicantis, ſed eſt actus authoritatis, & hæc ſunt tenenda licet doctiſsimus noſter frater Michael d de Medina aliter procedat, â quo iure optimo recedit noſter doctiſsimus Corduba.

c Matth.16

d Medin.in tract.de indulg. diſputat.8.cà.41. &42.vſque ad finẽ. lib. Cordu.li.5. quæſt. q.16 pa. 407.colum.1.

ARTICVLVS III.

Vtrũ ſi indulgẽtia plenaria cõcedatur vni animæ purgatorij, talis anima omnino, & infallibiliter liberetur à purgatorio.

REſpondeo dicẽdo, quod anima purgatorij, cui cõceditur indulgentia plenaria totaliter, & infallibiliter liberatur â purgato-

gatorio, ſi talem indulgentiam lucretur vel acquirat, alia nō niſi ſecundum quod ipſa anima eſt idonea & digna vt talis indulgentia ſicut & alia ſuffragia Eccleſiæ plus vel minus ipſi valeant ex diuina & liberali acceptatione. Dixi (ſi talem indulgẽtiam lucratur omnino liberatur) quia ſicut quoad viuos indulgẽtia plenaria valet eis qui eam lucrantur & acquirunt quantum ſonat & omnino remittitur eis tota pœna ſecundum communem doctrinam Eccleſiæ: ita eadem ratione indulgentia plenaria per modum ſuffragij conceſſa defunctis nulla enim inter eas eſt ratio differentiæ. Dixi deinde ſi eam lucratur & acquirit quia ſicut vnus qui indulgentiam plenariam ei conceſſam non totaliter lucratur nec acquirit propter defectum alicuius conditionis ſeu circunſtantię requiſitæ nō liberatur à ſuo debito pœnarum omnino ita & anima purgatorij ſi non totaliter lucratur nec acquirit talē indulgentiā plenariā ei cōceſsā propter defectū alicuius cōditionis requiſitæ non liberatur omnino à ſuis pœnis, ſed ſecundum quod ipſa idonea & digna eſt.

Vt autem anima purgatorij lucretur, & acquirat omnino indulgentiam ei conceſſam, tria requiruntur. Primum, quod ſit ſufficiens cauſa ad tantam indulgentiam concedendam, & lucrandam, defectu cuius viuus, & defunctus poteſt non lucrari totam illam quantitatem etiam ſi fiant omnia requiſita. Secundum requiritur ſpecialiter quoad defunctos, quod per aliquem viuum fiat debite, id, quod, & quomodo imponitur per concedentem ad talem indulgentiam pro tali anima lucrandam, & in his duobus nullum eſt dubium. Circa tertium requiſitum, ſcilicet, quod talis anima ſit omnino digna & idonea, vt tale ſuffragium indulgentiæ plenariæ ei conceſſæ à Deo liberaliter pro ea acceptetur ad dictum plenum effectum: tunc autem cenſetur idonea ſecundum Auguſtinum *d* dicentem ſpecialia ſuffragia facta pro aliquibus illis tantum proſunt, qui cum viuerent, hæc ſibi, vt poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt. Item *D.* Gregorius *e* dicit illic, ſcilicet, in purgatorio, nihil quiſque purgationis obtinebit, niſi hoc bonis actibus in hac vita poſitus, vt illic habeat, pro mereatur, & iterū ait, *f* quod illis ſacræ victimæ proſunt, qui hic viuendo obtinuerunt, vt eos etiam poſt mortem bona adiuuent, quę hic pro ipſis ab alijs fiūt. Ex quibus autoritatibus duo expreſſe eliciuntur. Primum quod omnis anima purgatorij poteſt iuuari ſuffragijs Eccleſiæ, & indulgentiis per modū ſuffragij, quia eodem merito, quo meruerunt præmium eſſentiale finale, meruerūt etiā ratione charitatis, & cōmunionis ſanctorū, vt poſsint interim iuuari communione ſanctorum, in quo nullus catholicus dubitat. Secūdo elicitur, quod de facto per ſpecialia priuilegia Eccleſię, ſeu ſpeciales indulgentias per modum ſuffragij pro aliqua anima conceſſas ipſa anima ſpecialius quidem præ cæteris iuuatur, ſed non niſi quantū hīc meruit de facto ipſi prodeſſent ex ſpeciali acceptatione diuina, vt dictum eſt. Hęc autem dignitas, & idoneitas, qua quis ſit dignus, & meretur in via, vt poſt in purgatorio illi proſint omnino, vt plurimum ſuffragia & indulgentiæ non ſolum procedit ex merito accidentali in hac vita, vt ſunt deuotio ſpecialis ad claues Eccleſiæ donatiuas indulgentiarum, & ſolicitudo ad ſatisfaciendum, propeccatis proprijs miſericordia ad alios, ſtudiumque ad ſuffragandum defunctis: ſed etiam procedit ex feruore charitatis: & ex alijs operibus meritorijs glorię eſſentialis, in quantum ſunt ſupererogatoria & accidentaliter meritoria, & ſatisfactoria per ea enim poteſt quis in hac vita mereri, vt poſt in purgatorio ſit dignus, vt ei ex diuina bonitate proſint ſuffragia, aut indulgentię ſpecialiter ipſi applicatę ex integro aut in parte ſecundum quantitatē ſuę dignitatis, aut meriti ad id: ſicque nullus exiſtens in purgatorio eſt, qui ſe abſcondat â calore huius gratiæ, & fructus indulgentiarum, & ſuffragiorum ei applicatorum magis, vel minus, vt colligitur ex traditis per Sotum *g* & Nauarrum.

Ex his omnibus etiam infertur vnum valde notādum, quod, ſcilicet is, qui in hac vita dat obliuioni defunctos, & negligit ſatisfacere pro ſuis peccatis proprijs, & ſic vult viuere, vt vix cum gratia decedat, iſte talis licet non ſit omnino alienus in purgatorio, â fructu ſuffragiorum, & indulgẽtiarum, tamen parum, ſeu minimam partem fructus eorum participat, quamuis pro eo etiam ſpecialiter ſuffragia, & indulgentiæ plenariæ fiant, & concedantur. Hæc ſummatim ſumat lector pro priuilegiorum declara-

d Auguſ in Enchi. c. 99 & in li. de cura pro mortuis habe. & habetur 13. q. 2. c. tēpus e Greg li. 4 dialo. c. 39. f Gre. vbiſ. c. 57. & 58.

g Sot. in 4. di. 21, q. 2. arti. 3. Nau. in tract. de indulg. no. 22 §. 45 quoad ſuffragia, quæ fiunt pro defunctis.

declaratione, qui autem ex profeſſo indulgentiarum materiam proſequuntur, plura alia pro hac quæſtione, & reſolutione adducunt, inter quos doctiſsimus Corduba *b* plus alijs, quos viderim, accumulauit.

b Cor. li. 5. qq. q. 17.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ neceſſe ſit, quod ſit in ſtatu gratiæ is, qui vult lucrari indulgentiã pro defuncto, vt talis indulgentia illi defuncto proſit.

REſpondeo dicendo, quod vt viuus pro ſe indulgentiam conſequatur, neceſſarium eſt, vt ſit in ſtatu gratiæ tempore, quo ipſam indulgentiam lucratur, prout latè tradit Corduba: *a* vtrũ autem ſit neceſſarium, quod ſit in ſtatu gratiæ quando indulgentiam pro defuncto lucratur, variant Doctores. Nam licet Angelus *b* teneat, quod requiritur, vt ſit in ſtatu gratiæ. At contrarium verius videtur, cum indulgẽtia ſit opus priuilegiatum habens ſuum valorem ex opere operato, ſeu ex theſauro indulgentiarum, ſiue ex meritis Chriſti, nomine cuius offeruntur ſuffragia pro defunctis, id habent: & ita tenet Nauarrus *c* ſequutus Auguſtinũ de Anchona. Quod verum eſt, niſi Papa concedẽs indulgentiam pro defunctis imponat opus pium, quodq; id fiat in ſtatu gratiæ.

a Cord. li. 5 qq. q. 24.

b Angel. v. indul. §. 21.

c Nauar. in tract. indul. not. 17. §. 24 Aug. de poteſt. eccle. q. 32. a. 2

Ex dictis in ſuperibus articulis, colligitur quod poſt vnã indulgentiã plenariam pro vna anima purgatorij conceſſa nõ debet defuncti benefactor obliuioni tradere ipſum nõ accipiẽdo pro eo alias bullas, nec alias lucrãdo indulgẽtias, debent enim pro ipſis miſſas celebrare facere, & alia ſacrificia, & eleemoſynas offerre, cum quantitas fructus indulgentiæ pro defunctis pendeat à liberalitate acceptantis Dei, pendet etiam ex dignitate, & idoneitate animæ, pro qua fit. Et de dignitate, & meritis talis animæ ad totum fructum talis indulgentiæ, ſeu ſuffragij ſecundum Dei iudicium nobis non conſtat, & per conſequens nobis non conſtat, vtrum talis anima lucrata ſit, aut acquiſierit talem indulgentiam plenariam, quoad totum ſuum fructum. Ne ſumus certi, vtrum accipientes dictas bullas, & talia ſuffragia offerentes ſint in ſtatu gratiæ, quod ſecundum aliquos requiritur, vt indulgentiam defunctus conſequatur, & dato, quod nobis eſſet certum ipſam animam à purgatorio ad cœlum euolaſſe, adhuc debent pro ea bona opera iterari, non quidem ad liberationem eius à pœnis, pro quibus iam ſupponitur liberata per talem indulgentiam, ſed propter quinque. Primo quia per alia ſuffragia, & ſacrificia magis, quam per ſolas indulgentias laus, & honor redditur Deo. Secundo quia inde fructus amplior prouenit ipſis viuentibus facientibus ea pro defunctis, quam ex ipſa indulgentia. Tertia, quia ipſi defuncto exiſtenti in cælo, vel in purgatorio, pro quo fiunt talia bona prouenit gaudium accidentalis gloriæ ex hoc, quod reſpectu ipſius fiunt in mundo aliqua bona ad Dei gloriam, & inde ipſe defunctus vbicumque exiſtens in purgatorio, vel in cœlo prouocatur ex virtute gratitudinis ad orandum pro ipſis ſuffragantibus ei ſecundum Richardum *d* & Gabrielem: quarto quia ſuffragia facta pro vno etiam proficiunt alijs animabus purgatorij. Quinto quia ſicut pro paruulis baptizatis non indigentibus Eccleſia facit ſuffragia, & orationes, & miſſas, vt refert Gabriel, *e* & Alexander de Ales per multa bona, quæ omnibus inde eueniunt, & ad gloriam Dei, ſic in propoſito pro anima purgatorij multæ indulgentiæ, & bona fiunt, etiam ſi ipſis minimè indigeat.

d Richar. in 4. d. 45. Gabriel. in Cano. lect. 50. L. M. & lect. 85. M.

e Gab. ſup. can. lectio. 57. & Alex. 4 par. q. 42 art. vlt.

ARTICVLVS V.

Vtrum gratia de altari priuilegiato pro animabus purgatorij facta á Papa alicui dicenti, quod erant in ea Eccleſia viginti ſacerdotes, valeat ſi non ſint.

REſpondeo dicendo, quod videtur dicta gratia reformanda, tum propter eorum opinionem, qui referente Felino *a* tenent magnam eſſe differentiã inter literas ad lites, & beneficia, & inter literas puri priuilegij, eo quod in illis non obſtat ſurreptio ſimplex ſine dolo facta quoad ea, quæ fuiſſent conceſſa, etiam ſi ſurreptio non fuiſſet commiſſa, in literis autem

a Felin. in c. ſuper literis nu. 1. de reſcrip.

autem priuilegij ſic, tum quia conceſsio indulgentiarum eſt reſtringẽda iuxta gloſſam regulæ chancellariæ, & ita tenet Nauarrus *b* & hoc procedit maximè, ſi in dicta gratia non exprimitur quantitas indulgentiæ, nec quantitas pœnarum, à quibus liberabit dicta indulgentia ob miſſam in prædicto altari dicendam, ſed ſolum in ea cõceditur indefinitè à pœnis purgatorij, & nõ ab omnibus, & non omnis indulgentia liberat ab omnibus pœnis purgatorij, vt palam eſt, ſed tantum plenaria, vel pleniſsima, & multæ indulgentiæ non plenariæ conceduntur pro liberatione animarum â pœnis, quas patiuntur indefinitè, & ſic videtur etiam ex hoc capite reformanda, vt dicat, Plenè liberetur, vel quod ab omnibus pœnis, quas patitur, liberetur, nulla enim miſſa etiam non priuilegiata eſt, per quam ex opere operato non minuatur aliquo modo pœna purgatorij, ita Nauarrus. *c*

b Nau. li. 1. conſi. tit. de reſcrip. conſil. 1.

c Na. vbi ſu.

ARTICVLVS VI.

Vtrum cõceſſio priuilegij, vt dicta vna miſſa in certo altari ſtatim animadefuncti, pro qua dicitur exeat à pœna purgatorij, ſit neceſſario dicenda de miſſa defunctorũ, an ſufficiat miſſa ſancti occurrentis, aut feriæ.

REſpondeo dicendo, quod ad præfatam indulgentiam per modum ſuffragij quærendam, vel impetrandam pro anima defuncti, ſufficit quælibet miſſa tam de ſancto, quam de feria, quam de defunctis, tum quia beneficium principis latè eſt interpretandum iuxta quandam legem *a* modo non ſit ambitioſum iuxta ſacros canones *b* tum quia bulla generaliter concedit talem indulgentiam pro qualibet miſſa ſine reſtrictione ad miſſam de defunctis, vel de aliquo ſancto, vel feria, & diſpoſitio generaliter loquens eſt intelligenda iuxta ea, quæ in vtroque iure *c* traduntur præcipuè cum omnes miſſæ ſint æqualis valoris quoad valorem, quem ex opere operato operantur iuxta ſacros canones *d* & diuinam Theologiã, licet enim valor miſſæ pro defunctis valeat aliquid amplius quoad valorem operis operantis ea ratione qua totus fere tenor eius reſonet defunctorum cõmemorationem, alio tamen reſpectu valet minus, quia breuior eſt, & breuius, & minus attentè, vt plurimum dicitur, quam alia: illo item quod frequenter memoria noui ſancti & nouitas officij augetdeuotionem miſſarum, ex qua pendet valor operis operantis. Ita Nauarrus. *e* Aduertendum tamen, quod ſi in bulla dicatur, quod miſſa ſit de Requiẽ, vt dicitur pro defuncto, neceſſarium eſt, quod hæc miſſa dicatur, alioquin quoad indulgentiam minime defuncto proderit.

a l. 1. ff. de conſti prin cip.

b c. quãuis de præben. lib. 6.

c l. de pretio ff. de publicin rem act. c. ſolitæ ſub fin. de mai. & obe.

d c. infra. 1. q. 1.

e Naua li. 5. cõſi. tit. de pænit. & remiſ. cõſi. 37 & li. 5 conſi. tit. de priuil. conſ. 14

ARTICVLVS VII.

De origine indulgentiæ ſabbathinæ apud religioſos B. Mariæ de mõte Carmelo.

REſpondeo dicendo, quod multifariã, multiſque modis olim, & hodie B. Virgo fauorem beneuolum impartita fuit religioni Carmelitarum patrum, Honorius enim Tertius cum regulæ pro hac religione Alberti Cardinalis Hieroſolymitani confirmationem diſtuliſſet, vt maturius tantas res ageretur, apparuit ei Beata Virgo pulchra vt Luna, electa vt Sol, eique præcepit, vt petitioni fratrum Carmelitarum libenter annueret, & vt huius celebris viſionis ipſum faceret certiorem, ſignificationem ei præbuit, quod duo æmulatores, & contrarij huius ſacræ religionis iuſto Dei iudicio in illa nocte perierant, & dedit huic ordini ſcapulariũ, quo modo fratres huius ſacræ religionis induuntur. Nam cum B. Simon Eſtoch huius ſacræ religionis eſſet pernoctans in oratione Dei ab ipſa Beata Virgine pro ſua religione hæc inſignia ſcapularij impetrauit, cuius inſigniæ deuotione attracti multi Principes Chriſtiani in cõfratres huius ſacræ religionis fuerunt adſcripti, vt tantam inſigniam à Beata Virgine huic religioni mereretur in ſuo corpore portare, vt

re, vt historici a huius religionis nobis scriptum reliquerunt. Et tempore Ioannis Vigesimi secundi, vt ipsemet refert in bulla, quæ incipit, *Sanctissimo vti culmine*, data Lugduni tertia die Martij Pontificatus sui anno sexto nobis memoriæ tradidit ipse sanctissimus Pontifex, ante quam ad culmẽ pastoralis Apostolatus ascenderet apparuit ei Beata Virgo ipsum tantam dignitatem consecuturum reuelans in recompẽsam tanti beneficij ei præcipiens, vt regulam Sancti Alberti Apostolico sigillo confirmaret, & de facto confirmauit. Et Alexãder Papa Quintus in bulla, quæ incipit, *tenore cuiusdam priuilegij fœlicis recordationis Ioannis Vigesimi secundi, &c.* Data Romæ septima die Decembris Pontificatus sui anno primo prędictam bullam Ioãnis XXII. confirmauit: quarum duarum bullarum expresse meminit Clemens septimus in bulla dilecti filij, cuius tenorem in præsentiarum refero.

a Paleotus lib. 3. c. 7.

Dilecti filij Nicolai Audet Generalis ac prouinciales & priores domorũ ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo iuxta more dicti ordinis, necnon confratres vtriusque sexus confraternitatũm in Ecclesijs domorũ, seu domibus eiusdẽ ordinis institutarum nobis nuper exponi fecerunt, quod alias fœlicis recordationis Ioannes Papa Vigesimus secundus, & Alexander Quintus Romani Pontifices prædecessores nostri vniuersis, & singulis Christi fidelibus, qui confraternitatem de monte Carmelo intrare, seu confratrum confraternitatis eiusdẽ numero adscribi ipsiusque statuta obseruare, ac habitũ dicti ordinis deferre, & ipsi fratres, & sorores dicti ordinis appellare, ita & si mulier virgo castitatẽ, vidua verò cõtinentiam, coniungata autem matrimonij iura (prout sancta Ecclesia præcipit) à tempore eorum ingressus inuiolabiliter seruare velle promiserint, & obseruauerint tertiã partẽ suorũ peccatorum in Domino relaxarunt, ac die quo á sæculo huiusmodi purgatorium acceßerint, ipsáq; Virgo gloriosa Dei genitrix Maria Sabbatho sequenti post ipsorũ confratrũ, seu religiosorũ ac sororũ obitus visitãdo á pœnis purgatorij huiusmodi eorũ animas liberabit, quodq; cõfratres ipsi gratiarũ earũdem prædecessorũ participes fieri volentes horas canonicas iuxta formã ab Alberto Patriarcha dicto ordini cõcessã, & ordinatã recitare, ignari verò literarũ diebus, quibus Sancta Ecclesia ieiunare præcipit, necnon quarta feria, & Sabbato toto tempore vitæ eorum præterquam die in qua ex ferijs prædictis Natiuitatem Domini N. Iesu Christi occurrere contigerit à carnibus abstinere debent.

Ex qua bulla ibi, *Ipsaq; Virgo gloriosa Dei genitrix Maria sabbatho sequẽti post ipsorum cõfratrũ, seu religiosorũ, ac sororum obitus visitãdo à pœnis purgatorij huiusmodi eorũ animas liberabit*, colligunt cõmuniter fratres Carmelitæ, quod eorum animas à purgatorij pœnis liberat Virgo sacratissima.

At hoc multis mirabile videtur, & rem certe dubiam facit. Nam idẽ Clemẽs Septimus in alia ei⁹ bulla, quæ incipit, *Ex Clemẽti sedis Apostolicæ prouisione*, Data Romæ apud sanctũ Petrũ anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingẽtesimo trigesimo pridie Idus Augusti P. S. anno septimo aliter quoad hoc prædictã refert reuelationẽ in hũc modũ dicẽs, *Ac ipsa gloriosissima Dei genitrix semper Virgo Maria ipsorũ cõfratrũ, seu religiosorũ, ac suorũ animas post eorum transitum suis intercessionibus continuis, pijs suffragijs & speciali protectione adiuuabit.* Et Gregorij XIII. in bulla, quę incipit. *Vt laudes gloriosissimæ Virginis Mariæ*. Data Romę die octauo Septẽbris anno Dñi millesimo quingentesimo septuagemo septimo Pontificatus sui anno sexto cõfirmans huius religionis priuilegia, hãc etiã cõcessionem

sionẽ cõfirmauit eã in hunc modũ referẽs. *Idẽq; Ioãnes XXII. pro omnib⁹ animabus, quæ in purgatorio existũt, & habitũ huiꝰ religionis, & eorũ cõfraternitatẽ ingressi fuerint, vel cõfratrũ numero adscripti in honorẽ ciusdẽ B. Mariæ matris Dei die Sabbathi post earũ trãsitum intercessionibus cõtinuis, pijs suffragijs, & meritis, ac speciali protectione adiuuãdis publicauit, corroborauit, & cõfirmauit. Hæc Gregor. XIII.*

At hęc Clemẽtis VII. secunda bulla, & bulla Gregorij XIII. declarauerunt primã Clementis septimi bullam in qua dicitur, quod Beata Virgo in dicto Sabbatho liberabit confratrum, & religiosorum animas: non enim B. Virgo Maria dictas animas infallibiliter potestate absoluta liberabit, sed liberabit per modũ suffragij impetrans à Deo Opt. suis precibus, & meritis, vt ipsæ adiuuentur, & ipsi suffragia, ad eorũ liberationem communicentur, ad modum, quo Summus Pontifex cõcedit animabus purgatorij indulgentiam plenariã per modum suffragij, si talẽ indulgentiã lucrẽtur vel acquirunt, alias non nisi secundũ quod ipsæ animæ sunt idoneæ, & dignæ, vt talis indulgentia, sicut & alia suffragia Ecclesię plus, vel minus ipsis valeãt ex diuina, & liberali acceptatione iuxta ea, quæ in articulo tertio huius quæstionis latè dicta sunt.

ARTICVLVS VIII.

Vtrũ indulgentia de sex Pater noster, & Aue Maria cum Gloria Patri concessa fratribus possit pro defunctis applicari.

REspõdeo dicẽdo, quod per cõcessionẽ Leonis X. omne indulgentias à sua sanctitate, ac ab alijs eius prædecessoribus concessas vsque ad diem tertiam Februarij Pontificatus eius anno quarto possunt etiã pro defunctis applicari. Et licet hæc concessio, de qua in articulo quæstionis fuerit facta post diem tertiũ Februarij scilicet, anno sexto sui Pontificatus, vt habetur in supplemento *a* fuit tamen declaratio alterius, quam prius fecerat die tertia Februarij anno quarto sui Pontificatus, vt habetur in eodem supplemento *b* ac subinde retrotrahitur, vt possit pro defunctis applicari iuxta ea, quæ in eodem supplemento *c* continentur. Quod quidem vltra id, quod verũ est, & indubitabile, tenet etiam Henriquez. *d* Atque eodem modo vsus est huius indulgẽtiæ apud Dominicanos patres, vt patet ex traditis à Patre fratre Vincẽtio Iustiniano in vita B. Ludouici Beltran. Denique (vt vno verbo multa in hac materia concludam) dico quod possumus gaudere omnibus priuilegijs, & indulgentijs concessis non solum quibuscũque religionibus, sed quibuscunque pijs locis, necnon confraternitatibus prout concessit Iulius *e* Tertius ordini Prædicatorum, quas possumus etiam pro defunctis applicare per concessionem à Sixto V. factam in bulla erectionis confraternitatis chordæ B. P. Francisci datam Romæ apud Sanctũ Petrũ anno Dñi millesimo quingẽtesimo octogesimo sexto die septimo Maij Põtificatus eius anno secundo vt patet ex eius verbis, *ibi eisdẽ confratribus Chordigeris, vt indulgentias, & peccatorum remissiones præfatas per modum suffragij pro fidelibus, qui in gratia Dei decesserint consequi & impartiri valeant, concedimus.*

Et aduertendũ, quod recitãtes Psalmum Miserere mei, aut qui nescit, quinque *Pater noster, & Aue Maria*, flexis genibus in Ecclesijs nostris principalibus, seu annexis cõsequuntur indulgentias, & vrbis, & orbis. Ita concessum est ordini Sancti Benedicti, & confirmauerunt Innocentius Octauus, Alexãder Sextus, Iulius Secundus, dummodo pro eorum animabus dicatur oratio, *Deus qui inter Apostolicos*, Habetur hæc indulgentia in libro eorum, quod est in Conuentu Vallisoleti, & hæc concessio cum maxima sit, potest etiam pro defunctis applicari per dictam bullam Sixti Quinti.

QVAE-

a Sup. fo. 60

b Supp. fo. 42. cõcef. 31

c Supp. fol. 94. cõce. 22

d Hẽtiq. li. 2. de indulgẽ. c. 19. §. 3

e in li. priu. prædi. fol. 209. pag. 2.

QVÆSTIO XCVII.

De indulgentijs pro nouo orbe Indiarum in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vtrum in Indijs in ſanctis ordinũ indulgentia concedatur.*

2 *Vtrum aliæ indulgentiæ pro dicto nouo orbe ſpecialiter ſint cõceſſæ: in fine ponitur decretũ S. D. N. Clemẽtis VIII. pro indulgentijs conceſſis calculis ſeu granis crucibus, & imaginibus benedictis.*

ARTICVLVS I.

Vtrum in Indijs in Sanctis ordinum indulgentia concedatur.

RESPONDEO dicẽdo, quod Cardinalis Pogius Legatus Iulij III. in Hiſpania anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio conceſsit, vt in Indijs indulgentia plenaria conſequeretur in die Sancti Dominici, & Sancti Franciſci, & Sancti Anguſtini dicendo in Eccleſijs tres, *Pater noſter* & totidem *Aue Maria* pro exaltatione fidei Catholicæ, & conceſsit omnes remiſsiones, & indulgentias, quas conſequerentur in die portiunculæ, ſi Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Angelis perſonaliter viſitaſſent.

Item conceſsit omnibus Hoſpitalibus in noua Hiſpania omnes indulgentias, quas habet Hoſpitale Conceptionis Mexici, quod dicitur, del Marques.

Item conceſsit miniſtris Indorum ſemel in vita & in articulo mortis indulgentiam plenariam.

Item conceſsit, quod quoties quis miniſtrat Sacramenta Indis, vel prædicat gratis ſeptem annos, & ſeptem quadragenas de indulgentia lucretur.

Et Pius V, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo conceſsit Motu proprio, & ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis ordini Prædicatorum in noua Hiſpania in omnibus domibus & monaſterijs conſtructis, & conſtituendis perpetuis futuris temporibus, quod die Sancti Dominici *Sancti* Thomæ de Aquino, & Sancti Vincentij, & Sanctæ Catherinæ de Senis, qui Eccleſias prædicti ordinis viſitauerint, & preces ibi pro augmento Chriſtianæ Religionis, & Sedis Apoſtolicæ fœlici ſtatu, ac infidelium conuerſione effuderint toties plenariam, & omnium peccatorum indulgentiam, & remiſsionem in forma Iubilei per communicationem ait, quod eadem indulgentia Sanctis, proprijs ordinis Minorum, & Sancti Auguſtini in noua Hiſpania communicetur: & ait Summus Pontifex, quod qui in prædictis feſtiuitatibus, & eorum octauis confeſſus, & contritus Euchariſtiam ſumit, eaſdem indulgentias à fortiori conſequatur. Et qui in feſto *Sancti* Dominici, & *Sancti* Thomę, & eorum octauis celebrauerint, vel pro ſua deuotione celebrare fecerint, toties eandem indulgentiam plenariam conſequantur per modum Iubilei. Hæc Vera Cruz in ſuo compendio manuſcripto.

Circa primam conceſsionem Cardinalis Pogij Legati eſt notandum, quod Legati Papæ poſſunt concedere indulgentias etiam perpetuas in terminis ſuæ legationis, ſed hoc eis competit non ſolum ex commiſsione ſpeciali, ſed etiam generali Domini Papæ, ſicut ſtatuta perpetua facere poteſt, vt dicitur in Iure [a] iuncta ſua Gloſſa, & tradit Corduba, & ſic potuit prædictus autoritate Apoſtolica indulgentiam ſupradictam concedere.

Pro cuius rei explicatione eſt notandum, quod dare indulgentias iuriſdictionis eſt magis, quam ordinis, vt tenent Doctores [c] Calderinus ex mente Diui Thomæ, & Abbas. Vnde Legatus, qui eſt ordinarius, poterit concedere indulgentias, etiam ſi non ſit presbyter, vt tradit Speculator [d] Abbas, & Felinus. Et etiam ſi teneremus opinionem illam quod ſit proprium dignitatis Epiſcopalis concedere indulgentias, de qua opinione per Franciſcum [e] de Pauinis Legatus nihilominus poſſet ipſas concede-

[a] c. final. iuncta ſua gloſ. de of. li. leg. Cordub. li. 5. qq q. 12. propoſit. 3.

[c] DD. in c. quod autẽ de pœnit. & remiſſ. Calder. in c. accedentibus de priuileg. Abbas in c. cum olim. de maiori. & obedict. d Specul. in §. ſupereſt delegat. Abbas in c. noſtro de pœn. & remi. Fel. intract. de indulg. ad fin.

[e] Pauin. in tract. d pot. ea. ſede vacante in. 4. q. princip. in princip'

re quia eius officium præualet omni dignitati Prouinciæ, etiam ſi vacaret Sedes Apoſtolica, quia ſi officium legati etiam Sede vacante permanet, vt tradit Brunelus f, ergo etiam permanet omnis eius autoritas, nulla enim lex eſt, quæ dicat Legatum tunc hoc non poſſe, & ſic non dicendum, quod debuit aduertere Matheus Cardinalis g contra quem inſurgit Gambarus h quanti autem temporis indulgentiam poſſit conferre Legatus, variant Doctores. Quidam enim dicunt honeſtum eſſe, vt propter reuerentiam Concilij non excedat numerum quadraginta dierũ, quoniam is eſt taxatus numerus omnibus inferioribus â Papa. Gambarus i ta men aduertit iura quadraginta dierum numerum præfigentia inferioribus à Papa Legatis minime præfixiſſe numerum. Diſtributio enim indulgentiarum ante Concilium non erat præfinita cuiquam prælato, ſed indifferenter dabatur pro animarum ſalute, vt conſtat ex Iure K & tradunt communiter Theologi, Concilium vero ob indiſcretam diſtributionem reſtrinxit inhibendo omnibus Eccleſiarum prælatis ne vltra quadraginta dies concederent. Cum igitur lex illa concilij ſit regularis diſtributionum Epiſcoporum, & in Legatis Cardinalibus non militet omnimoda ratio diſsipationis Theſauri, quæ in Epiſcopis, cum ipſi ſint pars immediata Sedis Apoſtolicæ, & habeãt patrocinium eius, præſumitur, quod maiori cura conſeruabunt eius honorem, & ſic dicendum eſt, quod Concilium non comprehendit Legatos Cardinales, quando enim priuilegia reſtringuntur, Cardinales ſub communi appellatione minime veniunt.

f ...un. de dignit. & poteſt. leg. conc. u. 33.
g Cardin. in Cle. ne Romani. §. irritũ de elect.
h Camba. li. 8. de autori. legat. á latere. §. quid poſsit legatus circa indulgentias.
i Gamb. vbi ſu. n. 9.
K c. accedẽtibus de exceſ. prælat. DD. in 4. d. 20.

Notandum eſt etiam, quod conceſsio Sixti. V. pro feſtiuitatibus ordinis Minorum de qua in ſuperioribus l mentionem fecimus, in qua conceditur indulgentia plenaria omnibus Chriſti fidelibus etiam prodeſt pro nouo Indiarum orbe, non enim video, cur fidelibus in illis partibus commorantibus hoc tantum bonum non poſſit communicari.

l ſupra hoc tomo. p. 81. art. 4.

ARTICVLVS. II.

Vtrum aliæ indulgentiæ pro dicto nouo orbe ſpecialiter ſint conceſſæ.

REſpõdeo dicẽdo, quod idẽ, Cardinalis Pogius Legatus Iulij. III. eodem anno conceſsit etiam miniſtris Indorum ſemel in vita, & in articulo mortis indulgentiam plenariam.

Conceſsit etiam, quod quoties quis miniſtrat Sacramenta Indis, vel prædicat gratis ſeptem annos, & ſeptem quadragenas de indulgentia lucretur.

Et Pius. V. in conceſsione ſuperius allata vltra ibi indulta indulſit religioſis, qui ad Indiarum conuerſionem proſiſcuntur, quod in die, quo ſe mari commiſerint, & ſic in quo peruenerint, vel in itinere deceſſerint, indulgentiam conſequantur in forma Iubilei.

Item Pius. V. conceſsit omnibus religioſis ſcientibus idioma Indorum toties quoties munus docendi Indis exercuerint, centum dies de iniunctis pœnitentijs.

Et Paulus, III. anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto conceſsit religioſis Mendicantibus qui de licentia ſuorum prælatorum proficiſcuntur ad quaſcumque terras infidelium ad quamcunque mundi partem ad eos conuertendos, vt vadant tanquam Legati, & Commiſſarij eius, & eis concedit omnes gratias conceſſas à ſuis prædeceſſoribus illis, qui ad terras infidelium vadũt, & ſic ſecundum hæc ſunt confirmata, quæ per Nicolaum V. Gregorium IX. Leonem X. Adrianum Sextum, & Clementẽ. VII. & alios Pontifices ſunt conceſſa illis, qui ad illas partes ad dictam conuerſionem proficiſcuntur. Hæc eſt magna conceſsio, vt aſſerit Vera Cruz in dicto compendio, & dat, quod ſit liberum eis, quandiu voluerint ibi permaenre, Reliqua autẽ, quæ ad Indos pertinent, videantur infra hoc tomo quæſtione nonageſima ſecunda de priuilegijs pro Indis conuerſis à Sede Apoſtolica conceſsis.

Pro complemento autem iſtius quæſtionis operæpretium eſſe duxi proponere in præſentiarum Decretum Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis. VIII. cuius tenor eſt.

Decla-

Declaratio, & Decretum ſanctiſſimi Domini Noſtri Domini Clementis Papæ Octaui ſuper indulgentijs, quæ tã à ſanctitate ſua, quam ab eius prædeceſſoribus, coronis, roſarijs, calculis, ſeu granis, crucibus, & imaginibus Benedictis, hactenus conceſſæ ſunt, & in poſterum à ſanctitate ſua concedẽtur.

Formula indulgentiarum nouiſſime à ſanctitate ſua præſcripta huiuſmodi coronis, roſarijs, paruis crucibus, & imaginibus ex auro, alioue metallo confectis vulgo medalijs appellatis in futurum benedicendis, in principibus, vel ad eorum inſtantiam tantum concedatur, atque hæc vna de cætero, & non alia ſeruetur, & retineatur. Hæc formula indulgentiarum ſola imprimatur & ad omnium commodum etiam lingua vulgari.

Nomina verò indulgentias impetrãtium, etiamſi Principes ſint, non imprimãtur. Coronæ Roſariæ grana, ſeu calculi, cruces, & ſacræ imagines cum indulgentijs anteà benedictæ, quæ quidẽ ad hunc vſq; diem diſtributa ſunt, ſiue illæ a ſanctiſsimo Domino noſtro, ſiue à ſuperioribus Põtificibus ſint cõceſſæ, non tranſeant perſonã illorum, qui eas in præſenti obtinent. Quæ autẽ vſq; in hodiernũ diem effectũ ſortitæ nõ ſunt id eſt, nulli hactenus diſtributæ ſunt, nemini vti benedictæ deinceps diſtribui poſsint, quodſi de facto diſtribuãtur carcant indulgentijs iam conceſsis.

De cætero indulgentiæ ne concedãtur, granis, ſeu calculis, neq; etiã ſacris imaginibus, aut crucibus, ſiue impreſſis, ſiue depictis, ſiue ex quouis metallo, aut gemmæ cælatis, & expreſsis, ſiuè in Eccleſijs publice collocandæ, ſiue priuatim habendæ ſint, ijs, de quibus in formula dicitur duntaxat exceptis.

Neque ſimiliter concedantur pro agnis careis, ſiue Agnus Dei benedictis, vel pro quibuſuis ſacris reliquijs retinendis.

Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus ſeptem, ſeu nouẽ Eccleſias, ſeu alias Eccleſias intra, & extra vrbẽ, vel quadrageſimæ, & alijs anni temporibus adeũtibus proſtationibus conſequendis, coronis, & Roſarijs huiuſmodi benedictis amplius non concedantur.

Nec etiam indulgentiæ conceſſæ viſitantibus Eccleſiã Sancti Iacobi in Cõpoſtella, & locaterræ S. & Hieruſalẽ & B. Mariæ de Laureto, & alias ſimiles Eccleſias, eiſdem coronis, & Roſarijs Benedictis concedantur.

Neque item communicatio bonorum operum, quæ á regularium, & religioſorum ordinibus, vel congregationibus, ſeu monaſterijs fiunt, coronas, & Roſaria benedicta huiuſmodi recitantibus concedatur.

Neque etiam eiſdem illas, vel illa recitantibus concedatur liberatio animarum in purgatorio exiſtẽtium, niſi vt in memorata formula expreſsum eſt.

Si quando intuitu alicuius gentis, nationis, vel prouinciæ indulgẽtiæ aliquæ dictas coronas, aut roſaria recitantibus conceduntur, illæ ad alias gentes, nationes, vel prouincias, ne extendantur.

Pro populis autẽ remotiſsimis noui orbis, & Indiarum ad Chriſtianam fi-

dem conuerſis pauciores indulgentiæ, prædicatoribus vero, qui pro Chriſti Euãgelio in eiſdem partibus, & Indijs diſſeminando laborant, ampliſſimæ cõcedantur.

Corona vel Roſario, aut grano, ſeu calculo vno, aut alia re vna benedicta deperdita alteram pro ea ſubrogandi facultas ne eſto, neq; detur. Datũ Romæ apud Sanctũ Petrũ quinto idus Ianuary anno á Natiuitate Domini 1597. Pontificatus vero Sanctitatis ſuæ Anno quinto

Siluius Antonianus.

Pro cuius ſanctiſsimi Domini Noſtri decreti explicatione eſt notandum quod volunt maxime reſtringere indulgentias à ſe & ab alijs Pontificibus conceſſas roſarijs coronis paruis Crucibus & imaginibus ex metallo confectis.

Primo quod non concedantur niſi priũcipibus vel ad eorum inſtantiam, pro quibus vna tantũ formula imprimatur & retineatur, & nomina ipſorũ principum & impetrantium non imprimantur.

Secũdo quod dictæ coronæ, roſarij &c. ante hac benedictę cũ indulgẽtijs ſi ſint alicuibus perſonis diſtributæ non tranſeant in alias ſi non ſint diſtributæ careant omnino indulgẽtijs, nec pro ipſis, indulgentia ſtationum quadrageſimæ & totius anni, concedantur, nec concedantur ipſis indulgentiæ viſitantibus Sanctum Iacobũ Terram Sanctam, & V. Mariam de Loreto, nec etiam ipſis communicetur operum totius Eccleſiæ militantis participatio.

Tertio quod indulgentię ipſis conceſſę pro vna natione aut prouincia ad aliã nationem, aut prouinciam nõ extendantur.

Quarto quod pro nouo orbe & Indijs pauciores indulgentiæ concedantur pro prædicantibus tamen ibi Euangelium ampliſsimę condonentur.

Quinto vna corona, vel roſario &c. perditis non dentur nequealij ſubrogentur.

Ex quibus iam ceſſat murmuratio Fratris Dominici de Soto, *a*

a Soto in 4. d. 21. q. 2. arti. 2.

QVÆSTIO CXVIII.

De indulgentijs quoad earum publicationem & acquiſitionem in nouem articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur nouem.

1 *Quomodo ſint publicandæ indulgentiæ monaſteriorum regularium.*
2 *Vtrum religioſi indulgentias indiſcretas prædicantes peccent.*
3 *Vtrum clauſula indulgentiæ poſt quinquẽnium non valituræ debeant intelligi á die conceſsionis & datæ literæ, an vero á die publicationis ipſarum.*
4 *Vtrum indulgẽtia conceſsa alicui Eccleſiæ reuocatur à Papa in die ſuæ creationis.*
5 *Vtrum indulgentia poſsit lucrari ab exiſtenti in peccato mortali.*
6 *Vtrum deſinat eſſe bonus moraliter actus qui fit in peccato veniali.*
7 *Vtrum quando conceditur indulgentia tot dierum & annorum an intelligatur de tot diebus & annis continuis, vel interpollatis.*
8 *An indulgentia tot dierum, & annorum intelligatur de diebus & annis vitæ huius, an purgatorij.*
9 *Vtrum pœnæ debitæ in vno die vitæ huius correſpondeat alter etiam dies & idẽ tempus pœnæ in purgatorio luendæ.*

ARTICVLVS. I.

Quomodo ſint publicandæ indulgentiæ monaſteriorum regularium.

RESPONDEO dicẽdo, quod propter vitandum abuſum vetat Concilium *a* Tridentinum indulgentias, aut alias ſpeciales gratias prædicari populo, niſi de bitis temporibus per ordinarium loci adhibitis duobus de capitulo, quod etiam olim erat ordinatum in Concilio Colonienſi *b* in reformatione clericorum, & ne-

a Trid. ſeſ. 21. de reformat. c. 9.

b Conſil. Coloni. ca. 16.

& nequis Quæſtor indulgentias alias prædicet, niſi quæ literis Bullæ continẽtur & viuat cum bono exemplo, alias epiſcopus illum quanuis exemptum in tabernis repertum, aut publicè delinquentem punire poteſt iuxta Sacros Canones c. Qui quæſtores ante concilium fuerunt prohibiti per eoſdem Sacros Canones, vt poſt Panormitanum tradunt Mandoſius d & Nauarrus.

c.c.tuarum. de priuilegijs.

d Mandoſ. in pra. ſigni. titu. confirmationes Nauar. de orat. not. 22 n. 77. & ſeq. & de indulgen. not. 31.

Aduertendũ tamen cum Henriquez e quod Concilium Tridentinum dũ reuocat priuilegia monaſteriorum non comprehendit fratres ordinum Mendicantium, quia hi non comprehenduntur, niſi exprimantur, vt decreuit Pius V. Motu Proprio pro Mendicantibus anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo. At iã etiã alio motu proprio, de quo iam in ſuperioribus f mentionem fecimus omnes indulgentias Quæſtuarijs conceſſas reuocauit & ſic nullo modo poſſunt hodie publicari. Verum tamen eſt, quod indulgentias ordinis alicui ſuperiori per Papam cõceſſas pro ſubditis, & familiaribus poteſt prælatus conuentualis promulgare, hæc enim nõ prohibentur in Concilio Tridentino publicari, nec in Bulla Cruciatæ ſuſpẽdũtur, prout in explicatione Cruciatæ late diximus, ſupradicta autẽ probantur, nã prælatus monaſterij cenſetur pro ſuis ſubditis ordinarius, vt ipſis promulget indulgentias, cum ſit ab Epiſcopo exemptus pro vt tradit Henriquez. g

e Henriq. l. 7. de indulg. c. 29. n. 1. litera. B.

f ſupra hoc tomo. q. 88. ar. 3.

g Henriq. li. 7. de indulg. c. 20. l. ect. 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum religioſi indulgentias indiſcretas prædicantes peccent.

REſpondeo dicẽdo, quod religioſi indulgẽtias indiſcretas prædicãtes peccant, cũ in quadã Clementina a virtute obedientiæ, & ſub pæna maledictionis æternæ id facere prohibeantur. Indulgentiæ autem dicuntur indiſcretæ, primo non conceſſæ, vt ait quædam Gloſſa b communiter recepta. Secundo illæ, quæ conceſſę quidem ſunt, concedi tamen nõ potuerunt ab eo, qui eas conceſsit, quia taxam excedebant, prout dixit Nauarrus c Tertio, quæ probari non poſſunt, neque literis Papæ, ſi ab eo ſunt conceſſæ, vel literis concedentis, aut teſtibus, , quando ab alio inferiori conceduntur. Addendum tamen eſt, quod hoc caſu non peccaret, præſertim lethaliter in foro conſcientiæ religioſus, qui ſciret vere eſſe conceſſas ab eo, qui poterat concedere, aut indicijs probabilibus id crederet, nam lex fundata in præſumptione quoad forum conſcientiæ ceſſat, quando veritas eſt, in contrarium iuxta quandam Decretalem d tum quod alioquin multi concionatores, dum publice prędicant rogantur per ſchedulas, vt publicet indulgentias ſibi ignotas illo, vel illo die, vel illo loco quærẽdas peccarent, quod durum videtur.

a Clemen. 1. §. 1. de priu.

b Gloſ. ind. Cle. v. indiſcretas.

c Nau. in §. in Leuit. not. 32. n. 45.

d c. tua de ſponſalibus.

Aduertendum etiam, quod indiſcretæ etiam videntur indulgentiæ, quæ ſine iuſta cauſa conceduntur per eą, quę adducit Nauarrus e, quarum tamen publicatores religioſi prędicatores non videntur peccare, quippe qui de ſuperiorum facto iudicare non debent iuxta Sacros Canones. f

e Nauar. in §. in Leuit. not. ab. 15. c. cum ex eo. de pœnitẽ. & remiſſ. f c. infarior. 21. diſt.

Denique aduertendum eſt, quod quanuis illa Clementina de religioſis tantum loquatur, & quanuis illi ſic prędicantes pluſquam alij peccent, non tamen alios clericos, & à fortiori laicos excuſat non quidem per illam Clementinam, ſed propter rationem, in qua ipſa fundatur, quod videtur cenſuiſſe Diuus Antoninus g dum illam Clementinam ad omnes Prędicatores extendere videtur.

g Anton. 3. p. tit. 18. c. 4.

ARTICVLVS III.

Quoddam Breue cõcedit indulgentiã plenariam viſitantibus quandam Eccleſiam, addit tamen Papa præſentibus poſt quinquennium non valituris, quæritur, an iſta Clauſula debeat intelligi à die conceſſionis, & datæ literæ, an vero à die publicationis ipſarum.

REſpondeo dicendo, certum eſſe, quod indulgẽtię conceſſę valent à tẽpore datæ, vt ait quędã Decretalis a & ab illo tẽpore ius eſt quæſitum illi loco, cui conceſſæ ſunt, & ab illo tempore paratur facultas capacibus ad lucrandum illas, ſed quantum ad eos, qui ſu-

a c. capitulũ de reſcript.

crari volunt, incipiunt in eis efficaciam habere, quam primum eis præſentantur, & notificantur, & ſic iſtud quinquennium computatur á die, quo exhibitæ ſunt literæ, quæ debent exhiberi prælato argumento alterius Decretalis *b* nam antequam publicentur, non poſſunt lucrari, quia populus eas ignorat, & in concernentibus animam requiritur ſcientia, & acceptatio, & receptio literarum, & quando priuilegium datur populo ipſi publice inſinuandum, & publicandum eſt argumento cuiuſdam Legis *c* & ideo hoc quinquennium non computabitur, niſi à die inſinuationis, ſeu exhibitionis, vt reſoluit Rebufus *d*.

b c. cum ex eo de pæni tentijs, & remiſſ.

c l. non ita ff. de adopt. c. vt offi. §. cópecẽdi de hæreditat. d Rebuf. conſ. 199.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum indulgentia cõceſſa vi ſit antibus aliquam Eccleſiam reuocetur á Papa in principio ſuæ creationis reuocãdo gratias, & indulta ita, vt non poſſit lucrari.

REſpondeo dicendo, quod certum eſt, quemlibet Summum Pontificem pro ſua ſumma, quam habet, poteſtate poſſe reuocare indulgentias à ſuis prædeceſſoribus conceſſas, nullus enim ſuorum prædeceſſorum poteſt imponere ſibi legem, quæ ſuam poteſtatem tollat, vel minuat, & de hoc nemo dubitat.

Præſuppoſita igitur hac plena poteſtate, & quod Papa in principio ſuæ creationis reuocat gratias, & indulta ſuorum prædeceſſorum, ait quidam Vigerius *a* quod Summus Põtifex tunc reuocat omnes indulgentias per prædeceſſores conceſſas. Sed certe, vt aduertit Nauarrus, *b* præfatus Vigerius videtur id dixiſſe deceptus ab aliquo, qui putauit per regulas cancellariæ, quas in craſtinum ſuę aſſumptionis publicat Papa, reuocare omnes gratias, & indulgentias, quas prædeceſſor fecit. Quod tamen non eſt verum, nam regula ſeptima, propterea quod habet verbum gratias, & verbum indulta videri poſſet alicui dormitanti reuocare omnes indulgentias nondum lucrifactas, cum ſint quædam gratiæ, & quædam indulta, nullatenus tamen id facit, quando quidem ſolum reuocat gratias expectatiuas, & indulta beneficiaria conceſſa ad quærenda beneficia Eccleſiaſtica, & ad nominandum ad ea, vel conferendum illa, ſicut & regula vndecima reuocat vniones eorundem beneficiorum nondum ſortitas effectum, & neque regula quinquageſima ſeptima, & duæ inſequentes, quæ tractant de indulgentijs, neque Gloſſæ illarum vllam de huiuſmodi reuocatione mentionem faciunt, prout tradit Nauarrus. *c*

a Viger. de inſtit. Theolog. c. 16. §. 6.

b Nauarr. lib. 5. conſ. titu. de pænit. & remiſſ. conſ. 17.

c Nauarr. vbi ſupra.

ARTICVLVS V.

Vtrum indulgentia poſsit lucrari ab exiſtẽti in peccato mortali tempore operis, per quod indulgentia acquiritur.

REſpondeo dicendo, quod loquendo de facultatibus, quæ præter indulgentiæ acquiſitionem conceduntur, qualis eſt facultas conceſſa cuilibet eligendi confeſſarium, qui eum etiam abſoluat à reſeruatis, qualis eſt etiam facultas edendi oua, & lacticinia diebus ieiuniorum ab Eccleſia indictorum, audiendi diuina tempore interdicti. Hæc conceduntur, & alia ſimilia etiam in peccato mortali exiſtenti, & hæc eſt communis omnium ſententia: loquendo autem de indulgentijs proprie dictis,

Dico ſecundo, quod Caietanus *a* ait, quod licet quandoque ſit idem tempus operis, & acquiſitionis indulgentiæ, vt cum ea conceditur omnibus illic, vel illic præſentibus, frequenter tamen alio tempore, & alio fit opus, ob quod conceditur: quo ſuppoſito aduertit, quod quãuis quæ ſiturum indulgentiam non oportet eſſe vere pœnitentem tempore, quo conceditur facultas quærendi eam, oportet tamen eſſe talem duobus alijs temporibus, nempe cum facit opus, ob quod conceditur, & cum abſoluitur, vel eam quærit. Contrariam tamen opinionem tenet Gloſſa *b* quædam, quatenus ſentit hanc anni

a Caiet. in tract. poſter. de indulg. ca. 9.

b Gloſ. 9. in extrauagant. de pœnit. & remiſſ.

ni Iubilei indulgentiam lucrifactam iri etiam ab his peregrinis, qui aliquot dies in ſtatu peccati mortalis peregrinantur, & ita tenent Diuus Antoninus c & Felinus, & Tabien, & Sylueſter quæ opiniones validiſsimis pro vtraque parte nituntur fundamentis. Et ſtando in vtraque hac opinione certum etiam eſt Bullas nihil prodeſſe quoad indulgentias, quæ per ſolam Bullæ acceptionem quæruntur accipientibus eas in ſtatu peccati mortalis, & ſic neque priuilegia confraternitatum, quibus conceditur indulgentia intranti eam pro tempore, quo intrat in ſtatu peccati mortalis, neque priuilegia altarium, vel reliquiarum, quibus aliquot indulgentiæ conceduntur porrigentibus manus adiutrices pro tempore, quo adiuuant, ſi tunc ſunt in peccato mortali.

c Antonī. 3. p. tit. 10. c. 3. §. 5. verſ. 6. quæritur. Felin. in ſermo. de indulgen. col. 7. Tab. v. in dulgentia. q. 4. & Sylueſt. q 10. arti. 9.

Verū eſt tamen, quod opinio Caietani non procedit ſaltem in cauſa principali remota, verbi gratia indulgentia, quam cōcedit Papa ad agēdas gratias Deo pro fœdere ſuo opere inito inter aliquos Principes, qui mala mortaliter intentione illud in iſſent, quanuis enim cauſa principalis remota, ſcilicet pax inita peccatum eſſet mortale, & qui eam feciſſent, mortifere peccaſſent, ij tamen, qui in ſtatu gratiæ pœnitentiæ Sacramentū ſumerent, gratiaſque pro pace, quam benefactam eſſe credunt, agerent, indulgentiam lucrarentur profecto conceſſam, quia & ſi opus principale remotum non eſſet meritorium, proximū tamen tale eſt.

Neque opinio Caietani locum habet in cauſa minus principali, nam in anno Iubilei licet peregrini Romam cuntes lethali peccato infelli, & iter arripuerint, & continuarent aut partem eius, ſi tamen Romā peruenientes vere pœnitentes, & confeſsi Eccleſias præſcriptas viſitauerint indulgentiam lucrifacere poſſe videntur, eo quod etiam ſi totum opus in ſtatu gratiæ non peragerent, principale tamen, & proximum opus nempe viſitationem Eccleſiæ in eo ſtatu requiſito peragerent. Imo videtur dicendum quod intentioni cōcedētium indulgentias proprius videtur eas lucrifieri ab eo, qui eſt in bono ſtatu tēpore quo eſt quærenda, licet conditiones totæ ob eas querendas requiſitæ non impleantur in bono ſtatu, modo impleantur bene moraliter, & vltima pars earū, quæ eſt proxima requiſitioni indulgentiarum, fiat in ſtatu gratiæ, ſi hoc enim non concederetur, ſequeretur, quod pauci collatione aliorum quererent indulgentias anni Iubilei, neque alias, quę prærequirunt ieiunia, & eleemoſynas certorum dierum, vel hebdomadarū, quorum omnia & partes eorū pauci collatione aliorū in bono ſtatu proſequuntur, & pauciores incipiunt, & raro collatione aliorum perfecte ſe conterunt, ante quam confiteantur. Imo neque bona pars pœnitentium peruenit ad integrā contritionem, niſi per attritionem abſolutione Sacramentali aūctam, & confirmatam: & certe præſumendum eſt, quod Papa poteſt concedere indulgentiam exiſtenti in malo ſtatu pro tempore, quo fuerit in bono, quod licet ipſe non dicat ea ratione conuincitur, quod verbi gratia indulgētia Iubilei, & quælibet alia conceditur, etiam malis, vt poſsint eam lucrari in ſtatu bono.

Neque certe videtur eſſe intentionis Summi Pontificis concedentis indulgentiam particularem, quę aliquando ſolet concedi in hebdomada proxima ſequenti Dominica, in qua publicatur ieiunātt preces, & eleemoſynas facienti Feria quarta, ſexta & Sabbatho, & communicanti ſequenti Dominica, vt iam inde à mane Feriæ ſecundæ, quo illa facere incipit, ſit in ſtatu gratiæ, quoniam pro prudentia tantæ ſedis præſide digna nouit tantam, & tam variam multitudinem non poſſe moraliter inuenire tàm breui paratam, ideoque cenſeri eam ſatisfacere per totam hebdomadam, & initium Dominicę inſequentis, antequam communicet, ita videtur patata, & confeſſa.

Ex his reſpondetur argumentis adductis à Caietano ſcilicet quod illa tantum opera, & illo tantummodo facta ſuffi-ciunt ad indulgentiam quot, & quomodo illa neceſſario ad illam quærendam voluit concedens eſſe facta, modo illa moraliter ſaltem bene fiant, & perfectio eorum vltima, per quam eſt quærenda indulgentia, fiat in bono ſtatu, & negādo quod omnia opera, quæ requirit indulgentia quærenda, debeant eſſe viua, negando item quod opera mortua ſi alioquin ſint moraliter bona, repugnāt operibus viuis, & in gratia factis, quia, imo multum, & multis modis iuuant ad quærendam illam

illam iuxta quandam Gloſſam *d* communiter receptam. Negando item, quod non poſſunt ſeruire ad integrandam cauſam concedendi indulgentias pænarũ â Pontifice concedendas, cum etiam ſeruiant de congruo ad quærendam indulgentiam cuiparum à Deo condonandarum, vt tradit D. Thomas *e* cui Concilium Tridentinum aſtipulatur.

d Gloſſ. in c. quod quidã depæniten. & remiſ. & c. quærat. §. quodautem de pænitẽ. diſt. 1.

e Tho. 1. 2. q. 113. art. 3. & ſeq. Tri. ſeſſ. 14. ca. 4. & can. 5.

ARTICVLVS VI.

Vtrum deſinat eſſe bonus moraliter actus, qui ſit in peccato veniali, vt indulgentia non acquiratur.

REſpondeo dicendo, quod actus poteſt geri male à peccante venialiter dupliciter. Vno modo ita quod ipſe actus, vel aliqua eius pars ſit mala venialiter agendo illũ inordinate, vel in finẽ malum venialiter, putà ad gloriam vanam, vel alias ad iniuſte complacendum, diſplicendum, lucrandum, vel nocẽdum leuiter alicui, vel cum defectu alicuius circunſtantiæ ad eius bonitatem requiſitæ, vt quia facit tempore, modo habitu, vel geſtu indebito: verbi gratia viſitat quis prædictas Eccleſias propter vanã gloriam venialẽ, quia talis actus eſt venialiter malus ob defectum circunſtantiæ boni finis aut nimio riſui, & prophanis negotijs, nimijſque colloquijs indulgens, vel tempore indecenti cum ſcandalo ſaltem veniali aliorum, vel cum habitu, vel comitatu ſuæ perſonæ indecẽti, aut nimiũ properãdo. Secundo modo faciẽdo aliqua venialia, quæ nõ contingunt actũ, vel partem eius, v. g. viſitat quis quatuor Eccleſias ſiuè in ſtatu gratiæ, ſiue in ſtatu malitiæ bono fine, bono modo, & tẽpore opportuno, ſed durãte tota viſitatione, vel aliqua eius parte in via, vel in Eccleſia peccat venialiter inordinate intraſe iraſcẽdo cõcupiſcẽdo honorẽ gloriã voluptarẽ, vel aliud huiuſmodi malum venialiter volẽdo, vel bonũ male venialiter faciẽdo, is enim viſitãdo ſolũ peccat aliave nialia viſitãdi actui contraria, nã qui cõcupiſcit aliquam vindictam Paruam, aliquã vanam gloriam ex alijs actibus eius, vel etiam ex eodem actu viſitandi per alium actum ſeparatum non præſtituendo illam pro viſitationis fine cum façit actum viſitationis malum, ſed facit alia ei extraria, illa enim non ſunt de ſubſtantia, vel circunſtantia illius viſitationis, vt poſt Diuũ Thomam *a* & Iacobum de Almain tradit Nauarrus dicendo, quod qui facit eleemoſynã deſiderãdo vanam gloriam, ſi vno, & eodẽ actu vult vtrũque eſt malus, ſi autẽ vno actu vult facere eleemoſynã propter bonum finem, & alio actu vult gloriã vanã, erit ille bonus moraliter, imo & meritorius, ſi fiat in ſtatu gratiæ, licet hic ſit malus venialiter, Quo notabili ſuppoſito reſpondetur quæſtioni propoſitæ aliquibus dictis. Primum dictũ eſt, quod qui viſitãs ita peccat venialiter circa ipſum actum viſitãdi, vt ipſe reddatur malus ſaltẽ venialiter, circa ipſum actum viſitandi, quia facit illum cum defectu alicuius circunſtantiæ ad bonitatem moralem ipſius neceſſariæ non facit actum ad quærendam indulgentiam ſufficientem, qui autem viſitans ſolum peccat alia venialia viſitandi actui extraria ſatisfacit.

a Thom. 2. ſen. d. 33. q. 1. art. 1. ad. 4. Almain. in mora. c. 12. Nauar. in ſũ. inter verba. q. 3. conc. 5. n. 91.

Secundũ eſt dictũ, quod fieri poteſt imo frequentiſsime fit, quod vna pars actus ſit venialiter mala, & alia omnino bona qualis eſt actus eundi ad Eccleſiam illius, qui incipit eum ob vanam gloriam, & poſtea in ſe reuerſus proſequitur, & finit actum ob Dei obſequium, qualis item eſt actus eius, qui vnam, vel alteram particulã miſſæ, vel horæ Canonicæ facit cum nimia mentis euagatione vel omiſsione alicuius verbi, vel verſiculi, qui igitur maiorem partẽ viſitandi benefaceret, licet pars alia eius eſſet mala, ſatisfacere videretur argumento cuiuſdam Legis *b* & canonis. Ita tenet Doctiſsimus Nauarrus *c* qui arbitratur eum, qui modeſte, ac deuote ingrederetur, precaretur, & exiret Eccleſiam viſitando ſatisfacere etiam ſi reliquum itineris immodeſte faceret.

b l. quod maior. pars. ff. ad munici. c. 1. de his. quæ fiunt a mai. par.

c Nauar. de indulgent. n. 32. n. 46.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum quando conceditur indulgẽtia tot dierum, & annorum, an intelligatur de tot diebus, & annis continuis, vel interpollatis.

REſpondeo dicẽdo, quod Canoniſtæ varie appellãt. & diſtingũt hos dies & annos. Nã quidã dicunt dies vtiles

les eſſe idem, quod dies continui puta per quadraginta dies continuos ieiunando. Et ſimiliter dicitur annus vtilis continuus, quando ſcilicet, ſine interuallo per vnum annum continuum pœnitentia facienda eſt, puta ſingulis diebus ieiunando, aut orando, communes autem dies dicuntur interpollati, putà ſi intra vnũ annum, vel duos deberet quis quadraginta dies ſemel in hebdomada, vel inmẽſe ieiunare, & ſimiliter annus communis dicitur interpollatus, quando ſcilicet, intra annum, vel duos annos vno die ſingulis hebdomadis, vel menſibus ieiunatur. Quo ſuppoſito variant ſcribentes. Vtrum indulgentiæ dierum, & annorum intelligantur de diebus, aut annis continuis, an de interpollatis, vt patet ex traditis per Nauarrum *a* & Cordubam qui Corduba ex mente communi & Nauarri reſoluit, quod per indulgentiam tot dierum intelliguntur dies continui, vel interpollati, per indulgentiam autem vnius, vel plurium annorum intelliguntur dies aliquando quidem continui, aliquando autem interpollati, dicũt enim cum communi, quod per indulgentiam tot dierum putâ quadraginta ſimpliciter conceſſam remittitur pœnitentia tot dierum, etiam ſi dies illi pœnitentiæ non ſint continui, ſed interpollati, per indulgẽtiam autem vnius anni ſimpliciter non dicendo de iunctis intelligantur 365. dies condonari, modo ſint continui modo interpollati, modo ſint iuncti, modo non.

a Nau. dein dulg. not. 31 §. 39. & 5. o. Cord. de in dulgẽ. q. 32.

ARTICVLVS VIII.

An indulgentia tot dierum, & annorũ intelligatur de diebus, & annis vitæ huius, an Purgatorij,

REſpondeo dicendo, quod intelligitur de diebus, & annis vitæ huius, & non Purgatorij & de pœnitẽtijs in hoc ſæculo iunctis, vel iungẽdis, & de pœnis Purgatorij reſpondentibus in tanto, aut maiori, vel minori tempore illis annis & pœnitentijs vitæ huius. Et probatur primo, quia forma indulgentię non eſt, remittimus, aut relaxamus tot dies, aut annos pœnæ, ſed pœnitentiæ, pœna autem Purgatorij non eſt proprie pœnitentia, quia non eſt voluntarie aſſumpta, ſed eſt perpeſsio pœnæ per vindicem iuſtitiam Dei inflictæ, quamuis ſit patienter, aut voluntarie tolerata, & per hæc, & alia, ita tenet Soto *a* cum Doctoribus communiter. Intelligitur etiam de pœnis Purgatorij reſpondẽtibus in tanto, aut maiori, aut minori tempore illis annis, & pœnitentijs vitæ huius.

a Soto in 4 d. 21. q 2. ar. 1.

Pro cuius rei explicatione nota has tot annorum dierum, & quadragenarum indulgentias, vel relaxationes, vel remiſsiones fieri ſecundum formã Canonum antiquorum vbi pro quocunque peccato mortali, ſi eſſet graue imponi iubentur ſeptem anni pœnitentiæ, & pro grauiſsimo etiam decem, & plures. Et quanuis ex Canone non imponantur ſemper illi anni, ſed pauciores, tamen per illam minorem pœnitentiam non remittitur, niſi pœna Purgatorij, quæ correſpondet iunctæ, quæ adimpletur, & ex conſequenti Indulgentia tot dierum, vel annorum iunctorum non remittit niſi ſolum illam pœnam Purgatorij, quæ correſpondet iunctæ, ſi adimpleretur. Si autem indulgentia ſine limitatione de iunctis concedit tot dies, & annos pœnitentiæ vel remiſsionis abſolute intelligitur de illis etiam, qui mediata ratione eſſent iniungendi, & quorum pœnitentiæ ſecundum ſua peccata reus eſſet, & pœnarum, quæ in Purgatorio ſic reſpondent ſecundũ iudiciũ, atque juſtitiam Dei. Itaque tantum pœnarum in Purgatorio remittitur per eam indulgentiam, quantum remitteretur, ſi in hac vita ille pœnitens ſufficienter pœnitentiam egiſſet, illis diebus, aut annis, quibus ſecundum legem, & iuſtitiam Dei, & Eccleſiæ pœnitere deberet, & in his concordant Doctores communiter, & expreſſe Durandus *b* Paludanus, Florẽtinus & Syluester, quanuis ibi male mordeat Sũmam Angelicã, quaſi aliter ſenſerit, prout aduertit Corduba.

b Durã. in 4 d. 20. & ibi Paluda. q. 1. ar. 1. Florent 1 p. Sũmæ tit. 12 c. 3. §. 3. Sylu. v. indulgen. q. 4 Cordu. lib. 5. de indulgen. q. 32.

ARTICVLVS XI.

Vtrum pœnæ debitæ in vno die vitæ huius reſpondeat alter etiam dies, & idem tempus pœnæ in Purgatorio.

REſpõdeo dicẽdo, quod Soto *a* ait cõtra communem, quod vni anno pœnitentiæ vitæ huius non reſpondet alter annus,

a Soto in 4. d. 21. q. 2. ar. 1.

nus, imo neque forte vnus mensis pœnæ in Purgatorio, & ex consequenti quod per indulgentias remittere mille annos pœnitentiæ debitæ in hac vita non est remittere decem in Purgatorio quodque pœna vnius diei in Purgatorio plus sæpe valet ad solutionē debitarum pœnarū, quā pæna vnus anni iniuncti, vel iniungendi implenda in hac vita, quia licet pœnitentia vnius anni vitæ huius cæteris paribus plus valeat ad satisfactionem pænarum, quatenus est voluntaria, vt ait communis opinio: at vero ex alia parte quia, scilicet, pæna Purgatorij sine comparatione acerbior est, in de plus valet pæna vnus anni illic, quam hic ad satisfactionem, vel solutionem, quia cætera paria non sunt: tanta autem pæna, & tam acerba in eodem tempore, puta in vno anno plus hic quam in purgatorio valet ratione voluntarij, vt dictū est. Quo fit, vt ait Soto, vt nemo sit, qui in Purgatorio fuerit, vel futurus sit viginti annis, & forte neque decem quātumcunque peccata magnæ pœnæ debitor obierit, quia in decem annis per acerbitatem pænæ ibi persoluet pænitentiam mille annorum, & vltra in hac vita debitam adimpleri.

b Cord. lib. 5. qq. q. 32.

At Corduba *b* hanc reprobat opinionem, negat enim pænam Purgatorij acerbam superare ratione voluntarij in pænis vitæ huius eodem tempore perpessis ad effectum solutiōnis, aut satisfactionis Deo faciendæ, nam vix est tam acerba pæna Purgatorij, quæ vno tantum die purget magnum peccatorem debitorem multorum annorum pænitentiæ pro multis, & magnis suis, quem tamen vehementissima in hac vita contritio, atque acerbissima flagellatio, seu tribulatio, siue martyrium, vel etiam religionis ex magno *Dei* amore facta professio eodem die, aut etiam minori tempore perdurans profecto purgaret, id quod Doctores omnes concedunt, neque ipse Soto negat, sed expresse affirmat, *e* igitur ratio voluntarij superat acerbitatem pænarum *Purgatorij*, & ea ratione vnus dies pænitentiæ vitæ huius plus soluit debitarum pænarum, quam vnus, & multi dies pænarum Purgatorij, & per indulgentiam vnius diei remittuntur plures dies in Purgatorio.

e Soto in. 4. d. 15. q. 1. ar. 4 & d. 16. q. 1. ar. 3. & q. 2. ar. 2. & 3.

At hæc Cordubæ impugnatio contra Sotum non me omnino concludit, vt à Soti opinione discedam, non enim Sotus ait, quod acerbitas pænarum in Purgatorio superat omne opus satisfactorium huius vitæ, hoc enim ex dictis, & concessis ab eodem Soto non potest affirmari, ait ergo Soto respondens communi opinioni, quod acerbitas pænarum Purgatorij vnius diei potest plus valere ad satisfactionem pænarum, quam aliqua pęna multorum dierum in hac vita voluntarie assumpta, quia licet sit minor quoad durationem, est tamen respectu acerbitatis æqualis, imo maior. Ex alio tamen capite ab hac decedo opinione: loquitur enim ea opinio contra morem Ecclesiæ, quæ pro defunctis, & procerta anima celebrat anniuersarios Missas, & officia vltra 200. annos. Nec rigor Dei est iniustus si ab anima, quæ proprie non satisfacit, sed satis partitur, exigat longas pænas, cum pro vno mortali exigat æternas. Quare ait Henriquez *d* quod istam sententiam quidam insignis Prædicator à sacro Inquisitionis Senatu compulsus est retractare, eo quod retrahat viuos ab operibus satisfactorijs, & Missis offerendis pro suis defunctis, & quidam patres significant quarundam animarum pænas duraturas ad diem vsque iudicij. Surius in vita Sancti Luzbergę ait, quod quidam Innocentius Papa est in Purgatorio detinendus vsque ad diem iudicij, & Adamus in sermone pro defunctis ait quosdam detineri 100. aut 300. annis. Vide contra Sotum doctissimum Cardinalem Belarminum, *e* Et aliqua pertinentia ad indulgentias videantur apud autores de indulgentijs disputantes,

d Heriq. li. 7. de indulgenc. 16. n. 4.

e Belar. lib. 2. de purga. c. 9. in fin.

QVÆSTIO XCIX.

De Indis quoad eorum priuilegia in septem articulos diuisa.

Circa quam quæruntur septem:

1 *Vtrum Episcopi occidētales & meridionales Indiarum possint absoluere nouiter conuersos à casibus Bullæ Cœnæ Domini.*

2 *Qui ordo conficiendi Chrisma in partibus Indiarum concedatur.*

3 *Vtrum*

3 *Vtrum Episcopi Indiarum teneantur singulo biennio limina Sancti Petri visitare.*

4 *Vtrum Indi sint Domini suarũ possessionum.*

5 *Vtrum religiosis pro conuersione Indorum aliqua concedantur.*

6 *Vtrum tempore iubilei aliqua gratia specialis Indis sit largita.*

7 *Vtrum transeuntes ad Indias sine licentia Regum Hispaniarum sint excommunicati.*

ARTICVLVS I.

Vtrũ Episcopi Occidentales, & Meridionales Indiarum possint absoluere nouiter conuersos â casibus Bullæ Cœnæ Domini.

REspondeo dicendo, quod prout constat ex Patre de Veracruz in suo Compendio manuscripto, Paulus III. concesit Episcopis Occidẽtalibus, & Meridionalis Indiæ, quod ad beneplacitum Sedis Apostolicæ possint absoluere omnes nouiter conuersos dictarum Indiarum â casibus de Cœna Domini autoritate Apostolica, & quod hanc potestatem possint dicti Episcopi autoritate Apostolica committere ijs, quibus visum fuerit eis, hoc autem concessum fuit anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo.

Nota primo, quod hanc potestatem possunt Episcopi committere etiam clericis, & fratribus, quia dicit litera his, quibus visum eis fuerit, & hoc autoritate Apostolica, vnde mortuo Episcopo qui hanc commissionem fecit, non cessat dicta autoritas & potestas cum autoritate Sedis Apostolicæ concedatur

Nota secundo, quod hæc autoritas tantũ conceditur in foro conscientiæ, & non in foro exteriori ex sententia Didaci de Couarruuias *a* dicentis, quod absolutio ab excommunicatione facta ex vi iubilei, & Bullarum à confessore non valet in foro iudiciali, nisi in ipsis literis contineatur. At vero contrarium tenendum dicitur in litera priuilegij, quod, scilicet, possint Episcopi dictos Indos absoluere iniuncta eis pœnitentia in forma consueta Ecclesiæ quod forum iudiciale sonat, præterea prædicta autoritas conceditur ordinarijs in suos subditos, & est ordinaria. r

Nota tertio, quod extendit Pater Veracruz hanc potestatem non solum in Indos subditos Episcopo eiusdem diœcesis, sed etiam in alios alterius Episcopatus ibidem venientes, siue tempore cõmunionis Paschalis, siue alio tempore, quia litera dicit, quod ipsi Episcopi possint absoluere nouiter conuersos à casibus Cœnę Domini. Vnde quia hoc solum fit in præiudicium concedentis, scilicet, Papæ, ideo large interpretandum.

Nota quarto, quod ex hoc priuilegio solum habetur, quod Episcopi Indiarum, & illi, quibus specialiter cõmiserint, possint absoluere à casibus dictis, & sic falsum, & periculosum est, quod habetur in Manuali Mexicano impresso anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, vbi dicitur hoc priuilegium concessum fuisse Curatis Indorum, solum enim Episcopis conceditur.

Nota quinto, quod hoc priuilegium nõ tollitur, quando publicatur Romæ processus Cœnę Domini, prout iam defendimus in primo Tomo. *b* b 1 to. q. 10 ar. 9.

ARTICVLVS II.

Qui ordo conficiendi Chrisma in partibus Indiarum concedatur.

REspondeo dicẽdo, quod Pius III. anno Domini millesimo quingentesimo secũdo cõcessit Episcopis harũ Indiarũ, vt sanctũ Chrisma possent consecrare cum eo, quod in partibus Indiarum reperitur Balsamus, ac illorum ministrorum numero, qui adid commode haberi poterit adhibito (quia absolutus ministrorum Ecclesiæ numerus facile non reperitur) conficere, & consecrare perpetuo possint.

ARTI-

a Cou. in. c. alma mater de sentẽ. ex cõmu. 1. p. § 11. n. 16.

ARTICVLVS III.

Vtrum Epiſcopi Indiarum teneantur ſingulo biennio limina Sancti Petri viſitare.

REſpondeo dicendo, quod Pius IIII. conceſsit eiſdem Epiſcopis, vt limina Sancti Petri ſingulo biennio non teneantur, etiam ſi iuraſſent viſitare, ſed quod ſufficiat per procuratorem, vel Nuntium ſingulis quibuſque quinquennijs viſitando, & iuramentum præſtitum, & deinceps forte præſtandum etiam ex nunc, prout ex tunc relaxatur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Indi ſint Domini ſuarum poſſeſsionum.

REſpondeo dicendo, quod Paulus III. anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo determinauit Indos eſſe vere homines, tã Indiæ Occidentalis, quã Oriẽtalis, qui licet extra fidem Chriſti exiſtãt, ſua tamẽ libertate ac rerũ ſuarũ dominio priuatos & priuandos non eſſe.

Acſecus quicquid fieri contigerit, irritum, & ipſos verbi Dei prædicatione, & exemplo bonæ vitæ ad fidem Chriſti inuitandos fore authoritate Apoſtolica declarauit, & decreuit. Idemque Paulus III. declarauit omnes noui orbis incolas tẽpore infidelitatis eſſe veros dominos rerum ſuarum, & vere habere dominium ſibi ſubditorum, & nullo modo ob infidelitatem eſſe priuandos, neque eſſe priuatos, & multo minus per conuerſionem ad fidem eſſe deſtituendos ſuo, quod poſsidebãt, dominio, & ipſe idem declarauit eſſe vere liberos, & non ſeruos.

Circa quam conceſsionẽ nihil venit notãdum, ſed plorandum, cum oculis noſtris tot millia Indorum deuaſtata, eorumque terras proprijs dominis priuatas cernamus, & quod plus ad lachrymas compellit, eſt, quod hæc facta ſunt, à Chriſtianis Regnum Chriſti publicantibus contra voluntatem Papæ & Regum Hiſpaniarum conuerſionem ad fidem illius gentis prætendentium, videndus eſt Caietanus [a] qui harum meminit oppreſsionum, & Victoria, videndus eſt etiam Epiſcopus Chiapenſis doctiſsimus, & gentis Indiarum vnicus propugnator in diuerſis libris ab eo compoſitis nondum impreſsis, maximè in libro, quem teſtamentum vocat, & in alio, quem codicillum, quos libros ante mortem Regi Philippo Secundo, præſentauit, & idem in libro de non alienandis populis. Quæ damna & oppreſsiones Carolus V. Philippus II. & Philippus III. Reges Hiſpaniarum totis viribus tollere conati ſunt hoc conſilio ſuo regali Indiarum commendantes in quo illuſtriſsimo ſenatu id Chriſtianiſsime tractatur & media ad eas oppreſsiones extirpandas ſumma conſultatione adhibita ordinantur: quę ſi in illis tã remotis partibus non omnino executioni mandantur, non eſt mirandum cum multa in his Hiſpaniarum partibus contra iuſtitiã, contra expreſſam Regis & ſui ſupremi ſenatus voluntatẽ moliantur, ratione quorum non poſſumus Catholicum & Chriſtianiſsimum Regem noſtrum nec eius ſupremum Senatum arguere de peccato.

[a] Caiet. 2 2. q. 66. ar. 8. ad 2. Victo. in relect. de Indis §. 4. concl. 2. §. 6 & 7.

ARTICVLVS V.

Vtrum religioſis pro conuerſione Indorum aliqua concedantur.

REſpondeo dicendo, quod Nicolaus V. qui fuit anno Dñi milleſimo trecẽteſimo vigeſimo octauo, cõceſsit pro cõuerſione Indorũ, ante quã notitia eſſet noui orbis per plures annos multa, quæ omnia poſtea ſunt confirmata in fauorem Indorum per Leonem X. Adrianum Sextum Clementem VII. & Paulũ Tertiũ, & ſunt quæ ſequuntur. Primum, vt religioſi ad terras infidelium peruenientes poſsint baptizare eos, & eis prædicare, Secundum, vt ſacerdotes poſsint conuerſos vſque ad quatuor minores ordines promouere. Tertio cõceſſum eſt, vt diſpenſare poſsint cum illis, qui in gradibus non prohibitis lege diuina contraxerunt, vt maneant in matrimonio. Quarto conceſſum eſt, vt poſsint diſpenſare cum illis, qui patiuntur defectũ naturalium ad ordines. Quinto conceſſum eſt, vt poſsint cognoſcere de cauſis matrimonialibus. Sexto, vt inordinatè viuentes de ſuis exceſsibus poſsint corrigere. Septimo, vt ibidem religioſi poſsint diuina offi-

cia

cia celebrare, cœmeteria benedicere, & vota commutare exceptis religionis, & peregrinationis vltramarinæ, ac indulgentias dare. Octauo ſi non poſsint habere altare portatile, poſsint conſecrare, & ſimiliter corporalia, vbi non ſint Epiſcopi. Nono, vt poſsint omnia alia facere, quæ ad augmentum diuini nominis, & ampliationem catholicæ Fidei, ac ad irritationem, & reprobationem illorum, quæ ſacris traditionibus contradicunt, ſicut pro loco & tempore viderint expedire. Hæc ex Nicolao V. & quidem hoc vltimum, & nouum eſt fauorabile valde ex quo multa pendent ad profectum Indorum conſideranda,

Circa quam conceſsionem ibi, vbi non ſint Epiſcopi, nota quod in terris vbi ſunt Epiſcopi iam ea non poſſunt quo ad omnia in ea contenta frui dicti religioſi, hoc enim ex præfatis verbis ſecundum intentionem Papæ videtur dicendum.

Et Paulus III. inter alia pro Indis conceſſit, quod Indi dictarum *Indiarum* etiam coniuncti in tertio gradu tam conſanguinitatis, quam affinitatis poſsint matrimoniũ contrahere, donec Sedes Apoſtolica aliud ſtatuerit.

Et idem conceſsit, quod Indi dictarũ Indiarum, qui ante quam conuerterentur, plures vxores iuxta illorum morem habebant, & non recordantur, quam primo acceperint alijs dimiſsis, vnam retineant. Ex hac conceſsione, & ex eo, quod D. Thomas, & Sylueſter *b* dicunt, ſcilicet, quod ſiquis cõuerſus ad fidem habuit plures vxores poterit contrahere cum qualibet illarum prima nolente conuerti. Habes quod impedimentum iuris Canonici, quod, ſcilicet, nõ poſsit contrahere cum illa, quam polluit peradulterium, non habet locum, quando illud cõtractũ fuit in infidelitate, ſi ſua prima, & legitima vxore viuente contraxit matrimonium cum alia infideli, quæ ſciebat illum vxorem habere, quod ſi mortua prima ambo conuertantur, & baptizantur, quod poterit contrahere cum illa ſecunda, quam polluit per adulterium viuente ſua prima vxore, quia ſi non recordatur de prima, poterit contrahere, etiam ſi viueret cũ ſecũda, ergo à fortiori ſi eſt mortua.

b Sylueſ. v. matri.. 8. §. 10. par. 7.

Nec contra hæc obſtat argumentũ, quod iſte infidelis non poterat contrahere, *cum la cuñada, cuya cuñadez fue contrahida in infidelitate,* ſi poſtea venit ad fidem. Nam reſpondetur, quod hoc prouenit ex alio capite, ſcilicet, quia fidelis eſt, & illa cognatio affinitatis eſt naturalis. Videatur Sylueſter *c* & videãtur etiam, quæ communiter à Doctoribus traduntur.

c Sylueſ. v. matrimon. 8. §. 9. DD. in c. laudab. de conuerſ. infidelũ.

Conceſsit etiam idem Paulus III. quod dicti *Indi* ſolum tenentur ad ieiunandum omnibus ſextis ferijs quadrageſimæ, & vigiliæ Reſurrectionis, & Natalis Chriſti propter eorum nouam ad fidei conuerſionem, & ipſius gentis infirmitatem, imo ieiunium repugnans ſanitati, vel nõn bene quadrans officio, vel exercitio alicuius eorum, non eſt cenſendum illis ab Eccleſia præceptũ. Hæc *Paulus* Tertius.

Ex hac conceſsione habes, vnde poſsis quam plures Indos excuſare ab obligatione ieiunandi, cum ipſi ſibi quotidie baiulent ligna, & alia multa huiuſmodi faciant, & ipſæ *Indæ* molant ſibi panem, aquã humeris portent, & ſi addas eorum inſufficiẽtem pro vno prandio refectionem ciborũ, eos excuſabis.

Conceſsit etiam idem Paulus III. quod dicti Indi ſolũ teneantur ab operibus ſeruilibus ceſſare omnibus diebus *Dominicis*, Natiuitatis, & Circunciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis Aſcenſionis, Corporis Chriſti *Pentecoſtes*, necnon Natiuitatis B. Mariæ, Annunciationis, *Purificationis*, Aſſumptionis, & B. Apoſtolorum *Petri*, & Pauli, cæteri vero dies ex dictis cauſis indulgentur eis.

Has conceſsiones conceſſerunt prædicti *Summi* pontifices nouo orbis incolis, quæ omnes, vt affirmat Veracruz, habentur in authenticis Bullis, quibus omnibus gaudẽt religioſi in nouo orbe ob communicationẽ omnium gratiarum factam ab eodem Paulo Tertio, vt teſtatur Cardinalis *Burgenſis* in expreſſa conceſsione.

Item conceſsit Pius IIII. anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, *Indis* ad petitionẽ Regis Hiſpaniarum Philippi *II.* vt tempore interdicti in Eccleſijs, & alijs pijs locis ordinaria, vel Apoſtolica autoritate lati dummodo cauſam interdicti non dederint, neque ad id eis ſpecialiter interdici contingat Eccleſias, & alia pia loca ingredi, & inibi etiam ianuis apertis, & pulſatis cãpanis per quoſcunque ſacerdotes Miſſas, & alia diuina officia alta voce excommunicatis tamen, & interdictis ſolummodo penitus excluſis ce-

ſis celebrare faciant, & illi intereſſe, necnon ſacramentum Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & alia ſacramenta ſuſcipere, & defunctorum cadauera etiam cum funerali pompa ſepulturæ tradere, ac ipſarum Vicarijs, Rectoribus, & alijs presbyteris eligendis, vt Miſſas & alia diuina officia celebrare, & ſacramenta fidelibus huiuſmodi miniſtrare ordinariorum, vel aliorum licentia deſuper minime requiſita minime valeant ad triginta annos proximè futuros duntaxat conceditur autoritate Apoſtolica anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, duodecimo Auguſti, & finita ſunt anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo.

Itaque vbique terrarum harum Indiarum poterant Indi diuina audire ſacramentaque omnia, & matrimonij, benedictioneſque nuptiales recipere, cum pompa funerali ſepelire intra præfixum tempus triginta annorum, niſi in Eccleſijs lociſque pijs ſpecialiter interdictis, vel niſi Indi fuerint excommunicati, vel ſpecialiter interdicti, vel niſi dediſſent cauſam interdicti, his caſibus exceptis gaudebant prædicti Indi prædicta conceſsione.

Et aduerte, quod conceſſio non ſpecificat, quod diuina audire, ſacramentaque recipere Indi poſsint in ſuorum populorum Eccleſijs, ſed abſolute dicit, quod Eccleſias & alia pia loca ingredi, & inibi ianuis apertis, pulſatiſque campanis diuina audire, altaque voce celebrare, ſacramentaque omnia ſuſcipere, cum pompa funerali ſepelire, & ſic vbique in alijs Eccleſijs hæc fieri exclusis excommunicatis, & interdictis, cõcedit Breue, vt patebit ipſum legenti.

Et aduerte etiam, quod ſi in populis Indorum non ſeruatur interdictum, tunc ſine hoc priuilegio ibi poterunt diuina audire, ſacramentaque recipere, ergo quod concedit eis Papa propter hanc conceſsionem debet extendi, vt conceſsione in hoc priuilegio contenta gaudere poſſent Indi in omnibus Eccleſijs, & pijslocis ſitis in locis interdictis, & non ſpecialiter interdictis, quia Papa abſolute concedit, & in ſui præiudicium, puta quando autoritate Apoſtolica eſt interdictum poſitum: ergo largiſsime poteſt interpretari iuxta doctrinam Panormitani *d* & ſic poterunt Indi ſepeliri cum pompa funerali, audireque diuina, & omnia ſacramenta recipere in monaſterijs Hiſpanorum, & in hoſpitalibus, vbi eſt interdictum appoſitum, non obſtante Clementina, *Ex ſequentibus de ſententia excommunicationis*. Sed conſiderant in Indijs exiſtentes vtrum hæc conceſsio ſit per poſteriores Pontifices innouata ita, vt ea poſsint modo frui Indi: ſi enim non eſt innouata, vt patet, finita eſt.

d Panor. in c. ex iniuncto de hæreti. n. 9. & in c. olim de verbo. ſign.

ARTICVLVS VI.

Virum tempore iubilei aliqua gratia ſpecialis Indis ſit conceſſa.

RESpondeo dicendo, Idem Pius Quartus anno eodem milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, vndecimo Auguſti ad ſupplicationem dicti Regis Philippi Secũdi Hiſpaniarũ cõceſsit omnibus Indis vtriuſq; ſexus dictarum Indiarũ, vt quãdo, & quoties inibi aliquas plenarias, vel alias, Sedis Apoſtolicæ indulgẽtias (& cum cũ cõditione quod ieiuniũ, & confeſsio, & ſacra cõmunio præcedere debeãt) cõcedi, & publicari cõtigerit, ſi ante tẽpus ad indulgentiarum conſecutionem ſtatutum peccata ſua commodè confiteri nequierint, dummodo corde contriti ſint, ac cũ primum presbyteri copiam, confitendique opportunitatem nanciſcuntur, vel ſaltem intra menſem primum presbyteri copiam confitendi propoſitum habuerint facta debita quoad ieiunium diligentia prædictas indulgentias etiam plenarias, & peccatorum ſuorum remiſsiones vere conſequantur, & conſequi valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi confeſſionis, & ſacræ communionis ſacramenta ſuſceperint, &c. non obſtantibus conditionibus præmiſsis in literis, & conceſsionibus indulgentiarũ huiuſmodi per nos, & prædeceſſores noſtros appoſitis, & apponendis, &c. Hæc Papa.

Nota, quod hoc priuilegium impetratum fuit principaliter propter iubileum conſequendum, tunc enim & ieiunium, & oratio, & eleemoſina, ſacraque communio requiruntur, & Indi quia numeroſi, ſacerdotes autem ſint quam pauci, non poſsint iubileum conſequi, propter quod datur remedium à Papa perpetuis temporibus duraturum, vt dicitur in Breui. At vero ſi Indi quando publicatur iubileus, vel alia indulgentia poſſunt commode peccata ſua confite-

confiteri infra tempus conſtitutum in iubileo debent infra illud confiteri, ſicut fideles antiqui, alias non conſequuntur iubileum, vel indulgentiam, ſic enim habet litera, dũdicit, *ſi peccata ſua confiteri commode nequiuerint*, ergo ſi cõmode poſsint, tenentur, quia ceſſat tunc ratio huius conceſsionis. Si autem commode ſua peccata infra tempus ſtatutum in iubileo confiteri nequiuerint propter penuriam confeſſorum, quia propter hanc cauſam conceditur hoc priuilegium tunc infra tempus ſtatutum in iubileo, vel indulgentia, quo cæteri fideles ſe præparant ad conſequendum iubileum debent Indi conteri de peccatis ſuis recogitando ea in amaritudine animarum ſuarum cum propoſito illa confitendi ſtatim habita opportunitate, vel ſaltem infra menſem primum. Itaque conceditur illis tranſacto tempore ſtatuto in iubileo poſt ſuam publicationem vnius menſis immediate ſequentis, quod ſufficit, ſi ante habita non fuerit opportunitas, & quando ſe compungunt & de ſuis peccatis conteri incipiunt, debent ieiunare ſecundum formã traditam in iubileo, & tranſacto dictotem porein iubibeo ſtatuto conſequuntur indulgentias, & iubileum, ſicut ſi confeſsionis, & Euchariſtiæ ſacramenta ſuſcepiſſent, ſicut reliqui fideles, ecce ſumma eorum, quæ in hoc Breui continentur, & quæ debent Indi facere ad conſecutionem iubilei, vel indulgentiæ.

Sed eſt dubium, ſi in tenore iubilei habetur, quod fideles ieiunent, orent, & eleemoſinas largiãtur, cõfeſsionis, Euchariſtiæ que ſacramenta ſuſcipiant: iam quod Indi eximantur à receptione confeſsionis, & Euchariſtiæ ſacramentorũ teneãtur ad eleemoſynas elargiẽdas, orationeſque corã Domino offerendas? Et apparet, quod non, quia Papa ſolum ieiunium eis indicit.

Sed reſpondetur, quod omnino ad eleemoſinas faciẽdas, orationeſque, & ad omnia alia, quę infra tempus ſtatutum quo iubileus datur, exequi poſſunt, dicti Indi tenentur tum quia non eſt, curab his eximi debeãt, cum facile ſicut ieiunium adimplere valeant, ita etiam eleemoſinas facere poſsint, tum etiam quia ſi dictis Indis parcitur à receptione ſacræ communionis, & Pœnitentiæ ſacramentorum eſt, quod infra tempus ſtatutum in iubileo non poterunt illa recipere propter eorum maximã multitudinem, paucamque confeſſorum copiam, cum ergo hecratio non militet in oratione, & eleemoſinæ largitione debent omnia in ſuo tempore ſeruari, & non obſtat, quod ſolum ieiunium Indis indicitur ſeruandum in hoc priuilegio: nam reſpondetur, quod non dicit, facta duntaxat diligentia quoad ieiunium, ſed dicit facta debita quoad ieiunium diligentia & ponitur exemplum in ieiunio ad denotandũ, quod ſicut à ieiunio non reſeruantur: ſic neq; à reſiquis quæ illo tempore ſeruantur.

Sed quid ſi Indus, qui ad ieiunium, orationem, eleemoſynæ largitionem, & contritionem ſe præparans irretitur aliqua excommunicatione Papæ reſeruata, neque poteſt commode ad confeſsionem accedere, conſequitur ne iubileum non abſolutus ab excommunicatione?

Reſpondetur, quod communicatio cum excommunicato in diuinis ſecundum Couarruuiam *a* prohibita eſt iure diuino, & probatur à Theologis, qui contra Lutherum ſcripſerunt: at in alijs iure diuino non eſt prohibita, nec Papa in primo poteſt diſpenſare. Ex quo videtur, quod quandiu quis excommunicatus exiſtit, non poteſt communicare indiuinis, & perconſequens nec indulgentia, nec iubileo frui, cum autem non abſoluatur, licet, ieiunet, oret, & eleemoſinam largiatur, ſequitur, quod nõi poteſt conſequi iubibeum in excommunicatione exiſtens, ſed oportet, quod prius abſoluatur ab excommunicatione, quod fieri poteſt, dato tunc non abſoluatur à peccatis.

a Cou. in c. almam mater. 1. p. §. 1.

Sed quid ſi infra menſem ſequentem habita cõpia confeſſoris non confitetur? Reſpondetur, quod in hac quæſtione dicendum erit, quod determinant Theologi, & Iuriſtæ, quod quando indulgentia non dicit, quod confiteatur qui eam conſequi ult, tunc ſufficit propoſitum confitendi tempore præcepto cum contritione, & factis alijs ibidem mandatis, ſi poſtea non cõfiteatur iſte talis, abſque dubio non perdet indulgentiam, id eſt, peccata dimiſſa, pœnaque eis debita abolita non redibunt in antiquum ſtatum, prout ego late egi in Explicatione Bullæ Crucia-

ex.

ARTI-

ARTICVLVS VII.

Vtrum tranſeũtes ad Indias ſine licentia Regum Hiſpaniarum ſint excommunicati.

REſpondeo dicendo, quod Alexander Sextus, in Bulla, quam conceſsit Regibus Hiſpaniarum, & commiſit conuerſionem harum terrarum Indiarum Occidentalium præcipit ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo incurrenda, vt nulla perſona cuiuſcunque dignitatis etiam Imperialis, & Regalis ſtatus gradus, & conditionis pro mercibus habendis, vel quauis alia de cauſa Indiarum terras ſubiectas, & ſubijciendas iuriſdictioni Regum Hiſpaniæ, & inuentas, & inueniendas accedere poſsit abſque ſpeciali licentia dictorum Regum. Ita refert Veracruz in dicto Compendio.

Nota, quod hæc excommunicatio ad hoc quod liget, oportet, vt promulgetur Authentice ſecundum formam iuris *a* nec ligabit, quia inueniatur impreſſa, vel in proprio originali, cum de ratione legis ſit promulgatio ad hoc, vt liget, ita habetur in iure, *b* & tradit Soto & non ſatis credo ſufficere antiquitus promulgatam fuiſſe hanc excommunicationem publicè, & legitime, ſi poſtea decidit ab hominum memoria, poteſt enim tunc inuincibiliter ignorari, & hęc excommunicatio ceſſauit, quia non fuit conſtitutio, ſed ſententia, non enim per viam ſtatuti lata fuit iuxta ea, quæ tradit Nauarrus, *c* vnde colligitur, quod multæ excommunicationis ſententiæ contentæ in priuilegijs, & conceſsionibus factis regularibus contra fæculares ipſos moleſtantes non ligant, tum quia non ſunt promulgatæ, & licet aliquando fuerint promulgatæ, inuincibiliter ignorantur, tum etiam quia non fuerunt latæ per modum ſtatuti perpetui, ſed per modum ſententiæ quæ eſt ab homine, & cum homine finiuntur.

a c. fi. de fid. inſtrum.

b c. inſtis. 4 d. Soto li. 1. de iuſt. q. 1. ar. 4.

c Nau. c. 27. n. 2. & n. 54. & n. 55.

QVÆSTIO C.

De ieiunio in octo articulos diuiſa.

Circa quã quæruntur octo.

1 *Vtrum monachis eſus carnium prohibeatur,*

2 *Vtrum prælati regulares poſsint diſpenſare cum monachis, vt comedant carnes & non ieiunent.*

3 *Vtrum fratres itinerantes poſsint transferre ieiunium diei itineris in alium diem.*

4 *Vtrum fratres Minores ratione ſuæ regulæ teneantur ad ieiunia Quadrageſimalia.*

5 *Vtrum monachi à feria ſecũda poſt quinquageſimam teneãtur ieiunare*

6 *Vtrum fratres Minores teneantur ante vigeſimum primum ætatis annum ad ieiunia vigiliarum & quatuor temporum.*

7 *Quibus cibis in ieiunijs regulæ fratribus Minoribus veſci fas ſit.*

8 *Vtrum ſicut omnes etiam regulares ante vigeſimum primum annum à ieiunijs eccleſiaſticis eximũtur, ita fratres Minores huius ætatis á ieiunijs regulæ eximantur.*

ARTICVLVS I.

Vtrum monachis eſus carnium prohibeatur.

RESPONDEO dicendo, quod eſus carnium per regulam *a* P. N. Benedicti Monachis omnino prohibitus eſt, iuxta tamen diffinitionem factã in capitulo Ciſterciẽſi certis quibuſdam diebus ex priuilegio Alexandri Sexti, *b* licitus reperitur, prout refert Collector *c* priuilegiorum ordinis Ciſtercienſis, qui addit intelligendo præfatam regulæ prohibitionem cum moderamine traditoà ſacris

a Capi. 39

b Priuil. 16.

c Collecto. priuile. ord. Ciſte. ti. carnium eſus.

d c carnem & ibi gloſ. de conſecr. d.5. & in c. cũ ad monaſteriũ deſta. monac. D. Thom. quo lib. 6 art. 4. & 2.2. q. 186 ar. 9 vbi gl. e Panor. in d.c. cum ad monaſteriũ num. 16. f c denique 4. diſt. g c. presby. 82. diſt. h Auth. mul to magis C. de ſacroſan. eccleſ. i c. quia dies de conſecr. diſt. 5.

K c. ex tuarũ de autor. & vſu pallij l Panor. ind. c. cũ ad monaſteriũ nu. 18. & ce ſuper eo de regu. num. 4.

m Anton. 2 p. tit. 6. ca. 2. §. 3. Angles in 4. q. 9. de ieiun. pagi. 428, Henriquez ind. c. denique.

ſacris Canonibus *d* & â *D.* Thoma, & Caietano, vt, ſcilicet, limitetur non ſolum quatenus copulatiue infirmitatẽ, & debilitatem requirit, ſed etiam diſiunctiue, & in alijs caſibus, de quibus in dictis iuribus, & regula dicitur, atque ita receptum eſſe aſſerit Panormitanus.

Dubium autem eſt maximũ, an ex quo caro prohibetur, prohibeantur, omnia quę ex carne ſementinam trahunt originem, vt lac, caſeus, & oua, & ſimilia & dictus Collector partem amplectitur affirmatiuam dicens, quod ita ait in ſimili B. Gregorius *f* & ſatis probari in iure *g* quod ait â fortiori procedere debere in extremitatibus, & inteſtinis animalium argumento cuiuſdam authenticæ *h* itaque licet excuſentur exiſtentes in Caſtellæ partibus die Sabbathi extremitates, & inteſtina huiuſmodi comedentes contra ſacros Canones *i* illud tamen quoad monachos inferri non poteſt, neque extendi, quia non ſolum iure cõmuni dictorum canonum ab eſu carniũ die Sabbatia abſtinere debent, ſed etiam voto, & iure particulari prædictæ regulæ omnibus diebus ad id tenentur & impedimento vno de duobus ſublato alterum remanet, vt dicitur in iure. K quare ſuperioribus circa hoc ſummopere inuigilandum eſt, vt ſi quæ reformatione indigent reformentiuxta quandam Panormitani *i* doctrinam, præſertim conſuetudinem illãmonalium ordinis contra regulam, & obſeruantiam monachalem introductam carnes indiſtinctẽ, ac ſine vllo delectu comedendi, quæ tametſi præſentes à peccato mortali forte excuſare potuerit exiſtimantes anteceſſores ſuos circa id licẽtiam, & diſpenſationem aliquam obtinuiſſe, poſthac tamen ſibi cauere debent, & vitæ reformationem ſecundũ regulæ perfectionẽ, ad quã omnes tendere indiſtincte tenemur admittere. Hæc dictus Collector, cuius opinionẽ quoad id, quod de eiu ouorũ, & lacticiniorũ tradit, non omnino amplector, cũ enim dicta prohibitio carniũ ſit pœnalis, extendi non debet ad oua, nã qui vouit ieiunare quartis ferijs, per annum poteſt edere oua prout tradit poſt D. Antoninũ *m* Angles & Hériquez. Nec canones, quos prędictus Collector in ſuũ patrocinium adducit, cõtra nos faciunt, in primo enim canone *n* prohibetur eſus ouorũ & lacticiniorũ in quadrageſima, ſicut prohibetur eſus carnium. At nos in propoſito non loquimur de ieiunijs quadrageſimę, ſed de ieiunijs aliorũ dierũ intra annũ, in quibus ex præcepto regulæ tenẽtur dicti monachi ieiunare. In alio autẽ canone *o* agitur de pœna clerico fornicario imponẽda, vt, ſcilicet, nõ comedat carnes, & quia appellatione carniũ in his prohibitionibus minime oua, & lacticinia veneranr, ideo in dicto canone etiam oua, & lacticinia expreſſe prohibẽtur. At in dicta regula ſolum carnes expreſſe prohibentur.

n d. ca. preſbyter.

ARTICVLVS. II.

An prælati regulares poſsint diſpenſare cum monachis, vt comedant carnes, & vt non ieiunent.

REſpondeo dicendo. quod ieiunia, & abſtinentiæ profeſſorum vtriuſque ſexus congregationis Ciſtercienſis, quibus per regulam aſtringuntur, poſſunt ob complexionum diuerſitatem, & ſecundum temporum, locorumque conditionem arbitrio generalis reformatoris moderari, & relaxari. Ita conceſsit Martinus V, prout continetur in marimagno ſeruorũ B. Mariæ, & refert Collector *a* priuilegiorum ordinis Ciſtercienſis.

a Collect. Ciſter. v. iciun. §. 2.

Et Collector *b* compendij ſocietatis habet, quod poteſt præpoſitus generalis per ſe, vel per alios profeſſos, quos elegerit diſpenſare cum perſonis ſocietatis circa ieiunia, & cibos prohibitos, prout conceſsit Iulius III. & ait, quod hæc facultas communicatur omnibus ſuperioribus, & his quibus ipſi commiſerint.

b Colle. cõpẽ. ſoci. §. 7

Imo Eugenius IIII. amplius conceſsit q prior monaſterij ordinis D. Hieronymi ſeu vicarius in eius abſentia poſſit dare licẽtiã de cõſilio Medici, vel ſine eius cõſilio, ſicõmode nõ poteſt haberi, vt fratres religioſi & familiares monaſterij præſentes, & futuri, infirmi, ſeu debiles poſsint comedere carnes, ſeu oua, ſeu alia ſanis interdicta in quadrageſima, & alijs ieiunij ſecleſiaſticis ſine licẽtia Diœceſani, vel q non tenẽatur ieiunare in prædictis tẽporibꝰ etiã

ſine cõſilio medici, & quod eandem licentiã poſſit cõcedere prædictis priori, & vicario eorũ cõfeſſor. Ita refertur in compendio *c* mendicantium, & in compendio *d* ordinis D. Hieronymi habetur hoc priuilegium indultum fuiſſe priori, & fratribus ſanctæ Mariæ de la Sisla.

c Compen. mendi. tit. ieiun. §.7. d Cõpẽ.D. Hieron. ti. ieiun. §.7.

Imo amplius, *Sixtus IIII. cõceßit q̃ fratres minores non potentes ieiunare bono modo propter infirmitatem, vel debilitatem non teneãtur.* Ita habetur in libro *e* Monumenta ordinum, & in ſupplemento.

e in 1. imp. fo. 62. & in 2. 66. conceſ. 99. in ſup. fo. 100. conc. 384.

Notandum autem primum eſt circa ieiuniorum diſpenſationem, quod ſolus Papa circa ieiunia generalia diſpenſat abſolute, ne quis ieiunij lege teneatur, vel nõ illis aut illis diebus argumẽto aliquorũ Canonũ *f* (ſingulariter tamẽ cũ illo aut illo iuſta de cauſa ne illo, aut illo die ieiunent, etiam Epiſcopus videtur poſſe diſpẽſare, imo & eo abſente parochus, & quilibet prælatus cum ſuis religioſis iuxta D. Thomam *g* & ſuum commentatorem Caietanum, tum quia licet hoc iure expreſſo probari nequiret, ſatis tamen neceſsitatibus quotidie occurrentibus perſuadetur, tum quia tam frequenter Sedes Apoſtolica Conſulinon poteſt, tum quia videtur receptum conſuetudine, quæ iuriſdictionem dare poteſt argumento eorum, quæ in iure *h* notantur. Ex quo infert Caietanus i non debere prælatos relinquere ſuæ conſcientiæ ſubditos petentes ab ipſis diſpenſationem, vt liceat eis cænare aliqua de cauſa in die ieiunij, aut antè horam comedere, quia potius debent eis compati, & benigne diſpenſando à ſuis ſcrupulis liberare. Ex qua doctrina colligitur, quod parum circa ieiunia conceditur præfatis prælatis regularibus in priuilegijs ſuperius appoſitis, cum ſecundum iuris communis regulam dictis prælatis diſpenſare in prædictis concedatur.

f Clem. ne Romani de elect. ca. ex inſinuatione de appellat. g Thom. in 4. d. 15, q. 3. art. 2. ad vl. & 2. 2. q. 147 ar. 4. & ibi Caiet. h ea. cũ cõtingat de foro cõpeten ti. c. duo & mul de offi ordina. i Caiet. ſuper d. ar. 4.

Ad vnum tamen debent aduertere regulares, quod, licet ex priuilegio cruciatæ ipſis comedere oua in Quadrageſima minimè concedatur, ex diſpenſatione tamen prælatorum, & aliorum, quibus commiſſum eſt in dictis priuilegijs poſſunt ea comedere, ſi cauſa ad ita diſpenſandum interuenerit, putà debilitas, infirmitas, debilitas autem, & infirmitas in ſenibus reperitur, cum ipſa ſenectus morbus quidam ſit, ſenex enim præſumitur ægrotus, quia ſenectus ipſa morbus eſt, vt habetur in iure *k* & notat Abbas dicens, quod ſtatutum diſponens aliquid in caſu infirmitatis habet locum in caſu ſenectutis, & in quãdam lege *l* infirma ætas dicitur ſeniorum vel puerorum, quod intellige ſecundum Alciatum *m* in his, qui prouectioris ſunt ætatis, puta qui ſeptuageſimum annum attigerint, prout in ſimili dicit Abbas *n* qui ſenes non ſolum cenſentur ægrotare, ſed ſemper in morte eſſe videntur, prout notatur in iure *o* & tradunt communiter Doctores cum Gomecio, & Cataldino. Vnde plures ſenectutis laudes vitia, & priuilegia referunt Matienſus, *p* Tiraquelus, Iacobus, Portius Caſſaneus, Guillermus Benedictus, Alfonſus de Azeuedo, Didacus Perez agens qua ætate quis dicatur ſenex, Auiles, & Menochius, & Grammaticus, & Sebaſtianus Medices dicens quod magna ſenectus eſt morti ſimilis.

k c. magnæ de vot. Abbas 16. co. 2 l. l. ciuitatibus in prin. ff. deleg. 1. m Alcia. de præſump. regu. 2. q. 53 num. 3. n Abb. inc. quoniã frequenter §. 1 vt lit. nõ cõteſt. o l. 15 quiff. de fide cõmiſ. libert. recẽtioresin l. ſeniumC. qui teſta. facer. poſ. Gomez. in reg. Cãcel. de infi. reſig. q. 7. Cataldin. in trac. de trãſlat Concilij Baſili. col. 3. p Matien. in dialo. relat. 3. p. ca. 58. ex nu. 7, vſque ad n. 19. Tiraq. de pri. in præfat. ex n. 79. & ex nu. 212. Portius cõſ. 17. Caſſa. in catal. gl. mũdi. 11. pa. cõ. 17. Benedi. in c. Rainũcius. v. adiectę impuberi ex n. 69. Azeued. ad curiam. Piſ. li. 2. ca. 4. ex nu. 8. Perez li. 4. ordi. ti. 1. in l. 4. in gloſ. ſeſenta años. Auil. in c. 19. præto. in gl. vno de los regidores, nu. 2. Menoc. de arbit. ca. 59. Gram. deci. 34. n. 4. Sebaſtia Medic. in tract. mors omnia ſoluit. 1. p. n. 140.

Illud tamen eſt ſummopere notandum ſecundum Caietanum, *q* quem ſequitur Nauarrus, quod ſubditus diſpenſatus, vt in die ieiunij pluries quam ſemel comedat, non videtur diſpenſatus, vt carnes edat, nec diſpenſatus, vt ante horam iuſtam prandeat, nec videtur â ieiunando liberatus, nec neceſsitas aut iuſta cauſa, quæ excuſat ab integro ieiunio videtur excuſare ab omni parte illius, ieiunare enim, prout poteſt, tenetur, quia (vt ille ait) præceptum Eccleſiæ, licèt in totum ſeruari non poſsit, ſeruandum tamen eſt quoad illam partem, quoad quam ſeruari poteſt. Pro quo eſt apta Decretalis *r* iunctis ibi gloſſa, & Doctoribus notatis.

q Caiet. in d. ar. 4. Nau. in man. c. 21. n. 21. r c. cum dilect. de dolo & contumacia cum gloſ. & Doct ibi.

Ex ſupra dicta doctrina ſatis conſtat, quod priuilegium Innocentij Octaui congregationi S. *Iuſtinæ* conceſſum, vt refertur in libro *s* ſuarum conſtitutionum, quo ſcilicet poſſunt priores, & qui monaſterijs ordinis præficiuntur in quadrageſima & alijs ieiunijs de præcepto anticipare horam comeſtionis ante horam nonam, vt eis expedire videbitur, non eſt priuilegium, ſed ius commune omnibus prælatis circa ſuos ſubditos conceſſum. Ex quo etiam infertur intellectus ad quãdam

s in libr. ſuarum conſtitutionum, & priuil. fol. 86. pag. 2. §. 7.

Leonis

Leonis Decimi conceſsionem, quæ habetur in ſupplemento: qua conceſsit, quod fratres minores maximè prædicatores actu prædicantes poſsint ſine ſcrupulo, & ſeruato ieiunio anticipare, ſeu retardare (iuxta ſuam conſcientiam) horas comeſtionis, & ſerotinæ collationis. Hæc enim conceſsio ſi ſecundum regulas iuris communis enucleetur, parum, aut nihil vltra ipſum ius concedere videtur.

t ſupp. fol. 93. cõc. 28.

Circa quam notandum eſt primò, quod illa dictio, *maxime*, non excludit, quin fratres etiam actu non prædicantes non poſſint anticipare horam, hæ enim dictiones, præcipuè, præſertim, maximè, & ſimiles, caſum minus dubitabilem exprimunt, ac implicant caſus magis dubitabiles, & in eis volunt idem eſſe, prout in multis iuribus notatur, in quibus id tradũt gloſſæ, & Abbas. Qui caſus minus dubitabilis, ſcilicet, cum actu prædicant ſecundum ius commune excuſat prædicatores à ieiunio: maius enim bonum excuſat eos, qui non poſſunt ieiunando ſanctioribus, & melioribus operibus vacare, quibus non ieiunando vacarent argumento cuiuſdam Canonis x exercitium autem prædicationis multò præſtantius eſt ieiunio, cum ſit opus maximæ miſericordiæ, & ideo à ieiunio minimè debet impediri iuxta ea, quæ tradit doctiſsimus Caietanus y dicens, quod excuſatur à ieiunio qui ieiunando non poteſt ad ſuam, aut aliorum ſpiritualem ſalutem, vel corporalem neceſſaria efficere, vel lut concionari ex officio, aut obedientia, verbo, aut ſcriptodocere, aut confeſsiones audire. Vnde infertur, quod ſi propter actualem prædicationem poſſunt religioſi à ieiunando abſtinere, à fortiori poterunt horas debitas ſeruato ieiunio anticipare, & ſic intelligo hoc Leonis X. indultum procedere etiam ſi ipſa actualis prædicatio ex officio, aut ex obedientia prælati non exhibeatur, ſed voluntariè omnino præſtetur nulla ad id cogente neceſsitate; cum hæc conceſsio includat etiam caſus magis dubitabiles, prout eſt iſte. Et ſi ſubditus dubitat, an opus pium, & voluntarium, quod intendit, excuſet ab obligatione ieiunandi, & huic Leonis conceſsioni non vult acquieſcere, conſulat ſuperiorem, qui ſæcularibus eſt Epiſcopus, & Monachis prælatus ſi facile poteſt adire, alioquin proepiſcopus, vel

vl 1. §. pater v. vel maxime cõ colla. bono. l. vlt. poſt princ: iunct. gloſ. præſertim. ff. de liber. homin. ex hi. l. 1. & ibi notat. C. de reſcin. vẽd. c. quoniam frequẽter. § porro vbi Abbas n. 7. vt lite. non conteſ. x c. nõ me. diocriter d. conſecrat. diſt. 5.

y Cai. 2. 2. q. 147. ar. 3. & in ſum. v. ieiunium. c. 3

parochus, & regularibus prior, aut Guardianus, quorum dicto debent ipſi acquieſcere ſecundum Caietanum. z Circa id autem, quod ait dicta cõceſsio, quod poſſunt anticipare herã ſerotinæ collationis, nota, quod hæc nõ videtur cõceſsio aliquid præterius cõmune continens. Ait enim Caietanus a quidquid alij dicãt, quod cũ collatio veſpertina in ieiunio fuerit introducta pro medicina, ſeu pro neceſsitate, ideo ſiue manè, ſiue veſperi fiat, non frangit ieiunium, maximè ſi id eſt in conſuetudine fieri aliquo die ob rationabilem cauſam, imo cum quis non poteſt aliter ieiunare niſi hanc collationem ſumendo in mane, recte faceret, ſi illam ſumeret, quia vt ratio medicinæ, vel debilitatis complexionis effecit, vt ſine peccato poſsit ſerò ſumi, itaeſt ficere poteſt, vt ſine fractione ieiunij manè ſumatur, vt habet Antoninus b Petrus de Palude, Syluester, & Nauarrus cũ Richardo, qui omnes expreſſe dicũt, quod ratione medicinæ, debilitatis cõplexionis, vel neceſsitatis agẽdi aliqua neceſsaria negotia, qui V. G. in vigilia Natiuitatis Domini occupantur, ientaculum manè ſumerẽt in ea parua quantitate, qua ſerò erat ſumendum, nõ frangũt illius diei ieiunium, maximè extante conſuetudine in ciuitate, ſecus autem de illis, qui nulla rationabili cauſa ientaculũ manè ſumerẽt. Hæc ſeclu ſo priuilegio à viris grauibus aſſeruntur, ſed cum in hoc diuerſitas opinionum ſit, vt ſcrupulis fratrum occurreretur petita fuit à Leone X. prædicta conceſsio. Et eſt notandum, quod multò ante religioſi mẽdicantes, & qui eorum fruuntur priuilegijs facultas eſt facta omnibus de congregatione Sanctæ Iuſtinæ de Padua, dum in Quadrageſima, & vigilijs, quæ ieiunantur de præcepto equitando iter faciunt, poſſunt ſumere manè aliquid per modũ conſuetæ collationis, & veſperi cœnare. Ita conceſsit Sixtus Quartus, & refertur in compendio c Societatis, in quo indulto cauſa rationabilis eius conceſsionis exprimitur, ſcilicet, equitatio, quæ non tantum de pedeſtri, ſed etiam de equeſtri debet explicari iuxta ea, quæ in ſequenti articulo dicentur.

z Caie. vbiſ.

a Cai. 2. 2. q. 147. arti. 6.

b Antonin. p. 2. ti. 6. c. 1 Richard. & Palud. in. 4 diſt. 15. Syl. v. ieiunium Naua. c. 21. num. 15.

c Cõpen. ſo ciet. v. ieiunium. § 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum fratres itinerãtes possint trãsferre ieiunium diei itinerationis in alium diem.

REspõdeo dicẽdo, quod fratres minores obseruãtes itinerãtes possũt trãsferre ieiunium diei itinerationis in alium diem. Ita habetur in supplemento. a Circa quam concessionem est notandum, quod dies, in quo dies ieiunij itinerationis debet transferri non debet esse dies ieiunij præcepti ab Ecclesia: Soto b enim ait, quod si à confessore iniungitur, dum quis in quadragesima confitetur, dies ieiunij tunc, si ille non habet legitimam occasionem, & excusationem non ieiunandi totam Quadragesimam, intelligitur dies ille pœnitentiæ post Pascha ieiunandi, quod, & ego in explicatione bullæ cruciatæ cum D. Bonauentura tenui, & id ipsum in proposito est asserendum, adimplebit tamen si transferat in diem ieiunij secundum constitutionem ordinis fratrum prædicatorum, quia tunc non concurrunt duo præcepta, & sine peccato vẽniali potest tunc frater non ieiunare, & sic mutatio fit in æqualibus.

Aduerte secundò, quod hæc concessio intelligitur de itinerantibus, quoniam pedites itinerantes iam excusantur ab obligatione ieiunij etiam Ecclesiæ secundum Victoriam. d At ego non tam absolute teneo itinerantes pedestres à ieiunio liberari, sed eos tantum, qui magnum iter faciunt, & licet non magnum iter faciant, iter tamen diei ieiunij est sex leucarum spatium. Vnde etiam in pedestribus iter faciẽtibus, quando iter est breue prædictam cõcessionẽ priuilegium continere puto. Dixi sex leucarum secundum regulam ordinariã, nam talis potest esse itinerantis debilitas vt minus iter ipsum excuset, quod boni viri arbitrio relinquitur.

Aduerte tertiò, quod si dies itinerationis est dies, in quo obligatur itinerans, ex voto poterit talis dies trãsferri à fratre mẽdicãte, aut ab alio dicto priuilegio gaudẽte, quia cũ per hãc cõcessionẽ in translatione ieiunij nõ dispensatur, sed cõmutatur dies ieiunij in diẽ alterum, & concessio absolute concedat omnibus itinerantibus, & de omni ieiunio illimitatè debemus ipsam explicare, cum indefinita æquiualeat vniuersali. Præterea cum Papa id commutare possit, non est, cur strictè eius concessionem interpretemur, cum prout in his tractatibus sæpè dictum est: priuilegia Apostolica concessa regularibus in partem fauorabiliorem debeant interpretari.

a Sup. fo. 93 conces. 282

b So. in. 4. d. 19 q. 2. a. 2.

c Explicat. cruc. §. octauo d. b. 1. num. 3.

d Victoria, 2. 2. q. 149.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ fratres minores ratione suæ regulæ teneatur ad ieiunia quadragesimalia etiam si vigesimum primum ætatis annum non perficerent.

REspondeo dicendo, quod in hac quæstione debeo aliquantulum immorari Vt autem quæ dicenda sunt, clariora fiant notandum est, quod D. Pater noster Franciscus in eius regula a sic ait: *Ieiunent fratres à festo omniũ Sãctorum vsq; ad Natiuitatẽ Dñi, sanctã verò quadragesimam quæ incipit ab Epiphania vsque ad continuos quadraginta dies, quã Dominus suo sancto ieiunio consecrauit, qui volũtariè eã ieiunãt, benedicti sint à Domino, & qui nolunt, nõ sint astricti, sed aliam vsq; ad Resurrectionẽ Domini ieiunẽt, alys autẽ tẽporibus nõ teneãtur, nisi sextã feria ieiunare, tempore verò manifestæ necessitatis non teneantur fratres ieiunio corporali.*

a Regul. fr. Fran. c. 3.

Et Clemens V. in sua decretali b declarauit his verbis impositum fuisse præceptum de ieiunado.

Circa præfata verba primò dubitatur. Vtrũ minores ex vi suæ regulæ ad ieiunãdã ecclesiasticã quadragesimã astringãtur speculũ c fratrum minorum statim post finitam declarationem Nicolai pertractans de hac quęstione inquit, ex rigore verborũ regulæ se plus declinare ad partem negatiuam, quamuis illã asserere ex scrupulo trepidaret, quæ pars negatiua, licet probabilis sit, pars tamen affirmatiua probabilior. verior, ac proinde tenenda mihi videtur.

b Clemen. exiuit. §. Nos itaque de verb. signifi.

c Spec. fra. mino. §. & quia locum aptũ fo. 41. col. 2. ad fi.

detur. Hanc partem tenent conſtitutiones generales & antiquæ, & Barchinonenſes, *d* vbi ſic dicitur: *cum ſecundũ regulã teneamur duas quadrageſimas ieiunare*, obſerua verbũ *ſecundũ regulã*. Et D. Bonauentura *e* ſic ait duas quadrageſimas præceptorie imponẽs tertiã addeuotionis excitationẽ ſuadẽs ex poſitio edita â ſanctis patribus ordinis inquit prima, & tertia quadrageſima ſunt in præcepto, intermedia vero quadrageſima eſt in conſilio. Frater Hugo eidẽ ſententiæ ſubſcribit, frater Gũdiſaluus in ſuo tractatu ſuper regulã in capitulo de his, quæ habent vim præcepti inter cętera ieiunia, ad quæ ex regula aſtringimur, quadrageſimã quoq; recenſet Corduba *f* hanc partẽ probabiliorẽ reputat. Et quidẽ eam videtur iã diffiniſſe Clemens *g* V. dicens duobus tẽporibus annotatis in regula, ſcilicet, à feſto omniũ SS. vſq; ad Natiuitatẽ Domini, & maximẽ quadrageſimã ieiunare tenentur fratres. Hæc ille, vbi obſeruãdũ eſt Clemẽtem ibidẽ non explicare, ad quę ieiunia ex præcepto Eccleſię teneãtur minores, ſiquidem nec de hoc ibi dubitatur, ſed ad quæ ieiunia ex præcepto regulæ teneantur, ille explicat, & duas ibi enumerat quadrageſimas, & deinde ſextã feriã. Et præterea hãc partẽ probant verba regulę, poſtquã enim regula aduẽtualepręceperatieiuniũ, ſermonẽ habuit de duplici quadrageſima, vbi cũ ad priorẽ nõ aſtrinxiſſet, ſed eã fratrũ volũtati, & beneplacito reliquiſſet, poſtea ad eccleſiaſticãquadrageſimãſermonẽ cõuertẽs inquit, ſed aliã vſq; ad Reſurrectionẽ Dñi ieiunet. In quibusverbis id primò obſeruãdũ eſt, quod regula inter has duas quadrageſimas diſtinguit, & diſcrimẽ cõſtituit, & depriori inquit, quodadeã fratres nõ aſtringũtur, ergo ſignificat, quod ad poſterioręm aſtringũtur, alias ex vi, & præcepto regulæ nullũ eſſet inter eas diſcrimẽ, ſedquãtũ eſt ex vi regulæ vtraq; fratrũ libertati, & beneplacito relinqueretur. Obſerua ſecũdò dictionẽ aduerſatiuã, ſed, cũ enim de priori quadrageſima dixiſſet, quod adeã fratres nõ eſſent aſtricti, de ſecũda, hoc eſt eccleſiaſtica ſubdit, *ſed aliã vſq; ad Reſurrectionẽ Domini ieiunẽt*: ergo de ea iniũgiturpręceptũ, neq; alias dictione aduerſatiua, ſed copulatiua vteretur, ſinó aduerſantẽ, ſedpriorẽ ſimilẽ ſermonẽ haberet. Vltimo cõprobatur hæc pars, quia conſuetudo, & cõmunis intelligẽtiapatrũ ordinis ſic intellexit, vt ex autoribus pro hac parte nuper citatis conſtat.

d cap. 4.

e Bonauen. in expoſit. regul. ca. 3.

f Cor. ſuper reg. c. 3. q. 2 in 2. pũcto.

g D. Clem. c. exiuit. §. de inde cũ duobus tẽporibus.

Sed cõtra hãc aſſertionẽ fit obiectio ex verbis iã citatis Clemẽtis, qui omnia præcepta æquipollẽtia ſub cõpendio recẽſens ſolũ numerauit aduẽtus, & ſextæ feriæ ieiuniũ, nec quadrageſimalis ieiunij ibidem meminit. Quare videtur regulæ autorẽ illud iuris cõmunis diſpoſitioni reliquiſſe. At facilis eſt huius ſolutio obiectionis, quod enim illic diminutẽ expoſuit Clemens in eadem decretali, *in §. deinde*, cũ duobus tẽporibus, ſuppleuit, vbi expreſſe inquit fratres duobus tẽporibus annotatis in regula, ſcilicet, in aduentu, & in quadrageſima ad ieiunium teneri.

ARTICVLVS V.

An omnes clerici, & præſertim regulares à feria ſecunda poſt quinquageſimam quadrageſimale ieiuniũ inchoare teneantur. An vero à feria quarta cinerum inchoare ſufficiat.

REſpondeo dicendo Theleſphorũ Papã, & Martyrem Septimum â Petro in capite primo *h* ſuorum decretorum ſic dicentem, cognoſcite â nobis, & à cunctis Epiſcopis in hac ſancta, & Apoſtolica Sede congregatis ſtatutum eſſe, vt ſeptem hebdomadas plenas ante ſanctum Paſcha omnes clerici in ſortem Domini vocati à carne ieiunẽt, quia ſicut diſcreta debet eſſe clericorum vita á laicorum conuerſatione, ita & ieiunio debet fieri diſcretio. Has ergo ſeptem hebdomadas integras omnes clerici â carne, & delicijs ieiunent. Hactenus ſanctus Theleſphorus, ſed hęc diſpoſitio quantum ad integras ſeptẽ hebdomadas ſpectat, contraria conſuetudine derogata eſt. Nec enim clerici ieiunium quadrageſimale à feria ſecunda, ſed à feria quarta cinerum inchoant, in aliquibus tamen religionibus, ſicut & in noſtra ex deuotione, licet non ex aliquo obſeruationis vinculo fratrum communitas in refectorio â prædicta ſecunda feria ieiunium inchoatur. His enim duobus diebus fratribus in refectorio vnica dũtaxat refectio eaque expiſcibus, aut ouis miniſtratur,

h ca. ſtatuimus. d. 4.

singulares autem fratres pluribus vicibus his diebus comedentes, & carnibus vescentes, & maxime extra refectorium nullam ex vi præfati præcepti culpam, seu spiritualem pœnam incurrunt, quod si ob id regulare aliquod statutum transgrediũtur palam est illud non ad culpam obligare. Verum est tamen, quod in nostra religione minorum, si aliquis frater in præfatis duobus diebus præsertim prælatus in refectorio publicè carnes comederit, ratione scandali peccatum graue committere, & prælatum id committentem multò grauius, ne dicam mortale videtur commisisse

ARTICVLVS VI.

Vtrum fratres minores teneantur ante vigesimum primum ætatis annũ ad ieiunia vigiliarum, & quatuor temporum.

REspondeo dicendo, certum esse fratres minores ex regulæ præcepto ad hæc ieiunia non astringi, quod probant regulæ verba, alijs autem temporibus, scilicet, â prædictis non teneantur fratres ieiunio corporali. Et confirmatur, Clemens namque recẽsens ieiunia, adquę fratres minores ex vi suæ regulæ astringuntur, non enumerat ea, de quibus nobis est sermo, sic tenet Gundisaluus *a* & speculum vbi de regulæ ieiunijs pertractant. Addiderim præterea fratres minores ex præcepto Ecclesię ad prefata ieiunia teneri sicut & cæteri fideles tenentur. Quod si contra arguas, fratres minores neque ex ecclesiastico præcepto ad huiusmodi ieiunia astringi, cum regulæ autor post aduentuale, & quadragesimale ieiunium indictum addiderit, alijs autem temporibus non teneãtur nisi sexta feria ieiunare, Romanus Pontifex regulæ cõfirmator his verbis ab istis nos absoluit ieiunijs. Hoc argumentũ petit horum verborum intelligentiam, quæ est huiusmodi. Alijs autem temporibus nõ teneantur fratres ieiunare, quantum est ex vi, & præcepto regulæ, tenentur tamen in his temporibus ex ecclesiastico precepto, sicut & cæteri fideles. Non enim est verisimile, quod vel etiam institutor regulæ, vel etiam confirmator intenderit ipsos absoluere â seruandis alijs ieiunijs, ad quæ de communi statuto Ecclesię obligantur omnes fideles, prout ait Clemens Papa. *b* Ex quibus sequitur quod fratres hanc regulam professi vigesimum primum annum nondum attingentes ad præfata ieiunia vigiliarum, & quatuor temporum non astringuntur neque enim astringuntur ex præcepto regulæ, vt dictum est, nec ex præcepto Ecclesiæ propter ætatis defectũ, ergo absolutè non tenentur plus, quam alij læculares in eadem minori ætate constituti.

a Gundi super. reg. c. 4 & speculũ fratrũ min. Cor. super reg. c. 3. q. 2 punct. 30.

b d. Clem. exiuit. § de inde cũduobus temporibus.

ARTICVLVS VII.

Quibus cibis in ieiunijs regulæ fratribus minoribus vesci fas sit.

REspondeo dicendo, quod si. cõsuetudo obtinuerit vt in diebus ieiunij comedantur butyrum & cætera lacticinia licebit & fratribus in regularibus ieiunijs ea edere, sic tenet Corduba, *c* & Eugenius IIII. ait, *futuræ cõgregationi cõcedimus facultatẽ ordinandi, & declarãdi in quib⁹ locis, & prouincijs debeãt fratres ieiunia regulæ in cibis quadragesimalibus obseruare, & in quib⁹ debeant patrũ cõsuetudines imitari, vel aliter se habere.* Hæc ille. Circa quã cõcessionẽ nota Eugeniũ hanc facultatẽ nõ cõcessisse cui cũque capitulo generali, sed duntaxat cõgregationi generali, quæ tunc immediatè erat celebrãda: expresse enim dixit, cõgregationi vestrę, de qua supra diximus, & fecimus mentionem.

c Cord. vbi sup. 4. pũc. Eugen. habetur in 1. tract. fo. 112 vol. 2. concess. 142.

Quare capitulum generale vigore huius cõcessionis, circa hoc nihil valet hodie statuere, seu declarare. Et statuta generalia, & papalia ordinis minorũ capite tertio parti cula quinta sic aiũt, *ieiunia regulæ iuxta omnia antiqua, & etiã vltima ordinis statuta, & doctores regulæ expositores in cibo quadragesimali obseruari debẽt, quãuis regula specialiter hoc nõ exprimat.* Cõstitutio generalis Barchinonẽsis c. 4. sic ait, *Ieiunia regulæ in cibo quadragesimali seruẽtur, nisi aliquãdo ministro prouinciali quan-*

liquantum ad alios conuentus, & loca aliud videatur de cõſilio diſcretorum: Sancti Patres ordinis in ſuæ regulæ expoſitione inquiunt. *Ieiunare debemus in cibis quadrageſimalibus, quia ſic intellexit, & ſeruare fecit B. Pater,* & ita explicant omnes ſancti qui regulæ ſunt expoſitores.

ARTICVLVS VIII.

Vtrũ ſicut fideles omnes etiã regulares ante vigeſimũ primum annũ cõpletũ à ieiunijs eccleſiaſticis eximuntur, ita fratres minores ante hanc atatẽ à ieiunijs in regula præceptis eximantur, ſiue excuſentur.

RESpõdeo dicẽdo, quod in hac quęſtione duo ſunt certa, & vnũ eſt cõtrouerſum. Id quidẽ indubitatum eſt fideles omnes etiam fratres minores ante vigeſimum primũ annũ ad eccleſiaſtica ieiunia nõ teneri, iuxta quod in ſuperioribus dicebamus, fratres minores ante præfatam ætatẽ non teneri ad ieiunia vigiliarum, & quatuor temporum. Secundum etiam eſt certum quoſcumque adoleſcentes in hac minori ætate conſtitutos poſſe expreſſe explicitum votum emittere de ieiunando Quadrageſimam, & de ieiunando ſextam feriam, & Aduentum Domini ſingulis annis, & poſt emiſſum votum eos ad voti obſeruationem teneri, quamuis enim Eccleſia hos propter teneram ætatem ſuo generali præcepto de ieiunando obligare non intenderit, ipſi tamen ſua ſponte poſſunt ſe obligare, ſiquidem ætatem, & ſufficientem ad vouendum diſcretionem habent. Et quamquam rationi ſit conſonum hos à lege generali de ieiunio excuſari, quando quidem lex reſpicit vniuerſalia, eſſetquè nimium difficile hos omnes in hac tenera ætate ad ieiunia Eccleſiaſtica aſtringi. Verumtamen hi, quibus Deus hanc bonam dederit voluntatem, poſſunt ſua ſponte ad ea ieiunia voto ſe aſtringere, qui enim ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem iuxta Iſaiæ vaticinium. Eſto Eccleſia pia Mater hos omnes adoleſcentes in vniuerſum cũ qualiquali impedimẽto ſeu detrimento corporei augmẽti nolit aſtringere, veruntamen ſi qui ſelectiores cum hoc detrimento velint ſe obligare, & iuri ſuo quodam modo renuntiare admittit re vera Eccleſia hoc votum, & volentinon fit iniuria, neque dolus, poſſunt ergo hi adoleſcentes cœlum ardentius appetentes etiam cum periculo deperdendi nõ nihil corporalis augmentationis propter maius bonũ ad ea ieiunia in particulari voto ſe aſtringere, ac proinde poſt emiſſum votum ad ea tenebuntur. Quod & confirmatur: nam & D. Thomas *a* inquit, quod quamuis hi adoleſcentes â ieiunijs Eccleſiaſticis excuſentur, conueniens tamen eſt, quod etiam in hoc tempore ſe ad ieiunia exerceant, plus, vel minus ſecundum modum ſuæ ætatis. Hæc ille & vltra eſt illis conſilium de ieiunando, ergo illud conſilium conſultum vouere valent. Præterea addit ibi idem autor, quod magna tribulatione imminente etiam pueris ieiunia indicuntur in ſignum arctioris pœnitentiæ. Hæc ille, & vltra, ergo pari ratione adoleſcentes poſſunt illa vouere, & regulæ, in qua propter arctiorem pœnitentiam agendam iſta præcipiuntur, ſe ſubdere, & Caietanus ſuper ipſum Diuum Thomam inquit, pueri poſſunt quandoque non obſtante ſuo damno ad ieiunia cogi pro maiori, ſeu grauiori neceſsitate, & poteſt eis conſilium dari, quod quandoque aliquod ſuſtineant damnum ex ieiunio, & benefaciunt, ſi quandoque ieiunent, & abſtineant. Hæc Caietanus. Ex quo ſequitur manifeſtè huiuſmodi adoleſcentes explicite vouere poſſe eiuſmodi ieiunia aduentus, ſiue quadrageſimæ, & quidem pars affirmatiua, ſcilicet, eos omnes mox poſt profeſsionem etiam in minori hac ætate conſtitutos ad regularia ieiunia aſtringi prorſus tenenda videtur, quam tenet Syluester *b* dicens profeſſos regulam aliquam, in qua præceptũ eſt aliquibus diebus ieiunare ad hoc obligari ante præfatam ætatem. Eandem ſententiã tenent aliqui noſtræ regulæ interpretes in ſuis ſuper regulam declarationibus frater Bartholomęus *c* de Piſis, Serena conſcientia, ſpeculum, vbi de regulæ ieiunio pertractat Cordubà. Nemo tamen horũ autorũ, neque alius, quẽ ego viderim, diſputat quęſtionem, neque hanc partem ex profeſſo probat, ſed id verum eſſe aſſerunt ratione vo-

a D. Th. 2. 2. q. 147. ar. 4

b Sylu. ieiuniũ. §. ſexto quæritur. num. 18.

c Piſis ca. 3. Serena cõſcien. q. 44. Speculum Cor. c. 8. q. 2, in 1. pũct.

ne voti, & regulæ promiſſæ, nullamque aliam ad id probandum afferunt rationem Quare meũ erit in hac parte fulcire, ac tueri, eamque triplici via roborare nitar. Prima via eſt ratione præcepti in regula poſiti. Secunda ex cõſuetudine legis interprete. Tertia via eſt ex ratione. Primo igitur probatur hæc pars ex regulæ præcepto, quo omnibus fratribus minoribus ieiuniũ præcipitur, at tales adoleſcẽtes ſunt fratres minores: ergo eis præcipitur ieiuniũ, quare & ieiunare tenẽtur. Et cõfirmatur ratione, nã certũ eſt hos adoleſcẽtes poſſe explicite vouere eiuſmodi ieiunia, ergo ſua ſpõte poſſunt ſe ſubdere regulæ huiuſmodi ieiunia præcipienti, & vltra hoc poſt profeſſionẽ emiſsã ad huiuſmodi aſtringũtur ieiunia.

d Reg. ſta. mi. c. 9.

Sed contra hanc rationem hæc obiectio proponitur. Dicit enim Regula *d* fratrum minorum, tẽpore verò manifeſtæ neceſsitatis non teneãtur fratres ieiunio corporali. Ex quibus verbis ſic colligo argumẽtũ, trinum iſtud ſeptẽnium vſque advigeſimũ primum annum completũ eſt tempus manifeſtæ neceſsitatis, ergo hoc tempore fratres ieiunio corporali nõ tenẽtur. Diſcurſus eſt notus cum maiori, minorẽ autẽ docere vidẽtur ſcholaſtici Doctores. D. Thomas

e Tho. 2. 2. q. 147. ar. 4 ad. 2.

e ait, in pueris maximè eſt euidẽs cauſa nõ ieiunandi, tũ propter debilitatẽ naturę, ex qua prouenit, quod indigent frequẽti cibo, & non multo ſimul ſumpto, tum etiã quia indigent multo nutrimento propter neceſsitatem augmenti, quod fit de reſiduo alimenti, & ideo quandiu ſunt in ſtatu augmenti, quod eſt vt in plurimũ vſque ad

f Caiet. ſup. D. Tho. in d. §. art. 4.

finem tertij ſeptẽnij nõ tenentur adeccleſiaſtica ieiunia ſeruanda. Caietanus *f* ait, quod hæc ratio D. Thomæ vniuerſaliter cõcludit impotentiã puerorũ ad ieiunandũ abſolutè, & quod hæc libertas eſt propter ætatis impotentiã. Et idem Caietanus

g Caie. v. ieiunium.

g ait, quod ex impotẽtia excuſantur pueri, & adoleſcentes vſque ad finẽ tertij ſeptẽnij in quo cõmuniter finitur augmẽti ętas, quia egent nutrimento multiplicato propter augmentum, & id ipſum tenent Medina

h Med. inc. de ieiunio. c. de his qui ad Eccleſia. ieiu. non tenen. Na. in manu. c 21. num. 16.

h & Nauarrus, & quanuis aliqui adoleſcentes ieiunantes robuſti facti ſint, addebitumque peruenerint augmentum, lex tamen particulares caſus non reſpicit, ſed ad ea, quæ frequentius accidunt iura adaptantur. Videtur ergo, quod trinum iſtud ſeptennium ſit tempus impotentiæ, ſeu manifeſtæ neceſsitatis, & conſequenter hos adoleſcentes hoc tempore ad regularia ieiunia ratione huius præcepti non teneri regula eos â tali præcepto excipienti.

Secundo probatur eadem pars, quando enim à lege vniuerſali excipiuntur aliqui caſus, cenſentur excepti omnes ſimiles, in quibus vel ſimilis, vel vrgentior ratio eſt, ſed â regulari præcepto de ieiunio excipitur in regula neceſsitas ex labore aliquo prouenient, neceſsitas autem, ſeu impotentia, quæ prouenit ex defectu ætatis, eſt ſimilis, vel vrgentior neceſsitas, ergo & ea cenſetur excepta, ac proinde præfati adoleſcentes ad hæc ieiunia non tenẽtur ratione regularis præcepti,

Tertio probatur, nam in præceptis diuinis, ſeu Eccleſiaſticis non comprehenduntur morales neceſsitates, imo etiam ſi expreſsis verbis non excipiantur, iure naturali cenſentur exceptæ, ratio enim naturalis, quæ eſt mandati interpres non vult ſimiles neceſsitates ſub præceptis cõprehendi. Quare etiam ſi nullibi regula B. P. Franciſci caſum neceſsitatis excepiſſet is ſemper omni tempore intelligitur exceptus, poterant enim fratres minores manifeſta neceſsitate cogente portare calciamenta, equitare, & pluribus indui tunicis, & pariter non ieiunare, etiam ſi regula huiuſmodi neceſsitates non excepiſſet, ſed in his adoleſcentibus eſt neceſsitas moralis non ieiunandi, quamuis ſimpliciter ieiunare valeant, ergo tales adoleſcẽtes à regulari hoc præcepto excipiuntur, & ſic nõ tenentur ratione præcepti regulæ. Confirmatur: lex eccleſiaſtica de ieiunio, non excipit expreſſè hanc neceſsitatem minoris ætatis, & tamen iure naturali cenſetur excepta, ergo quanuis à præcepto regulari de ieiunio regula expreſſè non excipiat hanc neceſsitatem minoris ætatis iure naturali ea cenſetur excepta.

Quarto probatur, nam omnis alia ratio habilis cauſa, vt puta infirmitas, ſeu debilitas, ſenectus, defectus cibi, neceſsitas ex labore proueniens, & maius bonũ à ieiunio Eccleſiæ excuſans, & â ieiunio regulæ excuſare valet, ergo & neceſsitas ratione minoris ætatis prouenies, quæ à ieiunijs Eccleſiaſticis excuſat, pariter & à regularibus ieiunijs excuſare valebit, par enim ratio eſt, & de hac, & alijs excuſantibus

cauſis

cauſis, ergo hi adoleſcentes ad regularia ieiunia non tenentur propter regulæ præceptum, nec dicti adoleſcentes ad dicta ieiunia ratione voti tenentur. Nam an præcepta regulæ B. P. Franciſci ſint præcepta dũtaxat, an vero ſint etiam vota; nihil nunc de hac quæſtione diffinire volo, cũ de ea iam late dixerim in primo tomo. *b* Quod ſi ea duntaxat ſint præcepta, iam probauimus hos adoleſcentes non teneri ratione regularis præcepti. Verũ tamen quia alijs placet illa præcepta etiam eſſe vota, & conſequenter aiunt hos adoleſcentes ad hæc ieiunia teneri ratione voti, & regulæ promiſſæ. Probo nunc nec eos ad regularia ieiunia aſtringi ratione voti, & regulæ promiſſæ. Magnum quidem eſt diſcrimen inter hæc vota. Sint duo adoleſcentes in hac minori ætate conſtituti: alter vouet ieiunare quadrageſimam, alter vouet obedientia Eccleſiæ, ſeu eius ſeruare præcepta, re vera primus tenetur ad quadrageſimale ieiuniũ ſiquidem illud explicite vouit, ſecũdo vero durante hac minori ætate ad illudmine tenetur, quanquam enim obedientiam Eccleſiæ promiſerit, eiuſque vouerit ſeruare præcepta, ad ieiunium quadrageſimale non tenebitur, ergo idem dicendum eſt in noſtro propoſito, nempe quod quanuis præcepta regulæ eſſent vota, hi adoleſcentes non tenentur ad præfata ieiunia, ſiquidem præceptum regulæ non comprehendit ſubſe hos adoleſcẽtes, nec vllum eſt regulare præceptum de ieiunio adoleſcentibus in hac minori ætate conſtitutis impoſitũ, ergo quanuis hi adoleſcẽtes regulam ſeruare vouerint ex ratione voti, & regulę promiſſæ, non tenentur ad huiuſmodi ieiunia. Secundo probatur eadem pars: manifeſta neceſsitas non ieiunandi non ſolum excuſat a ieiunio præcepto, ſed etiam â ieiunio votiuo, ſed in his adoleſcentibus eſt manifeſta neceſsitas, ſeu impotentia quando quidem propter eã â prȩcepto ieiunij excuſantur, ergo & propter eandem à ieiunio votiuo excuſabuntur. Tertio, eſto præcepta regulæ ſint vota, obligant tamen, & in quantum præcepta, & in quantum vota cum exceptionibus in regula expreſsis, ſed regula excipit tẽpus manifeſtæ neceſſitatis, quale eſt trinum iſtud ſeptennium, ergo hoc tempore ad regularia ieiunia nõ tenẽtur fratres ratione voti, & regulæ promiſſæ. Quarto votum eſt lex quædã, quæ ab hominis voluntate dimanat, quam quiſque ſibi ponit, ergo nõ aliter obligare debet, quam ſi eadem lex ab Eccleſia, vel â Deo ipſo imponeretur, homo enim leges ſibi præfigens intendit ſe obligare inſtar legis, & non alias, eo, inquam, modo, quo lex diuina, vel Eccleſiaſtica obligaret, ſi id præciperet, ſed lex de ieiunio ab Eccleſia, vel ab ipſo Deo impoſita eximit hos adoleſcentes, ergo & lex, quam quiſque ſibi ponit regulam vouens nõ aliter obligare debet, & cõſequenter hi adoleſcẽtes à ieiunio eximũtur, quanuis regulam vouerint.

b 1. Tomo. q 26.

Et confirmatur. Præcepta minorum nõ alio, & alio, ſed eodem modo obligant, & in quantum præcepta, & in quantum vota. Quod patet primo diſcurrendo per ſingula, & ſecundo, quia minores in profeſsione vouemus, quod his præceptis præcipitur, & non alio modo, ergo & præceptum de ieiunio eo modo quo obligat, in quantum præceptum, obligat & in quantum votũ, ſed in quantum præceptum non obligat hos adoleſcentes, ergo neque in quantum votum, præterea quia ſicut â ieiunio præcepto ita & â ieiunio votiuo intelliguntur exceptę neceſsitates morales, cuiuſmodi eſt defectus ætatis.

Quinto, ſi hi adoleſcentes ad ieiunia regulæ tenerẽtur ratione voti, & regulæ promiſſæ, pari ratione & ſenes tenerẽtur ad eadem ieiunia tatione voti, & regulæ promiſſæ, quam toto tempore vitæ ſuæ ſeruare promiſerunt: ſed hoc voto non obſtante ſenes à regularibus ieiunijs excuſantur, ergo & pariter hi adoleſcentes excuſari debent.

Confirmatur, ſi quis iam ſenex, & ad ieiunandum impotens profeſsionem emittat, voueatque toto tempore vitæ ſuæ hãc regulam ſeruare, hic re vera omnino excuſatur à ieiunijs propter naturalem impotentiam, ergo & hi adoleſcentes, in quibus iuxta ſententiam Doctorum, quos iam citauimus, eſt etiam impotentia ad ieiunandum, pariter excuſabuntur.

Vltimò omnis alia rationabilis cauſa, vt puta infirmitas, debilitas, ſenectus, defectus cibi, neceſsitas, & maius bonum, quę excuſat à ieiunijs præceptis, excuſat pariter, & à ieiunijs votiuis: at hic defectus ætatis excuſat â ieiunijs præceptis, ergo & à ieiunijs votiuis, ſimiliter excuſat & vltra, ergo hi adoleſcẽtes ad regularia ieiunia non tenẽ-

tur ratione voti, & regulæ promiſſæ. Alij dicunt hos adoleſcentes teneri ad ieiunia regulæ ex conſuetudine legis interprete, conſuetudo namque eſt optima legum interpres, vt dicitur in iure i & in quadã Clementina *K* dicitur, quod fratres minores obligantur ſubreatu mortali ad ea, quæ in ſua regula traduntur, per verbum, teneantur, & ſubdit rationem, quia ordo communiter tenet, & tenuit ab antiquo, quod vbi cumque ponitur in regula hoc verbum, teneantur, obtinet vim præcepti, & ſicut tale à fratribus ſeruari debet. Ecce vides Clementem probantem, quod verbum, teneãtur, in regula fratrum minorum poſitum obligat ſub reatu mortali, quia conſuetudo ordinis ab antiquo ſic interpretata eſt, ex quo colligitur vniuerſale dogma, nempe, quod ex antiqua conſuetudine legis interprete dignoſcitur legem aliquã ſub reatu mortali obligare, vel minime: ergo conſuetudo potius interpretatur ſicut de facto interpretata eſt regulare præceptum de ieiunio minoribus impoſitum obligare ſtatim poſt emiſſam profeſsionem eos etiã, qui in minori ætate eſſent conſtituti. Et cõfirmatur ratione, conſuetudo namque poteſt legem veterem abolere, & nouam legem inducere, ergo & multo fortius legẽ iam conditã interpretari valet. Vnde Sylueſter *l* Caietanus, & Nauarrus inquiunt, quod conſuetudo interpretata eſt legem Eccleſiaſticam de ieiunio ſub reatu peccati mortalis obligare, ſed omnes quotquot ſunt ſeniores prædicti omnes profeſſores ſic acceperunt à maioribus idque ſuis ſcriptis Doctores nuper citati docuerunt, ergo conſuetudo hoc præceptum ſic interpretata eſt. Secundo probant hanc partem teſtimonio D. Auguſtini in Epiſtola ad Caſſulanũ, & refertur in Decretis *m* qui ſic ait, in his rebus, in quibus nihil certi ſtatuit diuina Scriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt, & ſicut præuaricatores diuinarum legum contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinũ ſunt coercendi. Hæc ille. Pariter & nos dicamus, quod in his rebus, in quibus regula noſtra nihil certi ſtatuit, vti eſt, an hi adoleſcentes ad regularia ieiunia teneantur mos ordinis, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt, ſed ordinis conſuetudo, & inſtituta maiorum patrum ſemper docuerũt & ſeruarũt tales adoleſcentes ad regularia ieiunia teneri, ergo hęc conſuetudo pro lege eſt tenenda, & contemptor huius conſuetudinis, ſicut regulę pręuaricator coercendus eſt. Vnde Iſidorus *n* inquit, conſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex. Et confirmatur ratione. Conſuetudines quas tanto conſenſu traditas ſemper ſcimus ab vniuerſis Eccleſiæ Doctoribus, credimus ab ipſis Apoſtolis, imo & ab ipſo Chriſto legifero noſtro dimanaſſe, neque enim alias veriſimile eſt eas tanto tempore vbique gentium perſeuerare potuiſſe, ergo à ſimili præcepti intelligentiam, quam totus minorum ordo ab initio ſui intellexit, & ſeruauit, vt præcepta, qualis eſt hæc, de qua in præſentiarũ diſputamus credendũ eſt abore in os à ſocijs B. Patris, imo & ab ipſo Seraphico patre regulæ autore ad nos vſque dimanaſſe, ipſa namque diuturna conſuetudine ab ipſo primordio naſcentis ordinis apud omnes minorum proceres viros doctos hoc ſemper receptiſsimum fuit.

Tertio principaliter ad idem arguo, cõmunis opinio habet, quod omnes religioſi profeſsi ad chorum deſtinati, cuiuſcunq; ſint religionis, quanuis maiores ordines nõdum ſuſceperint, & quanuis in eorum regulis nullum de diuino officio recitando reperiatur præceptũ ad horas Canonicas ſoluendas tenentur. Hanc opinionem late probat Dominicus Soto *o* neminem eſſe, qui contrarium aſſerere audeat, nec ipſe auderet, & quod ſaluberrima, laudabilis, & tam illuſtris conſuetudo vno antiquorum conſenſu approbata vim habet præcepti, & lex eſt appellanda. Et addit vltra hanc opinionem etiam eſſe veram de ſanctimonialibus ad chorum deputatis. Idem tenẽt Paludanus, *p* & Sylueſter, & D. Antoninus, & Nauarrus, Caietanus, & Ioãnes de Medina inquiunt in hoc ſtandum eſſe cõſuetudini, & cum hac communi opinione tenent omnes iuris Canonici interpretes *q* & doctiſsimus Cano inquit, Falluntur multi exiſtimantes omnes Eccleſiæ leges à iuris voluminibus petẽdas eſſe. Hinc Caietanus, quoniam præceptum ieiunij quadrageſimalis in Decretis Pontificijs, quæ paſſim circunferuntur, non apparet, vix potuit illud ſub præcepto ad mortalẽ culpã obligante conſtituere, eodemque labore pene confectus eſt, dum legem quæreret, qua

i ca. cũ dilectus de cõſuetudine. K Clement. exiuit de paradi. de verb. ſignif.

l Sylu. v. ieiunĩ. §. 7. & Caiet. eo dẽ v. c. 4. & 22. q. 147. art. 3. ad 2. Nauar. d. ca. 21. n. 16.

m Ca. in his 11. diſt.

n Iſido. li. 5. etymolog. refertur in, c. conſuet. diſt. 1.

o Soto lib. 10. de iuſt. q. 5. ar. 3.

p Palud. in 4. d. 15. q. 5. Sylu. v. horæ Canonicæ §. 3. in 6. dicto D. Anton. 3. p. ti. 13 c. 4. Nau. in man. c. 25. n. 96. Caie. in verbo horę Canonicæ. §. 1. Med. in tract. de oration. inq. de neceſsit. vocaliter orandi orat. publi.

q Docto. in c. licet devoto Cano. li. 12. de locis Theolo. c. 9 ad 2.

qua clerici monasticam religionem profes si ad diuinas præscriptas preces exoluendas astringerẽtur, multæ sunt (mihi crede) Ecclesiæ leges, quas nõ Scriptura, sed vsus inseruit, neque iuris volumen omnia con ciliorum, atque Pontificum scripta ample ctitur. Hæc ille. Vnde ex non scripto ius venit, quod vsus approbauit: pari ergo ratione voluit consuetudo declarare, & de facto declarauit hos adolescentes ad ieiunia regularia teneri.

Sunt & in huius dogmatis confirmatio nem multa iuris Ciuilis testimonia. Paulus r Iuris Consultus sapienter inquit, si de intelligentia legis quæratur, in primis inspiciendum est, quo iure ciuitas in huiusmodi casibus retro vsa fuerit, optima enim est legum interpres consuetudo. Ad idem est alia lex ſ dicens, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur, consuetudo, aut autoritas rerum perpetuo similiter iudicatarũ vim legis obtinere debet. Hæc ille. Et vltra, ergo in ambiguitate hac, de qua est nostra disputatio, consuetudo vim legis obtinere debet. Et confirmatur ratione, semper apud omnes mortales fuit constantissima opinio, leges rerum publicarũ, non alio potius, quam eorundem antiquissima praxi, & vsu cum ipsismet legibus ortos interpretandas esse, ipse legum vsus, & antiqua consuetudo viuendi sub eisdem legibus fuit semper optima legum interpres, & prudentissimi quique diffinierunt legum intelligentiam à solo vsu cum ipsis legibus nato petendum esse, sed apud omnes diutina consuetudine cum ipsamet regula orta receptum est præcepta de ieiunio regulæ minorum obligare omnes professos quantumcunque in minori statu cõstitutos, ergo illi ad ieiunia regularia verè obligantur. Præterea & hæc pars probatur, quando sunt variæ opiniones, illa opinio eligenda est, quæ consuetudine est recepta iuxta iura t & docet Nauarrus, vbi addit quod cõsuetudo legem diuinã, vel naturalẽ dubiam interpretari valet, & eius interpretatio est seruanda iuxta Panormitanum v ergo quanuis de proposita quæstione essent variæ opiniones, opinio nostra est eligenda, siquidem cõsuetudine est recepta.

Aduerte autem, quod ad hoc, vt consuetudo vim legis obtineat, requiritur, quod sit præscripta, vt dicitur in iure x & quidẽ tunc consuetudo vim legis habet, quando communi omnium iudicio peccatũ esset contra illam facere, talis autem est consuetudo, de qua pertractamus, est enim præscripta, & communi omnium fratrum iudicio peccatum esset contra illam facere.

Sed cõtra hanc viam incedentes dicũt, quod de huiusmodi cõsuetudine, antiquitate non constat, neque enim scimus hanc consuetudinem simul cum ipsa regula ortum habuisse, octo siquidem Romani Põtifices regulam B. Francisci declarauerunt quorum nullus meminit præfatæ assertionis, antiquorum etiam regulæ etiam prædicti interpretes, vt quatuor magistri, D. Bonauentura, & Hugo in suis super regulam declarationibus nihil tale asseruerunt, & quãuis argumentum ab autoritate negatiua nõ vrgeat, verum tamen hoc loco est nõ contemnendum. Cum enim regulæ interpretes tam anxie, tamque scrupulose regulam exponẽtes nihil, quod obligatoriũ erat, declarare prætermiserunt, profecto si existimassent eos adolescentes â ieiunijs Ecclesiasticis deobligatos ad regularia ieiunia teneri, non illud subticuissent, sed explicuissent potius. Et confirmatur, nam & antiquiores regulę interpretes, vt sunt quatuor magistri, & Hugo præfatæ assertioni aduersari videntur, cum inter necessitates à ieiunio excusantes ætatem recensent dicentes fratres â ieiunio excusari ratione ætatis, & obseruandum hos autores, qui quanuis scirent & adolescentes, & senes ratione ætatis a ieiunijs Ecclesiasticis excusari non dixerunt fratres excusari â ieiunijs regulæ ratione senectutis, seu maioris ætatis, sed dumtaxat scripserunt, ratione ætatis, vt sic comprehenderẽt, & grandiorem senum, & minorem adolescentum ætatẽ, si enim existimassent hos adolescẽtes non excusari ratione ætatis, dixissent profecto fratres excusari ratione senectutis, neque dixissent ratione ætatis, quare præfatæ assertioni hi autores suffragari videntur.

Præterea secundo, non quæcumque cõsuetudo obligatoriam legem cõstituit, solet enim vsu venire, quod homines pietatis gratia incipiãt diem festũ colere, vel ieiunium aliquod seruare, non quidem tanquã de precepto, sed ex animi pietate, & vt aiunt, ex deuotione. Vnde perpendendũ est, quomodo tale ieiunium fuerit seruatũ si enim ex libera deuotione, nũquam illud

vertis-

r l. ſ. de interpr. ff. de legibus.

ſl nam. imperator ff. de legib.

t c. cũ. dilectus de consuet. l. minime cum sua gl. ff. de legibus. Nau. in man. ca. 27. n. 186. v. Panor. in ca. 1. de iud. x c. vlt. d cõsuet. c. cum Eccles. de cauſ. poſſeſſ.

vertitur in præceptum, niſi poſtea religio crebeſcere incipiat illud ſerua, tanquam præceptum.

Quod ſi dicas hos adoleſcentes regularia ieiunia non tantum ex animi deuotione, ſed tanquã ex præcepto ſemper ſeruaſſe ad hoc non ſatis eſt quod conſuetudo vim legis habeat, ſed præterea requiritur, quod actus conſuetudinem inducentes eo animo fiant, vt facientes intendant ſe obligare & ius, ſiue legem facere, vt dicitur in iure *y* & notant gloſſæ communiter receptæ, hoc autem non conſtat in noſtro proposito, & præterea requiritur, quod cõſuetudo non ſit inducta per errorem, ſed ex certa ſcientia, vt dicitur in iure *z* & annotauerunt præfatæ gloſſæ, nam ignorantia, ſeu error excludit voluntarium, cauſatque inuoluntarium, at quomodo nobis poterit conſtare huiuſmodi conſuetudinem nõ per errorem, ſed ex certa ſcientia inductã eſſe? cum in dubio de nemine præſumendum ſit, quod aliquis ſub rearu mortali ſe aſtrinxerit, niſi illud expreſſe conſtet.

y l. 1. §. Iulianus. ff. de iter. actu q; priuat. gl. in c fruſtra. 8. d. gl. in c. vl. de conſuet.

z l quodnõ ratione, ff. de legib. c. cõſuet. 4. d.

His pro vtraque parte adductis neruoſis rationibus neceſſarium eſt, vt propoſitæ quæſtioni ſatisfaciamus. Vnde reſoluti ue dico prædictos adoleſcentes ad prædicta regulæ ieiunia teneri.

Pro ſolutione autẽ argumentorũ, quæ pro contraria parte adducuntur, meminiſſe oportet quoſcũque adoleſcẽtes in hac minori ætate conſtitutos poſſe expreſſe explicitum votum emittere de ieiunando quadrageſimam, & de ieiunãdo Aduẽtum ſingulis annis, prout in principio articuli quæſtionis, vt certum propoſuimus.

Secundo & id prænotandum eſt, quod hi adoleſcentes ſimpliciter ieiunare valent quanuis non ita commode, prout in ſuperioribus ſatis probatum eſt.

Quibus ſuppoſitis ad argumenta reſpõdetur, cum enim dicitur, aut tenẽtur ratione præcepti, vel ratione voti, vel ratione cõſuetudinis, dico, quod tenẽtur ratione præcepti cum adiuncta conſuetudinis interpretatione, & cum arguitur regulam exigere tẽpus manifeſtæ neceſsitatis, ſeu impotentiæ, quale eſt trinum iſtud ſeptẽniũ Reſpondeo Doctores propterea dixiſſe in his adoleſcẽtibus eſſe impotentiam ad ieiunium, quia nõ ita commode poſſunt ieiunare, niſi cum qualiquali detrimento, propter quod non oportuit ſub lege eccleſiaſtica ieiuniorum comprehẽdi, verũ ſimpliciter ieiunare valẽt, & cõſequenter ſuã ſpõte regulæ hoc præcipienti ſe ſubdere poſſunt. Et quanuis â regulari præcepto de ieiunio excipiatur neceſsitas ex labore aliquo proueniens, & quanuis in ætatis defectu ſit ſimilis, vel vrgentior ratio, tamen hæc cauſa non cenſetur excepta, quia ipſi ſua ſponte in hac ætate ſe huic regulæ ſum miſerunt, & conſuetudo interpretata eſt hoc præceptum mox poſt emiſſam profeſſionem, & hoc adoleſcẽtes obligare. Nec his defectus ætatis eſt moralis neceſsitas, propter quam â ieiunijs Eccleſiaſticis huiuſmodi adoleſcentes excuſantur, nã promittentes regulam iſtam, in qua etiam adoleſcentibus ieiunium præcipitur, ipſi ſua ſponte ſuo iure renuntiauerunt, & conſuetudo interpretata eſt ætatis defectum â regularibus ieiunijs non excuſare, quæ conſuetudo eſt antiqua valde, ſiquidẽ eſt præſcripta, eamque â maioribus noſtris accepimus, quam & docuerunt frater Bartholomæus de Piſis, Serena conſcientia, Speculũ & Cordubẽſis ſuperius citati, & ideo adoleſcentes ab initio ordinis ſemper ſeruauerunt hæc ieiunia, tanquã ex præcepto, nec ieiunabant, vt legem facerent, ſed vt legẽ iam cõditam ſeruarent, nec hæc conſuetudo eſt inducta per errorẽ, ſed ex certa ſciẽtia, ſic enim maiores noſtri â ſocijs B. Franciſci edocti ſunt, ipſique ſocij ab ipſo regulę autore didicerunt, quod ab ore in os vſque peruenit. Quando enim conſuetudo non eſt contra legem, ſed ſolum declaratiua legis (verbi gratia, quando in aliqua quęſtione ſunt pro vtraque parte concludentes iuris rationes, ęqualiter tũc conſuetudo vnam approbans dicitur eſſe declaratiua) ius certum videtur conſtituere ſecundum Panormitanum. *a* Et talis conſuetudo declaratiua non tam valebit ratione cõſuetudinis, quãm virtute legis ſic interpretatæ per conſuetudinem, prout tenet Soccinus *b* nec exigitur, quod hæc conſuetudo declaratiua ſit præſcripta, cum non aduerſetur legi, ſed illam declaret, & ideo ſufficit illam declarationem aliquo tempore fuiſſe obſeruatam, prout tenent Aretinus, *c* Soccinus, & Aymon quos ſequitur doctiſsimus Luſitanus Barboſa, & hæc cõſuetudo, de qua in præſentiarũ antiquiſsima eſt, vt probatum eſt. Vnde cum ita ab initio fuerit interpretata regula B. P. N. Franciſci

a Panor. in d. cum dilectus n. 7. de conſt.

b Socci. 148 n. 2. lib. 1.

c Aret. Cõſ. 11. n. 5. poſt mediũ Soc. 115. n. 8. li. 1. Aym. conſ. 201. nu. 12. Barboſ. in l. poſt dotem ff. ſolut. matrim. n. 48.

ciſci Romani Pontifices & antiquiores regulæ interpretes huius aſſertionis non meminerunt quia ſuo tempore hoc erat certũ nec de hoc fuerat dubitatũ, & cũ inter cætera excuſantia ætatem meminerunt, nomine ætatis non adoleſcentiam, quia de hoc nunquam fuerat dubitatum, ſed ſenectutem intelligi voluerunt.

d Onan. in 4. d. 16. propoſit. 53.

Adde tamen vnum notabile, quod notat Ouando *d* dicens ſe non credere quod frater minor cõmittat duplex peccatum frãgendo ieiuniũ in ſexta feria intra feſtũ omnium ſanctorum, & Natiuitatẽ, & intra quadrageſimã vſque ad reſurrectionẽ, quia non facit contra duo præcepta, nam poſtquam dixit prædicta regula P. N. Frãciſci ieiunent à feſto omnium SS. & recenſuit quadrageſimã ab Epiphania, & quadrageſimam vſque ad reſurrectionẽ, addidit, alijs autem tẽporibus nõ teneantur, niſi ſexta feria ieiunare, ly enim (*alijs*) referri debet ad anni tẽpora extra quadrageſimã obligãtia ex præcepto Eccleſiæ, & extra tẽpus intra feſtũ omniũ SS. & Natiuitatẽ, ideo neque frãgendo ſextã feriã quadrageſimæ, & infra feſtũ omniũ SS. vſque ad Natiuitatẽ facit cõtra duo præcepta, ſicut faceret in ſexta feria per annum, ſi eſſet in vigilia, aut quatuor temporũ, ſicut etiam in ſexta feria intra feſtum omnium SS. ſi concurreret cum vigilia S. Thomæ, & in feria ſexta quatuor temporum Aduentus, ſicut etiam faceret contra duo præcepta, ſi frangeret ſextam feriam concurrentem cum vigilia S. Matthiæ, caſu, quo hæc vigilia in quadrageſima eueniret, in his enim ferijs ſextis duobus præceptis obligatur, & ideo duo frangendo ſpecialia præcepta, duo peccata committeret, aut vnum duas deformitates habens neceſſario confitendas.

QVÆSTIO. CI.

De ieiunio quãtum ad abſtinẽtiam à carnibus, & alijs, in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Vtrum ſtatutum non edendi perpetuo carnem in ordine Carthuſienſi ſit rationabile.*

2 *Vtrum liceat regularibus abbreuiare vitã per nimiam abſtinentiam.*

3 *Vtrum religioſi teneantur abſtinere ab ouis & lacticinijs.*

ARTICVLVS I.

Vtrum ſtatutum non edendi perpetuo carnem in ordine Carthuſienſi ſit rationabile.

RESpõdeo dicendo, hanc quæſtionẽ ventilare doctiſsimũ, & pijſsimũ Ioãnẽ *a* Gerſon, & doctiſsimũ & non minus pium Patrem à Victoria. Pro cuius reſolutione ſit prima concluſio.

a Gerſ. t. p. tit. de abſtinentia Carthu. Victor. de temperan. n. 8.

Poteſt rationabiliter in ordine Carthuſienſiũ eſſe lex vel generale ſtatutũ, vt nullus frater illius ordinis comedat vnquã carnes, imo & ſi petat, quod ſibi nõ miniſtrẽtur. Et probatur primo, quia per trecentos annos, & amplius talis lex inter ipſos Carthuſienſes fuit promulgata, & ſeruata, inter quos tot hactenus floruerunt ſummæ religionis, & eximiæ diſcretionis viri in iure Ciuili, Canonico, & diuino nõ mediocriter inſtructi, & Eccleſia illã legẽ nõ toleraſſet, ſi digná dãnatione iudicaſſet. Nec ſanctiſsimi viri & Concilia generalia hanc religionẽ tale ſtatutũ habentẽ laudaſſet, quẽadmodum deuotus, & circunſpectiſsimus Bernardus ad fratres de monte Dei eiuſdẽ ordinis eos collaudaſſe reperitur, imo & abſtinentiam multam inuitaſſe oblectans fratres illos in horrendis frigoribus magnæ Carthuſiæ manentes refertur.

Secundo probatur, nam lex illa rationabilis cenſenda eſt, quæ religioni conuenit quæ diſciplinæ cõgruit, quæ ſaluti proficit, prout conſtat ex diffinitione legis tradita ab Iſidoro *b* ſed lex talis de non comedendo carnes eſt huiuſmodi ſecũdum enim hãc legem religioſi viri, & diſciplinati, & de ſua ſalute ſoliciti vixerunt in Carthuſia vſque ad ſenectam bonam plenam dierum, incolumes in anima, & corpore pluſquam in locis alijs plurimis, vbi conceditur eſus carnium ad ſaturitatem & conſtat eos imitatores eſſe antiquorum prophe-

b c. erit autẽ lex. 4. d.

phetarum & Eremitarum Eliæ, & Eliſei, ac Ioannis Baptiſtæ, aliorum quoque ſanctiſſimorũ Patrum per AEgyptũ olim degentiũ inter quos, prout refert Hieronymus in epiſtola vna ad Euſtochiũ nõ ſolũ carnes, ſed & coctum aliquid comediſſe luxuria erat, & faciunt quæ ex vetuſtiſsimis Gentilium hiſtorijs de ſobrietate, tradunt D. Hieronymus, *c* & Caniſius in ſuis collationibus, & proinde diſcretorum ciborũ prouiſionem refellit D. Bernardus. *d*.

c Hiero. in lib. cont. Iouin.

d Bern. homil. 30. ſuper canti.

Et dato quod vita hominis abbreuietur per hunc perpetuum carnium non eſum, abbreuiatio vitæ corporalis, aut ſanitatis debilitatio non tollunt rationabilitatẽ præfati ſtatuti, licet enim abbreuiare vitam in varijs occupationibus, ſtudijs, & artib⁹, quod ſi non liceret, ſequeretur, quod quilibet teneretur vacare ſtudio Medicinæ, aut Medicorum conſilijs, aut regiminibus cõtinuo, conſtat enim ex ignorantia medicinarum præſeruatiuarum ab infirmitate, & conſeruatiuarum ſanitatis, & ex omiſsione medicinalis regiminis in crebras ægritudines, & vitę abbreuiationem incurrimus, rurſus quilibet obligaretur deſiſtere ab operibus & actibus, ex quibus veniunt communiter debilitationes in corpore. Porro cui dubiũ eſſe poteſt, quin militaris exercitatio ſecũ plurima accumulet corporis incommoda, nunc in ipſo belli apparatu, nunc intentorijs aut Caſtris, aut ſub dio. Demum in ipſo conflictu hoſtili, quis enim poteſt negare in his abbreuiari vitã corporalem multipliciter? Et confirmatur exemplo mercatorum, de quibus ait Flaccus.

Impiger extremos curris mercator ad Indos.
Per mare pauperiẽ fugiẽs, per ſaxa, per ignes

Quis non videat, quod tam ipſi, quã innumerabiles huiuſmodi hæc, & ſimilia agendo, faciendoque vitã abbreuient? & varijs ægritudinibus atteruntur? Si igitur pro tẽporalibus adipiſcendis, conſeruandis, aut recuperandis, non ſolum infirmitatibus, ſed vitæ periculo, & morte licet hominibus ſe exponere vitam abbreuiãdo, prout in ſequenti articulo probabitur, quãto magis pro ſpiritualibus acquirendis, conſeruandis, aut recuperandis licebit ſimilia perpeti? Secundo probatur, nam licitum eſt vouere caſtitatem, & licitum eſt adepta diſpenſatione poſt hoc votum matrimoniũ contrahere, & carnaliter cognoſcere vxorem, & poteſt dari caſus neceſsitatis extremæ, quod ratione obſcæni illius humoris putreſcentis periclitabitur vita eius, qui vouit caſtitatem, ſi non matrimonium cõtrahat adepta dicta diſpenſatione, & ab opere carnali ſumat remedium. In quo caſu poteſt dictus vouens pro caſtitate conſeruanda licitè nollé velle vti tali diſpenſatione, ſi igitur mors pro caſtitatis virtute, vbi etiam ſine delicto pateret euadendi libertas, toleratur, ſas etiam erit pro aliarum virtutum adeptione, vel conſeruatione, vitam non ſolum abbreuiare, ſed etiam vltro prodigere, quod hic probãdũ aſſumimus.

Secunda concluſio, non obſtat rationabilitati præfati ſtatuti, quod dabilis ſit caſus in quo frater Carthuſienſis etiam profeſſus obligaretur veſci carnibus, & alius ſibi miniſtrare teneretur. Pro quo eſt memorandum quod in Carthuſia nullum expreſſum votum habetur de non edẽdo carnes ſed eſt duntaxat quædam ordinatio poſitiua, ne hoc quiſquam eorum præſumat attentare, quod ſi fecerit, ſubiacebit diſciplinæ ordinis, & certas pœnas illic expreſſas ſuſtinebit, & licet nullus caſus in dicta ordinatione ſit exceptus, caſus tamen extremæ neceſsitatis debet pro expreſſo reputari, leges enim omnes tam Eccleſiaſticæ, quam diuinæ quanuis ferantur vniuerſaliter, exceptiones tamen patiuntur, prout apud Philoſophum nobis traditum reperitur, quas exceptiones impoſsibile erat, ſtatim ipſis apponi propter numeroſam, & infinitam particularium circunſtantiarum emergentium varietatem, & exceptio extremæ neceſsitatis â lege diuina, & naturali trahitur, adeo quod ſi conſtitutio ſupradicta, quod in nullo caſu etiam cuiuſcunque neceſsitatis extremę liceret comedere carnes ſub peccato mortali, ait Gerſon, quod ipſe neſciret talem conſtitutionem ab iniquitate defendere, nẽque congruum fuit talem apponere exceptionẽ, nã omnes graues morbi eſſent occaſio ſoluendæ abſtinentiæ, cum hominis ſenſus proni ſint ad malum, & paruula fratribus rimula licentiæ aperta occaſione ſumpta ex ipſa deteriores fierent, præſertim cum medici de induſtria augeant opinionẽ, & timorem mortis in ægritudinibus, & licẽtia ab eis data paſsim, in infirmarijs Carthuſienſium veſcerentur carnibus, prout optime aduertit Victoria. *e*

e Victor. de tẽperan. n. 8 iuxta finem

Tertia concluſio, ratione ſcandali vitandi

tandi poteſt, imo tenetur Carthuſiẽſis etiã in extrema neceſsitate carnes non manducare, pro euitando enim ſcandalo non ſolum mala valetudo, ſed etiam ipſa mors ſubeunda nonnũquam eſt, ait enim Apoſtolus, ſi ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. Sit ſecundum hoc aliquis póſitus in vltima neceſsitate famis coram idolatris, nunquid non ſubibit aliquis talis potius mortem famelicus, quam comedat in ſcandalum ſuæ fidei apud Idolatras, aut apud fratres Chriſtianos, cum ex hoc eſu pati ſcandalũ certiſsime formidetur? imo dico, quod ſi neceſsitas extrema procedit ex fame, vel ex graui ægritudine debet Carthuſienſis propter ſcandalum vitandum à carnibus abſtinere. Si verbi gratia, aliquis Carthuſienſis vir probatus in vltima ægritudine conſtitutus à qua liberabitur, ſi carnibus veſcatur, ſi vero ſimile ſit, quod cũ comeſtione ſua alij fratres, vel præſentes, vel abſentes ad quos fama volauerit, ſcandalizabuntur debet abſtinere à tali comeſtione, tum quia inſolitã, tum quia non ſufficienter inſtructi de caſu neceſsitatis vehementer tentabuntur ad exemplum illius aſſumere ſibi carnes, in cibum etiam præter extremam neceſsitatem, formidare enim debet ne rigor ordinis paulatim laxatus tandem funditus euaneſcat ita, vt remedij locus ad carnes non manducandum minime habeatur. Quæ ratio confirmatur, quia nimirum ſemel lapſa religio, vt experti ſcripſerunt, nunquam, aut vix reparari poteſt. Et poſſunt quemlibet ſuper hoc certum reddere aliena facta multarum religionum, quæ ab initio ſummæ diſciplinæ fuerunt, ſed per licentias, & laxationes primitus modicas deinceps maiores in hanc tantam effrænationem corruerunt, vt nihil plus abſtineant à ſæcularibus nulla in ſilentio in ieiunijs, eſu carnium & alijs diſciplinis diuerſitas inuenitur, in tantum quidem vt apud multos ſtupor ſit, ſi cum profeſsionis ſuæ & voti integritate, & ſtatus ſalutis tales viuere arbitrentur. Vnde probatus vir pro modicis vitæ ſuę diebus non debet pati totum corpus myſticum ſuæ religionis in cęteris ſanioribus membris detrimentum ali quod propter eius exemplum accepturũ, quomodo enim dabit totum vitæ florem pro fratribus, qui tanta cupiditate particulam ægram, & marcidam cum eorum nocumento retinere conatur, non eſt ad extremum fidus miles, & ſtrenuus ille, qui plagas ſuas ſtatim refoueri, aut ſanari quærit cum totius ſui exercitus de ordinatione periculo, vel ſtrage. Puto certe quod glorioſus ille confeſſor Martinus, non fecit in hac re ſcrupulum, ipſe enim ſuadentes corpus in vltimo agone conſtitutum ſtramentis mollioribus conſoueri magna grauitate cõpeſcuit inquiens, ſinite, ſinite fratres, ego ſi aliud exẽplum vobis relinquo, peccaui & iuxta hunc modum dicendi debent intelligi, quæ Victoria, *f* & Henriquez circa hanc difficultatem decernunt.

f Victor. in tract. de tẽper. c. 2. 10. Henri. li. 9. c. 22. §. 3. in fi.

ARTICVLVS II.

Vtrum liceat regularibus abbreuiare vitam per nimiam abſtinentiam.

REſpondeo dicendo, quod non licet ex intentione abbreuiare vitã per abſtinentiam, hoc enim eſt cõtra dilectionem ſui, hæc eſt ſententia Auguſtini de moribus Eccleſiæ, & habetur apud D. Thomam *a* dicentem, regulam temperãtiæ eſſe neceſsitatem præſentis vitæ. Verũ eſt tamen, quod non tenetur quis protelare vitam per alimenta, quantum poteſt, non enim tenetur vti cibis optimis, & deliciatiſsimis, & pretioſiſsimis etiã ſi illis ſint ſaluberrimi, & ſi contrarium teneremus, eſſet damnare omnia ieiunia Eccleſiaſtica, & monaſtica. Exquibus infertur primo, quod ſi quis vtatur alimentis, quibus homines communiter vtuntur, & in quãtitate, quæ ſolet ſufficere ad validitatem conſeruandam dato quod ex hoc abbreuietur vita, etiam notabiliter, & hoc clare percipiatur, non peccat, quia non tenetur quis prolongare vitam mutando alium ſalubriorem locum, ergo neque mutando cibum. Secundo ſequitur, quod non tenetur quis vti medicinis ad prolongandam vitam, etiã vbi eſſet probabile periculum mortis, non excuſatur tamen per hoc à peccato mortali, qui ſingulari inedia, vel cibo ita nociuo, vteretur vel ſcienter, vel propria opinione contra bonorum, & ſapientium ſententiã, vt breui abrumpatur vita, niſi forte faceret peculiari conſilio, & reuelatione diuina, ita Victoria. *b*

a Thom. 2. 2. q. 141. art. 6.

b Vict. vbi ſup.

ART.

ARTICVLVS III.

Vtrum religiosi teneantur abstinere ab ouis & lacticinijs.

REspondeo dicendo, quod circa hoc inueni quoddam viuę vocis oraculũ authenticum in monasterio conceptionis ciuitatis Legionensis prouinciæ huius S. Iacobi, cuius tenor sequitur.

Franciscus miseratione diuina tituli S. Crucis S. Romanæ ecclesiæ presbyter Cardinalis vniuersis, & singulis fratribus ordinis minorũ regularis obseruantiæ, ac monialibus S. Clarę, cõceptionis. & tertij ordinis, in regno Hispaniæ cõsistentibus S. & fidẽ indubiam præsentibus adhibere, notũ facimus, qualiter sanctissimus in Christo Pater & Dñs noster Dñs Clemens diuina prouidẽtia Papa VII. ad nostrã supplicationem quinta decima die Julij declarauit, quod futuris tẽporibus si contingat per nouas indulgẽtias veteres reuocari, id nullatenus intelligatur de indulgẽtijs, & gratijs prædictis fratribus, & monialibus concessit, ita quod bullæ, quas prædicti fratres, & moniales, ac sorores tertij ordinis obtinuerũt semper in suo robore permaneãt, & omnibus gratijs, & remissionibus, quæ in dictis bullis cõtinẽtur, frui, vti, ac potiri, gaudereq; libere, & licite possint, & valeãt, etiã de vtendo ouis, & lacticinijs in diebus ieiuniorum non obstãtibus literis Apostolicis emanatis, seu emanãdis, in quorũ omniũ, ac singulorũ fidem, & testimonium præsentes literas manu nostra subscriptas, nostroque maiori sigillo munitas dari iussimus, datum Romæ in ædibus nostris regionis Campi Martij die trigesima mensis Julij anno Domini millesimo quingentesimo, trigesimo tertio.

Circa quam Bullam est notandum primo, quod illud, quod concedit de indulgẽtijs iam in Bulla Cruciatæ omnibus mendicantibus est concessum, cum in ea non suspendantur autoritate Apostolica id præcipiente gratiæ, & indulgentiæ cõcessæ superioribus mendicantium quo ad eorum fratres tantum. Verum est tamen, quod dubium erat, vtrum hoc ad moniales ordinũ mendicantium, & conceptionis, & tertiarias extenderetur, prout in explicatione Cruciatæ diximus, at per hoc viuæ vocis oraculum nulla circa hoc est ratio dubitãdi, cum dicta gratia non solum fratribus, sed etiã dictis sororibus, & monialibus in eo expresse cõcedatur, nisi dicamus quod in suspẽsione generali Cruciatæ hoc indultum quo ad dictas moniales suspenditur, quod ego affirmare minimè auderem.

Secundo est notandum circa concessionem edẽdi oua, & lacticinia, quod per hoc priuilegium possunt prælati ordinis minorum per communicationem cuiusdam priuilegij Eugenij IIII. concessi fratribus S. Hieronymi, *cõcedere licentiã fratribus vtendi ouis, & lacticinijs iuxta formam dictæ concessionis. Cõcessit enim Eugenius IIII. quod Prior monasterij dicti ordinis, seu vicarius eius in absentia possit dare licentiã de cõsilio medici, vel sine eius cõsilio si commode nõ possit haberi, vt fratres religiosi, & familiares monasterij præsentes, & futuri, infirmi, seu debiles possint comedere carnes, vel oua, seu alia sanis interdicta in quadragesima, & alijs ieiunijs ecclesiasticis sine licẽtia Diœcesani, vel quod nõ teneãtur ieiunare in prædictis temporibus etiam sine consilio medici, & quod eandem licentiã possit concedere prædictis priori, & vicario eorum confessor.* Ita habe-

tur

a Compen. Mendic. tit. ieiuniũ. §. 7

tur in Compendio *a* Mendicantium. Qua Eugenij IIII. conceſsione poſſunt vti modo prælati ordinum Mendicãtium, etiam ſi ipſi, neque eorum fratres habeant Bullã Cruciatæ, non tamen quoad familiares ipſorum poſſunt ea frui, cũ per Bullam Cruciatæ ſit quoad eos ſuſpenſa, vt patet ex verbis ipſius Bullæ dicentis non ſuſpendere gratias, & indulgentias conceſſas ſuperioribus ſupradictis quoad eorum fratres innuens ſuſpendere priuilegia, & gratias dictis fratribus conceſſas.

Aduertendum inſuper, quod prælati ſuperiores regulares poſſunt diſpenſare in ieiunijs eccleſiaſticis cum ſuis ſubditis, ſicut poſſunt Epiſcopi diſpenſare cum diœceſanis ſuis cauſa ad id legitima interueniente, & hoc iure ordinario, & cõmuni iuxta ea,

b Supr. 1. tomo. q. 22.

quæ in primo Tomo, *b* & in ſuperioribus latè diximus. Quo iure poſſunt vti dicti prælati regulares cum ſuis ſubditis, nec ipſum in Bulla ſuſpenditur cum ius commune in ea minime ſuſpendatur.

QVÆSTIO CII.

De infirmis fratribus in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vtrum indulgentiæ fratribus cõceſſæ ſint etiam infirmis cõmunicatæ.*

2 *Vtrum fratres poſsint medicari infirmos.*

ARTICVLVS I.

Vtrum indulgentiæ fratribus conceſſæ ſint etiam infirmis communicatæ,

RESPONDEO dicẽdo, receptiſsimam eſſe ſententiam quod omnia, quæ iubet fieri conceſsio indulgẽtiæ debẽt impleri vt poſsit lucrari, adeo quod etiã ſi infirmitate, aut alio legitimo impedimẽto ſit aliquis detentus ita, vt non poſsit ea adimplere, minime dictam indulgentiam lucrabitur, niſi ſua ſanctitas cum infirmis, & legitimè impeditis diſpenſare auctoritate Apoſtolica dignetur, non enim in beneficijs Principis vt voluntatis, & ſic conditionatis, & modificatis voluntas reputatur profacto, voluntas enim coram Deo pro facto reputatur quoad eſſentiale præmiũ, ſecus quoad accidentalia præmia, ſeu beneficia, & ita infirmi, & legitimè impediti non potentes adimplere ea quæ in conceſsione indulgentiæ præcipiuntur, minimè eam lucrari valent, quia quoad hoc indulgentia ſtricti eſt iuris, & non valet vltra quam ſonat, adeo hoc eſt verum quod ſecundum Florentinum, *a* & Paludanum non ſufficit

a Florẽ. in 1. p. Sum. tit. 10. c. 3. §. 4. Palud. in. 4. d. 20. q. 4. a. 3 Cord. li 5. qq. q. 23. cõdit. 2.

Et ideo Martinus Quintus, Eugenius Quartus, Nicolaus Quintus, Calixtus Tertius, Pius Secundus, ac Sixtus Quartus, *Conceſſerunt omnibus fratribus Minoribus de obſeruantia indulgentiam plenariam in articulo mortis. Et Eugenius ſolus addidit, quod ſi occurreret caſus, quod nõ poſsint confiteri etiam tũc cõſequantur prædictam indulgentiã, ſi ſint in ſtatu gratiæ.* Ita habetur in Monumẽtis *b* ordinum. Et Innocentius VIII. prout in eodem libro *c* continetur & in Supplemento conceſsit, *Quod fratres infirmi in ſuis infirmarijs, & cellis, & etiam lectulis (quãdo commode aliter dicere non poſsunt) valeant promereri indulgentias ſtationum, & alias nobis conceſſas in noſtris Eccleſijs dicendo quinquies Pater noſter, & Aue Maria, pro intentione, & propoſito illius indulgentiæ.*

b In. 2. imp. fol. 71. concel. 185. & in 1. imp. fo. 62 & in. 2. fol. 64. cõc. 77. c in. 1. impr. fol. 65 & in 2. fol. 69. cõ cel. 162. & in Supp. fo. 10. concel. 390.

Et Leo X. prout habetur in Supplemento, *d* conceſsit, *Quod fratres infirmi, ac ſenes in decrepita ætate conſtituti poſſint lucrari indulgentias conceſsas dicentibus coronas Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Matris ſuæ dicendo vnum Pſalmum, vel Hymnum Beatæ Virginis aut Domini noſtri, quia tales non ſemper poſsunt dicere tot.*

d Suppl. fo. 69. concel. 181.

Et Eugenius IIII. conceſsit, quod omnes, & ſinguli monachi S. Benedicti profeſsi, cõuerſi, & nouitij cũ fuerint debiles, infirmi, aut occupati obtineãt perpetuis tẽporibus quaſcũque indulgentias â Sanctitate ſua, & alijs Summis Pontificibus Romanis exiſtẽtibus in diuerſis officijs, & infeſto Corporis Chriſti per eiuſque octauas, necnon in proceſsione, ac veneratione eiuſmodi quomodolibet conceſſas, ac ſi præſentes illo tunc ibidẽ eſſent, & cætera alia in veneration em eiuſdem Dominici Corporis peregiſſent. Ita habetur in Compendio e Mendicantium.

e Compen. Mendic. tit. indulgen. non plenaria quo ad fratres. §. 13.

Et Pius Secundus, conceſsit Pontificatus ſui anno ſecundo ſeptimo Kalẽdas Iunij, vt omnes fratres ordinis D. Hieronymi pro tempore exiſtentes infirmi, & ſenes gratijs, & cõceſsionibus priuilegijs, & indultis gaudere poſsint, & gaudeant, ac ſi illa per Sedem Apoſtolicam, aut per cõceſſores gratiarum, & indulgentiarum impoſita ſunt opera, adimpleret, vt genuflectere, Eccleſiam perſonaliter viſitare, & alia ſimilia, quanuis hæc non faciant, dũ tamẽ aliquod aliud piũ, & æquiualens opus faciant de gratia ſpeciali conceſsit, & indulſit.

Et Innocentius VIII anno Domini 1489. P. S. anno tertio die vigeſima Iunij Apoſtolica autoritate decreuit, ac voluit, quod priores, & fratres, etiã nouitij, & oblati præſentes, & futuri ordinis prædicti, dum infirmi fuerint, etiã ſi aliquod altare non viſitauerint, dum modo aliquas orationes per eorum ſuperiores imponẽdas dicãt ijs diebus, quibus indulgentiæ aliquæ cõceduntur, eas, & remiſsiones conſequantur, ac ſi altaria viſitaſſent, aut opera pia alias impoſita fuiſſent. Ita refertur in Compendio f Ordinis Diui Hieronymi fuiſſe conceſſum.

f Compen ord. D. Hieron. tit. infirmi. §. 6. & 7

ARTICVLVS II.

Vtrum fratres poſsint medicari infirmos.

REſpõdeo dicẽdo, ꝙ nullus clericus, vel monachus, ſubdiaconus, diaconus, vel ſacerdos vllã chirurgiæ artem exerceat, quę aduſtionẽ, vel inciſionẽ induca t, prout dicitur in iure, *a* quod etiã poſt alios notat Syluester. *b* Et ideo, *Eugenius Quartꝰ Pontificatus ſui anno duodecimo tertio Idus Iulij* conceſsit, & indulſit, *& quatenus opus eſt cũ fratribus monaſterij Beatæ Mariæ de Guadalupe in ſacris nõ exiſtentibus diſpenſauit, vt doctiante eorum introitum in monaſteriũ in medicina, ſeu chirurgiæ facultatibus facta profeſsione eaſdem facultates ſtudere, & practicare poſsint & in quibuſuis paſsionibus, profratribus, & infirmis Hoſpitalium, ad arbitrium tamẽ ſui ſuperioris, ac de illius licẽtia, & mãdato prædictam facultatẽ exercere.*

a c. ſententiam ſanguinis ne clerici. vel monachi.
b Sylue. v. medicus. n. 8.

Et Nicolaus V. Pontificatus ſui anno quinto, quarto nonas Auguſti præ dictam conceſsionem *Eugenij Quarti* ampliauit, & extẽdit ad hoc, quod *conuerſi dicti monaſterij docti, & experti his artibus ex doctrina, vel exercitio, tam ante ingreſsum religionis, quam etiam poſt, ad quorũ curationẽ ex deuotione, & charitate vocantur de licẽtia*

ipſius

ipſius prioris alijs quibuscunque perſonis conſilia, & medicamenta iuxta infirmitates, & paſſiones earum adhibere, practicare, & exercere quoties, & vbicũque expediens fuerit valeant non obſtrantibus contrarijs quibuſcunque

c Comp. D. Hieron. tit. medicari. §. 1. & 2.

Ita refertur in Cõpẽdio c D. Hieronymi.

Et Gregorius XIII. conceſſit, quod omnes religioſi Societatis, qui medicinæ periti fuerint, poſſint mederi quibuſcũque perſonis infirmis, ſiue Societatis ſint, ſiue extranei, & ſeculares abſque vllo conſciẽtiæ ſcrupulo, aut aliquarum ſententiarum, & cenſurarum Eccleſiaſticarũ, vel aliarum pœnarum incurſu, quando tamen medici ſæculares cõmode haberi nõ poſſunt, dummodo id faciant de ſuorum ſuperiorum licentia & citra aduſtionem, & inciſionẽ per ſe ipſos faciendam. Ita refertur in Compendio d Societatis, quam facultatem habet ibi Collector, quod cõcedere poſſunt omnes ſuperiores, & aduerte, quod hæc extenditur ad ordinatos ſacris ordinibus.

d Compen. Societat. V. medicus.

QVAESTIO CIII.

De impetratione reſcriptorum à regularibus in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Quomodo ſit intelligẽdũ reſcriptum vt exequatur negotium de cõſilio & conſenſu aliquorum.*

2 *Vtrum religioſi ſine licentia ſuperioris poſſint impetrare reſcriptum.*

3 *Vtrum ſubditus ſine licentia prælati impetrans aliquod à Sede Apoſtolica reſcriptũ maneat abſolutus à cẽſuris etiam ſi non valeat ipſum reſcriptum*

ARTICVLVS I.

Remittit Nuntius Apoſtolicus cuidã Prouinciali, vt quoddam ſuæ prouinciæ negotium exequatur de conſilio & conſenſu definitorum & ex cauſa graui det licentiam.

CIrca quem caſum primo quæritur, Vtrum dictus prouincialis poſsit hoc efficere toties quoties neceſsitas occurrerit, prius vna tantum vice petito conſilio & conſenſu definitorum ſimul congregatorum?

Secundo quæritur, non ſufficiente conſilio & conſenſu ſemel dato quo modo prouincialis ſe habere poterit in præfato negotio peragendo, ita vt formam reſcripti Apoſtolici ad vnguem ſeruet?

Ad primum reſpondeo, non ſufficere conſilium & cõſenſum definitorum ſemel tantum præſtitum, vt pater prouincialis poſsit prædictum peragere negotium toties quoties ſibi neceſſarium viſum fuerit quia in præfato reſcripto non ſolum conſenſus ſed etiam conſilium definitorum requiritur. Conſilium autem eſt quædam cõcluſio facta per diſcurſum rationis circa res agendas, aut vitandas, imo ſumitur etiã pro ipſo diſcurſu, & ſic dicitur, a quod eſt inquiſitio eorum tantum quæ ſunt ad finem operabilium non minimorũ neque indifferentium, imo ſumitur etiam pro re & actione, ad quam faciendam, aut fugiendam conſilium inducit.

a 1. 2. q. 4.

Ex qua doctrina colligitur, quod in conſilio præſtando debet neceſſario adeſſe diſcurſus, & deliberatio ſecundum circunſtantias negotij peragendi, vt ſecundum præfatas circunſtantias particulares diſcurſus fieri queat, & iudicium vltimum reſolutiuè præferatur & cum caſus ſint ſingulares & particulares vnuſquiſque habeat circunſtantias non ſufficit, quod à definitoribus in ſimul cõgregatis ſemel cõſilium & conſenſus proferatur, ſiquidem in reſcripto præcipitur, vt prius deliberent, conueniat nec ne, qua deliberatione præmiſſa conſilium & conſenſus ab ipſis præſtetur, & in vnoquoq; caſu diuerſæ cõcurrant circunſtantiæ reſpectu quarũ diuer-

ſa iudicia dari poſsint & media diuerſa aſſignare. Quod confirmatur ex verbis dicti reſcripti, ibi, & ex cauſa graui. In vno enim caſu poteſt grauis cauſa adeſſe quæ vrgeat definitores ad conſilium & conſenſum dã dum quæ in alio ad ipſum negãdũ eõpellat.

Ad ſecundum dubium reſpondetur, quod ſecundum verba præfati reſcripti, nõ poteſt dictus pater prouincialis dare licentiam quæ in reſcripto ſibi committitur ſine eo quod prius conſilium & conſenſus â partibus definitoribus detur. Nam vt ait Panormitanus *b* ſi mandatur ex forma mandati voluit requiri conſilium non tenet actus niſi requiratur, vt ex iure *c* patet. Adeo hoc eſt verum, vt etiam ſi dictus pater prouincialis alias habeat autoritatem ordinariam ad prædictam licentiam cõcedẽ dam, data ſibi facultate à Papa, vel à Nuntio eius, vt eam concedere poſsit dummodo procedat in ea danda cum conſilio definitorum & conſenſu procedendo abſque ipſo poterit puniri etiam ſi quod fecerit valeat ſiquidem iure ordinario ad id efficiendum habet actoritatem argumento eorum quæ in quadam Decretali *d* notantur.

b c. ex parte de conſtit. c c. cum veteri de election.

Nec ſufficit quod præfatus prouincialis petat conſilium & conſenſum definitorum poſt datam licentiam, in caſibus enim in quibus petendum eſt conſilium non ſufficit illud petere poſt actum, prout notat Panormitanus *e* & argumento cuiuſdam Decretalis comprobatur. Dubium igitur eſt, quid faciet pater prouincialis in hoc caſu, Vtrum, ſcilicet, per literas poſsit â definitoribus conſilium & conſenſum poſtulare. Referens ſigillatim in præfatis literis caſum cum omnibus circunſtantijs, vt videant ſi eſt cauſa grauis ad licentiam concedendam, & videtur pars affirmatiua amplectenda, in dicto enim reſcripto non dicitur, vt procedat cum conſilio definitorum in ſimul congregatorum, ſed tantum dicitur, vt procedat cum conſilio definitorum cui modificationi ſufficienter videtur ſatisfieri literas mittendo definitoribus prædictum conſilium ab ipſis petendo proponendo caſum cum omnibus circunſtantijs.

d c. dilectus el. 2. de præbend.

e Panor. in d. c. cũ vere ri. c. licet. de regulari.

Nec contra hoc obſtat, quod ad conſilium præſtandum debet præcedere deliberatio & diſcurſus & circunſtantiarum particularium inquiſitio, vt diſcurratur conueniat necne prædictam licentiam concedi. Quæ deliberatio qui diſcurſus & inquiſitio commode fieri nequeunt niſi â ſimul in vnum congregatis definitoribus, vt coniunctim conferant an id expediat nec ne ſicut in negotijs grauibus fieri quotidie ſolet. Reſpondetur enim non præcipi in dicto reſcripto, quod pater prouincialis prædictam licentiam concedat cum tractatu & conſilio definitorum, in quo tractatu requiritur ſimultanea conferentia, vt dicitur in iure, *f* & tradit Panormitanus. Et ita ſic ſacri Canones determinantes, vt res Eccleſiæ non alienentur ſine tractatu non determinant, vt non alienentur ſine conſilio, in quo clare innuunt, quod in tractatu adeſſe debet conferentia communitatis in vnum congregatæ, ſine quo res Eccleſiæ minime poſſunt alienari. Cum igitur in præfato reſcripto prouinciali cõcedatur, vt poſsit dare licentiam cum conſilio & conſenſu definitorum, nulla facta mentione de tractatu videtur ſatisfacere prouincialem formæ præfati reſcripti prædictum conſilium & aſſenſum à definitoribus per literas petendo, ſicut in ſimilitenet poſt Baldum Rebuffus. *g*

f c. nulli de reb. eccleſi. non alienã Authẽ. hoc jus defacr. ſanct. eccle. Panor. in c. 1. debis quæ fiunt á prælat. & in ea. apoſtolica. & in ca. nulli de reb. Eccleſ. non alien.

g Rebuf. in tract. de alienã rer. eccl. num. 91.

Et ſi replicatur, quod conſilium includit tractatum, vnde dicendo, quod poſsit dare licentiam cum conſilio definitorum, in virtute dicit, quod debet eam dare præfato tractatu propoſito quod niſi â ſimul in vnum congregatis definitoribus fieri nequit, Reſpondeo tractatum conſilium includere, at e conuerſo conſilium tractatũ minime præſupponere, ſi enim conſilium tractatum includeret, res Eccleſiaſticas ſine conſilio alienari non poſſe iura Canonica prohiberent, quæ conſiderantia tractatum aliquid aliud ſupra conſilium addere, tractatum ad huiuſmodi alienationem requirunt. Pro cuius rei maiori explicatione eſt attendenda differentia quæ verſatur inter tractatum & conſilium. Tractatus enim eſt quædam deliberatio, quæ per diſcurſum rationis fit ab aliquibus in ſimul congregatis. Conſilium autem eſt quidam diſcurſus per diſcurſum rationis factum, quod poteſt ſumi ab vno, vel à pluribus, & non eſt neceſſarium, quod ſimul congregentur in vnum, ſed ſufficit, quod vnicuiq; cõſultorum proponatur negotiũ conſultationi ſubiectũ cũ omnibus ſuis circunſtantijs. Quod clare colligitur ex traditis à Panormitano *h* innuẽtiquodab abſenſib' poteſt conſiliũ peti, in his verbis.

h Panor. in c. eum vere ri. n. 13. de election.

Pri-

Primo casu aut est præsens ille qui debet præstare cõsilium, ita quod potest cogi, &c. quibus verbis expresse præsupponit Panormitanus posse peti ab absente cõsiliũ quod expressius constat ex alijs eiusdem Abbatis verbis: ait enim. *Si autem is cuius assensus requiritur nõ est præsens ita quod cogi non potest, &c.* Ex quibus concluditur quod cum in prædicto rescripto requiratur, vt detur dicta licentia cum cõsilio & assensu diffinitorum ipsum consiliũ & assensum posse à Prouinciali per literas missas ad definitores peti;

ARTICVLVS II.

Vtrum religiosi sine licentia superiorum possint impetrare rescriptum.

RESpondeo dicendo, quod nullus religiosus ordinũ Mendicantium, & eorũ, qui cõmunicãt in priuilegijs priuilegium aliquod contra communia ipsius religionis statuta postulare audeat, aut obtentum retinere, prout concessit Vrbanus IIII. Præmõstratensibus, si quæ vero impetrabuntur huiusmodi à Sede Apostolica, vel eius Legatis sub quacunque forma, vel expresione verborum irrita sunt, & inania, vt concesit Clemens VII. Abbati, & conuentui Cistertij Cabilon. diœcesis, & hoc idem latius habetur per literas Leonis X. pro Eremitis S. Augustini, iuxta quas, si quę priuilegia à religiosis Mendicantibus fuerint impetrata contra regulam, aut constitutiones, aut mores religionis nullius momenti, ac pro infestis habenda sunt, etiam si à Sede Apostolica sint concessa, nisi eisdem Leonis literis de verbo ad verbum consentiente religione sit derogatum; ita habetur in priuilegijs dicti a ordinis. Et refertur in Compendio b Societatis Vnde nullus frater potest obtinere aliquã exemptionem, nisi cum licentia suorum prælatorum, prout late dictum est supra in quæstione de exemptione quoad obedientiam.

a fol. 74. pagin. 1.

b Compen. Societa. tit. priuilegia. §. 3.

Et Sixtus Quartus, anno Domini milleſimo quadringẽteſimo octogeſimo octauo, Pontificatus ſui anno decimo Kalendis Martij ad perpetuã rei memoriam vniuerſis & ſingulis ordinis D. Hieronymi fratribus præſentibus & futuris diſtricte præcipiẽdo inhibuit ne ſub excommunicationis latæ ſententia pœna prætextu quarumcunque licentiarum, quę à ſe vel à Sede Apoſtolica emanarũt, & in poſterum emanabunt pro quibuſuis perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, & quacũque Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, vel maiori Eccleſiaſtica, vel regali, aut alia mundana dignitate præfulgeant abſque expreſſa licentia pro tempore exiſtentis generalis, prioris ordinis de ipſo ordine recedere & ad inſiſtendum obſequijs quorumcunque prælatorum & perſonarum quarumlibet quouis quæſito colore ſe transferre audeant, & præfatis quibuſcunque qui habent, & pro tempore habebunt tales literas, ne aliquem ex dictis fratribus Diui Hieronymi, vt abſque huiuſmodi licentia ad eos accedat & eorum obſequijs inſiſtat requirere, vel ſolicitare, recipere, & retinere præſumãt ſub interdicto Eccleſiæ per Epiſcopum, & ſuperiores, & excommunicationis latæ ſententiæ pœna per alios inferiores ipſo facto incurrenda non obſtantibus contrarijs quibuſcunque. Ita refertur indultum in Compendio priuilegiorum D. Hieronymi. In quo etiam refertur

Quod Iulius II. anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo, Pontificatus ſui anno decimo die vigeſima ſeptima Martij motu proprio, & ſua mera liberalitate autoritate apoſtolica decreuit & declarauit, ac voluit, quod fratres, aut cõ-

uersi, aut aliæ personæ ordinis prætextu quarũcunq; facultatum, & licentiarum concessarum, & concedendarum, & expeditionem contra Sarracenos absque licentia superiorum suorũ petita, & obtenta proficisci non possunt, & si forsan proficiscantur per eosdem superiores ad eorum monasteria absque incursu aliquarum censurarũ in literis facultatum, seu literarũ prædictarum forsan contentarũ reuocare possint similẽ concessionem, á Benedicto Decimotertio, Pontificatus sui anno decimo sexto idibus Ianuarij, & à Leone Decimo, anno Domini millesimo quingentesimo quinto decimo Pontificatus sui anno tertio die vigesima Aprilis fuisse concessam dicto ordini D. Hieronymi, refert autor dicti Compendij.

Et aduertendum, quod licet non extarent huiusmodi priuilegia adhuc rescripta surreptitia censerentur cum absorbens ius alterius ab omnibus iudicibus debeat refutari, vt dicitur in iure d quia parte inaudita nihil facere possumus, vt etiam dicitur in iure, e

a l. quoties. C. de precibus imper. offeren.

e c. 2. de causa posse. & proprie.

ARTICVLVS. III.

Vtrum subditus sine licentia Prælatorum impetrãs aliquod à Sede Apostolica rescriptum maneat absolutus à censuris, etiam si non valeat ipsũ rescriptum.

REspondeo dicẽdo, pro explicatione tituli quæstionis notãdũ est, quod in rescriptis solet apponi á Papa sequẽs clausula. *Volentes te fauore prosequi gratioso á quibus uis excommunicationis, suspẽsionis, & interdicti, aliisq; ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel abhomine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium duntaxat consequẽdũ harũ serie absoluẽtes, & absolutũ fore censentes Apostolica autoritate, tenore præsentium.*

Hæc est communis clausula in rescriptis solita apponi, ratione cuius impetrans aliquid à Sede Apostolica, etiam si mille excommunicationibus vinctus sit, tamen ad effectum gratiæ, quæ illi conceditur, consequendum, censebitur absolutus, quia verba Papæ, aut Legati, aut Pœnitentiarij absoluentis sunt generalia, & vniuersalia comprehendentia omnes censuras, caue tamen, quod illud fallit in excõmunicatione Capituli quia *quorundã a de Iudæis*, prohibentis delationem armorum, & aliorum necessariorum Sarracenis ad impugnandos Christianos, & in aliquibus alijs, si in eis per annum insorduerint per regulam mirabilem Cancellariæ de insordescentibus, cuius tenorem refert Nauarrus, b quam dicit c non esse in regulis Innocentij Octaui. Sed est in Regulis Pauli Tertij, sub hac verborum forma concepta.

a cap. quia quorũdam. de Iudæis.

Nau. in d. c. quia quorũdá not. 11. in glo. vlt. n. 15 c. Naua. vbi glo. donatis

Item ne personis, pro quibus literæ suæ Sanctitatis emanabunt ob generalem absolutionẽ à censuris Ecclesiasticis, quibus ligatæ forent ad earundem effectum indifferenter concedi, & in literis Apostolicis apponi solitam, præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis statuit, & ordinauit huiusmodi absolutionem & clausulam in literis, quas in futurum cum illa concedi continget non suffragari non parentibus rei iudicatæ incendiarijs, violatoribus Ecclesiarum, falsificatoribus, & falsificatorijs procurantibus literas, & supplicationes Apostolicas, & illis vtentibus receptoribus, & fautoribus eorũ, ac res

veritas

vetitas ad infideles deferẽtibus, violatoribus eccleſiaſticæ libertatis, via facti auſu temerario Sedis Apoſtolicæ mãdatis non obtẽperãtibus, & miniſtros, vel executores Apoſtolicæ Sedis, & eius officialium eis commiſſa exequẽtes impedientibus, qui propter præmiſſa, vel aliquid eorum excommunicati â iure, vel ab homine per quatuor mẽſes ſcienter excommunicationis ſententiam huiuſmodi ſuſtinuerint, & generaliter quibuſcũque alijs, quam, vt præfertur, quomodolibet ligati in illis per annum continuũ inſorduerint. Hactenus tenor.

Et ſic intelligitur clauſula ſolita aliquando à cápſoribus impetrantibus poni inter clauſulas derogatorias poſt principalẽ petitionẽ ſupplicationis Papæ porrectæ, ſcilicet, *Non obſtante regula de inſordentibus*, ſignificat enim quod petitur â Papa, vt impetrãs habeatur abſolutus quoad effectũ illius gatiæ conſequendum non obſtante prædicta regula, ſcilicet, licet per annum manſerit in aliqua excommunicatione, vel per quatuor menſes in certis caſibus in ea expreſſis, nihilominus ſit abſolutus.

Et debent aduertere, quod ſi iſta clauſula abſoluendi ad effectum gratiæ conſequendum in literis Legatorum apponatur non abſolui omnes à cenſuris, qui abſoluerentur per eandem literis Papæ inſertam, quia Legati iure communi non poſſunt abſoluere ab omnibus excommunicationibus Papæ reſeruatis, & omnes nonhabẽt priuilegium id faciendi, cui cõſequens multos impetrantes à Legatis Sedis Apoſtolicæ inutiliter impetrare, qui ſi impetraſſent à Romano Pontifice, vtiliter feciſſent, aliud tamen exiſtimat Nauarrus *d* dicendo de Pœnitentiario, quam de Legatis, quoniam ille ab omnibus poteſt abſoluere, vt ſignificat D. Antoninus. *e*

Item circa prædictam clauſulam eſt ſummopere notandum illud verbum. *Sciens*, ne ſub ea comprehendatur is, qui ignoranter ſaltem probabiliter inſordeſcit argumento cuiuſdam Canonis, *f* & arbitratur Nauarrus, *g* aliquam ignorantiam eſſe, quæ ab incurrenda excommunicatione non excuſaret, quæ tamen efficere poſſet, ne diceretur ſciens, manere in excommunicatione. Ex his infero intellectum ad concilium Tridentinum ibi. *Si obdurato animo cenſuris annexus in illis per annum inſorduerit* etiam contra eum etiam de hæreſi ſuſpectum procedi poteſt, Concilium enim iuxta ſuperius annotata intelligendum eſt de eo, qui ſcienter, non autem de eo qui ignoranter inſorduerit, quod ſatis innuunt prædicta verba ibi, *Sed ſi obdurato animo*, & ibi. *Inſorduerit*, inſordere enim nihil aliud ſignificat, quam Eccleſiã aperire aures, vt ipſa à fidelibus audiatur, & obediatur fideles autẽ contradicere nolẽdo audire, ne bene agãt. *h*

Ex his, quæ late circa hanc cotidianam clauſulam dicta ſunt, ſatis aperte colligitur regulares impetrantes literas Apoſtolicas ſine ſuorum ſuperiorum beneplacito, & licentia, licet in ipſis abſoluantur à prædictis cenſuris, non tamen ab eis, nec ab aliquibus virtute dictæ clauſulæ remanere abſolutos, cum ipſis ad effectum conſequendi illud, quod petitur, hoc ipſum concedatur, & ipſi nihil ex dictis literis conſequantur, cum prædictæ literæ, & reſcripta ſint irrita, & nulla, ex quibus nullus effectus poteſt generari,

h Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 3. an fide.

QVÆSTIO CIIII.

De impreſsione librorum in quatuor articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *Vtrum libri regularium poſsint imprimi ſine licentia ordinarij.*

2 *Vtrum regulares poſsint habere priuilegium Conſilij regalis quo prohibetur ne alius eorum librum imprimat, aut vendat ſub pœnis in dicto priuilegio contentis.*

3 *Quomodo fratres minores obſeruantiæ poſsint ſuos libros imprimere*

d Naua. vbi ſup. n. 19.

e Anton. 3. p. ti. 24. c. 30

f c. Apoſtolicæ de cleri. excom. miſt.

g Naua. vbi ſup.

ſine ſuæ regulæ tranſgreſſione.

4 *Vtrum ſyndicus apoſtolicus poſſit in iudicio petere pœnam in priuilegio contra imprimentes, aut vendentes dictos libros.*

ARTICVLVS I.

Vtrum libri regularium poſſint imprimi ſine licentia Ordinarij.

RESpondeo dicendo, quod Clemens VII. quia in Concilio Lateranenſi prohibitum fuit, ne imprimantur aliquæ ſcripturæ, niſi prius per loci ordinarium & inquiſitorem viſi, & approbati fuerint, concelsit fratribus *Minoribus* regularis obſeruantiæ licentiam imprimi faciendi ſpectantia ad eorum ordinem ſine dicta ordinarij, & Inquiſitorum reuiſione. Ita refertur in Cõpendio *a* Mendicantium.

a Compẽd. Mend titu. imprimire libros.

Pro cuius breui explicatione nota, quod in Concilio *b* Lateranenſi ſuperius allegato & Leo Decimus, in quadam conſtitutione ſua, quæ habetur in Bulario *c* ſuarum conſtitutionum ſtatutum eſt in hunc modum. Statuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus nullus librum aliquem, ſeu aliam quamcunq; ſcripturam imprimere, ſeu imprimi facere præſumat, niſi in vrbe prius per Vicarium noſtrum, & ſacri Palatij Magiſtrum, in alijs vero ciuitatibus per Epiſcopum, vel alium habentem peritiam ſcientiæ libri ab eodem Epiſcõpo ad id deputandum, ac Inquiſitore hæreticæ prauitatis diligenter examinetur, &c. Qui autem ſecus præſumpſerit, vltra librorum impreſſorum amiſſionem, & illorum publicam combuſtionem centum ducatorum fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum ſolutionem, ac anni continui exercitij impreſſionis ſuſpenſionem excommunicationiſque ſententia innodatus exiſtat. Circa quam determinationem aduertit Caietanus *d* quod neque hæ, neque reliquæ cenſuræ poſitæ in Concilio *Lateranenſi* poſtremo obligant, quia non ſunt receptæ, quod etiam annotauit Nauarrus *e* quanuis, vt ipſe ait, pars huius vnitatis ſeruatur, in Hiſpania, & Concilium Tridentinum *f* decreuit ſub his pœnis dicti Concilij Lateranenſis, quod nemo imprimat, vel imprimi faciat libros de rebus ſacris abſque nomine autoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud ſe retinere, niſi primum examinati, approbatique fuerint ab ordinario ſub pœna anathematis, & pecuniæ in Canone Concilij nouiſsimi Lateranenſis appoſita, & ſi regulares fuerint, vltra examinationem, & approbationem huiuſmodi licentiam quoque â ſuis ſuperioribus impetrare teneantur recognitis per eos libris iuxta formam ſuarum conſtitutionum: qui autem ſcripto eos cõmunicãt, vel euulgant, niſi ante examinati, probati que fuerint, ijſdem pœnis ſubijciant, quibus impreſſores, quod ait Nauarrus, neſcimus, an ſit receptum, qui ait, videmus libros impreſſos ſine illius obſeruationis ſolemnitate inſignium virorum Dominici Soto, Ambroſij Catherini, qui eidem Concilio interfuerunt, quanquam nunc in recentibus editionibus cernimus empreſſos cum dicta ſolennitate: In Regno tamen Caſtellæ Lege regia vſu recepta requiritur, & ſufficit licentia Conſilij, Regalis ſupremi, cuius autoritate examinatur prius ab aliquo viro in id deſignato quod in Gallijs ſeruari audio cum magno reipublicæ fructu. In vrbe autem Vicarius, aut eius vicem gerens remittit videndum Magiſtro ſacri Palatij, quo decernente poſſe imprimi typographus imprimit præfixa in principio libri ſola clauſula de licentia ſuperioris, aut æquipollenti. Hæc Nauarrus.

b Later. ſeſ. 10.

c Conſt. 10. inter ſolicitudines.

d Caieta. v. excõmunicatio in fine.

e Nau. c. 27. n. 110. & 148

f Trid. ſeſ. 4 de vſu, & editio. libr. ſac.

In Regnis autem Portugaliæ video ſeruari diffinitorem Concilij Lateranenſis, non enim in eo poteſt typis mandari aliquis liber, niſi prius ab Ordinario, & ab hæriticæ Prauitatis Inquiſitoribus licentia conſequatur. Circa verba autem Concilij Tridentini ſuperius allegati ibi, Qui autem ſcripto eos communicant, vel euulgant niſi ante examinati, probatique fuerint, ijſdem pœnis ſubijciant, quibus impreſſores.

Notandum, quod ſacra congregatio Cardinalium ſupra Concilium declarauit ibi etiam comprehendi lectiones, annotationes, diſputationes, conciones, & alia ſimilia, necnon tractatus pertinentes tum ad deuotionem, tum ad quietationem

hem cõſcientiarum ſtimulatarum fratrũ & cætera huiuſmodi, quæ ſibi inuicem cõmunicant fratres, etiam ſi concionatores approbati fuerint ab ordinario: verum quia ex huiuſmodi declaratione varia fuit exorta inter religioſos conturbatio, ideo eadem & congregatio declarauit ſupradicta eſſe intelligenda tantum, quando dantur, vt typis mandarentur, & addit Capuccinus, g ſic haberi autenticum Romæ in Archiuo fratrum Capuccinorum. Ex quibus colligitur, quod modo conceſsio Clementis. VII ſupra adducta ceſſat, cum iuxta determinationem Concilij Tridentini ad imprimenda etiam ea, quæ pertinent ad ordinem, licentia ab ordinarijs petatur.

g Capucc. in addit. ad cõpen mendi. tit. imprimere libros in fine.

ARTICVLVS II.

Vtrum regulares poſsint habere priuilegiũ Cõſilij regalis, quo prohibeatur, ne alius eorum librum imprimat, aut vendat ſub pœnis in dicto priuilegio contentis.

REſpondeo dicendo, quod in his Hiſpaniarũ partibus ſolet regalis Maieſtas ad ſupplicationem religioſorum ipſis concedere licentiam, vt libros, quos compoſuerunt imprimi faciant, & quod nemo alius ſine ipſorum licentia ſub certis pœnis imprimere eos, aut vendere valeat, prout plenius in dicta licẽtia, & priuilegio continetur. Quo ſuppoſito dubitatur modo, quomodo dictum priuilegium ſit explicandum, ita vt non ſit contra paupertatem ab ipſo promiſſam ſecundum quam nihil ſibi acquirere poteſt, prout in Iure a Canonico continetur, & latius in tertio tomo Deo duce in quæſtione de paupertate dicemus. Ad quod breuiter reſpondetur, quod regalis Maieſtas non facit religioſum capacem iuris in priuilegio contenti, cum etiam Summus Pontifex in voto paupertatis ſtante monachatu minime poſsit diſpenſare, eſt igitur dictum priuilegium ſecundum ius commune interpretandum ita, vt ius per ipſum religioſo quæſitum ſtatim monaſterio quæratur, ſi tale monaſterium bonorum in communi ſit capax, ſi enim nõ eſt capax, vt nõ ſunt capacia omnia monaſteria noſtræ Sacræ religionis Minorum de obſeruantia, maius dubium eſt, quomodo huius religionis fratribus ius dicti priuilegij quæratur ita, vt virtute eius poſsint agere in iudicio. Nam certum eſt ſecundum eorum regulam, & declarationem Nicolai. III. & Clementis. V. quod priuilegia pro temporalibus bonis ad litigandum, vel habendum aliquod ius nullo modo fratres Minores habere poſſunt, cum pro voto paupertatis Euangelicę in communi, & in particulari ſint ipſi, & eorum monaſteria incapacia cuiuſcumque iuris, vel actionis pro quibuſcumque tẽporalibus, prout reſoluit Corduba b ſuper regulam P. N. Franciſci & hoc expreſſe dicunt communiter Doctores, vt patet ex expoſitione Sanctorum Patrum, & Serena Conſcientia c ſecundum Aluarum ait, quod nulla maior proprietas eſt fratribus Minoribus quam talia priuilegia, ac temporalia habere. Nã ſicut Papa non poteſt diſpenſare cum fratre, vt habeat proprium manente religioſo, ita non poteſt diſpenſare, vt habeamus ſimile priuilegium, aut ius priuilegij quod eſt ius priuatum, quia ex vi profeſsionis minorũ ipſi ſunt incapaces in particulari, & in cõmuni omnis iuris, cuiformaliter repugnat habere quodcũque ius, prout etiam diffinit Concilium d Tridentinum, & tolerabilius eſſet, vt ait Corduba e diſpenſare cum fratribus Minoribus vt capiant vel pecunias tangant, quam vt habeant priuilegium ad habendum aliquod ius temporale. Quo modo igitur defendemus quod fratres Minores ſecundum puritatẽ ſuæ regulæ hæc priuilegia poſsint procurare & conceſſa retinere? Ad quod reſpondetur quod nomine Papæ ſyndicus Apoſtolicus ad requiſitionem fratrum poteſt ius priuilegij allegare & defendere & agere in iudicio, nam inter cæteros actus quos autoritate Apoſtolica ſyndicus exercet vnus eſt pro recipiendo nomine Papæ & Eccleſiæ Romanæ & pro iudicialiter petendo omnes elemoſinas etiam pecuniarias in teſtamento relictas ſeu legatas modo licito & cõgruo ipſis fratribus, & pro experiendo in iudicio ſeu extra in omnibus cauſis & litigijs & actionibus quibuſcumque quæ explicantur & continentur in Buiis Apoſtocis de ſyndico agentibus, de quo in tertio tomo pro quibus omnibus poſſunt fratres Minores licite vti ſyndico ceſſante ſcã

a c. cum ad monaſteriũ de ſtatu mo nac.

b Cordub. ſup. reg. c. 6 q. 1. vbi expoſitores.

c Sere. conſ q. 14.

d Trid. ſeſ. 25. de regula. cap 3.

e Cordub. vbi ſupra q. 8.

dalo & omni alia circunstantia mala prout insequentibus latius explicabitur. Ex quibus concluditur, quod priuilegium concessum religioso minori obseruantiæ ad impressionem alicuius libri, non acquiritur ipsi ordini cum ipsa sit incapax cuiuscumque iuris temporalis, acquiritur tamẽ sedi Apostolicæ cuius nomine eius syndicus tali priuilegio vti & frui potest modo ipsis fratribus conuenienti.

ARTICVLVS. III.

Quomodo fratres Minores obseruantiæ possint suos libros imprimere sine suæ regulæ transgressione.

a reg. F. c. 5.

RESpondeo dicendo, quod regula *a* B. P. N. Francisci in hunc modum se habet, ait enim fratres illi quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuote ita quod excluso ocio animæ inimico sanctæ orationis, & deuotionis spiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deseruire, de mercede vero laboris pro se, & suis fratribus corporis necessaria recipiant præter denarios, vel pecunias, & humiliter, sicut decet seruos Dei, & paupertatis sanctissimæ sectatores.

Ex qua regula tria ante oculos semper habenda colliguntur. Primum, quod religiosus nũquã sit otiosus, Secundum, quod exercitium corporale non impediat spirituale. Tertium, quod exercitium corporale fiat deuote, & non causa auaritiæ, non enim ad religionem venitur, vt otiose in ea viuatur, sed vt in laboritio corporali, quod pertinet ad honestatem, religiosi occupentur, prout ex Sacra Scriptura, & ex exemplis Apostolorum hoc comendant Sancti Patres, & commendant Augustinus, *b* & D. Hieronymus, non vt ex tali labore aliqua merces auarè procuretur, alienum est enim hoc à religioso statu, videant religiosi, quid dicat Vlpianus *c* Iurisconsultus Gentilis: determinans enim, quod omnes professores etiam artium liberalium possunt pro suo labore in ipsis artibus docendis stipendium petere excipit philosophos, qui Gentilitatis erant religiosi, dicens, an & philosophi professorum numero sint & non putem, non quia non religiosa res est, sed quia hoc primũ profiteri eos oportet mercenariam se operam spernere. Vnde sanctissime est ordinatum, in prouincia D. Iacobi regularis oseruantiæ fratrum Minorum, ne fratres operas aliquas ad vendendum sub priuatione actuum legitimorum faciant, videamus modo, vtrum fratribus Minoribus sit licitum componere libros, & eos imprimere? & videtur quod sic, cum hoc laboritium non solum pertineat ad honestatem, sed ex eo non solũ religio, sed etiam tota militans Ecclesia illustratur, quod minime est negãdum, cum opus istud sit sanctum, & bonum, & factum sit à Patribus nostræ religionis antiquis, qui sunt innumerabiles & famosi, vt fuit Nicolaus de Lyra, Alexander de Ales D. Bonauentura, & Scotus, ex quibus antiquiores ad numerum satis amplũ reducit quidam curiosus autor & postea alij suorum Patrum vestigia imitantes varia volumina in lucem ediderunt; non est etiam dubium fratres Minores, prout dictum est in superiori articulo posse à regia Maiestate priuilegium obtinere, vt nemo alius illa volumina imprimere, aut vendere valeat, dũmodo syndicus Apostolicus ius priuilegij inse recipiat, nomine Sedis Apostolicæ, secundum instituta religionis de illo disponat, verba enim priuilegij cõcedentis religioso minori, vt nemo alius possit dicta volumina vendere, aut imprimere sine sua licẽtia sanomodo secundum regulam sunt explicanda, & intelligenda, non enim vult consilium regale, vt religiosi sint suarum regularum transgressores concedendo indifferenter omnibus priuilegia similia eundem tenorem continentia, nec à consilio regali potest peti, vt tenor priuilegij varietur pro varietate constitutionum regularum. Verum est tamen, quod prælati regulares deberent statuere vt talia priuilegia alio modo peterentur, scilicet vt religiosi ordinum, quæ sunt capacia bonorum in communi non petant priuilegia nomine proprio, sed ipsa priuilegia petantur nomine conuentuum, quibus ius prædictorum priuilegiorum pertinet. In ordine autem minorum regularis obseruantiæ debet ordinari, vt ipsa priuilegia ex parte syndici Apostolici postulentur, supplicatione autem coram consilio regali hoc modo proposita dicta priuilegia

b August. de operib. monacho, Hieronym. relatus in. ca. nũquam dist. 5.

c leg. 1. §. an Philosophi. ff. de varijs, & extra. cogn.

gia non fratribus in particulari, sed conuentibus, aut syndicis concedentur, & omnia iuridice fient, quod summe debent notare prælati regulares in his, video enim communiter errari, & magis debent notare hoc prælati regulares ordinis Minorũ regularis obseruantiæ, qui prout in quadã Clementina e ipsis & suis fratribus commẽdatur, vt in verbis etiam sint cauti, ne de vitio proprietatis notentur.

e Clemen. exiuit de daradiso de ver. sign. in fine.

Non est autem licitum fratribus Minoribus petere pecunias mutuatas ad impressionem librorum suorum faciendas, prout determinat Nicolaus Tertius, *f* ait enim, Dicimus in primis quod fratres ipsi à mutuis contrahendis abstineant, cum eis mutuum contrahere ipsorum statu considerato non liceat, possunt tamen ipsi pro satisfactione facienda pro eorum necessitatibus, quæ pro tempore occurrerint, citra cuiuslibet obligationis vinculum dicere, quod per eleemosynas, & alios amicos fratrum solutionem huiusmodi faciendam intendant fideliter laborare. Hæc Nicolaus Tertius, & hoc modo possunt dicere ipsi fratres personis pro impressionibus pecunias offerẽtibus, quod ipsi citra cuiuslibet obligationis vinculũ, satisfactionem, secundum eorum regulam procurabunt.

f capi. exit, qui seminat §. cæterũ de verb. sign.

Neque etiam est licitum Fratribus Minoribus hos denarios ad impressionem procurare, vt libri impressi vendantur, & lucratiua exercitatione in ipsorum venditione exerceantur, sicut si essent mercatores diuites, & sæculares negotiatores, quod non tantum religioni Minorum in altissima paupertate fundata, sed etiam ab omnibus alijs religionibus maxime est alienum, neque etiam est licitum ipsis fratribus Minoribus, neque alijs cuiuscumque religionis professis hos libros impressos sibi appropriare, cum hoc sit contra votum paupertatis, de quo in tertio tomo latè dicetur, ipsi enim libri, si fuerint ab aliquo fratre Minore regularis obseruantiæ compositi, & eius nomine impressi, videtur, quod statim ipso iure transeunt in dominium Sedis Apostolicæ, & per eius syndicum in vtilitatem fratrum possunt, & debent alienari.

Sed contra faciunt aliqua argumenta, scilicet, quod dicti libri non possunt vendi, & alienari authoritate syndici, ita vt in ipsis exerceatur lucratiua negotiatio. Nam Nicolaus *g* Tertius, loquitur in rebus ad vsum fratrum destinatis, aut eleemosynaliter oblatis, quorum dominium in fauorem fratrum & religionis Minorum voluit Sedi Apostolicæ applicari, vt ita fratrum necessitatibus sine suæ regulæ transgressione satisfieret, & non est credendum, quod Summus Pontifex voluerit dominium istorum librorum in Sedem Apostolicam trãsferre, cum fratres ijs minime vtantur, neque ipsi dentur in eleemosynam, sed ad lucrandum imprimantur, & ad negotiationem in lucem proferantur, non enim Summus Pontifex vult simile reseruare dominium, & esse depositator nostrarum lucratiuarum mercationum, contra nostræ regulæ arctissimam paupertatem, quam summopere intendit obseruari. Secundo facit in contrarium, quod determinat Clemens V. *h* in expositione regulæ Minorum dicens, licet vero non solum sit licitum, sed & multum conueniens rationi, quod fratres minores, qui in laboribus spiritualibus orationis, & studij sedule occupantur, hortos, & areas habeant cõpetentes ad recollectionem, vel recreationem sui, & interdum ad se ipsos, post labores huiusmodi corporaliter ducendos: necnon ad habenda necessaria hortalitia pro se ipsis, habere tamen hortos aliquos, vt colantur, ac olera, & alia hortalitia pretio distrahantur, necnon & vineas repugnat suæ regulæ, & ordinis puritati. Hæc Clemens Quintus. Si autem hæc prohibentur à fratribus vendi, *licet* sint suorum laborum pretia, etiam secundum ipsam regulam, à fortiori prohibentur libros vendere, & impressionibus lucratiuis, vt puri mercatores implicari, nec obstat dicere, quod venduntur per syndicum nomine Papæ, simili enim modo possemus concedere posse vendi dicta hortalitia per syndicum nomine Papæ, quod nullus hactenus concesit, syndicus enim non pro his vendendis constituitur. Vbi negotiatio lucratiua inuenitur, sed pro distrahendis, & alienandis illa, quibus fratres vtuntur pertinentia ad Papam, vel ad Ecclesiam Romanam, & illa, quæ liberaliter fratribus donantur, offeruntur, aut legantur, vt ipsorum precium in fratrum necessitatibus, non autem vt ven-

g d. c. exit, qui seminat. §. quia vero dominium.

h Clemen. exiuit d paradiso §. licet. vero de ver. sign.

vendant, & alienent ea, quæ lucratiuis negotiationibus acquiruntur, ad diſtrahendum enim hæc *Papa* non conſtituit ſyndicum, prout dictum eſt, & per conſequens in hoc caſu diſtrahendo, & alienando, & pretium recipiendo fratres pecuniam per interpoſitam perſonam recipere cenſentur contra ſuam regulam, & ſtatum. Tertio, & principaliter contra dictam partem arguitur, omnes enim Minorum regulæ expoſitores, vt principium certiſsimum in eius materia conſtituunt, quod Fratres *Minores* non poſſunt ſuſtentari, niſi de ijs, quæ liberaliter ſuppeditantur, aut ipſi oſtiatim mendicant, licet enim ex laboribus manuum ſuarum poſsint ſuſtentari, ſtipendium tamen ipſorum laboruin debet ipſis per viam eleemoſynæ, & liberaliter
i Regul.c.5 elargiri, vt ex prædicta Regula *i* clare omnes colligunt, ait enim quod de merce de laboris poſſunt neceſſaria recipere, & huc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei, & paupertatis ſanctiſsimæ ſectatores, at denarij, & pecuniæ, quæ ex venditione impreſſorum librorum acquiruntur, neque via donationis liberalis, neque via eleemoſynæ ipſis fratribus ſuppeditantur, cum ſit pretium rerum venditarum, non autoritate Apoſtolica, ſed propria, & per conſequens nullo modo poſſunt ijs pecunijs ſuſtentari, ſi enim ex ijs poſſent ſibi alimenta parare, nulla inter eos, & familiam mercatorum libros imprimentium & vendentium quo ad ſuſtentationem eſſe differentiam, neque ipſi ſibi nomen profitentium altiſsimam, & Euangelicam paupertatem poſſent iure optimo vendicare.

Quarto contra prædictam librorum negotiationem arguitur ex ſcandalo, quod ex contractatione pecuniæ, & ex litigijs cum impreſſoribus, & agaſonibus, & librorum mercatoribus oriuntur, quæ omnia quam aliena ſint ab inſtituto Minorum, ſatis proclamant *Pontificum* Decreta, & declarationes regulæ, quæ ab Apoſtolica Sede legimus emanata, licet enim nomine ſyndici dicti libri alienẽtur (quod diffitemur) & pro alijs commutentur ſæculares ab ipſis fratribus eos emiſſe prædicant, & proh dolor à fratribus carius, quam à ſæcularibus mercatoribus vendi proclamant, & ita firmiter teneo non poſſe dictos fratres Minores ſecundum ſuæ regulæ puritatem, & Pontificum Decreta, & declarationes in impreſsione ſuorum librorum autoritate ſyndici Apoſtolici his lucratiuis negotiationibus implicari. Nec contra obſtant aliquæ rationes, quę contra hanc partem ab aliquibus adducuntur.

Prima ratio eſt, maximam eſſe differentiam inter venditionem hortalitiorum, & librorum impreſsionem, & venditionem, cultiuatio enim olerum, & hortalitiorum, & eorum venditio bono Eccleſiæ Dei communi non prodeſt, ſicut prodeſt impreſsio, & venditio librorum, his enim impreſsis Eccleſia *Dei* illuſtratur, & â telis venenoſis hæreticorum protegitur, ſalus animarum conſequitur, quæ omnia principaliter à fratribus intenduntur, minus autem principaliter intenditur, & ideo nimirum ſi cultiuatio olerum & eorum venditio fratribus prohibeatur, librorum autem impreſsio, & venditio illis permittatur. Huic tamen obiectioni facillimo negotio reſpondetur, non enim diffiteor ex impreſsione librorum Eccleſiam Dei, & religionem illuſtrari, at hæc impreſsio per modos licitos fieri debet, ſi enim per modos fiat illicitos ita, vt religioſi propter ipſam fiant mercatores & negotiatores contra ſuũ inſtitutum non illuſtratur Eccleſia, neque religio, imo eorum nitor, & decor deturbatur, mutatur enim religionis color optimus, obſcuratur aurum, & facti ſunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum vendentes, & opus alienum ab Apoſtolica diſciplina exercentes & dicti libri poſſunt imprimi, & in lucem edi ad viuificationem animarum modo licito, & ſtatui religioſo, & Eccleſiaſtico maxime accommodo.

Nec obſtat dicere, quod lucrum ex ipſis libris conſequutum in ædificationem, & reſtaurationem *Monaſteriorum* conuertitur, & ſic in cultum diuinum ordinatur, nam reſpondetur cum Clemente V. k in ſimili caſu dicente, quanuis etiam paramenta, & vaſa Eccleſiæ ad honorem diui
k Clemen. exiuit d paradiſo de verb. ſign. ni nominis ordinentur, propter quam omnia fecit ipſe Deus, tamen qui abſcondito rum eſt cognitor ad animam ſibi miniſtrantium reſpicit principaliter non ad manum, neque per illas ſibi vult ſeruiri, quæ ſuorum ſeruitorum ſtatui repugnant. *Vnde reſolutiue* dico impreſsiones librorum à reli-

à religiosis, præsertim Minoribus minime fieri posse ita, vt ipsi religiosi ex his lucrum consequi procurent, & hac de causa in conuentu Sancti Francisci Salmanticensi cum consilio Patrum Doctissimorum ipsius conuentus præclara scripta Patris Fratris Philippi prædicatoris Apostolici, & de nostra religione propter eius sanctitatem satis benemeriti nunquam fuerunt impressa à fratribus, & in lucem edita, ante quam à Sede Apostolica indultum adhoc faciendum impetraretur & de facto fuit à Syxto Quinto Pontifice Maximo indultum obtentum, & adeo, quæ ego volumina edidi, & edo, imprimenda, & vendenda à fratribus ipsius conuentus, cuius ego sum indignus filius, à nostro Sanctissimo Papa Clemente Octauo obtenta est licentia, cuius supplicationem ego met ipse scripsi, & in Sedem Apostolicam mittendam tradidi, sed cum in alijs prouincijs simile non habeatur priuilegium, & priuilegijs habitis adhæc potest introduci aliqua non minima relaxatio, propter quod aliquibus patribus potest videri tale priuilegium minime esse vtendum, ponam in præsentiarum, quomodo fratres Minores secundum puritatẽ suæ regulæ se debeant habere, vt ita libri in lucem ad gloriã Dei edantur, & status noster nullam iniuriam patiatur. Pro quo sit prima conclusio. Secluso omni priuilegio certum est apud omnes, quod si fratres Minores ex librorum impressionibus, nihil aliud quam habere libros ad vsum prædictorum fratrum prætenditur licite possunt procurare pecuniam ad emendum papyrum, & alios in impressionibus sumptus faciendos, prout expresse determinat Nicolaus III. *l*

Ic. exit, qui seminat §. quia vero libros de verbo. sig. li. 6.

Secunda conclusio, possunt dare fratres Minores librum compositum alicui personæ sæculari, vt ipse faciat ipsum suis expensis typis mandari cum conditione, vt det conuentui aliquos libros ad necessitates pręsentes, & eminentes ipsorum fratrum subleuandas, & sic ad huiusmodi effectum aliquos denarios dare syndico promiserit nihil contra regulam ipsi fratres molientur, dummodo nec ab ipsis fratribus, nec ab aliquo nomine ipsorum fratrum id in iudicio petatur. At Aluarus *m* in omnibus scrupulosus affirmat hanc conditionem à proprietatis labe minime esse alienam, ait enim, quod ipsi fratres possũt recipere precium laboris pro suis necessitatibus, dummodo non recipiant denarium vel pecuniam, hi autem libri appellatione pecuniæ veniunt, nam prout habetur in quadam tabula capituli Generalis nostræ Sacræ religionis nomine pecuniæ intelligitur omnis res, quæ procuratur, & recipitur, non vt fratres vtantur ea immediate, sed eo animo vt commutetur in alias, vendatur, & distrahatur, & ita tenent omnes regulæ expositores, prout tradit Doctissimus Corduba *n* in prædictæ regulæ expositione. Sed respondetur quod ipsi fratres non recipiunt prædictos libros, vt precium laboris ad distrahendum, & vendendum, sed ipse syndicus nomine Papæ, sicut in se recipit hæreditates, & legata ad distrahendum pro necessitatibus præsentibus, & imminentibus fratrum.

n Cordub. c. 4. q. 3. pũcto. 1.

Neque obstat, quod ipsæ hæreditates, & legata liberaliter offeruntur, & ideo nimirum si possit ipse syndicus ea ad vendendum, & distrahendũ recipere: at si libri non liberaliter, sed ex conuentione acquiruntur. Nam respondetur, quod sicut potest acceptare hæreditates, & legata, & post quam ab eo acceptantur, transeunt in dominium Ecclesiæ Romanę, & ab eo possũt in iudicio peti dummodo alias non interueniat scandalum, neq; ipsi fratres in iudicio personaliter assistant, & dummodo ipsi nõ videantur esse principales autores, & omnis alia circunstantia vitians caueatur: ita etiam ipsi libri ab ipso fratre compositi, cum in se sint magni valoris, & ab eo liberaliter secundum suum statum religioni suæ offerantur statim transeunt in dominium Papæ, & à syndico acceptati, possunt vendi conuentione facta cum impressoribus ab ipso syndico, qui potest petere in iudicio, vt dicta conuentio adimpleatur, dummodo omnis circũstãtia vitiãs caueatur, & possunt ipsi fratres notificare ipsi syndico, si opus fuerit, vt id in iudicio petat, sicut petit precium legatorũ, & hæreditatum, quę in dominium Papę trãsierunt. Et sicut ipse syndicus autoritate Apostolica potest vendere libros, & alia mobilia ipsorum fratrum præmissa licentia superiorum, dummodo talis pecunia, & pretium recipiantur ab eo, & in rem licitam expendãtur, prout expresse diffinitur à Clemente V. o ego non video, cur libri cõpositi à fratribus, quibus tam ordo, quã fratres vtuntur,

o Clem. exiuit de paradiso §. quia vero libros

m Aluar. li. 2. sup. reg. c. 67.

tur, quia expedit, vēdi, & imprimi ad ædificationē populi, & animarum, nō possint à dicto syndico vendi, & in rem licitam ipsorum pretium expendi, dummodo negotiatio, & lucrum, quod mercatores ex impressionibus quærunt, omnino euitetur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum syndicus Apostolicus possint in iudicio petere pœnam in priuilegio contra imprimentes, aut vendentes dictos libros.

REspondeo dicēdo quod circa hūc articulum duo veniunt determinanda. Primum est, vtrum syndicus Apostoli cus in hoc casu possit agere de dāno euitādo. Alterum est, vtrū possit agere de lucro captando, quantū ad primū, quod est prouidere, ne aliquod dānū ex prohibita, & furtiua impressione sequatur, potest sine dubio prohibere syndicus, ne impressiones furtiuæ fiant contra eius licentiam, hoc enim nihil aliud est, nisi procurare, quod bona Ecclesiastica, Ecclesiæ Romanæ destinata pro vsu fratrum conuētus, ad quem pertinet impressio librorū, aliquod dānū patiatur, & hoc est eius officiū, & administratio. Ad secundū pertinet acquirere pœnā in priuilegio regali appositā procurando, quod libri impressi tibi adiudicentur, quod nescio an aliquomodo licito à fratribus, aut à syndico Sedis Apostolicæ fieri possit, hæc enim pœna non potest acquiri, nisi accusatione, aut denunciatione facta per fratres, aut per syndicum, per fratres autem denuntiando, aut accusando clarum est non posse acquiri, si enim religiosi sunt incapaces ad aliquid acquirendum, etiam per contractus politicos apud omnes gentes vsitatos, à fortiori erunt incapaces ad aliquid per denuntiationem, aut accusationem in iudicio consequendum. Quod autem per syndicum acquiri minime possit, probatur; omnia enim indulta Apostolica plenam autoritatem syndicis concedentia solū indulgent, vt possint petere in iudicio, & extra iudicium omnes eleemosynas fratrum, & eorum iura, & immunitates defendere, non autem concedunt, vt in nomine Sedis Apostolicæ sint fiscales, denunciatores, & accusatores ad acquirendū aliquid pro vsu fratrum, cum hoc repugnet eorū altissimæ paupertati, & sic Martinus IIII. *a* qui maiorem, quam alij Summi Pōtifices concedit dictis syndicis autoritatem, solum ipsis indulget, vt res ab ipsis vindicatas in vtilitatē fratrum conuertāt, prout secundum regulam fratribus fuerit licitum, & clare constat, quam alienum sit â regula B. P. N. Francisci fratribus necessaria suppeditari, & eorum monasteria ædificare expœnis per viam denuntiationis, & accusationss acquisitis, quod si expresse B. Franciscus in sua regula non prohibuit, neque Summi Pontifices in concessionibus factis syndicis prohibuerunt, fuit, quia nunquam talem vsum inter pauperrimos fratres cogitauerunt posse contingere, & satis certe prohibuerūt in concessionibus datis ipsis syndicis, vt in iudicio possint petere ea, quæ concernunt ipsos fratres, dummodo statui eorum non repugnet, & omne scandalum, & circunstantia mala euitetur.

a Matt. IIII in extraua. exultantes.

Sed contra hoc possunt aliqui replicando dicere, quod sicut iudex potest applicare pœnam delinquentis Monasterio Sancti Francisci de obseruantia, quod nō est inca pax dictę pœnę, cum ipsa sit vere eleemosyna periudicem dispenlanda, & potuit eam applicare cuicumque monasterio, & postquam est applicata, potest à syndico in iudicio peti, ita etiam monasterium D. Franciſci & ipsi fratres possunt esse capaces dictæ pœnæ ipsis à priuilegio regali per viam eleemosynæ concessæ, quæ post quam est applicata, potest à syndico peti in iudicio. Respondetur non posse dictam pœnā nomine eleemosinæ baptizari, cum ipsa non applicetur in priuilegio regali, nisi denuntiatione, & accusatione præmissa, quæ neq; ex parte syndici, neq; ex parte fratrū possunt iniudicio interponi, quod non cōtingit in pœnis â iudice in monasterio applicatis, ipsæ enim ex officio iudicis ipsi monasterio applicantur, & vt soluantur nulla denuntiatio, aut accusatio debet ex parte fratrum, & syndici interponi, sufficit enim, vt humiliter eius officium imploretur.

Neque etiam obstat, quod ipse syndicus potest agere de damno euitando, prout dictum est in principio huius articuli, & cui conceditur aliquid, conceduntur etiam omnia, quæ ad hunc finem ordinantur.

Et

Et clarum est, quod non procedit contra imprimentes dictarum pœnarum, non plene potest agere de damno vitando, cum ipsi ex impunitate ad impressiones faciẽdas prouocentur, nam respondetur, quod syndicus potest agere de damno vitãdo, prout probatũ est, modis tamẽ cõgruentibus statui, & professioni ipsorũ fratrum, exigere autem pœnas per viã denunciationis, aut accusationis non est modus statui Minorum cõueniẽs, quo ipsis in necessarijs possit subueniri, & sic non impeditur plene damnum ditum, minus malũ est, quã damnificare, dilustrare, & maculare altissimã paupertatem, quam paupercula turba Minorũ profitetur quę ijslitigijs, accusationibus, & denũciationibus obscuratur, & licet aliquod lucr ũtẽporale ex dictis accusationibus consequatur, maius est damnum temporale, quod ex eis solet huic familię generari, cum ratione dictarum accusationum & denunciationum dicãt indeuoti, & aliqui deuotii ipsos habere proprium, & non esse necessarium ostiatim mendicare.

QVAESTIO CV.

De irregularitate in quatuor articulos diuisa.

In primo tomo iam late egimus de irregularitate, nunc autem operæ pretiũ esse duxi aliqua, quæ huic materiæ concernunt in hoc tomo proponere, quæ limitant dicta in superioribus.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *Vtrum prælati regulares possint in foro exteriori in irregularitate quæ procedit ex homicidio voluntario dispensare.*

2 *Vtrum non habens potestatem dispẽsandi super irregularitate contracta ex homicidio voluntario, possit dispensare in ea, quæ nascitur ex homicidio iuste patrato.*

3 *Vtrum monachus iuuans chirurgũ adscindendum aliquod membrum quod arte chirurgiæ scindi debet fiat irregularis.*

4 *Vtrũ sit irregularis prælatus monasterij, qui conquestus coram iudice laico indicauit locum vbi fur posset cõprehendi secuta morte ipsius furis.*

ARTICVLVS I.

Vtrum prælati regulares possint in foro exteriori in irregularitate, quæ procedit ex homicidio voluntario dispensare.

REspondeo dicẽdo, quod Nauarrus *a* refert Paulũ III. concessisse superioribus ordinis Præmõstratẽsis facultatem dispensandi cum suis subditis super homicidio voluntario. Et loquendo de ea Bulla in hæc verba prorũpens ait negari non posse, quod verba præfatæ bullæ multũ vrgeãt ad dicẽdũ præfatos reuerẽdissimos Patres prædicti ordinis illustrissimi Præmõstratensis posse dispensare super irregularitate ex homicidio voluntario contracta, & ideo disputando satis posse id defendi. At ait, quod consulendo non auderet id affirmare, tum quia non sunt credenda, quæ nõ sunt verisimilia vt dicitur in iure *b* & non est verisimile fœlicis recordationis Paulum III. virum prudentissimum, voluisse concedere ordini prædicto facultatem prædictam, quæ maxima est, quãque nulli alij ordini concessit, nec illustrissimo Summo Pœnitentiario Cardinali, nec toti sacræ pœnitentiariæ prætorio concedit, & ita non dispensat eius dominatio illustrissima, nisi cõsulto prius S. D. N. & demandato ipsius speciali, tum quia per eadem verba præfatæ Bullæ probaretur posse præfatos reuerendissimos Prælatos dispensare super irregularitate bigamiæ, quod tamen non est dicendũ, quia neq; ipse Papa solet dispensare in ea, nisi ob aliquam maximã causam, tum quia

a Naua. li. 1 cons. tit. de homic. volun: vel casuali. consi. 1

b c. quia nõ est verisimile cũ simil. de irregul. iuris.

quia inſolita non veniunt in conceſsione Generali iuxta ius *c* tum quia inſolita diligentia fraudis ſuſpicionem inducit iuxta quendam textum *d* iuncta Gloſſa, quem Baſdus ad hoc notat, quem cũ alijs refert Decius, & Felinus, & ita inſolita diligentia excipiendi irregularitatem ex homicidio voluntario, & Bigamia videtur augere voluntatem fraudandi legem, tum quia clauſulæ ſolitæ apponi habentur pro appoſitis, vt etiam dicitur in Iure *e* & ita exceptio irregularitatis ex homicidio voluntario, & bigamia ſolita interferi facultatibus ad diſpenſandum ſuper irregularitatibus conceſsis, cenſenda videtur tacite inſerta præfato priuilegio, tũ quia reſcripta, & priuilegia cõtra ſtylum curię ſcripta poſſunt argui falſitatis per innumera, quæ congeſsit Felinus *f* Neque his obſtat, quia præfatus Paulus Tertius, excipiendo irregularitatem prouenientem ex iniuſta fructuum perceptione à poteſtate diſpenſandi videtur firmare regulam generalem in contrarium. Nam huic argumento reſpondet Nauarrus *g* Primo quod imo viſus eſt habuiſſe animum reſtringendi poteſtatẽ diſpenſandi conceſſam alijs religionibus illa non excepta, & ſic non videtur habuiſſe animum ampliandi eam, cũ facta ad reſtringendum nõ operentur ampliationem, nec e contrario iuxta ea, quæ in iure *h* notantur. Præterea videtur abſurdum dicere Papam, qui voluit negare poteſtatẽ diſpenſandi ſuper irregularitate nata ex iniuſta fructuum perceptione voluiſſe ampliare conceſsiones eiuſmodi inſolitas dari ad irregularitatem ex homicidio, & Bigamia natam, cum fuerint, qui dixerunt Papam non poſſe diſpenſare ſuper eas iuxta tradita in *Iure i* cumque non concedat Papa eam ſuis Nuntijs, & legatis etiam à latere, vt palam eſt his, qui viderunt facultates eis conceſſas, & ita nullatenus videtur conſulendũ, abſurda enim in Iure *k* minime admittuntur. Hæc Nauarrus, cuius ego ſententiam libenter amplecterer, ſi rationes ipſius ita militarent in regularibus, ſicut in Eccleſiaſticis, cum multa maiora concedantur prælatis regularibus, quoad ſuos ſubditos, quam Epiſcopis, quoad eorum Diocœſanos. Et ſic prælati regulares habent priuilegium ad diſpenſandum cum homicida voluntario occulto, prout dictum eſt in primo tomo, & prout refert Nauarrus, Paulus III. expreſſe conceſsit pro homicidio voluntario, vnde cum conſtet de poteſtate concedentis, & de conceſsione non eſt opus recurrere ad coniecturas, ad quas recurrit Nauarrus, cum ſecundum iura in claris ad eas recurrere non permittatur. Vnde ipſius argumenta militarent, quando Papa concedit, vt poſsit diſpenſari in quacumque irregularitate, ſicut Sixtus IIII. concedit ordini Sancti Hieronymi in Hiſpanijs, quod quilibet fratrum dicti ordinis poteſt ſemel in vita diſpenſari in foro conſcientiæ à confeſſario per ſuperiorem deputato ſuper irregularitate qua cumque occaſione contracta, prout habetur in libro *l* priuilegiorum dicti ordinis, & refertur à collectore priuilegiorum Societatis Ieſu, illa enim verba, *quacumque occaſione contracta*, ſunt reſtringenda iuxta ſupradicta, vt non procedant in irregularitate procedente ex homicidio voluntario, & ex Bigamia, cum non ſit veriſimile has in generali conceſsione indulgeri, niſi ſpecialiter exprimantur.

c c fin. de offi. vicarij lib. 6.
d l. ſiquis ſub conditione Decius conſil. 448. nu. 23 Felin. in c. 2. de reſcri.
e l. fin. ca. fideiuſſ. c. cũ M. de cõſtitut. ca. 2. de reſcriptis.
f Felin. in. d. c. 2. de reſcrip. à n. 16.
l lib. priuil. ordi. D. Hierony. titu. 12. fol. 36. compen. Socie. tit. diſpenſatio. §.

ARTICVLVS II.

An habens poteſtatem diſpẽſandi ſuper omni irregularitate excepta illa, quæ naſcitur ex Bigamia, vel homicidio voluntario, poſsit diſpenſare ſuper irregularitate contracta ex homicidio iuſto voluntarie facto in bello iuſto cum armis, vel in pace cõdẽnando iuſte aliquem ad mortem, vel condemnationem iuſtam exequẽdo, vel defendendo proximum, vel quouis alio iuſto modo.

REſpõdeo dicẽdo, quod in primo tomo tenuimus partem affirmatiuã allegãdo Nauarrũ, & Bañes pro hac opinione, nã tradit Nauarrus *a* loquens de homicidio voluntario ſuper cuius irregularitate diſpenſandi poteſtas excipitur in omnibus facultatibus diſpenſandi ſuper irregularitate factis tam Summo Pœnitentiario, quam Legatis, Cruciatorũ Cõmiſſarijs, & quibuſuis alijs, & definit eſſet homicidiũ illicitum intentum, ſiue volitum in ſe, ſaltem æquipollenter alias quàm vitandæ mortis cauſa ab oratore. Et addit (dixi illicitum)

a Nauar. in man. ca. 27. nu. 240.

ad

ad differentiã eius, quod neque eſt licitũ neque illicitum, quale eſt factum ab infante, vel furioſo, eius item, quod eſt iniuſtũ, quale eſt, quod miniſtri militię, vel milites in bello iuſto iuſtè faciunt, de quo ſupra, &c. Hæc Nauarrus, quorũ dicta ſatis videntu probare ſententiam affirmatiuam. At ſi recurramus ad locum *b* ad quem ſe remittit, in quo agit de quarta ſpecie irregularitatis, cõtrariã partẽ amplectiinueniemus: ait enim, quod in hac irregularitate ſolus Papa diſpenſat, ſed longe facilius, & ex minori cauſa, quam in irregularitate, quæ ex actu illicito naſcitur, & nõ reſpondet Nauarrus rationi, qua tentauerat contrariam opinionem ſequi diffiniens homicidiũ voluntarium ſuper cuius irregularitate nemi nẽ præter Papá poſſe diſpenſare eſſe homicidiũ illicitum. Vnde mihi ſemper perſuaſi, Nauarrũ tenere poſſe Epiſcopum in huiuſmodi irregularitate poſſe diſpẽſare, cũ propoſuerit dictũ fundamẽtum, cui in manuali nõ video eſſe ſatisfactum, ũ quia videtur in dicto numero 240. retractare illud, quod in numero. 217. dixerat. At idẽ Nauarrus *c* libro quinto ſuorum conſiliorum attentis ſuperius allegatis confuſe loquitur reſpondendo enim propoſitæ quæſtioni ait, reſpondeo, quod nos docuimus in manuali cõfeſſorũ, quod Epiſcopus nõ poteſt, ſed non probauimus id vlla ratione remittẽtes ad numerũ 240. capitis vigeſimi ſeptimi. In quo numero 240. vt viſum eſt in ſuperioribus, cõtrariã partẽ probat, eo videlicet nixus fundamento, quod quãdo prohibetur inferioribus â Papa diſpenſare in irregularitate procedente ex homicidio volũtario, intelligitur de homicidio voluntario iniuſtè patrato innuens, quod in irregularitate procedẽte ex homicidio iuſte facto poſſunt inferiores â Papa, ſicut ego cũ Nauarro in primo tomo quæſtionũ regulariũ, & Canonicarũ tenui. Ex his patet, quãm variè ſe gerat Nauarrus *d* in manuali, & quod ipſe in libro quinto Cõſiliorum non fideliter ſe allegat cũ dicat ſe tenuiſſe in manuali Epiſcopum in hac irregularitate minime poſſe diſpenſare, & quod Epiſcopus in ea minimè poſsit diſpenſare, expreſſe tenet in dicto libro quinto dicens, quod pro hoc facit conſuetudo totius orbis petendi illam â Papa, & quod nullo canone illa poteſtas ſit Epiſcopo, & quod non ſit illa etiam conceſſa in Concilio e Tridentino, quia per illud datur poteſtas diſpenſandi ſuper irregularitate deſcendente ex delicto, hæc autem nõ deſcẽdit ex delicto, & quod non obſtat, quod poteſt Epiſcopus diſpẽſare ſuper irregularitate illicite contracta, ergo à fortiori in contracta licitè, Nam reſpondetur, quod irregularitas Bigamiæ, ſine peccato cõtrahitur, & tamen certum eſt Epiſcopum nõ poſſe ſuper ea diſpenſare tum per ſtylum curiæ, tum quia neque Papa diſpenſat, niſi rariſsime, & maxima cum difficultate & dilatione, tum quia capitulum illud Cõcilij Tridentini excipit irregularitatem ex homicidio voluntario nulla facta mentione de irregularitate ex Bigamia, & non alia ratione, quam quia hęc non naſcitur ex delicto, & conſequenter habuit illam pro exceptaeo quod non naſcitur ex delicto, & conſequenter irregularitatem, quæ nõ naſcitur ex delicto, Epiſcopus tollere nequit. Vnde infero, quod prouinciales non poſſunt diſpenſare cũ ſuis ſubditis in hac irregularitate loquendo iuxta ius commune & ſtylum Curiæ, & hoc mihi videtur ſecurius, poſſunt tamen diſpenſare in ea ſi verum eſt, quod Paulus III. hoc conceſſit iuxta ea, quæ in articulo ſuperiori dicta ſunt.

b Nau. d.c. 27.n. 217.

c Nau.lib.5. cõſ.cõſi.34.

d Nau.d.li.5 cõſ.cõſi.34.

e Trid.c.12 ceat de refor.ſeſſ. 24.

ARTICVLVS III.

Vtrum monachus iuuans Chirurgum ad ſcindendũ aliquod membrum, quod arte chirurgiæ ſcindi debet, fiat irregularis.

REſpondeo dicendo, quod articulus præſentis quæſtionis proponitur propter aliquot fratres plus nimis ſcrupulizantes, quibus reſpondetur quod non incurrunt irregularitatem, tum quia nullo canone id exprimitur, & irregularitas non contrahitur, niſi in caſibus à iure expreſsis vt in eodem iure *a* notatur, tum quia per mutilationem membri ſanitatis cauſa factam non incurritur irregularitas, vt etiam in iure *b* determinatur, etiam ſi â ſe ipſo, ſi eſſet chirurgus, ſibi amputaſſet membrum putridum; tunc enim etiam non incurreret irregularitatem per prædictum ius à contrario ſenſu, qua-

a c.is cui. §. fin. de ſent. excom.li.6.

b c.ſiquis à medicis. 5. diſt.

tenus habet eum, qui cum ſanus eſſet, ſeſe abſciderit, irregularem fieri.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum ſit irregularis prælatus monaſterij, qui conqueſtus coram iudice laico de fure cum proteſtatione de qua in capitulo prælatis, de homicidio, libro ſexto, poſtea indicauit locum, vbi comprehendi poſſet fur, qui fuit ibi comprehenſus, & poſtea fuit ſuſpenſus.

REſpondeo dicendo, primo facile videri poſſe alicui parte negatiua eſſe veram, tum quia videtur caſus pro illa in dicto capitulo, prælatis, quatenus habet prælatos, & omnes alios clericos poſſe cõqueri de malefactoribus ſuis corã iudicibus ſæcularibus ſine metu irregularitatis incurrẽdæ, propterea quod illi eos occidãt, vel membris mutilent, modo expreſſe proteſtentur nolle ſe, vt aliqua pæna ſanguinis eos puniant, ſed tantum cogant ad reſtituẽdum damnum illatum, & faciendam iniuriarum emendam, tum quia prædictis prælatis, & clericis non ſolum licet cõqueri, & petere prædicta, ſed etiam conqueſtionẽ proſequi, & preſentare teſtes, & facere omnia illa, quæ pertinent ad obtinendam Victoriam ſuper ſua conqueſtione, & petitione ſecundum omnium mẽtem. At indicare locũ, vbi malefactor eſt, & captura eius pertinere videtur ad prędictam Victoriã obtinendam propter poſitiones, quæ fieri poſſunt, & reſponſiones quas cogitur facere, ſi capiatur, tum quia ſecundum Petrum de Ancharrano *a* quem ſequitur Francus, poſſunt prædicti prælati poſt ſeã tentiam latam petere executionem eius, & vt malefactores cõdemnati capiantur, qui licet reſiſtendo familiæ iudicis occidãtur non ob id prædicti prælati erunt irregulares. Pro parte autẽ affirmãte, ſcilicet quod prædictus prelatus ſit irregularis vrget fortiter primo, quod prædictum capitulum, prælatis, probat quidem, quod Eccleſiaſtici poſſunt agere contra ſuos malefactores ciuiliter cum proteſtatione prædicta ſine metu irregularitatis, & cõſequenter vt argumentum primum pro parte negante factum probat, poſſunt proſequi litem & facere articulos, poſitiones, probationes, & alia ad victoriam ciuilem neceſſaria. At captura malefactoris non eſt neceſſaria ad obtinendam ciuilem victoriam iuxta in iure *b* notata. Secundo quod non videtur licere clerico ſine metu irregularitatis etiã præmiſſa proteſtatione petere à iudice ſæculari, vt capiat malefactorem ſuũ ad hoc, vt cogat eum ſoluere ſibi damnum, quod fecit ſaltem antequã condẽnetur, ergo neque iuuare eũ ad capiendũ, nec cõſequenter illi indicare locũ, vbi capi poſſet argumento eorum, quæ in iure *c* notãtur. Per quæ omnia ita pro vtraq; parte adducta videtur hæc quæſtio difficilioris reſolutionis quã à principio apparebat prout affirmat Nauarrus *d* qui in hunc modum eam reſoluit dicens diſtinctione opus eſſe, nã ſi fur erat perſona fugitiua ita quod probabiliter crederetur, quod ſententia contra eũ lata parũ profuiſſet, niſi perſona detineretur, licuiſſet prælato indicare locũ, vbi erat, ſicut capere, & petere vt caperetur, alioquin non ea ratione diuerſitatis, quod priori caſu eſſet neceſſaria captura ad effectũ ſententiæ etiã ciuiliter latæ, in priori vero nõ, pro qua diſtinctione facit, quod debitor fugitiuus capi poteſt autoritate propria non autem qui nõ eſt fugitiuus, prout in iure *e* determinatur.

a Ancharr. & Francus in d.c. Prælatus.

b l. conſentaneũ. & in authen. qui ſemel. C. quomodo & quãdo iudex. c. ſi lite non conteſtata.

c Authent. multo magis de ſacroſan. Eccleſ. & Nau. li. 5. conſi. tit. de homici. cõſi. 9. n. 4.

d l. Ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraudẽ creditorũ

ARTICVLVS V.

Vtrum regularis ante legitimam ætatem factus ſacerdos licet non poſſit ſacrificare, an valeat munera exercere, quæ alius ſacerdos non regularis poteſt.

REſpondeo dicendo. Primo eum, qui factus eſt irregularis ſine culpa ſua, & quia abſciſſum eſt ei aliquod membrum violenter ab alio ſine culpa ſua poſſe gerere omnia munera, quorum exercitio non repugnat abſciſsio illa, vt probatur in iure, *d* vbi Panormitanus communiter receptus id annotauit, regularis vero, de quo in caſu poſito ex ſua culpa eſt irregularis, & ideo non ſolum debet

a c. 12. de clerico ægrotantes.

debet arceri à missa facienda, sed etiam ab omnibus illis actibus, qui sunt ordinibus specialiter deputati, â quibus etiam est alienus, seu interdictus secundum theoricam Imolæ *b* vnde prædictus sacerdos nõ potest absque peccato dicere in officijs defunctorum illa verba, *Dominus vobiscum*, neque dicere orationem, quam soli presbyteri in talibus officijs solent dicere tanquam sacerdotes, quia illi actus peculiares sunt presbyterorum.

b Imola in c. si celebrat de clerico excom. minist.

QVÆSTIO CVI.

De interdicto, quod est censura Ecclesiastica quoad eius diffinitionem, & diuisionem in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *quid sit interdictum.*
2 *Quotuplex sit interdictum.*

ARTICVLVS I.

Quid sit interdictum.

REspõdeo dicẽdo, quod interdictũ cũ sit terminus vtroque iure vsitatus dicitur quasi inter duos dictũ vt colligitur ex iure *a* & olim erat, quædã forma & solẽnis conceptio verborũ, quibus prætor fieri aliquid iubebat, aut prohibebat, quod tunc maximè fiebat, cũ de possessione, vel quasi inter aliquos cõtendebatur, vt per glossam quandam, & Doctores, non tamen dicitur ab interdicendo, cũ non semper prohibeat, sed aliquando aliquid fieri iubeat, vt in iure *c* habetur, sed sic dicitur secundum ius canonicum, quod est censura Ecclesiastica aliquorũ prohibitiua, & de hoc hic agimus. Vnde interdictũ canonicũ, & Ecclesiasticũ est separatio à iure, vel â iudice facta à cæteris sacramẽtis, & omnibus officijs, prout infra latius explicabitur.

a c. exhibito ria instit. de interd.

b Gl. & Doct. in c. pastoralis de causa poss. & propr. & in ca. itẽ cũ quis de restit. spolia.

c Instit. de interd. §. 1.

ARTICVLVS II.

Quotuplex sit interdictum.

REspondeo dicendo, quod interdictũ in genere est triplex scilicet, personale tantũ, id est, quo interdicitur persona nõ locus, & locale tãtũ id est, quo interdicitur locus, & non persona loci, aliud personale & locale simul. Pro quo sciẽdũ est, quod aliud est interdicere locum, aliud homines loci, vel homines, & locũ, quia si locus tantũ est interdictus, homines loci, qui nõ dederunt causam interdicto, alibi possunt audire diuina officia, & Ecclesiastica recipere sacramenta, si vero homines, aut locus & homines sint interdicti, tenebuntur etiã alibi seruare interdictũ, nisi in casibus â iure expressis, vt ex eodem iure *a* iũcta sua glossa colligitur. Duplex est autẽ interdictũ locale, generale scilicet, & speciale. Est autẽ interdictũ locale generale, quo interdicitur regnũ, vel prouincia, vel ciuitas, vel Castrũ, aut villa, vt patet ex quadã Decretali *b* declarãte sic debere intelligi in priuilegijs interdictũ terræ. Interdictũ vero locale speciale est, quo interdicitur vna certa Ecclesia vel plures certæ Ecclesiæ, nõ autẽ omnes Ecclesiæ alicuius ciuitatis, vel loci. Vnde dicitur interdictũ generale, quia totũ aliquid sine exceptione cõprehẽdit, vt innuit quædã glossa, *c* quã sequitur Panormitanus, speciale verò dicitur, quia nõ cõprehẽdit totũ, sed partẽ, interdictũ autẽ personale est duplex, generale scilicet, & speciale, generale est, quo interdicuntur homines Regni, Prouinciæ, ciuitatis, Castri, aut villæ vniuersaliter. Interdictum vero personale speciale est, quo interdicitur pars vnius ciuitatis, vel castri, aut villæ, aut certa persona, vel certę personæ aut etiã incerta, vt cũ dicitur, qui fecerit hoc, vel illud, sit ipso facto interdictus. Vnde si interdicatur tota aliqua vniuersitas, quæ est pars alicuius populi puta hoc studiũ Salmanticẽse, nõ est interdictũ generale, sed speciale, siue particulare dictũ â parte alicuius terræ. Ex his infertur, quod interdictum Ecclesiasticum est suspẽsio â diuinorũ, sacramentorũque actiua, & passiua celebratione respectu alicuius loci, vel personarum facta Ecclesiastica etiam prohibens sepulturam, prout resoluit Couarruuias. *d*

a c. de sent. excom. li. 6

b c. cum in partibus de verb. signif.

c Gl. & Panor. in d. c. cũ in partib.

d Cou. in c. alma mat. 2 p. §. 1.

QVÆSTIO. CVII.

De interdicto quoad eius ministrum in imponendo, & in tollendo in tres articulos diuisa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Quis possit interdicere.*
2 *Vtrum prælati inferiores Episcopo possint interdicere,*
3 *Quis possit absoluere ab interdicto personali.*

ARTICVLVS I.

Quis possit interdicere.

REspondeo dicendo, quod minister ille potest interdicere, qui ordinaria potestate potest excommunicare, & suspendere, prout notant Nauarrus *a* Antoninus, Couarruuias, Syluester, & Soto, Et hic potest alijs eam facultatem delegare non quidem fœminæ, etiá Abbatissæ, sed viro, qui clericus sit, neque impeditus censura denuntiata. Dixi (non quidem fœminæ, etiam Abbatissæ) nam potestas excommunicandi, & infligendi alias censuras pertinet ad claues Ecclesiæ late dictas, fœmina autem est incapax potestatis clauium, etiam si sit Christiana. Verum est tamen, quod quædam Abbatissæ habent ex priuilegio Papæ quendam vsum Clauiū. Nam licet Philippus Decius *b* dicat fœminam posse quidem habere iurisdictionem Ecclesiasticam iuxta ea, quæ in quadam Decretali *c* notantur, non tamen potest excommunicare argumento eorum, quæ notant Panormitanus *d* & alij, idque id ipsum videtur sensisse, licet non adeo expresse Couarruuias *e* quæ sententia vera est attento iure, & vsu communi, at ex priuilegio bene potest excommunicare, & interdicere, nam omnis, qui habet iurisdictioné Ecclesiasticam, etiam si nō habeat claues, potest excommunicare, vt colligitur ex D. Thoma, *f* tum quia Laicus ex priuilegio potest excommunicare iuxta glossam *g* celebrem, & receptam, & his, & alijs tenet Nauarrus *h* fœminam posse ex priuilegio excommunicare.

a Nau. in c. 27. nu. 168 Anton. 3. p. tit. 26. c. 2. §. 3. Couar. in c. alma mat. 2 p. §. 1. nu. 8. Sylu. interdictū 3. §. 3. Sot. in 4. d. 22. q. 3. ar. 1. concl. 2.

b Decius in reg. 1. de regu. iur. n. 41 c ca. dilecta de maior. & obedient. d c. noua de pœnit. & remiss. vbi Panor. & alij. e Couar. in c. alma mater in 1. p. §. 11. f D. Tho in 4. d. 28. q. 2. ar. 2. q. 2.

g Glos. in c. præter. 32. d. in v. ducibvs.

h Nau. li. 3. consil. tit. de sentē. excō. consi. 37.

ARTICVLVS II.

Vtrum prælati inferiores Episcopo possint interdicere.

REspondeo dicēdo, quod quidá prælati Episcopo minores habent ex iure, consuetudine, aut priuilegio, vt possint interdicere in suo territorio, vt Abbates sæculares, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem, & generalis religionum, qui tamen in consuetudine non habent, vt oppidum, aut Castrum interdicat, nisi in illud habeat iurisdictionem. Prior monasterij potest interdicere suos subditos ab audiendis diuinis, aut confessionibus, quod est minus, quàm excommunicare cum hoc non sit interdicere per censuram interdicti, vt tenent Doctores in superiori articulo allegati. At in ordinibus mēdicantium priores non habent huiusmodi potestatem cum priuationes & suspensiones huiusmodi ad superiores prælatos spectent.

ARTICVLVS III.

Quis possit absoluere ab interdicto personali.

REspondeo dicendo, quod absoluere ab interdicto personali potest, qui iure ordinario ligat. Ita Soto, *a* Syluester, Antoninus, & Nauarrus, vt Episcopus, aut prælatus religionis, qui possunt absoluere suos, quam potestatem habent etiá eorum successores, præmitti tamen debet partis satisfactio, licet tamē parocho nō concedatur absoluere ab interdicto, aut suspēsione, quia horum absolutio non est necessaria ante absolutionē á peccatis, vt tenent Soto *b* & recentiores, priores tamen conuentuales, & guardiani per priuilegia Apostolica possunt absoluere ab his censuris suos subditos, prout latè diximus in primo tomo *c* quod tamen debet intelligi, dummodo præmittatur partis satisfactio: nomine autem partis

a Soto in 4. d. 22. q. 3. ar. 1. post. 3. cō clus. Sylu. in terdictū. 3. § 10. n. 11. Antoni. 3. p. tit. 26. ar. 5. Nauar. ca. 25. n. 168.

b So. vbi su.

c 1. Tomo. q. 20.

partis, cui reus ſatisfacere iubetur nō intelligitur iudex, cui applicatur pœna pecuniaria, aut cui aliquid (vt tabellioni) eſt ſoluendū pro ſentētia, vt tabellioni ſoluātur impenſæ proceſſus, & litis, & iudici ſoluūtur iura ſua, iudex enim ſemper diſtinguitur cōtra litigātes, cōprehenditur tamē nomine partis reſpublica præſertim in foro exteriori, ob cuius iniuriam notoriam latū interdictū eſt, aut cenſura, vt ceſſet ſcandalū notoriæ offenſæ per ſatisfactionem, vt colligitur, ex traditis à Soto *d* & Nauarro.

d Soto in 4. d. 22. q. 2. ar. 3. Nau. c. 23. n. 66.

QVAESTIO *CVIII.*

De interdicto quo ad ea, quæ poſſunt interdici in ſex articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur ſex.

1 *Vtrum interdicta ciuitate cenſeantur etiam interdicta monaſteria in ipſa ciuitate exiſtentia.*

2 *Vtrum monaſteria fratrū poſſint interdici non interdicto populo.*

3 *Vtrum religioſi poſſint ab ordinarijs ſpecialiter interdici.*

4 *Vtrum religioſi teneātur ſeruare interdictū nullū ſeruatū à matrice.*

5 *Vtrum religioſi non ſeruantes interdictum ſint excommunicati.*

6 *Vtrū matrice nō ſeruante interdictū teneātur religioſi non ſeruare.*

ARTICVLVS I.

Vtrum interdicta ciuitate cenſeātur etiam interdicta Monaſteria in ipſa ciuitate exiſtentia.



Eſpondeo dicendo, nō eſſe dubium, quod interdicta ciuitate cenſentur etiā interdicta monaſteria in ipſa ciuitate exiſtentia ita vt in eis diuina officia obſeruari minimè queāt prout patet ex traditis in quadam Clementina *a*

a Clement. ex frequentibus de ſen. excomm.

dubium autem eſt, vtrūm interdicta ciuitate cenſeantur etiam interdicta monaſteria, in ſuburbanis eiuſdem ciuitatis contenta, & videtur dicendum, quod ſic, nam interdicta ciuitate, videntur etiam interdicta ſuburbia, vt in quadam Decretali *b* determinatur, cuius deciſionis dubitatio deducitur ex eo, quod appellatione ciuitatis alicuius minimè alioquin ſuburbia contineantur, vt dicitur in multis iuribus: ſiquidem ciuitas Caſtrum, villa, oppidum propriè id ſignificant, quod ambitu murorum continetur. At quidquid ſit denominis ſignificatione illud eſt tenendum potiſsimè conſiderandā eſſe ſubiectā materiam, ſtatum, & qualitatem, ac conditionem loquentis, vt inde valeamus liquido percipere, quæ fuerit eius mens, an intellexerit ſub ciuitate ſuburbia, & continētia ædificia, an tantum id, quod muris finitur, & cingitur, hæc reſolutio colligitur ex his, quæ Panormitanus *d* & alij tradidere, & Doctores, quos allegat, & ſequitur Cæpola. Ex quibus aperitur vera ratio ad deciſionem dictæ decretalis, nam licet alioquin appellatione ciuitatis tantum contineatur id, quod muris cingitur, neque veniant ſuburbia, & continentia ædificia, tamen interdicta ciuitate cenſentur & ſuburbia interdicta, ne interdicto Eccleſiaſtico facillimè fiat illuſio, quæ contingeret, ſi interdicta ciuitate poſſent diuina officia in ſuburbijs celebrari, quam rationē expreſſe explicat Pontifex Romanus, cuius ad hoc meminere Abbas *e* & Felinus, Alexāder, & Iaſon, idem Abbas Soccinus, & Ludouicus Luſitanus.

b ca. ciuitas de ſentē. ex comm.

cl. nā quod liquide. §. ſi ita ff. de pecun. leg. l. 2. ff. de verb. ſignif.

d Panor. & alij in c. Rodul. col. 1. & 2. de reſcri. Cæpola in l. 2. q. 2. ff. de v. ſign.

Et aduertendum quod Iulius Secūdus *conceſsit fratribus minoribus, quod ſi cōtingat aliquā ciuitatem vel oppidū cū duobus, vel tribus millia ibus circūuicini (infra quæ milliaria domus fratrū prædictorum exiſtunt) Eccleſiaſtico ſupponi interdicto fratres ordinis huiuſmodi (niſi cauſam interdicto dederint, vel eis ſpecialiter ex cauſa legitima interdictum huiuſmodi ſeruare nullatenus teneantur, niſi alias domus ipſorū fratrum de iure interdicto*

e Abb. & Felin. col. 2. in d. c. Rodul. Alex. in l. 2. ff. de ver. ſignif. Iaſ. in fin. col. vlt. C. d ſucceſſ. edict. Abb. in c. vlti. de præben. col. 2. Soc. & Ludoui. Luſitan. in l. ciuibus ff. de rebus dubijs col. 7. & 8.

cto talis oppidi non cõprehendantur. Ita habetur in libro f monumenta ordinis. Quæ concessio maxime fuit necessaria, nam quæ dicantur cõtinentia ædificia, & suburbia, quæ interdicta ciuitate censentur interdicta, boni viri arbitrio discernendum erat, qui hoc ipsum ex situ loci, & communi loquendi vsu, & ex alijs æstimabat iuxta quandam glossam g communiter receptã, & ne pro arbitratu suo vnus quisque circa monasteria fratrũ iudicaret, idcirco iure optimo prouisum est ipsis per supradictum priuilegium, ne vltra duo miliaria monasteria distantia ab oppido interdicta interdicto Apostolico supponerentur.

f In 1. impr. fol. 43 & in 2. fo. 126. cõcess. 278.

g Gl. in d. c. ciuitas,

ARTICVLVS II.

Vtrũ monasteria fratrum possint interdici non interdicto populo.

REspondeo dicendo, quod Leo X. cõcessit fratribus minoribus obseruantiæ, *quod Ecclesiæ domorum suarũ interdici non possint ad instantiã cuiuscumque personæ, etiam Cardinalatus honore, vel alia quauis fulgente dignitate vel per autorem sacri palatij, aut quoscũque alios iudices nisi tota ciuitas, vel oppidum, vbi tota domus huiusmodi cõsistit Apostolica, seu ordinaria autoritatibus Ecclesiastico supponatur interdicto. Acvoluit, quod in huiusmodi domibus degẽtes fratres ad huiusmodi interdicti obseruationẽ minime teneantur, nec propterea irregularitatis maculam, aut aliquas sententias, censuras, & pœnas incurrẽt, sed dummodo causam nõ dederint huiusmodi interdicto possunt ianuis apertis, & cãpanis pulsatis Missã, & alia diuina officia celebrare, nisi persona, ad cuius instãtiam interdictũ fuit appositum in eisdem domibus degẽtibus fratribus de alimentis, & alijs victui necessarijs rebus competenter prouide refecerit. Et decreuit irritum & inane si secus super his á quocumque quauis authoritate scienter, vel ignoranter actum fuerit.*

Ita habetur in supplemento *a* ordinis. Aduertendum tamen, quod Anastasius IIII. & Alexander IIII. & Vrbanus III. & Clemens III. & Clemens IIII. succesiue sub eisdẽ verbis statuerunt, vt nulli Episcopo in Ecclesijs subditis Ecclesiæ S. Ioannis hospitalis Hierosolymitani interdicti, vel excommunicationis sententiam liceat promulgare. Et Gregorius IX. præfatũ statutum innouauit, ac vniuersis Ecclesiarum prælatis præcepit, vt præfatos fratres excommunicare, aut eorũ Ecclesias interdicere nullatenus præsumant. Ita refertur in compendio *b* mendicantium. Circa quod aduertit ibi collector, quod virtute supradicti statuti prædicti fratres nõnulli in partibus nullũ obseruabant interdictum, etiã si matrix Ecclesia seruaret credentes intelligi etiam de interdicto generali, sed quod nuper in vniuersitate Salmantina declaratum est intelligi debere de interdicto speciali, seu particulari dũtaxat, scilicet quod Ecclesiæ præfatæ nequeant specialiter interdici ab ordinarijs Ecclesiarum prælatis & ab officiali Episcopi Salmãtinæ diœcesis districtè prohibitum est, ne de cætero violare interdictum generale attentarent, sed illud sicut alij religiosi seruarent, sic autem debere fieri ponitur expresse in literis præfatorum Pontificum addendo sequentia verba, *Verumtamẽ si generale interdictum fuerit in huiusmodi locis prolatum exclusis excõmunicatis, & nominatim interdictis, clausis ianuis, absq; signorũ pulsatione plane diuina celebretis.* Et dato casu, quod priuilegiũ præfatum foret sufficiens tẽpore concessionis: tamen postquam Capitulum *Alma mater de sentẽtia excõmunicationis libro sexto, & Clementina ex frequẽtibus de sentẽtia excommunicationis emanauit, nullius esset momenti.*

a Suppl. fol. 59. concess. 165.

b Compen. mendi. tit. interdictũ i. nu. 16. & 27.

Et

Et idem de conceſsione ſequenti ſupra poſita ſcilicet quod excluſis excommunicatis, & nominatim interdictis poſſunt admiſsis cæteris generaliter interdictis celebrare diuina, prout in quadam Eccleſia dicti ordinis, fieri conſueuit. Ac idem iudicium eſt habendum de ſimilibus priuilegijs antiquis. Vnde gloſſa in præfato capitulo, *Alma mater*, verbo *conceſsis* dicit, per hæc verba generalia reuocatum eſt priuilegijs Templariorum, & Hoſpitaliorum ſcilicet Sancti Ioannis, quo in eorum iucundo aduentu ſemel in anno aperiebatur vna Eccleſia in loco tempore interdicti, & celebrabatur ibi diuina. Hæc collector. Ex quibus patet, quod loca fratrum non poſſunt ab ordinarijs ſpecialiter interdici. Vnde generale interdictum Epiſcopi extenditur ad Eccleſias vrbis, aut ſuburbij exemptas religioſorum, & ordinis militaris ſancti Ioannis. Hæc eſt praxis Salmanticenſis cum ſapientum conſultatione, & tenet Nauarrus c Concilium enim Tridentinum d generaliter loquitur, quod derogatur matimagno, & priuilegijs militiæ ſancti Ioannis, de quo per Nauarrum e ſi tamen Epiſcopus ſpeciali interdicto ſingulas vrbis Eccleſias interdicat non extenditur ad Eccleſias ordinis S. Ioannis prout tenet Nauarrus f quia & ſi intra fines diœceſis, & in eadem vrbe conſiſtant nulla tamen ciuilitatis communione participant ita Henriquez g allegans ad hoc quandam Decretalem, & Maiolum.

c Nau. Hiſpan. c. 27. n. 180.
d Conc ſeſ. 25. de reg. c. 12. & ca. 22.
e Naua. vbi ſu. n. 190.
f Nau Hiſp. vbiſu. n. 180
g 2. p. ſum. Henr. lib. 13 de excom. & interdic. c 42. n. 4. c. ſi ſen. excō. maio. lib. 3. de irregu. c. 10. n. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum religioſi poſsint ab ordinarijs ſpecialiter interdici.

REſpondeo dicendo, quod interdicto clero cenſentur interdicti nō ſolū clerici ſæculares, ſed etiam religioſi, & religioſæ, & verè conuerſi ſecundum cōmunem Doctorum a ſententiam, Florentinum, & Sylueſtrum, prout tradit Couarruuias. At Clemens IIII. *Coceſsit fratribus minoribus, ne ab aliquo legato, niſi de latere ſedis Apoſtolicæ miſſo, vel delegato, aut ſubdelegato autoritate literarum ſedis Apoſtolicæ poſsint excommunicari, ſuſpēdi, vel interdici, niſi literæ ipſæ plenam, & expreſſam de oráine præfato, & indulto huiuſmodi facerēt mentiōē.* Ita habetur in libro, b monumenta ordinum, & in ſupplemento & id ipſum inuenio conceſſum ab Honorio III. & Vrbano IIII. ordinī Ciſtercienſi, & â Gregorio IX. congregationi ſancti Oliueti, & in marimagno ſeruorum prout refertur in compendio c ordinis Ciſtercienſis. Imo in eodem compendio d refertur eoſdem Summos Pōtifices, & *alios conceſsiſſe, quod monaſteriorū res, & bona vbicūque exiſtentia, & perſonæ benefactores, capellani, familiares, âliæq; perſonæ in eiſdē monaſterijs degētes ab omni etiam legatorum, delegatorum, & ſubdelegatorum ſedis Apoſtolicæ, & quorumcūque iudicum ordinariorum quauis autoritate fulgentium etiam ratione delicti, vel contractus vbicūque cōmiſsi, vel initi exemptæ prorſus cenſeātur, itavt alibi quā in Romana curia, & coram ſede Apoſtolica cōueniri poſsint, nec excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti aut alia quauis ſentētia cōtra ipſas niſi de ſpeciali ſedis Apoſtolicæ cōmiſsione, in qua de hoc priuilegio ſpecifica & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, quomodolibet directe, vel indirecte proferri, ſeu promulgari.*

Quod priuilegium reſpectu benefactorum capellanorum familiarium, & aliarum perſonarum in eiſdem monaſterijs dergentium exiſtimo eſſe reuocatum â Concilio Tridentino e in quo definitur. Quoniam priuilegia, & exemptiones quæ varijs titulis pleriſque conceduntur hodie perturbationem in Epiſcoporum iuriſdictione excitare, & exemptis occaſionem laxioris vitæ præbere dignoſcuntur, decernit ſancta Synodus, vt ſi quando iuſtis grauibus, & fere neceſſarijs ſuadentibus cauſis aliquos honorarijs titulis pro-

b In 1. imp. fn. 29. & in 2. fo. 129. cō ceſ. 25. & in ſuppl. fol. 3. cor. ceſ. 1.
c Compen. Ciſter. ri. ex comm. §. 2.
d Compēn. Ciſter. titu. exempt. § 1
e Tri. ſeſ. 24 de refor. c. 11.

a Doct. in c. ſi ſenten. de exceſ. prælat. Florent. 3. p. tit. 26. c. 3. Sylu. v. interdictum, 2. q. 8. Cou. in cap. alma mat. 2. p. §. 1. n. 8.

tonotariatus, acolytatus, Comitis Palatini capellani regis, aut alijs huiusmodi in Romana Curia, vel extra insignibus decorandos esse placuerit, necnon alios cuicumque monasterio oblatos, vel quomodocũque addictos, aut sub nomine seruientium militijs, seu monasterijs, Hospitalibus, collegijs, aut quocumque alio titulo assumi nihil ex eis priuilegijs detractum esse ordinarijs intelligatur, quominus ij, quibus ea iam concessa sunt, vel in posterum cõcedi contigerit ipsis ordinarijs, tanquam Apostolicæ sedis delegatis plene in omnibus, & quoad capellanos regios iuxta constitutionẽ Innocẽtij, quæ incipit, cũ Capella f subiecti existant, exceptis tamen ijs, qui prædictis locis, aut militijs actu seruiunt, & intra eorũ septa, ac domus residẽt, sub quorum obedientia viuunt, siue ijs, qui legitime, & secundum regulam earundem militiarum professionem fecerint, de qua ordinario constare debeat, non obstantibus priuilegijs quibuscumque etiam religionis sancti Ioannis Hierosolymitani, & aliarum militiarum. Hæc Concilium.

f c. cũ capella de priuil.

Aduertendum etiam est, quod licet religiosi non possint interdici ab ordinarijs, pro vt patet ex dictis priuilegijs hoc tamẽ fallit in religioso, & alijs exemptis, qui habent aliquod beneficium in diœcesi alicuius Episcopi, vt sunt multi religiosi curati maximẽ Bononiæ, tunc enim non quatenus exempti, sed quatenus beneficiarij poterũt interdici, prout ex argumento g cuiusdam Decretalis colligitur.

g d.e. cum capella.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum religiosi teneãtur seruare interdictum nullum seruatũ à matrice.

REspondeo dicendo, quod interdictũ siue valeat, sine non valeat, seruandũ est ab omnibus religiosis, tam exemptis, quam non exemptis, quando seruatur ab Ecclesia matrice, vt in quadam Clemẽtina a determinatur, non autem excommunicatio, quæ differentia non videtur in mentem veniſſe Ioanni Andreæ, b & Petro, qui nouẽ alias differentias inter interdictũ, & excommunicationem diligenter collegerũt, nec Dominico, nec Perusino, qui decimã addiderunt. Dixi (religiosi) alij enim clerici sæculares non tenentur interdictum, quod nullum est seruare, etiam si matrix Ecclesia illud seruet, vt patet ex dicta Clementina c vbi glossa hoc annotauit secundum Rauennam ab omnibus recepta, & memoriæ mandanda, & docet D. Antoninus d & Nauarrus.

a Clem. 1. de sen. excom.
b Andr. & Petrus in c. 1. de sent. excom.
c d. clemen. vbi gl. v. religiosi.
d Anton. 3. p. tit. 19. Nauar. in c. cũ cõtingat de rescrip. remed. 2. nu. 40.

ARTICVLVS V.

Vtrum religiosi non seruantes interdictum sint excommunicati.

REspondeo dicendo, quod inquadã Clementina a excommunicantur omnes religiosi tam exempti, quàm non exempti cuiuscunque ordinis, & conditionis, mendicantes, & non mendicantes secundum glossam ibi, qui interdictũ impositum autoritate sedis Apostolicæ, aut ordinariorum, quod sciunt Ecclesiam matricem seruare nõ seruauerunt, & idem ibidem dicitur de interdicto, & cessationibus â diuinis indictis per prouincialium Conciliorum statuta, vel ipsorum autoritate, & in generalibus cessationibus â diuinis ciuitatum, terrarũ, & aliorum locorũ, quas aliquando ex consuetudine, vel alias capitula collegia, vel conuentus sæculariũ vel regularium sibi vendicant Ecclesiarũ.

a Clem. 1. de sen. excom.

Circa quam constitutionem nota, quod non ligat clericos sæculares secundũ glossam ibi, quæ etiam dicit, quod religiosi intelliguntur scire obseruantiã interdicti â matrice Ecclesia, quando viderint, vel alio sensu corporis perceperint, ideſt, auditu, quod de auditu probabili est intelligẽdũ. Vnde constitutio statim addit, quod probabiliter ignorantes non ligantur. Aduertendum tamẽ, quod si Ecclesia matrix seruat, quia ipsa specialiter, & singulariter est interdicta, non est locus huic pœnæ, quæ intelligitur de interdicto, ad quod religiosi tenẽtur: ipsi autem nõ tenentur ad illud seruandum, quãdo Ecclesia matrix seruat, quia ipsa specialiter est interdicta. Notandum etiam est, quod dicta constitutio intelligitur de interdicto â iure, verbi gratia quando canon imponit interdictum Ciuitati, quæ insecuta fuerat Episcopũ, prout probatur in iure. b

b c. fœlicis 5. ciuitas de pœnis li. 6. gl. in d. Clemen.

Nota

Nota etiam, quod non habet locum dicta cõſtitutio in interdicto poſito à ſingulari perſona, quæ ſpeciali conſuetudine poteſt interdicere, cum talis non faciat authoritate Apoſtolica, neque ſit ordinarius. Verum tamen eſt, quod ſi ex conſuetudine haberet iuriſdictionem ordinariam iuxta terminos iuris *c* huic conſtitutioni locus eſſet, & hoc videtur verius, nam textus non loquitur de interdicto lato à Diœceſano, quia tunc ſolus Epiſcopus intelligeretur argumento cuiuſdam Decretalis *d* ſed dicit de interdicto lato ab ordinario, & ſic ſufficit, quod habeat ordinariam iuriſdictionem. Idem dic delegato Apoſtolico nam ſi habet mandatum poteſt, alias ſecus. Vnde dicta conſtitutio procedit de interdicto Sedis Apoſtolicæ vel ordinarij vel delegatorum ſpecialiter ad hoc deputatorum vt interdicant, alias ſecus, quando autem datur poteſtas ſpecialiter ad interdicẽdum eſt potius miniſter quã delegatus, & ipſe cõmittens talem poteſtatem dicitur facere argumento cuiuſdam *Decretalis*. *e*

Nota deinde, quod Eccleſia Matrix ſecundum gloſſam in dicta Clementina eſt Eccleſia maior vel baptiſmalis quæ dicitur Matrix quia ſicut mater generat, ſic & iſta regenerat per baptiſmum & quia interdicuntur quandoquẽ loca non habentia intra ſe Eccleſiam cathedralem habent tamẽ matricem: ideo hoc expreſsit, & procedit dicta conſtitutio cum illa matrix Eccleſia religioſis nõ obſeruãtibus interdictum ſub eſt quantum ad præſentationem collationis, vel quia ſit ipſorum vicaria, cum dicta conſtitutio generaliter loquatur, ita Baptiſta de Salis in ſua ſumma, *g* & Sylueſter, ſi vero in loco non ſit aliqua cathedralis, vel matrix Eccleſia, quia forte eſt in alio loco, vel ibi ſunt plures æqualiter ſuis parochianis baptiſmata, & alia ſacramenta miniſtrãtes diſtinguendum eſt, ſi omnes illæ ſeruant, locus eſt dictæ excommunicationi, ſi verò aliquæ ſeruant, aliquæ non, tunc non eſt locus huic pœnæ, ſicut eſſet, ſi in tali loco non eſſet, niſi vna Eccleſia religioſorum non ſeruantiũ, vt cum gloſſa tenet Syluester. Nota inſuper, quod ſi interdictum ſit appoſitum in prouincia, licet Eccleſia Metropolitana ſeruet interdictum religioſi totius prouinciæ ſcienter non ſeruantes, minime hac excommunicatione feriuntur: nam Clementina ſolum loquitur de religioſis non ſeruantibus interdictum, quod ſeruat cathedralis, vel matrix loci, & conſtat, quod Metropolitana Samorenſis non eſt matrix ciuitatis Taurenſis.

c cõ contingat de foro competen.

d ca vni. de vit. & hon. cleri. lib. 6.

e c. fi. de offi. deleg.

f gloſ. in d. clem. v. matricem.

g Salis in ſum. ti. excõ. 1 fo. 92. pa. 2. col. 1. Syl. v. excõmu 9. n. 90

h glo. in d. clem. 1. Syl. vbi ſu. n. 92

ARTICVLVS VI.

Vtrum matrice non ſeruante interdictum teneantur religioſi non ſeruare.

REſpondeo dicendo, quod ſi matrix Eccleſia non ſeruet, non tenentur religioſi, non ſeruare prout tenet gloſſa *a* quia dicta Clementina non dicit, quod in non ſeruando ſe conforment, ipſa enim addere intendit, non minuere ad obſeruantiam interdictorum, & argumentum à contrario ſenſu ceſſat, vbi illius argumenti contrarium reperitur in iure, prout tenet quędam gloſſa *b* communiter recepta, nec contrariorum eadem eſt diſciplina, vbi mens, & verba reſiſtunt, vt dicitur in iure *c* exceſſus enim clericorum, matricis Eccleſiæ non debet dare religioſis materiam delinquendi cum ipſi ſacrorum Canonum magis obſeruatores eſſe debeant. Verum eſt tamen, quod ſi ſententia interdicti verè ligat, & matrix Eccleſia illã non obſeruat, religioſi non ſeruantes, non ligantur hac excommunicationis pœna, ſed alijs, quæ in ſacris Canonibus *d* continentur quia, ſcilicet, ſunt ſuſpenſi, & eis interdictus eſt ingreſſus Eccleſiæ, & ſunt irregulares, & ineligibiles actiue, & paſſiue, ſi autem ſententia interdicti vere non ligat impediente appellatione, vel alia nullitate, & matrix Eccleſia illam ſeruat, ligantur religioſi non obſeruantes eam pœna excõmunicationis, non autem alijs ſupradictis, quando verò tenet, & per Eccleſiam matricem ſeruatur, religioſi non obſeruantes ligantur non ſolum excommunicatione, ſed etiam alijs pœnis.

a gloſ. in d. clem. 1.

b glo. vlt. in c. publicato de electio. c ca. fin. de verb. ſigni.

d ca. vlt. de excef. præl. c. autori. de priuil. lib. 6 &c. Epiſcoporum.

(?)

QVÆSTIO. CIX.

De interdicto locali quoad eius effectus, & priuilegia iuris communis in quinque articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quinque.

1 *Quis ſit effectus interdicti localis.*
2 *Quæ iure communi tempore interdicti localis permittantur.*
3 *Quæ ſacramenta tempore interdicti permittantur conferri.*
4 *Quomodo tẽpore interdicti officia diuina ex priuilegio capit. alma mater, celebrentur.*
5 *Vtrum interdictum loci violetur etiam ſi non ſit denuntiatum.*

ARTICVLVS I.

Quis ſit effectus interdicti localis.

REſpõdeo dicẽdo, quod ex diffinitione interdicti localis colliguntur tres effectus priuatiui, & tria prohibentur ingenere, nempe quædam ſacramenta, & omnia diuina officia, & eccleſiaſtica ſepultura, qui effectus iure antiquo ſtrictius prohibebantur, ſed ius nouũ capituli, *Alma mater*, *a* ideo cõcedit celebrari officia diuina cum quadã moderatione, ne ſi diu ceſſent, pullularent hæreſes, ſequeretur magna indeuotio populorũ, & infinita animarũ pericula. Ea dicũtur officia diuina, quæ nõ ſunt ſacramẽta, ſed actus ſpecialiter deputati ſacro ordini, vt celebrare miſſam etiãvotiuam, cãtare Epiſtolã, aut Euangelium ſolenniter cum veſtibus ſacris, & quod Hebdomadarius officiet, ſeu capitulet prout conſtat ex traditis â Paludano *b* Antonino, Sylueſtro, Soto, Couarruuias, & Nauarro. Vnde celebrare, aut miniſtrare ſolenniter in miſſa etiam Pontificali & Hebdomadarium ſacerdotem officiare horas in choro, & Epiſcopũ conferre ordines etiam minores, & conſecrare Abbates, virgines, aras, & calices inter diuina officia prohibita tempore interdicti reputantur, vt conſtat ex traditis ab Angelo *c* Couarruuias, & Nauarro, qui in hac parte ſequuti ſunt Ancharranum, & Federicum, & Calderinum.

Aduertendum tamen, quod propter aliquam grauem neceſsitatem poteſt Epiſcopus ordines celebrare tempore interdicti, verbi gratia ſi ratione peſtis, vel alterius calamitatis parochi, & multi ſacerdotes obierunt, poterit enim in his caſibus Epiſcopus tempore interdicti ordines conferre ſecundum Sylueſtrum *d* quod nõ eſſe probabile tradit Couarruuias, & Bibaldus in ſuo cãdelabro aureo, putat probabiliſsimum, & verum, cum neceſsitas careat lege maximè in hoc caſu, vbi multi morerentur ſine confeſsione ex ſacerdotum penuria, & cõſequenter condemnarentur multi.

Verum eſt tamen, quod ſi extra dictas neceſsitates ordines celebrauerit, grauiſsimas incurret pœnas â iure ſtatutas, ordinatus autem ſic in dicto loco non ſit ſuſpenſus, niſi in ſua ordinatione miniſtret ſtatim in ordine ſuſcepto, vt affirmat Couarruuias *e* nec licet tempore interdicti benedicere ſacramentalia, vt aquam etiam pro baptiſmo, niſi ianuis clauſis, vt tenet Syluẽſter *f* quem ſequitur Nauarrus ſecutus Federicum, & Calderinum dicentes, quod tunc non licet parocho benedicere aquam neque eam publicè fundere, cum aſperges. Item non licet cantare horas canonicas publicè, nec priuatim cõram alijs eas dicere, ſed eas dicere cũ moderatione capituli, *Alma mater*, Hæc & ſimilia prout ordinantur in miſſali, vel Pontificali, aut breuiario dicuntur officia diuina, vt conſtat extraditis ab Angelo *g* & Syluẽſtro, & Nauarro, & Mandoſio. Verum eſt tamen, quod non omnia, quæ in miſſali, & breuiario habentur, ſunt officia diuina, multa enim ſunt in his libris ordinata, quæ non prohibentur tempore interdicti, quia reuera non dicuntur ſimpliciter officia diuina, ſed priuata, vt innuunt Doctores allegati, quibus proinde intereſſe poteſt homo interdictus, aut excommunicatus, de quibus in articulo ſequenti.

ARTI-

a c. alma mater de ſent. excommu.
b Palu. in 4 d. 18. q. 2. ar. 2. Syl. interdict. 5. nu. 1. & §. 3. Antoni. 3. p. ti. 26. c. 4. So. in 4. d. 22. q. 3. ar. 1. cõclu. 4. Cou. in ca. alma mater ca. 2. p. 2, §. 1. n. 2 & §. 4. Na. in manu. à nu. 171.

c Angel. interdictũ. 9. §. 18. Coua. vbi ſu. §. 5. n. 6. Nauar. vbi ſup. nu. 177. & 186.

d Syl. interdi. 5. q 5. Coua. in cap. alma mater. 2. p. §. 3. n. 4 Bibald. in candela. aureo.

e Coua. vbi ſu. §. 3. n. 3.

f Syl. interdictũ. 5. §. 2 v. 3. Na. vbi ſu. n. 187. & 186

g Angelus interdict. 5. §. 4. Syl. interdictũ. §. 4. v. 1. & interdict. 6. § 2. v. 1. Mãd. in pra. ſignat. tit. confeſsionale, & tit. licentia.

ARTICVLVS II.

Quæ iure communi tempore interdicti localis permittantur.

REspondeo dicendo, quod primo permittuntur benedictio mensæ, & gratiarum actio, benedictio fructuum, aut ipsius habitus nouitiorum, pro peregrinis, benedictio baculi, & sacculi, prout constat ex traditis per Nauarrum *a* & Syluestrum, & ex abundantiori conceditur priuilegium pro benedictione mēsę, prout constat ex compendio *b* mendicantium Leonem Decimum minoribus cōcessisse. Quod ego priuilegiū existimo fuisse procuratum, quia in religionibus benedictio mensæ, & gratiarum actio â nemine, quam ab Hebdomadario, aut à sacerdote nomine ipsius solemniter dicuntur, qua ratione attenta videntur inter officia diuina aliquo modo esse computanda, & tempore interdicti ea minimè esse dicenda solenniter, nisi priuilegium aliquod sit concessum, quo ipsa solenniter dici posse concederetur.

a Nau. c. 27 n. 172. Syl. vbi sup. v. 5 in fin.

b Compen. mendi. interdi. 1. §. 20 habetur in sup. fol. 26. cōcess. 192.

Secundo permittitur cantus Lætaniarum, dum sit per laicos confratres, prout dicunt Nauarrus, *c* Sandoual, & Tabien. vel dum publicè intra, vel extra Ecclesiam cantantur à sacerdote, aut regularibus, sed absque solēnitate Crucis, & sine, *Dominus vobiscum*, nam dum sacerdos in diebus lętaniarum, qui præcedunt Ascensionem Domini, & in festo Beati Marci Euangelistæ in processione cum superpellicio, & prędente cruce, aut in alijs processionibus cātat solenniter lætanias, pertinet ad officiū diuinū, & sacerdotis, & sic nō licet tēpore interdicti, prout tenet Nauarrus *d* & alij cū Caldorino, & Caietanus, Palatius, & Alcocer, & sic excōmunicato nō licet assistere lætanijs solemnibus, prout tenet Nauarrus. *e* Aduertendum tamen, quod, *Leo X. concessit fratribus minoribus, quod tēpore interdicti ordinarij possint prædicti fratres minores facere processiones per claustra sua dicendo lætanias, vel hymnos, aut alia deuota carmina, dū tamen aliquod diuinum officium non dicant.* Ita habetur in ordinis supplemento, *f* & refertur in compendio mendicantium. Quæ ibi, *Dum tamen aliquod diuinum officium non dicant*, satis indicant quod prædictum priuilegium ad parum, vel ad nihilum deseruit, cum prædicto modo facere processiones, & dicere lætanias â iure communi concedatur, prout ex superioribus satis patet. Ex quibus colligitur minus rectè percepisse hoc priuilegium Henriquez *g* dicens, quod minoritis, & eis, qui communicant in eorum priuilegijs conceditur tempore interdicti facere publicas processiones per claustrum cū solennitate, & cantu lætaniarum, hymnorum, & aliarum deuotarum precum, non enim in dicto priuilegio tale quid cōceditur, scilicet quod cum solennitate hæc fieri possunt, hoc enim est officium diuinum vt ex præcedentibus constat: imo dictum priuilegium id expresse negat addens, & dicens. *Dum tamen aliquod officium diuinum non dicāt*, Quę verba minime considerauit Henriquez, imo ea male trāstulit dicens. Dūmodo non faciant aliud officium, quæ verba minimè in dicto priuilegio apponuntur, solum enim apponuntur verba supra posita, ibi, *dum tamen aliquod officium diuinum non dicant.* Nec pro Henriquez facit priuilegiū ab eo allegatū contentum in eodem compēdio *h* mendicantium. Nam licet Leo non concessit Benedictinis absolutè, vt tempore interdicti possint missas processiones, & alia diuina officia solemniter celebrare, vt inde inferat Hēriquez posse regulares processiones in tempore interdicti solenniter celebrare, sed solum concessit, vt in festiuitatibus, de quibus in dicto priuilegio possint dictas processiones solenniter celebrare, in quibus festiuitatibus per dictum priuilegium suspenditur interdictum.

c Nauar. vbi su. nu. 176. Sando. par. 6. de officio eccleſiastico. c. 29. Tabien. tit. interdictū. 5. ibi.

d Nauar. & alij vbi sup. Caiet. excō muni. ad fi. Palac. in. 4. d. 18. q. 3. pa. 341. Alcoc. in sum. ca. 17.

e Nau. Hisp. n. 40. in ad di. in c. 2. 28.

f Sup. fo. 62. concl. 1. 99 cōpē. mēd. ut. interdi. 1. §. 25.

g Hēriq. in sum. 2. p. li. 13. de excō. & interdic. cap. 44.

h Cōpē. mēdi. ti. interdict. 2. §. 10

Potest etiā sacerdos, qui iuuat infirmum periclitantē recitare lętanias, & alios psalmos, & orationes eorum laicis dicere Euāgelium, vel legere passionem Christi Domini aut recitare Psalmos Pœnitentiales, dūmodo non dicat, Dominus vobiscum quod pertinet ad officium Diaconi, & recitare recommendationem animę pro mortuo, prout tenet Syluester, *i* & Nauarrus.

i Syl. inter. 5. §. 4. v. 6. Nau. c. 27. n. 170.

Quarto potest etiam sacerdos introducere priuatim in Ecclesiam mulierem post partum

partum facta confessione generali, vt Deo gratias agat, prout tradunt Sylvester, k Maiolus, Armila, & Nauarrus cum Calderino, sed absque stola, & ornatu sacerdotis vt cum alijs tenet idem Nauarrus *l* eadem confessio, & absolutio generalis deprecatiua dici potest coram interdictis à sacerdote in fine concionis, quia eo ipso, quo tunc conceditur sacramentum pœnitentiæ etiam sanis videtur concessa ea generalis absolutio, quæ ordinatur ad emundationem peccati, prout tenet Sylvester, *m* & Nauarrus, nam ea deprecatoria confessio, seu absolutio fieri potest à persona interdicta.

k Syl.ti.interd.5. §.4. v.5. Maiol. li.3.c.20.n. 8. in fi. Armil.ti.interdictũ. §.64. Nau.vbisu.
l Na.vbi su. nu.176.177 179.
m Sylu.vbi su.§.7.v.3. Nau.vbisu. n.176.

Quintò non prohibetur adoratio crucis in feria sexta Hebdomadæ sanctæ, quia nõ videtur officium diuinum, vt tenet Nauarrus cum Calderino, & recentioribus, & clericus potest accipere mortuoria, licet defunctus etiam interdictus sit sepultus extra locum sacrum, quia clericus non prohibetur pro illo orare, aut accipere oblationes prout tenent Sylvester, *n* & Nauarrus. Sexto tempore interdicti licet publicè recitare, dum pulsatur ad precem Angelicam, vespere, mane & meridie, vt post cõmunem tenet Medina. *o* Et priuata benedictio licet, quam publicè dat Episcopus, vel presbyter etiam extra Diœcesim, non tamẽ licet solẽnis benedictio, quã Episcopus facit in Ecclesia dicens, *Adiutorium nostrũ in nomine Domini*, & sic sunt concordãdi Sylvester, *p* & Nauarrus. Dũ enim Sylvester illicitam esse talem benedictionem affirmat, de benedictione solemni est intelligendus.

n Syl.tit.interdictũ. §. 8.v.7. Nau. vbisu.n.174.
o Medin.li. 1.sue instructi.c.11.n.13
p Sylu.vbi su.§.4.v.5. Nau.vbisu. nu.176.

Septimò, lectorie etiam interdicto, vel in loco interdicto licet prælegere lectiones etiam sacræ Scripturæ, declarare Euangelium, aut Psalmos, & prædicare, prout tenẽt Paludanus *q* Antoninus summa confessorum, & Nauarrus, & licet etiam exercere ea, quæ sunt iurisdictionis in loco interdicto, vt excommunicare, vel ab excommunicatione absoluere, dare indulgentias eligere, & similia, sed absque stola, & solemnitate sacerdotali.

q Palud.in 4.d.18.q.4. Antonin.3. p.tit.24.ca. 20. colu.2. sum. cõfes. lib.3. tit.33. q.251. Nau. vbisu.n.176.
r c.respons. vbi glos.de sent. excõ. c.quod in te de pœni. & remis.

Octauo prohibebantur olim multa officia diuina in loco generaliter interdicto, vt patet ex iure, *r* sed quædam officia licebant, vt etiam colligitur ex iure *s* & plura nouo iure in capitulo, *Alma mater*, alia conceduntur per priuilegia iuris, vt clericis quædam conceduntur, clericus enim primę tonsuræ ex priuilegio iuris admittitur ad officia diuina, & sepulturam, nisi fuisset causa interdicti, sub nomine clerici in fauorabilibus iure cõmuni comprehenduntur regulares, nisi clerici, aut regulares essent interdicti, prout notat Nauarrus *t* omnes enim hi gaudent priuilegio canonis, vt idẽ Nauarrus notat *u* & etiam Nouitius, & cõuersus gaudet, vt dicitur in iure, & tradunt Sylvester *x* Rosella, Armila, Angelus, Nauarrus, Corduba, & Antoninus, Gabriel, clericusque coniugatus cum vnica Virgine gaudet priuilegio canonis, & fori, si modo deferat tonsuram, & vestem clericalem: at post Concilium Tridentinum *y* vt clericus in minoribus gaudeat priuilegio fori oportet ab Episcopo adscriptum esse ministerio certæ Ecclesiæ, aut versari in seminario clericorũ, vel in studijs de licentia Episcopi, quod tamen in praxi receptum confirmat Pius Quintus proprio motu, & vsitatum est in prætorijs regijs, & id optauit fieri Molineus, *z* tenent Nauarrus, Mãdosius, Maiolus, & Perez, clericus tamen coniugatus tempore interdicti non admittitur ad diuina officia, nisi præscripta consuetudo, ex qua venire licet impunè contra interdictum id concedat, qualis est in Aragonia, quod ex traditis in iure *a* de cõsuetudine disponente confirmatur, & tradit Nauarrus.

s Nau.c.27. n.174.
t Nau.c.27 n.79.
u Sylu.v.religi.5. & ex communi.
x Rosel. Armil. Angelus. v. nouitius Nau. in Apol. de red.q.1.monit.55. Co.. li.1.qq.q.20 com. opi.tit. de præsum.cõc.12
y Trid.se.23 c.6. &17.
z Molin.in add.ad Alc. cõs. 8.vo.1 Na.c.25.n. 135. Mãdos. ie reg.cãce. reg.16.q.14 n.2. Maiol. li.1. de reg. c.34.n.1 colu.3. Per.in l.2.ti.8. li.8 ord.pa.342 a e.fi.de cõsuet. Na.ca. 27.n.174.
a Tabie.in ter.5.in pr. & ibi Sil.v. 2. Gou.inc. alma mater 2.p.§.2.n.7 verb.sed & olim.

Nonè non prohibentur in conuentuali Ecclesia, vt summissa voce, & sine cãtu bini, aut tres recitent horas sed cum moderatione hac, nempe interdictis exclusis, ac ianuis clausis, vt colligitur ex iure, tradunt Ioannes *b* Tabien. Sylvester, & Couarruuias, & tunc non licet, vt plures, quãm tres simul recitent etiam tempore cessationis à diuinis, quia solum confirmatur ius antiquum, prout tenet Henriquez *c* contra Senatum Doctorum Salmanticensis Academiæ, & contra Medinã dicentes, quòd debet solus recitare.

Ex his Doctores colligũt, licuisse in interdicto etiam speciali quod bini, aut tres horas canonicas recitare possint extra Ecclesiam, sed cautè ne à prohibitis audiantur, nisi fortè per transitum, quod pro nihilo reputatur, vt in agro, cubiculo, veletiã intra Ecclesiam apertis ianuis cum dicta cautela, ne audiantur à prohibitis, prout tenet Couarruuias, *d* Nauarrus, & Sylvester,

b Henriq.in som.2.p.li. 13.de excõ. & interd.c. 44.n.5. li.8 d Cord.vbi sum.1. Na. vbi su.175. Syl. vbi su. §.5.v.2.

nec

nec quid prohibet capitulum, *Alma mater* quia in hoc casu cessat tota ratio prohibitionis, & inconueniẽtium, quæ in dicto capitulo considerantur, similiter tẽpore specialis interdicti, loci, licebat binis clericis, aut tribus simul recitare, vt tenent Sylue-

e Syl.vbi s. Cou.vbi su. n.7.DD.in ca. quod in te de pœni. & remi. Hẽ riq.vbi s n.3 lit. N.

ster e & quidã recentiores, quod sentit Couarruuias, quia Doctores loquuntur sine exceptione specialis, aut generalis interdicti, vt contra Nauarrum tenet Henriquez tempore vero cessationis id licet ex eodẽ iuris priuilegio, quia militat eadem ratio prout colligitur ex Couarruuias f cũ Ioãne Andræa, Innocentio, Caldeiino, & Syl

f Cou.vbi s. 2. p. §. 4. n. 7. v. hinc pa tet Sil.vbi s. §.7.v.3.So. in 4.d. 22. q.3. a 2.Hẽ riq vbi s lit. O.Medi.in instr. confessorũ li.1 c.11.§. 14.

ueſtro, & significat Soto, & serio affirmãt Theologi recentiores, prout affirmat Hẽriquez, inde inferẽs sine causa Senatus Doctorum Salmanticensiũ, quos citat Medina, restringit hoc adsolos sacerdotes cõtra capitulũ, *Quod in te de pœnitentijs, & remissionibus*, quod nõ restringit hoc priuilegiũ recitãdi binos, aut tres ad solos sacerdotes & per consequens falso aiunt solũ sacerdotum tempore cessationis, sepeliẽdũ in loco sacro, idque in cœmeterio, & non in Ecclesia: dictũ enim capitulũ, *Quod in te*, generaliter concedit prædictum priuilegiũ clericis. Verum est tamen, quod extra Ecclesiã post capitulũ, *Alma mater*, nõ debẽt dicere horas canonicas plures simul quam tres, quia alias videretur officiare propopulo, vt innuit Sylu. g Ex his infertur etiã intellectus ad quandã cõcessionẽ Leonis X. factã fratribus minoribus, *quod scilicet, tẽpore interdicti, aut cessationis à diuinis possint duo, vel plures fratres extra ecclesiã in domibus suis officiũ diuinũ dicere non obstante capitulo, quod in te, de pœnitentijs, & remissionibus, & alijs quibuscumq; & quod quãdo extra chorũ dicunt prædicti fratres horas canonicas, si casu transeũtes personæ interdictæ aliquid audierint non propterea incurrãt aliquã censuram.* Ita habetur inordinis supplemento h hoc enim priuilegiũ ex dictis vt aliquid operetur, debet intelligi, vt plures quãtres simul in domibus suis extra Ecclesiã tẽpore interdicti, aut cessationis à diuinis officiũ dicere possint diuinũ. Nã secũdum supradicta ex priuilegio iuris iã erat concessum clericis, vt tres simul extra Ecclesiã possint officiũ diuinum recitare. Verũ est tamẽ, quod modo post capitulũ, *Alma mater*, in agro, aut alibi extra Ecclesiã nõ possunt plures, quã tres dictas horas canonicas priuatim summissa voce excõmunicatis, & interdictis exclusis recitare prout cũ Sylue. dictũ est. Illud autẽ, quod in eodẽ priuilegio cõceditur, *q; quãdo extra chorũ dicũt prædicti fratres horas canonicas, si trãseũtes personæ interdictæ aliquid audierint, nõ propterea incurrãt aliquam censuram*, hoc, inquã, non continet aliquod priuilegiũ, cum iure cõmuni sit concessum, & ita à Leone X. pro fratribus seruulosis videtur fuisse impetratum.

g Syl. tit. interdi. §. n. 7. versi. 2.

h Sup. f. 82. conc. 166.

Decimo licebat parochis per se, vel per vicariũ, vt & modo licet tẽpore interdicti generalis, aut specialis celebrare vnã missã in hebdomada in qualibet parochia, prout in iure permittitur, & tradunt Sylueſter i Villadiego, & Nauarrus, & hoc cũ vno, aut duobus ministris ad renouandũ Sanctissimũ Sacramentũ Eucharistię, quod asseruatur pro infirmis in sacrario moderatione tamen interdictis exclusis, & his, qui nõ habent priuilegiũ ianuis clausis voce summissa, & sine pulsu cãpanę, etiam paruulæ. Ita Doctores superius allegati cũ moderatio hęc cõfirmetur nouo iure capit. *Alma mater*, vrgẽte autẽ necessitate infirmorũ possunt alię missæ cũ moderatione celebrari, vt tenet Nauarrus k secutus Hostiensem.

i c. permitti musde sen. excom. Sil. inter. §. §. n. v. 1. Villad. c. §. n. 6. Na. c. 27. n. 173. & 178. K Nau. vbi sup. nu. 173. Hostien. iu d. c. permittimus.

a c. quod in te de pœni. & remis.

b DD. in c. permittimus de sent. excom.

c DD. in c. non est nobis de sponsalibus Sot. in 4. d. 22. q. 3 a. 1. possẽ cõc. 4. Medi. in sum. li. 1. c. 11. §. 13 Coua. in c. alma mater §. 2. n. 8. Sil. interd. §. 7. n. 1. & 4. & Arm. §. 44 Nau. ca. 27. n. 178 Ang. interd. 6 §. 27. Tabiẽ. §. 5.

ARTICVLVS III.

Quæ sacramenta tempore interdicti permittantur conferri.

REspõdeo dicẽdo, quod iure a antiquo concedebatur morituris Eucharistia per modũ viatici, & sacramentũ pœnitẽtię etiam pro sanis, & alia sacramẽta, quod extẽdunt Doctores b ad tẽpus cessationis Sed vt hæc clarius patefiant de singulis sacramẽtis opere pretiũ est videre, quantum autẽ ad sacramentũ Baptismi nũc, & olim in loco generaliter interdicto, licet cõferre Baptismũ pro paruulis, prout tradunt Doctores, c quos sequuntur Soto, Medina, Couarruuias, Sylueſter, Nauarrus, Armila, Angelus, & Ioannes Tabien. & hoc cum solem-

solemnitate solita Catechismi, Exorcismi, quia præceptũ est Ecclesiæ, ne sine ijs pijs ritibus à sacerdotibus baptismus ministretur, & idem baptismus cum simili solemnitate licet, & licuit conferre adultis ad Ecclesiam venientibus, prout tradunt Doctores superius relati ad hoc quandam decretalem *d* allegãtes: quoniã licet adultus possit contritione, & baptismo flaminis iustificari, habet tamen ius ad baptismum aquæ petendum, cum ipse in re susceptus sit efficacius ad salutem remedium.

d c. quoniã de sent. excom. lib. 6.

Quantum autem ad sacramentum pœnitentiæ licitum est cõferre infirmis, vt iure etiam antiquo quidam putant licere sanis, vt videre est apud Nauarrum *e* Tabiẽ. & Couarruuias, vt cumque tamẽ sit, de iure *f* nouo conceditur sanis, hoc tamen intelligẽdum est dummodo sint bene dispositi ad hoc sacramentum recipiendum, vnde sanus excõmunicatus, si non dedit causam interdicto, potest tunc sacramentaliter absolui, si præbeat debitam iuris cautionem, vt colligitur ex iure *g* & tenet Nauarrus, & quidam recentiores.

e Nau. vbi f. Tabien. §. 5 vbi s. Coua. vbi s. §. 3. n. 1 fc. alma mat. de sent. excõ. Villa. de irreg. c. 5 n. 2. in fin.

g d. c. alma mater Nau. vbi s. n. 178. addit. ad Sil. interd. 5. §. 7. v. 3. cõtra Soto.

Quantum ad sacramentum confirmationis, quod pertinet ad quoddã baptismi complemẽtum, potest iure etiam antiquo adultis publicè ministrari in tẽpore interdicti cum solemnitate consueta, in loco etiam specialiter interdicto, quando alias commodè adiri non posset, vt post alios tenent Couarruuias, *h* & Nauarrus. Chrisma vero, quod necessarium est pro confirmatione, & ad ritũ baptismi licet, & licuit hodie consecrare in feria quinta hebdomadæ sanctæ in loco etiam specialiter interdicto, similiter & olim baptizandorum cũ moderatione tamen capituli, alma mater, vt olim iure antiquo erat moderatum, vt tenent communiter Doctores, *i* Couarruuias, Nauarrus, & Sylvester.

h Cou. vbi 1. §. 2. no. 7. & 8. Na. vbi su. n. 178. in ptin.

i DD. in c quoniã de sent. excõ. Coua. vbi s. §. 2. n. 7 Sil. v. confirmatio. §. 5. v. 4 Kc. quodin te de pœni. & remis. c. permittim' de sent. excõ. Couar. vbi s. n. 8. & §. 3. n. 1. So. in 4. d. 22. q. 3. a. 1. cõ. 4. Nau. vbi s. n. 78. Calder. de inter di. 2. p. n. 3. Federi. cõs. 70.

Quantum verò ad sacramentum Eucharistiæ iure antiquo, aut nouo tempore interdicti, aut cessationis â diuinis, nisi tãquã viaticum infirmis in articulo mortis nõ potest ministrari iuxta tradita in iure *k* & resoluta â Coua. ruuias, Soto, Nauarro, Calderino, & Federico, quod benigna interpretatione extenditur ad omnes qui sunt in probabili periculo mortis etiam violentæ, vt damnatus esset ad mortem per sententiam, appellatione, aut alio iuris remedio non suspensam, vt tenent Doctores superius allegati, adeò quod hîc posset non ieiunus communicare, si iudex nolit tempus dare, vt tradit Henriquez *l* dicens hoc colligi ex Sylvestro, & Doctoribus communiter, & quod ita in praxi fecit seruari Reuerendissimus Guerrero, Archiepiscopus Granatensis vir doctissimus post consultationem virorum grauissimõrum. Ita non obstante tempore interdicti etiam specialis, aut cessationis à diuinis potest prædicto damnato dari communio, vt colligitur ex Nauarro, *m* Soto, Medina, & Couarruuias allegantibus Paludanum, & Antoninum, & Medina in confirmationem supradictorum citat congregationem Doctorum Salmanticensis Academiæ, & ratio prædictæ opinionis est, nam reus damnatus ad mortem dicitur esse in articulo mortis, licet violentæ, & absolui potest, vt constitutus in hoc articulo ab omnibus casibus, & per cõsequens eidẽ est cõcedenda cõmunio etiã tẽpore interdicti, nõ obstante cõmuni prohibitione Ecclesię & intra Ecclesiam specialiter interdictam, quando non esset alia, huic tamen sano non potest sacramentum Extremæ vnctionis conferri, prout infra dicemus, verba de hoc sacramento faciendo.

l Henriq. in 2. p. li. 8. de Eucharist. c. 30. §. 1.

m Nau. vbi s. n. 178. infine Sot. vbi s. ar. 1 Med. vbi su. §. 11. Coua. vbi s. §. 2. n. 7. & §. 3. n. 2. & 3 & lib. 2. variar. c. 1. n. 11

De prægnanti autem muliere, quo tempore partus timet periculũ, potest tẽpore interdicti dari Eucharistia, prout resoluit Couarruuias *n* & similiter inchoantibus longam periculosi maris nauigationem aut intraturis prælium, aut quando ciues sunt ab hostibus validis obsessi, prout tenet Silvester *o* cum *Doctoribus* communiter.

n Cou. inc. alma mater 2. p. §. 3. n. 2

o Syl. v. interd. 5. §. 7.

Sano etiam sacerdoti, non licet tempore interdicti recipere cõmunionem de manu aliena, quia dum sit generalis prohibitio, & excipiuntur certi casus, omne, quod expresse non est exceptum, subiacet regulæ prohibitiuæ, vt post alios tenent Couarruuias, *p* & Nauarrus.

Vnde falsò quidam recentiores aiunt, quod clericus eiusdem Ecclesię, præsertim sacerdos, vt concessione iuris potest assistere diuinis officijs, ita & potest recipere cõmunionem, nam ille, cui conceditur, vt possit tempore interdicti assistere diuinis officijs, non conceditur, vt possit recipere communionem, nisi specialiter ipsi cõcedatur, vt conceditur ipsis religiosis, & infra dicemus. Aduertendum tamen, quod quando datur Eucharistia infirmis tẽpore interdi-

p Cou. vbi su. §. 3. nu. 1. Nau. vbi su. n. 178.

interdicti, deferenda eſt ad eos reuerenter cum conſueta ſolemnitate, & pulſu campanę, & lumine, vt poſt alios tenet Nauarrus q & Couarruuias, poſſuntque recitari Pſalmi, & preces, aut hymni à ſacerdote cum alijs, dũmodo non recitet horas canonicas & in reditu ab infirmis, licet Euchariſtiam oſtendere populo, vbi mos eſt, etiam corã interdictis, quia hi non prohibentur videre, & adorare Euchariſtiam, & dum priuilegiatus cõmunicat, poteſt populus intereſſe, prout tenent Soto r Nauarrus poſt Caldernum, quod eſt tenendum quia oſtẽdere extra miſſam, aut videre Euchariſtiam non eſt aſsiſtere diuinis officijs, neque recipere ſacramentum.

q Nau. vbiſ. n. 78. Cou. vbi ſup.

r Sot. vbiſ. concl. 4. corol. 8. Nau. vbi ſ. n. 179 Cou. vbi ſ. §. 3. n. 1.

Quantum autem ad ſacramentum matrimonij, quod in contractu inter fideles conſiſtit, poteſt dari, & recipi in loco interdicto, aut ipſis interdictis perſonaliter, & licet eſſet prohibitum interdicto iudicis eſt validum, vt tenent Doctores ſuperius allegati, at quia benedictio nuptialis pertinet ad diuinum officiũ fatentur Soto, s & Couarruuias quòd nõ licebit benedicere nuptias, cũ moderatione capituli, *Alma mater* vt aiunt Couarruuias, t Angelus, Armilla & Sylueſter ſecutus Federicũ, & multi recentiores, quia dũ aliquid permittitur, ecenſetur permiſſum quod illi eſt annexũ, & licet ſpecialis ſit rãtio, ne benedictio nuptialis intelligatur ſub generali conceſsione officiorum diuinorum cũ pertineat ad ſolennitatẽ ſacramenti ſingulis, nõ neceſſarij ac proinde iure antiquo non licebat ea benedictio habenti priuilegium aſsiſtendi in officijs diuinis, nunc autem habenti priuilegium licitum eſt cũ moderatione dicti capituli, *Alma mater*, & ſic in feſto Aſſumptionis Virginis, in quo interdictum olim iure antiquo ſuſpẽdebatur, imo & in feſto Corporis Chriſti fatẽtur Sylueſter, u Soto, & Couarruuias, quod ſicut licitum eſt officia diuina publice celebrari. Ita etiam licita eſt benedictio nuptialis, & in alijs feſtiuitatibus, vt in Paſchate Reſurrectionis, & Natiuitatis ea nuptialis benedictio prohibetur vt patet ex iure x antiquo, nunc etiam per Conciliũ y Tridentinum prohibentur licet in alijs eas nuptias ſolemniter celebrare permittatur.

s Sot. vbiſ. poſt. cõc. 4 Co. vbiſ. §. 5. n. 1. illatione n.

t Cou. vbiſ. §. 3. Ang. interdic. §. 30. Armilla. Syl. interd. §. §. 2. v. 3.

u Syl. v. interdi. §. §. v. 3. Sot. & Coua. vbiſ.

x c. nõ oportet. 33. q. 4.

y Trid. ſeſſ. 24. de matrimo. c. 10.

Quantum vero ad ſacramentum extremæ vnctionis, cum non cadat ſub præcepto, conferri non poteſt etiam clericis preſbyteris tẽpore interdicti, prout dicitur in iure & tradunt Couarruuias, y & Nauarrus, bene tamen conferre poteſt religioſis ex priuilegijs ipſis conceſsis, prout infra dicetur. z

y Coua. vbi ſ. n. 7. Nau. vbi ſupr. n. 179.

z infra q.

Quantum vero ad ſacramentum ordinis in loco interdicto Epiſcopus, aut Abbas etiã iure nouo per capitulũ, *Alma mater*, conferri non poteſt laicis, aut regularibus, neq; promouere clericos ad ſuperiores ordines quia capitulũ, *Alma mater*, ſolũ indulget officia diuina, nullũ vero ſacramentum concedit, niſi permiſſum iure antiquo vt tenent idem Couarruuias, a Nauarrus: vnde falſo Innocentius b ait, quod Epiſcopus clauſis ianuis poteſt promouere clericos, imo Villadiego tenet cũ Abbate, quod poteſt etiã laicos ordinare in loco interdicto, quia Epiſcopus non includitur ſub generali interdicto.

a Cou. vbi ſ. §. 3. n. 4. illa. n. 4. Nau. vbi ſup.

b Innocen. in c. nõ eſt nobis.

Sed contrarium ex dictis eſt tenendum quamuis idem ordinator impoſuerit illud generale interdictum, vt probant Couarruuias, c & Nauarrus, quod confirmatur: nam Epiſcopus interdictus non poteſt dare ordines in loco non interdicto, vt Sylueſter, d & Nauarrus tenent. Neceſſe eſt igitur, vt Epiſcopus ſuſpendat interdictũ quantum ad illum actum, alias nec in feſtiuitatibus, in quibus ſecundum iùs ſuſpenditur interdictum, licet. Vtrum autem Epiſcopus poſsit ordines conferre exiſtente magna miniſtrorum neceſsitate, iam ſupra articulo primo huius quæſtionis dictum eſt.

c Coua. vbi ſ. n. 4. illat. 5

d Syl. vbiſ. §. 7. v. 6. Naua. vbi ſup.

ARTICVLVS IIII.

Quo modo tempore interdicti officia diuina ex priuilegio capituli, alma mater, celebrentur.

REſpondeo dicẽdo, quod Bonifacius a Octauus concedit celebrari tempore interdicti officia diuina cum quadruplici moderatione. Prima, vt dicantur in Eccleſia ianuis clauſis. Secunda, vt dicantur ſummiſſa voce. Tertia, vt non pulſentur campanæ. Quarta, vt excludantur excommunicati & interdicti, ita ex dicto capitulo colligunt Couarruuias, b & Nauarrus.

a c. almamãter de ſent. excon. li. 6.

b Cou. in d. c. alma mater. 2. p. §. 2. Nau. ca. 27. n. 175.

Sed oportet, vt has conditiones ſigillatim

tim explicemus. Quantũ verò ad primam conditionẽ aduertendũ eſt quod nomine Eccleſię veniũt hoſpitale, & priuatũ oratoriũ, ſi modo ſint ab Epiſcopo approbata, & licet tẽpore interdicti nõ prohibeantur laici videre Euchariſtiã extra miſsã in Eccleſia, vt quãdo portatur ad infirmos, & reuertitur in Eccleſiã, in qua oſtenditur populo, prout dictũ eſt articulo ſuperiori, in miſſa tamen illã videre non poſſunt, quia videre eleuatã Euchariſtiã in miſſa eſt aſſiſtere parti officij diuini, quod eſt miſſa. Vnde tẽpore interdicti non debet in foribus Eccleſiæ fieri foramẽ, vt laici extra poſiti videant Corpus Chriſti in miſſa eleuatũ, vt tenet Nauarrus, *e* Caietanus, & Villadiego poſt Paludanũ. Verũ eſt tamẽ, quod laici ea intentione perforantes Eccleſiam non peccant mortaliter, vt ſentiunt Nauarrus, *d* & Caietanus, & clarius Paludanus. Pro ſecunda vero conditione, ſcilicet, *ſum miſſa voce*, eſt aduertendũ, quod dũ canonici recitant horas in choro, ad quas iure nouo tenentur, aut reſpóſoria, pro defunctis debita, alias amittunt ſtipẽdiũ ijs officijs diuinis deſignatũ iuxta gloſsã in pragmaticis ſanctionibus, Nauarrũ, *e* Sãdoual, & Paulũ Pariſienſem, debent ea recitare ſummiſſa voce, ita in tono cãtent, & ſe mutuò bene audiãt, aliãs amittunt diſtributiones, niſi officiũ diuinũ fiat in choro ſummiſſa voce intono, vt colligũt cõmuniter Doctores poſt quos id tradũt Sylueſter, *f* Sãdoual, & Nauarrus, neq; peccant ſi præter intentionẽ eorũ audiantur foris à nõ habẽte priuilegiũ: priuatim autẽ recitare poſſunt tres etiã extra Eccleſiã, prout dictũ eſt in articulo ſuperiori ſed hoc fieri debet cautẽ ne audiãtur, ſi autem apertis ianuis clerici, aut monachi alta voce cãtent officiũ diuinũ, violãt interdictũ, & fiũt irregulares, *g* c. is. cuidam. ſen. excom. lib. 6. cũ ius *g* prohibẽs, celebrationẽ diuinorũ tẽpore interdicti loquatur de generali, & ſpeciali interdicto, & capitulũ, *Alma mater*, prædictam celebrationem non niſi ſupradicta conditione concedat.

Quantũ ad tertiã conditionem, ſcilicet, quod cãpanæ non pulſentur ad horas, aut miſſarũ ſolẽnia aduertendũ eſt, quod tẽpore miſſæ nõ eſt pulſanda campanula parua, quæ ſolet pulſari, quando eleuatur hoſtia neq; ſacriſtæ, neque cuicũque alij licet cũ ſigno cãpanulæ conuocare illũ ſacerdotẽ ad miſsã neq; conuocare Acolitos, vt ſint miniſtri. Ita tenẽt Angelus, *b* Polue, & Syl. ueſtercũ Archidiacono, & alijs & ſic quidã autor carpit regulares non cõuocãtes tẽpore interdicti aliquos regulares ad miſsã, & officia diuina cũ tabula, quę dicitur, matraca, quidã ſcrupuloſi aiunt, clericũ, ſi pulſet cãpanam ad miſſam tẽpore interdicti, ſolũ vt autorizet, fieri irregularem ex eo, quod participet in crimine, & cõprobant ſuã opinionẽ â ſimili de Epiſcopo habente iuriſdictionẽ tẽporalẽ, ſi autorizans interſit deformationibus factis per ſententiã ſui iudicis, hic enim Epiſcopus irregularis fit, ſi aſſiſtens tanquã iudex, & præbens autoritatẽ ſit cauſa, vt fiat, aut anticipetur, & acceleretur executio deformationis, prout tenẽt Nauarrus, *i* Couarruuias, Ledeſma, & cõmuniter ſummiſtę. At hi omnes ſine fundaméto ſufficiẽti loquũtur, & ita nõ fieri irregularẽ talẽ clericũ, tenent Nauarrus, *k* Soto, & Syluester. Pro quibus facit, quod, tradidit Couarruuias *l* probans, quod ex participatione tali nõ cõtrahitur irregularitas, quia id nullo iure probatur, & clericus in ſacris non habet ex officio ordinis pulſare campanas, neque id eſt officium ſacrum. Vnde ſine cauſa addit Couarruuias *m* cum Villadiego fieri irregularẽ Epiſcopũ excõmunicatum, ſi compellat capellanum, aut alium ſacerdotẽ coram ipſo celebrare miſſam, aut officiũ diuinũ, quia autorizat, non enim quæcumque autorizatio ſufficit ad inducendam irregularitatẽ, ſed illa tantum ratione cuius ſecundum ius irregularitas contrahitur, vt eſt autorizatio iudicis aſsiſtentis ſententiæ deformationis ita, vt eius autorizatio ſit cauſa dictæ ſententiæ, & eius executionis, in hoc enim caſu contrahitur irregularitas proueniens ex defectu lenitatis, prout eſt notum in iure.

Aduertendum tamen, quod ad alia opera, quę non ſunt officium diuinum, licet cãpanas tempore interdicti pulſare, vt ad Salutationem Angelicam, prout tradunt Nauarrus, *n* Syluester, Couarruuias & Polue. Et patet ex conſueto more Eccleſię, quod tamen non video practicari Salmanticę in tẽpore ceſſationis âdiuinis, tempore etiam interdicti & ceſſationis â diuinis pulſatur campana ad concionem, & ad oſtendendum reliquias, vel pro aduentu prælati vt dicunt communiter Doctores, *o* & tradidit Couarruuias.

Quan-

e Nauã. vbi ſ. n. 174. Caiet. v. excõ. c. 67. Vilad. de reg. c. 5. num. 13.

d Nau. vbi ſ. n. 187. Caiet. v. interdict. Palud. in 4. d. 9. q. 2. art. 3.

e Nauar. de orat. not. 5. n. 14. Sand. 6. p. del offi. Eccl. Pau Pariſ. cõ. 27. n. 32. volum. 7.

f Syl. interdi. 5. §. 1. Sãdo. vbi ſup. Nau. vbi ſu. n. 174.

h Angel. interdi. 5. §. 6 Polue. de interd. reg. 20 Syl. interd. 5. §. 5. v. 6.

i Nau. c. 27. n. 214. adſi. Cou. in cle. furioſ. 2. p. §. 5. n. Led. 2. p. in 4. 2. p. q. 26. ar. 2

k Nau. vbi ſu. n. 171. & 172. Sot. in 4. d. 32. q. 3. ar. 1. & d. 25 q. 1. ar. 3. Sil. interd. 6. §. 2. v. 4.

l Cou. vbi ſ. §. 2. n. 6.

m Cou. vbi ſu. n. 6.

n Nau. vbi ſ. n. 177. Syl. inter. 5. §. 7 v. 6. Co. vbi ſu. 4. nu. 5. Polue. reg. 20 n. 12.

o DD. in c. fin. de ſent. excom. li. 6 Cou. vbi ſu.

Quantum ad quartam conditionem, scilicet *excommunicatis, & interdictis exclusis*, aduertendum est, quod non de omnibus intelligitur, sed de denuntiatis nominatim, & notorio clerici percussore, quia hos tantum tenemur euitare post Concilium Constantiense, adeo quod etiam in festiuitatibus, in quibus secundum c. *Almamater* tenemur hos euitare, quando ob illos positum est interdictum, prout dicitur in dicto capitulo, *Alma mater* & tenēt Syluester *p* & Nauarrus, alias personaliter interdictis, & excommunicatis admissis, qui causam dederunt interdicto, quanuis sint clerici, aut priuilegiati, fiet violatio interdicti & violans incurret pœnam iuris, in quo casu fit irregularis clericus, vt in quadam Decretali *q* expresse continetur, & tradit Couarruuias, qui tamen eos, qui ob aliam causam sunt excommunicati, aut interdicti, admittit, non sic violat interdictū loci, nisi sit clericus exemptus iuxta quandam Decretalem *r* quæ suspendit eum ab ingressu Ecclesiæ, quousq; satisfaciat ipse, qui admittit ad diuina, aut sacramēta, aut Ecclesiasticam sepulturam excommunicatos, aut interdictos publice, quæ Decretalis locum non habet, nisi contra exemptos, vt cum communi resoluit Nauarrus *s*. Ex quibus concluditur, quod persona ob aliam causam interdicta potest interesse diuinis in festiuitatibus, in quibus interdictum suspenditur, quia hoc nullo iure prohibetur.

p Syl. interdictm. §. 2. ver. 2. Nauar. vbi supra n. 175.

q ea. is, cui de sent. excom. Couar. in d. ca. Almamater. 1. p. §. 6. n. 9.

r c. Episcoporum de priui. lib. 6.

s Nauar. in manu. c. 25. nu. 24. & c. 27. nu. 177.

Aduertendūtamen est primò, quod Laici priuilegio carentes excludendi sunt per clericū, quia habet regimē illius Ecclesiæ, dū tēpore interdicti fiunt officia diuina, nō quia hi dicantur interdicti, sed quia locus interdictus excludit omnes viuos, & corpora defunctorum, si careant priuilegio, vt dicitur in Iure *t*. Verum est tamen, quod qui nullam causam dederunt interdicto, nec sunt pars populi generaliter interdicti, si absq; priuilegio Missam, & alia diuina officia audiant, non peccant mortaliter secluso contemptu, & scandalo, quia præceptum primario clericis imponitur, peccant autem ob impetratiuam prohibitionem clerici ianitoris, quia excluduntur ab officijs Diuinis, prout significant *Syluester u*, Caietanus, Angelus, Armilla, Alcocer, imo Soto *x*, & Nauarrus significant nec esse peccatum veniale, & Caietanus consulit, vt Laicus audiat Missam maxime in festis, communiter tamen timorati scrupulum sentiunt audiendo Missam sine priuilegio. Vnde falso Archidiaconus cum Innocentio absolute damnat hos ad peccatum mortale.

te. quod in te de sent. excōm. c. Alma mater.

u Syl. interdictū §. §. 1. Caiet. v. interdictū Angel. interdictum, 7. §. 9. Armill. interdictū. § 69. Alcocer in summa ca. 17.

x Soto vbi supra art 1. post conel. 6 Naua. vbi supra. num. 174.

Notandum tamen est, quod peccat mortaliter in aliquibus casibus Laicus, si interfit diuinis. Primo si est personaliter interdictus, etiam si interdictum personale esset generale totius populi vt post Archidiaconum, Innocentium, & Antonium tenent Soto *y*, Nauarrus, & Maiolus. Neque id negat Caietanus, cum hic actus directe prohibeatur personæ interdictæ, solum enim ait excusari à tanto peccato, secundo cum inducit clericum, vt frangat interdictum, aut specialiter admonitus à clerico excludente ab Ecclesia, resistat ei per vim, ne exeat Ecclesiam, prout explicant Caietanus *z*, & Nauarrus, & quidam dicunt, prout refert Nauarrus *a*, quod dum ab Ostiario interrogatur, peccat mortaliter, si mentiatur se esse clericum, aut habere priuilegium dicens, & sic supræsumat interesse diuinis, aut si dicat defunctum habere priuilegium, vt sepeliatur loco sacro, quasi mendacium id videatur perniciosum contra duplex præceptum iuris, & hominis: at sane hoc non est peccatum mortale, nisi resistat ipse Laicus, non enim ianitor Laico imponit nouum præceptum, sed tantum est executor legis. Tertio videtur peccare mortaliter Laicus, si eum actum faciat, quo solet clericus violare interdictum, vt si publice in choro dicat horas, & officia diuina, quia tenetur posito eo officio seruare præceptum Ecclesiæ, sicut clericus, Monachus, aut monialis, qui nullum habent ordinem, peccant mortaliter faciendo officia prohibita clericis, quia merentur ob id includi in alijs monasterijs strictioribus, quo faciant pœnitentiam, vt dicitur in *Iure b* & licet non incurrant in irregularitatem, fiunt tamen ineligibiles actiue, & passiue iuxta Calderinum. *c*

y Soto vbi supra concl. 6. Naua vbi sup. nu. 187. Marcellus lib 3. de irregula. c. 20. n. 9.

z Caiet. verbo excom. c. 41. Naua. c. 27. n. 104 & 187.

a Naua. vbi supra num. 187. §. 4.

b c. pastoralis de clerico excom. minist.

c Calde. in tra. de interd. mem. 6.

Clericus autem interdictum violans certius est quod peccat mortaliter, prout tenent cum communi *Syluester d* Nauarrus, & Couarruuias, quod Soto solum intelligit de clerico sacris initiato, si tunc in illis solenniter ministret, & sit

d Sylu. interdictū. 6. in pr. & §. 2. vers. t. Couar. vbi supra. §. 2. nu. 4.

irregularis & priuandus est iure quæsito in beneficio, quod arguit esse peccatum mortale contra Caietanum dicentem ob veniale incurri has pœnas, & assertum Sotie probatur. Nam ius canonicum his, qui sunt sacris initiati, aut beneficiarij præcepta imponit, vt aiunt Panormitanus *f* Nauarrus Auendañus & Bernardus Diaz, quod intelligendum est, nisi ignorantia excusentur, uisi talis ignorantia crassa reputetur, ipsa enim cum comparetur dolo, minime excusat, vt fatentur Nauarrus g & Couarruuias.

e Soto vbi supra conc. 5.

f Panor. in c. 2. de vita & honest. cler. Naua. n. c. 1. d. n. 6, & 9. & c. 25. n. 111. & ca. 27. n. 214 in. fin.

g Naua. vbi supra. n. 115. Couar. §. 2. num. 4.

ARTICVLVS. V.

Vtrum interdictum loci violetur etiã si non sit denuntiatum.

REspondeo dicendo, quod interdictum loci non violatur, nisi publice denunciatum sit à iudice in certum locum, nec satis est interdictum ipso iure positum esse notorium, vt post Concilium constantiense tenent communiter Doctores teste Nauarro *a*, Soto Couarruuias. at si Ecclesia matrix sit denuntiata de interdicto generali, satis est, vt reliquæ Ecclesiæ etiam regulares dicantur denuntiatæ, prout tradunt Doctores communiter in quadam Clementina *b* fundati Nauarrus *c* Soto Caietanus Syluester, Armilla, & Angelus, & Couarruuias, & quinuis interdictum sit nullum seruante ipsum Ecclesia matrice tenentur regulares tale interdictum generale, aut cessationem à diuinis seruare prout supra *d* iam dictum est, nisi contraius ponatur in die Paschatis, aut per Octauas Corporis Christi, & in alijs festiuitatibus priuilegiatis, de quibus in quæstione sequentia gemus.

a Naua. cap. 27. n. 187 Soto in 4. dist. 22. q. 3. ar. 2. cõcl. 3. Couu. vbi supra.

b Clem. 1. de sententia excommu c Naua vbi supra nu m. 146 So to. vbi. supra. Caiet verbi. excommu a nicatio cap. 67. Sylu. in. interdictũ. 2. n. 1. & interdictũ. & §. 3. v. 2. Arm. v. interdict. §. trigesimo Angelus v. cessatio. §. 1 Couarr. vbi supra. nu. 3.

d supra. q.

QVÆSTIO CX.

De interdicto in quantum prohibet sepulturam Ecclesiasticam in quatuor articulos diuisa.

Circa quam quæruntur quatuor

1 *Vtrum tempore interdicti possit aliquis secundum ius commune sepeliri in Ecclesiastica sepultura.*

2 *Vtrum hi qui habent priuilegium vt tempore interdicti possint assistere diuinis possint in sacro sepeliri.*

3 *Quid intelligatur per pompam moderatam in concessione sepulturæ tempore interdicti.*

4 *Vtrum cessante interdicto cadauera sepulta in loco non sacro possint transferri ad locum sacrum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum tempore interdicti possit aliquis secundum ius commune sepeliri in Ecclesiastica sepultura.

REspondeo dicendo, quod clericis primæ Tonsuræ tempore interdicti decedentibus, si interdictum seruauerunt, nec causam dederunt, sepultura Ecclesiastica in cœmeterio sine solennitate iure antiquo concedebatur iuxta eam Regulam *a*, cui communicamus viuo, possumus communicare & defuncto. Ita tradunt Couarruuias *b*, Paludanus, & Soto, & id ipsum ait Tabien de habente priuilegium confraternitatum. Nunc vero ex consuetudine licet clericos sepelire etiam intra Ecclesiam, quod olim *c* solis Episcopis, & insignibus personis concedebatur, & per capitulum *Alma mater*, conceditur funus clerici fieri cum Missa, & officio Ecclesiastico summissa voce dicto & absq; pulsu campanæ, & cum alijs moderationibus, de quibus egimus supra quæstione præcedenti articulo penultimo, iure enim antiquo *d* fiebat cum silentio, & absque officio, vt nunc fit in cessatione & in speciali interdicto. Ita Syluester *e* Ioannes Tabien. Nauarrus, Soto, & Couarruuias, capitulum enim *Alma mater* pro interdicto speciali, & pro cessatione generali nihil disponit, sed tantum pro interdicto generali. Et aduertendum, quod clericus alienus, qui non est eiusdẽ Ecclesiæ in Ecclesia speciali ter interdicta non sepelitur, nisi reliquæ Ecclesiæ sint simili speciali interdicto impeditæ, & id intendit Angelus, & tenent Couar-

a c. sane 24. q. 2.

b Couu. in c. Almamater 2. p §. 4. nu. 7. v. clericis, Pal. in 4. dis. 18. q. 8. ar. 4. cõc. 10. Soto in 4. dis. 22. q. 3. ar. 1. pos. concl. 4. c c. Nullus. 13. q. 2.

d c. quod in te de sent. excom.

e Syl. interd. dictum. §. 8. v. 4. & interdictũ. 6. §. 2. v. 5. Tabien §. 11. in fine. Naua. vbi sup. nu. 176. & 180. Soto. vbi supra cõclu. §. Couar. vbi sup. 1. p. §. 1. n. 1. ad fin.

f Angel. v. interdicto. Couar. vbi sup. §. 2. n. 7 & 8. Sylue. vbi sup. §. 8 vers. §.

Couarruuias, & Sylueſter, Clericus autem coniugatus, ſi non ſit bigamus in Aragonia gaudet priuilegio ſepulturæ, vt refert Nauarrus. g

g Nauarr. vbi ſup. nu. 198. in fin. adiunct. 174.

Laicos vero adultos priuilegio carétes quanuis cum pœnitentia, & ſacramentis decedant, ſepelire non licet in aliquo loco ſacro generaliter, aut ſpecialiter interdicto, neque in cœmeterio, neq; in alio loco per Epiſcopum benedicto ad vſum ſepulturæ. *Ita* poſtalios *h* reſoluũt Soto, & Couarruuias. Paruulos autẽ ante vſum rationis decedẽtes nõ admittit Eccleſia interdicta, vt tenent Nauarrus *i* & Couarruuias, nã ca dauer adulti, ſicut & infantis æquè eſt expers vſus rationis, & eadem eſt vtriuſque ratio, Eccleſia autẽ prohibet admittere cadauer hominis carẽtis priuilegio, vnde ſi Laicus tunc decedat, deferri poteſt cadauer eius in alium locum ſacrum non interdictum, ſi modo viuus non erat perſonaliter interdictus, neque cauſam dederat interdicto. Populo enim generaliter interdicto, vir etiam innocens, qui eſt pars populi, nõ poteſt in vllo ſacro loco ſepeliri, quia ius antiquum, & capitulum, Alma mater, non à ſuo priuilegio excipit, vt tenet Sylueſter cum Doctoribus ſuperius allegatis. Verũ eſt tamẽ, quod poteſt ſepeliri in eodẽ loco interdicto extra locum ſacrũ abſque Eccleſiaſtico funere, & officio, cadauer, enim humanũ non debet inhumatum iacere cũ hoc ſit contra humanã, & Chriſtianã pietatem Dixi (abſque Eccleſiaſtico funere) nam ſacerdos publice officians funus, etiam ſi ſepeliat extra locum ſacrum, peccat mortaliter, vt affirmant Doctores ſuperius allegati, & videtur incurrere non ſolum in excommunicationem, ſed etiam in irregularitatem, quam tamen irregularitatem non incurret ſi officiet funus ſeruata moderatione capituli *Alma mater*, quia licet hic actus pertineat ad ordinem ſacrum, illum tamen exequitur modo & forma per iura permiſſo, vt tenent quidam recentiores K neque id videtur negare Nauarrus quia loquitur de clerico cenſuris ligato, & refert ſe ad numerum centeſimum, & nonageſimum, & ad caput vigeſimumquintum à numero nonageſimo tertio cum ſequenti. Verũ eſt tamen quod ſi officiet funus in loco ſpecialiter interdicto, irregularitatẽ cõtrahet, quia manet ius antiquum, capituli, quod inte, vt ſcilicet ex violatione interdicti irregularitas contrahatur, quod ius quantum ad hoc non eſt immutatum indicto capitulo *Alma mater*, nihil enim mutauit pro ſpeciali interdicto, ſi autem abſque officio ſepeliat in Eccleſia interdicta non fit irregularis, vt ait Nauarrus *l* colligens id ex quadam Clementina.

h DD. ind. ca. quod inte de ſent. excõ. Soto vbi ſupra art. 1. cõclu. 4. Cou. vbi ſup. 2. p. §. 1. n. 2. & §. 2. nu. 9.

i Naua. vbi ſupra. num. 178. Couar. vbi ſupra. §. 2. nu. 5

K recentiores in d. ca. Alma mater Nauarr. vbi ſup. nu. 147.

l Nauar. vbi ſup. 1 ca. 25. nu. 95. Clemen. 1. de ſepult.

ARTICVLVS. II.

Virum hi, qui habent priuilegium, vt tempore interdicti poſſint aſſiſtere diuinis, poſſint in ſacro ſepeliri.

REſpondeo dicẽdo, aliquorũ eſſe opinionem negãtium eum, qui ex priuato priuilegio poteſt viuus diuinis intereſſe officijs, ſi decedat, ſepeliendũ in loco ſacro, niſi priuilegium expreſſe concedat ſepulturam. Ita Paludanus, & alij, quos refert Couarruuias, quia ſepultura diſtinguitur contra officia, & priuatum priuilegium pro officijs, tanquam odium videtur ſtrictè interpretandum, & quod per mortem ipſius priuilegia ſpirant, at reuera priuilegium pro officijs diuinis conceſſum extendi debet pro ſepultura, quippe quæ præcipue pertinet ad officium Diuinum. Ita Sylueſter *a* cum Calderino, Angelus, Tabien, Armilla, & ſentiunt Soto Couarruuias, & Nauarrus, qui ſine cauſa addit, requiri inſuper licentiam Epiſcopi, Bulla autem Cruciatæ præter officia recte expreſsit concedi ſepulturam ad vitandos ſcrupulos, & vt pompam quandam funeris ſimul concedi, explicaret, idemque ad vitandos ſcrupulos concedunt quædam priuilegia religionum, & confraternitatum: concedendo enim, vt poſſint aſſiſtere officijs Diuinis per conſequens concedunt, vt poſſint in ſepultura Eccleſiaſtica ſepeliri.

a Syl. in verb dictum 5. §. 8. ver. 6. Angel. §. 5. Tabien. §. 11. Armi. §. 49 Soto in. 4. diſt. 22. quæſtio. 3 arr. 1. poſt concl. 4. Couarr. in. ca. Alma mater. 2 q. §. 6. n. 6. Nauarr. ca. 17. n. 176. & n. 179. in fin. & n. 181.

ARTICVLVS III.

Quid intelligatur per pompã moderatam in conceſſione ſepulturæ tẽpore interdicti.

REſpondeo dicendo, quod intelligitur poſſe pulſari ter campanas pro viris defunctis, bis autem pro fœminis. Item

quod clerici, & religioſi cantando deferãt ſepeliantque cadauer, dummodo non dicant aliud officium Diuinum, aut Miſſam, niſi id, quod in ordinario ad deferendum, ſepeliẽdumq; cadauer ordinatum eſt, quod ſic habetur declaratum in Bulla Cruciatæ cõtra Aphricam datam per Leonem. X, anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſexto: ſed in Bulla contra infideles data per Iulium. III. anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo; habetur declaratum, quod per Pompam moderatam intelligitur, quod fiat dimidium ſolennitatis, quæ alias cum cantibus, & campanis communiter fieri ſolet cum perſonis eiuſmodi qualitatis, & hoc idem declaratur in dicta Bulla Cruciatæ Pij Quarti, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, & milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto: & inſuper relinquitur arbitrio ordinarij ſi ibi fuerit, vel curati, & in Hiſpania communiter per pompam moderatam tempore interdicti practicat conſuetudo, quod publice intono cantando, & cum tribus ſolitis clamoribus campanarum deferatur, ſepeliaturque cadauer Eccleſiæ ianuis apertis ſecundum quod in ordinario habetur, ſine Miſſa tamen niſi ad ipſam aliquaſpecialis conceſsio habeatur, ſicque in hoc conſuetudini ſtandum cenſet Corduba. *a*

2. Cord. li. 5 qq. q. 43. dub. 5.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ceſſante interdicto cadauera ſepulta in loco non ſacro poſsint trãsferri ad locum ſacrum.

REſpondeo dicẽdo, quod ceſſante interdicto cadauera Laicorũ, quæ in loco prophano ſepulta erãt, ſolent extumulari. *Ita* tenet Tabien *a* poſt Innocentium, Ioanem Andræam, & Panormitanum, & tenent Paludanus, Sylueſter, & Nauarrus: ſed ſiquædam fuerant illicite ſepulta in loco ſacro per laicos aut clericos, non debent ceſſante interdicto extumulariſed permittuntur ibidem remanere, quia ad eum ſtatum res peruenit, à quo incipere potuit, & poſſunt clerici pro ſic ſepultis, mortuoria, & oblationes recipere prout probant late Sylueſter *b*, & Nauarrus

a Tabien interdictũ. §. 11. Palud. in 4. d. 18. q. 8. ar. 2. dub. 16. Sylu. int. dictũ. §. §. 8. Nau. ca. 27. n. 176.

b Syla. interdictũ. §. § 8. ver. 7. Nau. vbi ſup. nu. 174.

QVAESTIO CII.

De interdicto quoad eius relaxationem, & ſuſpenſionem iure communi in aliquibus casibus, & feſtiuitatibus in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Quib⁹ modis interdictũ ſuſpẽdatur.*

2 *In quibus feſtiuitatibus ſuſpẽdatur iure communi interdictũ generale.*

3 *Quãdo incipiat & finiatur dies feſtus à ſuſpenſione interdicti.*

ARTICVLVS I.

Quibus modis interdictum ſuſpendatur, & relaxetur.

REſpondeo dicẽdo, quod interdictum diuerſis modis tollitur. Primo, aliqua verborũ forma, aut ſigno exteriori relaxatur omnino ab habente autoritatem, vt poſt alios tradunt Sylueſter, *a* Soto, & Nauarrus. Secundo dum ad tempus ponitur, puta ad annum, vel donec ſatisfecerit, aut in tali loco habitauerit, finito enim tempore, aut impleta conditione tollitur ipſo facto abſq; alia abſolutione, vt de ſuſpẽſione ad tempus dicunt communiter Doctores. *Ita* Sylueſter *b*, Nauarrus cum Panormitano, & communi. Tertio relaxari poteſt ad cautelam, quando eſt ſpeciale loci, aut perſonæ, nam ſi dubium ſit, poteſt relaxari *i* interim dum cauſa diſcutitur, at generale nõ ſuſpẽditur ad cautelam, vt tenent Sylueſter *c* cũ Ioanne Andræa, & Couarruuias, & citatus Nauarrus cõtra Archidiaconum, & à ſimili probatur. Nã ab excõmunicatione fit abſolutio ad cautelã. Quarto ſuſpendi dicitur, quando per eũ, qui poſuit, tollitur ad tempus aut in tota vrbe, vel in vna Eccleſia, aut capella per vnũ diem, aut lõgius tempus vt tenent Doctores *d* ſuperius allegati ſimilis abſolutio eſt interdicti perſonalis etiam lati ob culpam ipſius, in qua permanent, vt idem Couarruuias affirmat cõtra Sylueſtrũ & Ab-

a Sylueſ. in interdictũ. 3. §. 9. verſic. 7. & §. 01. & 11. Soto in. 4. diſt. 22. q. 3. ar. 1. Nau. in c. 27. n. 168.

b Syl. interdictũ. 3. §. 9 v. 2. Na. vbi ſup. n. 165 & n. 161. § fin.

c Syl. vbi ſu §. 9. v. 3. & interd. 4. n. 4. v. 6. & n. 5. ver 6. Couar. in c. Alma materin 2. p. §. 2. nu. 5. Nau. in c. cũ cõtingat remed. 7.

d Syl. interdictũ. 3. §. 8. v. 3. Cou. §. 2. n. 3. Nau. c. 27. n. 165. & 183.

& Abbatem: manēte autē interdicto, vel excommunicatione nō licet facere quæ in illo prohibentur, neq; Episcopus potest suspēdere interdictum ab homine, quod Papa indixit, vt tenet Couarruuias e post Syluestrum: interdictum tamen iuris potest tolli aut suspendi ab Episcopo, vt tenet Soto f quando non est specialiter reseruatum Papæ. Denique attente considerandum est, quid concedat, qui suspendit interdictum, aut quid indulgeat priuilegium priuatum hominis, stricte enim est interpretandum ad casum concessum, puta si conceditur pro sola Missa noua, pro sepultura defuncti, aut alia simili re non debet extendi ad diuersa, vt tradunt, tanquam receptum Doctores g superius allegati. Dixi (priuilegium priuati hominis) nam priuilegia religionibus latius sunt interpretanda.

e Couarr vbi supra.

f Soto in 4. d. 22. q. 3. ar. tic. 1. con. 3.

g Syl. interdictum 5. §. 2. ver. 1. Couar. vbi supra. §. 2. n. 4 Naua. n. 165. & 183.

ARTICVLVS II.

In quibus festiuitatibus suspendatur iure communi interdictum generale.

REspondeo dicendo, quod Bonifacius, à VIII. suspendit generale interdictum in quatuor festiuitatibus in Natiuitate Domini, in Paschate Resurrectionis, Pentecostes, & in Assumptiõne Virginis Mariæ vt tradunt Nauarrus, b Soto, Syluester, & Couarruuias idem concessum est in festo Corporis Christi, & per totam Octauam, vt tradunt Nauarrus, & alij, & concessum est à Martino Papa V. & ab Eugenio IIII. vt tradunt Couarruuias c, & Antonius Margallo, & in die purissimæ conceprionis B. Mariæ, & in Octaua illius. Concessio autem in his festiuitatibus fit circa ea tantum, quæ dicuntur officia diuina, vt solenniter celebrentur ianuis apertis, alta voce cum pulsu campanæ, & nemine excluso, nisi excommunicatis, quod intelligitur, ne vitare teneamur nisi nominatim sit denunciatus. Sed Bonifacius, VIII. vt interdicti etiam nominatim excitentur ad reconciliationē concedit ipsis, vt assistant diuinis officijs, ita tamen vt qui fuit causa interdicti, non accedat ad altare, per quod nō tantum vult, vt longe sit remotus à loco altaris, dum venit causa oranndi, vt exponunt quædam Glossa d, Dominicus, Syluester, & aliqui recentiores, sed neq; clerici Missam celebrent, aut ministrent in ordine sacro, si sint interdicti.

a Bonif. VIII. c. Alma mater de sent. excom. lib. 6.

b Naua. Soto. Sylu. & Couar. vbi sup. n. 6. illatione. 11.

c Couarru. vbi. supra. §. n. 1. Margal. in Rub. de celeb. miss. fol. 3.

Circa quam Bonifacij constitutionē est primo notandum, quod indictis festiuitatibus solum fit suspensio interdicti, quoad officia diuina, nomine autē officiorum diuinorum non venit administratio Sacramentorum prout iam dictum est in superioribus e vnde cum dicta constitutio nihil concedat circa Sacramenta seruandum est ius antiquum f, secundum quod sacerdos tempore interdicti etiam in his festiuitatibus non potest communicare, neq; extrema vnctio potest recipi, imo qui habet priuilegium communicādi, si fuit causa interdicti, communicare nō debet, prout tenent cum communi Nauarrus g, & Couarruuias. Secundo est notādum, quod in nullo festo cō cedit Bonifacius. VIII. suspēdi interdictū speciale, neq; interdictum personale, nisi quātum ad effectum supradictū, vt scilicet personaliter interdicti excitentur ad reconciliationem, prout tradit Couarruuias h cū Communi. Tertio est notandum, quod in his festiuitatibus suspenditur interdictum, quod prius positum fuera, sed non vetat, quin vrgente causa possit de nouo interdictum in prædictis festiuitatibus apponi, ita anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo, quarto impositum fuit Salmaticæ à Magistro Scholastico cum sapientium consultatione, vt refert Henriquez i non enim dicta constitutio restringit potestatem imponentes,

e supra. q.

f c. si sententia de sent. excom. li 6.

g Naua. vbi supra n. 178 & 182. Couar. in c. Alma mater. 2 p. §. 4. nu. 3. & §. 5. in. prin.

h Couarr. vbi supra. §. n. 1. & 3. §. nu. in fin.

i Henriq. in. 2. p. li 13. c. 47. §. 2. li. 2.

Quarto nota, quod Doctissimus Sotus k prædictam suspensionem interdicti in Paschate Resurrectionis extendit per quatuor primos dies, & in festo Pentecostes per tres dies feriatos, quia hi dies secundum communem modum loquendi vocantur Pascha. At licet hæc exceptio satis rationabilis videatur, ab ea tamen recedendum puto, cum dicta constitutio solum concedat diem vtriusque Paschatis, & nihil de alijs diebus loquatur, & cum sit correctoria strictè est interpretanda, & ita intelligunt Syluester, l & Nauarrus & communis recentiorum.

k Sot. in 4. dist. 22. q. 2. art. 1. conel. 4.

l Syl. interdictū 5. §. 2. v. 2. Nauar. vbi supr. n. 182.

ARTICVLVS III.

Quãdo incipiat, & finiatur dies feſtus à ſuſpenſione interdicti.

Reſpondeo dicendo, quod in ſupra poſitis feſtiuitatibus & in alijs priuilegiatis tẽpore ceſſationis & interdicti à diuinis, incipit dies feſtus à primis veſperis præcedentis diei, vt tradit Nauarrus *a* & finitur in completorio eiuſdẽ feſti vt affirmat idẽ Nauarrus *b* cum Hoſtienſi, & Sylueſtro, & tradunt Soto, *M*edina, Couarruuias, & Perez. Quidam tamen aiunt, quod finitur in ſecundis veſperis, quod tutius reputat Villadiego: at in religionibus vide in completorio incluſiue talẽ ſuſpẽſionẽ finiri. Proquibus eſt aduertendum, quod Alexander Sextus anno Domini milleſimo quadringẽteſimo nonageſimo quarto Pontificatus ſui anno ſecundo die vigeſima Martij, & iterum Pontificatus ſui anno quarto die prima decembris, & Leo X. anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo Pontificatus ſui anno Octauo die vigeſima Octaua Iulij, prout refertur in compẽdio *c* priuilegiorũ D. Hieronymi. *Suſpendit in monaſterio Beatæ Mariæ del Parral, quodcumq; interdictũ in feſtiuitatibus Aſſumptionis, Natiuitatis, & Purificationis Beatæ Mariæ, nec non in feſto Sancti Hieronymi ita, vt non obſtante quocunque interdicto etiam Apoſtolica auctoritate apposito Miſſas, & alia diuina officia in Eccleſia dicti monaſterij cum ſolẽnitate dicere, & celebrare valeant à primis veſperis vſq; ad occaſum ſolis*, quod priuilegium iam eſt commune toti ordini Diui Hieronymi, vt conſtat ex dictis in primo tomo *d* & eo communicant religiones Mendicantes & ſic in feſtiuitatibus Beatæ Mariæ hic poſitis poſſunt ſuſpendere interdictum vſq; ad occaſum ſolis. Aduertendum tamen eſt, quod licet in Matrice citius, quam in alijs Eccleſijs finitum ſit Completorium, & repetatur interdictũ eũ pulſu cãpanę, licebit nihilominus in alijs Eccleſijs etiã regulariũ cantare completorium, vt conſuetudo interpretatur, & tradit Medina, *e* & ego explico in additionibus ad Cruciatam.

Aduertendum inſuper, quod in vigilia Reſurrectionis licet cantare Miſſam Sabbathi vt tenent Paludanus *f*, & Soto, & cum dicitur *Gloria*, in Sabbatho Sancto, licet pulſare campanas, quia ea Miſſa dici conſueuerat eadem nocte poſt veſperas. Hæc ſecundum ius commune dicta ſunt, nunc autem ad priuilegia regularium, quæ ampliora ſunt accedere oportet.

a Nauar. c. 27. nu. 184.
b Naua. vbi ſupra nom. 185.
Soto in. 4. d. 22. q. 3. ar. 1. con. 4. Medin. lib. 1. inſtruct. ca. 11. §. 13. Coua. in cap alma mater. 2. p. §. 5. n. 5. Perez & Villadiego de regulari. ca. 5. num. 20.
c Compen. Hieronym. rit. interdictum. §. 15.
d tom. 1. q.
e Medin vbi ſupra.
f Palud. in. 4. d. 18. q. 8. Soto vbi ſupra. con. 4.

QVÆSTIO CXII.

De Interdicti ſuſpenſione per priuilegia regulariũ in ſex articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur ſex.

1 *Vtrum priuilegia regularium quibus ſuſpenditur interdictum, ſint ſublata per Concilium Tridentinum,*
2 *Inquibus feſtiuitatibus regulares poſſunt ſuſpendere interdictum.*
3 *Vtrum poſsit ſuſpendi interdictum propter reliquiam ſancti, aut infeſto patroni.*
4 *Vtrum in alijs feſtiuitatibus à ſupradictis poßint regulares ſuſpendere interdictũ & ceſſationem à diuinis.*
5 *Vtrum in profeſsione alicuius religioſi poſſit ſuſpẽdi interdictũ & ceſſatio à diuinis*
6 *Vtrum prælati religionum poſsint in ſuis Eccleſijs admittere ſeculares ad officia diuina tempore interdicti aut ceſſationis à diuinis.*

ARTICVLVS I.

Vtrum priuilegia regularium, quibus ſuſpenditur interdictum, ſint ſublata per Cõcilium Tridentinũ ſeßione vigeſima quinta de regularibus capite duodecimo.

Reſpõdeo dicẽdo, quod, Doctiſſimus Nauarrus *a* tenet omnia priuilegia regularium reſpectu interdictorum, & ceſſationis à diuinis, eſſe ſublata per Tridentinum, quoad ea quæ ipſa priuilegia concedunt cõtra ius cõmune. Ego tamen opinioni Nauarri nunquam potui acquieſcere, prout in explicatione Cruciatæ late dixi, & in additionibus ad ipſam etiam cõfirmaui. Nunc autem viſis

a Nauar. in manual. ca. 27. n. 190. & lib. 2. conſi. tit. de priuileg. conſ. 7.

viſis argumentis adductis ab ipſo Nauarro in ſuis conſilijs, ab ea opinione Nauarr. tenacius recedo, ad hominem enim contra ipſum arguam. Et probatur noſtra ſententia primo, non enim peccat neque tranſgreditur legem iuſtam, qui eam ſeruat cum moderamine diſpenſationis à Principe ſibi conceſſæ, clericus enim nobilis, vel Doctor Legem *b* de non habendo plura beneficia non tranſgreditur accipiendo illa cum diſpenſatione, prout dicitur in iure *c* modo abſtineat â pluritate, ad quam ſe non extendit diſpenſatio, & ſic in propoſito noſtro non tranſgreditur cõmune de ſeruandis interdictis, qui cum diſpenſatione Papæ aliquibus diebus tẽpore interdicti, aut ceſſationis diuina celebrant.

b c. dudum de præbẽd.

c c. de multa de præbend.

Huic argumento reſpondet Nauarrus concedendo totum, & ita concedit religioſos ſeruantes interdicta cum moderatione priuilegiorum validorum non frangere legem communem de interdictis ſeruandis. At ait priuilegia ipſorum eſſe per Concilium Tridentinum abrogata, verum contrà Nauarrum ſtatim in ſecundo argumento agemus, de intellectu vero Tridentini diſputando. Secundo probatur concluſio, nam in multis Decretis *d* eiuſdem Tridentini, in quibus aliqua deciduntur, & præcipiuntur, additur expreſſe non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, ex quibus à contrario ſenſu videtur non eſſe ſublata priuilegia regularia quoad alia decreta, in quibus ſimilis derogatio minimè fuit appoſita, ſicut eſt decretum de interdictis ſeruandis.

d. Seſ. 25. de regul. c. 4. 5. 6. 9. 10. & 11.

Huic argumento reſpondet Nauarrus, quod argumentum â cõtrario ſenſu ceſſat, quando ſumitur ad probandum id, cuius contrarium eſt iure diffinitum, vt ex eodem iure colligitur *e* & tradit Gloſſa dilatata per Felinum. At in noſtro caſu exprimitur in capitulo finali dictæ ſeſſionis vigeſimæ quintæ de regularibus, quod priuilegia omnia, & ſingula cõtra ſtatuta in illa ſeſſione cẽſeantur ſublata, & ideo ex eo quod in aliquot capitulis tollãtur ſpecialiter priuilegia quoad aliqua non poteſt ſumi argumentum, quod non cẽſentur ſublata quoad alia.

e c. nobis de ſent. ex com. & gl. ibi Felinus in cap. Nobis de foro compet.

Sed contra Nauarrum replicatur, quod indicto capitulo finali Tridentini non tolluntur omnia priuilegia, quæ ſunt omnino contra ſtatutum de obſeruandis interdictis, ſolum enim ibi tolluntur priuilegia in ſua generali reuocatione, quæ omnino ſunt contraria dicto ſtatuto tollentia omnem eius vim, quibus religioſi erant omnino exempti ab obſeruatione cuiuscunque interdicti, vt erat priuilegium conceſſum Hoſpitalarijs Diui Ioannis Baptiſtæ, cuius mentionem in ſuperioribus fecimus *f* & ego in explicatione cruciatæ dixi, non autem tolluntur priuilegia, quæ non tollunt omnino obſeruantiam interdictorum, ſed ſuſpendunt in aliquibus caſibus particularibus. Quare ait Doctiſſimus Pater frater Franciſcus de Bobadilla, miniſter olim Prouincialis Prouinciæ Caſtellæ regularis obſeruãtiæ noſtræ Sacræ religionis in Enchiridione, quem manu ſcriptum nobis reliquit, quod anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto in ciuitate Toletana in conuentu S. Petri Martyris nõ fuit obſeruatum interdictũ generaliter promulgatum inquodã feſto priulegiato ordinis prædicatorum, de quare lis iuridica cœpta eſt, ſed tandem conuentus obtinuit.

f ſupra. q. & in explicat. Cruciatæ. §.

Neque ſupradictis obſtat, quod ait idem Nauarrus dicens, quod ſi ſufficeret eis ſeruare interdicta cum minori moderatione, quam iure communi non obſtante derogatione generali priuilegiorum prædicti capituli vigeſimi ſecundi, ſequeretur, quod etiam ſufficeret in monaſterijs, & ordinibus, in quibus paupertas relaxata eſt priuilegio Sedis Apoſtolicæ, vel conſuetudine immemoriali quoad aliqua conſeruare paupertatem contra tenorem, & ſtatutum primæuum talium religionum, & conſequenter, quod non debent religioſi ipſarum compelli ad vitam primæuam obſeruandam contra ſtatutum indicto Concilio Tridentino omnia priuilegia in contrarium abrogante. Nam huic rationi, & replicæ Nauarri reſpondetur, quod Concilium non tollit omnia priuilegia concernentia ad paupertatem religioſorum, ſed ea tãtum, quæ ipſam paupertatem funditus euertebant, quod ex ipſo Nauarro *g* probo euidenter, ipſe enimmet poſt derogationem dicti capituli finalis ſeſsionis vigeſimæ quintæ Tridentini in ſuo Manuali verba faciens de homine religionem ingredi volente in hæc verba prorumpit dicens, quod qui ingreditur, vel profitetur religionem

g Nauar. in Man. ca. 12 num. 50.

aliquam,& quia hic regularis obſeruantiæ nequaquam viget,non obſeruat illa religionis præcepta,quæ ſub reatu mortalis culpæ obligant, mortaliter peccat·at addit ſtatim ipſemet Nauarrus dicẽs. *Quod quidẽ verũ eſt,quoad eſſentialia vota,non autẽ quoad alias accidentarias obſeruationes, quæ ſunt iam ſublatæ.vel mitigatæ Apoſtolicis priuilegijs veris, vel tẽpore immemoriali præſcriptis, vel ex licentia tacita,vel expreſſa proprij prælati ad hoc facultatẽ habẽtis, vel ex conſuetudine,quæ licet nõ ſit immemorialis, eſt tamẽ adeo rationabilis,& tot annorum,adeoq; vetus,& antiqua, quæ adita emolliẽdas dictas obſeruationes ſufficeret.*

Ecce quomodo Nauarrus poſt Concilium Tridentinum derogans etiam conſuetudines immemorialesin dicto capitulo vigeſimo ſecundo clare in prædictis verbis inſinuat non peccare mortaliter religioſum frangentem obſeruationes accidentarias ſuæ regulę obligantes ad mortale, quę ſunt ſublatę, vel modificatę per priuilegia vera & conſuetudines immemoriales, & per conſequens clarè innuit dicta priuilegia modificantia minime abſtuliſſe Concilium,ſi enim ea abſtuliſſe crederet minime tranſgreſſorem talium obſeruationum à peccato liberaret. Et contra Nauarrum facit communis vſus omnium religioſorum qui multa priuilegia concernentia paupertatem modificantia eius votum hodie ſine ſcrupulo obſeruant. Neque obſtat ſupradictis,quod adducit idem Nauarrus dicens quod eadem ratione excuſabuntur religioſi tenentes peculia per licentias expreſſe, vel tacite conceſſas à Sede Apoſtolica antea, & poſt Concilium Tridẽtinum nõ obſtante eius Decreto in capitulo vigeſimo ſecundo ſeſsione vegeſima quinta de regularibus,poſſunt enim dicere, quod ſatis ſeruant ſuam regulam ſeruando eam cum moderamine conceſſo eis à Sede Apoſtolica vel conſuetudine immemoriali ei æquipollenti.Sed certe miror valde Nauarrum ad ſuam aſtruendam opinionem hoc ſumere argumẽtum,cum ipſemet *h* defendat,quod ſtatus monachorum,& regularium canonicorum eſt licitus quibus certa portio panis & vini, & reliquorum neceſſariorum pro victu,& certa quantitas pecuniæ pro veſtitu diſtribuitur,alibi per portiunculas quotidianas,alibi per portiones menſtruas, vel annuas,ita quod nihil teneantur eis Eccleſiæ,& monaſteria ob vllam neceſsitatem tribuere,neque contra ipſi teneantur eis reſidua reddere,ſed ſuo commodo, & damno ea reſeruent vel inſumant,modo nihil prophani impendant,& reſidua in pios vſus cõuertant. Contra quam opinionem opponit ipſe Nauarrus *i* dictum capitulum ſecundum Concilij Tridentini,& interalia,quæ ipſe K reſpondet ait, *quod ſaltem diſputando poſſet defendi, etiam poſt prædictũ Decretũ Concilij licitum eſſe prædictũ ſtatutum, tum quia in commentario capituli. Non dicatis :numero decimo quinto concluſerat,poſſe teneri quod prædictũ conciliũ non corrigit aliquos canones,ſed ſolum explicat illos,quaſi quidam commẽtarius eorum,& conſequenter quod ſicut antiqui canones vt ibidem monſtrauerat ,permittunt regularibus ex cauſa aliqua peculia: ſic & prædictum Concilĩ intelligendũ ſit vetare illa eis,ne ſine cauſa teneãt vel concedantur,& conſequẽter quod ille ſtatus ſit limitatus poſſet permitti,vbi iuſ-*

h Nauar in ca. nullam. 18.q.2.n.25.

i Naua.vbi ſu.n.32.

K Nau.vbi ſu,nu 33.& 34.

...sa id posset. Imo idem Nauarus in dicto Commentario Capituli, *Non dicatis*, numero decimo quinto in responsione ad septimum, ait, *Quod finis dicti Capituli secundi Tridentini videtur continere ius commune, solum enim continet ineffectu non debere prælatum concedere simplici regulari peculiū superfluum mobilium, quod nec anteà ei licebat sine iusta causa, & videtur repugnantia, quod sit iusta causa dandi, & datū superfluum, quia, si est iusta causa concedendi, non est superfluū, neque contra si est superfluū, causa cōcedēdi erit iusta.*

Hæc Nauarrus. Si igitur nō obstāte derogatione generali capituli dicti vigesimi secūdi, & dispositione capituli secundi supradicti Concilij Tridentini licitum est cum iusta causa, ipsis religiosis habere peculia secundum priuilegia Apostolica, aut immemoriales consuetudines, cur dicemus, esse contra Concilium Tridentinum cum iusta causa, & licentia Papali aliquibus casibus particularibus non seruare interdictum? & si prohibitio dicti capituli secundi Concilij non redditur inutilis ex cō cessione talium peculiorum, cur dicemus prohibitionem dicti capituli duodecimi dicti Concilij Tridētini reddi inutilem si in dictis festiuitatibus auctoritate Apostolica non obseruetur interdictum, cum alijs temporibus omnino obseruetur? solum enim redderetur inutilis, si nunquam perdicta priuilegia interdictum obseruaretur, & ita concludēdo dico solum priuilegia illa totaliter interdictorum obseruationem tollentia per Concilium Tridentinum esse abrogata, non autem illa, quæ in aliquibus casibus particularibus suspendunt interdicti obseruationem, sicut in dicto Concilio Tridentino non tolluntur priuilegia, quæ ex iusta causa concedunt peculia religiosis, & monachis.

ARTICVLVS II.

In quibus festiuitatibus regulares possint suspendere interdictum.

REspondeo dicendo, pro festiuitatibus Sanctorum ordinis tēpore interdicti multa ante Bonifaciū VIII. fuisse concessa, sed quia illa per ipsummet Bonifaciū [a] fuerunt reuocata, ideo oportuit in medū adducere priuilegia post Bonifaciū VIII. à Sede Apostolica emanata, quibus supradictæ concessiones antiquæ fuerunt innouatæ, & de nouo confirmatæ. Vnde Iulius Secundus confirmauit, & denouo concessit priuilegia suorum prædecessorum tempore interdicti, quibus fratres Minores poterant solenniter celebrare diuina officia in suis Ecclesijs, & monasterijs in solēnitatibus Sanctorum, Francisci, S. Antonij, & B. Claræ & per suas octauas, & quod id ipsum possint in festiuitatibus aliorum Sanctorum dicti ordinis, videlicet S. Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, necnon quinque martyrum de Marrochio, sed hoc per diem tantum, prout habetur latius in libris, Monumenta [b] ordinum, & in Supplemento, & de nouo extendit dicta priuilegia idem Iulius Secundus ad festum Stigmatum *B. P. N.* Francisci etiam tempore cessationis à diuinis non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus, præsertim Capitulū, *Alma mater*, de sentētia excommunicationis libro sexto, prout in eisdem libris continetur.

Sed videamus, quid minoribus pro festiuitate *S.* Didaci à Sanctissimo Domino nostro Clemente Octauo sit concessum, & referam in præsentiarum concessionem ipsius, quam ego sub sigillo Authētico accepi à Patre Fratre Ioanne de Cepeda Prouinciæ Conceptionis nostræ sacræ religionis dignissimo ministro Prouinciali, nunc autem totius ordinis Definitore Generali qui cum Curiæ Romanæ esset Commissarius Generalis ipsam à Sanctissimo D. N. impetraui.

Sanctissimus Papa Clemens Octauus, ad perpetuā rei memoriam sacræ Seraphici Sācti Francisci religionis in Sanctam Romanam Ecclesiā merita

[a] c. almama ter de sent. excom. li. 6

[b] in. 1. imp. fol. 66. & in 2. fol. 70. cō cef. 171. Supple. fol. 100 concef. 377

[c] in 2. impr. fol. 70. con 2. fo. 70. cō. ce. 178. & in Supp. fo 74 concef. 223. & fol. 81. cō cef. 263.

poſcũt, vt priuilegia, & indulta ibi per Sedem Apoſtolicam conceſſa non modo cõſeruentur, ſed augeantur, & amplientur, cũ itaque ſicut accepimus diuerſorum Romanorum Pontificum cõceſſionibus religioni præfatæ indultum ſit, vt temporibus interdicti quacũque etiã Apoſtolica autoritate appoſitiſe ſta Sanctorum eiuſdẽ ordinis Franciſci, nimirum Bonauẽturæ, Antonij de Padua, Ludouici, Bernardini, Clarę, Eliſabeh, ac martyrũ ſolenni ritu celebrarentur perinde acſi interdictũ huiuſmodi minime appoſitũ eſſet libere poſſint: feſta vero S. Didaci, & Portiũculæ in prædicto indulto minime cõprehendantur, Nos religionem præfatam amplioribus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, ac indultorum huiuſmodi, ac literarum Apoſtolicarum de ſuper expeditarũ tenores præſentibus pro expreſſis habẽtes ſupplicationibus nomine dictæ religionis per dilectũ noſtrum Hieronymum presbyterum Cardinalem Matthæũ nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati religioni præfatæ vniuerſæ, ac cuicũque illius ordini, ſiue familiæ, conuentui, vt in eorum Eccleſijs feſta etiam præfata S. Didaci, & Portiunculæ, temporibus interdicti prout alia feſta præfata ac iuxta indultorum illi conceſſorum ſeriem, & tenorem celebrare libere, & licitè poſſint & valeãt autoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus, ac indulta prædicta, ac præfatas S. Didaci, & Portiũculæ feſtiuitates extẽdimus, & ampliamus, nõ obſtãtibus cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus, prouincialibuſque Synodalibus cõcilijs editis, generalibus, vel ſpecialibus necnon omnibus illis, quæ in præfatis indultis, & literis Apoſtolicis conceſſum eſt nõ obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcũque, dat. Tuſculi ſub annulo piſcatoris die decimaſeptima Octobris milleſimi quingenteſimi nonageſimi quinti anni, Pontificatus noſtri anno quarto.

M. Veſtrius Barbianus,

Circa quas conceſsiones eſt notandum, quod pro feſtiuitatibus, & octauis Patris noſtri Franciſci, S. Antonij, Bonauenturæ, Ludouici, Bernardini, ac ſtigmatum B. P. N. Franciſci, ac in feſtiuitate B. Claræ, & eius octauis, necnon pro feſtiuitate Sanctorum quinque martyrum de Marrochios tempore ceſſationis à diuinis ſimile priuilegium eſt conceſſum, & ad id probandum (vt alia omittam) aduertendum eſt, quod Leo X. declarauit, & conceſsit ijſdem fratribus Minoribus, quod in forma obſeruationis nulla ſit differentia inter ceſſationẽ à diuinis, & quodcunque interdictum. Ita habetur in ſupplemento. *d*

Secundo eſt notandum, quod licet in præfatis conceſsionibus nulla fiat mentiõ de feſtiuitate ſeptem martyrum ordinis Minorum, qui in Septam Sarracenorum vrbem perrexerunt, ibique pro Chriſto Domino martyrium ſubierunt, non tamen eſt negandum pro dicta feſtiuitate idẽ priuilegium à Sede Apoſtolica eſſe conceſſum. Nam Iulius Secundus, prout habetur in Monumentis e Ordinum ordinauit, quod omnia conceſſa pro feſtiuitatibus ordinis Prædicatorum cẽſentur conceſſa pro feſtiuitatibus ordinis Minorum, licet ſint in maiori numero, quam feſta ipſorum fratrum Prædicatorum, & certum eſt, quod patres ordinis Prædicatorum celebrant ſolemniter feſtiuitates ſui ordinis tẽpore ceſſationis à diuinis.

Tertio eſt notandum, quod etiam ſi ipſæ feſtiuitates in alium diem transferantur celebrandæ, & de eis fiat commemoratio ſuſpendi interdictum, & ceſſationem. Nam.

d Supp. fol. 19. conceſ. 165.

e In 1. imp. fo. bo. & in 2. fo. 227. cõceſ. 284.

Leo X

Leo X. declarauit, & *conceſsit fratribus Minoribus, quod priuilegium de ſuſpẽdendo interdictum in feſtiuitatibus Sãctorum ſui ordinis intelligatur de diebus, quibus talia feſta cadunt, etiam ſi propter alia maiora feſta occurrẽtia eorum officia in alium diẽ trãsferãtur.* Ita habetur in Supplemento f ordinis

f Suppl. fol. 58. conceſ. 154.

Et idem Leo Decimus, *Conceſsit fratribus ordinis Prædicatorũ, vt quoties feſtiuitates Sanctorũ Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, & Vincentij, & Sãctæ Catherinæ de Senis, & earum octauæ quomodocunq; etiã per trãſlationem celebrãdi occurrerẽt tempore, quo ciuitates, oppida, & loca eccleſiaſtico interdicto etiã autoritate Apoſtolica ſũt ſuppoſita in Eccleſijs dominorum ſuorum & monaſteriorũ quorum cura dicto ordini eſt cõmiſſa, niſi Eccleſiæ ſupradictæ, vel huiuſmodi fratres nominatim eſſet interdicti, aut cauſam dederint interdicto, aut eam foueãt, poſſint pulſatis campanis, & apertis ianuis (interdictis, & excõmunicatis excluſis) alta voce Miſſas, & alia diuina officia diurna, & nocturna in diebus feſtiuitatũ prædictarum, & octauis earum reſpectiue durantibus etiam ſi per octauas ipſarum & in die octauarũ non niſi memoria de Sanctis fieret, libere, & licite celebrare. Acvoluit, vt quoties dictarum feſtiuitatum, & octauarum earundẽ celebrationes qualibet ex cauſa etiam extra tempus interdicti transferantur quod indulgẽtiæ dictas Eccleſias infeſtiuitatibus eiuſmodi, & per earum octauas viſitantibus pro tempore cõceſſa al tempus celebrationis huiuſmodi cenſeantur tranſlatæ.* Ita habetur in ordinis Supplemento. g

g Supp. fol. 82. & fo. 121 conceſ. 154.

Ex quibus conceſsionibus aliqua colliguntur. Primum eſt. Quod ſi dies, in quibus debebant celebrari dictæ feſtiuitates, in alios dies transferantur ab ipſis diebus etiam ſi officia ipſorum Sanctorum nõ recitentur, neque de ipſis fiat commemoratio, debet ſuſpẽdi interdictum & ceſſatio, vt patet ex prima concluſione Leonis X. facta Minoribus, licet ex ſecunda data pro feſtiuitatibus ordinis Prædicatorum contrarium colligi videatur. Ego tamen arbitror ibi contrarium minime dici. Nam habetur ibi, quod interdictum ſuſpendatur in dictis feſtiuitatibus quomodocunque etiam per translationem celebrandæ occurrent, dictio enim illa (*etiam*) caſum magis dubitabilem includit, & ſic vult Leo X. quod interdictum ſuſpendatur in dictis feſtiuitatibus, etiam ſi de ipſis non celebretur, ſed per tranſlationem in alijs diebus celebrentur: quod ipſum in prima conceſsione pro minoribus dixerat idem Leo. Vnde ſi propter feſtiuitates occurrentes incipiat celebrari officium in penultimo die octauarum in his duobus tantum diebus de Sanctis agetur, quibus tranſactis ipſorum octaua finietur.

Secundo colligitur, quod licet propter feſta alia occurrentia de ipſis tantum fiat commemoratio, poteſt ſuſpendi interdictum, & ceſſatio, vt patet ex verbis conceſſionis ſupradictæ ibi, *Etiam ſi per octauas ipſarum, & in die octauarum non niſi memoria de Sanctis fieret.*

Tertio colligitur, quod indulgentiæ, quæ conceduntur pro ipſis in his feſtiuitatibus non lucrantur in diebus in quibus cadunt dictę feſtiuitates, ſed in diebus, in quibus de ipſis fit officium, vt patet ex verbis ipſius conceſsionis ibi, *Ad tempus celebrationis huiuſmodi cẽſetur trãſlatæ,*

Notandum eſt tertio circa conceſsionẽ Sanctiſsimi Domini noſtri Clemẽtis Octaui, pro Sancto Didaco, & Portiunculæ, quod non videtur in ea concedi priuilegium ſuſpendendi ceſſationem à diuinis in his feſtiuitatibus. Nam ex dictis in præfatione, & procemio alicuius conſtitutionis, &

nis, & priuilegij debet eius Decretum re-
h 1.to. q.15. gulari, & explicari, vt in primo Tomo *h* late diximus. At proœmium dicti priuilegij hoc modo incipit, *Cum itaque, sicut accepimus diuersorum Romanorum Pontificum cõcessionibus religioni præfatæ indultum sit, vt temporibus interdicti quacunque etiã autoritate appositi festa Sãctorũ eiusdẽ ordinis, &c.* Ex quibus verbis colligitur, quod licet pro festis dicti ordinis concedatur priuilegium pro tempore cessationis orator solũ petiuit, vt sicut pro ipsis tempore interdicti concessum est priuilegium: ita etiã pro festis Sancti Didaci, & Portiunculæ priuilegium concedatur, pro tempore tantum interdicti, & iuxta suplicata concessit Summus Pontifex.

Pro contraria tamẽ parte, scilicet, quod pro tempore cessationis à diuinis videtur dicta concessio intelligẽda facit, licet enim in præfatione tantum de interdicto mentio fiat, in concessione tamen talibus verbis vtitur Summus Pontifex, vt ad tempus cessationis à diuinis indultum extendatur, concedit enim ordini Minorum, vt in eorum Ecclesijs festa *S.* Didaci, & Portiunculæ in tempore interdicti prout alia festa Sanctorum ordinis, ac iuxta indulto rum illi concessorum seriem, & tenorem celebrare, libere & licitè possint, & valeãt illa enim verba (*ac iuxta indultorũ illi concessorum seriem*) magnum quid, & amplũ priuilegium includere videtur, scilicet, quod temporibus interdicti, & iuxta priuilegia concessa pro festiuitatibus Sanctorum ordinis Minorum festiuitates S. Didaci, & Protiunculæ regulentur. Ita quod sicut in prædictis festiuitatibus iuxta seriem prædictorum indultorũ nulla est differentia inter interdictum, & cessationem à diuinis, quantum ad eorum obseruationem prout dictum est in superioribus: ita in festiuitatibus *S.* Didaci, & Portiunculæ nulla sit differentia inter interdictum, & cessationem. Et confirmatur hæc sententia: nam
i Collect. 1. nt. interdictũ 1. §. 17. vt refert Collector *i* priuilegiorum Mendicantium duo insignes Doctores vniuersitatis Salmantinæ in suis repetitionibus cõcluserunt, quod cessatio generalis à diuinis, & interdictum sunt omnino idem, ita quod habet in eis locum capitulum, Alma mater, hoc est, quod si cessatio est in toto oppido, vel alias, generalis, celebrabitur in uis clausis, &c. & in festiuitatibus priuilegiatis in dicto capitulo, Alma mater, solen niter officia diuina celebrabuntur, de quo in inferioribus disputabitur. Ex quibus in fertur, quod cum Sanctissimus Dominus noster Clemens VIII. concesserit, vt non obstante quocũque interdicto etiam Apostolico possint celebrare festa *S.* Didaci, & Portiunculæ videri secundum prædictam opinionem, quod ad tempus cessationis generalis possit prædicta concessio extendi, quod vt probabile amplector, desidero tamen, vt à Sede Apostolica claritas huius dubij obtineatur.

Quinto est notandum circa cõcessionẽ Leonis X. pro ordine Prædicatorum concessam ibi, (*Nisi Ecclesiæ supradictæ, vel huiusmodi fratres nominatim essent interdicti*, Quod, concessio hęc non extenditur ad interdictum speciale, cum illud, quod conceditur pro interdicto generali, pro speciali minime concedi intelligatur. Pro cuius rei explicatione est aduertẽdum, quod interdictum generale est, quando Regnum, Prouincia, Ciuitas, Villa, aut Castrũ interdicitur, speciale autem, quãdo inaliquam Ecclesiam, aut parochiam nominatim decernitur, vt probant Abbas, K Calderinus, Syluester, & Florẽtinus. Secundo est aduertendum, quod ea quæ conceduntur pro interdicto loci generali, non conceduntur pro Ecclesia particulari affecta interdicto, vt notat quædam Glossa, *l* quam sequuntur Ancharranus, Dominus Francus, & alij allegati à Couarruuias.

K Abbas in c. cũ in particularibus de verb. signifi. Calde. de interdi. mẽb. 2. col. 5. Syl. v. interdictũ 2. q. 3. Flor. 3. p. ti. 16. c. 2.

Vnde Leo X. dictam concessionem secundum metas iuri communis regulando prædictam addidit limitationem dicens, eius indultum minime habere locum, quãdo Ecclesiæ supradictorum fratrum essent nominatim interdictæ, quæ enim pro generali interdicto conceduntur, secluso priuilegio ad speciale interdictũ minime protrahũtur. Dixi (secluso priuilegio) Nam Iulius II. cõcessit Augustiniẽsibus fratribus, *Vt quæ ordini suo pro tempore generalis interdicti cõcessa sunt, ea omnia in specia-*

l Glos. ind. c. alma ma. v. Ecclesijs vbi Couar. 2. p. §. 4. n. 1

ſpeciali interdicto cẽſeantur conceſſa. Ita habetur in ordinis Supplemento, *m* quod indultum licet fuerit conceſſum ante Leonem Decimum, nihilominus tamen etiam in conceſsis pro tempore interdicti ab ipſo Leone Decimo, locum habere debet: tum quia tam Iulij Secundi conceſsiones quoad interdicti ſuſpenſionem, quàm conceſsiones Leonis X. ſunt his nouiſsimis temporibus à Gregorio Decimotertio, & à Sixto Quinto, & à Sanctiſsimo Domino noſtro Clemente Octauo, confirmatæ, & de nouo conceſſæ. Ex quibus reſolutiuè colligitur, quod licèt Eccleſiæ fratrum Minorum, & fratrum Prædicatorum, & ordinum Mendicantium, & eorum, qui mendicantium fruuntur priuilegijs, ſint ſpecialiter interdictæ, poſſunt in eis officia diuina celebrari, quando in generali interdicto ſolenniter fieri concedun tur.

m Suppl. ordi. fo. 95. cõ ceſ. 310.

Sextô eſt notandum, quod ego non inuenio in his priuilegijs conceſſum, quod abſolutè poſsint fratres adminiſtrare ſacramentum Euchariſtiæ ſæcularibus in feſtiuitatibus, in quibus interdictum, & ceſſatio à diuinis ſuſpenditur, ſolum enim in his feſtiuitatibus ſuſpenſio fit quoad diuina officia celebranda, & cum diuina officia celebrari conceduntur, ſacramentorum adminiſtratio minimè permittitur, vt dictum eſt in ſuperioribus. *n* Inuenio tamen aliud priuilegium Leonis Decimi. *Quo conceſsit fratribus Minoribus, quod in diebus, in quibus ſuſpenditur interdictum, tam virtute priuilegiorum ordinis Minorum, quàm aliàs de iure generaliter cõceſsis poſsint fratres in domibus ſuis intra, & extra Eccleſiam dicere, & facere omnia, quæ nullo exiſtente interdicto fieri poßunt, & hoc propter ſcrupulum aliquorum, qui dicunt, quod quando ſuſpenditur aliquod interdictum propter aliquod feſtum, non poſsit dici, niſi officium, & Miſſa illius feſti ſine aliis orationibus, & collectis.* Ita habetur in Supplemento o ordinis. Circa quod notat Collector, *p* quod virtute eius non poſſunt fratres ſepelire ſeculares mortuos tempore talis ſuſpenſionis, aut alia ſimilia facere, hoc dicit, quod patet ex verbis, quæ poſt conceſsionem ſequuntur, ſcilicet. *Et hoc propter ſcrupulum, &c.* Hæc enim, ait, fuit cauſa, propter quam ego, ait ille qui hoc opus collegi, præfatam conceſsionem procuraui, & non alia ſi bene memini. Sed miror certè, quod dixerit Collector virtute dictæ conceſsionis non poſſe fratres mortuos ſepeliri. Nam ſecundum ius poterant ipſi eos ſepelire tempore, quo ſuſpenditur interdictum pro celebratione diuinorum, cum conceſſa diuinorum celebratione concedatur etiam ſepultura mortuorum, prout dictum eſt in ſuperioribus. q.

n Supr. q.

o Supp. fol. 38. conceſ. 164.

p Collecto. ti. interdic. §. 7.

q Sup. q.

Vnde per dictam conceſsionem Leonis Decimi, poſſunt regulares celebrare diuina ſepelire in ſuis domibus defunctos, Euchariſtiam fidelibus miniſtrare, cum dicat Papa quod ſuſpenſio fiat, ac ſi nullum exiſteret interdictum. Neque obſtat cauſa aſsignata ab oratore, cùm enim eſſet friuola ab ſcrupulosis inuenta, Summus Pontifex, vt ſimiles tolleret ignorantias, plus conceſsit, quàm fuit ſupplicatus.

Inuenio etiam, Paulum Tertium, prout dicitur in Compendio *r* Societatis Ieſu. *Conceſsiße religioſis Societatis in locis in quibus degunt, & eos pro tempore morari contigerit tempore interdicti quauis etiam autoritate Apoſtolica appoſiti ianuis clauſis, & excommunicatis, & interdictis excluſis ſummiſſa voce Miſſas & alia diuina officia celebrare, ſacramenta recipere & alijs adminiſtrare, dummodo ipſi cauſam non dederint interdicto, neque contingat id ipſis ſpecialiter interdici.* Ex quo priuilegio colligitur, quod in feſtiuitatibus, in quibus de iure, vel ſecundum priuilegia regularium interdictum, vel ceſſatio à diuinis ſuſpenditur, poſſunt regulares Mendicantes, & ij, qui gaudent priuilegijs Societati conceſsis, communicare fideles. Nam dictum priuilegium concedit religioſis Societatis, vt poſsint tempore interdicti fidelibus Euchariſtiam, & alia

r Compen. Societ. ti. interdict §. 1.

ſacra

ſacramenta adminiſtrare clauſis ianuis, & per conſequens poſſunt virtute eius in dictis feſtiuitatibus ea ſacramenta miniſtrare etiam ianuis non clauſis, cum tunc apertis ianuis diuina celebrentur, quia vere interdictum, & ceſſatio in his ſuſpenduntur.

Ex quibus infertur primo, quod cum Pius Quintus, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo Pontificatus ſui anno ſecundo, vigeſimatertia die Decembris monaſterijs ordinis D. Hieronymi conceſſerit, prout habetur in Compendio ſ priuilegiorum huius ordinis. *Quod tempore cuiuſcumque tã generalis, quam ſpecialis interdicti quauis autoritate etiam Apoſtolica appoſiti, & apponendi illo non obſtante officium diuinum, & Miſſa in monaſterijs domibus, & Eccleſijs ordinis per religioſos alta voce, & ianuis apertis ſequẽtibus diebus, videlicet Epiphaniæ Domini, ac Aſcenſionis, & Beatæ Mariæ Virginis Aſſumptionis, & ſingulorum Apoſtolorum, necnon in ramis Palmarum Feria quinta, & ſexta, in Cœna Domini, & Sabbathi Sancti, necnon Sanctiſsimæ Trinitatis, ac Conceptionis, Natiuitatis, Purificationis, & Viſitationis Beatæ Mariæ, Natiuitatis Sancti Ioãnis Baptiſtæ, & Tranſlationis Sancti Patris Hieronymi, ac Auguſtini, & Paulę viduæ, ac omnium Sanctorum feſtiuitatibus, & in commemoratione omnium defunctorũ pro Miſſa, & proceſsione, & etiam in die obitus alicuius religioſi, vel religioſæ dicti ordinis pro Miſſa, & officio pro ipſo defuncto dicẽda publicè dici celebrari, & cantari, omneſque Chriſti fideles illic occurrentes illis intereſſe & aſsiſtere, libere, & licitè poſsint, & valeãt.* Infertur (inquam) quod in dictis feſtiuitatibus poſſunt etiam ipſi religioſi ſacramenta fidelibus indifferenter miniſtrare, & cõferre, licet enim in hoc priuilegio minimè ſacramentorum adminiſtratio permittatur, virtute tamen conceſsionis Leonis Decimi, & Pauli Tertij, ſuperius allegatæ poſſunt religioſi in ſuis monaſterijs in prædictis feſtiuitatibus ea conferre.

f Comp. D. Hier. ti. interdic. §. 10

Secundo infertur, quod cum Pius Quartus, Pontificatus ſui anno ſexto, ſexto Kalendas Auguſti conceſſerit monaſterijs eiuſdem ordinis Diui Hieronymi, prout habetur in Compendio t dicti ordinis, *Quod tempore interdicti quacunque autoritate appoſita in Eccleſijs eorundem monaſteriorum dũmodo fratres interdicto cauſam non dederint ianuis apertis, & alta voce in diebus Paſchatis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Natiuitatis Dominicæ, & Circũciſionis, ac Epiphaniæ, necnõ in quatuor Beatæ Mariæ Virginis, & in ſingulorum Apoſtolorum, & Sancti Patris Hieronymi, & Dedicationũ Eccleſiarum ipſius religionis monaſteriorum feſtiuitatibus a primis Veſperis vſque ad Completorium diei ſequẽtis in cluſiue Miſſam, & alia diuina officia celebrare poſsint.* Quod ipſum eidem ordini conceſsit Pius V. Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto, Pontificatus ſui anno primo, decimo ſexto Kalendas Februarij, infertur (inquã) quod in dictis feſtiuitatibus tempore interdicti poſſunt fidelibus publicè ſacramenta miniſtrare in Eccleſijs dictorum monaſteriorũ virtute conceſsionis Leonis X, & Pauli III. ſuperius allegatæ.

t Compen. Hieron. tit. interdictũ. §. 8. & 11.

Infertur tertio, quod cum Leo u X. conceſſerit generali, *Et alijs Abbatibus Prioribus, & Abbatiſsis, monachis, & monialibus conuerſis, ſeruitoribus, & ſeruitricibus monaſteriorum, & Prioratuum ordinis Sancti Benedicti congregationis Hiſpaniæ pro tempore exiſtentiũ, vt in Conceptionis, & Viſitationis*

u Habetur in compẽ. Mendi. tit. interdictũ. 2. §. 10.

ſitationis Beatæ Virginis Mariæ, & eiuſdem Virginis, & Sancti Ioannis Baptiſtæ, Natiuitatibus, necnon Sanctorum Benedicti Abbatis, Martini Epiſcopi, & Confeſſoris tranſituum, & tranſlationum, ac Sanctorum Gregorij Papæ, Illephonſi Archiepiſcopi Toletani, Antonij, & Bernardi Abbatum, ac beatorum Mauri, & Placidi diſcipulorum, ac Sanctæ Scholaſticæ ſororis eiuſdem Sancti Benedicti, Adelelmi Confeſſoris, necnon in quorumcumque aliorum Sanctorũ, & Sãctarum ſub quorum inuocationibus monaſteriorum prioratuum, & locorum vtriuſque ſexus dicti ordinis & congregationis Eccleſiæ dedicatæ, & conſtructæ, ſeu quorũ corpora in ipſis Eccleſijs recondita reſpectiuè exiſtunt, necnon hebdomadæ Sanctæ, & Reſurrectionis Dominicæ feſtiuitatibus, & per octauas earundem omnium ſupradictarum feſtiuitatum, nenon quoties monachi, moniales, & aliæ vtriuſque ſexus religioſæ perſonæ dicti ordinis, & congregationis profeſſionem emiſerint, aut primam Miſſam cèlebrauerint, ſeu eos in Eccleſijs, vel cæmeterijs monaſteriorum, prioratuum, & aliorum locorũ dicti ordinis, & congregationis humana cadauera Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ contigerit tempore interdicti, & ceſſationis â diuinis quæcunque autoritate Apoſtolica impoſitorum, dummodo huiuſmodi interdicto cauſam non dederint, nec id eis contigerit ſpecialiter interdici appertiz ianuis pulſatis campanis nominatim interdictis, & excommunicatis excluſis Miſſas, proceſſiones, & alia diuina officia ſolemniter, & in cantu celebrari,

Infertur (inquam) iuxta ſuperius dicta quod per aliam conceſsionem Leonis X. & Pauli III. poſſunt ſacramenta in prædictis feſtiuitatibus, & in diebus appoſitis in hac conceſsione fidelibus miniſtrare.

Aduertendum tamen, quod monachi exiſtẽtes extra ſui ordinis Eccleſias, & monaſteria, in quibus ſuſpenditur interdictũ quoad officiorum diuinorũ celebrationem tantum nõ poſſunt ea ſacramenta prohibita in tempore interdicti in dictis Eccleſijs miniſtrare, cum in conceſsione Leonis Decimi, & Pauli III. hoc ipſis in ſuis Eccleſijs facere concedatur, & priuilegium ratione loci ſit reale, & non perſonale, prout iam in primo tomo explicatum eſt.

Infertur quarto, quod licet tempore interdicti non poſsit ſacramentum Extremę vnctionis conferri etiam clericis, vt in iure x determinatur & tradunt Nauarrus Soto, & Couarruuias, virtute tamẽ priuilegij Leonis X. & Pauli III. poſſunt fratres in tempore interdicti ſæcularibus in noſtris domibus ægrotantibus ſacramentum Extremæ vnctionis conferre, licentia tamen parochi obtenta, ne in pœnas iuris Canonici incidant prohibentis ipſum ſine eorum licentia adminiſtrari. Pro omnium autem ſupradictorum explicatione aduertendum eſt, quod multa in ſuperioribus conceſsionibus inculcãtur, quæ ſigillatim per articulos ſunt diſcutienda, de quibus inferius agemus.

x c. quod in te de pœni. & remi. Nauar. c. 27. nu. 179 Soto in 4. d. 22. q. 3. ar. 1. conc. 4 in fin. Couar. in ca. Alma mat. 2. p. §. 2 ân. 7.

Notandum eſt etiã, quod loquuti ſumus de adminiſtratione ſacramẽtorum pro fidelibus omnibus indifferenter, nam loquendo de religioſis, de familiaribus, & domeſticis, & ſeruitoribus, ſunt inferius aliqui articuli proponendi.

ARTICVLVS. III.

Vtrũ in feſtiuitatibus Sanctorũ, quorũ corpora in Eccleſijs regularibus requieſcunt, & in feſtis Patronorum ipſarum: & in feſtis Translationũ poſsint interdictum, & ceſſatio á diuinis ſuſpendi.

Reſpondeo dicendo, quod vt cõſtat ex priuilegio Leonis X. Benedictinis conceſſo,

ceſſo, cuius tenorem articulo ſuperiori retulimus, ibi, *Quorũ corpora in ipſis Eccleſijs recõdita reſpectiue exiſtunt* quod in feſtis Sãctorum, quorum corpora in Eccleſijs Regularibus recõdita ſunt, poſſunt in ipſiſmet Eccleſijs ſuſpendi interdictum, & ceſſatio à diuinis ad diuina officia, & ad obſequias celebrandas, & ad ſacramenta adminiſtranda iuxta ſuperiori articulo explicata.

Et aduertendum, quod conceſsio loquitur de Sãctis, quorũ corpora in ipſis Eccleſijs recõdita reſpectiuè exiſtũt, non tamen dicit, quorum reliquiæ notabiles, puta caput, brachium, vel crus alicuius ſancti. Ex quo clare deducitur, quod non poteſt ſuſpendi interdictum, aut ceſſatio in Eccleſijs regularibus, in feſtis Sanctorũ, quorum notabiles reliquiæ ibi reliquieſcũt. Quod probatur ex quadam Gregorij XIII. conſtitutione, quæ apponitur in Breuiario Romano cũ officijs Sãctorũ Hiſpaniarum, in qua cõcedit Sũmus Põtifex, quod poſsit celebrari de ſanctis in Eccleſijs, in quibus eorũ corpora, ſeu notabiles reliquiæ exiſtũt, illa enim dictio (ſeu) innuit, quod appellatione corporũ notabiles reliquiæ eorũ minime comprehenduntur, & vt omnis arbitrandi ambiguitas tolleretur, declarat ibi Summus Pontifex, quod notabiles reliquiæ erunt caput brachiũ, vel crus. Ex quo conſequenter infertur, quod ſi corpori alicuius ſancti deficiat caput, brachium, vel crus, nihilominus poteſt ratione ipſius corporis interdictũ, aut ceſſatio ſuſpendi. Ex quibus conſequitur, quod cum Adrianus VI. anno Dñi milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo Põtificatus ſui anno primo die ſexta Iunij, prout refertur in compendio *a* priuilegiorum ordinis Diui Hieronymi, conceſſerit fratribus Monaſterij Sanctæ Engratiæ, *vt perpetuis futuris temporibus tẽpore interdicti Eccleſiaſtici quauis etiam authoritate Apoſtolica appoſiti in diebus Sanctæ Engratiæ, & inuentionis eiuſdem, ac Sancti Lamberti, necnon Sanctorum innumerabilium Martyrum, quorũ corpora in prædicta Eccleſia requieſcunt: & in feſto Sancti Hieronymi Miſſas, & alia diuina officia apertis ianuis & pulſatis cãpanis alta voce decãtando excõmunicatis*, & interdictis excluſis celebrare poſsint; quod priuilegium cum cõmunicetur alijs eiuſdẽ ordinis monaſterijs, vt patet ex ijs, quæ in primo tomo late probauimus, conſequitur, quod etiam poſſunt in alijs eiuſdem ordinis monaſterijs tẽpore interdicti diuina ſoléniter celebrari in diebus Sãctorum, quorũ corpora ibi requieſcũt, & virtute priuilegij Leonis X. Benedictinis conceſsi id ipſum tempore ceſſationis á diuinis indulgetur, imò iuxta ea, quæ in ſuperiori articulo late reſoluimus, poſſunt in dictis Eccleſijs ſacramenta fidelibus miniſtrari.

Secundo dico, quod in feſtis Patronorum & Patronarũ Eccleſiarũ regulariũ vtriuſque ſexus ſub quorum inuocationibus dicatæ, vel conſtructæ ſunt, poteſt ſuſpẽdi interdictũ, aut ceſſatio, vt conſtat ex priuilegijs ſupra appoſitis, & ex alio priuilegio ordini D. Hieronymi cõceſſo, quod in cõpendio *b* dicti ordinis refertur. Iulius enim III. anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto, Pontificatus ſui anno quinto prima die Ianuarij, *Priori generali, & alijs prioribus & fratribus ordinis cõceſsit, quod perpetuis futuris tẽporibus in ſingulis S. Hieronymi, & etiã cuiuſcunq; Sãcti in cuius honorẽ quod libet monaſterium ordinis dicatũ fuerit feſtiuitatibus, tẽpore interdicti quauis autoritate etiam Apoſtolica appoſiti & ceſsationis á diuinis pro tẽpore indictæ Miſsas, & alia diuina officia in ſingulis monaſterijs ordinis ianuis apertis & pulſatis cãpanis, ijs tamẽ, qui interdicto cauſam præbuerint, excluſis publicè, & alta voce cũ omnibus illis interesſe volentibus celebrare, ſeu celebrare facere liberè & licitè valeant in omnibus, & per omnia, ac ſi interdictum huiuſmodi poſitum nõ fuiſſet, quod pro dictis feſtiuitatibus tantũ ſuſpẽdi: quibus elapſis in ſuo robore permanere voluit,* quo priuilegio ordines Mendicãtes, & alij, qui communicant in priuilegijs conceſsis, & con-

a Comp. ti. interdictũ. §. 6.

b Comp. ti. interdictũ. §. 7.

& cõcedẽdis alijs ordinibus, vsq; ad eius datã possunt frui in festiuitatibus patronorum & patronarũ, sub quorũ, & quarum inuocationibus ecclesię eorũ vtriusque sexus dicatæ, vel cõstructæ sunt.

Dico tertiò, quod in festo trãslationum patronorum ordinum potest suspendi interdictum. Quod probatur. Nam in festo translationis D. Hieronymi, qui est patronus huius sacrę religionis, potest suspendi interdictum per concessionem Pij V. allegatam in articulo superiori, ergo similiter in festiuitatibus translationum aliorum sanctorum, qui sunt aut fundatores, aut patroni ipsarum religionum: nam hæc est vis communicationis priuilegiorum in religionibus, vt quod vni concessum est pro patrono, aut fundatore ipsius, censeatur etiam concessum pro patronis, & fundatoribus aliarũ, quæ cõmunicãt in priuilegijs. Vnde in festo translationis Patris Nostri Francisci potest suspendi interdictũ, & potest etiam suspendi cessatio à diuinis, cum inter interdictum & cessationem à diuinis in forma obseruationis nulla sit differentia, prout concessit Leo X. minoribus & habetur in ordinis supplemẽto *d* quod intelligitur ita quod sicut tempore interdicti possunt diuina solemniter celebrari: ita etiã tempore cessationis à diuinis in festiuitatibus, in quibus suspenditur interdictũ

d Sup. f. 59. concess. 165.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ in alijs festiuitatibus à supradictis possint regulares suspẽdere interdictum, & cessationẽ à diuinis.

RESPONDEO dicendo, quod hic articulus proponitur occasione concessionis Leonis Decimi factæ Benedictinis, quam posuimus in articulo secundo huius quæstionis, ratione cuius dubitatum fuit, an in omnibus festiuitatibus ibidem contentis fratres minores, & aliqui Benedictinorum priuilegijs gaudẽt virtute communicationis eorum in eisdẽ festiuitatibus, ac diebus possint diuina solemniter celebrare, & certum est, quod in festiuitatibus sancti Benedicti, & sanctorum sui ordinis ibi nominatorum, scilicet, Gregorij Papæ, Bernardi Abbatis, Mauri, Placidi, Adelelmi, & Scholasticæ virginis, nequeunt mendicantes præfata concessione vti: nam licet fratres mendicantes habeãt plenissimam communicationem priuilegiorum adinuicem, non tamen vtuntur concessione facta fratribus minoribus pro festiuitatibus ordinis eiusdem minorum, sed pro festiuitatibus suorum ordinum proprijs, & sic intelligendum esse inter Prædicatores, & minores declarauit Iulius Secundus, vt in prime tomo *a* latè diximus. In reliquis verò festiuitatibus, quæ non sunt propriæ prædicti ordinis sancti Benedicti, & in diebus in præfata concessione expressis non apparet; cur fratres minores non possint celebrare solemniter diuina, sicut faciunt monachi sancti Benedicti, vt sunt festa Virginis Mariæ, Conceptionis, scilicet, Visitationis, & Natiuitatis, & Sancti Ioannis Baptistæ Natiuitatis. De sancto autem Ildefonso in præfata concessione nominato, ait Collector *b* priuilegiorum mendicantium, quod nõ potuit hucusque inuenire, vtrum fuerit ordinis sancti Benedicti, constat enim ex sua legenda, quod fuit monachus, sed non cuius ordinis: ideo ait, quod non auderet asserere tẽpore interdicti aut cessationis à diuinis posse mendicantes in eius festiuitate solemniter celebrare officia diuina. Sed ego in præsentiarum volo demonstrare quòd D. Ildefonsus fuerit monachus sancti Benedicti probatur ex Vaseo *c* & à Morales & Garibai qui ex presse dicũt D. Ildefonsum habitum ordinis S. Benedicti recepisse in monasterio Agaliẽsi, & id ipsum affirmãt Blasius Florticius *d* & Mariana. Circa quod sunt etiam videndi dominus Rodericus *e* Archiepiscopus Toletanus & Iulianus Archiepiscopus Toletanus relatus à Surio, illud enim monasteriũ in quo habitũ suscepit D. Ildefonsus vocatũ Agaliẽse erat monasterium ordinis Sancti Benedicti latis illustre in ciuitate Toletana ædificatũm in qua Gothi Hispaniarum reges habitationem elegerunt & ex eo Euphemius Eluperius Adelphius S. Heladius, S. Iustus, S. Eugenius Sãctus Ildefonsus & Cixila Abbates dicti monasterij ad cathedralem Ecclesiam Toletanam fuerunt promoti, & ibi Archiepiscopi consecrati. Quod autem hoc tam insigne monesteriũ fuerit ordinis sancti Benedicti probatur quia in illo tẽpore nullos

a 1. to. q. 55. art. 20.

b Collect. tit. interd. 2. §. 10.

c Vaseus Morales li. 12. ca. 26. & c. 39. Gari. li. 8. pa. 349

d Florticius de tẽplo To let. c. 14. Marian. lib. 10, c. 12.

e Roderic. li. 2. c. 22. & li. 4. c. 3. Surius d Sãct. tom. 1.

alius ordo monachalis extiterat, probatur etiam ex quadam ſatis ſingulari authoritate ſancti Maximi Archiepiſcopi Ceſaraugustano. Cuius verba ſunt, *Era quingẽteſima nonageſima non Atanagildꝰ Rex in Planicie ſuburbij Toletani ædificauit monaſteriũ ordinis S. Benedicti in honorem S. Iuliani apud Auernos paſsim dictũ Agaliẽſe ab Agaluba villa propinqua quod diſtat minus quã centum quinquaginta paſsus ab Eccleſia Prætorienſi ſanctorum Petri & Pauli inter occidentem & ſeptentrionem ſitum & ibi conſtituit primũ Abbatẽ ſanctum virum Euphemium qui poſtea fuit vocatus ad primam Toleti ſedem.* Cuius teſtimoniumeſt maius omni exceptione cũ hic Archiepiſcopus floruerit anno quingenteſimo nonageſimo octauo & fuit filius huius celeberrimi conuentus & vt ſanctus ab omnibus reputatus, cui vt teſti oculato & vitæ inculpabilis eſt credendum. Probatur deinde: nam præfatum monaſterium erat dicatum Diuo Iuliano, & præfati ordinis eſt aliud in regno Galiciæ monaſteriũ etiam Diuo Iuliano conſecratum vocatũ communiter Sanctus Iulianus de Samos, quod fundatum per Abbatem Agericum qui fuit vltimus Abbas monaſterij Agalienſis in vniuerſali Hiſpaniæ deuaſtatione, monachi enim qui ex tantis malis immunes euaſerunt in Galiciam fugientes ad ſimilitudinem ſancti Iuliani monaſterij Agalienſis aliud nouum Diui Iuliani monaſterium ædificauerunt, in quo à tempore Abbatis Agerici ſemper ſumma cum obſeruantia regula ſancti Benedicti fuit obſeruata. Ex quo infertur quòd cum Sanctus Ildefonſus fuerit ordinis ſancti Benedicti non poſſunt medicantes neque alij religioſi in eius feſto tempore interdicti aut ceſſationis à diuinis ſolemniter celebrare.

ARTICVLVS V.

Vtrum in profeſsione alicuius religioſi poſsit ſuſpendi interdictum, & ceſſatio à diuinis.

REſpondeo dicendo, Leonem X. conceſsiſſe, quod tẽpore interdicti ordinaria authoritate poſiti poſſunt fratres minores obſeruantię dare publicè profeſsionem fratribus ſuis, & in illa cantare hymnum, *Veni creator ſpiritus*, & alias cæremonias facere, prout in conſuetudine habetur. *Ita* refertur in ordinis ſupplemento. *a* At idem Leo X. conceſsit Benedictinis, vt conſtat ex eius indulto relato in articulo ſecundo huius quęſtionis, vt etiam tempore ceſſationis à diuinis, & interdicti quacumque authoritate appoſiti poſsint dare fratribus profeſsionem apertis ianuis pulſaltis campanis, nominatim interdictis, & excommunicatis exclusis miſſas, proceſsiones, & alia diuina ſolemniter, & in cantu celebrando. Ex quo priuilegio collegerunt doctiſsimi Dominicani monaſterij ſancti Stephani Salmãticenſis, quod per totũ diem, quo fit profeſsio alicuius religioſi, aut religioſæ ordinũ mendicantiũ, & eorũ, qui gaudent priuilegijs Benedictinorũ poteſt ſuſpendere interdictum quacumque authoritate appoſitũ, & ceſſatio à diuinis, ita quod ipſo toto die poſsint diuina ſolemniter celebrari, & ſacramenta fidelibus miniſtrari in ipſorũ religioſorum Eccleſijs iuxta ea, quæ reſoluimus in dicto articulo ſecundo. Quæ opinio probatur primo. Nam clauſula dictæ conceſsionis Leonis ibi, *Apertis ianuis, pulſatis campanis, miſsas, proceſsiones, & alia diuina officia ſolenniter celebrando*, cum ponatur in fine ipſius conceſsionis, & cum reſpiciat multas conceſsiones, debet eas omnes pariformiter determinare. Nam vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare, prout tradunt Alexander, *b* & Picus. Vnde ſicut determinat, quomodo in multorum ſanctorum feſtiuitatibus tempore interdicti, & ceſſationis à diuinis poſſunt ſolẽniter celebrari diuina officia.

a Supp. fol. 62. cõc. 197

b Alex. in l. iã hoc iure co. 3. ff. de vulg. & pupi. Picus in l. Titia. co. 2 ff. de leg. ſecundo.

Ita

Ita determinat pariformiter, quomodo poſſit ſuſpẽdi interdictũ, & ceſſatio, quando alicui fratri, aut ſorori profeſsio datur, & ſicut per totũ diẽ feſtiuitatis ſancti dicta ſuſpẽſio fit ita etiã per totum diẽ, quo profeſsio fit, talis ſuſpenſio cõceditur. Et pro hac opinione inuenio quãdam conceſsionem ipſius Leonis X. relata à Collectore ordinis Ciſtercienſis, in quo in hunc modum dicitur, Leo X. congregationis ſancti Benedicti Hiſpaniæ conceſsit, *vt in B. M. Dei genitricis Virginis, & ſancti Ioãnis Baptiſtæ Natiuitatibus, & tranſlatione ſanctorum Martini, & Benedicti, & eorũ octauis, necnon in feſtiuitatibus ſanctæ Scholaſticæ eiuſdẽ ſancti B. ſororis & beatorũ Mauri, & Placidi, ſancti Gregorij Papæ, ac ſancti Illefonſi Archiepiſcopi Toletani, Antonij, & Bernardi Abbatũ, ac tẽpore, quo monachũ aliquẽ profeſsionẽ emittere, aut primã miſſã celebrare, ſeu Abbates, & monachos humana cadauera eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ cõtigerit, ac quorũuis aliorũ ſanctorũ ſub quorũ inuocationib⁹ monaſteria, & prioratũ eccleſiæ cõſtructa ſunt, & quorũ corpora in eiſdẽ recõditare periuntur, tepore interdicti (apoſtolica autoritate poſiti ianuis clauſis, alia vero quacunq; autoritate, dũmodo interdicto cauſam nõ dederint) apertis ianuis, pulſatis cãpanis nominatim excõmunicatis, & interdictis excluſis miſſas, & alia officia diuina à primis ipſarũ feſtiuitatũ veſperis vſq; ad occaſum ſolis ſequẽtis, & vltimi octauarũ diei ſoleniter, & in cantu celebrari poſſet, quodq; monachi nõ presbyteri cõmiſſi, oblati, donati, & ſeruitores tẽpore interdicti autoritate apoſtolica poſiti poſſint Euchariſtiã, & alia eccleſiaſtica ſacramẽta recipere.* Datũ Romæ vigeſimo ſecũdo die Maij anno Dñi milleſimo quingẽteſimo decimo quinto Pontificatus ſui anno tertio. Notãda enim ſunt illa verba: *ac tẽpore, quo monachũ aliquẽ profeſsionẽ emittere*, videtur enim cõprehẽdere totũ diẽ, & ita intellexit frater Garſia à Toleto in cõpẽdio e priuilegiorũ D. Hieronymi referẽdo dictã cõceſsionẽ dicẽdo verba ſequentia, *& dies, quo aliquis monachus profeſsionẽ emittit*. Et aduertẽdũ, quod iſta conceſsio Leonis X. nõ eſt eadẽ cũ conceſsione Leonis X. relata in articulo ſecundo huius quæſtionis, vt patet intuenti. Ex quibus videtur, quod ſic probabiliter poteſt teneri, quod per totum, ſcilicet, diẽ profeſsionis interdictum, & ceſſatio ſuſpendatur, & ita practicatur in illuſtriſsimo cœnobio D. Stephani Salmanticenſi ordinis prædicatorum cum cõſilio doctiſsimorum, magiſtrorum, & religioſorum, qui ſemper in eo cũ magna Eccleſiæ vtilitate, & ædificatione floruerunt.

d cõp. ordi. Ciſter. ſtitu. interd. §. 8.

e Cõpẽ. D. Hieron. ti. interdi. per cõmunicationem. §. t

Neque ſupradictis obſtat, quod, ſcilicet, ſi illa determinatio pariformiter deberet determinare celebritatẽ feſtiuitatum ſanctorum, & celebritatem profeſsionis, ſequeretur, quod à primis veſperis diẽ profeſsionis ſuſpenſio inciperet, ſicut incipit à primis veſperis celebritas ſancti. Nam reſpondetur magnam eſſe differentiam inter ſancti feſtiuitatem, & profeſsionem. Nam feſtiuitas ſancti incipit à primis veſperis, ideo nimirum ſi in illis huiuſmodi cẽſuræ ſuſpendãtur, ſicut etiam ſuſpenduntur in noſtra religione, quando aliquis religioſus dicit primam miſſam, nam à primis veſperis, in quibus ipſe eſt Hebdomadarius, incipit miſſæ nouę ſolemnitas & huiuſmodi cenſuræ ſuſpendũtur: at vero profeſsio non habet primas veſperas, à quibus eius ſolemnitas incipiat.

Vnde dicta clauſula in fine appoſita, pariformiter determinat omnia antecedentia iuxta naturam, & conditionem eorum, quæ in ipſis conceduntur. Nã, vt prædicant iura, *f* verba debent intelligi ſecundũ materiã ſubiectã. Ex quibus reſolutiuè dico, quod per totum diẽ profeſsionis poteſt ſuſpendi interdictũ, & ceſſatio, & per totum diem, quo aliquis religioſus traditur ſepulturæ, & ſi ipſe religioſus ſepeliatur hora veſpertina, mihi certum eſt, quod tunc poteſt ſuſpendi interdictum, & altera die,

f. intelligẽtia de verbor. ſignifi. l. ſi vnõ. §. 1 ff. locati.

die, quando dicitur miſſa, diei obitus, poteſt etiam ipſum interdictum, & ceſſatio â diuinis ſuſpendi, in noſtra autem religione ordinis minorum regularis obſeruantiæ â primis veſperis miſſæ nouæ vſque ad meridiem diei ſequentis quo feſtiuitas miſſæ nouæ finitur interdictum, & ceſſatio ſuſpenditur, quæ etiam ſuſpenduntur, pro illo tempore, quo durat profeſsio iuxta ceremoniale noſtræ religionis: & hoc mihi videtur ſecurius, cum hæc priuilegia potius ſint reſtringenda, quam amplianda, & ne his temporibus, in quibus hæretici contra cenſuras Eccleſiaſticas vociferantur, neruus, & vis ipſarum cenſurarum huiuſmodi ſuſpenſionibus debilitetur. Ne conceſsio facta Benedictinis quando facit aliquis monachus profeſsionem prodeſt alijs religionibus, in quibus ſolemnitas profitendi eſt multo minor quam ſolemnitas profitendi apud Benedictinos, hi enim cum magna cæremonia & ſolemnitate emittũt profeſsionẽ vt patet ex eorũ cæremoniali cuius decreti tenorẽ in mediũ adducere decreui, vt ex eo clarè colligatur minime cõceſsionẽ pro profeſsione cũ tanta ſolemnitate fieri ſolita alijs religionibus communicari in quibus per breue temporis ſpatiũ ſolemnitas profeſsionis durat.

ARTICVLVS VI.

Vtrũ prælati religionũ poſſint in ſuis domibus admittere aliquos ſæculares ad officia diuina tẽpore interdicti, aut ceſſationis à diuinis.

REſpondeo dicẽdõ, quod Nicolaus V. cõceſsit, vt prior monaſterij ſancti Benedicti Valliſoleti, *poſsit eligere ſex perſonas inter viros, & mulieres ſucceſsiue quæ perſonæ tempore interdicti generalis, ſiue ſpecialis, aut quando ceſsatur à diuinis in dicto monaſterio, quãdo miſſæ & alia diuina officia celebrãtur, ſiue celebrabũtur miſſas, & alia diuina officia audire, & illis intereſſe poſsint ac in ipſo monaſterio dicto tempore eccleſiaſtica recipere ſacramẽta, & ſi aliqua ipſarũ ſex perſonarũ interim mori cõtigerit, ſepeliri in eccleſiaſtica ſepultura valeat, ſine tamẽ ſolemnitate, dum modo dict⁹ prior, vel aliqua ipſarũ ſex perſonarũ dicto interdicto, aut ceſſationi à diuinis cauſam nõ dederit, & ipſum interdictum non poſitum ſit, vel confirmatum autoritate Apoſtolica.*

Ita habetur in compendio [a] mẽdicantiũ, & *Ioãnes Epiſcop⁹ Præneſtin⁹ Nicol. V. maior pœnitentiarius cõceſsit cõgregationi S. Benedicti Hiſpaniæ, vt tẽpore interdicti, & ceſſationis à diuinis poſsint eligere ſucceſsiue ſex perſonas, viros, aut mulieres, & ad diuina illas admittere, eiſq; ſacramẽta cõferre & ſi è vita exceſſerint, illarũ cadauera ſepelire.* Ita refertur in cõpẽdio [b] priuilegiorũ ordinis Ciſterciẽſis, & Hẽriquez [c] refert, quod ipſemet Ioãnes Epiſcopus Præneſtinus cõceſsit, *Priori de Mõſerrate, dum foras exit, ad loca ſic interdicta, vt eligat ſex perſonas, &c.* Et ratio fuit, quia in Catalunia prope Monſerratũ erat tam frequens interdictum, & ceſſatio, vt vix auderet prior & procurator exire de monaſterio.

Et Nicolaus Frãcus Apoſtolicæ Sedis Nuncius, & orator cum poteſtate legati de latere à præfata ſede deputatus in regnis Caſtellæ Legionis, & Aragoniæ cõceſsit monachis S. Benedicti obſeruãtiæ Hiſpaniæ, q tẽpore interdicti ordinarij poſsint recipere ad miſſas, & ad alias horas canonicas in ſuis monaſterijs quindecim perſonas inqualibet die de eis, qui non dederunt cauſam interdicto. Ita habetur in compendio [d] mendicantium.

Circa quas cõceſsiones eſt notandum, quod virtute priuilegij Nicolai V. & Ioãnis Epiſcopi Præneſtini poſsũt priores cõuẽtuales ordinũ mẽdicantiũ, & alij, qui eorũ fruũtur priuilegijs tẽpore interdicti generalis, & ceſſationis à diuinis eligere ſex perſonas inter viros, & mulieres nõ ſimul, ſed ſucceſsiuè, id eſt, vnam poſt aliam ad miſſas & diuina officia, quod intelligo primo non procedere, quãdo ipſa monaſteria

non

[a] cõp. mẽd. interdict. 23.

[b] cõp. Ciſter. tit. inter di. §. 13.

[c] Hẽriq. in 2. p. li. 13. de excõ. & inter. c. 48. §. 3. lit. K.

[d] cõp. mẽ. vbi ſup.

non habent in Eccleſijs capellas vnas ab alijs medijs parietibus ſeparatas, tũc enim poſſunt admitti tot perſonæ, quot ſunt capellæ, vt in his ſic ſeparatis vna quęque ſigillatim poſsit audire miſſam, & recipere ſacramenta, niſi tunc in choro horæ canonicæ dicantur, tunc enim non poſſunt recipi niſi ſucceſsiuê, cum non omnes ſimul, imo neque earum duæ poſsint diuinis aſsiſtere officijs, quætunc in choro recitantur, niſi aliquo alio priuilegio muniantur concedente, vt poſsint dicto tempore diuinis aſsiſtere, in hoc enim caſu poſſunt ſimul admitti virtute dicti priuilegij, imo dico, quod in vnaquaque ipſarũ capellarum ſegregatarum non ſolum poteſt admitti vna perſona, ſed aliæ ſimul cum ea etiam ſi in choro recitetur diuinum officium, ſi ipſæ perſonæ virtute alterius priuilegij poſſunt aſsiſtere diuinis, exemplo hoc declaratur, ſi ſyndicus Apoſtolicus fratrum minorum, & eius vxor, filij, & filiæ, vt dicetur infra *e* habent priuilegium, quod tempore cuiuſcumque interdicti, aut ceſſationis â diuinis poſsint in Eccleſijs ipſorum fratrum diuinis intereſſe, & Eccleſiaſtica recipere ſacramenta, qui ſi accedant in hoc tempore ad monaſterium verbi gratia Beati Patris Noſtri Franciſci ciuitatis Salmantinæ poſſunt ſimul admitti virtute ipſius priuilegij, & poſſunt etiam admitti ſucceſsiue aliæ ſex perſonæ virtute alterius priuilegij Nicolai Quinti.

e infra hoc tomo. q.

Secundo eſt notandum, quod virtute priuilegij Nicolai Franci poſſunt dicti prę lati tempore interdicti ordinarij recipere admiſſas, & ad horas audiẽdas in ſuis monaſterijs quindecim perſonas in qualibet die, & hæc poſſunt recipi ſimul, cum non dicatur, quod recipiantur ſucceſsiuè, & lege nõ diſtinguente nos diſtinguere minime debemus, & aduertendum, quod hæc quindecim perſonæ virtute huius priuilegij non poſſunt in dictis Eccleſijs eccleſiaſticarecipere ſacramenta, cum ad receptionem ſacramentorum talepriuilegium non extendatur.

QVÆSTIO CXIII.

De interdicto, & ceſſatione à diuinis quantum ad moniales in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vtrum tempore interdicti & ceſsationis à diuinis poſsint moniales in ſuis monaſterijs diuina celebrare.*

2 *Vtrum Abbatiſſæ monaſteriorum aut præſidentes poſsint admittere in ſuis Eccleſijs ad diuina & ad recipienda ſacramenta tempore interdicti, aut ceſsationis à diuinis perſonas de quibus in articulo finali quæſtionis præcedentis.*

ARTICVLVS I.

Vtrũ tẽpore interdicti, & ceſsationis á diuinis poſsint moniales in ſuis monaſterijs diuina celebrare.

RESpõdeo dicendo, quod vt patet ex priuilegijs ſuperius allegatis, poſſunt moniales ordinũ mendicantium, & quæ eorum fruuntur priuilegijs tẽpore interdicti quacunq; autoritate appoſiti, & ceſſationis à diuinis diuina celebrare, & recipere ſacramẽta ianuis clauſis ſummiſſa voce, & nõ pulſatis cãpanis, & in feſtis ſuorũ ordinũ reſpectiuè ſicut fratres poſſunt eadẽ diuina ſolẽniter celebrare, & recipere ſacramẽta, tũ quia moniales fruuntur priuilegijs ipſorum fratrum, prout dicemus articulo ſequenti, tum quia id ſpecialiter illis eſt conceſſum, vt patet ex tenore priuilegiorum, quæ in quæſtione ſuperiori ſunt relata, *Et Leo X. prout habetur in ſupplemẽto* a *cõceſsit fratrib⁹ minorib⁹, & monialibus S. Clarę, & tertiæ regulæ ſub obedięntia eorundem fratrũ minorum degentibus, vt in die*

a Sup. fo. 55 cõceſ. 155.

S. Eliſabeth filiæ Regis Vngriæ, & per eius octauã poſsint tempore interdicti miſsas, & alia diuina officia celebrare, ſeu celebrari facere, quẽadmodum poſſunt in diebus ſanctorũ Franciſci, Antonij, Claræ, & per eorũ octauas, & licet in hoc priuilegio non fiat mentio aliorum ordinis ſanctorum, non eſt dubium, quod in eis poſsint moniales celebrare per communicationem, ſi quidem poſſunt fratres celebrare: & quod dicimus de monialibus ſanctæ Claræ, dicendum eſt de monialibus aliarum religionum, quantum ad celebrationem feſtiuitatum ſuorum ordinum.

ARTICVLVS II.

Vtrũ abbatiſſæ monaſteriorũ aut præſidẽtes poſsint admittere in ſuis Eccleſijs ad diuina & ad recipienda ſacramenta tẽpore interdicti, aut ceſſationis à diuinis perſonas ſæculares, de quibus in articulo finali quæſtionis præcedentis.

REſpondeo dicendo, quod priuilegia, quibus dictæ perſonæ admittuntur directè Abbatiſsis, & monialibus minimè conceduntur. Videamus igitur, vtrum per communicationem illis competat.

Pro cuius rei explicatione eſt notandum Sixtũ Quartũ, *ſtatuiſſe, quod monaſteria, & loca monialium ſanctæ Claræ, & S. Dominici, eorũq; abbatiſſæ, & prioriſſæ, procuratores, ſyndici, oblati, & vtriuſq; ſexus tertij ordinis de pœnitẽtia nũcupatæ perſonæ prædictæ ijſdem priuilegijs, & immunitatibus, gratijs, & fauoribꝰ, cõceſsionibus, indultis ſpiritualibus, & temporalibus fratrũ prædicatorũ, & minorũ ordinibus, & illorum profeſsoribus, domibus, & locis, ac procuratoribus, & ſyndicis, oblatis, & cõuerſis, ſeu alijs quo modolibet per prædeceſsores ſuos, aut per ipſummet Sixtum hactenus conceſsis, & in poſterum concedendis quauis autoritate (quatenus earũ ſexui, & ſtatui non contradicant) libere, & licite vti poſsint, & debeant in omnibꝰ & per omnia, prorſus, & ſine vlla differentia, ac ſi eiſdem monaſterijs, locis & perſonis prædictis nominatim conceſſa forent, & concederentur expreſſe.* Ita habetur in libro monumenta *a* ordinum, in quo etiam libro *b* continetur, Bonifacium Octauum ad inſtar Innocentij Quarti id ipſum cõceſsiſſe. Quibus priuilegijs attentis non poſſunt non concedere, quod Abbatiſſæ, & prioriſſæ poſſunt eligere dictas perſonas tempore interdicti, & ceſſationis à diuinis, ſicut ſuperiores conuentuales poſſunt eligere, communicatio enim priuilegiorum inter fratres, & moniales hoc operatur vt id, quod conceditur ſuperioribus fratrum concedatur etiam Abbatiſsis, & prioriſsis monialium, quatenus earum ſexui, & ſtatui non contradicit, huiuſmodi autem electio perſonarum, neque ſexui, neque ſtatui earum contradicit.

a Monum. in 1. impr. fo. 66. & in 2. fo. 184. cõceſ. 362. & f. 261. cõceſſ. 677. ſup. f. 109. cõ. 464 b in 2. imp. fo. 32. & in 2. fo. 23. concel. 35.

Ex dicta autem communicatione priuilegiorum inter fratres, & moniales infertur, quod *ſicut Iulius II. conceſsit fratribus ordinis minorũ, vt in Eccleſijs ſuis quoties opꝰ fuerit, poſsint miniſtrare, & miniſtrari facere ſacramentum Euchariſtiæ curialibus, mercatoribus peregrinis, & trãſeũntibus, ac alijs quibuſcumque perſonis,* prout habetur in ſupplemento. c Sic etiam per communicationem moniales ordinum mendicantium poſſunt miniſtrari facere in ſuis Eccleſijs quoties opus fuerit, ſacramentum Euchariſtiæ quibuſcumque perſonis.

i

c ſup. fo. 11. cõceſ. 43.

QVÆ-

QVAESTIO CXV.

De interdicto, & cessatione à diuinis quoad familiares, & seruitores religiosorum in quatuor articulos diuisa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *Vtrum familiares & seruitores religiosorũ vtriusque sexus sint priuilegiati in tẽpore interdicti, aut cessationis à diuinis.*

2 *Vtrum syndicus fratrum minorum & eius vxor & filij possint recipi ad diuina tempore interdicti, aut cessationis à diuinis.*

3 *Vtrum medicus monasterij possit assistere diuinis, & recipere sacramenta tempore interdicti, aut cessationis à diuinis.*

4 *Vtrũ in monasterijs tẽpore interdicti possit admitti laicus vt administret in missa.*

ARTICVLVS I.

Vtrũ familiares, & seruitores religiosorũ vtriusq; sexus sint priuilegiati in tempore interdicti, aut cessationis

REspondeo dicẽdo, Alexandrũ IIII. cõcessisse, *quod si quãdo in personas, vel terras, vbi residẽt fratres minores excõmunicationis, vel interdicti sententia contigerit promulgari, pueri fratrũ seruitijs deputati negociorũq; gestores seu procuratores & operarij, qui in locis fratrum huiusmodi operibus eorũ personaliter cõstituti insisterit prædictis sẽtẽtijs excõmunicationis, vel interdicti obnoxij nullatenus habeãtur iuxta formã, quæ à Sede apostolica est cõcessa in tẽpore interdicti, nisi prædictæ personæ causã dederint interdicto, vel excõmunicari, vel interdici cõtingat,* Ita habetur in lib. a monum. ordinũm. *Et Clemens IIII. fratribus minoribꝰ cõcessit, quod ijs, qui in eorũ morantur obsequijs, tẽpore interdicti libere possint ministrare cũcta ecclesiastica sacramẽta, & ipsos, cũ decesserint, & in suis cœmeterijs sepelire.* Ita habetur in eodem libro *b* qui Summus Pontifex alias fecit similes concessiones, quas congessit autor *c* compendij mendicantium. *Et Ioãnes XXIII. cõcessit fratribus ordinis Prædicatorũ, quod cõfratres, & germani dicti ordinis possint sepeliri tempore interdicti in Ecclesia, vel cœmeterio eorundẽ fratrum, nisi fuerint excommunicati publice, vel nominatim, ibiq; diuina celebrare, seu audire.* Ita habetur in supplemento. *d*

a in 1. imp. fol. 31. & in 2. fo. 114. cõ cess. 251.

b in 1. imp. fo. 56. & in 2. f. 140. cõ cess 315.

c cõp. mẽ. tit. interdi. 3. §. 3. & 4.

d sup. fo. 95 cõcess. 306. ec. licet no bis de priu. li. 6. Sil. interdi. 5. §. 1. nu. 4.

Circa quas concessiones primô est notandũ, quod secundum ius e commune, & Hostiensem, Ioannẽ Andream, & Calderinũ, quos sequitur Syluester, Familiaribus religionis, & alijs officialib', aut operarijs & famulis cõductis, qui intra residẽtiã sunt aut monasterio seruiũt nõ possunt religiosi tẽpore interdicti nõ Apostolici, licet speciale sit, ministrare sacramẽta, & sepulturã, & admittere ad diuina: at secũdũ priuilegiũ supradictũ Sixti IIII. & aliorũ Põtificum possunt supradicti admitti ad diuina officia & ad sacramẽta recipiẽda, & ad sepulturã in Ecclesia, vel cœmeterio eorundẽ fratrũ, prout etiã tenẽt Nauar. f & Felin. imo ait Hẽriq. g quod cõcessit Paulus IIII. societati, vt etiã in Paschate Resurrectionis recipiat sacramentũ Eucharistiæ, & extremã vnctionẽ, ac sepulturã sine licẽtia paro chi: id ipsum cõcessũ estab eodẽ Paulo III. procuratori, seu œconomo monasterij licet extra illud habitet. Et aduertit Hẽriq *h* quod si istum superior afferat curãdum in monasterium, potest ei conferre extremam vnctionem.

e Nauar. c. 27. n. 180. Felin. tit. de interdict. c. 7. §. 2. 180.

g Henri. 2. p. lib. 13. de inter. c. 48. §. 2. lit. A.

h Hẽr. vbi. lit. C.

Secũdo est notãdũ, quod virtute cõcessionis *Ioãnis* XXIII. solũ debẽt admitti confratres, qui licet remaneãt in sęculo, & non mutẽt habitũ sęcularẽ: tamen sunt vel fiũt oblati ordinis prædicti, ac faciũt donationẽ inter viuos omnium bonorum suorum dicto ordini reseruando sibi solum vsum fructum, quandiu vixerint, & non de alijs confratribus communiter vsitatis in par-

tibus Hiſpaniarum. Ita poſt ventilationem inter Doctores vtriuſque iuris fuit diſcuſſum in vniuerſitate Salmantina per quādam decretalē, i quæ definit confratres primô nominatos ſolum gaudere Eccleſiaſtica ſepultura. Et ita tenuerunt Gregorius Lopez, k Couarruuias, & Nauarrus poſt alios.

i c. vt priuilegia de priuile.

k Greg. in l. 9. ti. 7. pa. 1. glo. 2. Couar. in c. almamater. 2 p. §. 2. nu. 9 Na. c. 27. n. 79. & 181. & in c. nō dicatis. n. 77. & 84.

ARTICVLVS II.

Vtrū ſyndicus fratrū minorum, & eius vxor, & filij poſsint admitti ad diuina in tempore interdicti, & ceſsationis à diuinis.

REſpōdeo dicēdo, *q̄ Clemens VII. cōceſsit vni ſyndico, & procuratori cū illius vxore, & liberis præſenti, & futuro ſingularū domorum & monaſteriorū fratrum minorū regularis obſeruantiæ ac monialiū ſanctæ Clarę, & Cōceptionis, & Annuntiationis ordinu, & ſororū tertij ordinis ſancti Franciſci pro tempore ſeruienti, q̄ perpetuis futuris temporibus ipſi, & eorum quilibet omnibus, & ſingulis indulgētijs, & peccatorum remiſsionibus, fauoribus, & gratijs, quibus fratres ordinis obſeruātiæ prædictorum vtuntur, potiuntur, & gaudent ſeu vti potiri, & gaudere poterunt, quomodo libet in futurum vti, potiri, & gaudere poſsunt*, Ita refertur in compendio a mendicantium.

a Cōp. mē. tit. procuratores fratrū §. 12.

Ex quo priuilegio colligitur, quod non ſolū tēpore interdicti poſſunt procuratores, & ſyndici ſupradicti, vxor, & filij, & filiæ in Eccleſijs prædictorū fratrū admitti ad diuina, & eccleſiaſtica recipere ſacramēta: ſed etiam tempore ceſsationis à diuinis cum potiantur priuilegijs fratrum, qui vt probatū eſt in ſuperioribus ad ea ipſa omnia habeant priuilegium. Et confirmatur. Nam Sixtus IIII. in bulla aurea conceſsit, *quod procuratores ſyndici monialiū S. Clarę, & tertij ordinis fratrū, & ſororū eiſdē priuilegijs, & immunitatib⁹, gratijs, & fauoribus, cōceſsionib⁹ indultis ſpiritualibus, & tēporalibus procuratorib⁹, ſyndicis fratrū minorū & pradicatorum conceſsis, & in poſterum concedendis gaudeant*, vt in libro b monumenta ordinum, continetur.

b in 1. imp. fo. 66. & in 2. f. 148. cō ceſ. 362.

ARTICVLVS III.

Vtrū medicus monaſteriorū poſsit tēpore interdicti & ceſsationis à diuinis aſsiſtere diuinis, & recipere ſacramenta.

REſpōdeo dicēdo, quod Alexāder VI. *cōceſsit, vt medici ordinarij fratrū minorū, & ſororū habeāt eadē priuilegia, & gratias quibus gaudēt ſyndici & procuratores locorū.* Ita habetur in monumentis a ordinū, & in ſupplemento, per quod priuilegium aliqui ſunt arbitrati medicos ſupradictos fratrū, & ſororū poſſe tempore interdicti quacūque autoritate appoſiti, & ceſsationis â diuinis, admitti ad diuina officia, & ad recipienda eccleſiaſtica ſacramēta, & ad ſepulturam in locis ipſorū fratrum, cum ſyndici fratrū minorū facultatē habeant ad ſupradicta, etiā tēpore ceſsationis â diuinis. Sed certē ij toto cœlo vidētur aberrare: ſyndicus enim, & eius vxor, filij, & filiæ habent prædictū priuilegiū tēpore ceſsationis âdiuinis â tēpore Clementis VII. ante enim ipſum Clemētē VII. tantū habebant priuilegiū pro tēpore interdicti, vt patet ex ſuperioribus dictis Clemens autem VII. fuit multô poſt Alexandrū VI. Nam Alexander VI. fuit coronatus anno Domini milleſimo quadringēteſimo nonageſimoſecūdo, & obijt anno Domini milleſimo quingēteſimo tertio. At Clemēs VII. fuit cōronatus anno Domini milleſimo quingēteſimo vigeſimo tertio, & obijt anno Domini milleſimo quingēteſimo trigeſimo quarto & ſic fuit coronatus poſt mortē Alexādri Sexti viginti annis tranſactis, & Alexander Sextus, vt patet ex eius conceſsione, non indulſit medicis ordinarijs prædictorum fratrum & ſororum conceſſa, & conceden-

a in 2. imp. fo. 70. cōc. 167. & in ſup. fo. 69. conceſ. 376

cedenda prædictis ſyndicis, & procuratoribus, ſed tantum conceſſa, & in eo tempore nullum pro tempore ceſſationis à diuinis inuenio priuilegium pro ſyndicis à Sede Apoſtolica indultum, ſed tantũ pro tẽpore interdicti, & hoc priuilegium virtute conceſsionis Alexãdri VI. ſolum medicis communicatur, non autem aliud pro tempore ceſſationis. Quod priuilegium pro tẽpore interdicti medicis communicatur, intelligitur de medico non abſolute, ſed de medicis ordinarijs ipſius conuentus, licet non ſint Doctores; cum ipſi medici non à dignitate, ſed à medendo medici nuncupẽtur, vt allegans quandam doctrinam Barto li tenet Syluester. *b*

b Sylu. titu. medicus.

Aduertẽdum tamen, quod ſanguinis minutor ordinarius ipſorum fratrum neq; pro tempore interdicti, neque protempore ceſſationis habet aliquod priuilegium. Ego enim licẽt omnem diligentiam poſsibilem in eo inquirendo adhibuerim, nunquam ipſum potui inuenire.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum in monaſterijs tempore interdicti poſsit admitti laicus, vt adminiſtret in Miſſa.

REſpondeo dicẽdo, quod clericus, qui celebrare Miſſam nõ ſolet, niſi famulis comitatus, poteſt illos ſecum habere in tempore interdicti. Ita tenet Henriquez *a* dicens hanc opinionem tenere Syluestrum, & Nauarrum, ne priuilegium ſit inutile, & hoc ex priuilegio iuris in cap. *Alma mater*, quia pertinet ad honeſtatẽ ſtatus clericalis inferre ſecum famulos, nõ vero ex priuilegio contento in capitulo, *licèt* de priuilegijs, quod loquitur de priuilegio ſingularis perſonæ: & poteſt vltra famulos introducere laicum, vt ſibi celebrãti in Miſſa miniſtret, vt poſt Calderinũ tenent Margallus, *b* Nauarrus, Couarruuias, & Duenas. Si autem priuilegium celebrandi tempore interdicti, aut ceſſationis à diuinis datum ſit conuentui, qui ex ſuis habere ſolẽt qui adminiſtrant officijs, & Miſsis, non debet ſacerdos laicum familiarem, aut famulum aſſumere, vt ſibi miniſtret, niſi alij de conuentu ægrotent, & miniſtrare non poſſint; tunc enim poteſt admittere laicum familiarem, aut famulũ, quia id habet ex priuilegio iuris in dicto capitul, *Alma mater*, & reſtringi debet ad caſum neceſsitatis prędictum capitulum, *licèt*. Ita Henriquez *c* per quam rationem exiſtimo quod ſi tamulus aliquis ſacerdotes ſciat in miſſa miniſtrare, non poteſt ipſe ſacerdos tempore interdicti alium adminiſtrandum introducere, opinio enim ſupra appoſita ad caſum neceſsitatis videtur reſtringenda, &c.

a Henriq. 2 tom. de ſacram. lib. 13 de excom. & inter c. 48 iuxta finem Naua. c. 27. n. 181.

b Marg. in rubr. de celebr. Miſſa. Nau. vbi ſu. Coo. in c. alma mat. 2. p. §. 4. nu. 5. dila. 11. Duenas reg. 305.

c Henr. vbi ſup. in fi.

QVÆSTIO. CXV.

De ceſſatione à diuinis quoad eius eſſe ac poſitionem in quatuor articulos diuiſa.

¶ Circa quam quæruntur quatuor.

1 *Quid & quotuplex ſit ceſſatio à Diuinis.*

2 *In quo differt ceſſatio ab interdicto.*

3 *Vtrum expediat imponi ceſſationem à diuinis.*

4 *Vtrum damna temporalia ſecuta ex ceſſatione debeant reſtitui.*

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex ſit ceſſatio à diuinis.

REſpõdeo dicẽdo, quod nõ datur ceſſatio perſonalis nec imponitur à iure, ſed ab homine, & quidã receẽtiores *a* putãt eſſe idẽ cum interdicto ſtrictiſsimo olim conſueto, Soto contrarium tenet & Nauarrus, *b* & communis, & ceſſatio à diuinis eſt ſuſpenſio organorum, diuinæ laudis in locum decretæ, vel iſt quædam omnimoda deſiſtentia à diuinis officijs, & ab adminiſtratione quorundam ſacramẽtorũ in locum decreta: quidam explicant eſſe ſilẽtium miniſtrorũ Eccleſiæ iuxta illud Pſalmi *c in ſalicibus ſuſpẽdimus organa noſtra, & eſt duplex.* Prima generalis, quæ ſit in loco

a Soto in 4. d. 23. q. 3. ar. 1. poſt. 4. cõcluſ.

b Nau. c. 27 n. 189.

c Pſal. 136.

vniuersali, aut ciuitate, oppido, aut parochia, & particularis, quæ sit in loco particulari, vt in Ecclesia, aut in Ecclesijs. Ita tenent Sylvester, *d* & Nauarrus. Et cessatio â diuinis dicitur, quid facti, prout in articulo sequenti explicabitur.

d Sylues. v. cessatio in pri. Nauarr. vbi sup.

ARTICVLVS II.

In quo differt cessatio ab interdicto.

REspondeo dicendo, quod quidã dicũt cessationem esse idem, quod interdictũ, sed si absolutè hoc dicatur falsum omnino est, nam cessatio dicitur, quid facti, quia pro omnibus imponitur, neque respicit in hoc magis delinquentẽ, quam ipsos Innocentes, & est immediate ipsorum diuinorum officiorum, seu organorũ suspensio, neque reddit ipsum locũ interdictũ. Quare habet se, vt negatio, interdictũ vero, vt priuatio in subiecto aptonato: at interdictum dicitur, quid iuris, quia immediate est circa locum, & interdum ipso iure imponitur, & prohibet immediate ipsum delinquentem subpænis iure decretis. Præterea differt ab interdicto, cum interdictum sit censura, & pæna secũdum partem iuxta sacros Canones, *a* manentibus communiter diuinis officijs aliquo modo, & pro aliquo tempore, & sic interdictum comparatur priuationi, supponit enim manere subiectum cum aptitudine secundum locum, & tẽpus: sed cessatio est totalis omissio, seu negatio officiorum & non enumeratur inter censuras Ecclesiasticas proprie dictas, vt tenent communiter Doctores, quod refert Nauarrus, *b* & Couuarruuias, ac subinde violans cessationem non sit irregularis.

a c. si canonici §. si autem de offi. ord. lib. 6.

b Naua vbi sup. n. 184. Coua. in d. c. alma mater §. 2. n. 2.

Ex hoc autem, quod cessatio pertinet ad factum, quidam dicunt cessationẽ, quã uis post appellationem decreta sit, non esse nullam, sed habere quendã effectũ cum tamen constet interdictum, si post appellationem ponatur, esse ipso iure nullum, sed Couarruuias, *c* hanc reprobat opinionem parificans quantum ad hoc cessationem cum interdicto. Vnde Soto, & Couarruuias sentientes cessationem nõ differre ab interdicto strictissimo glossantur ab Henriquez *d* vt intelligantur conuenire cum interdicto in aliquibus, in eo scilicet, quod dum iure aliquod officiũ, aut sacramentũ pro tẽpore cessationis conceditur clericis, aut priuilegiatis, seruanda sit quadruplex moderatio explicata in capitulo, *Alma mater*. Nam Sotus *e* alibi distinguẽs cessationem ab interdicto eodem articulo primo dicit, quod fere nihil differebãt, & in articulo secundo ad primum principale, & in diffinitione cessationis, vbi vero cessationẽ numerat inter cẽsuras, loquitur late, & reductiuè, neque Couarruuias id sentit, quia paulo ante explicuit solum cõuenire in eo, quod hæc permittũt, aut prohibent quædam sacramenta.

c Coua. vbi sup.

d Henr. 1. tomo de sacram. li. 13. de excom. & interd. c. 51.

e Sot. in 4. d. 22. q. 3. ar. 1. & ar. 2. ad primũ princip.

ARTICVLVS III.

Vtrum expediat imponi cessationem à diuinis.

REspondeo dicendo, quod si finis sit rectus, & causa legitima non minus expedit imponi cessationem, quam interdictum, vt iudex Ecclesiasticus hoc modo deterreat rebelles cum ingenti doloris sensu, quos iure, & ordine, ac alijs censuris inducere non potuit ad pœnitentiam. Et ita dicitur in quadam Clementina *a* cessationem esse vnicum lumen ad repellendas iniurias Ecclesijs illatas, & non potest imponi, nisi præcedẽte monitione, & vt post illam adsit maior contumacia, quam pro interdicto, atque ita causa dispositiua erit grauior culpâ, & causa debet esse notoria, nec satis est probabili ratione, & coniecturis colligi factam fuisse offensam. Debet etiam adesse grauis iniuria cõtra obedientiam iudicis, quæ debet exprimi in litteris fidem facientibus, & hoc ob grauitatẽ cessationis â diuinis asserit Paludanus *b* oportere cessationem imponi à capitulo Ecclesiæ Cathedralis, at Sylvester, *c* & Couarruuias asserunt, quod satis est imponi ab Episcopo, & vt ritè, & recte apponatur, hæc debent concurrere. Primum, quod imponens habeat autoritatem eam imponendi á iure, vel consuetudine. Secundum, vt de causa cessandi tractetur diligenter. Tertium, vt offensa, obquam cessatur, sit manifesta, & notoria, & proportionata tantis incommodis, quanta habet cessatio. Quartum, vt ante cessationem instrumento publico, vel patẽtibus literis cum sigillo munitis

a Clem. 1. de sen. excom.

b Palu. in 4. d. 22. q. 3. ar. 3. conc. 4.

c Syl. interdictũ. 2. n. 1. Cou. in c. alma mat. §. 2. n. 3.

nitis exprimatur causa cessationis. Quintũ, vt id instrumentũ, vel literæ tradantur ei contra quem cessatur. Sextum, vt ille moneatur, & requiratur, an velit ante cessationé emendare, & compensare iniuriam. Septimũ, vt intra mensem vtraque pars saltem per procuratores sufficienter instructos arripiat iter ad Sedem Apostolicam, vt Pontifex remedium adhibeat, nisi interim per mutuam concordiam finiatur cessatio. Hę conditiones colliguntur exquibusdam decretalibus, *d* de quibus agit Soto, qui ait, quod ijs deficientibus conditionibus cessatio erit nulla, cuius nullitate nõ obstante seruanda est à regularibus sub excõmunicationis maioris pœnâ ipso facto prout ordinauit Clemens V. *e* in concilio Vienensi.

d c. quanuis d offi. ord. li. 6. c. si canon. §. si autem eodem tit. c. quantus eodem tit. vbi glos. v. omittẽdo Sot. in 4. d. 22. q 3 ar. 2. e Clemẽ. 1. de sent. excom.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum damna temporalia secuta ex cessatione debeant restitui.

REspondeo dicendo, quod si causa, ob quam iudex, aut actor imponit, aut imponere facit cessationem, non sit notoria, & legitima secundum iura, tenetur damna illata, & interesse, seu lucrũ cessans restituere læsis, vt canonicis, qui parati erãt assistere officijs, & per cessationem iniustã impediuntur, debet restituere distributiones, & alijs clericis stipendia pro missis, & officijs, quæ parati erant dicere, nisi cessatione impedirentur.

à c. si canonici de offi. ordi. lib. 6.

Neque obstat, quod decretalis *a* iubens talem fieri restitutionem solum loquatur de canonicis, seu Capitulo indebite imponente cessationem, qui sibi ex consequẽti damnum inferunt. Nam secundũ communiter Doctores dicta decretalis extenditur ad alios imponentes cessationem sine causa. Vnde infertur, quod si reus quicumque sit, dedit causam iustã cessationis, post monitionẽ, tenetur prædicta dãna satisfacere clericis, & monasterijs, & insuper damnandus est ad pecuniam, qua compensetur debitũ diuini cultus, & si forte sic cessans sit beneficiatius, nõ acquirit sibi fructus pro eo tempore, qui secundum arbitrium superioris in vtilitatem Ecclesiarum, & diuini cultus, quibus debitum seruitium ablatũ est, vel in pauperes debent impendi, prout tenent Syluester, *b* Soto cum communi, quæ maxime debent considerare ordinarij, iuxta enim sacros Canones tenentur hæc executioni mandare, sicut ipsis in dictis sacris Canonibus commẽdatur, ne hõmines temere, & sine causa ad impositionẽ cessationis â diuinis procedant, ex qua tanta mala non solum temporalia, sed etiã spiritualia Dei Ecclesiæ, eiusque ministris proueniunt, & monasterijs etiam maxima damna inferũtur, in quibus licẽt diuina interipsos religiosos peragantur missis cantandis, & â sepulturis dandis sæcularibus impediuntur, quorum cessatione omnes vident damna, quæ ipsis obuenire possunt, cum cessent oblationes pro defunctis. Vidi enim ego in quadã ciuitate per viginti, & vltra dies positam cessationem â diuinis cum maximo fideliũ mœrore, & nimia sacerdotum non dicam paupertate, sed inedia, & cum maximo monasteriorum detrimento, vidi proprijs oculis damna, vidi afflictionem in ciuitate, vidi litigãtes, & nullã vidi super hoc factã compensationem.

b Syl. tit. cessatio §. 4. Soto in 4. d. 22. q. 3. ar. 2.

QVÆSTIO. CXVI.

De cessatione à diuinis quo ad eius effectus in septem articulos diuisa.

Circa quam quæruntur septem.

1 *Quæ officia tempore cessationis fieri possunt.*

2 *Vtrum duo aut tres possunt recitare horas Canonicas tempore cessationis à diuinis.*

3 *Vtrũ aliqui secũdũ ius commune possint celebrare tempore cessationis.*

4 *Qua sacramenta tempore cessationis conferri permittantur.*

5 *Vtrum tempore cessationis liceat sepulturã dare ecclesiasticam.*

6 *Vtrum tempore cessationis in festis ibi numeratis habeat locum decisio capituli Alma mater.*

7 *Quæ priuilegia habeant regulares pro tempore cessationis.*

ART.

ARTICVLVS I.

Quæ officia tempore cessationis fieri possint.



Espõdeo dicẽdo, quod quidã Doctores prima facie videtur significare tẽpore cessationis generalis, si sola absque inter dicto ponatur licere eadẽ officia celebrationẽ Missę receptionẽ sacramẽtorũ, & sepulturã defuncti, quæ iure antiquo licebãt per capitulũ, *a* *Quod in te*, tẽpore generalis interdicti ante capitulũ, *Alma mater*: quã opinionẽ tenuerũt Paludanus, *b* Villadiego, & Perez cũ Ioanne Andræa, & Couarruias *c* multa allegando cõcludit, quod nisi cõsuetudo contrariũ interpretaretur, priuilegiũ iuris cõcessum in capitulo, *Alma mater*, posset extẽdi ad tẽpus cessationis â diuinis, vt scilicet in eo tẽpore liceat celebrare diuina officia ianuis clausis, &c. Alij vero per extremum ita restringunt, vt negent licere Clerico horas Canonicas cum alio recitare, & dum octauo die celebratur ad renouandam Eucharistiam monent, ne adsit, nisi vnicus necessarius, qui ministret sacerdoti, sepulturamque sub silentio solis presbyteris concedunt nõ in Ecclesia, sed tantum in cæmiterio: & hanc opinionem tenuit senatus Salmanticensis academiæ, quã in hoc sequitur Medina. *c* Deinde negant sacramentũ pœnitentiæ esse ministrandum, nisi existentibus in periculo mortis, contra quos iure optimo insurgit Couarruuias, *d* tandẽ aiunt nullũ priuilegiũ, etiam iuri insertum pro tempore interdicti, quale datur Episcopis, & quibusdam regularibus extendi ad tempus cessationis.

a De pœnitẽ. & remis.
b Palu. in 4. d. 18. q. 3. Villa. & Perez de irreg. c. 5 n. 15.
c Cou. in c. alma mater 2. p. §. 4. n 7 iuxta finẽ.
c Med. li. 1. inst. c. 11. §. 14.
d Coua. vbi sup.

At nos media via gradientes vtramque opinionem cum doctissimorum virorum sententia temperandam esse duximus: constat enim ex cõsuetudine, quæ tẽpus cessationis reducit adius antiquius in capitulo, *e* *non est nobis*, nõ licere sacerdotibus quolibet die ministrare, etiam clam cum vno ministro, sed quod tantum in quauis Ecclesia, aut monasterio licet qualibet hebdomada dici vnam missam ad renouandã Eucharistiam idque cum vno, aut duobus ministris, maximè quia Sother *f* Papa iubet in missis adesse saltem duos, quibus sacerdos dicat, *Dominus vobiscum*. Verũ est tamen, quod modo in tempore cessationis à diuinis vnus tantum minister adesse debet decretum enim Sotheris Papæ per dissuetudinem est abrogatum in missis priuatis, quæ sine solennitate celebrantur, prout optimè aduertit Syluester.

e De sponsalibus.
f Sother. c. hoc quoq; de cõse. d. 1.

Sed videmus in particulari, quæ in tempore cessationis permittantur, & prohibeãtur, pro quibus aliqui articuli sunt constituendi.

g Sylu. titu. missa 1. §. n. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum duo, aut tres possint recitare horas Canonicas tempore cessationis â diuinis.

Respondeo dicendo concedendũ esse multa licere modo in cessatione, quæ olim ex priuilegio iuris antiqui capituli, *Quod in te*, tempore generalis interdicti, permittebantur: quod priuilegium iuris tanquam fauor cum paritate rationis merito extenditur per Doctores ad cessationem. Quare clerici duo, vel tres simul possunt priuatim sine cantu, & seruata capituli, *Alma mater*, moderatione, recitare horas Canonicas, præsertim, qui ita priuatim solet dicere laicus, neque ita videtur pertinere ad officium publicũ, vt cãtus in choro, ita post Hostiẽsem tenent Polue, *a* & Margallius cum recentioribus. Dixi, seruata forma capituli. *Alma mater*, quia id intendunt cõmuniter Doctores, vt scilicet, quibus tempore cessationis facere officiũ diuinum licet debeant seruare prædictas moderationes, quas supra *b* posuimus, & explicauimus. Imo Couarruuias *c* ait, licitum esse tunc clerico priuatim recitare horas Canonicas cum excommunicato non denuntiato.

a Polue de inter. n. 19. Marg. de celebra. missæ fol. 26.
b Sup. q.
c Cou. in c. alma mat. 2 p. §. 3. n. 6.

ARTICVLVS III.

Vtrũ aliqui secundũ ius cõmune possint celebrare tempore cessationis.

Respondeo dicendo, quod Couarruias *a* post alios asserit, posse Episcopum ibi in Ecclesia illa vel alibi celebrare

a Cou. in c. alma mat. 2 p. §. 4. n. 7

brare ſicut ipſi concedebatur iure antiquo
b quia priuilegium iuris eſt ample interpretandum, & ſimiliter regulares cum habeant priuilegium pro tempore interdicti generalis, vt videtur colligi ex quadã Clementina c & extraditis â Syluestro. Quod cum ſit priuilegium in iure cõmuni inſertum, & in cõmune bonum religionis cõceſſum, tanquam fauor eſt ample interpretandum, & ſic poſſunt Miſſam ſecreto, & horas canonicas dicere cum alio, ſeruando, tamen, vt non niſi tres ſimul adſint, & ſeruata moderatione capituli, *Alma mater*, verum eſt tamen, quod poſtea à Leone X. amplius obtinuerunt priuilegium, vt ſcilicet quantum ad obſeuationẽ nulla inter ipſos religioſos ſit differẽtia inter interdictum, & ceſſationem, prout in ſuperioribus d dictum eſt: non tamen poſſunt admittere extraneos ſacerdotes ad celebrandum tempore ceſſationis, licet Henriquez e contrarium teneat, ſcilicet quod poſſunt admitti. Neque obſtat, quod tempore interdicti admittantur, admittuntur enim, quia habent priuilegium ad illud pro tempore interdicti, non autem pro tempore ceſſationis.

Ex his infertur, quod licet per priuilegium Iulij II. Minimis conceſſum, quod refertur in ſupplemento, f & traditur â Collectore priuilegiorum mendicantium prout tradit Medina g in ſua inſtructione confeſſorum apud Dominicanos, & alios regulares mendicantes, poſſit ſacrificã ſacerdoti extraneo celebranti in ſuo monaſterio dare licentiam miniſtrandi alijs Euchariſtiam etiam tempore interdicti non poteſt tamen hanc licentiam concedere in tempore ceſſationis â diuinis, niſi ipſe ſacerdos celebrans, & ipſe qui communicat habeant pro tempore ceſſationis priuilegium ad communicandum, & celebrandum.

b c. quod nõ nullis de priui. c. fi. eod. tit. lib 6. c Clem. un. de ſen. excom. Syl. v. ceſſatio. §. 1.

d Sup. q.

e Henr. in 2 to lib. 13. de excom. & inter c. 53. §. 3. lit. T.

f Supp. fol. 11. conceſ. 143. comp. mend. v. cõmunicare. §. 12.

g Medi. lib. 1. inſtruct. c. 11. §. 13. in fin.

ARTICVLVS IIII.

Quæ ſacramenta tempore ceſſationis conferri permittantur.

REſpondeo dicẽdo, quod tẽpore ceſſationis licet tam paruulis, quam adultis, etiam ſanis conferre ſacramenta Baptiſmi, & confirmationis, & cum ſolenni ritu, ſicut Eccleſia præcipit miniſtrari, vt licebat iure a antiquo. Ita tenent Couarruuias, & Nauarrus. Si permaneat ceſſatio, in hebdomada ſancta licèbit tũc Epiſcopo conſecrare chriſma, & benedicere oleum pro vnctione, ſicut tempore interdicti licitum eſt. Euchariſtia cenſetur per modum viatici concedi infirmis, dum his conceditur pœnitentia, quia ſecundum b ius antiquũ tempore interdicti id cõcedebatur, & ad infirmos periclitantes deferẽda eſt publicè cum pulſu campanulæ & recitando priuatas orationes, & in reditu oſtendendo illam populo ſic cenſuit ſenatus Doctorum Salmanticenſis Academiæ, quia orationes priuatæ, & oſtenſio Euchariſtiæ in reditu populi non eſt officium diuinum ſed eſt ſolennitas pertinens ad reuerentiam Chriſti in Euchariſtia contenti.

Sacramentum vero pœnitentiæ confertur etiam ſanis, ita tenent Couarruuias, c & Nauarrus. Sacramentum vero matrimonij, quia contractus eſt ſimul, licet eo tempore fieri, ſed benedictiones nuptiales nõ licent, cum pertineant ad officium diuinũ Sacramentum verò ordinis minime licet conferri, ſicut neque licèt ſacerdoti etiam morienti conferre ſacramentum extremæ vnctionis, cum hæc ſacramenta non ſint neceſsitatis. Verum eſt tamen, quod religioſi pro hoc habent priuilegium, de quo inferius dicemus.

Aduertendum tamẽ, quod tempore ceſſationis non ſolent campanæ pulſari nocte ad precem angelicam, bene tamen ad concionem, in quo ſequendus eſt vſus Eccleſiæ matricis, cum hæc nõ ſint officia diuina, meridie tamẽ replicatur ſimul in omnibus ſimul Eccleſijs interdictum, & ceſſatio cum peculiari quodam campanarum ſonitu ad terrorem. Pulſantur etiã cãpanæ in Aduentu regis in tempore ceſſationis.

a c. non eſt nobis de ſpõſal. Couar. in c. alma mat. 3. p. §. 4. Nauar. in c. 27. n. 188.

b d. c. non eſt nobis.

c Couar. & Nau. vbi ſu.

ARTICVLVS V.

Vtrũ tempore ceſſationis à diuinis liceat ſepulturam dare eccleſiaſticã.

REſpondeo dicendo, quod in ſola ceſſatione abſque coniuncto interdicto non licet laicis ſepulturam dare. Ita cenſuit

censuit senatus Salmanticensis, & tenuerunt Couarruuias, *a* & Medina quauis laicus Bullam, aut priuilegium ad sepulturam in tempore interdicti habet, cum sepultura prohiberi intelligatur, quãdo prohibentur officia diuina, quæ in tempore cessationis non permittuntur: licet tamen dare sepulturam Ecclesiasticam clericis, etiam primæ tonsuræ sub silentio, & absq; officio funerali, cum capitulum, *b Quod in te*, generaliter de clericis loquatur. Ita tenent Ioannes Tabien. *c* Armilla, Angelus, Syluester, & recentiores Thomistæ addentes cum Hostiẽsi posse clericos sepeliri in Ecclesia, etiam specialiter interdicta, quando non esset alia Ecclesia non interdicta.

Ex his patet Medinã, & Doctores Salmanticenses sine causa supra dicta limitare ad solos presbyteros dicentes eos solũ posse sepeliri.

a Coua. c. alma mat. 2. p. §. 4. n. 7. Med. li. 1. inst. c. 11. §. 14

b De pæni. & remiss.

c Tabien. in verbo dictum. 5. §. 11. Armi. §. 48. Angel. inter. 6. §. 31. & 32. Syl. in verbo dictum. 5 §. 8. versi. 4.

ARTICVLVS VI.

Vtrum tempore cessationis habeat locum decisio capituli Alma mater, *in festis ibi enumeratis.*

REspondeo dicendo, quod in festiuitatibus, in quibus per capitulum *Alma mater*, ipso iure suspenditur interdictum suspendenda est etiam generalis cessatio, non tam ex concessione capituli, *Alma mater*, quod nihil cõcedit tempore cessationis, vt resoluit Couarruuias, *a* quam quia consuetudo cum sapientium autoritate, ita interpretatur ample, atque ita in his festiuitatibus diuina officia, & sepulturæ Ecclesiastica possunt solẽniter celebrari. Ita Salmanticæ anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo quarto cõsultis Theologis, & iuris peritis Moya & alijs asserentibus id esse certum practicatum est infesto corporis Christi non obstante cessatione, quæ tunc erat imposita, prout refert Gutierrez *b* & hanc opinionem tenet Nauarrus. *c* Neque obstat, quod dicta constitutio solum suspendit interdictum generale in his festiuitatibus. Nam respondetur credendum esse Summum Pontificem, id ipsum velle seruari in his festiuitatibus, vt fideles hac spirituali consolatione recreati diuinam gratiam in his auidius procurent.

a Couarr. in c. alma mat. 2. p. §. 5. n. 3. & 6.

b Gutier. in quæst. can. c. 10.

c Nau. c. 27 n. 180.

Aduertendum tamen, quod non licet in his festiuitatibus ministrare sacramenta nisi tantum ea, quæ licet conferri iure communi attento, de quibus egimus supra articulo quarto, prout tenet Couarruuias, *d* & asserit Medina fuisse ita decisum Salmaticæ cum consilio Doctorum anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.

d Coua. vbi su. §. 4. n. 7. Med. lib. 1. inst. c. 11. c. 14. Nau. vbi sup. n. 188.

a Sup. q.

ARTICVLVS VII.

Quæ priuilegia habeant regulares pro tempore cessationis.

REspõdeo dicẽdo, quod multa sunt priuilegia pro tẽpore cessationis regularibus cõcessa, quorũ tenorẽ supra *a* retulimus, quæ attente sunt consideranda, cum enim Papa possit pro voluntate ea restringere, attente sunt eorum verba consideranda, & iuxta Apostolicam intentionem obseruanda est cessatio, prout innuit Nauarrus, *b* & vltra ea, quæ in superioribus dicta sunt, aduertẽdũ est, quod fratres Carmelitæ pro suis cõfratribus habent priuilegium, vt possint tẽpore cessationis interesse diuinis, & recipere sacramenta ab idoneo sacerdote, si tamen confratres accepta eorum Bulla induantur intus paruo scapulario & Ferijs IIII. & Sabbathis abstineant â carnibus, & intestinis & Latina Carmelitarum Bulla satis explicat licere sacerdoti eam bullam, & scapulárium habenti celebrare missas, & ita consulti sapientes, & Carmelitæ in praxi habent, quia bulla ipsa Latina concedit sacerdoti diuina officia, & sacramenta missa autem vtrumque continet. Ita Henriquez. *c*

b Nau. c. 27 n. 187.

c Henri. in 2. tomo lib. 13. de excõ. inter. c. 53. §. 6.

QVAESTIO CXVII.

De cessatione à diuinis quoad eum, qui imponit, & tollit in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Quis possit imponere & tollere cessationem.*

2 *An possit ex parte tolli cessatio.*

ART.

ARTICVLVS I.

Quis possit imponere, & tollere cessationem.

REspondeo dicendo, quod minister qui potest imponere cessationem à diuinis, est ille, qui potest imponere interdictum vt Pōtifex, Episcopus, & qui Episcopalem habent autoritatem, vel ille, cui commiserint, hæc enim est prima conditio ad imponendam cessationem à diuinis validam, vt scilicet indicta sit ab homine habente potestatem, vt colligitur ex iure, *a* & tradunt Soto, & Couarruuias, & nulla cessatio imponitur ipso iure, vt solet imponi aliæ censuræ, sed iure datur facultas, vt iudex eam decernat, quando expedire valuit fuerit capitulum vitente Episcopo non potest sine Episcopi cōsensu eam imponere: si autem imponat, debet Episcopus eam, tanquam inualidam reuocare, vt patet in iure, *b* at sede vacante si ex cōsuetudine, aut priuilegio capitulum imponere possit, oportet omnes Canonicos cō uocari & absentes, qui commode venire possunt simul conuenire cum alijs, & vt maior capituli pars cōsentiat, decernit, cessationem, aliàs canonici eam imponentes sine debitis conditionibus nihil fructus sibi percipiant ex beneficijs quod Soto, & alij extendunt ad alios imponentes cessationem sine causa, quia ij obligantur satisfacere damnis prout dictum est in superioribus. *c*

a ca. si canonici de off. ord. li. 6. Soto in 4. d. 22 q. 3. ar. 2. cōclus. 3. Couar. in cap. alma mat. 2. p. §. 2. n. 6. & 7. in fin.

b c. irrefragabili de off. ordin.

c Sup. q. 9

ARTICVLVS II.

Quis possit tollere cessationem, & an possit tolli ex parte.

REspondeo dicēdo, quod relaxare potest cessationem iure ordinario, qui iure ordinario potest relaxare interdictum nempe autor, aut superior illius, aut successor in dignitate: potest autor vt Episcopus, aut iudex delegatus ad tempus suspendere, vt colligitur ex Syluestro, *a* & Armilla, & ait Henriquez *b* quod cōsulti Mantius, & Moya, & cum aliorum sapientium consultatione practicatum est Salmanticæ anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo quarto: affirmabant enim, quod potest autor relaxare pro vna ciuitatis Ecclesia, aut monasterio: at suspendere pro vno officio (vt pro missa noua vel sepultura Ecclesiastica) reseruatur Papæ, sicut solus Papa potest concedere, vt in Ecclesia stricte, & specialiter interdicta aliquis celebret ad eum tantum effectum, & ratio horum est, quia cessatio, sicut & excommunicatio, ita habet à iure determinatum effectum, vt omnes effectus eius sint ipso iure cōnexi. Quare si Episcopus concedat, vt occulte in vno monasterio, aut capella dicatur missa concessio ipso iure extenditur, vt tunc fieri ibidem possint alia officia, nisi impediantur ex eo, quod cum cessatione simul est interdictū, quod ab Episcopo tantum suspenditur, vt pro missa.

Sed quidam in Salmanticensi Academia ægre ferunt quod Episcopus possit pro vna Ecclesia, aut pro vno monasterio suspendere cessationem à diuinis, dicentes hanc esse doctrinam nouam, & improbabilem, contra quos insurgo. Primo non esse nouam, cum sapientum consilio adhibito eam tenuerit Henriquez, & ante eum doctissimus Couarruuias *c* prout assimat Campos, *d* quidam Doctor iuuenis Salmantinus in quodam tractatu de cēsuris, qui ab hac opinione recedit. Neque ego inuenio autores, qui eam expresse, & ex professo reprobent, tanquam nouam, & improbabilem.

Quod autem non sit improbabilis præsertim si aliqua causa adsit, propter quam suspendi possit in aliqua particulari Ecclesia (verbi gratia quia est magna pauperum multitudo, & oportet, vt diuina officia in aliqua particulari Ecclesia celebrentur, vt illuc concurrentes fideles pauperibus tem poralia administrent, & habita concione ad ea, & ad alia opera pietatis inuitentur) probatur primo. Nam constitutio capituli, *Alma mater* minime habet locū in Ecclesia specialiter interdicta, & sic in loco specialiter interdicto omnino modo ab officijs cessatur, prout cum communi resoluit Couarruuias *e* ita quod solus Romanus Pontifex potest dispensare, vt in eo loco specialiter interdicto celebretur, prout tenet glossa *f* quædam communiter recepta. Quo non obstante ait Couarruuias

a Syl. interdictum 3. §. 8. versi. 1. Armil. §. 35.

b Hēr. 2. tomo li. 13. de excom. & interd. c. 4. §. 2. lit. G.

c Couar. in c alma mat. 2. p. §. 4. n. 1

d Glos. in c. ad hæc & 4 de appel.

hoc

hoc nō esse intelligendum, quod solus Romanus Pontifex possit permittere, & privilegium concedere, vt in loco specialiter interdicto celebretur. Ita quidē quod Episcopus minime possit in hoc dispensare, poterit enim dispensare, vbi à se ipso, vel eius autoritate fuerit interdictum. Etenim si Episcopus suspendere potest ad tempus interdictum à se latum, eadem ratione poterit permittere, vt tempore interdicti possit officium diuinū celebrare: si igitur Episcopus ex causa potest dispensare vt in loco specialiter interdicto celebretur, vbi omnino ab officijs cessatur; ergo etiā poterit dispensare, vt cessatio à diuinis, in vna Ecclesia, aut monasterio cesset. Deinde probat doctissimus Doctor Gallegos proprietarius sacrorum Canonum in hac Salmanticensi Academia hanc opinionem in hunc modum, nam secundū ius antiquū per interdictum generale, aut speciale omnino à diuinis cessabatur, sed iure antiquo interdictum generale, siue speciale poterat in parte relaxari, vt probatur in iure g iuncta sua glossa, ergo similiter poterit ad tempus relaxari cessatio, neque implicat, quod maneat interdictum, & cessatio, & quod quantum ad suum effectum possit in vna Ecclesia suspendi, nam respondetur cum doctrina cuiusdam glossæ, h cuius verba sunt, *Potest tamen dici, quod quantumcunque purum sit interdictū potest suspendi, & in hoc differt ab excommunicatione, sicut effectus originalis peccati suspenditur, licet ipsum originale maneat de consecratione distinctione quarta capite secundo, sicut executio dignitatis suspenditur decima quinta quæstione octaua, capitulo, Siquis presbyter & sicut effectus acceptilationis suspenditur, licet maneat ipsa acceptilatio. ff. de donationibus inter virum, & vxorem lex, cum hic statim. §. siue autem. Vnde si relaxatum est interdictum ad tempus, ipsum tamen manet. ff. de precario. lex, sed si manente, neque opus est, vt iterum reuocetur vigesima sexta quæstione sexta capitulo, qui recedunt.* Hæc dicta glossa.

g Cap. dilecti, iuncta gl. & commu. de appel.

h Glos. in d.c. dilecti.

Neque obstat, si dicatur, quod cessatio à diuinis est quædam executio rigorosa, qua omnino à diuinis cessatur, in quo distinguitur ab interdicto, & quod implicat, quod remaneat ipsa in sua vi executiua sine eo, quod executetur, id est, omnino cessetur. Nam respondetur, quod ita cessatio potest remanere in sua vi, & in parte, in aliqua Ecclesia non executioni mandari iustis id causis petentibus dispensante eius autore, qui sicut ipsam indixit generalem, potuit ipsam indicere specialem, & sicut à principio potuit ipsam ponere, vt in tota ciuitate omnino cessaretur, excepta Ecclesia sancti Francisci. Ita post ipsam impositam potuit Ecclesiam sancti Francisci priuilegiare, remanente ipsa cessatione in omnibus alijs Ecclesijs. Quod ego his rationibus feci practicari Salmanticæ anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono.

QVÆSTIO. CXVIII.

De cessatione quo ad pœnas eā frangentium in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *In quas pœnas incurrunt violantes cessationem validam.*
2 *Quis potest absoluere ab his pœnis.*

ARTICVLVS I.

In quas pœnas incurrunt violantes cessationem validam.

RESPONDEO dicendo, quod clericus violans cessationem si cessatio specialis sit, non fit irregularis; at si cessatio sit generalis (quæ quantum ad priuilegia iuris antiqui

qui æquatur interdicto) quidam sumpto argumento ex quadam Clementina *a* æquant hanc interdicto etiam quantum ad pœnas ibi expressas, & aiunt violatorem cessationis generalis fieri irregularem, & inter quos est Angelus, *b* & Caldenrinus, Villadiege, super quod Didacus Perez multa cumulat, quod pœna extendatur ad casum simílem, tenent Antonius, Ancharranus, Francus, & Felinus. At hi Doctores videntur à veritate deuiare, quia dicta Clementina solum agit contra regulares exemptos, qui non seruant interdictum, aut cessationem generalem â matrice, seu à cathedrali Ecclesia seruatam, qui regulares incurrunt ipso iure excommunicationem, licet cessatio generalis imponatur à Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, aut à solo Episcopo, nec amplius habetur in dicta Clementina, de qua agunt quædam Glossa *c* communiter recepta, Nauarrus, Couarruuias, & Soto. Si autem religiosus violet cessationem specialem, non fit excommunicatus, quia id iure non exprimitur, vt bene aduertit Nauarrus *d* & generaliter clericus in sacris ministrans tempore cessationis generalis non fit irregularis quia irregularitas non incurritur extra casus in iure expressos, iura autem tantum exprimunt de eo, qui celebrat violans censuram Ecclesiasticam, in quarum numero cessatio minime connumeratur, vt patet ex iure *e* neque cessatio est proprie pœna, cum non respiciat immediate delinquentem magis quam alios innocentes, & ita refertur ad factum, vt cessent immediate officia æque pro omnibus, non autem refertur ad aliquos iuris effectus, aut ad pœnas generaliter omni delinquenti impositas, & ita hanc opinionem tenent Paludanus, *f* Syluester, Soto, Ledesma, Margalus, Medina, & Nauarrus, in quam licet dubius inclinat Couarruuias. Vnde Doctores dicentes celebrantes tempore cessationis fieri irregulares, loquuntur de cessatione, in quantum est interdictum strictissimum antiquum, in quo olim cessabant omnia officia, vt nunc cessant in cessatione, non autem de cessatione verè, & propriè sumpta, vt aduertût Tabien, *g* Armilla, & sentit Didacus Perez contra Villadiego.

a Clem. 1. de sent. excom mu.

b Angel. v. cessatio. §. 1. Calde. de interd. fo. 2 Villadieg. de interd. ca. 5. n. 26. vbi per ea. Ant. 3. p. tit. 26. ca. 8. co. 2. Ancharra. Franc. & Filin. in ca. si canonic. de offic. ord. did. lib. 6.

c Glos. in d. c. si canonic Nau. c. 27. n 146. Cou. in c. alm. mat. 2. p. §. 2. n. 3. Sot. in 4. dis. 22. q. 3. art. 2. in fin.

d Naua. vbi sup. 188.

e a. quæreti de verb. sig. f Pal. in 4. d. 22. q. 8. ar. 3. vbi Sot ar. 2 Sylu. v. cess. §. viri. Led. in 4. 2. p. c. 26. ar. 2. fol. 367. Marga. in rub. de celebr. Missa. fol. 15. Med. in inst li. 1. c. 11. §. 14. Na. vbi su. in fi. Cou. vbi su.

g Tab. inter dict. 1. §. 3 Arm. §. 42. Perez vbi s.

ARTICVLVS II.

Quis potest absoluere ab his pœnis.

RESpondeo dicendo, quod de hoc iam supra in Primo tomo *a* satis dictum est, ad quæ me remitto, vt ad alia procedã

a 1. to. q. 20.

QVÆSTIO CXIX.

De iudicibus in tres articulos diuisa.

Multa in hoc Secundo Tomo in materia de correctione fratrũ iam dicta sunt, quæ pertinent ad iudices, nunc autem in hac quæstione pro complemẽto materiæ aliqua in præsentiarum adducemus.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Quotuplex sit iudex.*
2 *Vtrũ regulares possint compelli ad accipiẽdam aliquam iudicaturam.*
3 *Quomodo iudices regulares se habere debent in examinãdis rescriptis sibi à Sede Apostolica, siue ab alijs superioribus commissis.*

ARTICVLVS I.

Quotuplex sit iudex.

RESpondeo dicendo, quod Diuus Thomas *a* tangit duo iudicum genera, ad quod omnes reducuntur. Quidam est iudex ordinarius. Alius extraordinarius. Ordinarius est, qui ab vniuersitate, vel collegio electus, & per superiorem confirmatus habet ad iudicandum autoritatem, vt in quadam Authentica diffinitur. *b* Vnde Rector cuiuslibet vniuersitatis est ordinarius, & is, qui eligitur ab ijs, qui sunt alicuius professionis, alij autem diffiniunt, vt is dicatur ordinarius iudex, qui habet vniuersitatem causarum, quod in iure, *c* probatur. Vnde secundum Speculatorem officiales Episcoporum dicuntur iudices ordinarij, cum habeant vniuersitatẽ causarũ, & prælati regu-

a Tho. 2. 2. q. 67. ar. 10.

b Authẽ de defens ciui. §. iterum

c c. cũ pret. §. 1. ff. de iudicijs. c. Romani de appel. lib. 6.

lares quoad ſuos ſubditos dicuntur etiã ordinarij prout in dicto tomo *d* primo latè probauimus. Extraordinarius autem iudex eſt is, qui non præficitur alicui vniuerſitati, vel collegio, & hic eſt duplex, quidã enim habent iuriſdictionem ex partium voluntate, vt eſt iudex arbiter, quidam vero ex commiſsione ſuperioris, vt delegatus ad certam cauſam. Dixi (ad certam cauſam) quia delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, comparatur iudici ordinario, & poteſt ſubdelegare. Vnde viſitatores prouinciarum in ordine *Minorum* iure optimo poſſunt ſubdelegare, cum ſint conſtituti pro vniuerſitate cauſarum, prouinciarum, ſibi commiſſarum. Ex quibus infertur, quod conſeruatores ſunt iudices delegati & vt de talibus tractatur in titulo *e* de officio delegati. Et inquiſitores hæreticę prauitatis dati à Sede Apoſtolica ſecundum receptiorem ſententiam dicuntur iudices delegati, vt inter alios notat Franeus *f* licet tamen ſint iudices delegati conſeruatores in alio comparantur iudicibus ordinarijs ſiquidé cognoſcunt de cauſis Eccleſiaſticis in prima inſtantia, de quibus non poſſunt cognoſcere in prima inſtantia, niſi iudices ordinarij iuxta Decretum Concilij Tridentini, *g* & in hanc partem videtur inclinare Nauarrus *h* non tamen ſe determinat, ſed rem declaratione Papali indigentem iudicat.

d 1 to. q. 17.

e c. 1. & vlt. de offi. delegat. lib. 6.

f Fran. in ca. ne aliqui de hæret. lib. 6

g Trid. c. 20 ſeſ. 24. de reform.

h Nau. lib. 1. conſ. tit. de offi. poteſt. iudi. dele. conſ. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum regulares poſsint compelli ad acceptandam aliquam iudicaturam.

REſpondeo dicendo, quod Alexander Quartus, Põtificatus ſui anno quarto *Conceſsit ordini Sãctiſsimæ Trinitatis, vt nullus iſtius ordinis prælatus aut religioſus poſsit cõpelli ad acceptandam aliquam iudicaturam, niſi expreſsè à Sede Apoſtolica ipſis fuerit mandatum, aut per literas Apoſtolicas ipſis ſpecialiter directas.* Ita habetur in Manuali *a* ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis impreſſo anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, qua concelsione gaudent ordinum Mendicantium fratres, & qui eorum fruuntur priuilegijs. Vnde ordinationes generales religionum prohibentes, ne religioſi acceptent aliquam iudicaturam ſine ſuorum prælatorum licentia ſunt intelligendæ, niſi ſpecialiter â Sede Apoſtolica ipſis talis iudicatura ſpecialiter committatur, non enim patres ordinis ordinare poſſunt, vt religioſus, cui â Sede Apoſtolica ſpecialiter eſt aliquod reſcriptum directum reſpectu alicuius cauſæ decidendæ, non poſsit talem iudicaturam acceptare. Verum eſt tamen, quod ipſe vtens remedio iuris poſiti in quadam Decretali *b* poteſt obedire literis Papalibus ſupplicando ſuam Sanctitatem, vt iterum ſuperſedeat in executione negotij commiſsi, donec ſecunda iuſſio ipſius ſanctitatis aduenient iuxta ea, quæ late in Primo tomo *c* ſcripſimus & vtendo hoc remedio obedit literis Apoſtolicis, & recurrit ad ſuperiorem, vt videat, quid in cauſa ſit agendum.

a Manua. pa gin. 234.

b c. ſiquãdo de reſcript.

c 1. tom. q. 6 art. 7. & 8.

ARTICVLVS III.

Quomodo iudices regulares ſe habere debẽt in examinandis reſcriptis ſibi à Sede Apoſtolica, ſeu ab alijs ſuperioribus commiſsis.

REſpõdeo dicendo, primo quod ſi dicatur in reſcripto, quod procedãt ſimpliciter, & deplano, & q̃ procedãt ſine iuris ſolennitate recurrant ad ea, quæ in ſuperioribus *a* diximus, vbi tractauimus de iſtorum terminorum intelligentia.

a ſupra hoc tom. q.

Secundo dico, quod ſi dicatur iudices, vt volueris ſecundum Panormitanum *b* ſolum dolus excluſus intelligitur & ideo ius alterius tollere non poteſt ſine cauſa, ſicut neque committens illi poteſtatem, poteſt cum nemo poſsit plus iuris in alium transferre, quam ipſe habeat, vt dicitur in iure, *c* propter quod ait Bartolus, quod ille, cui committitur a Sede Apoſtolica, vt faciat, quod voluerit, vel ſicut libuerit, licet non teneatur regulas iuris ciuilis ſequi, remanet tamen obligatus regularis iuris

b Panor. in c. dilecti filij de iudicijs.

c c. nuper de dote poſt. dnor. reſtituẽ dis.

iuris naturalis gentium, ſeu naturalis æquitatis, quod idem eſt, vt exquadam Clementina *d* patet. Imo dico, quod ſi dicatur, vt iudicet, vt ſibi videbitur ſecundum Panormitanum *e* iudicare debet ſecundum iudicium intellectus, & idem eſt, cum dicitur, relinquo arbitrio, vel iudicio, aut prudentiæ tuæ, quia tunc denotatur arbitrium boni viri ratione regulatum, ſicut cum dicitur, vt viſum fuerit, ſi tibi placuerit, per hæc enim verba denotatur arbitrium, & non proprie nuda voluntas, vt probatur in iure, *f* & tradunt Bartolus, & Panormitanus cum communi, & tenetur ſequi omnes regulas iuriſciuilis ſecundum Bartolum *g* ad hoc quandam legem allegantem.

d Clem. paſto. de re iudic.
e Panor. in c. 1. de iudic. Bart. in l. qui tumẽ §. arbiter. ff. de arbri.
f l. fideicommiſſa. §. quã quã. ff. de legatis. 3. Bart. in extr. adre prim. Pano. in c. 1. de cõſti.
g Bart. vbi ſup. l. 1. ff. de arbit.

Ex quibus infertur primo, quod ſi dicatur in reſcripto, vt imponat pœnitentiam, vt ſibi viſum fuerit, non datur ei liberapoteſtas, neque ad ſuam voluntatẽ poteſt imponere, ſed denotatur arbitrium boni viri, vt ait quædam Gloſſa *h* communiter recepta ſecundum Panormitanum.

h Glo. in c. 1. de corpore vitiaris. Panor. in c. ſignificauit. de pœni. & remiſ.

Secundo infertur, quod prælati regulares habentes ſecundum conſtitutiones regulares autoritatem, vt poſſint iniuris rigore diſpenſare, vt ipſis videbitur, debent ſequi arbitrium boni viri, non voluntatem ſimpliciter, ſed voluntatem ratione regulatam.

Vltimo dico, quod ſi dicatur, vt procedat ad examinationem cauſæ, & deciſionem, & addatur, *in quo oneramus conſcientiam tuam*, vt communiter habent hodie reſcripta à legatis â latere conceſſa monialibus prætendentibus propter graues infirmitates à monaſterijs egredi, multi multa dicunt, aſſerunt enim aliqui per ea verba, electam eſſe induſtriam perſonæ, ita vt earum rerum examen minime gentium poſsit ſubdelegare, vt patet ex traditis à Felino, qui nixus fuit conciliare opiniones contrarias ſecundum cuius concordiam videntur prędicta verba potius poſita in vim monitionis, quam in vim formę delegationis & conſequenter poterit per alium expedire negocium commiſſum, & ſi in caſu propoſito iure ordinario conueniret Commiſſario prædicta examinatio, magis aptaretur hæc deciſio, per ea, quæ tradit Rota, *i* & ita conſuluit doctiſsimus Nauarrus. Vnde cum Patres prouinciales iure ordinario Concilij Tridentini K cum aſſenſu Epiſcopi habeãt reſpectu ſuarũ monialium autoritatem ad examinandum prædictas infirmitates, & ad concedendam licentiam ſuis monialibus ad prædictum egreſſum, videtur dicendum quod non obſtante prædicta clauſula poſſunt committere non ſolum examen dictarum infirmitatum, ſed etiam facultatem ad prædictã licentiam concedendam iuſta id cauſa poſtulante.

i Rota deciſ. 14. de offi. deleg. in nouis, quæ in ord. eſt deci ſi. 368. Nau. lib. 1. conſi. tit. de poteſt. iud. deleg. conſ. 2. K Trid. ſeſſ. 25. de reg. cap. 5.

QVÆSTIO CXX

Deiuramento in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Quid ſit iuramentum.*
2 *Quibus modis iuretur.*
3 *Vtrum præceptum obedientiæ impoſitum ſubditis habeat vim iuramenti.*

ARTICVLVS I.

Quid ſit iuramentum.

RESpõdeo dicẽdo, quod iurare ſecũdũ D. Thomã *a* eſt Deũ in teſtẽ inuocare. Vnde eſt actus latriæ dicente Hieronymo ſuper Matthęũ, quod qui iurat aut veneratur, aut diligit Deũ, per quẽ iurat, & ſic iuramẽtum eſt aſſertio, aut negatio de aliquo licito poſſibili & honeſto ſacrę rei atteſtatione firmata. Procuius diffinitionis explicatione nota primo, quod hic affirmatio, & negatio ſumuntur nõ ſolum formaliter id eſt, quãdo eſt oratio prolata, ſed etiam virtualiter, ſicut cum aliquis dicit alicui, iura ita eſſe, & ille tangit librum Euangeliorum nihil dicens, ille enim actus habetur pro iuramento, & locutione iuratoria.

a Tho. 2. 2. q. 89.

Secundo nota, quod iſta res ſacra, per quam iuratur, eſt Deus, aut aliquid Dei, in quantum eſt Dei, cum iurare ſit Deum teſtem vocare, per creaturas enim iuramus, non ſecundum ſe ipſas, ſed in quantum in eis diuina veritas manifeſtatur. Vnde cum

de cum iuramus per fidem, per Euangelia, per ſanctos, intelligitur iuramentum eſſe per Deum, cuius veritas continetur fide, & in Euangelio, & per ſanctos eſt prædicata.

ARTICVLVS. II.

Quibus modis iuratur.

REſpondeo dicendo, quod multis modis iuratur. Primo ſimpliciter, verbo vt dicēdo per Deū ita eſt, neque eſt neceſſarium ſecundum Panormitanum, *a* quod dicatur, iuro. Secundo interueniente aliquare ſacra. Declaremus hæc exemplis. Primus modus iurandi contingit multis modis, de quibus certa regula dari non poteſt, in lege *b* enim veteri multis modis iurabatur, dicendo, Viuit Dominus, viuit anima mea, & hoc addat mihi Dominus. In lege autem Euangelica dicendo, Teſtis eſt mihi Deus, Deum teſtem inuoco, veritatem dico in Chriſto. Non mentior, Teſtis eſt mihi conſcientia mea, ſic Deus me adiuuet, vt colligitur ex ſacris Canonibus. *c* Secundus vero modus iurandi explicatur exemplis, vt verbi gratia, quando iuratur in manu Epiſcopi per Euangelia Chriſti per Corpus, & per Crucem Chriſti, per Sacramentum, per ordinem ſacrum, aut per ſanctos, vt ex ijſdem ſacris Canonibus *d* notatur. Vnde Ioannes Andræas *e* ait, quod iuramentum ex iuris ordine factum multipliciter fit, quædam enim iura dicunt ſimpliciter debere iurari, quædam corporaliter, quædam ſuper ſancta Dei Euangelia, quædam habent ipſorum facturam, & de ijs aliqua dicemus articulo ſequenti.

a Panor. in c. & ſi Chriſtus de iure iurand.

b 1. Reg. 22. c.

c e. peccatū 22. q 1. c. parentela. 35. b. 6.

d c. ſi aliqua 22. q 1.

e Andrę. in Clem.

ARTICVLVS III.

In multis religionibus vſus inualuit, vt quando prælati inquirunt aliquid á ſuis ſubditis aliquē fulminādo proceſſum, præcipiunt per obedientiā in virtute Spiritus ſancti ipſis ſubditis, vt veritatē, de qua interrogantur, manifeſtēt. Quæritur, vtrū ſufficiat hoc præceptum, & huiuſmodi obediētia impoſita, vt ipſi tanquam teſtes in iudicio faciant fidē ſine eo, quod abeis iuramentum ſumatur.

REſpondeo dicendo, certū eſt, quod teſtes, à quibus iudex nō ſumit iuramētum, minime in iudicio faciūt fidē ſecūdū vulgaria iura, *a* adeo hoc eſt verum, vt etiādictū Epiſcopi nō faciat fidē in iudicio ſine iure iurādo, vt determinat Abbas: *b* nolo immorari in confirmatione huius veritatis aliqua adducendo, cum ſit notoria. Qua ſuppoſita aliqui dicunt, quod etiam ſi religioſus nō iuret, ſed ſolum declaret præcepto obedientiæ veritatē eius dictū eſt ſufficens ad fidem in iudicio faciēdā, conſuetudo enim religionū maximam vim habet. Et confirmatur, iuramentum enim datur ad obligandum teſtem ad dicēdam veritatem prout colligitur excōmuni doctrina tradita à Soto *c* quem ipſum effectū præceptum obediētiæ operatur. Cōfirmator deinde, non enim eſt præciſe neceſſarium, quod iuramentum fiat iurando per Deum expreſſe, prout dictū eſt in primo articulo. Et conſtat ex ſacra Scriptura, Abraham *d* aſſumendo iuramentū á ſuo cliētulo dixiſſe illi, pone manum tuā ſubter fœmur meū, vt aduriē te per Deum cœli, & terræ, ſuper quē locum quærunt Lyra, & Abulenſis, quare Abrahā voluit, vt ſubter fœmur manū apponeret, & reſpondent, quia fœmur erat proximū loco circunciſionis, quæ circuciſio erat quid ſacramentum per Dūm inſtitutum, vt ſignum diſtinguēs populum Dei ab alijs nationibus, & videtur obediētiā eſſe quid ſacrū, per quod diſtinguntur religioſi à ſæcularibus. Et confirmatur. Nā à ſacerdotibus ad teſtificādum adductis minime ſumitur iuramentum, ius *e* enim tantum requirit, vt in verbo ſacerdotis promittant dicere veritatem: & ita videtur religioſus iurare, ſi obedientia impoſita promittat dicere veritatem.

a c. nuper. fraternitatis. c. tuis de Epiſcop. & cler. i.

b Abb. in. d. c. tuis.

c Sotolib. 8 de iuſti. q. 1. ar. 5. verſ. circa has, & ar 2. verſ. 2. ite

d Geneſ. 24.

e c. fin. diu reioran. Sylueſt. vt teſtis nu. 6. Soto vbiſup. arti. 10.

Confir-

Confirmatur deinde, quia magis dicetur obligatus ad dicendam veritatem ille, qui eam dicit ſub obedientia conſtrictus, quam qui eam profert ſub iuramento coactus, cum obedientia reducatur ad votum obedientiæ, quod religioſus in profeſsione emiſit, & fit communis doctrina Doctorum *f* maiorem obligationem ex voto, quam ex iuramento oriri.

f Sot. in. d. q. 1. ar. 8. A ragon. 2. 2. q. 84. art. 1. pag. 1083.

At pro contraria parte facit, quod etiam in cauſis in quibus proceditur ſimpliciter, & ſola veritate inſpecta ſicut procedituri in cauſis regularibus neceſſarium eſt iuramentum, adeo quod Papa non poteſt diſpenſare in hoc requiſito ordinando, vt credatur teſti non iurato, vt colligitur ex late traditis à Menochio. *g* Nec mandatum ſuperioris ſub obedientia, & in virtute Spiritus ſancti iuramentum eſt, iurare enim eſt Deum in teſtem adducere, prout dictum in primo articulo, & ille, qui dicit, aut negat per ſolam obedientiam, neque realiter, neque virtualiter Deum in teſtem adducit, neque affirmare in virtute Spiritus ſancti eſt Deum in teſtem adducere, ſolum enim eſt dicere quod obedientia imponitur in virtute Spiritus ſancti, quod re vera non eſt iurare.

g Menoch. de arbit. q. 16. per totã

Nec quicquam facit dicere, quod illud, quod per iuramentum prætenditur, eſt veritatem indagare, & quod obedientia ſit ſufficiens remedium, cum ea poſita teneatur ſubditus eam ſub reatu peccati mortalis pateſacere, & vt falſarius à prælato caſtigetur ſi falſum dixiſſe conuincatur, non enim hoc ſufficit, vt ſit depoſitio teſtis, quicunque enim in cauſa graui, etiam ſine iuramento, falſum dicit, peccat mortaliter, non tamen pro teſte reputatur, & iurat, vnde ad indagandam veritatem aliud efficacius medium adinuentum eſt, ſcilicet iuramentum, quod torturæ comparatur, cuiuſmodi non eſt obedientia, cum ille, qui ſub obedientia falſum dicit, vt falſarius poſsit puniri, ille autem qui ſub iuramento falſum atteſtatur, vt periurus debeat caſtigari, quod eſt grauius peccatum, cum videatur periurus blaſphemare Deũ in teſtem falſitatis adhibendo: & hanc partem, vt veriorem in noſtra Summa *h* confeſſorum ſum ſequutus: & hãc opinionem tenent doctiſsimi iuriſperiti Salmanticenſis Academiæ à me conſulti, & à doctiſsimo Doctore Gabriele Henriquez, digniſsimo huius Academiæ Iuriſconſultorum Primario ſummis precibus obſecrati, vt longo habito ſtudio meam ſententiam improbaret, ne à conſuetudine prædicta aliquarum religionum recederem, & ne in meis opinionibus viderer ſingularis, qui ſummo ſtudio ſuper hoc habito reſpondit à dicta conſuetudine eſſe recedendum, ſi cauſæ regulares ad tribunale Nuncij Apoſtolici, aut ad alia Tribunalia deferantur per viam grauaminis & ſimplicis querelæ aut appellationis proceſſus fulminati à prælatis regularibus, vt defectuoſi repellantur. Et huius opinionis à me conſultus eſt doctiſsimus olim meus condiſcipulus Doctor Frechilla, huius Salmanticenſis Academiæ ſacrorum Canonum meritiſsimus Primarius.

h Sũma in ordi. in dic.

VÆSTIO CXXI.

De itinerantibus fratribus in quinque articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quinque.

1 *Vtrum ſint recipiendi fratres itinerantes, ſine literis commendatitijs ſuorum prælatorum.*

2 *Vtrum fratres conuentuales itinerantes teneantur ſe preſentare coram prælatis obſeruantiæ.*

3 *Vtrum fratres obſeruantes ordinis Minorũ itinerantes poſsint hoſpitari in domo ipſis ad hoc relicta.*

4 *Vtrum fratres itinerantes poſsint lucrari indulgentias ſtationum.*

5 *Quomodo fratres itinerantes ſe debeant habere circa ieiunia.*

ARTICVLVS I.

Vtrum ſint recipiendi fratres itinerãtes â prælatis ſine literis cõmendatitijs ſuorum prælatorum.

RESpondeo dicẽdo, quod, vt colligitur ex ſermone S. hauguſtini ad populum, & Abetur in Decretorum libro *a* hæc verba proponuntur ad patronos fundatores Eccleſiarum: Hortamur Chriſtianitatem veſtram iuxta ſacrorum Canonum inſtituta, vt in Eccleſijs â vobis fundatis aliunde veniens presbyter non ſuſcipiatur, niſi â veſtra fuerit Eccleſia conſecratus Epiſcopus, aut ab eo per commendatitias literas ſuſcipiatur. Et in Concilio Antiocheno fuit ordinatum nullum abſque firmata, quam Græci Epiſtolam dicunt, peregrinorum clericorum ſuſcipi oportet & in Nicena *b* Synodo facta eſt Epiſtola â trecentis, & decẽ & octo Epiſcopis, cuius formam debent ſeruare Epiſcopi in his literis commẽdatitijs dandis, & alia in libro Decretorum proponitur Epiſtola â trecentis decem & octo Epiſcopis, & Abbatibus formata Cõſtantinopolitanæ Vrbis Epiſcopo miſſa, quarum Epiſtolarum tenorem ad plenum non refero, cum lector in ſuis originalibus eas videre poſsit, ex quibus colligitur prælatos regulares nullum religioſum peregrinum itinerantem recipere debere ſine literis commendatitijs ſuorum prælatorum. Quare iure optimo Syxtus Quintus, Pontifex Maximus ſacrorum Canonum veſtigijs inhærens in conſtitutione *c* contra illegitimos ab eo data anno incarnationis Dñicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, ſexto kalend. Decẽbris Põtificatus ſui anno tertio in hũc modum ordinauit, *Et quia interdum Sathanas in Angelum lucis ſe callide transfigurat, & peruersi quidam, & facinoroſi homines, quod ſæpe vidimus, & experti ſumus inſtigãte antiquo pacis, & religionis hoſte nõ veriti ſunt temerario auſu habitũ religioſorum aſsumere ea mente, vt velut ſub ouina pelle lupi rapaces per dolum, & inſidias Chriſti fideles incautos, & nihil mali á religioſis ſuſpicantes oppri merent, ſiue vt poſt ſcelera perpetrata viam faciliorem adfugam haberent, ſiue vt bãniti curiæ ſeculari ſ, quæ eos propemodum interceptos perſequebatur, manus effugerẽt, & cõtingit aliquando ipſos ſicarios religioſis veſtibus indutos á veris religioſis, ac fraude deceptis intra domos regulares hoſpitio receptos fuiſſe. Proqibemus eodem modo, & interdicimus, ne quis regularis ex vna prouincia ad aliam prouinciã ſui ordinis trãſeundo etiam in itinere intra aliquod monaſterium domũ, vel locũ alterius prouinciæ adhabitandum, veltãquam hoſpes recipi, & admodicum tempus diuertere poſsit, niſi á ſuperiori eius loci, vbi reſidet, expreſſam licentiam diſcedendi inſcriptis obtentam, ſeu literas obedietiæ, vel commẽdatitias ſecũ deferat, atque exhibeat, vel niſi ita cognitus ſit ijs, ad quos diuerterit, vt de eius perſona nullus omnino dubitationi, aut ſuſpicioni locus relinquatur.*

a c. 1. d. 73.

b Habetur in a. p. Bullarij Sixti. V. Bullar. 73.

Circa quam conſtitutionẽ eſt notãdũ, quod ſuperiores admittentes dictos religioſos non petita, neq; oſtenſa ſuorũ ſuperiorũ peregrinandi licentia pereã conſtitutionẽ remanent priuati voce actiua, & paſſiua necnon, officijs, gradibus honoribus, & dignitatibus quibuſcunq; per eos obtẽtis & inhabiles, & incapaces ad alia quęcũque in poſterũ obtinenda, illa enim verba ibi, *eodẽ modo*, cũ ſint relatiua ad prohibitionẽ ſuperius poſitã ſub dictis pœnis ſunt referenda. At non video in his Hiſpaniarum partibus hãc conſtitutionẽ quoad hoc nec quoad dictas pœnas executioni eſſe mãdatã & ideo tranſgreſſores huius ſanctæ conſtitutionis ad pœnas in ea appoſitas minime condemnarẽ: ad alias autẽ pœnas arbitrarias eos condemnados cenſo, tanquam tranſ-

transgressores sacrorum Canonum, quibus est prohibitum. Dixi, (maxime presbyteros) quia sine literis commendatitijs non possunt recipi ad celebrandum prout in multis Concilijs est definitum, & nunc nouissime in Concilio Tridentino est ordinatum.

a Concil. 1. Chartagi. c. 5. Laodic. 41 Venetic: 1. 38. & 32. Epanu. ca. 6. Turonēs. ca. 12. Conc. sess. 23 cap. 16.

Notandum est etiã circa illa verba ibi, vel nisi ita cognitus sit ijs, &c. quod religiosi cogniti bene possunt recipi à prælatis etiá si literas cõmendatitias secũ nõ deferant. *Et* aduerte, quod si literæ commendatitiæ supradictæ amittãtur, sufficit quod religiosi peregrinantes secum deferant testimonium, quod probetur ipsas amissas fuisse, prout probatur in iure, e & tradit Syluester.

e ca. tuæ de clerico peregrinante. Sylu. v. peregrinus ad finem.

ARTICVLVS II.

Vtrum fratres conuentuales ordinis Minorum itinerantes tenẽtur se præsentare in conuentibus obseruãtiæ in locis, vbi conuentualitatis cõuentus desunt.

REspõdeo dicendo, quod, *Calixtus III. statuit, & ordinauit, quod omnes, & singuli fratres minores tam conuentuales, quam obseruantes ad ciuitates, terras, siue castra, in quibus cõuentus dicti ordinis fuerint, pro tempore accedentes tenentur, & debeãt eorũdem locorum prælatis suis respectiue se præsentare, in qua quidem ciuitate vel terra, si vnus duntaxat cõuentus fuerit ad ipsius vnius prælatũ debent se cõferre illius mãdatis humiliter parituri, & præcepit sub excommunicationis pœna, ne in prædictis ciuitatibus, seu terris sine prælatorum suorum licentia permanere præsumant.* Ita habetur in *M*onumentis *a* ordinum. At Collector *b* priuilegiorum aduertit, quod præfata constitutio fuit suspensa, & annullata per Pium secundum, quousque aliter prouideretur. Ita habetur in eodem libro, c & ita fratres conuentuales in Hispaniarum partibus recepti non tenentur se præsentare coram prælatis obseruãtiæ per prædicta: at si ad domos obseruantiæ diuerterint, debent suas literas commendatitias prælatis ipsorum domorum præsentare, prout ordinat constitutio Sixti Quinti, de qua in articulo superiori, Qui si inueniant ipsos non legitime itinerare poterunt dare notitiam ordinarijs, vt contra eos iuxta formam Concilij *d* Tridentini procedatur.

a in 1. impr. fo. 6. & in 2. fo. 90. cõcef 197. prope. fin.

b Collecto. tit. itinerãt. fratres. §. 4.

c in 2. impr. fol. 92. concef. 200.

d Trid. sess. 25. de regul. cap. 4.

ARTICVLVS III.

Vtrum fratres obseruantes itinerãtes possint hospitari in eliqua domo ipsis ad hoc relicta.

REspõdeo dicendo, quod in capitulo generali Miclementi ordinis fratrũ minorũ obseruantiæ, vbi tertio electus est in generale pater clarę memorę frater Oliuerius, factæ sunt circa paupertatẽ non nullæ declarationes, quarum vna est, *Quod scilicet, licitum sit fratribꝰ hospitari in domo relicta a baliquo defuncto alicui viuenti hac conditione, vt ibidem hospitentur fratres, & sibi prouideatur de vtensilibus.* Ita habetur in Monumentis *a* ordinum. Verum est tamen, quod ipsi fratres non possunt petere in iudicio, vt hæc conditio adimpleatur, possunt tamen implorare officium iudicis, vt ipse ex officio procedat, & faciat voluntatem testatoris adimpleri iuxta ea, quæ late in superioribus *b* dicta sunt.

a Fol. 227 in tract. 5. & in 2. impr. fol. 246. tract. 2

b Supr. hoc tomo. q.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fratres itinerantes possint lucrari indulgentias stationum.

REspondeo dicendo, quod, *Innocẽtius VIII. concessit, quod fratres minores qui per obedientiam reperiuntur*

extra conuentus, & loca poſsint promereri indulgentias ſtationum, & alias cõceſſas in Eccleſijs fratrum Minorũ dicẽdo quinquies Pater noſter, & Aue Maria, inquacunque Eccleſia, & loco ea dixerint prointẽtione, & propoſito illius indulgẽtiæ, prout illi, qui in prædictis locis ſuis ea dicũt, Ita habetur in ordinũ Monumentis, a *Et Pius V. conceſsit quod omnes captiui fratres, qui inter-ris infidelium detinentur, cõſequantur in articulo mortis indulgentiam plenariã, & remiſsionẽ peccatorũ præuia tamen confeſsione, ſi fuerit copia ſacerdotis, ſi autem non habuerint, hoc idem conſequantur per contritionem ſuorũ peccatorum.* Ita inueni apud ſcripta patris cuiuſdam curioſi, & timoratæ conſcientiæ & hoc pro omnibus fratribus etiam non captiuis in hoc articulo conceſſum fuit ab Eugenio IIII. prout habetur b in Monumentis ordinum.

a in 1. impr. fol. 565. & in 2. fol. 691 cõ ceſ. 160.

b 2. impreſ. fol. 54. con ceſ. 77.

ARTICVLVS V.

Quomodo fratres itinerantes ſe debeant habere circa ieiunia.

REſpõdeo dicẽdo, quod fratres minores itinerãtes poſſunt transferre ieiuniũ diei itineris in aliũ diẽ. Ita conceſsit Leo X. prout habetur in Supplemento a quæ conceſsio eſt notanda, hanc enim ſententio meliorem, quam eã, quæ his tẽporibus cõceſſa eſt à Pio V. Pontifice Maximo quod ſcilicet, fratres itinerantes pedeſtres tẽpore ieiunij poſsint de mane facere ientaculũ, & finito itinere cœnare, vt ita poſsint habere meritum ieiunij: conceſsio enim Leonis X. non reſtringitur ad fratres pedeſtres, cum enim generaliter loquatur de fratribus, ſiue pedeſtribus, ſiue equeſtribus eſt intelligenda, & translatio ieiunij in ea permiſſa debet fieri in alium diem, in quo ipſi fratres neque præcepto eccleſiaſtico neque præcepto regulæ neq; ratione voti ad ieiunandum obligãtur. Quod à ſimili probatur, nam cui pro cõſecutione alicuius indulgentiæ iniungunturaliqua o ratio nõ conſequitur ipſam indulgentiam dicendo orationem, ad quam alias aliquo præcepto, aut voto eſt obligatus, prout in materia de indulgentijs late dicitur.

a Supplifo. 93. conceſ. 286.

QVÆSTIO CXII.

De iure patronatus in quinque articulos diuiſa,

Circa quam quæruntur quinque.

1 *Quid ſit & quotuplex ius patronatus.*

2 *Vtrum patrono monaſterium ingreſſo ius patronatus transferatur in ipſum monaſterium.*

3 *Vtrum Rex Hiſpaniarum habeat ius patronatus in præceptorias militiarum.*

4 *Vtrum Reges habentes ius præſentandi Abbatem in Eccleſijs collegiatis, aut regularibus poſsint præſentare illos qui non ſunt illius religionis.*

5 *Vtrum de bonis incertis, quæ pauperibus ſunt reſtituẽda poſsit inſtitui monaſterium cum iure patronatus*

ARTICVLVS I.

Quid ſit, & quotuplex ius patronatus.

REſpondeo dicẽdo, quod ius patronatus à iure, & patrono dictum multipliciter in iure nominatur, ſed quoad noſtrum propoſitum ius patronatus ſecundum Hoſtien ſem eſt poteſtas præſentandi inſtituẽdũ ad beneficium Eccleſiaſticum, vel ius honoriſicium onerũ, & vtile alicui competens in Eccleſia pro eo quod de cõſenſu dioœceſani eã fundauit, conſtruxit, vel dotauit, ipſe, vel is, à quo cauſam habuit ſecundũ Ioãnem Andræam, a & Panormitanum: & eſt duplex, quoddam enim eſt Eccleſiaſticũ, quoddã vero ſeculare, de quibus late agũt Doctores in titulo de iure patronatus.

a Andræ. & Panor. in 1. hic. de iure patronat.

ARTI-

ARTICVLVS II.

Vtrũ ius patronatus patrono monaſterium ingreſſo trãſferatur in monaſteriũ ſaltẽ viuente patrono monacho, an tanquãpatrono mortuo trãsferatur in nominatum á fundatore.

REſpondeo dicẽdo, quod de hac quæſtione poteſt tripliciter diſputari. Nam aut agitur de iure patronatus annexo vniuerſitati bonorum, aut de iure patronatus perſonali, aut de iure patronatus ſimpliciter.

Quantum ad primum, videtur, quod ſi monaſterium eſt capax bonorum in communi, cum ius patronatus tranſeat in hæredem, tranſibit in ipſum monaſterium cum ipſum habeatur pro hærede; quod verum eſt, neque negari poſſet caſu, quo ius patronatus ſit annexum vniuerſitati bonorum, ad quam monaſterium venit, quod vt pateat euidentius, ponamus exemplum. Petrus habet caſtrum, & in eo Eccleſiam, cuius ipſe ius patronatus habet, vẽdito caſtro, vel titulo pro hærede tranſlato tranſit etiam ius patronatus in emptorem, ſeu hæredem, multo igitur fortius trãſibit in monaſterium, quod eſt capax iuris patronatus,

Quantum vero ad ſecundum dico, quod ſi iuris patronatus qualitas non adhæreat certæ rei, ſed eſſet perſonalis extincta perſona, cuius induſtriam elegit fundator, tacite nominaſſe videtur alium deſcendentem, ſeu collateralem, aliam ve quamlibet perſonam, extincto enim vel naturaliter, vel ciuiliter patrono, extinguitur & quoad eum ius præſentandi, tranſitq; in nominatum vere, non autem in nominatum per fictionem iuris, quemadmodum eſſet monaſterium, ita Belamera, *a* quem refert, & ſequitur Tiraquelus aſſerens per monachationem ius patronatus in ſecundum genitum, & ſic in ſucceſſorem tranſire,

a Belam. concl. 3. Tiraquel. de primoge. q. 3. n. 10.

At contrarium videtur probabilius, nã monachus ſe ſuaque omnia per ingreſſum religionis tranſfert in monaſterium, vt dicitur in Iure *b* ergo & ius patronatus tranſfertur, vt dictum eſt, cum tranſeat cum vniuerſitate bonorum titulus pro hærede, vt tradit quædam Gloſſa *c* quam ſequitur Alexander, præſentabitque Abbas dicti monaſterij, vt affirmat Lambertinus *d*, & alij, quos refert, & ſequitur Didacus Perez.

Quantũ adtertiũ vero, quãdo ſcilicet ſimpliciter nominatur patronus induſtria perſonæ videtur electa, ſi igitur monachus fiat, Abbati cõpetit ius præſentandi, nõ ipſi cũ non habeat velle, nequenolle, vt dicitur in Iure *e* niſi aliud ordinauerit fundator iuris patronatus, fundator enim in limine fundationis quaſcunque reſeruationes, & facta iuri communi non contraria apponere poteſt, vt optime, late que tradit Lambertinus *f*, & vbi conſtat de expreſſa nominatione patroni ab eà non eſt recedendum, vt colligitur ex traditis à Couar. ruuias g. Ex quibus, colligitur, quod fundator dicat, quod ſi patronus efficiatur monachus, nominet etiam inuito prælato, talis conditio, vt impoſsibilis ſecundũ ius reijcitur, & habetur pro non appoſita, cũ ipſe fundator non poſsit apponere cõditionem in fundatione iuri communi contrariam, & ius commune ſit, quod monachus inuito prælato aliquid non agat contra obſeruantiam regularem, huiuſmodi eſt eo inuito præſentare: non enim poteſt præſentare, vt patronus ſine ſui prælati licentia.

Et aduertat patronus, quod vbi ex dictis in fundatione teſtatoris conſtat, quod ſcilicet celebrentur Miſſæ per præſentandum, debet ſacerdos, & non clericus inferioris ordinis præſentari. Itatenet ſingulariter Andræas Barbatia *h*, quem refert & ſequitur Lambertinus, quod eſt notandum.

b Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccl.

c gloſſ. in Clemẽt. fin. v. hæreditas. de iure patronatus A ie. in l. quauis nu. 4. ff. ad Trebell.

d Lãber. de iure patro. artic. 9. q. 8 pr. 1. p. li. 1. 7. Perez li. 1. ordinar. tu. 6 in l. 1. i pag. 343. colu. 2.

e c. religioſus & ibi glo. v. non habeat de elect.

f Lamber. de iure patro. q. 9. princi. 1. q. lib 1.

g Coua li. 2. varia. ca. 18. n. 10.

h Barba. c conſ. 35. colu. 7. lib. 2. Lamber. artic. 27. q. 7. prin. p. lib 2 nu. 1. fol. 210. de iure patro.

ARTICVLVS III.

Vtrum Rex Hiſpaniarum habeat ius patronatus in præceptorias militiarum.

REſpondeo dicendo, quod inter dũ Princeps Laicus habet à Pontifice, aut de iure cõmuni ius patronatus in beneficia etiã Epiſcopalia, vt ex conceſsione Sedis Apoſtolicæ habent reges Hiſpaniarum

rũ, & Galliarũ: at olim propria autoritate, vt ait quidam historicus Zonar. *i* tentauerunt vsurpare in Oriente Imperator Nicephorus Phocas in Occidente Imperator Otho primus anno Domini nongentesimo sexagesimo primo, vt refert Crãsius *k* & deinde Henrici pater, & filius, & duo Federici, auus, & nepos, propter infortunia autem tandem id ius reliquerũt Ecclesiæ, vt referunt Crãsius *l*, & Genebrardus: at in commendas, & præceptorias habet rex ius prouidendi, tanquam Magister, & perpetuus ministrator ordinis militaris D. Iacobi, vt patet ex libro *m* de regulis eiusdem ordinis mortuo Domino Alfonso de Cardenas anno Domino millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, & Alexander Papa. VI. dedit administrationem magistratus huius Regibus Catholicis Ferdinando, & Elisabeth. Deinde Leo, X. dedit Carolo. V. eandẽ, Adrianus Sextus concessit in administrationem perpetuam: quare Reges Hispaniarum non sunt Magistri, neq, faciunt professionem eius ordinis iuxta Cõcilium Tridentinum *n* neque afferunt habitum illius, sed sunt tantum administratores, & idem respectu omniũ aliarũ militiarum iuxta literas Apostolicas cõcessas asserẽdum est. Quod ex Bulla Adriani VI. de quo articulo sequenti.

i Zonar. 3. tom. annal.

K Cran. li. 3 metropol. c. 33.

l Crantius lib. 2. ca. 29. Genebr. li. 4. chron. in Leon. 8. p. 327.

m c. 5. n. 40.

n Trid. sess. 25. de regu. c. 21.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum reges habentes ius præsentandi Abbatem in Ecclesijs collegiatis, aut regularibus possint præsentare illos, qui non sunt illius religionis.

RESpõdeo dicendo, quod Adrianus, VI. indulsit gloriosæ memoriæ Carolo V. & eius successoribus ius præsẽtandi in suis Hispaniarũ partib⁹ Abbates, & alios præpositos Ecclesiarum collegiatarum sæcularium, & regularium saltem consistorialium per Breue, cuius copiam dicit Nauarrus *a* se vidisse, qui Nauarrus ait, quod autoritate dicti Breuis non potest regia maiestas præsentare, nisi dignos iuxta Sacrorum Canonum Decreta *b* & cum nemo, qui non sit professus religionem sit regulari præfectura dignus, vt in ijsdem sacris Canonibus *c* continetur, imo neque vnius ordinis regularis possit eligi in prælatum alterius ordinis, vel habitus, vt dicti niunt Sacri Canones *d* non satis intelligo (ait Nauarrus) qua ratione Catholica Maiestas præsentabat ante Concilium Tridentinum regulares vnius ordinis, vel habitus ad præfecturas alterius ordinis, vel habitus, & passim, quod est notius, sæculares neq; expresse, neq; tacite professos, nisi forte, quod id non monebatur dicamus, cum sit notissimum Maiestatem eius esse religiosissimum, religionumque atq; regularis obseruantiæ cupientissimum.

Nec contra istam concessionem factam Regibus Hispaniarum potest argui, quod secundum ius electio Abbatum pertinet ad conuentum, & Sedes Apostolica nemini intendat præiudicare, nisi consentienti vt iurae proclamant, & hæc prouisio, & præsentatio maxime noceat conuentui. Nam respondetur, quod licet Princeps in dubio nullius ius lædere videatur lædit tamen, cum est tale ius, in quo lędere potest, & constat eum habere animum in eo lædendi. Quare rectè post alios resolsit Philippus Decius *f* regulam supra dictam debere intelligi de alio præiudicio quam ex presso, & expresse voluit Summus Pontifex præiudicare in hoc contẽtibus, quod potuit optime facere iustis rationibus adductus, cum sit supra omne ius positiuũ, per quod tale ius ipsis conuentibus competit.

a Nauar. in ca. Nullam d. 18. q. 2.

b c. monasterium. 16. q. 1 glos. in c. cum vos de off. ordi. c. c. officij &. ca. cũ in magistrum de elec.

d ca. in singula §. prohibemus d præben. li. 6. Clem. 1.

e l. 3. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publi. c. super eo de off. deleg.

f Decius in c. super eo, de offi. de leg.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum de bonis incertis quæ pauperibus sunt restituenda, possit institui monasterium reseruando ius patronatus ipsius.

RESpondeo dicẽdo, quod de his bonis incertis quidã negãt possessorẽ posse ita instituere, vt capellã Hospitale, aut monasterium, vt ipse institutor cũ successoribus suis habeat ius patronatus Laicorũ. Ita Lambertinus *a*, & Vvaldensis, qui carpit ædificantem monasterium, & capellã de bonis iniuste quæsitis citans in confirmationẽ suæ sententiæ D. Hieronymum *b* super Matthæum. Et ratio ipsorum est, nã solum acquiritur ius patronatus ob fundationẽ exproprijs bonis iuxta notata in Sacris Canonibus *c* & in varijs Concilijs, & ita

a Lamber de iure patron. 1. p. li. q. 8. art. 10. & 12. Vval. de sacram. c. 123.

b Hiero. in Matth. c. 23. ibi. Ædific. sepulchra. propheraru. c. c. præmetis. 16. q. 7. cap. Nouerint. 10. q. 1. Trid. sess. 25. de refo. c. 9

& ita monent ſupradicti, vt ſaltem occultè petat fundator à Domino Papa id ius patronatus. Ita Nauarrus. d At Henriquez e ait quod nemini fit iniuria, ſi hic ex bonis quodãmodo ſuis, & quorum eſt diſtributor acquirat ſibi ius patronatus, quod idẽ tenet Nauarrus dicẽs, quod iſti fundatores non parum videntur dare de ſuo verè pœnitendo, plene diſtribuendo, & prouidere, & ſolicite curãdo, vt ædificia, & fundationes prędictæ fiant vtiliter, & in vtilem, & ſanctũ finem, nam ipſi non confugiendo ad ſacro ſanctam Sedẽ Apoſtolicam, & cõmiſſarios cruciatorũ qui condonare ſolẽt aliquã partẽ huiuſmodi bonorũ incertorũ, cum qua ipſi tuta conſcientia poſſent manere, donec verus eorũ Dominus inueniretur, videtur dare quodãmodo ſuã partem illam ſcilicet quæ per cõpoſitionẽ eis cõdonata fuiſſet, & pro hoc facit, nã qui multũ emungit, elicit ſanguinẽ, vt dicitur in Prouerbijs f & q̃ partũ præiudicij fit cõpenſatũ per hoc operibus pijs fundatis, & q̃ animãdi ſunt ad reſtitutionẽ ij, qui circa illã ſatisfieri nequeũt & ſic ſolũ debent illis prædicare, ne hoc faciant ad gloriam, & laudem, inanem.

d Nauar. de oratio. miſcell. 52.
e Henriq. t p. li. 7. de indulg. 33. n. 5
f Prouer. 30 ca. denique 4. diſt.

QVÆSTIO CXXIII.

De Laicis fratribus in ſuos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Vtrum Laici fratres ſint propriè religioſi.*

2 *Vtrum Laici fratres poſſint tangere corporalia & alia ad diuinũ cultũ pertinentia.*

3 *Vtrum Laici apoſtatæ in Apoſtaſia ordinati debeant portare tonſurã vt clerici ſi ad ordinẽ reuertãtur.*

ARTICVLVS I.

Vtrum Laici fratres ſint propriè religioſi.

RESpondeo dicendo quod in iure fratres conuerſi nuncupantur hi Laici, qui maxime ab oblatis differunt, oblati enim dicuntur qui non tantum bona propria, ſed ſe ipſos dant monaſterio, prout explicat quædam Gloſſa a communiter recepta, qui abſque religionis profeſsione ſe ipſos monaſterio perpetuo obtulere, vt tradunt Cardinalis, b & Abbas & ſentit Lappus. Cõuerſi vero ſunt, qui mutato habitu religionem profitentur, minime ordine Eccleſiaſtico prædicti, & hi cum cæteris religioſis, intra monaſteriorum clauſtra vitam agunt ex quibus patet, conuerſum dici proprie religioſum & perſonam Eccleſiaſticam, vt colligitur ex Sacris Canonibus c, & ex notatis per Abbatem, & Decium. Quod probatur, nam promittunt tria vota eſſentialia ſecundum aliquam regulam approbatam à Sede Apoſtolica in manu prælati ſolenniter, quod ſufficit, vt ſit verè religioſus ſecundum ea, quæ latè diximus in primo tomo d, & docet Diuus Thomas, & tradit Couarruuias, qui probat, quod oblatus licet ſupradicta vota non emittat, ſi tamen mutato habitu non manet in ſeculo, eſt propriè perſona Eccleſiaſtica, ſi autem in ſæculo manet, non proprie, ſed large perſona Eccleſiaſtica nuncupatur, vt colligitur ex Gloſſa e communiter recepta à Cardinali, Abbate, & Doctoribus capella Toloſana, vbi Aufredius, & tradunt Panormitanus, & Soccinus tractantes, an oblati ſint exempti à iuriſdictione iudicis ſæcularis.

a Gloſ. v tribus denarijs. & ibi Abbas inc. vt priuil. §. illud de priuil.
b Cardi. in Clem. 1. de decim. Abbas in c. nõ eſt de regu. Lapp. alleg. 129.
c c. non eſt dubium ca. Parrochianos extra de priui. Abb. in rubri. de regula. Decius in c. Eccleſia Sãctæ Mariæ de conſti.
d 1. 10. c. 1. ar. 2. D. Th. 2 2. q. 186. ar. 7. Coua. in ca. Alma mater 2 p. §. 2. n. 8.

ARTICVLVS II.

Vtrum Laici fratres poſſint tangere corporalia & alia ad cultum Diuinum pertinentia.

RESpondeo dicendo, quod veſtimenta ſacra, non niſi à ſacris hominibus tangi debent, vt patres a Sancti determinauerunt, & pro corporalibus lauandis miniſtri ſcilicet Diaconi habere debẽt nouam peluim, & aquã in ſacrario debent proijcere ſcilicet ſaltem quantum ad primam lotionem, vt Sacri b Canones determinant, in quibus alijs c etiam ordinatur, quod neque lauari debeant per fœminas, neque tangi, etiam ſi ſint ſacratæ, ideſt, moniales, & idem ibidem dicitur de alijs altaris paramentis, vt ſunt pallæ, vaſa, & huiuſmodi. Ex quibus colligitur, quod Laici

e Glo. in v. mutato habitu Cardi. Abbas & DD. in d. c. priui capella Toloſa. 8 vbi Aufre. & Paner in c. 2. de foro comp.
a c. in ſancta cũ duobus ſequenti de conſ. diſt. 1.
b ca. nemo de conſe. diſtin. 1.
c 33. diſt. ca. ſacratas de conſe. diſt. 1. c. nemo. el. ſegun. le

Laici fratres licet sint religiosi, cum non sint homines aliquo ordine sacro insigniti, non possunt tãgere corporalia, & alia vestimẽta Ecclesiastica, & ideo cõcessit Leo X. *quod fratres prædicti Laici Socij Generalium, vel Prouinciarium eo tempore quo socij sunt, & extra loca, & conuentus, cum inseruiunt Missis prædictis Prælatis possint proprijs manibus tractare vasa sacri ministerij scilicet calices, & corporalia explicando, & plicãdo post Missam, sicut clericus in sacris constitutus, in conuentibus vero,* vbi sunt alij fratres ad ministrandum, concedere recusauit. Ita habetur in ordinis supplemento *d*. At non obstante hac prædicta concessione possunt fratres vti alia concessione *Calixti III. qui concessit, quod fratres Minores Laici possunt tangere calices, & lauare corporalia, & alia Ecclesiastica, cum expedierit.* Vt in libro monumenta e ordinum continetur, & in supplemento etiam habetur, & ratio huius est, quia qui prædictam Leonis X. concessionem impetrauit, ignorabat indultum Calixti prædictum, & quia in concessione Leonis non ponitur aliqua reuocatio alterius, prout aduertit Collector *f* priuilegiorum Mendicantium.

d sup. fo. 91 conce. 269.

e In 2. imp. fo. 5[illegible]. conc. 91. supp. fo. 10[illegible]. col. 398

f colle&. ti. Laï. fratres §. 3.

ARTICVLVS. III.

Vtrum Laici ordinis nostri minorum Apostatantes ab ordine, ac in huiusmodi apostasia ad sacros ordines promoti, cum ad ordinem reducuntur, vel redeunt sua sponte permitti debeant tonsuram, vt alij fratres clerici, ferre.

REspondeo, quod iam in primo tomo a tractauimus, quo modo se debeant habere Prælati circa hos Laicos apostatantes ad sacros ordines promotos. Quantum autem ad nostrum propositum est, dico, quod in capitulo generali nostræ religionis Barchinonæ celebrato, vbi fuit electus secundus Vicarius Generalis ordinatum est, *quod nullus frater Laicus ad clericatũ ascendat, sed vnusquisq; in sua vocatione, qua à Deo vocatus est, permaneat. Et quod nullus eorũ tonsurã clericalẽ ferat, nisi eã ab Episcopo receperit, & sic tunc in parua quãtitate.* Ita habetur in monumentis *b* ordinum. Ex qua ordinatione colligitur responsio ad id quod in titulo quæstionis proponitur decidendum, scilicet, quod non debet supradictis permitti ferre tonsuram, sicut alijs fratribus clericis conceditur. Et hoc probatur, quia inobediens, & rebellis non debet esse potioris conditionis, quam obediens, vt dicitur in quibusdam Decretalibus. *c* cum ergo supradicti sint manifeste inobedientes, eorum conditio non debet esse potior, quam aliorum obedientium, & quietorum, nec secundum iura allegata decet quod inuasor, eo quod iniuste ingreditur, priuilegio potiori gaudeat. Cum igitur stultitia prædictorum, & præsumptio maxima secundum iudicium hominum manifestissimè cõstet, quod præcipua causa sit ad ostendendum huiusmodi signum tonsuræ cleric[illegible]alis, & quod sic inuadendo, vel vsurpando alienum scilicet voluntatem propriam de manu Prælati reportarent commodum, & honorem, quod absurdum & scandalosum alijs pie viuentibus videretur clare non esse istud permittendum. Præterea in quo *d* quis deliquit, in eo debet puniri, & cũ huiusmodi fratres contra prohibitionem non solum sui ordinis, sedetiã Sũmi Pontificis attentauerint sacros suscipere ordines iustum est, vt modo supradicto vltra alias pœnas puniantur. Denique hanc opinionem tenet Glossa *e* quædam expresse, cuius textus dicit ibi, quod clerici degradandi debent exui vestibus sacris & auferri ab eis omnia per Episcopum, quæ in eorum ordinatione collata sunt vsque ad primam vestem datam in collatione tonsuræ, & subiungit, quod debet radi caput ipsius, seu tondere, ne tonsuræ aut clericatus vestigium maneat in eodẽ, super quo verbo scilicet (in eodem) dicit Glossa, ita faciunt monachi Apostatæ, faciunt enim se in totum tondere, ne appareant vestigia monachatus. Hæc Glossa. Vnde colligitur, quod in potestate Prælatorum

a 11. to. q. 20.

b fo. 118. tra&a 3. & in 2. impr. fo. 236. tra. 2.

c c. contin. de dolo & contum. c. cum quidã præbẽ. li. 6.

d c. fi. de tẽpor. or. li. 6.

e Glos. in c. degrada. de pœnis lib 6.

torum est prædictam pœnam imponere propter apostatiam, & ned ũ istis, sed etiam quibuscunque ab ordine apostatantibus. Ita & alijs hanc opinionem tenet Collector *f* priuilegiorum mendicantium.

f Collectorti. Laici fratres.

QVAESTIO CXXIIII.

De legatis a latere in tres articulos diuisa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Vtrum religiosus factus canonicus possit esse legatus Papæ, vel legati.*
2 *Vtrum religiosus possit esse locum tenens legati, & dicere causas.*
3 *Vtrum legatus habeat facultatem conferendi quæcunque beneficia etiam regularibus non consulto Abbate.*

ARTICVLVS I.

Vtrum religiosus factus canonicus possit esse Legatus Papæ, vel legati.

REspõdeo dicendo, videri nõ posse religiosum factum canonicum esse legatum Papæ, vel legati, vt tradit Felinus *a* quia non potest religiosus esse canonicus sine dispensatione vt concluditur per omnes *b* licet ergo sit dispensatus vt sit canonicus, non erit dispẽsatus, vt sit iudex, quia istud non est consequutum necessarium ad canonicatũ, vt colligitur ex Iure, e Item allegat Felinus, quod quamuis sit factus canonicus, non tamen definit esse monachus, vt determinant omnes & tenet D. Thomas *d* concludens, quod in omnibus compossibilibus cum dignitate Episcopus remanet monachus.

At Gambarus existimat Felinum errare, quia monachatus non est qualitas, quæ inhabilitat ad causæ cognitionem, dum adsit qualitas alia requisita. Patet, quia Abbates Episcopi, & monachi possunt esse delegati vt omnes *f* tradunt, licet enim remaneant monachi, eximuntur tamen ab obedientia Abbatis secundum vulgaria iura *g* ideo argumentum Felini non concludit.

Minus obstat illud, quod dicitur de dispensationis consecutiuo, quia vt dixi, qualitas monachatus non repugnat, neque inhabilitat ipsum monachum, vt sit iudex, si cut repugnat qualitas ætatis, & in hac materia est decisio Rotæ, *h* quæ ait, quod quando causa committitur monacho habẽti perpetuum officium in Ecclesia Cathedrali, valet, etiam si non fiat mentio de monachatu, quia videtur cancilleria approbasse iuxta cuiusdam legis decisionem. *i*

a Felin. in c. causam co. 3 de iudic. hinc quod Dei timorẽ de sta. monac. c. cum viginti de offic. deleg.
d Thomas 2.2.q.185.artic.vlt.
e Gamb. de authoritate legati lib. 8. n. 29. & 31. fin c. statu. de offic. delegati.
g c. ne pro cuiusli. 16. q. 1.
h Decisio. 209. in antiquis.
i l. quidam consultabãt ff. de re iud.

ARTICVLVS. II.

Vtrum religiosus possit esse locum tenens legati, & decidere causas.

REspondeo dicendo, quod religiosus potest esse locum tenẽs Legati, quia Legatus est dominus exemptorum declarare autem causas non potest, ex quo non habet qualitates, de quibus in Iure *a* tamẽ si constitueretur ita generaliter, & nõ exciperetur, valent gesta extraditis in Iure. *b*. Vide decisionem Rotæ *c* in antiquis volentem monachum posse esse officialem, vel locum tenentem officialis Episcopi, & cognoscere de causis, si non excipiatur.

a c. statutum de offic. de leg.
b l. Barbar. ff. de offic. præsidis. c. decis. 274.

ARTICVLVS III.

Legatus si habet liberã facultatem cõferendi beneficia quæcunque sæcularia regularibus, an tunc requirendus sit consensus Abbatis.

REspondeo dicendo, quod Gambarus *a* ait se non reperisse hanc quæstionẽ decisam tamẽ Gõdisf. *b* dicit electionẽ factã de monacho ad Põtificatũ sine cõsensu Abbatis esse nullã eo quod monachus neque habet velle, neque nolle, & sic non potest consentire, vt dicitur in Iure quæ decisio multo magis militat in nostro casu, quia requiritur consensus, vt beneficium acquiratur, vt diffiniunt Iura *d*. Cõtrariũm tamen verius existimat Gambarus *e* nam si Legatus potest libere conferre monacho, ergo & ille libere acceptare, alias collatio non esset libera iuxta Doctrinam cuiusdam Glossæ. *f*

Præterea cum Legatus sit exemptorum dominus, eius collatio scienter facta operatur consensum Abbatis, item quia si Papa vult, quod conferat monacho, ergo etiam vult, quod monachus possit acceptare argumento cuiusdam Legis *g* ideo dicit Collector *h* quod si Papa dispensat mecum,

a Gamb. de legat. à latere li. 8. n. 45.
b Gondisi. in tract. de excel. Cardin. q. 5. col. 29. versi. ex his infertur.
c c. si religiosus de elect. li. 6.
d c. sitibi absenti de præbend. li. 6.
e Gam. vbi sup.
f Gloss. & Cardin. in Clemen. dudum de sepultu.
g l. oratio. ff. de spõsal.
h in c. quod dilectio. de consang. & affi.

PROPIEDAD INTELECT

cum, vt posim contrahere cum consanguinea in tertio gradu, illa poterit etiam contrahere mecum sine alia dispensatione, & per hoc respondetur opinionem Gundisalui esse falsam : eo enim ipso quod per Cardinales electus est Papa, efficitur superior omnium, vt dicitur in Iure *i* Præterea licet monachus, careat consensu ciuili, non tamen caret consensu vero, & naturali secundum Cardinalem *k* vide infra in quæstione de Nuntio Apostolico vtrum habeat iurisdictionem super exemptos.

i ca. licet de elect.
k Card. vbi supra.

QVÆSTIO CXXV.

De legatis relictis religiosis in vndecim articulos diuisa.

Circa quam quæruntur vndecim.

1 *Vtrum fratribus mendicantibus aliquid possit legari.*
2 *Vtrum fratribus particularibus aliquid possit legari, ita vt commodi particeps non sit Abbas.*
3 *Vtrum huiusmodi legatum possit relinqui sub certa cautela.*
4 *Quomodo religiose possit fratribus fieri legatum.*
5 *Qui prælatus possit dare licentiam religiosis ad acceptanda & consumenda legata ipsis.*
6 *Vtrum prælati legata acceptata & acquisita inuitis fratribus quibus facta fuerint possint in conuentuum necessitatibus consumere.*
7 *Vtrum legatum religioso particulari relictum ad pias causas relictum censeatur.*
8 *Vtrum legato relicto monasterio possint testamentarij aliquid amplius eidem monasterio applicare ex operibus pijs ipsius testatoris diuidendis.*
9 *Vtrum legata monasterio in certum vsum possit secluso scandalo prælatus commutare in alium vsum magis necessarium.*
10 *Vtrum legatum vt monasterium in certo loco construatur sit caducum, si in tali loco non possit construi.*
11 *Vtrum fundo legato, vt ex fructibus ipsius festum conceptionis quolibet anno celebretur possint hæredes id, quod supereſt, sibi applicare.*

ARTICVLVS I.

Vtrum fratribus Mendicantibus aliquid possit legari.

RESPONDEO dicendo quod duo sunt genera Mendicantium, alij enim sunt Mendicantes ex regula, alij vero, ex suis cõstitutionibus. Mendicantes ex regula sunt fratres Minores obseruantiæ : illis enim Beatus Franciscus expresse in eorum regula prohibuit nequid proprij prorsus haberent, ne ve quid immobile in communi possiderent: alij vero sunt Mendicantes non regula sed ex suis constitutionibus, de quibus per Calderinum, *a* & Decium, Prædicatores enim licet ex eorum regula non sint Mendicantes, nam militant sub regula Diui Augustini, quæ permittit possidere immobilia in communi, dicuntur tamen Mendicantes ex eorum constitutionibus, prout tenet Baldus *b*, & est communis opinio secundum Beltrandum *c* ex quibus infertur primo, quod fratres Minores regulatis obseruantiæ nullo modo possunt capere ex testamento, neque ex relictis si eis aliquid contingat relinqui, ita vt illud tanquam proprium habere possint in particulari vel in communi, vt in Iure *d* probatur.

Secundo infertur fratres Prædicatores & alios Mendicantes, exceptis Minoribus posse capere ex testamento etiam bona immobilia, non vt ea retineant, neq; in proprio, neque in communi, sed vt vendant, & eorum pretia in suas necessitates conuertant, vt ait quædam Glossa, *e* quam sequitur Calderinus, & testantur communem Alexander, & Decius, non enim dicunturaccipere immobilia, ex quo statim illa vendere, & pretium in suas necessitates conuertere intendunt, vt post alios resoluit Iulius Clarus. *f*

Aduertendum tamen, quod licet antiquitus per constitutionem capituli Generalissimi fratrum Prædicatorum cautum fue-

a Calde. cõsil. 17. tit. de reg. Decius in c. ad nostrã n. 12. de appella.
b Bal. in d. c. ad nostrã
c Beldrand. cõsil. 106. n. 4. li. 6. & cõsil. 152. li. 4.
d Clemen. exiuit de Paradyso de verbo. sig.
e Glos. in c. 1. ver. domũ de relig. domibus. li. 6.
Cald. consil. 46. de test.
Alex. consil. 88. nu. 1. li. 2.
Decius in c. in presen. n. 59. de approba.
f Clarus li. 5 sent. §. religiosus.

fuerit, ne proprium quid immobile possiderent: tamen postea per contrariam constitutionem alterius capituli Generalissimi illa prima constitutio fuit reuocata, & sic hodie sunt capaces bonorum immobilium in communi, prout sunt alij non Mendicantes, & de hoc extat priuilegium amplum eis à Sixto Quarto, concessum, de quo supra in secundo Tomo g fecimus mentionem eius tenorem referendo; & ita indifferenter obseruatur, prout affirmat Iulius Clarus *h*. Vnde possunt fratres Prædicatores immobilia, capere ex testamento, non vt sibi acquirant, sed vt acquirant monasterio.

g 1. tomo q. 76. art. 6.

h Clarus de testa. q. 28. in fin.

Ex his sequitur tertio, quod licet secundum Ius *i* fratribus Mendicantibus non possit relinqui domus, in qua debeat construi noua Ecclesia, vt ibi fratres commorentur, quia prohibitum est per dicta iura fratribus nouum locum acquirere, & quanuis asserat Durante K quod vt dispositio testatoris effectu non careat remedium est, quod testator relinquat in tempus cum habita fuerit licentia à Papa iuxta Doctrinam communem notatam à Doctoribus *l*, & traditam per Federicum de Senis, hoc tamen cessat attentis priuilegijs à Sede Apostolica impetratis, quibus permittitur dictis fratribus bona immobilia in communi possidere.

i c. 1. de excess. Prælat. li 6. Clem. vnica de pænis.

k Durante de cautelis cautel. 11. in fine.

l DD. in l. in tempus ff. de hæred. instit. feder. conf. 175. vi so instru.

ARTICVLVS II.

Vtrum fratribus particularibus aliquid possit legari sta vt cõmodi particeps nõ sit Abbas, & hac cõditione, vt nihil acquiratur monasterio

REspondeo dicendo, quod Bartolus *a* ait hoc cõtinere impossibile, cũ monachus nihil habeat, sed totũ sit monasterij, vt in quadam Authentica *b* probatur, quia quod aliquid sit monachi, & non quæratur monasterio est contra conditionem, quæ vitiat contractum, vt in quadam Lege *c* probatur: putat tamen illa verba sic debere intelligi, *Relinquo monacho, sub hac cõditione, ne quæratur monasterio*, hoc est, quod monasterium patiatur eum habere administrationem relicti eo modo, quo potest, scilicet consentiente Abbate, sicut & seruus dicitur habere proprium permitiente *Domino* iuxta quandam legem *d* & sic nihil acquiritur monasterio respectu vtilitatis, non autem respectu iuris. Quod dictum Bartoli limitat Panormitanus *e* quando talis administratio refertur ad casum licitum, vt scilicet in pios vsus conuertat, qui religiosis sunt liciti iuxta quandam Decretalem *f*, vel vt conuertat ad vsum vestimentorum, vel librorum, & huiusmodi, non autem vt ad libitum administret, tanquam propria, etiam de licentia Papæ iuxta Sacros Canones *g* & si expresse dicatur, quod nihil iuris quæratur monasterio, dicit Bartolus *h* quod debet intelligi eo modo scilicet nihil iuris afferentis vtilitatem, & vt patiatur monachum illud ius exequi, & si Abbas non vult consentire, vt habeat administrationem, dicit Panormitanus *i* quod relictum non valebit ex defectu conditionis, & sic remanebit penes grauatum, vt in simili determinat quædam Lex *k* & addit Panormitanus, quod valebit relictum consentiente prælato modo solum concedatur vsus rei illius ad aliquid pium, non vero vt pro libito religiosus ille ad quoscunque vsus possit re vti, & donare, cui voluerit, quia quicũque vsus & quæcunque alienatio religioso per suum prælatum permissa intelligenda est, modo non sit ad aliquid illicitum, quoniam neque illud posset prælatus licite concedere: quare si quid religiosus ob causam turpem donaret, recipiens teneretur id restituere monasterio, cuius erat dominium illius rei, vt ait Syluester, *l* & tradunt Nauarrus, & Molina.

a Bart. in Auth. excipitur C. de bonis quæliberis.

b Athen. in gress. C. de sacrosa. Eccles.

c l. vbi repugnant. ff. de regulis iuris.

d l. is qui suis. ff. ad Trebel.

e Panor. in c. monachi de statu monach.

f c. 2. detestamẽ lib. 6

g c. cum ad monasterium de statu mona.

h Bart. vbi supra.

i Panor. in d. ca. Monachi. n. 8.

k l. vnica de caducis tollendis.

l Syl. v. religio. 6 q. 7. prouunt. 2. Naua. lib. 3. consil. tit. de regul. cons. 75. n. 49. Mol. li. 1. 2. tract. 2 disput. 140 col 7. 761.

ARTICVLVS. III.

Vtrum fratribus particularibus possit aliquid legari cautela adhibita quod Abbas in tali legato se intromittere minime possit.

REspondeo dicendo, quod pater, vel alius, qui monacho velit relinquere vsum fructum, & prouidere, ne in eo ab Abbate ei molestia conferatur, si leget subpæna quod priuetur relicto, si Abbas aliquam pænam inferat, pænæ adiectio non valet, quia turpe est arctare Abbatem, ne possit monacho imperare secundum

a Imol. poſt Bart. in. l. Lucius. §. hæredes ff. ad Trebeli. c. cũ admonaſterĩũ de ſtatu mona. b Bald. in l. 1. C. de ijs quæ pœnæ nomine Bartol. in Authen. excipitur C. debonis, quæ liberis, Abbas conſi. 63. vt veritas libro. 2. c Bart. in. d. §. tres hæredes Bald. in Aut. licet C. de epiſc. & Cleri. Abb. conſ. 44. ad decif. li. 2. d Duran. de arte reſtãdi. tit. 6. deleg. cau. 63.

dum Imolam a poſt Bartolum, ſed cautela eſt, quod non ſub pœna, ſed temporaliter legetur, quandiu ei Abbas non mouerit quęſtionem, ſecundum Baldum b & faciunt pro hac cautela notata per Bartolum & per Abbatem.

Secundum remedium eſt, quod monacho relinquatur annuum legatum nomine alimentorum ita, quod Abbas non ſe ingerat circa illud, vt argumento cuiuſdam legis iuncta ſua Gloſſa tenent Bartolus c. Baldus, & Abbas.

Tertiũ remediũ eſt, quod monacho relinquatur ea cõditione, ſi ei perpetua adminiſtratio ad pios vſus, & ad alimẽta, veſtes, & libros proprij vſus gratia rei relictę concedatur, vt poſt Abbatẽ tradit Durantis. d

Sed licet prædicta ſint iuridicè dicta, fratres tamẽ qui propter Chriſtum abnegauerunt ſuas proprias voluntates non debent his cautelis adiuuari, vt velint, nolint eorũ Prælati ſimilibus bonis ipſis relictis libere fruantur, & ſic propter Deum optimum Maximum non debent acceptare legata hoc modo relicta niſi conditio in ipſis apposita omnino tollatur ita, vt apud eorum Prælatos libera maneat adminiſtratio: apud Caſsianum enim ſcribitur, quod quidam monachus nomine Arſenius ex nobili Romanorum genere ortus cũ in Ægypto moraretur, ipſi quoddam teſtamentum fuit delatum, in quo illi quoddam legatum relinquebatur, qui ſanctus vir noluit teſtamentum videre dicens prius ipſum, quã teſtatorem à vita diſceſsiſſe & per conſequens tale legatum ipſi relinquere minime potuiſſe.

ARTICVLVS IIII.

Quomodo religioſe fratribus poſsit fieri relegatum.

REſpõdeo dicẽdo, quod religioſi ſibi non poſſunt recipere legata, cum ea ad eorũ cõuentus pertineant, vt patet ex ſuperioribus. Verum eſt tamẽ, quod cum licentia tacita, vel expreſſa ſuorum prælatorum ea recipere non eſt illicitum, non quoad proprietatem, cum ipſa remaneat apud conuentum, ſed quoad vſum, & quotidie fratribus hæc licẽtia tacite conceditur, quando ſcilicet ad prædicandum mittuntur ad aliquod oppidum, qui certã eleemoſynam tribuunt conuentui, & quod ſupereſt, pro ſuis neceſsitatibus ſubleuandis ipſis à Prælatis relinquitur: hęc enim poſſunt retinere ſcientibus & nõ cõtradicentibus prælatis, qui in hoc caſu tacite cenſentur i pſis licentia concedere iuxta Doctrinam Abbatis a & ſimiliter vbi ſciente prælato fratres recipiũt legata, tacite illis licentia conceſſa videtur, prout tradit in ſimili cum Doctoribus communiter Nauarrus b qui ait, quod etiam ſi peccet recipiendo legata ſine licentia prædicta tacita, vel expreſſa, receptio tamen valet, & ſtatim monaſterio acquiruntur, quod aliquibus probat iuridicis rationibus.

a Abb. in c. cum admonaſteriũ. n. 2 de ſtatu mona.
b Nau. in. c. nullam n. 32. & 33.

Neq; ijs obſtat Cõciliũ Tridentinũ c determinans quod nemini regularium tã viro rum, quã mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuſcunq; qualitatis fuerint, etiam quouismodo ab eis acquiſita tanquã propria, aut etiam nomine conuentus, poſſidere, vel tenere, ſed ſtatim ea ſuperiori tradantur, conuentuique incorporentur. Reſpondetur enim, quod non omnia, quæ ſacri canones diſponunt, ſubpœna peccati mortalis obligant, niſi ex verbis ipſorum ipſos ad peccatum mortale obligare clare colligatur, prout in Primo d tomo ſatiſdictum eſt, & ſic non erit peccatum mortale poſsidere ſupradicta de licentia prælatorum ſine eo, quod prius cõuentui incorporentur. Si contrariũ enim daremus, eſſet cõdemnare ad peccatum mortale omnes moniales, quæ nũquam ſuis ſuperioribus tradunt ea, quæ ex labore manuum ſuarum lucrantur, neque eſt intentio Concilij nouas obligationes addere antiquis, ſolum enim vult Concilium antiqua præcepta regulatibus impoſita ſeruari, vt ex eodem Concilio e ſatis patet, quæ ſeruant nor. habentes ſubditi proprium aliquid, niſi nomine conuentus & cum ſuorum prælatorum licentia, quod ex ijs, quæ in hoc tertio tomo in quæſtione de paupertate dicemus, clarius, patebit.

c Trid. ſeſ. 25. de regul. c. 2.
d 1. tomo. q. 6. art. 3.
e Trid. ſeſ. 25. c. 1.

ARTICVLVS V.

Quis prælatus poſsit licentiam eõcedere ſubdito, vt acceptet & diſpendat talia legata.

REſpõdeo dicẽdo, quod religioſus particularis nõ poteſt acceptare neque

reci

recipere legata sine licentia prælati conuentus, in quo habitat, at cum ipse de vno in alium conuentum cõtingat sæpe sæpius mutari, dubitatur quis prælatus ad expendenda ipsa legata licentiam concedere debeat, quando in singulos annos solui iubẽtur, & in vno anno moratur in vno monasterio, in alio vero in altero.

Pro cuius dubitationis resolutione ad distinctionem recurrere opus est, aliter enim iudicandum est, si loquamur de conuentibus bonorum in communi capacibus, aliter vero de incapacibus, & aliter sentiẽdũ quando legatum est vnum, licet indifferentibus annis eo fruatur, aliter vero quando legatum non est vnum, sed in singulis annis diuiditur, si enim legatum est vnum solum etiam si indistinctis annis debeat legatarius illo frui, velut si legetur vinea, aut annuus redditus, totum acquiritur conuẽtui, in quo religiosus legatarius quando acceptatur legatum, habet habitationem, & nihil ex eo acquiritur monasterijs, ad quæ legatarius postea ad habitandum mittitur, non enim conuentus capax bonorũ cui semel dominium huiusmodi legati est acquisitum debet ex mutatione legatarij ad aliud monasterium perdere proprietatem sibi acquisitam, quod in fratribus minoribus locum minimè habet, cum enim eorum monasteria sint omnino bonorum incapacia, possunt prælati superiores cum licentia syndici Apostolici, ea legata acceptata in vtilitatem non monasterij, in quo frater habitat, seu ad quod potest mutari, sed in vtilitatem totius prouinciæ, aut religionis conferre.

At si legatum annuatim diuiditur, velut si religioso fratri, quotannis centum ducati legarentur, per totam suam vitam, cum secundum ius reputentur tot esse legata, quot fuerint ipsius religiosi vitæ anni, tunc legatum annuum pertinet ad conuentum, in quo legatarius, vt subditus ipsius conuentus agit habitationem: in vnoquoque enim anno tale legatum de nouo fratri acquiritur, & per consequens acquiritur conuentui, in quo de nouo vixerit, & si fratri minori fuit huiusmodi legatum factum in singulos annos potest ipsum recipere dictus frater cum licentia prælati, in cuius conuentu fuerit habitator & cum diuersa sint legata, non puto sufficere licentiam vnius prouincialis ad ipsa expendenda per totam suam vitam, sed à successoribus talis licentia est confirmanda, contrarium tamen esse dicendum, si legatum esset vnum, vnius enim prouincialis licentia ad ipsam in pios vsus expendendam sufficeret, cum ipsa licentia sit data nomine officij, nisi à successoribus reuocetur, tunc enim ipsa reuocata alia de nouo debet impetrari iuxta constitutiones huius sacræ religionis.

a l. si in singulos. ff. de annuis legatis.

ARTICVLVS VI.

Vtrum prælati legata acceptata, & acquisita inuitis subditis, quibus facta fuerunt, possint in conuentuum necessitatibus consumere.

REspõdeo dicẽdo, quod videtur dicta legata necessario debere tradi ipsis fratribus, quibus fuerunt relicta pro eorum necessitatibus, hæc enim videtur esse mens testatoris, contra quam non potest aliquid disponi, vt dicitur in iure. *a*

Pro cõtraria tamen parte militat rigor religionis disponens quod religiosus nullum ius habet in prædictis rebus, neque in alijs, contra quem rigorem minime potest disponere testator, neque intentio dantis præsumitur esse, vt aliquid religioso acquiratur cum voti paupertatis transgressione prout Nicolaus III. *b* in simili casu disponit. Pro resolutione huius difficultatis est distinguendum de religionibus: quædam enim sunt, quæ in cõmuni possunt aliquid retinere, alia autem est, in qua neque in communi, nec in proprio potest aliquid haberi, vt est religio P. N. Francisci de obseruantia, prout dictum est in articulo primo huius quæstionis. In religionibus enim in quibus bona in communi haberi licet, vt primum aliquid legatur, aut datur alicui religioso ipsorum ipso facto Conuentus illud acquirit, & in eo incorporatur, contra quod ius nihil potest disponere testator, & per cõsequẽs prælatus inuito subdito potest ad libitum de tali legato in vtilitatem ipsius cõuentus disponere, neque per hoc obligatur ad aliquid dandum ipsi religioso subdito, solum enim ipsi tenetur in suis necessitatibus subuenire, sicut alijs subditis in necessitatibus tenetur

a l. nemo potest. ff. de legat. 3.

b c. exit, qui seminat. de verb. signi. lib. 6.

netur prouidere iuxta decretum Concilij Tridentini. c Itaque ratione dicti legati neque ſubdito aliquid nouius acquiritur, neque prælato erga ipſum ſubditum noua aliqua oblatio incumbit.

c Trid. ſeſ. 22. de regu. cap. 2.

At in religione minorum regularis obſeruantiæ particularis adeſt difficultas, in alijs enim religionibus, cum legatum aut donatio ſtatim conuentui acquirantur, & legans, aut donans ipſius dominium perdat, poteſt prælatus de eo liberè diſponere in nomine cõuentus: at in ordine minorum regularis obſeruantiæ, cum monaſterium ſit incapax cuiuſcunque dominij, & legans, aut donans remaneat Dominus nõ poteſt legatum, aut datum conſumi, niſi ſecundum ipſius dantis voluntatem, qui cũ expreſſerit, vt in neceſsitatibus religioſi particularis cõſumatur, videtur, quod prælatus minorum in alijs diſtinctis neceſsitatibus id expendere minime poſsit, contra enim voluntatem dantis expenderetur. Vt autem huic difficultati reſpondeam, ac eſpiat lector ſequentia dicta.

Primum dictum eſt, ſi legatum eſt pecuniarium, & religioſus cui factum eſt, habet aliquas neceſsitates præſentes, aut imminentes, neceſſarium in ipſis debet expendi ſecundum legantis intentionem. Pontifex enim, & Sedes Apoſtolica non ſibi reſeruauerunt pecuniæ legatæ, aut donatæ ipſis fratribus dominium, ſed ſemper apud dantem remanere decreuerunt, vt patet ex iure: d at his neceſsitatibus ceſſantibus, & ſatisfactis neceſsitatibus præſentibus, & imminentibus dicti legatarij, poteſt prælatus de reſiduo diſponere in conuentus neceſsitatibus, prælatus enim, & fratrum cõuentus idemet corpus myſticum reputantur. Vnde prouiſo conuentu prouidetur etiam ipſemet frater, cuius eſt membrum, hęc enim fuit voluntas ipſius teſtatoris, & dantis, vt legatum, & donatum in neceſsitatibus fratris ſecũdum ipſius ſtatum meliori modo, quo poſsit, expẽdatur. Aduertendum tamen quod modo in capitulo generali noſtræ ſacræ religionis celebrato Romæ de quo in quęſtione de paupertate faciemus mentionẽ per breue Martini V. & Pauli III. Iã ſi pecunia oblata pro neceſsitatibus fratrũ minorum quoad proprietatem non remanet apud dantem, in ſedem Apoſtolicam tranſfertur.

d c. exit, qui ſeminat, de verb. ſigni, Clem. exiit de paradiſ. eod. tit.

Secundum dictum, ſi legatum nõ eſt pecuniæ, ſed rei, qua ſecundum regulam B. P. N. Franciſci poteſt vti conuentus, cum in his rebus dans, & legans delinant eſſe Domini, & dominium ad ſedem trãſeat Apoſtolicam, & adminiſtratio ad prælatum, poteſt ipſe nihil dare fratri, cui fuerit factum legatum, ſi quidem, vt dictum eſt, frater, cui fuerit factum legatum, nihil iuris in eo habet, neque habere poſsit, ratione igitur talis legati, aut donationis, & nihil amplius prælatus obligatur quam ad prouidendum dicto religioſo, ſicut alijs ſubditis tenetur prouidere.

Tertium dictum eſt, quod fratribus minoribus in his legatis expẽdẽdis maior debet adeſſe proprietatis abdicatio, cum altiſsimam profeſsi ſint paupertatem, & ita dicta legata cum prælati licentia reponi debent apud ſyndicum, vt in neceſsitatibus præſentibus, & imminentibus expendatur: neque ipſe frater, cui factum eſt legatũ poteſt ſecundum ſuæ regulæ puritatem ſe intromittere comparendo in iudicio, nec alio modo petẽdo ipſum legatum, tanquã debitum Ciuile ipſi, aut conuentui appropriatum, prout dictum eſt in ſuperioribus hoc enim ad dictum ſyndicum nomine ſedis Apoſtolicæ ſpectat. Nec ſubditus, aut Dominus poteſt ad libitum de ipſo diſponere, ſed ſolum voluntatem prælati regulam quam profeſsi ſunt, regulatam.

e Sup. q. 76 in 2. tom.

ARTICVLVS VII.

Vtrum legatum religioſo particulari relictum ad pias cauſas cenſeatur.

REſpondeo dicendo, quod relicta fratribus ad ſua ſtudia, & ad alias neceſsitates etiã inter legata ad opera pia connumerantur, prout aduertunt Baldus, a & Panormitanus, quod intelligitur, quãdo titulo pietatis relinquuntur, & propter Deum, non autem quando amore ſanguinis, aut naturali, inter relicta autem ad pias cauſas talia legata cõnumerari maxime intereſt propter magna priuilegia, quæ cauſæ piæ à iure Ciuili, & Canonico habent iuxta ea, quæ latiſsime tradit doctiſſimus Tiraquelus b 167.

a Bald. in l. 1. col. 4. ver. circa perſonã C. de ſacroſan. Eccleſ. Panor. in Rubr. de teſtament. b Tiraq. in tract. de priuil. cauſ. piç

priuilegia connumerans.

ART.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum legato relicto monasterio possint testamentarij aliquid amplius eidem monasterio applicare exoperibus pijs ipsius testatoris diuidendis.

REspondeo dicēdo, quod si quis alicui monasterio, vel personæ centum aureos relinquat, & iubeat in suo testamento multa bona expendi in opera pia, non potest testamētarius illi monasterio, aut personæ in Hispania aliquid amplius de illius bonis donare, vt in quadam lege *a* partitarum ordinatur, quam legem ex sententia peritorum ait Henriquez *b* in vtroque foro obligare, & sic limitanda sunt ea, quæ tradit Nauarrus *c* dicens, quod restituenda pauperibus possunt restitui Ecclesijs, aut monasterijs.

a l. 3. tit. 10. par. 6.
b Henri. li. 7. de indul. c. 23. in fin.
c Nauar. in man. ca. 26. nu. 29.

ARTICVLVS IX.

Vtrum legata monasterio in certum vsum possit sublato scandalo prælatus commutare in alium vsum magis necessarium.

REspondeo dicendo, quod Sixtus IIII cōcessit, *q prælati ordinis minorū possint commutare legata facta locis nostris ad vnum vsum in alium sine scandalo tamen illorum, ad quos solutio talium legatorum pertinet.* Ita habetur in monumentis *a* ordinum, & in supplemento. *Et Leo X. ampliando dictā gratiā Sixti cōcessit, quod simili modo possint dicti prælati facere in rebus donatis per viuentes, si tamē vt dictū est, nō sequatur scandalū.* Ita habetur in supplemento. *b* Et idem, Leo X. *anno Dñi millesimo quingentesimo vigesimo nono fratribus minoribus regularis abseruātiæ, & monialibus ordinis sanctæ Clarę, ac tertiarijs ordinis S. Frācisci de pœnitentia nūcupatis concessit bona immobilia alienare, & permutare de cōsensu duarum partiū conuentuum, quorum dicta bona fuerint, ac de consensu maioris partis eorundem, etiam vltra triennii locare vltimis testatorum voluntatibus non obstantibus, dū modo ad id in cōuentuū, & monasteriorum ipsorum euidentē vtilitatem cedere dignoscant insuper locationes in præiudiciū domorū, & monasteriorū ipsorū factas retracta re.* Ita Paraselus *c* in collectione priuilegiorum ab ipso facta, per quod priuilegiū tenet Henriquez, *d* quod possunt prælati bona vnius monasterij transferre in aliud indigens. Et secundum ius commune prouinciales, non obstantibus vltimis voluntatibus possunt facere commutationes: ait enim Tridentinum, in commutationibus vltimarum voluntatum quæ non nisi ex iusta, & necessaria causa fieri debent Episcopi tanquam delegati Sedis Apostolicæ summariè, & extraiudicialiter cognoscāt, nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, priusquam cōmutationes prædictæ executioni mandentur. Ita Capucinus *f* in additionibus ad cōpendium mendicantium. Sed fallitur, solus enim Papa potest vltimam testatoris voluntatem alterare vt dicitur in iure *g* quod tacit non potestate ordinaria, sed de plenitudine potestatis, quæ commutatio non potest fieri nisi adsit iusta causa quæ priusquam fiat debet summarie & extraiudicialiter ab Episcopo cognosci de veritate supplicæ, & hoc tantum ordinauit Concilium Tridentinum prout aduertit Spino. *h* Verum est tamen quod possunt testamentarij cum consilio & licentia Episcopi commutare vnum legatum in aliud iusta id causa postulante, prout articulo sequenti dicetur, at hoc non possunt facere cum Consilio prouincialium vt in eodem articulo declarabitur.

c Paraſel. fol. 80.
d Henri li. 7. de indul. c. 22. in fin.
e Trid. ſeſſ. 22. ca. 6. de reform.
f Capuci. tit. cōmutare.
g Clemen. quia contin gitde relig. domib.
h Spinus in ſpecul. teſt. 1. par. rubr. nu. 24.

a In 1. imp. fol. 62. & in 2. fo. 66. cōce. 95. & in ſupp. fo. 95. conceſ. 317.
b Supp. fo. 93. cōc. 293.

(?)

ARTICVLVS X.

Vtrum legatũ, vt monasteriũ in certo loco construatur, sit caducum, si in tali loco non possit construi.

RESpondeo dicendo, quod testatore mandante monasterium construi in certo loco, vbi construi non potest arbitrio executoris & Episcopi, alibi construendum est, quod notant communiter Doctores. *a* Pro quo facit textus *b* insignis, ex quo probatur quod pecunia legata ciuitati ad spectaculum, quod in ea fieri minime licebat adhibito consilio hæredũ, & primorum ciuitatis in aliam rem cõuerti debet: ad idẽ est notabilis decisio cuiusdam Authenticæ *c* vbi si testator aliquẽ è Sanctis hæredem instituerit, aut legatum ei reliquerit, eiusque sancti nullum oratorium in ea vrbe, neque in eo territorio inueniatur, legatum debetur Ecclesiæ ciuitatis, in qua testator domicilium habuit, quẽ textum commendant Iason, *d* & Baldus ad hoc aliqua inde inferentes, & hanc opinionem sequitur doctissimus Couarruuias.

Aduertendum tamen, quod non poterunt executores testamenti hoc legatum commutare cum consilio prouincialis, in cuius prouincia monasterium est ædificandum, hoc enim conceditur Episcopis, tanquam executoribus vltimarum voluntatũ secundum ordinem iuris *e* cuius modi nõ sunt secundum ius prouinciales regulariũ etiam si suis prouincijs fiant dicta legata, quæ propter aliquod impedimentum non possunt cõmode, & opportune executioni mandari: & ideo impetrata fuerunt priuilegia, de quibus in articulo superiori vt scilicet non obstantibus vltimis voluntatibus id efficere possent ad modum, qui in dictis concessionibus continetur.

a Doct. in 3 de testam.
b l. legatũ ff. de vsufr. lega.
c Auth. de Eccles. titu. §. si quis in nomine magni Dei collatione. 9.
d Ias. in. §. ex beneficij institu. de action. n. 45 Bald. in l. si quis ad declinandum C. de Epis. & cleri. co. 4. Cou. inc. 3. de test. n. 8.
e d. ca. 3. de testamen.

ARTICVLVS XI.

Testator dicit, relinquo talẽ fundũ, vt ex ipso fratres talis monasterij festũ sanctæ cõceptionis pro anima mea quolibet anno celebrent. Quæritur, vtrũ hæres satisfaciat soluẽdo sumptus prædicti festi retinendo fundum, & quod superest ex fructibus ipsius.

RESpondeo dicendo, quod si tale legatum relinquatur religioni capaci proprietatis in communi proprietas dicti fundi ad fratres dictæ religionis pertinet, nam si voluit, qui legauit quod fratres vsum haberent, quatenus ad sumptus festi, & non vltra deberet aliter dicere, & nõ se explicando, verba eius sunt ciuiliter, & iuridice explicanda, & secundum latam significationem accipienda, vt in quadam lege *a* probatur, per quam & alia iura ita tenent Cinus, *b* & Baldus, quos citat, & sequitur Ioannes Lupus. Quod si dixerit, cõcedo talibus religiosis ad vsum tale prædium, proprietas quoque concessa intelligitur, & ad hoc videtur textus *c* quasi expressus. Vbi probatur, quod si aliquis dixerit, dari volo prædia mea ad hoc, vt quicũq; viuẽte me libertatem acceperunt, eis constituantur prædia, cibarij, & vestuarij nomine intelliguntur relicta, vt pleno iure ea habeant; & ita hanc opinionem defendit Salazar, *d*

Loquendo autem de fratribus minoribus, si ipsis relinquatur huiusmodi legatũ, cum sint incapaces proprietatis etiam in communi; & etiã reddituum annualium, vt habetur in iure *e* hoc legatum debet interpretari eo modo, quo potest secundum ius valere, vt scilicet intelligatur ipsis tantum esse relictum id, quod pro celebranda festiuitate est necessarium, reliquum autẽ cum proprietate fundi apud hæredem debet remanere,

a l. si alij ff. de vsufruc. legat.
b Cinus & Bald. in l. si prædiũ C. de iuredot. Lup⁹ de donatio inter virum & vxorem. §. 7
c l. alimentis. ff. de alimẽt. & cibarijs legatis.
d Salaza. de vsu & consuet. ca. 1. n. 27.
e l. exit de verb. signi.

QVÆSTIO. CXXVI.

De legatis factis fratribus minoribus gularibus obseruantiæ in sex articulos diuisa.

Circa quam quæruntur sex.

1 *Vtrũ fratrib⁹ minorib⁹ regularis obseruantiæ possint aliqua legari.*

2 *Vtrum*

2 *Vtrum fratribus minoribus possint legari annui redditus.*

3 *Vtrum fratribus minoribus possint legari annui reditus ad modicum tempus.*

4 *Vtrum legatum annuum relictum dictis fratribus sit validum, ita vt licet non possit peti in iudicio saltem in foro conscientiæ hæres ad id soluendum teneatur.*

5 *Vtrum annuus redditus promissus vel legatus monasterio fratrum minorum de obseruantia pro fabrica, vino, cera, & oleo, & pro celebratione missarum sit validus.*

6 *Vtrum prælati possint facere compositionem super his annuis legatis.*

ARTICVLVS I.

Vtrum fratribus minoribus regularis obseruantiæ possint aliqua legari.

Respõdeo dicẽdo, quod quia quandoque fratribus potest legari pecunia, quandoque immobilia, quandoque alia, quæ vsu consumuntur, & quandoque aliquid annuum, de singulis breuiter dicam.

Quando ergo pecunia legatur, licet tale legatum non valere videatur, cũ in regula fratrum minorum sit expressum, vt fratres nullo modo per se, neque per interpositam personam denarios, vel pecuniam recipiant Nicolaus *a* tamen III. talia legata valere declarauit, modo per amicos spirituales in fratrum necessitates conuertantur, prout in eleemosynis pecuniarijs, quæ viuentibus largiuntur, fieri potest & quod sint in quantitate moderata, & non in fraudem paupertatis, vt ait Clemens V. *b* quæ moderata quantitas ab ipsa præsenti, vel imminenti necessitate metietur, & à ministris, & custodibus simul, & seorsum in suis administrationibus iudicabitur, ita vt semper in eis sancta elucescat paupertas, vt etiam Nicolaus III. ordinauit, & sic guardianus, & conuentus non poterunt determiniare, quæ sit quantitas moderata, ex quibus affirmat Bartolus *d* quod superfluum quãtitatis moderatæ relictum fratres neque poterunt, neque exigere debent, donec de proximo noua emergat necessitas, quæ per ipsum residuum debeat subleuari, prout explicat Baldus *e* quo casu eleemosynaliter tantum illud residuum est petendum, & si aliquod legatum eis fuerit relictum ad certam causam, vt puta pro induendis fratribus, & huiusmodi, & ad hoc non fuerit necessaria tota pecunia legata, dicit Bartolus *f* quod hoc in legatis non reperitur expressum, sicut in eleemosyna oblata inter viuos vbi siquid de ipsa pecunia habita expleta determinata necessitate supersit, non potest in aliam necessitatem expendi, nisi pecuniæ Dominus consentiat, alias ei restituetur, vt Nicolaus III. ordinauit. Ex quo videtur etiam dicendum, quod residuum legati remanere debet apud hæredem si rogatus à fratribus consentire noluerit, quod in aliam necessitatem expendatur: attamen in contrarium est veritas, nam licet ille, qui pecuniam dedit, possit illam, dum viuit, reuocare, & repetere, dum expensa non est: hoc tamen hæredibus non permittitur â iure *h* respectu residui pecuniæ legatæ, & hoc videtur declarari in dicta decretali *i* Nicolai III. ex qua concludit Bartolus, quod si causa propter quam legata est pecunia, sit finita residuum expendetur in aliam necessitatem præsentem, vel eminentem. Quam opinionem sequuntur Ancharranus, *k* & Serena conscientia, non enim debet hoc accrescere hæredi, sed pro defuncti anima authoritate ordinarij in aliam fratrum necessitatem conuerti argumento eorum, quæ in iure *l* notantur, & idem dicendum est, quando legatum est relictum pro aliqua determinata causa, seu necessitate, quæ licet tunc non adsit in aliã tamen autoritate ordinarij potest causam, seu necessitatem commutari. Quæ modo â fortiori procedunt cum secundum determinationem Martini Quinti, & Pauli Quarti, pecunia fratribus oblata in dominium transeat sedis Apostolicæ.

Quod si res legata sit mobilis, & in propria specie ab ipsis fratribus vtibilis, vt est frumentũ, oleũ, lana, & huiusmodi, licite â fratribus poterit, si ea indigeãt, acceptari, sicut & quęcũq; alia eleemosyna nõ pecunia ria,

a ca. exit. §. 7. de verb. sig. lib. 6.

b Clem. exiuit de paradyso de v. signif.

c d. c. exit. § insuper. nec vtensilia.

d Barto. in tract. Minoritarum li. 2 dist. 1. c. 3.

e Bal. cõs. 22

f Barto. vbi sup. c. 2.

g D. c. exijt §. quia vero puritatem.

h l. 3. ff. de seruis exporran.

i c. exi. §. in eo vero casu.

K Anchar. in d. Clem. exinit Sere. consc. q. 18.

l l. legatum ff. de vsufr. leg. l. fi. ff. d operibus publi.

ria, quæ â fratribus mendicatur, ſi ipſis liberaliter offertur.

Si vero fratribus legentur res immobiles, vt ſunt domus, ager, & vinea, &c. ſi in legando teſtator modum congruum expreſſerit, vt ſcilicet per perſonas idoneas diſtrahantur, & earum pecunia in ædificijs, & alijs neceſsitatibus fratrum cõuertatur, tunc bene poterunt huiuſmodi legata â fratribus acceptari eo modo quo pecunia legata acceptatur, & idem eſt dicendum, vbi indifferenter ſine vlla expreſsione alicuius modi ſeu cauſæ huiuſmodi legata ipſis fratribus fuerint relicta, tunc enim modo congruo, & fratribus licito relicta intelliguntur, vt Nicolaus III. *m* determinat, quod ſi modus congruus à teſtatore fuerit expreſſus, vide, quid determinet idem Nicolaus, ait enim quod ſi teſtator modum exprimat, in legãdo ſecundum quem fratribus eorum inſpecta conditione non liceret recipere, vt ſi legaret fratribus vineam vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel ſimilia verba in ſimilibus proferret, quod tunc in tali legato, & eius receptio per omnem modum fratres abſtineant. Hæc Nicolaus. In tantum hoc verum eſt, vt nec dum talia legata fratres recipere poſſunt, verum etiam vt annotauit Bartolus *o* nec poterunt æſtimationem recipere, nam modus vnus recipiendi legatum eſt æſtimationem recipere, prout in multis legibus *p* notatur, & concordant Baldus, Ancharranus & Serena conſcientia.

Sed eſt aduertendum, quod quando huiuſmodi incongruitas non prouenit ratione ſtatus, & conditionis fratrum generaliter (vt erat illud de vinea ad excolendũ) ſed potius alicuius fratris particularis (putà ſi religioſo laicõ eſſent relicti libri miſſale, vel ſimile) tũc ſecũdum iura omnis tollitur delegatis impoſsibilitas, vt leges *q* determinant, & debet tranſmutari in aliũ modum poſsibilem, vt in quadam lege *r* decernitur: ſed vt clarius patefiat, exẽplo illud illuſtrari oportet, ſi legetur fratribus Minoribus vinea ad excolendum, vel tanta pecunia, vt ex ea emant paramenta vel alia ſuperflua pro ſeruitio Eccleſiæ, & cætera huiuſmodi, tale legatum nullo modo valet, quia hæc ſuperflua habere ſtatui, & regulæ fratrum minorum repugnat: ſi vero aliqua pecuniæ quantitas legetur pro aliquibus rebus licitis, quibus tamen fratres non egeant, tenet legatum, non enim expreſsit teſtator modum illicitum ex ipſa regula, ſed ex eo tantum illicitum, quia prædictis rebus fratres non indigent, quo caſu ſecundum iura allegata tollitur impoſsibilitas â legato, & commutatur in alias fratrum neceſsitates, & idem tenent aliqui eſſe dicendum, cum aliquod relinquitur fratribus ædificium, ſeu fundus pro conuentu verbi gratia, conſtruendo ipſis fratribus, licet enim fratres non indigeant conuentu, quia iam illud habent, hic tamen talis modus impoſsibilis in aliã commutabitur cauſam fratribus neceſſariam, vt memoria, & voluntas diffuncti ſeruetur, & animæ eius prouideatur argumento cuiuſdam legis. *s* Neque enim hic modus expreſſus in legato continet impoſsibilitatem ratione ſtatus & regulæ fratrum minorum, cum poſsint fratres habere loca huiuſmodi, ſed continet impoſsibilitatem ex eo, quod fratres habent locum, & non indigent alio, & ideo in aliam ipſorũ fratrum commutabitur neceſsitatem. Hęc autem commutatio fiet per teſtamẽtarios, & Epiſcopum iuxta ea, quæ cum Couarruuias *t* late in ſuperioribus diximus.

m d c. exit §. ad hæc.

o Bart. d. li. 2. diſt. c. 1.

p l. ſi dom⁹ §. qui confitetur. ff. de leg. 1. l. non dubio §. fi. ff. de lega. 3. Bald. in aut. ingreſſi. C. de sacroſan. Eccleſ. Anchar. in d. Clem. exiuit Sere. cõſcien. q. 22. ql. obtinuit de cõdit. & demonſtra. l. reprehen. C. de conſti. & ſubſtitu. rl. legati. ff. de vſufruc. lega.

s l. legatum ff. de vſufr. leg.

t Præc. art. 10.

ARTICVLVS II.

Vtrum fratribus minoribus poſsint legari annui redditus.

REſpondeo dicendo, quod fratres minores nullum ius habent, neque actionem ad petendum ſingulis annis aliquid annuum, aut ſit debitum ratione contractus inter viuos, aut ratione cauſæ mortis, aut vltima voluntate legatum, cum huius iuris, & actionis ſint omnino incapaces, ſicut ſunt incapaces cuiuſcunque proprietatis, & expreſſe determinatum eſt in quadam Clementina *a* & in quodam capitulo generali Burgi celebrato anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertiõ hoc obſeruari præceptum eſt. Et in capitulo generali Aſſiſij celebrato anno Dñi milleſimo quingẽteſimo vigeſimo ſexto, & in ordinationibus generalibus Toletanis hoc modo eſt

a Clemen. exiuit de Parady. §. cũque annui redditus de ver. ſig.

eſt innouatum, adeo eſt hoc verum, vt dicat Fulgoſius *b* illicitum eſſe fratribus minoribus hos annuos redditus recipere, etiam ſi ipſi minimæ ſint quantitatis, & hoc fuit determinatum per ſententiam diffinitiuam anno Domini milleſimo trecenteſimo duodecimo, prout tradunt firmamentum *c* trium ordinum & Aluarus ſuper regulam fratrum minorum.

b Fulg. diſp. 104. Titius condidit.

c Firm. 1. p. fo. 23. Aluarus lib. 2. c. 67.

Inſuper etiam ſi ſecundum Panormitanum, *d* & plures, quos refert, & ſequitur Tiraquellus quando per decem annos liberè aliquid Eccleſiæ ſoluitur, aut piæ cauſæ introducitur conſuetudo, id ipſum in futurum ſoluendi etiam ſi neque titulus, neque aliud ius allegetur, & probetur, non tamen hoc habet locum in huiuſmodi cenſibus ſolitis ſolui per vjã eleemoſynæ fratribus minoribus etiem per centum annos continuos, ex tali enim ſic continuata præſtatione nullum ius neque poſſeſsio ipſis fratribus acquiritur, cum omnino ſint talis iuris incapaces prout conſuluit Baldus *e* ſed hoc infra articulo quarto latius explicabitur.

d Panor. in c. veniẽs el 1. in. 4 nota bili. pertex. ibi extra de teſtibus Tiraq. de præſcriptio. §. 1 gloſ. 4. ver.

e Bald. cõſ. 277. in quadam libr. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum fratribus minoribus poſſint legari annui redditus ad modicum tempus.

REſpondeo dicendo, quoſdam tenere annuos redditus ad certum breue tempus poſſe fratribus minoribus regularis obſeruantiæ legeri: & ratio ipſorum eſt, quia fratres minores non poſſunt habere immobilia, & annui redditus ad breue tempus legati inter immobilia minimè computantur ſecundum Federicum *a* de Senis, quem ſequitur Baldud.

a Feder. cõ. 14. Bald. in l. hac edict. li. §. is illud C. de ſecundis nup.

Marianus Soccinus *b* aliter progreditur: diſputans enim, vtrum annui redditus computentur inter immobilia, dicit, quod aut nos conſideramus intrinſecam, & propriam naturam ipſorum annuorum reddituum, & hoc caſu dicit non eſſe iudicandos bona mobilia, aut immobilia, quia mobilia, & immobilia proprie tangi, & palpari poſſunt de loco ad locum, & tam ipſa quam immobilia circunſcribuntur loco, quod non contingit in annuis redditibus. Præterea ad annuos redditus ſolum competit actio, & quod tali modo debetur, dicit nomen debitoris, ſed proprie actiones, & nomina debitorum non reputantur mobilia, & immobilia, & ideo ſi ſimus in materia indifferenti, in qua non ſit neceſſarium tractare, & applicare, annuos redditus ad materiam, de qua agitur, annui redditus non venient, & ſic non venient in legato mobilium, aut immobilium argumento cuiuſdam legis *c* aut ſumus in materia, in qua neceſſarium eſt tractare de nominibus debitorum, & de annuis redditibus, vt applicentur ad aliquam ſpeciem mobilium, vel immobilium. Illuſtratur hoc exemplo, deſumpto ab alienatione fienda requirente à iure certas ſolennitates in rebus Eccleſiæ & minorum, in hoc caſu, aut loquimur de actionibus ſimpliciter, non competentibus ad annuos redditus, & ſi tales competunt, pro rebus mobilibus reputantur mobiles, ſi vero competunt pro rebus immobilibus iudicantur immobiles, & ita procedit, quod notat Bartolus, *d* & Petrus de Ancharranus, & Ioannes de Imola, aut loqnimur de actionibus competentibus ad annuos redditus, & hoc caſu aut ſunt perpetui, vel ad longum tempus, vel ad modicum tempus. Primo caſu computantur inter immobilia, & ideo ſolennitates, quæ requiruntur in alienatione rerum Eccleſiaſticarum, vel minorum, requiruntur etiam in dicta alienatione reddituum annuorum iuxta quandam legem *e* & idem eſt in ſecundo caſu, quando ſcilicet annui redditus ſunt ad longum tempus, quando vero annui redditus ſunt ad modicum tempus, tunc ſub diſtinctione eſt loquendum, quod aut eadem ratio prohibitionis vendicat ſibi locum in ipſis annuis redditibus ad modicum tempus, & tales annui redditus computantur etiam inter immobilia, & ſic ſunt prohibiti fratribus minoribus. Pro quo facit, quod voluit Bartolus *f* in tractatu minoritatum concludens, quod Clementina exiuit, verſiculo, vt cumque, annui redditus vendicat ſibi locum, etiam ſi debeatur aliquid nocturnum, vel diurnum, & idem Bartolus *g* in dicto tra-

b Socci. in tra. deobla. lib 8. nu. 30 vſque ad n. 39.

c l. ſi. ff. quotum legato

d Bar. in l. pupilli. ff. de actio. tutorũ, & cõſi 134. reuerendiſsimæ Domine Anchar. & Imol. in ca. nulli. de rebus Eccleſ. non aliena. e l. iubemꝰ C. de ſacro ſan. Eccle.

f Bart. lib. 2 diſt. 6. ca. 1.

g Bart. vbi ſup c. 2.

ſtatu ait, quod idē eſt, ſi deberetur, vſque ad certum tempus, cum hoc videatur ſtatui, & regulæ fratrum minorum repugnare, & idem confirmatur per ea, quæ tradit Baldus *h* facit etiam pro hac parte, nam vbi eſt eadem ratio, eadem erit diſpoſitio, vt eſt vulgatum in iure *i* ſi vero alia ratio concluderet, magis in annuis redditibus ad modicum tempus, quam in bonis immobilibus, tūc tales annui redditus non computantur, inter immobilia, & ita procedit, quod conſuluit Federicus *k* de Senis.

h Bald. in Aut. ingreſſi. C. de ſacroſan. Eccle. col. 11. ver. prima eſt iſta.

i l. illud. ff. ad l. Aquil.

k Feder. d. Conſi. 14.

ARTICVLVS IIII.

Vtrū legatum annuum relictum dictis fratribus minoribus ſit validū ita vt licet nō poſsit peti in iudicio ſaltem in foro conſcientiæ hæres ad id ſoluendum teneatur.

REſpondeo dicendo, quod non eſt minima difficultas, & opinionum diuerſitas, an ſcilicet ſit validum legatum, aut fideicommiſſum annuum relictū fratribus minoribus, ita, vt hæres in foro conſcientiæ ad id ſoluendum omnino teneatur, adimplendo voluntatem teſtatoris, etiam ſi dicti fratres minores nullam actionem, & ius ad ea petenda in iudicio habeant, cuius dubij inueſtigatio, & reſolutio non minimam, ſed magnam ſecum affert vtilitatem, ſi enim dictum legatum, & fideicomiſſum eſt omnino inualidum hæres ipſum neque in foro cōſcientiæ, neque in foro exteriori ſoluere tenebitur: at ſi in ſe validum eſt ad ipſum ſoluendum ſingulis annis ſub pœna peccati mortalis in foro conſcientiæ aſtringetur etiam ſi à fratribus minime petatur, & per cōſequēs poteſt compelli in foro exteriori ab Epiſcopo ipſum ſoluere, cum ad ipſum ex officio ſpectet teſtatoris voluntatem adimplere, quod ipſum poterunt alij iudices, ad quos de iure ſpectat vltimas voluntates facere, executioni mandari.

Et pro parte negatiua facit quædam decretalis *a* in qua decernitur prædictos fratres eſſe omnino incapaces talium legatorum, & per conſequens ipſis ea minime legari poſſe. Nec ſufficit dicere, ꝙ licet ipſi ad petendum dictos annuos reditus nullum ius habeant, hæredes tamen adeos ſoluendos teneantur, ſicut ad ſoluendum alia particularia legata aſtringuntur. Nam reſpondetur, quod plus voluit dicere Clemens V. in dicta decretali reſpectu annuorum reddituum, quam reſpectu legatorum particularium, & ſic videtur neceſſario dicendum, quod non ſolum non poſſunt religioſi minores dictos annuos redditus petere, ſed quod etiam legata ipſorum ſunt inualida, alias nullam poneret differentiam inter annuos redditus, & alia legata particularia, & ſic per hæc argumenta tenet Nauarrus, *b* quod in foro cōſcientiæ talia legata minime debentur. Quod confirmat in hunc modum; tum quia relictum incapaci à teſtatore prō non ſcripto habetur in iure, *c* tum quia non obſtat lex *d* quædam determinans, quod relictū alicui, qui ſine ſuo delicto eſt eius incapax, debetur quantum ad æſtimationē, & præfati fratres abſque ſuo delicto ſunt incapaces præfati legati, non inquam, hoc obſtat, quia illud procedit quando ſimpliciter aliquis fit incapax, & non cum adiectione, quod ſcilicet nullo modo capere poſsit, prout innuitur in ipſa Decretali, *e* & clare affirmat Bartolus.

Sed pro contraria parte, quod ſcilicet ſit validum tale legatum facit, nam ſecundum ius *f* ciuile hoc legatum annuum nihil aliud eſt, quam multa legata multiplicata, & ſic debet conſiderari capacitas legatarij pro ſingulis annis. Vnde ſequitur, quod ſicut poteſt teſtator quod dam particulare legatum pro vno anno relinquere fratribus minoribus: ita poterit diſponere vt in altero, & altero anno & ſic de ſingulis annuatim ſoluatur. Et certē videtur durum, quod illud, quod teſtator poteſt facere, & quotidie facit in vita dando quotannis certam eleemoſynam fratribus minoribus non poſsit facere, vt poſt mortem ſuam id ipſum fratribus minoribus largiatur, præſertim cum ſit ordinarium id quotidie fieri, vt patet in iure, *g* vnde pro reſolutione dico, quod legatum annuum, relictum monaſterio Diui Franciſci de obſeruantia in ſtipendium miſſarum, & officiorum diuinorum celebrandorum tenentur ſoluere hæredes, & teſtamentarij, hoc

a Clem. exiuit, §. cū annui reddit. de ver. ſig.

b Nau. li. 3. conſ. tit. de teſtamē. cō ſi. 14. nu. 8. cl. ſi in me tal. ff. de ijs quæ pro nō ſcrip. habē tur.

d l. idem Iulianus. §. fi. cū ſeq. ff. de lega. 1. e d. §. ceterum Bar. in tract. minori lib. 2. d. 2 c. 1.

f l. cū in ſingulos ff. de annuis leg.

g lex Seio. §. medico, & §. fi. ff. d annuis legat. l. ſi cui annuū. Titia. §. qui Marco eodem titu.

hoc enim nihil aliud eſt, niſi iubere dictas miſſas, & officia celebrari & ſacrificia offerri, & ſtipendia pro his debita perſolui, & ſic tale legatum non reputatur, vt legatum fratribus factum, ſed vt ſtipẽdium debitum pro celebratione miſſarum, & diuinorum officiorum, prout optimè aduertit Syluester *b* cuius verba hic referam.

h Syl. uit. legatũ. 2. §. 4.

Tertium Petrus de Palude ordinis prædicatorum in Epiſtola ad magiſtrũ eiuſdẽ ordinis loquendo de dicto ordine (ſcilicet minorum, de quo ſupra dixerat) de anniuerſarij perpetui ſic dicit, ſicut non eſt contra ordinẽ, imo de ordine recipere quotidianas eleemoſynas: ita etiã anniuerſaria perpetua, neque hoc eſt habere reditus recipiendo gratis, & petendo extra iudicium, neque eſt in hoc neceſſaria diſpenſatio, ſicut nec in quotidie mendicãdo. ſed petere illa in iudicio, tanquam reditus ſic debitos, non licet abſque diſpenſatione quæ fieri nõ debet, neq; illud diſſimulari, niſi ex cauſa neceſſitatis, puta in locis, vbi ita charitas refrixit quod fratres ſeminantes ſpiritualia nõ poſſunt aliter metere corporalia. Hæc ille, addens idem eſſe de cenſibus annuis, & redditibus fratrum ad vitam, & cõcordat Archidiaconus, & Pharinerius ordinis minorum generalis in conſtitutione dicens, quod nõ licet fratribus inducere aliquem ad talia legata facienda, quod ſi facta fuerint, in iudicio nõ petant, quaſi innuens, quod extra iudicium per modum eleemoſynæ peti poſſunt.

Ex his ſumma Roſella infert, quod annuum prouentum locorum poſſeſſionis, vel huiuſmodi non licet minoribus etiam extra iudicium exigere, ſed recipere ſponte oblatum, ſed per exactionem ſi intelligit compulſionem ad dandum, nihil eſt, quod dicitur, quia hoc extra iudicium non fit, niſi per violẽtiam: ſi vero intellexit petitionem, dico, quod hoc poſſunt ſecundũ ſummã Angelicã, licet is, qui eſt daturus ad hoc conſcientia teneatur, ſicut poſſunt petere eleemoſynam ab eo, qui ad eã tenetur ratione ſuperfluitatis. Hæc doctiſſimus Syluester.

Deinde probatur hæc opinio, & noſtra ſententia ex argumento ad hominẽm contra Nauarrum *i* tenentem, quod hæredes teſtatoris inſtituentes Capellanias, tenentur mandare, dicere Miſſas, & celebrare diuina officia, ad quæ intendebat ipſos fratres Minores, in quorum Monaſterijs mãdauit capellanias fundare, obligare, & perconſequens quod tenentur ſoluere ſtipendia pro ea celebratione relicta. Vnde cum teneantur ipſa ſoluere ſtipendia, ego non video, qua ratione poſsit negari ipſos fratres poſſe dicta ſtipendia recipere, ſicut alij religioſi, & Eccleſiaſtici ea recipere poſſunt, licet enim ad petendum in iudicio ſint incapaces, ad recipiendum tamen illud, quod ſibi ipſis in foro conſcientiæ debetur, nõ video in eis aliquam incapacitatem, ſicut quando petunt eleemoſynam ab eo, qui tenetur illam dare ratione ſuperfluitatis poſſunt ipſam recipere, licet debitam.

i Nauar. de oratio. ca. 5. n. 3 & lib. 3 conſ. tit. de teſt. cõſ. 14. n. 9. & 10.

Denique ego in ea ſum opinione, vt alia legata valida iudicẽ, & ea in foro conſcientiæ ſecundum mentem teſtatoris neceſſario debere ſolui à teſtamentarijs, prout tenet Syluester, *K* & opinio Cordubæ ſuper Regulam fratrum Minorum, licet ex incapacitate fratrum ipſi ea in iudicio petere minimè poſsint. Neque eſt abſurdum, quod fratres in foro exteriori non poſsint petere dicta legata, & quod teſtamentarij in foro conſcientiæ ea ſoluere teneantur. Nam ſicut in diuinis non implicat, quod relatio Dei ad creaturas ex parte creaturarum ſit realis, cum ipſæ in freni, & conſeruari à Deo Optimo Maximo pẽdeant, ex parte verò Dei ſit rationis, cum ipſe ſit incapax propter ſuam infinitam

K Sylu. vbi ſup. Cor. ſuper Reg. fratr. Mi c. q. 11. fol. 191. pag. 1.

perfectionem relationis realis ex tempore: ita in præsentiarum nõ repugnat, quod sit obligatio in foro conscientiæ ex parte hæredum adsoluendum dicta stipendia, & quod fratribus Minoribus propter suam maximam paupertatis perfectionem nullum ius ex tali obligatione ad petendum in iudicio nascatur. Deinde hæc veritas patefit ex doctrina doctissimorum virorum quos refert Couarruuias *l* tenentiũ quod legata in minus solenni testamento in animæ iudicio sunt soluenda ab hærede qui certo scit eam fuisse voluntatem defuncti vt prædicta legata soluerentur licèt in foro exteriori hæres ad talium legatorum solutionem non teneatur. *m*

l Coua. in c. cũ esses n. 4 de testam.

m L. si in metallũ, ff. de ijs, quæ pro nõ scri. habentur,

Neque argumentum Nauarri, quod relictum omninõ incapaci pro nõ scripto habetur, vrget, cùm iura in superioribus allegata id probantia loquantur de incapacibus ratione alicuius dilecti ab ipsis cõmissi, vt sunt in metallum damnati: at fratres Minores non sunt omnino incapaces ratione alicuius delicti ab ipsis commissi, sed ratione status Regularis ab ipsis propter Deum assumpti, quos non debemus ita rigorosè tractare, vt dicamus ipsis cum deuotione legata relicta pro ipsorum sustentatione nulla obligatione deberi, & pro non scriptis haberi, præsertim cum prædicta iura ciuilia rigorosè se habentia contra damnatos in metallum, nõ prohibeant ipsis aliquid pro alimentis annuatim relinqui, & ipsa stipendia annualia Missarum, & sacrificiorum pro alimentis fratrum relinquantur. Vnde existimo in dicta Clementina omnino tantum fratribus prohiberi, habere census, & iura redituũ annualium, quæ propriè bona immobilia reputãtur, non tamen prohiberi, vt dicta legata annualia tanquam stipendia pro celebratione diuinorum ipsis posse legari, & ab ipsis recipi, & ipsis in foro conscientiæ deberi, licet ad ea petenda in foro exteriori nulla habeant actionem. Pro qua opinione vltra supradicta primò facit. Nam relictũ sacerdotibus, vel ministris Ecclesiæ ipsi Ecclesiæ videtur esse relictum, vt in quadam lege definitur. Vnde cum Deus, & eius Ecclesia sint huiusmodi legati annui capacia, non est cur dicamus ipsum secundum se esse inualidum, tãquam incapacibus omnino relictum, licet ipsi fratres Minores ipsum in iudicio petere minimè possint. Secundo facit decisio alterius legis *n* definiẽtis esse valida legata mandata quibusdam seruis dedicatis seruitio templi, antequam ipsum templum construatur, & sic officio iudicis hæredem compellendum seruis relicta præstare, non tamen iure actionis, cũ desit persona, quæ agere possit.

n L. seruos ff. de alim. & cibar. legat.

Ex qua lege iuncta sua Glossa *o* consicio argumentum, quod sicut tale legatum tanquam validum potest officio iudicis solui etiam si serui, cui legatum est sint ipsius incapaces ad ipsum in Iudicio petendum: Ita anniuersaria relicta Minoribus sunt valida, & officio iudicis debent solui ipsis fratribus, licet ipsi ea in iudicio minime petere possint.

o Gl. in d. l. seruos v. ot.

Tertio probatur hæc pars ex alia lege *p* non minus eleganti, cuius argumento respondetur omnibus, quæ in contrarium adduci possunt, in qua lege Papinianus ait quamuis enim stricto iure nulla teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum tamen principali, vel pontificali autoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis, quibus verbis satis significatur iudices teneri suum officium præstare pro adimplenda voluntate testatoris etiam si testamentum, in quo tale quid fieri mandauit, nullum fuerit, & sic in nostro proposito licet secundum rigorem iuris prædicta legata annualia minimè peti possint â dictis fratribus, per officium tamen iudicis dicta legata annualia sunt ipsis præstanda, vt obsequium fiat testatoris voluntati, præsertim cum in omni causa miserabilium personarum possit iudex etiam pro cedere ex officio suo ad priuatam vtilitatem secundum Bartolum, *q* Alexandrum, Baldum, Abbatem, & Marantam.

p L hæred. in fin. ff. de peti. hæred.

q Bar. l. 4. § hoc autẽ iudiciũ col. 1. oppos. 1. & ibi Alex. & in l. 1. col. 1. ff. de iurisd. omnium iudi. Bal. in c. 1. § inioria col. pen. de pace iuram. firm. Abb. ad nostram col. 2. col. 2. in fi. de iure iur. Maran. de ord. iudiciorũ par. 8. n. 132.

Ex quibus infertur primò decisio ad quandam quæstionem, quam proponit idem Nauarrus *r* scilicet, quædam testatrices reliquerunt cuidam Collegio Monialium redditus annuos decem, & octo aureorum, &c. ad hoc vt teneantur illa dare fratribus sancti Francisci de obseruantia pro celebratione Missarum, & diuinorum officiorum eis iniunctorum: quærit enim Nauarrus, an præfatum legatum dictis fratribus relictum valeat? & respondet minimè valere. Primò, quia nulla potest eis quæri obligatio. Secundo, quia ipsis annui redditus relinqui nõ possunt. Tertio, quia ipsis nihil potest negari, nisi pro necessitate

r Nau. d. cõ. c. 14. n. 3.

tate præterita, vel præsenti, & hi redditus ipsis relinquuntur pro dicendis certis diuinis officijs sine alio necessitatis respectu. Quæ fundamenta quam vim habeant ex dictis clarè patet.

Ad primum enim concedo, quod ipsis fratribus nulla potest quæri obligatio ita, vt ipsi, aut aliquis nomine ipsorū possint petere prædictum legatum, sed ex hoc nō infertur esse inualidum secundum se, & quod iudex ex officio tenetur illud facere solui, & missas, & diuina celebrari secūdum voluntatem testatricum, cum heres in conscientia præfatum legatum Præstare adstringatur: imò Syndicus potest ipsum petere iniudicio cū per cōcessionem Gregorij XIII. possit in iudicio stipendia Missarum, & diuinorum officiorum petere, & per hoc respondetur ad secundum.

Ad tertium respondetur, quod ipsis nihil potest legari, nisi pro necessitate preterita, vel præsenti imminenti, & hoc legatum licet nō fuerit relictum pro necessitate præterita, vel præsenti fuit tamen relictum pro necessitatibus imminentibus, in quibus necessitatibus dicti fratres perpetuo laborant, cum monasteria pauperum multiplicentur, & paupertas ciuium abundet, & multorum charitas refrigescat.

Infertur secundo, quod prædictæ Moniales satisfaciunt obligationi, qua astringuntur ad celebrationem dictarum missarum, & officiorum, si ea per dictos fratres Minores celebrentur, hoc corollarium est contra Nauarrum *f* dicentem dictum collegium non satisfacere, si celebrare faciat dicta diuina in præfato Monasterio obligandose ad faciendum sic celebrarō perpetuo, cōtra quem ad hominem arguo. Nā si ipsum Collegiū sponte faciat illa celebrari in dicto Monasterio ait Nauarrus ibi satisfacere obligationi, qua ipsa diuina celebrandi tenetur, & ego non video cur non satisfaciat faciendo illa celebrare animo se perpetuo obligandi dicto monasterio præsertim cum animus se perpetuo obligandi non sit aliquod peccatum contra iustitiam, per quod dicta satisfactio recte fieri impediatur.

f Naua. vbi sup. n. 9. & 10.

Infertur tertio, quod possunt fratres minores singulis annis petere eleemosynam ab eadem persona, & eam tuta recipere conscientia sine eo, quod in hoc eorum regula, & institutum paupertatis in aliquo trāsgrediatur, siue dans dictam eleemosynam intelligat eam libere dare, sibi arbitretur ad eam dandam in conscientia obligari, nō enim fratribus minoribus in eorum Regula prohibetur talem eleemosynam recipere ab eo, qui eam dare tenetur.

Neque obstat, quod eleemosyna sit certa, & videtur illicitum ipsis fratribus habere aliquid certum. Nam respondeo, quod etiam si dicta eleemosyna sit certa moraliter, at ciuiliter incerta est, & esse eleemosynā moraliter certam, quia certo soluti debet non repugnat statui paupertatis altissimæ, nisi ipsa sit excessiua, prout tenet Corduba *t* allegans Syluestrum, neque, eleemosyna certa moraliter repugnat paupertatis statui, quando ipsa eleemosyna vere liberaliter datur, nulla obligatione etiā in foro conscientiæ ad eam dandam compellente, nam sufficit, vt non sit cōtra paupertatem talem eleemosynam recipere, quod ipsa nullo modo à dictis fratribus peti possit.

t Cor. super regul. fratrum minorum c. 6. q. 10. iuxta fi. Syl. v. legatum. 2. q. 4.

Ex quibus quarto infertur, quod etiam si Farinerius Generalis Minorum, prout refert Syluester *u* diffinierit in quadam eius constitutione illicitum esse Fratribus Minoribus inducere fideles, vt huiusmodi anniuersaria in suis Monasterijs, quæ vulgo Capellaniæ nuncupantur, constituantur, mihi tamen videtur, ex dictis in superioribus non esse illicitam moraliter talē suasionem, inducunt enim ipsi fratres ad aliquod bonum, cuius ipsi sunt capaces quantum ad recipiendum per viam eleemosynæ.

u Syl. leg. 2. n. 4.

Quinto infertur, quod si relinquatur fratribus Minoribus certum legatum annuū pro necessitatibus infirmorum valebit tale relictum. Hanc opinionem tenet Ioannes Andræas allegans pro ea quandam Clementinam, *x* & eam sequitur Ioannes Dilectus Durantis. *y* Verum est tamen, quod non possunt petere fratres hoc legatum in iudicio, possunt tamen implorare officium iudicis vt ipsum soluatur, & voluntas testatoris adimpleatur, prout in superioribus est explicatum.

x Clem. exiuit §. nosita que de verb. sign.

y Duran. de arte testam. tit. 1. caut. 11. n. 2.

ART.

ARTICVLVS V.

Vtrũ annuus redditus promiſſus, vel legatus Monaſterio fratrum Minorum de obſeruantia pro fabrica, vino, cera oleo, & veſtimẽtis pro celebratione Miſſarũ ſit validus.

REſpondeo dicendo, quod pro validitate huius legati facit primo, aliud eſſe Eccleſiam, & fabricã eius, & aliud Collegium, Conuentum, vel capitulum, quod eam tenet, gubernat, & regit, prout notatur in Iure *a*. hic autem teſtator non reliquit fratribus Minoribus, neque eorũ collegio, nec vlli ſingulari eorum, ſed Eccleſiæ, quæ non prohibetur aliter recipere. Nam neque Nicolaus III. neque Clemens V. in ſuis Decretalibus, *b* neque vlla particula Regulæ B. P. N. Franciſci prohibet relinqui aliquod annuum eorum Eccleſijs, vt aduertit Bartolus. *c* Secundo quia ratio quare B. P. N. Franciſcus voluit fratres fore mendicantes, & in arctiſſima paupertate, eſt, vt toti penderent â Deo, & ſolis illis, quæ amore Dei ſibi darentur per incertam mendicitatem victitarent, vt conſtat ex eius Regula, & ex eius declarationibus, at eorum certa mendicitas, non tollitur ex eo quod aliquem certum reddi tum habeat eorum Eccleſia pro prædictis quæ ad victum, & veſtitum fratrum non pertinent, ergo hoc legatum videtur valere, & in hanc partem videtur inclinare Nauarrus, *d* quam expreſſe amplectitur Sylueſter, quam ego quoque ſequor, & defendo per tradita in ſuperioribus.

a c. per. exẽptionem de priui. li. 6. c. ſi ciuitas de ſen. excom. lib. 6.

b ca. exit de verb. ſign. d. Cle. exiuit.

c Bartol. in tract. Minorit. lib. 1. diſt. 4. c. 1. & in lege ciuitatibus ff. de de leg. 1. & in l. ſeruis. ff. de alimẽ. legat.

d Nau. lib. 3 conſi. conſ. 13. Syl. v. legat. 2. n. 4.

ARTICVLVS VI.

Vtrum prælati Minorum poſſint facere aliquam compoſitionem ſuper annuis redditibus ipſis legatis.

REſpõdeo dicẽdo, quod loquẽdo de iure non poſſunt prælati Minorũ facere aliquã cõpoſitionẽ ſuper redditibus annuis ipſorũ monaſterijs legatis, ita ſi talia legata vt caduca reputantur. Et ideo Clemens VII. Pontifex maximus ne fruſtratoria redderetur teſtantiũ voluntas in hunc modum breue conceſsit dicens.

Dilecti filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Nuper pro parte veſtra nobis expoſitũ fuit quod forſan hactenus cõtigit, & in futurum etiam contingere poſſet, quod aliqui Chriſti fideles deuotionem ad veſtrum ordinem, fratres & loca ipſius ordinis gerentes in eorum teſtamẽtis inſtitutiones ſeu legata fecerũt, aut facient, quorum ex veſtræ religionis regulæ & profeſsionis puritate, quam ſeruatis capaces non eſtis. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt cũ hæredes inſtituti, ſiue executores per huiuſmodi teſtatores deputati in cõſcietia ſe grauatos ſentiant, ad pias defunctorũ voluntates exequẽdas de ſuper opportune vobis, ac ipſis hæredibus & executoribus cõſulere & prouidere de Apoſtolica benignitate dignaremur, Nos cupiẽtes pias ipſorum defunctorum intentiones & voluntates quãtum fieri poteſt executioni mandari & attendẽtes quod in huiuſmodi legatis, & inſtitutionibus mens illorum fuerit, & ſit veſtrã releuare penuriam, ac proinde veſtrorum ſuffragiorum ſpiritualium participes fieri, pro exoneratione quoq; cõſcientiarũ dictorum hæredũ, & executorũ huiuſmodi veſtris ſupplicationibus inclinati, tenore præſentium authoritate Apoſtolica, decernimus declaramus, diſponim⁹, ac firmiter ſtatuimus, & ordinamus, ac vobis cõcedimus. Quod vos ſinguli miniſtri prouinciales vel guardiani, cũ aliquibus diſcretis fratribus domorum vel locorũ

quibus

quibus huiuſmodi legata & inſtitutiones factæ fuerũt, vel in poſterum fient quorũ nõ eſtis (vt præfertur) capaces mediantibus procuratoribus, & ſyndicis eorundem locorum, cũ dictis hæredibus & executoribus, ſuper præmiſſis inſtitutionibus & legatis cõponere poſſitis, & valeatis, prout vobis ſecũdũ æquitatem & bonam conſcientiam viſum fuerit, ad certã ſummam & quãtitatem pecuniarum, aut rerum prædictos hæredes & executores, ſemel tantũ ſoluendã & tradendã fratribus & locis prædictis ad ipſorũ releuãdas neceſſitates ſeu ipſa loca fabricanda, facta deſuper ipſius hæredibus, & executoribus plena, & libera, ac perpetua abſolutione & quietatione, quæ Apoſtolica autoritate ſit approbata & roborata. Ita quod deinceps prætextu talium teſtamentorũ inſtitutionũ & legatorũ amplius moleſtari nõ poſſint in iudicio vel extra. Nõ obſtãtibus cõſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis cæteriſq; cõtrarijs quibuſcunque: volumus autem quod præſentium trãſumptis, manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati aut perſonæ in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in iudicio quam extra adhibeatur, quæ præſentibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris, die xxiij. Nouembris MDXXVI. Pontificatus noſtri anno tertio.

Circa quã cõceſſionẽ aduertendũ eſt nõ poſſe prelatos ordinis minorũ de obſeruãtia prouinciales & guardianos aut cõuentuũ præſidentes cũ patribus dictorũ conuentuũ diſcretis facere cõpoſitionẽ cũ hęredibus & teſtamentarijs cũ factio cuiuſcũque pacti, cõuentionis aut cõpoſitionis ſit ipſis fratribus prohibita propter ſummam paupertatẽ quam ſunt profeſsi, vt patet ex quada decretali a & ideo Sũmus Põtifex in hac conceſsione ad hãc cõpoſitionẽ faciendã autoritatẽ ſyndici apoſtolici interponi præcepit ibi, *mediãtibus procuratoribus & ſyndicis eorũdẽ locorũ*, præfati enim ſyndici ad cõuentiones & pacta ineunda à ſede Apoſtolica nomine ipſius ſedis ſunt cõſtituti prout in quæſtione de procuratoribus & ſyndicis in tertio tomo dicetur.

a Clem. exiit de paradyſo deuer. ſignif.

QVAESTIO CXXVII.

Delegatis factis ſæcularibus ſub conditione ſi religionem ingrediantur intres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Vtrum legatum relictum filiæ ſi nupſerit ei debeatur ſi religionem ingrediatur.*

2 *Teſtator reliquit legatum mulieri ſub conditione ſi intrauerit monaſterium, quã intrãrat & exijt an debeatur ei legatum.*

3 *Vtrum legatum relictum pauperibus magis religioſis quam alijs ſit conferendum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum legatum relictũ filiæ á patre, ſi viro nobilitatis ſuæ non inferiori nuberei, quã & inſtituit vſufructuariam cuiuſdam hæreditatis emphyteutæ quouſque maſculus, quem genuiſſet, non attingeret decimum quintum annum, debeatur ipſi, ſi ingrediatur religionem.

REſpondeo dicendo, quod licet aliqui tenuerint huic filiæ ſolã dotem, quæ ſolet dari huiuſmodi fœminis ingrẽdientibus religionem eſſe conſtituendam, at totum legatum integrum illi eſſe deferendum verius, & receptus eſt, vt docent Panormitanus,

a Panor. in c. in presen. de proba. Antonin. 3. p. tit. 10. c. 3. Rosela. v. legare. §. 24. Sylu. v. legatũ. 1. nu. 13. Tabien. v. hæres §. 16. & Angel. §. 21.

tanus, a D. Antoninus, Rosela, Sylvester Tabien, & Angelus, & in facto occurrenti Bononiæ consuluisse testatur Ludouicus de Beja b Lusitanus, pro qua opinione videtur quædam authentica c expressa, in qua has conditiones si nupserit, si liberos susceperit, & aliæ similes, cum personæ quibus legatum, vel hæreditas sub illis relicta est, monasteria ingrediuntur, inualidas esse, & pro non adiectis habendas decernitur.

b Beja in tract. resp. c. 44. & casu vlt.

c §. sed hoc præsenti in auth. de epi sco. & cleri. collat. 9.

Nec dicendum est, hanc authenticam intelligendam esse quando sumus in dubio, secus quando constat de expressa voluntate testatoris contrarium disponentis, vt in nostro casu contingit. Nam hæc eua sio repugnat dictæ authenticæ. Primo quia in illa statuitur, quod si aliquis sub illa conditione, *si nupserit, si liberos susceperit*, relinquatur causa dotis conditionem huiusmodi reddi inualidam, habeique pro nõ adiecta, si monasterium ingrediatur, testator enim ibi, expresse de matrimonio carnali fuit loquutus, vt patet ex illis verbis, *Si liberos susceperit*, & ex illis verbis, *causa dotis relinquatur*, sine matrimonio enim carnali non potest constitui dos vt notant Bartolus, d & communiter scribentes. Secundo quia ea conditio, *si non nupserit*, expressa â testatore reijcitur à iure e fauore nuptiarũ. Cum autem religionis fauor, sit præferendus fauori nuptiarum, vt notant Bartolus, f & communiter scribentes, videtur dicendum, quod conditio, si nupserit, fauore religionis sit reijcienda. Quare illa authentica procedit contra voluntatem testatoris etiam expressam, voluntas enim testatoris contra legem declarata pro non scripta habetur, vt diffiniunt iura. g Et confirmatur ex quadam lege, h cuius verba referuntur in Pandectis Florentinis, vt testatur doctissimus ille Antonius Augustinus, cuius tenorem hic referam. Titiæ si non nupserit, ducenta, si nupserit, centum legauit, nupsit mulier, ducenta, non etiam centum re sua petet: ergo quod ibi in fauorem nuptiarum contra expressam diffuncti voluntatem deciditur, ad fauorem religionis extendi tanto magis debet, quanto spirituale matrimonium quod per professionem solemnizatur, antefertur carnali, quod per mutuum partium consensum in facie Ecclesiæ præstitum contrahitur. Ex quibus concluditur, quod hæres tenetur dare huic ingredienti religionem integrum legatum, & etiam hæreditatem, quæ si nuberet nobili erat illi adiudicanda.

d Bar. in l. 3. ff. de iure dotium.

e l. sed si hoc §. vlt. l. quoties l. cũ ita legatũ ff. de cond. & demonst.

f Bart. in l. Titio §. vlt. ff. de condi. & demonst.

g l. quæ sub condit. l. cõdit. 1. & 2. ff. de conditio. & demonst.

h l. Titio. ff. de cõdit. & demonstra. Aug. lib. 1. emendationum. c. 1.

Ad Argumenta.

PRimo arguitur, nam vbi cõstat de voluntate expressa testatoris, ab ea non est recedẽdum, vt notatur iniurei & licet leges religioni admodum faueãt, hic tamen fauor non est extendendus in præiudicium voluntatis testatoris, & fauorabilibus personis ita debitores sumus, vt alijs iniustitia fieri non debeat vt ius K præcipit, & commendat. Respõdetur, dicta procedere casu, quo voluntas testatoris expresse legi non repugnet, in nostro autem casu dispositio testatoris repugnat decisioni dictæ authenticæ & perconsequens bono communi, & ideo nulla fit testatoris iniuria, bonum enim commune præferendum est etiam in præiudicium personæ singularis argumento eorum, quæ in iure *l* notantur.

i l. in cõdit. ff. de cõdit. & demonst.

K c. ex tenore de foro cõp. c. & si necesse de donat. inter vir. & vxo.

Secundo arguitur, nam si filia supradicta ingrederetur religionem viuente patre non tenetur ei pater relinquere aliud, quam legitimam de iure debitam, cætera autem bona potest cuicumque alteri legare iuxta quendam textum *m* expressum, ergo eadem ratione si pater diem obeat, ante quam filia monasterium ingrediatur, poterit prohiberi in illo casu, ne ipsius bona quæ excedant legitimam filiæ debitam ad monasterium perueniant. Respondetur negando consequentiam propter expressam legis repugnantiam, quæ grauamen huiusmodi impositum volenti ingredi religionem prorsus irritat, & tollit, vt ingressus ad illam semper liber maneat.

l. iuste post fidei ff. de acquiren. vel amit. post. l. 3. ff. de eo quod metus causa.

m l. Deo nobis. §. quidã C. de Epis. & cleri.

Tertio arguitur, nam hæc conditio, si aliquam ob causam reijceretur, ea esset, quia contemplatiuæ vitæ est impedimentum, hæc autem causa videtur friuola, & inepta, cum illa, quæ amore Dei vult ingredi religionem, non sit verisimile, quod abstrahatur â tali proposito propter amissionem illius legati, præsertim, quod eadẽ ratione si in defectu huius cõditionis substituta esset pia causa adhuc reijceretur dicta cõditio id q aduersatur dictæ authẽticæ,

Respon-

Respōdetur, illas conditiones irritari, quia impedimento sunt, vt quis religioni se cōsecret, & vitam contemplatiuam amplectatur, nam licet ob hæc temporalia non debeat vir prudens, & fortis ab ingressu religionis retrocedere, quia tamen huiusmodi metus poterat cadere in mulierem fragilem, eāque quodammodo retardare ad tam sublimē statū suscipiendum, decreuerunt leges pro fauenda religione huic timori qualicumque obuiare, & ideo tales conditiones irritauerunt, nec obstat illa consequentia de pia causa substituta in defectum conditionis, quia ibi Imperator fauorem religionis considerans timori leui obuiare voluit, illumque prætulit expressæ voluntati testatoris, nec obstat, quod extat contraria consuetudo, nam ea non consuetudo, sed abusus dicenda est, prout tradit Iason

n Ias. in l. de quibus ff. d legib. n. 49.

ARTICVLVS II.

Testator reliquit legatum mulieri sub conditione, si intrauerit monasterium, quæ intrauit, & exijt, an cōsequatur legatum.

Respondeo dicendo, quod Bartolus *a* hoc sub dubio reliquit, qui videtur in alia *b* parte inclinare in partem negatiuam, ac contrarium cum D. Thoma *c* tenet Brunelus, nec obstat, quod testator, qui reliquit legatum sub cōditione ingressus, intellexerit de ingressu effectuali cum professione: nam respondetur mentē testatoris in dubio non præsumi fuisse aliam, quam fuerunt eius verba iuxta doctrinam cuiusdam legis *d* sed simplex conditio, si intret monasterium, non importat etiam facere professionē, nisi illud exprimatur: nam si testator volebat illud, facile erat ei id ipsum exprimere iuxta aliam legem *e* forte enim testator, per ingressum religionis voluit tantum eum inuitare, vt communicatione fratrum, & ignominia relinquendi habitum regularem semel assumptū induceretur ad profitendum, & hanc opinionem post alios tenet Fulgosius, *f* & Alexander, quam opinionem ego reciperem in eo, qui ingreditur religionem animo profitendi, & propter aliquam iustam causam superuenientem desistit ab incepto, in hoc enim casu ratio Fulgosij, & Alexādri verificatur, non autem verificatur in eo, qui ingreditur animo non profitendi, sed tantum, vt per ingressum nullum consequatur legatum.

a Bart. in l. si quis hęredē ff. de vulga.
b Bart. in l. reprehēdē. C. de instit. sub. cond.
c Th. 2. 2. q. 189. artic. 4. Brunel. de spōs. & matrim. cōc. 31 dub. 4. iuxta fin.
d l. Labeo. §. idē Tubero. ff. de supellectili legat.
e l. vnica. §. penul. C. de caducis tollendis.
f Fulgos. & Alex. in d. l. si quis hæredem.

ARTICVLVS III.

Vtrum legatum relictum pauperibus magis religiosis, quam alijs sit conferendum.

Respondeo dicendo, quod hæc quæstio pēdet ex decisione alterius quęstionis. Vtrū, scilicet, si relictum aliquod fuerit pauperibus, & in eo loco reperiantur plures pauperum species, reperiuntur enim pauperes in xenone positi, pauperes in carcere tenti, & pauperes religiosi propter Deū mendicātes, quibus nā istorum pauperū relictum præstari debeat? Et prima facie sententia Ancharrani *a* tenentis legatū fore pauperibus religiosis præstandū, videtur tenenda, quia in ipsis viget duplex causa paupertatis, scilicet, paupertatis, & religionis, & duo iura præponderant vni, vt dicitur in iure. *b* Secunda fuit opinio Bartoli *c* tenentis, quod reponatur arbitrio Episcopi, qui iudicare, & statuere debet, quibus magis legatū præstandum, distribuendumque sit, & ita de consuetudine testatur ipse argumento cuiusdam authenticæ. *d* Tertia opinio fuit Baldi *e* volentis legatum præstandū esse pauperibus pauperioribus, & si dubitatur, qui nam pauperiores sint, Episcopus interloquendo super paupertate declaret. Quam opinionem tenet etiam Imola *f* & est opinio cuiusdam glossæ quam tenuit etiā Archidiaconus, pro qua opinione facit decisio Cyni, *g* & eiusdē Baldi dicentiū, quod si testator relinquit centū Ecclesiæ suæ parochiali, & habeant duas parochiales Ecclesias, & in testamento non expresserit, cui legatum præstari voluerit, in dubio legatum præstabitur pauperiori, quam opinionem sequitur vt singularem, & mirabilem Iason, & eam tenent Gomezius & Decius.

Ex quo infertur, quod legatum factum monasterio non expresso nomine eius potius

a Ancha. in c. 1. n. 5. de testam. lib. 16. bec. cum. succes. auth. itaque. §. sed hodie inst. de adopt.
c Bar. in l. si quis ad declinādū. C. de episc. & cleri.
d §. si quis autē pro redēp. in auth. de Eccl. tit.
e Bald. in d. l. si quis ad declinandū
f Imol. in l. captatoriæ. ff. de legat. 1 glo. in c. indicāte extra de testamē. Archid. in c pauper. 11 q. 3.
g Cynus, & Bal. in c. cū multę. C. de donatio. inter vir. & vxorē Ias. in l. 1. col. 2. C. de sacrosan. eccles. & in §. in malefi cijs. vbi Gomez. col. fi. inst. d actionib. Dec. in c in præsentia n. 194. extra de probationib.

potius monasterio monialium præstandum erit, quia est magis pium, quam monasterium monachorum, prout iam in superioribus *h* manet resolutum, Benincassius *i* tenet opinionem Bartoli simpliciter, quando in testamento non fuerunt dati executores, tunc enim ait, quod remittatur arbitrio Episcopi & Episcopus velut protector pauperum secundum eius conscientiam pro qualitate personarum distributiones inter pauperes faciet argumento eorum, quæ iure K notantur, & eueniente casu, quod in eo loco sint pauperes in xenone, & in carcere intrusi, & pauperes religiosi mendicantes, si non constet de grauiori paupertate, poterit Episcopus pauperes religiosos eligere eisque distribuere præferendo paupertatē, & religionē simplicibus pauperibus, nam inquit D. Thomas *l* quod dare eleemosynam magis indigēti melius est cæteris paribus, sed si minus indigens sit melior, & pluribus indigeat, dare ei melius est. Ex quibus infertur, quod existentibus alijs pauperibus religiosi pauperes sunt præferendi, tanquam magis digni, & maioribus virtutibus pollentes, vt argumento cuiusdam legis tenent Ioannes Andræas, *m* Federicus de Senis & Rippa. Quod tamen declarat Benincassius, *n* vt procedat, quando relictum consisteret in aliqua notabili summa vel quantitate, sed si consisteret in cibarijs & in ijs, quæ pro corporis nutrimento sunt necessaria, in isto casu, aut legatum inter omnes esset distribuendum, aut si hoc fieri non posset pauperiores in arctissima paupertate constituti alijs præferri deberent, quoniam in huiusmodi non consideratur, an bonus & merens pauper sit, sed an necesse habeat argumento cuiusdam Canonis *o* iuncta sua glossa latè hoc prosequente, & ita non tenentur eligentes digniorem meliorem, aut proximiorem eligere, sed possunt prolibito secundum eorum conscientiam distribuere, prout Bartolus *p* ait.

h Sup. 2. tomo. q.
i Beninc. de pauper. & eius. priu. q. 8. priu. 3. n. 48.
K l. pen. de alimēt. & cibar. lega. 1. si cui de annuis leg.
l Th. 2. 2. q. 32. ar. 3. ante finem.
m Andr. in c. 1. de testa. Federi. cōs. 182. factum tale Rippa de potest. n. 137
n Benin. vbi su. n. 52.
o c. quā pio vbi gl. d. 42
p Bart. in l. vnū ex familia. § 1. ff. de lega. 2. & in l. cū quidā in 1. colu. ff. eodem.

QVAESTIO CXXVIII.

De legitimis debitis filijs regularibus in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vtrū fratribus minoribus cōuētualibus legitima parentū debeatur.*

2 *Vtrū matri, vel auiæ debeatur legitima filij, vel nepotis monachi iam professi contra monasterium bonorum capax in communi.*

ARTICVLVS I.

Vtrū fratribus minoribus conuentualibus debeatur legitima parentū.

RESpondeo dicendo, quod hæc quæstio pendet ex resolutione alterius quæstionis, an scilicet fratres minores conuentuales possint succedere ex testamēto: at excōcessione Clementis V. dicendum est, quod sic, secundum enim eam possunt liberi succedere in bonis temporalibus, in quibus succederent, si in sæculo existerent, ac bonorum ipsorum possessionem apprehendere, & vendere libere bona ipsa, eorumque pretia in vtilitatē suā cōuertere, prout præfectis ordinis melius visum fuerit expedire. Itē idē fuit eis parimodo cōcessum per Sixtū IIII. per quasdā literās sub pridie Kalendas Septembris incipienti, *vniuersalis Ecclesiæ*, maremagnū nūcupatas, & per Leonem X. per alias sub electione magistri generalis eiusdē ordinis, vniuersalique vnione, & concordia inter fratres dicti ordinis minorū de obseruantia, & conuentualium sub pridie Idus Iunij datas, eorū Pōtificatus anno quarto, & quinto respectiuè desuper confectas sub plūbo literas, & per literas Pauli III. sub data Romæ die vigesima septima Octobris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo Pōtificatus sui anno sexto sub annulo piscatoris expeditas, directas dilectis filijs generali, ac prouincialibus magistris vniuersisque fratri-

fratribus ordinis Minorum conuentualium nuncupatorum, cuius tenorem inpræsentiarum referam. *Paulus Tertius Dilecti filij salutem & Apostolicam benedictionem. Exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio cõtinebat, quod licet quàm plurima priuilegia exemptiones, & immunitates, libertates, gratiæ, & indulta vobis, & ordini vestro per diuersos Romanos Pontifices, & præsertim Sixtum IIII. per quasdam sub pridie Kal. Decẽbris incipientes, vniuersalis Ecclesiæ mare magnũ nũcupatum, & Leonẽ. X. prædecessores nostros per alias super electione Magistri Generalis, eiusdẽ ordinis, vniuersalique vnione, & cõcordia inter vos, & fratres dicti ordinis Minorum de Obseruantia nuncupatorũ initis sub pridie idus Iunij datis eorum Põtificatus quarto & quinto respectiuè annis desuper cõfectas sub plũbo literas Bullam cõcordia nuncupatas cõcessa fuerint, & inter cætera vobis per Sedem Apostolicam indultum fuerit, quod in temporalibus bonis, in quibus de iure succederetis, si in sæculo maneretis, succedere. Necnõ legata, relicta, eleemosynas, & quamcunque pecuniarum summã, aliaque bona quæ vobis in futurum relinqui, vel elargiri contigerit recipere, tenere, & habere, ac inter vestros vsus conuertere, omnibusque singulis alijs priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratijs, & indultis fratribus dicti ordinis Minorũ de obseruantia nuncupatis, & illorũ ordini prædictis quomodolibet cõcessis vti, frui, & gaudere, libere, & licite posſetis, prout in singulis prædictis, & alijs desuper cõfectis literis plenius cõtinetur, ipsaque priuilegia, & exẽptiones, immunitates, & libertates, gratiæ, & indulta, & cõcessiones in viridi sint obseruantia. Cupitis tamẽ pro maiori animi vestri satisfactione, priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratias, & indulta, & cõcessiones huiusmodi autoritate nostra roborari. Quare nobis humiliter supplicari feciſtis, vt votis vestris huiusmodi annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui quorũlibet Christi Fidelium, præsertim religiosorum, qui salutiferos fructus in agro Dominico continuata eorum cultura producunt votis, quantũ nobis cũ Deo licet, annuimus, eaque fauoribus prosequimur, opportunis huiusmodi supplicationibus inclinati omnia, & singula priuilegia, exemptiones, & immunitates, libertates, & gratias, indulta, & concessiones huiusmodi, & desuper confectas literas, quorum omnium tenores hic pro sufficienter expressis haberi volumus, autoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, decernentes ea, ita tamen quod temporalia bona vobis per prædecessores nostros concessa de superioris vestri licentia tãtum in vestros vsus particulares conuertere possitis inuiolabiliter obseruari, & vobis suffragari debere: sicq; per quoscumq; iudices, & commissarios quacunq; autoritate fulgentes sublata eis, & eorum*

cuilibet quāuis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & definiri deberet: irritum tamen, & inane si secus super his à quocumque quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, eaq; quatenus opus sit, innouamus, & de nouo concedimus nō obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum ordinum etiam iuramento, cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliqua roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis & literis Apostolicis quibus suis in contrariū forsan concessis, & cōcedendis, quibus etiā si pro illorum sufficiēti derogatione, de eis, eorūque totis tenoribus specialis specifica, & expressa ac de verbo ad verbū mētio, seu quauis alia expressa habenda foret, tenores huiusmodi pro sufficiēter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes hac vice dūtaxat illis alias in suo robore permāsuris specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumq; volumus etiam, quod præsentium trāsumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutis, munitis eadēprorsus fides adhibeatur, quæ originalibus literis adhiberetur, si forēt exhibita, vel ostēsa, Dat. Rom. apud S. Petrum sub annulo piscatoris die vigesima septima Octobris anno Dñi millesimo quingēteſimo quadragesimo Pōtificatus nostri anno sexto.

Ex cuius concessionis contextu satis clarè colligitur, quod fratres conuentuales possunt succedere ex testamento in bonis temporalibus, ac si in mundo essent, & per consequens quod ipsis debetur parentum legitima, cum si in mundo existerent, ipsis sinedubio deberetur.

Aduertendum tamen, quod secundum Gudielmum Rodoanum, *a* hoc non est simpliciter verum in omnibus fratribus Minoribus conuentualibus, quia si aliquis frater Minor de obseruantia transeat ad cōuentuales non habet, neque habere potest dicta priuilegia, quia Alexander Sextus decreuit, quod nullus professor ordinis Minorum de obseruantia, si ab illo egrediatur, & ad conuentuales eiusdem ordinis transeat, possit succedere parentibus, propinquis, aut affinibus suis quouis modo, nec aliquo indulto prędictis fratribus conuentualibus ad hoc concesso gaudere valeat, nec etiam conuentus aliquis occasione fratris sic egredientis ius aliquod in hæreditate, vel alia successione propinquorum acquirere, & consequi possit. Ita habetur in libro, Monumenta *b* ordinum, & in supplemento, vnde si aliquando contigerit aliquem fratrem ex dictis translatum ad conuentuales suam legitimam petere parentum, inspicienda sunt indulta, per quæ hoc ius sibi competere affirmat, an sint per hoc indultum derogata, & si fuerint posterius concessa, eorum tenores sunt diligenter inspiciendi. Vidi enim ego in facti contingentia in patria mea de Estremoz Regni Portugaliæ quendam religiosum ex obseruantibus in conuèntuales Italiæ translatum legitimam suorum parentum in iudicio petentem, & nescio, an in causa obtinuerit.

a Rodoan. de spol. Eccle. q. 8. n. 38

b in 2. imp. fol. 56. conce. 66, supp. fol. 3. cōcess. 4. & iterum in li. mon. fo. 136. con cess. 302.

ARTICVLVS II.

Vtrum matri, vel auiæ debeatur legitima filij, vel nepotis monachi iam professi contra monasterium bonorum capax in communi.

REspondeo dicendo, quod mater præferenda est monasterio, quod legitimam mortuo filio monacho in bonis, quæ ipse monachus secum tulit, quando religionem professus est, sicut enim pater, qui religionem ingreditur, & profitetur, non præiudicat suo ingressu filijs suis legitimis, prout notatur in iure, *a* vbi

a Auth. si qua mulier, C. de Sacro san. Eccles.

vbi Doctores communiter, ita è conuerso filius, vel filia profitendo religionem nequeunt præiudicare parentibus in suis legitimis respectuillorum bonorum, quæ tempore professionis iam quæsita habebant. Vnde decedente monacho præferuntur in dictis bonis monasterij, & hæc est communis legistarum, & canonistarum vt testantur Gregorius *b* Lopez Molina, & Aluarus Velascus, qui asserit sæpe sic vidisse iudicatum.

Sed contra arguitur primo ex quadam Authentica *c* & canone definientibus, quod qui professi sunt religionem, sé & sua Deo Optimo, & maximo dedicarunt, sed respondetur, hoc debere intelligi quatenus de iure licèt, hoc est, non præiudicando filijs, & parentibus in suis legitimis; illæ enim semper â iure illæsæ reseruantur, vt in quadam Lege *d* definitur. Neque ijs obstat, quod monasterium habetur loco filij: respõdetur enim, quod hæc maxima in iure minimè probatur, vt post Bartolum, Abbatem, & alios multos tradit Couarruuias *e*, & aduertit Aluarus Velascus sequens Decium dicentem, monasterium haberi loco filij in casibus duntaxat à iure expressis, & hæc est opinio subtilissimi Manuelis Acostæ.

De impresione librorum, & lectione, vide in superioribus. *a*

b Greg. in l. 17. ti. 1. v. descendentes par. 6 Moli. de primog. Hispan. li. 2 ca. 6. nu. 61. alias 64. Velas. to. 1. consulta. cõsulta. 27.

c Auth. ingressi C. de sacros. Eccl. c. ingrediẽtibus. 19. q. 3

d l. quoniã in priorib⁹ C. de inoff. testam.

e Cou. lib. 1 var. c. 19. n. 6. Velas vbi sup. Dec. in c. in præsen. n. 52. de testa. Costa. in c. si pater v. si abique liqeris n. 70. de testa. lib. 6. à sup. q.

QVÆSTIO. CXXIX.

De libris ex bibliotheca non extrahendis.

ARTICVL. VNICVS.

Vtrum religiosi possint extrahere libros á bibliotheca monasteriorũ.

RESpondeo dicẽdo, *quod Sixtus Quintus Romæ apud D. Marcũ die tertia Octobris anno Domini millesimo quingentesimo, octuagesimo septimo Pontificatus sui anno tertio quandam edidit pro prædicto ordine constitutionẽ, in qua tria ordinauit, & obseruari præcepit. Primum præcepit in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excõmunicationis latæ sententiæ pæna ipso facto sine alia declaratione, à qua nõ, nisi a Romano Põtifice præter quam in mortis articulo possit absolui, vt nullus Prælatus aut frater possit a bibliothecis dicti ordinis libros amouere, & extrahere, mãdauit enim omnibus ministro, aut cõmissario generalibus, ministris Prouincialibus Commissarijs, Guardianis, cæterisque fratribus, quocumque nomine nũcupatis ordinis B. Frãcisci de obseruantia, aliisq; omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis sæcularibus vel regularibus cuiuscumq; status ordinis, conditionis, etiam si Põtificali dignitate præfulgeãt, vel alias hic specifice nominãdi fuissent, præsentibus, & futuris, ne sub quouis prætextu causa, & ratione, etiam quibus dici posset, si ipsi expresse fuissent vel, de ijs cogitauisset, non sic ordinauisset, audiãt vel præsumant, neq; aliquis eorum, audeat, vel præsumat per se, vel alium seu alios, ne pro minimo quidẽ tẽporis spatio libros quinterna folia, nec res aliquas, nunc, & quandocunq; existẽtis in bibliothecis monasteriorũ seu domorum, fratrum S. Frãcisci de obseruãtia, dedictis bibliothecis amouere, asportare, tollere, seu amoueri asportari, aut tolli facere, vel cõsulere, neq; verbo, vel facto in aliquo ex prædictis alicui auxiliũ, aut opẽ præstare. Quinimo quilibet ex p̃dictis teneatur quicquid in prædictis audierit, aut sciuerit factũ vel fieri tentatũ in præiu-*

dicium dictorum fratrum, eorumque bibliothecarum notificare.

Præterea Sixtus. V. in præallegata conſtitutione ſecundum quod ordinauit, *eſt, guardianos teneri, antequam exerceant ſuum officium, facere inuẽtariũ librorum bibliothecarũ, ait enim. Et nihilominus pro potiori cautela, & ſecuritate præſtictorũ mãdamus ſub eiſdem panis, necnon priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ inhabilitatiſq; perpetuæ ad quælibet officia dictæ religionis inquam obtinenda, & exercenda omnibus, & ſingulis dictorũ monaſteriorũ guardianis quomodocunq; electis, ne ſub quouis prætextu cauſæ & ratione hic alias neceſſario exprimendis audeat aſſumere officia guardianatus: nec in eo verbo, ſeu facto ſe ingerere, niſi prius in præſentia diſcretorũ loci ſeu monaſterij, in quo fuerit aliqua bibliotheca cõfecerit plenũ, & perfectũ inuentarium omnũ, & ſingulorũ librorum, quinternorum, foliorũ, ac rerum in dicta bibliotheca exiſtentium cũ appoſitione nominis autoris, numeri, foliorum ſingulorũ, librorum, quinternorum, & foliorũ, anni, & loci impreſſionis, comperturæque prædictorum, ac alterius cuiuſuis certioris, & magis ſpecialis ſpecificationis dictorũ librorũ, quinternorum, foliorũ, & rerum, quoad inuentarium cõpletum debeat ſubſcribit à dicto guardiano & diſcretis, dictiq; inuentarij exãplar adverbum cum ſimilibus ſubſcriptionibus trãſcribi in libro adhunc ſolũ effectum tento & perpetuo conſeruato in capſulæ & loco, in quo ſolẽt deponi cum clauibus eleemoſynæ pro tẽpore dictis domui monaſterio ac fratribus factæ. Qui libri, quiaterna folia, reſq; quælibet prædictæ debeant per ſimile inuẽtariũ & inuẽtaria vt ſupraſcribẽda & ſubſcribẽda à dictis guardiano & diſcretis, & in dicto actu cõſignationis cũ veteribus proxime præcedẽtibus, & alijs quibus opus erit ratiocinata & collata per guardianũ iã officiũ ſuum complentem, ſeu â dicto officio guardianatus ſeu cõmiſſariatus diſcedentem conſignari eius in officio ſucceſſori, & ab eodem ſucceſſore in præſentia prædictorum ſubſcribi ſicq; perpetuo fieri ab omni guardiano, ſue eius vicem gerente antequam aſſumãt munus dicti guardianatus, vel verbo vel facto ſe intromittat.*

Tertium quod ordinauit fuit vt quilibet miniſter Prouincialis & dictæ prouinciæ commiſſarius teneatur ſingulis annis ſui officij in præſentia dicti guardiani & diſcretorum eius domus & monaſterij reuidere, & quod additum non fuerit aut ex dictis bibliothecis aſportatum fuerit facere addere ductis inuentarijs ac in dicta bibliotheca reportare, dictiſque additionibus & inuẽtarijs vna cum prædictis Guardiano & diſcretis ſubſcribere. Quod grauiſsimis pœnis obſeruari præcepit.

At quia pœnæ prędictæ grauiſsimæ erãt & quia aliquando non ſtatim antequam aſſumeretur munus dicti guardianatus obliuione aut alia cauſa Guardiani non faciebant diligentiam faciendi de nouo, aut reuidendi inuentaria coram diſcretis: ideo fuit à S. D. N. Clemente Octauo ſupplicatum vt ſua ſanctitas eam ſua benignitate moderari dignaretur, & defacto cum viuæ vocis oraculo moderauit vt patet ex tenore eius ſtatim citando.

Nos Hieronymus tituli S. Pancratij S. R. E. presbyter Cardinalis Matthæus nũcupatus totius ordinis fratrũ

minũ

Minorũ S. Franciſci de obſeruãtia protector corrector, & gubernator attestamur & fidẽ faciamus S. D. N. Clementẽ Papã VIII. ſuæ viuæ vocis oraculo pœnã excommunicationis latæ ſententiæ appoſitã fratribus ordinis minorum S. Franciſci de obſeruantia contrauenientibus conſtitutioni emanatæ à fœlicis recordationis Sixto V. ſuper Bibliothecis in totum ſuſtuliſſe, reliquas vero pœnas firmas & in ſuo robore remanere voluiſſe, decernendo tamen fratres dicti ordinis in illas pœnas incurrere nõ niſi ante ſuceptũ per eos officium, vt in ipſa cõſtitutione cauetur, ſed ſi infra viginti dies á die ſuſceptiper eos officij omnia in ipſa cõſtitutione cõtenta adimplere diſtulerint &c. Datum Romæ in Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ die decima nona mẽſis Maij, anno Dñi milleſimo quingẽteſimo nonageſimo ſecundo.

Sed quia minus labor in faciendis & reuidendis præfatis inuentarijs & librorum exemplaribus non obſtante dicto vocis oraculo adhuc aderat, & aliæ pœnæ formæ in ſuo robore permanebant contra nõ exequentes ad vnguem quæ dicta conſtitutione præcipiebãtur, & quia fratres libros proprios habere non poterãt, & quia verbi Dei prædicatoribus & confeſſoribus valde incommodum exiſtebat ad huiuſmodi bibliothecas diu noctuque hyemis præſertim, vel æſtatis tempore accedere & ibi per aliquas horas ſtudij cauſa permanere ideo commoditatibus fratrum in hac parte conſulere cupiens noſter Reuerendiſsimus pater Franciſcus à Soſa totius noſtri ordinis meretiſsimus paſtor à S. D. N. Clemente Octauo, obtinuit, vt præfatã conſtitutionẽ moderari adhuc magis dignaretur. Cuius moderationis dat Reuerendiſsimus pater noſter autoritate Apoſtolica ſufficiens teſtimoniũ, quod ſic ſe habet.

Frater Frãciſcus à Soſa totius ordinis minorũ generalis miniſter & ſeruus fidẽ facimus, & in verbo veritatis atteſtamur omnibus patribus, miniſtris cuſtodib⁹, & guardianis cæteriſq; patribus & fratribus noſtræ curiæ cõmiſſis qualiter S. D. N. Dñs Clemens Papa VIII. poſt priorem illam moderationẽ cõſtitutionis á Sixto V. ſuper bibliothecis editæ ad inſtantiam illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi Domini Cardinalis Matthæi noſtri ordinis protectoris viuæ vocis oraculo factã, in qua pœnã excõmunicationis latæ ſententiæ appoſitam fratribus obſeruantibus cõtrauenientibus prædictæ cõſtitutioni Apoſtolicæ in totum ſuſtulit, noſtris etiã ſupplicationibus inclinatus ſuæ vocis oraculo ſecundo moderatus eſt præfatã conſtitutionem remouens ab ea omnes pœnas ibidem expreſſas, quas ligare & cõprehendere ſua ſanctitas vult illas ſolum modo perſonas quæ prædictas bibliothecas defraudare cõtigerit, cõtra quas etiã extat conſtitutio fœlicis recordationis Pij V. quæ nõ eſt reuocata. In cuius rei teſtimonium has noſtras tradimus literas manu noſtra ſubſcritas, maioriq; officij noſtri ſigillo munitas, quarũ tranſumptis etiã impreſſis manu & ſigillo patrũ prouincialium miniſtris in ſuis prouincijs eadẽ fides adhibeatur, quæ ijs noſtris adhiberetur ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. in noſtro Mediolanenſi Beatæ Mariæ Pacis conuentu die 2. Octobris. 1600.

Frater Franciſcus á Soſa Miniſter Generalis.

Circa quod viuæ vocis oraculum eſt notandum

tandũ, quod pœna excõmunicationis ipſo facto Romano Põtifici reſeruata appoſita in cõſtitutione Sixti V. licet fuerit in totũ ſublata â S. D. N. Clemẽte VIII. nũc eſt re ualidata cõtra eos tãtũ qui prędictas biblio thecas defraudare contigerit, prout Pius V. antea ordinauerat, vt ex eius conſtitutio ne patet, cuius tenor ſequitur.

Habetur in li. manifiul. frat. um Mi nor. pa. 10. fo. 331. pa. 2.

Pius Papa V. ad perpetuam rei me moriam. Cum ſicut accepimus nonnul li cõſcientiæ ſuæ prodigi, & auaritiæ morbo laborantes libros ex bibliothecis nõnullorũ monaſteriorũ, & domorum ordinis Sancti Franciſci furto extrahere, & penes ſe pro eorum vſu retinere nõ vereãtur in animarũ ſuarum periculum, & ipſarũ bibliothecarũ, ac fratrũ eiuſdẽ ordinis nõ modicũ præiudiciũ. Nos ſuper his prout noſtro incũbit officio de opportuno remedio præuidere volentes motu proprio, & ex certa ſciẽtia noſtra vniuerſis & ſingulis perſonis eccleſiaſticis ſæcularibus & regularibus vniuſcuiuſque ſtatus gradus ordinis, vel conditionis exiſtant etiam ſi pontificali dignitate præfulgeant, tenore præſentiũ mandamus, ne ex bibliothecis prædictis, aut earũ aliqua libru aliquẽ, aut quaternum furto ſubtrahere quoquo modo præſumant. Nos enim quoſcunque ſubtrahentes excommunicationis ſententiæ ſubiacere volumus, & decernimus ipſo facto, à qua nullus ab alio quam á Romano Pontifice poſſit, niſi dumtaxat in mortis articulo abſolutionis beneficium obtinere. Nõ obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac monaſteriorum & ordinum præfatorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & cõſuetudinibus cæteriſque contrarijs quibuſcunque, &c. Dat. Rom. apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die 4. Nouembris 1568 Pontifi. noſtri anno 4.

De lectione librorum iam ſupra a aliqua egimus. a Sup. 2. to. q. 79.

QVÆSTIO. CXXX.

De lectoribus in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vtrum Doctores Theologiæ aliquã in ordinibus habeant præeminentiam ſecundũ literas Apoſtolicas.*
2 *Vtrum regulares in ſuis monaſterijs teneantur habere lectores ſacræ Scripturæ.*

ARTICVLVS I.

Vtrum lectores Theologiæ aliquam in ordinibus habeant præeminentiam ſecundũ literas Apoſtolicas.

RESPONDEO, dicendo, quod ſicut nomen Doctoris eſt dignitas iuxta tradita in iure & notata à Bartolo concludente Iudæum non poſſe effici Doctorẽ, cum doctoratus ſit dignitas, & ſatis poteſt dici, quod Doctor ſaltem legens incontinenti cum incipit legere, habet dignitatem, quia habet à lege iuriſdictionem ordinariam ſuper ſcholares, vt in quadam Authentica *b* continetur, & ſi continuat in legendo, acquirit dignitatem, id eſt, concitatum, vt dicunt iura. *c* Ex quibus infertur, quod Doctor maximè legens præferendus eſt militi, vt notat Bartolus. *d* Et Panormitanus *e* ait, quod Theologus Doctor eſt præferendus Canoniſtæ, & Canoniſta Legiſtæ, & Legiſta

a c. quãto de magiſtr. & ibi Pan. Bar to. in l. fi. C. de Iudæis. b Auth. habita C. ne filius pro patrib. c l. vn. C. de Athle. li. to d Bart. in l. ex eo ff. de milit. teſta. e Pan. in c. clerici de iudiciis.

Legista Medico, & Geminianus ait, f quod ille præcedere debet, qui est approbatus à superiore, & digniori. Vnde Pius Quintus, in quadam constitutione facta pro ordine minorum regularis obseruantiæ ordinauit, *Quod sacræ Theologiæ, qui quatuor cursus absoluerit, actiua voce & passiua in capitulo prouinciali fruatur.* Gregorius XIII. in bulla quæ incipit, *Consueuit Romanus Pontifex*, Data Romæ apud D. Marcum die octauo Septembris anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus sui anno secundo, hoc priuilegium lectoribus supradicti ordinis Minorum abstulit. At in constitutionibus generalibus Vallisoletanis priuilegium Pij V. innouatum est, non vt priuilegium Apostolicum cum iam sit sublatum, sed vt ordinatio generalis, quæ habet in hunc modum. *Conceditur lectoribus Theologiæ, qui per duodecim annos continuos, vel interpollatos (si talis interpollatio vergat in vtilitatem prouinciæ) voce actiua, & passiua gaudeant.* Circaquam ordinationem dubitauit quidam, vtrum gaudeant supradicto priuilegio legentes dictos cursus in alienis prouincijs ad suas prouincias reuertentes, si dictus cursus autoritate prælatorũ laudabiliter perlegerint. Et responsum fuit in eodem capitulo generali, quando facta fuit dicta ordinatio, quod sic, & sic fuit admissus pater frater Fräciscus à Ribas pater Prouinciæ Conceptionis, qui de mandato Reuerendissimi Patris nostri Fräcisci à Tolosa, Lector Theologię fuit institutus in collegio S. Bonauẽturę vniuersitatis Colimbricẽsis Prouinciæ Portugaliæ, cui omne tempus, quod cum summa omnium laude (propter huius patris summam religionis, & doctrinæ eminentiam, & conuersationis humilis affabilitatem) Theologiam indicto collegio perlegendo consumpsit, fuit imputatum ad hoc priuilegium iure optimo gaudendum. Et ratio iuridica hoc dictat. Nam cũ dicta ordinatio facta sit iuxta priuilegium commemoratum Pij V. debet intelligi secundum terminos ipsius iuxta doctrinam cuiusdam Authenticæ g definientis, quod lex debet intelligi admodum, quo intelligitur statutum, ad cuius similitudinem facta est, & tradit post alios Nauarrus, h & verba constitutionis Pij V. hoc priuilegiũ concedunt lectoribus habito respectu ad eorum labores, & sciẽtiam in religione bene meritam, & ad honorem religionis, pro qua infudati sunt, quæ ratio militat etiã in eis, qui in alienis prouincijs laudabiliter in sudando per duodecim annos legendo Theologiam perlegerint, vt ipsi in suis prouincijs hoc priuilegio possint gaudere præsertim cum, vt filij suarum prouinciarum dictos cursus consummauerint, & sic in ipsarũ vtilitatẽ fuerint lectores. Primo propter maximum honorem, quem ex electione consequuntur. Secundo quia legendo in alienis prouincijs exercitio literarum creantur viri, qui literis, & religione in suis postea prouincijs existentes eas illustrãt. Vnde verba dictæ cõstitutionis ibi. *Si talis interpollatio vergat in vtilitatẽ prouinciæ*, debẽt adhunc modũ interpretari, vt excludãt eos, qui faciunt interpollationes voluntarias, inuisendo parentes, & eorum negotia agentes, quæ nec in vtilitatem suarum Prouinciarum, nec religionis conferunt. Nec simile est de ijs, qui in alienis prouincijs ministri prouinciales instituuntur, hi enim post eorum officium etiam laudabiliter consummatũ non sunt patres, & perpetuo diffinitores in suis prouincijs, si ad eas reuertantur: nam nullum est ius, nec fuit aliqua constitutio apostolica ipsis talem prærogatiuam concedens adinstar cuius ipsis eam tribuere debeamus, & ratio quare dicti patres instituti sunt perpetui definitores cessat in eis, nam prouinciales in alienis prouincijs, non habent notitiam fratrum & rerum suarum prouinciã, propter quam notitiã prouinciales in suis prouincijs definitores perpetui sunt instituti.

f Gemin. in c. hi, qui de præb. lib. 6

g Auth. cõstitutio, quę innouat. §. vndeuer. in illis colu. 3.

h Nauar. de dat. & promiss. nota. 3. in 6. in fin.

ARTICVLVS II.

Vtrum regulares in suis monasterijs teneantur habere lectores sacræ Scripturæ.

REspondeo dicendo, quod Concilium Tridentinum a statuit, quod in monasterio monachorũ, vbi commode fieri que ex-

a Trid. sess. 5. de refor. cap. 1.

queat, etiam lectio sacræ Scripturæ habeatur, qua in re si Abbates negligentes fuerint Episcopi locorũ in hoc, vt Sedis Apostolicæ legati eos ad id opportunis remedijs compellant. In conuentibus vero aliorum regularium, in quibus studia commodè vigere possunt, sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur, quæ lectio capitulis generalibus, vel prouincialibus assignetur dignioribus magistris. Hęc concilium. Ex cuius literæ contextu colligitur, quod sicut monachi possunt compelli ad id muneris remedijs opportunis: ita etiam cæteri regulares, vt patet ex verbis Cõcilij ibi, *Similiter habeatur*. Remediũ autem opportunum quo Episcopi possunt compellere monachos, & regulares, ad hoc erit excommunicatio, cum Episcopi sint deputati, vt hoc adimpleatur, vt Sedis Apostolicæ delegati, & legati possint exercere omnia in sua prouincia, quę potest ille, qui eos misit præter specialiter reseruata, prout ait Syluester *b* & certum est, quod Summus Pontifex, cuius delegati sunt Episcopi quoad hoc possunt excommunicare suos religiosos. Cum enim legatus à Papa accedit ad aliquam vrbem suæ legationis, omnis clerus iubente Episcopo tenetur obuiã exire ei ipsi honorem deferendo, & nõ excusantur illi, qui exempti alioquin sunt à iurisdictione Episcopi, prout colligitur ex iure *c* & tradunt Doctores, & Gundisaluus, & Staphileus: Nec enim minus parendum est legato Apostolico, quam Pontifici Maximo, vt iura *d* diffiniunt, & contumaces in parendo iussis legati excommunicationis mucrone feriuntur, prout traditur in iure, *e* vbi Archidiaconus, & Cardinalis & tenet Barbacia, habetque legatus à latere etiam contra eos, qui proprijs priuilegijs Sedi Apostolicæ patere tenẽtur quos vocant exemptos iurisdictione, vt referendo aliqua tradit Mar. Antonius Cuquus, *f* quæ tamen potestas alij inferiori legato non conceditur, prout tenet quæ dã Glossa, *g* & sequitur Aegidius & in illis casibus in quibus Episcopus in exemptos iurisdictionem habet, eandem & legatus de latere habebit, vt si exemptus notorie excommunicatus sit, sicut potest Episcopus eum denunciare ita & legatus, prout tradunt Ioannes *h* Andræas & communiter Doctores quos sequitur Staphileus.

Aduertendum tamen est quod lectio Theologiæ Scholasticæ vel moralis quæ confessionibus audiẽdis deseruit decreto supradicto sacri Concilij Tridentini satisfacit, prout practica admisit.

Aduertendum etiam, quod lectiones sacræ Scripturæ possunt regulares in suis Ecclesijs legere, prout ordinauit Pius *i* Quintus.

b Syl. tit. de legat. §. 12.

c ca. nimis parua de excess. Præl. vbi Docto. Gundis. in tract. delegato Apos. q. 7. in prin. Staphi. in tract. de potest. legati. n. 17.

d c. cũ parati de appel. c. si Abbatẽ vbi DD. de elect. lib. 6.

e c. valde §. legatũ & §. sequẽ. d. 94 Barb. in tract. de lega. Apost. n. 2.

f Cuq. lib. 2 maio. instit. tit. §. de legib. Apost. n. 68. & 69

g glo. in c. de offi. del.

Ægyd. dec. 106.

h Andr. in c. de priuil. Staph. de potest. legati. c. 11.

i Pius V. in constit. Etsi mendicantium.

LAVS DEO.

INDEX OMNIVM QVÆSTIONVM, ET ARTICVlorum: & dubiorum, quæ in hoc ſecundo tomo continentur: in quo lector curioſus poteſt videre varia, vtilia, & principalia, breuiter ſummata eorum, quæ in eo ventilantur.

QVAESTIO PRIMA.

De correctione fratrum quoad iudicum neceſsitatem, & eorum qualitatem, in quatuor articulos diuiſa Pag. 1.

Circa quam quæſtionem quæruntur quatuor,

1 VTRVM neceſſarium ſit iudices in religionibus conſtituere?

2 Quomodo prælati & iudices debeant particulares amicos euitare ne partiales videantur?

3 Vtrum prælati, & iudices debeant eſſe inexorabiles, ne de partialitate notentur.

4 Quomodo iudices & ſuperiores ab iracundia & verbis inordinatis debent eſſe alieni vt recte iudicent.

QVAESTIO. II.

De correctione fratrum quoad iudices eorum, in decem articulos diuiſa. Pag. 7.

Circa quam quæſtionem quæruntur decem,

1 Vtrum iudex ſecularis poſsit cognoſcere de cauſis Regularium.

2 Vtrum iudex ſecularis poſsit cognoſcere de cauſis religionum militantium.

3 Vtrum iudex ſecularis poſsit cognoſcere de crimine commiſſo à religioſo ante ingreſſum religionis?

4 Vtrum delinquens ſimul laicus cum monacho debeat conueniri coram iudice ſeculari an regulari?

5 Vtrum religioſus conuerſus religionis approbatæ nullo ordine inſignitus qui relicto habitu, ſe immiſcuit rapinis & latrocinijs & alijs enormibus criminibus perdat ſecundum ius commune priuilegium fori, & ſubijciatur iudici ſeculari.

6 Vtrum epiſcopi poſsint corrigere monachos delinquentes.

7 Vtrum milites D. Ioannis comprehendantur ſub diſpoſitione Concilij Tridentini quatenus habet ordinarium tanquã ſedis apoſtolicæ delegatũ, poſſe viſitare, punire, corrigere quemcunque clericum cuiuſuis ordinis perſonaiis, & regularis extra monaſterium degentẽ & delinquẽtem non obſtantibus priuilegijs.

8 Vtrum prælati regulares ſint iudices regularium.

9 Vtrum prælati regulares & non alij poſſint corrigere fratres matriculatos in ſtudijs generalibus.

10 Vtrum prælatus regularis poſsit de iure iudicare nouitium qui occidit iniuſte religioſum profeſſum, an potius tale iudiciũ pertineat ad ſecularem iudicem, & vtrum poſsit torqueri à iudice ſeculari.

Index

QVÆSTIO III.

De iudicibus regularibus quoad modum procedendi in communi intres articulos diuiſa. Pag. 20.

Circa quam quæſtionem quæruntur tria.

1 Quomodo prælati, procedãt in iudicijs.
2 Vtrum ante quam iudex procedat debeat conſtare de delicto commiſſo.
3 Vtrum antequam iudex procedat cõtra aliquem delinquentem debeat conſtare de delinquente.

QVÆSTIO. IIII.

De correctione fratrum quantum ad viſitationem, inſex articulos diuiſa. Pag. 20.

Circa quam quæſtionem ſex quæruntur.

1 An ſint obligati generales ordinum mittere commiſſarios ad viſitandas prouincias.
2 Per quos patres debeant ſuperiores prouincias viſitare.
3 Vtrum viſitatores poſsint ſubdelegare.
4 Vtrum generales & prouinciales teneantur ſingulis annis viſitare.
5 Quomodo viſitatio ſit fratribus proponenda.
6 Vtrum epiſcopus aut eius prælatus regularis poſsit viſitare capellanum regulare triremium qui aduerſis ventis ad partes ſuarum diœceſum deuenit & ibi commoratur.

QVÆSTIO. V.

De fratrum correctione quantum ad inquiſitiones, in vndecim articulos diuiſa. Pag. 26.

Circa quam quæſtionem vndecim quæruntur.

1 Quid & quotuplex ſit inquiſitio.
2 Quis poteſt inquirere.
3 Vtrum ad inquiſitionem generalem facié dam neceſſe ſit quod præcedat infamia.
4 Vtrum in inquiſitione generali poſsit inquiri de aliquo particulari.
5 Vtrum in inquiſitione particulari poſsit procedi contra non infamatum.
6 Vtrum poſsit aliquis ſpecialiter inquiri. non præcedente infamia, quando crimen eſt contra Rempublicam.
7 Vtrum infamatus de vno delicto poſsit de alijs inquiri, de quibus non eſt infamatus.
8 Vtrum iudex poſsit inquirere de genere alicuius, licet contra eum nulla præceſſerit infamia generis maculati, & vtrum non præcedente infamia poſsit contra aliquem procedere.
9 Vtrum prælati contra fratres poſsint inquirere, & eos punire ſuper delictis, quæ ipſos dubitatur commiſiſſe.
10 Quid debeant inquirere Viſitatores monialium.
21 Vtrum crimina præſcribantur, ita vt iudex contra criminoſum minime poſsit procedere.

QVAE-

Quæſtionum.

QVAESTIO VI.

De correctione fratrũ quantum ad obligationem denunciãdi deliquentes in decem articulos diuiſa. *Pag.33.*

Circa quam quæſtionem decem quæruntur.

1 Quid & quotuplex eſt denunciatio.
2 Vtrum omnes teneantur iudicialiter denunciare,
3 Vtrum aliqui denunciare prohibeantur.
4 Vtrum denunciatio ſtatim obliget ſine correctione fraterna præcedente.
5 Vtrum aliquando poſsit denunciatio fieri nulla correctione præcedente.
6 Vtrum denunciatio iudicialis ſit adhibẽda, ſi creditur quod correctione adhibita fraterna, frater non omnino emendabitur.
7 Vtrum teneatur quis denunciare quod audiuit.
8 Vtrum iudices facile debeant admittere denuntiationes.
9 Vtrum peccent denunciatores non potentes probare quod denunciant.
10 Vtrum literæ infamatrices ſeu delatoriæ incerto authore ſcriptæ vim habeant accuſationis, aut denuntiationis aut inquiſitionis.

QVAESTIO VII.

De correctione fratrum quantum ad accuſationem, in octo articulos diuiſa. *Pagi.40*

Circa quam quæſtionem octo quæruntur.

1 Quid ſit accuſatio, & vtrum in ſcriptis debeat fieri.
2 Vtrum iudices debeant procedere contra delinquentes, nulla accuſatione impoſita.
3 Vtrum in aliquibus caſibus poſsint iudices abſque accuſatore procedere contra aliquos.
4 Vtrum aliquis ad accuſandum obligetur.
5 Vtrum calumniatores, & præuaricatores & tergiuerſatores peccent, in accuſando mortaliter.
6 Vtrum iudex inferior poſsit reſcindere accuſationes coram ſe factas.
7 Vtrum laici & Eccleſiaſtici poſsint monachos accuſare.
8 Vtrum accuſator deficiens in accuſatione ſit talionis pœna plectendus.

QVAESTIO VIII.

De correctione fratrum quantum ad correctionem fraternam, in ſeptem articulos diuiſa. *Pag.44.*

Circa quam quæſtionem ſeptem quæruntur

1 Quo iure ad correctionem fraternam teneamur.
2 Vtrum correctio fraterna obliget omni tempore & loco.
3 Vtrum exiſtens in peccato mortali teneatur corrigere fratrem.
4 Vtrum correctio fraterna ſit neceſſario coram duobus teſtibus exhibenda.
5 Vtrum correctio fraterna in aliquo caſu obliget cum periculo vitę.
6 Vtrum prælati teneantur cum periculo vitæ fraternaliter ſubditos corrigere, quos ſciunt deliquiſſe.
7 Vtrum teneamur ante accuſationem, aut denuntiationem corrigere fratrem delinquentem.

Index.

QVAESTIO IX,

De correctione fratrum quoad teſtes ſingulares, in ſex articulos diuiſa. Pag. 49.

Circa quam quæſtionem ſex quæruntur.

1 Quando dicuntur teſtes ſingulares.
2 An ſi duo vel tres vnus poſt alterum ſucceſsiuè viderint per foramen, per quod ſimul videre non poterant aliquem delinquentem ſint teſtes ſingulares, an conteſtes.
3 Vtrum teſtes dicantur ſingulares quando in facto principaliter conuenient.
4 An per teſtes ſingulares aliquis ſit condemnandus.
5 Vtrum in aliquibus caſibus teſtes ſingulares faciant fidem.
6 Vtrum propter teſtes ſingulares poſsit aliquis incarcerari, aut torqueri.

QVAESTIO X.

De correctione fraterna quoad teſtium variationem, in tres articulos diuiſa. Pag. 53

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 Vtrum credendum ſit teſti varianti.
2 Quando dicatur teſtis variare.
3 Vtrum teſtis varius poſsit torqueri.

QVAESTIO. XI.

De correctione fratrum quantum ad perſonas potentes teſtificari, in quinque articulos diuiſa. Pag. 55.

Circa quam quæſtionem quinque quæruntur.

1 Vtrum monachi poſsint eſſe teſtes in cauſis ciuilibus & criminalibus ſuorum monaſteriorum.
2 Vtrum monachi ad teſtimonium ferēdum compelli poſsint.
3 Vtrum in cauſis criminalibus moniales poſsint eſſe teſtes contra alias moniales.
4 Vtrum vt teſtificentur monachi & moniales ſit neceſſaria licentia prælatorum.
5 Vtrum laici contra clericum & monachū poſsint eſſe teſtes.

QVAESTIO. XII.

De correctione fratrum quantum ad torturam teſtibus dandam, in quatuor articulos diuiſa. Pag. 59.

Circa quam quæſtionem quæruntur quatuor,

1 Vtrum teſtes ſint torquendi, vt veritatem indicent.
2 Vtrum quando teſtes ſint torquendi debeat eis dari copia indiciorum, & proceſſus.
3 Vtrum tortura purget defectum teſtium.
4 Vtrum omnes teſtes qui delicto interfuerunt, ſint torquendi.

QVAEST.

Quæſtionum.

QVAESTIO XIII,

De correctione fratrum quo ad numerum teſtium in ſex articulos diuiſa. Pag. 60

Circa quam quæſtionem ſex quæruntur.

1 Quæ probationes requirãtur in cauſiuscriminalibus.
2 Vtrum pro crimine clam cõmiſſo admittantur leuiores probationes.
3 Vtrum ſemel malus ſemper præſumatur malus ad hoc vt contra eum minor ſufficiat probatio.
4 Quomodo teſtes ſint examinandi.
5 Vtrum ſola ſcriptura priuata faciat plenã probationem.
6 Vtrum denunciator faciat numerum cũ alio teſte.

QVAESTIO XIIII.

De correctione fratrum quoad teſtium interrogationes, in octo articulos diuiſa. Pag. 64

Circa quam quæſtionem octo quæruntur.

1 Vtrum teſtes neceſſario debeant interrogari à iudice.
2 Vtrum perſona notarij ad ſcribenda dicta teſtium ad apices iuris pertineat.
3 Quomodo ſaluanda ſit conſuetudo aliquarum religionum, in quibus per ſe ipſos iudices regulares ſcribunt ea, quæ à teſtibus dicuntur non adhibito notario Ordinis.
4 Vtrum teſtis poſsit deponere dictum ſuũ in ſcriptis poſt iuramentum, taliter, quod ipſe ſcribat ſuum dictum.
5 Vtrũ in cauſis ordinis ſint à iudice teſtes neceſſario inquirendi.
6 Vtrum teſtes ſint interrogandi, de loco, tempore & cauſa ſui dicti.
7 Vtrum teſtes poſsint interrogari de occultis.
8 Vtrum teſtes vt valeant fint ſub iuramẽto interrogandi.

QVAESTIO. XV.

De correctione fratrum quo ad veritatem á teſtibus proferendam in duos articulos diuiſa. Pag. 70.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Vtrum teſtis perſumatur dicere verum. 2 Qua pœna falſi teſtes ſunt puniendi.

QVAESTIO. XVI.

De correctione fratrum quo ad teſtium detectionem & oppugnationem, in quatuor articulos diuiſa. Pag. 71.

Circa quam quæſtionem quæruntur quatuor.

1 An teſtes ſint reo detegendi.
2 Vtrum licitum ſit opponere aliquid contra teſtes.
3 Ex quibus cauſis oriatur inimiciita capitalis ad euacuationem teſtium.
4 Vtrum vera aut falſa opponentes teſtibus mortaliter peccent.

Index

QVÆSTIO XVII.

De correctione fratrum quantum ad carcerem reorum, in tres articulos diuiſa. Pag. 76.

Circa quam quæſtionem quatuor quęruntur.

1 Quid ſit carcer.
2 Quis ſit carceris inuentor.
3 Vtrum carcer poſsit eſſe teter & obſcurus.
4 Vtrum religioſi poſsint incarcerari ſine informatione ſummaria,

QVÆSTIO. XVIII.

De correctione fratrum quoad citationem reorum, in tres articulos diuiſa. Pag. 79.

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 Vtrum generalis Regulariũ poſsit priuare monachos officijs viſitandi & procurãdi ſine citatione propter delictum graue ab ipſis commiſſum notoriè.
2 Vtrum quando citetur religioſus, vt compareat debeat ſeruari ſtylus & ritus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.
3 Vttum valeat proceſſus factus per viam Inquiſitionis etiam ſi nulla interueniat partis citatio.

QVÆSTIO. XIX.

De correctione fratrum quantum ad interrogationes reorum, in vndecim articulos diuiſa. Pag. 82.

Circa quam quæſtionem vndecim quæruntur.

1 Quomodo iudices regulares debent â reis veritatem extorquere.
2 Vtrum reus iuridice interrogatus à iudice competenti ſtatim cum ab eo interrogatur teneatur reſpondere & ad veritatem confitendam poſsit aſtringi,
3 Quomodo dicatur iudex recte procedere vt reum iuridice poſsit interrogare.
Vtrum reus legitime interrogatus poſsit verbis æquiuocis celare veritatem.
Vtrum reus legitime interrogatus tacendo
5 habeatur pro confeſſo.
6 Vtrum reus, cui defertur iuramentum poſsit verbis æquiuocis celare veritatẽ.
7 Vtrum reus in rebus parui momẽti interrogatus iuridice peccet mortaliter, non manifeſtando veritatem.
8 Vtrum reus indiciatus de vno crimine poſsit de alio interrogari.
9 Vtrum reus negans delictum teneatur ipſum confiteri poſt ſententiam contra ipſum prolatam.
10 Vtrum reus poſsit de complicibus interrogari.
11 Vtrum poſsit dari iuramentum reo quãdo â iudice interrogatur.

QVAESTIO XX

De correctione fratrum quoad torturam, in decem articulos diuiſa. Pa. 87.

Circa quam quæſtionem decem quæruntur.

1 Quid & quot ſunt tormentorum genera.
2 Quid præcedendum antequam ad torturam deueniatur.
3 Quibus ex cauſis & indicijs ad torturam eſt deueniendum.
4 Vtrum iudex teneatur dare reo copiam indiciorum cum certo termino ante quã ponatur ad torturam.
5 Vtrum danda ſit copia indiciorum, etiam ſi reus eam non petat.

Vtrum

6 Vtrum non data copia indiciorum ſi reus ponatur ad torturam ſit nullum dictum rei in tortura & proceſſus, & an ex tali dicto, & confeſsione debeat puniri.
7 Vtrũ clerici & monachi poſsint torqueri.
8 Vtrum prælati regulares poſsint verbera re quẽdam ſubditum per laicum familiarem monaſterij deferẽtem habitum tertij Ordinis minorum.
9 Vtrum tormenta repeti poſsint.
10 Vtrum liceat alicui metu tormentorum crimen quod non commiſit fateri.

QVAESTIO XXI.

De correctione fratrum quo ad purgationem canonicam, in duos articulos diuiſa. Pagina 94.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Vtrum religioſis ſolum infamatis ſit canonica purgatio indicenda.
2 Quis ſit effectus purgationis canonicæ

QVAESTIO XXII.

De correctione fratrum quantum ad ſententiam definitiuam proferendam in generali, in octo articulos diuiſa. Pag. 95,

Circa quam quæſtionem octo quæruntur.

1 Quomodo debeant ſe habere iudices in iuſta ſententia ferenda.
2 Quomodo iudices regulares debent ſe iuribus regulare, in ſententijs ferendis moderando pœnas.
3 Quomodo iudices Regulares deficiente diffinitione iuris debeant finaliter cauſas ſuas determinare moderando pœnas.
4 Quomodo debent ſe habere iudices in pœnis arbitrarijs imponendis.
5 Vtrum indiciati de aliquo crimine poſsint puniri.
6 Vtrum propter infamiam poſsit quis puniri
7 Vtrum generales & prouinciales poſsint punire delinquentem monachum ſine conſilio patrum prouinciæ.
8 Vtrum commiſſarius cum plenitudine poteſtatis à generale inſtitutus proferens iniuſtam ſententiam poſsit impediri à prouinciale eam exequi.

QVAESTIO XXIII.

De correctione fratrum quantum ad arbitrariam pœnam & ad pœnam carceris ipſis imponendam pro delictis, in ſeptem articulos diuiſa. Pag. 102.

Circa quam quæſtionem quæruntur ſeptem.

1 Vtrum pœna arbitraria poſsit extendi vſque ad pœnam mortis.
2 Vtrum prælati debeant eſſe faciles ad incarcerandum.
3 Vtrum ad incarcerandos monachos delinquentes fugientes poſsit à prælatis regularibus inuocari auxilium ſæculare.
4 Vtrum religioſi poſsint ad carcerem perpetuum damnari.
5 Vtrum cõdemnatio alicuius ad perpetuũ carcerem cum aſsignatione quatuor vnciarum panis pro cibo & totidem aquę pro potu ſingulis diebus ſit cõdemnatio ad vltimũ ſupplicium, ita vt ſi ſic cõdemnatus moriatur cenſendus ſit cõdemnans irregularis.

6 Vtrum religioſus legitimè ad carcerē perpetuum a ſuo ſuperiore damnatus & in eo incluſus poſsit abſque peccato fugere.

7 Vtrum detruſio in monaſterio ſit magna pœna, & fratribus pro delictis ſit imponenda.

QVAESTIO XXIIII.

De correctione fratrum quo ad monaſterij relegationem. in duos articulos diuiſa. Pag. 107

Circa quam quæſtionem duo quæruntur

1 Vtrum religioſi poſsint propter eorum delicta mitti in exilium,

2 Vtrum monaſterium vbi monachus commiſit delictum debeat ipſi ſuppeditare alimenta quando in alud monaſterium relegatur.

QVAESTIO XXV.

De correctione fratrum quo ad relegationem ad triremes & expulſionem ab ordine intres articulos diuiſa. Pag. 108.

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 Vtrum religioſi poſsint ad triremes relegari.

2 Vtrum deceat prælatum regularem ad triremes ſuos ſubditos relegare,

3 Quomodo expulſi ab ordine ſint recipiendi.

QVAETIO XXVI.

Decorrectione fratrum quo ad priuationem officiorum, in tres articulos diuiſa. Pag. 109

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 Vtrum prælati religioſorum poſsint ſubditos ab officijs ſuſpendere & deponere ipſis non citatis.

2 Propter quod crimen poſsit aliquis religioſus prælatione priuari & inhabilitari ad aliam.

3 Vtrum in ordine Ciſtertij viſitatores poſsint extra capitulum ſuſpendere conſiliarios eiuſdem ordinis.

QVAESTIO XXVII.

De correctione fratrum quantum adpœnam inceſtus cum filiabus ſpiritualibus commiſsi, in tres articulos diuiſa. Pag. 113.

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 Quapœnaſunt puniendi ſacerdotes regulares inceſtum cum filiabus confeſsionis committentes.

2 Vtrum Regulares ſolicitantes fœminam extra confeſsionis actum poſsint puniri ab eorum prælatis.

3 Vtrum

3 Vtrum ſacerdotes in actu vel iuxta actum confeſsionis prouocantes ad peccatum nefandum, comprehendãtur in hac conſtitutione Pij Quarti.

QVAESTIO. XXVIII.

De correctione fratrum quoad pœnam imponendã confeſsarijs Regularibus ſine iuriſdictione confeſsiones audientibus, & ſine ordine ſacerdotali celebrantibus, in duos articulos diuiſa. Pag. 115.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Qua pœna puniantur ſacerdotes Regulares audientes confeſsiones ſine iuriſdictione actuali.
2 Qua pœna debet puniri ille, qui non eſt ſacerdos, & celebrat.

QVAESTIO. XXIX.

De correctione fratrum quoad crimen Sodomiæ & adulterij, in tres articulos diuiſa. Pagina 118.

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 Quomodo vitium ſodomiæ ſit abominabile & fugiendum.
2 Quibus cenſuris & pœnis Sodomitæ afficiantur, & à qulbus iudicibus iudicentur.
3 Vtrum monachus ſit puniendus propter fornicationem commiſſam cum muliere maritata.

QVAESTIO. XXX.

De correctione fratrum quoad pœnam ſacrilegij cum monialibus imponendam in duos articulos diuiſa, Pag. 121.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Qua pœna debeant puniri committentes ſacrilegium cum monialibus, & ipſæ moniales conſentientes.
2 Vtrũ filij monialiũ & ſacerdotũ ſint ſacrilegi

QVAESTIO XXXI.

De correctione fratrum quoad punitionem calumniatorum, & maledicorum, in quatuor articulos diuiſa. Pag. 123.

Circa quam quæſtionem quatuor quæruntur.

1 Qua pœna puniatur calumniator.
2 Vtrum mittens literas ad ſuum prælatum ſuo ſigillo clauſas de aliquibus criminibus cõtra aliquos eum certiorem faciens, ſit puniendus tanquam calumniator, ipſa crimina non probando.
3 Qua pœna maledicus puniatur.
4 Qua pœna ſit puniendus monachus ſedicioſus, & feminans diſcordias inter fratres.

QVAESTIO XXXII.

De correctione fratrũ quoad pœnã imponẽdã falſarijs, in duos artic. diuiſa. Pa. 127

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Quomodo falſarij ſint puniendi.
2 Qua pœna puniãtur falſos teſtes ſolicitãtes

Index

QVAESTIO. XXXIII.

De correctione fratrum quoad crimen læsæ Maiestatis. Diuinæ & humanæ, in quatuor articulos diuisa. Pag. 128.

Circa quam quæstionem quatuor quæruntur,

1 Qua pæna puniantur religiosi (quod absit) hæreticantes.
2 Qua pæna afficiantur crimen læsæ maiestatis committentes.
3 Qua pæna puniendi sint extrahentes delinquentes à manibus iustitiæ.
4 Qua pæna sit puniẽdus monachus de Rege male dicens.

QVAESTIO XXXIIII.

De correctione fratrum quantum ad pænam homicidij imponendam in quatuor articulos diuisa. Pag. 130.

Circa quam quæstionem quatuor quæruntur,

1 Qua pæna sunt puniendi religiosi homicidæ.
2 Qua pæna sint puniendi subditi qui manus violentas in prælatatos suos injiciunt.
3 Si in aliqua religione statuatur, vt qui vulnerauerit fratrẽ tali pæna puniatur, quo modo huiusmodi statutũ sit intelligẽdũ.
4 Qua pæna sint puniendi venefici,

QVAESTIO. XXXV.

De correctione fratrum quoad pænam imponendam dilapidatoribus bonorum monasterij, in duos articulos diuisa. Pag. 136.

Circa quam quæstionem duo quæruntur,

1 Qua pæna puniatur dilapidator bonorum monasterij.
2 Vtrum monachi possint conspirare cõtra Abbatem bona monasterij dilapidantem.

QVAESTIO XXXVI.

De correctione fratrum quoad pænam imponendam reuelãtibus secreta sacramẽtalia, aut naturalia, in quatuor articulos diuisa. Pag. 136.

Circa quam quæstionem quæruntur quatuor.

1 Qua pæna puniatur confessor, peccata confessa detegendo.
2 Qua pæna puniantur religiosi aperientes literas signatas, easque aduersario mittentis ostendentes.
3 Qua pæna debent puniri religiosi secreta ordinis intra & extra ordinẽ reuelantes.
4 Vtrum excusentur à pænis aperientes literas obsignatas, eas aduersarijs ad eorum defensionem ostendentes.

QVÆST.

Quæſtionum.

QVÆSTIO. XXXVII.

De correctione fratrum qnoad pœnam ebrietatis imponendam, in duos articulos diuiſa. Pag. 139.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur,

1 Vtrum ebrsetas ſit à religioſis alıena. 2 Quomodo ſit probanda ebrietas vt caſtigetur.

QVÆSTIO. XXXVIII.

De correctione fratrum quoad pœnam imponendam ludentibus fratribus in tres articulos diuiſa. Pag. 140.

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 Vtrum religioſis licitum ſit ludere ad aleas.
2 Qua pœna puniantur religioſi aleis ludentes.
3 Vtrum lucrata in ludis à religioſis ſint ipſis, an monaſterijs reſtituenda.

QVÆSTIO. XXXIX.

De correctione fratrum quoad pœnam furibus imponendam, in duos articulos diuiſa. Pag. 141.

Circa quam quæſtionem duo quęruntur.

1 Qua pœna ſint puniendi religioſi furtum committentes. 2 Vtrum furantes calices & patenas à locis religioſis ſint excommunicati.

QVÆSTIO, XL.

De correctione fratrum quoad pœnam imponendam iudicibus regularibus negligentibus & imperitis, in quatuor articulos diuiſa, Pag. 143.

Circa quam quæſtionem quatuor quæruntur.

1 Qua pœna puniatur iudex negligens in caſtigando delicta.
2 An iudex male iudicans, imperitia puniatur.
3 Quomodo cognoſcentur iudices male iudicantes ex dolo, vel ex leui culpa procedere.
4 Quæ pœna ſit imponenda prælato cuius culpa effectum eſt vt ſubditus ſine Sacramento pœnitentiæ deceſſerit.

QVÆSTIO. XLI.

De correctione fratrum quo ad reprehenſionem ipſis propter delicta, cum ſententia legitur dandam, in tres articulos diuiſa. Pag. 146.

Circa quam quæſtionem tria quęruntur.

1 Vtrum arguere ſubditos delinquentes ſit licitum prælatis. 2 Vtrum prælati poſsint contumeliari ſubditos

Index.

ditos delinquentes.
3 Quæ pæna puniantur prælati in dicendis verbis contumelioſis excedentes.

QVAESTIO. XLI.

De correctione fratrum quantum ad facultatem á ſententia appellandi, vnica ſolutione contenta eſt. Pag. 148.

QVAESTIO. XLII.

De correctione fratrum quoad criminis condemnationem, in ſex articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem ſex quæruntur.

1 Vtrum qui apud iudicem intercedit, vt pæna per legem ſtatuta remittatur, teneatur ad reſtitutionem.
2 Vtrum liceat Principi concedere remiſsionem delicti futuri.
3 Vtrum ſi pater monachus interficiatur, remiſsio pertineat ad filium, an ad monaſterium.
4 Vtrum ſemel in ſyndicatu abſolutus poſſit amplius conueniri.
5 Vtrum liceat iudicibus remittere pœnas delictis á legibus impoſitas.
6 Vtrum valeat confeſsio rei facta coram iudice promittente reo impunitatem ad effectum, vt poſsit eum pœna ordinaria caſtigare, aut remittere eius delictum teneatur.

QVAESTIO. XLIII.

De correctione fratrum quoad acceptam pœnam impoſitam delinquentibus, in duos articulos diuiſa. Pag. 154.

Circa quam quæſtionum duo quæruntur.

1 Vtrum reus condemnatus ad pœnam teneatur ipſam ſubire.
2 Vtrum condemnatus ad auſteram abſtinentiam, teneatur hanc ſubire pœnam.

QVAESTIO. XLIIII.

De decimis quantum ad obligationem eas ſoluendi á regularibus, in octo articulos diuiſa. Pag. 155.

Circa quam quæſtionem octo quæruntur.

1 Quid ſit decima & primitia.
2 Quo iure debeantur decimæ.
3 Vtrum Summus Pontifex poſsit concedere exemptionem á decimis.
4 Vtrum religioſi ſint á decimis exempti.
5 Vtrum moniales & eorum bona ſint á decimis exempta.
6 Quomodo regulares huic renuncient priuilegio.
7 Vtrum priuilegium conceſsum monaſterio vt poſsit recipere decimas alicuius parochiæ extendatur ad noua alia.
8 Vtrum religioſi confeſſarij teneantur facere fidelibus conſcientiam de decimis.

QVÆST.

Quæſtionum.

QVAESTIO. XLV.

De diffinitoribus in decem articulos diuiſa. Pag. 168.

Circa quam quæſtionem decem quæruntur.

1 Quare ſint diffinitores in religionibus.
2 Vtrum generales & prouinciales ſine cõſilio diffinitorum poſsint ferre ſententiã contra aliquem fratrem.
3 Quis ordo inſuffragijs dandis à diffinitoribus debet ſeruari.
4 Si diffinitores cupientes obedire generalibus, aut prouincialibus ſe à dicendo abſtineant, eo quod gratius illis futurum cauſarent, eos ſilere quam loqui, an venia digni ſint.
5 Quando generales, aut prouinciales affirmant, ſe habere validas cauſas aliquid faciendi, quæ tamen alijs ignotæ eſſent, an diffinitores, & prouinciales reſponſuri debeãt eorum propoſitioni acquieſcere.
6 Quid facient definitores ſentientes ſuperiores minime etiam ipſis cõtradicẽtibus ſententiam mutaturos.
7 Quid facient diffinitores ſcientes ſuperiores ipſis contradicentibus magis fore irritandos.
8 Quando res proponuntur definitoribus decidendæ quæ partes illarum eſſe debent.
9 Vtrum liceat diffinitoribus non accedere ad definitorium quando à prælatis indictum eſt.
10 An debeant diffinitores ſubſcribere ſententiæ latæ â prælato quam in diffinitorio non approbauerunt.

QVAESTIO. XLVI.

De diſpenſationibus, in vndecim articulos diuiſa. Pag. 178.

Circa quam quæſtionem vndecim quæruntur.

1 Quid & quotuplex eſt diſpenſatio.
2 Vtrum ſit diſpenſatio idem quod priuilegium, declaratio & Epicheia.
3 Quomodo Ephicheia ſit vtendum.
4 Vtrum prælati debeant facile concedere diſpenſationes:
5 Vtrum petens diſpenſationem & ea vtens ſine cauſa peccet.
6 Vtrum ſubreptitia ſit diſpenſatio innixa dolo & fraude.
7 Vtrum ſi Papa aut eius delegatus conceſſam à ſe diſpenſationis gratiam committat Ordinario, vt verificata narratiua diſpenſet, finiatur talis delegatio morte Papæ delegantis.
8 Vtrum diſpenſatio à Papa monacho facta ad teſtandum expiret morte concedentis re integra.
9 Quibus prælatis ſiue eccleſiaſticis, ſiue regularibus reſpectu ſuorum ſubditorum comperat de iure communi diſpenſandi authoritas tam circa præcepta, quam circa vota, in minutis & frequenter occurrentibus neceſsitatibus.
10 Vtrum quando prælatus mandat fieri aliquid contra præceptum regulæ cenſeatur diſpenſare.
11 Vtrũ diſpenſatio ſit ſtrictè interpretãda.

QVAESTIO. XLVII.

De regularibus quo ad donandi poteſtatem, in decem & ſex articulos diuiſa, Pag. 189.

Circa quam quæſtionem ſexdecẽm quæruntur,

1 Quid ſit donatio,
2 Vtrũ donatio omnium bonorũ præſentiũ, & futurorũ facta alicui monaſterio valeat.
3 Vtrum religioſi poſsint aliquid donare.
4 Vtrum fratres minores poſsint donationes extra ordinẽ, & intra ordinẽ facere.
5 Vtrum oblata in altari ante ingreſſũ monaſterij cenſeantur monaſterio donata.

6 Vtrum

Index.

6 Vtrum vasa argentea donata ante mortem monasterio ab aliquo Canonico possint repeti ab Ecclesia.

7 Vtrum ad negotiandum ab aliquo priori regulari possint quoad augmentum a donatario retineri.

8 Vtrum valeat donatio facta nouitio ante ingressum religionis.

9 Vtrum præfata donatio valeat iurata.

10 Vtrum dictũ decretum Concilij habeat locum in donationibus causa mortis.

11 Vtrum nouitij facta professione irrita existente, sit etiam irrita ipsa donatio.

12 Vtrum donatio nouitij morte ipsius ante professionem accedente reuocetur.

13 Vtrum renunciatio facta à nouitio post decimum sextum ætatis suæ annum valeat etiam si non fiat cum forma prædicti decreti.

14 Vtrum dicta donatio possit fieri à nouitio sine licentia Episcopi cum licentia solum superioris.

15 Vtrum monialés possint dare aliquid sæcularibus cum censu certæ annuæ quantitatis sibi soluendæ in vita sua.

16 Vtrũ decretũ Concilij Tridentini quantum ad donationes nouitiorum habeat locum in nouitijs Societatis Iesu.

QVAESTIO. XLVIII.

De dotibus monialium, in octo articulos diuisa. *Pag. 198.*

Circa quam quęstionem octo quæruntur

1 Vtrum prælati & moniales, committant simoniam in dotibus pro nouitijs recipiendis.

2 Vtrum quando monasterium est locuples, vt possit personas quæ recipiuntur alere, simoniacum sit pretium, id est dotem exigere.

3 Vtrum prelati monialium possint taxare dotem.

4 Vtrum ipsi prælati possint taxare aliquam particularem dotem sine consensu monialium & monasterij.

5 Vtrum dos ante professionem monialiũ possit recipi.

6 Vtrũ monasteria monialium immodicas dotes pro ingressu monialium recipientes cum pura cõscientia possint retinere.

7 Vtrum Abbatissa possit recipere certam pecuniæ quantitatem donec conuentui dos promissa pro nouitia soluatur.

8 Vtrum illa quæ ingressa monasterium cõuenit cum illo quod loco dotis habeat hęreditatem, quæ ei contingebat post mortem matris, & professa est, sit verè religiosa si ante ingressum religionis matri petenti suam legitimam renunciauit, & vtrum cum licentia sui prælati possit esse extra monasterium, vt ibi alatur.

QVAESTIO. XLIX.

De Ecclesijs regularibus quantum ad ædificia, in vndecim articulos diuisa. *Pag. 208.*

Circa quam quæstionem vndecim quæruntur

1 Vtrum prioribus conuentualibus incumbat in eorũ conuentibus ædificia erigere.

2 An sit melius & Deo acceptius fundare Ecclesiam Collegiatam regularem mendicantium, quam Collegiatam sæcularem cæteris paribus.

3 Vtrum possint regulares ædificare sine licentia Ordinarij.

4 Vtrum possit mutari Ecclesia & monasterium de vno loco in alium sine licentia Papę & Diœcesani.

5 Vtrum Ecclesiæ & monasteria possint ædificari alijs Ecclesijs fratrum vicina.

6 Vtrum Deo dicatæ Ecclesię & monasteria perpetua esse debeant, ita vt ad profanos vsus non possint transferri.

Vtrum

7 Vtrum monaſterium deſertum á fratribus Minoribus pertineat ad fratres, an ad eius fundatorem.
8 Vtrum priuilegiũ quod cõceditur religioni ædificandi monaſterij ſine licẽtia Ordinarij ex non vſu per decẽniũ amittatur.
9 Vtrum ſint excõmunicati regulares qui ſine licentia Papæ noua loca ad habitandum recipiunt.
10 Quomodo ſit intelligendum præceptum impoſitũ religioſis ex redditibus monaſterij ædificandi cum ad pinguiorem peruenerint fortunam.
11 Vtrum vnaquæque prouincia in ordine Minorum teneatur habere aliquas Eccleſias & monaſteria recollecta.

QVAESTIO LI.

De immunitate Eccleſiarum regularium, in quinque articulos diuiſa. *Pag. 219.*

Circa quam quæſtionem quinque quæruntur.

1 Vtrum immunitas Eccleſiarum à iure diuino an poſitiuo ſit conſtituta.
2 Quibus pœnis afficiantur infringentes regulares Eccleſias.
3 Vtrum iudices ſæculares poſſint eijcere à Monaſterijs delinquentes.
4 An clerici & monachi gaudeant immunitate Eccleſiæ.
5 Vtrum Religioſi tradentes detentum in monaſterio, qui gaudet immunitate Eccleſiæ ſint irregulares, ſi iudex frangẽs fidem illis datam reducendi ipſum in monaſterium, delinquentem laqueo ſuſpenderit.

QVAESTIO LII.

De electione per ſcrutinium, in quindecim articulos diuiſa. *Pagina. 227.*

Circa quam quæſtionem quindecim quæruntur.

1 Quid & quotuplex eſt electio.
2 Vtrum in electione per ſcrutinium ſcrutatores debeant eſſe tres.
3 Ad quid obligantur ſcrutatores in electione facienda.
4 Quomodo ſint danda ſuffragia in electionibus perſcrutinium.
5 Vtrum tantum ordine ſacro inſigniti habeant vocem actiuam in electionibus.
6 Vtrum vota abſentium poſſint ſuppleri.
7 Vtrum poſsit ſuffragium ſemel datum reuocari, aut electio per ſcrutinium reiterari.
8 Vtrum conueniens ſit fieri electionem per ſcrutinium, aut ſortes.
9 Vtrum valeat electio alicuius, ſi ſcriba ſine aliqua fraude, & malitia ſchedulam ſuffragij publicauerit.
10 Vtrũ electio debeat eſſe libera.
11 Vtrum coarctatio electionis ad quatuor, aut quinque poſsit iuridice fieri.
12 Vtrum conſuetudo valeat à ſeptem annis, & octo inducta in quadã religione vt tantum prudentiores, re & ætate habeant vocem in capitulo & ad mittantur in electionibus ſuperiorum.
13 Vtrum illius qui mittit in vrnam ſchedulam albam ſit inter vota electorum, votũ connumerandum.
14 Vtrum ſtatim collatis eligentium ſuffragijs ſit electio publicanda.
15 Vtrum electio poſsit fieri in nocte.

Index.

QVAESTIO LII.

De electione Prælatorum, & Generalium, & Prouincialum, in quindecim articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem quindecim quæruntur.

1 Vtrum ſit dicenda Miſſa ante quam eligantur Prælati.
2 Quomodo Miniſter generalis in ordine Minorum de obſeruantia ſit eligendus.
3 Vtrum Generales Canonici electi ſtatim confirmati cenſeantur.
4 Quomodo in ordine Minorum eligatur Vicarius generalis.
5 Quomodo ſit eligendus Cõmiſſarus Generalis in ordine Minorum.
6 Quomodo ſint eligendi Miniſtri Prouinciales in ordine Minorum.
7 Vtrum Prouinciales ordinis Minorum neceſſario ſint eligendi de corpore capituli, & an poſsint eligi Patres aliarum prouinciarum.
8 Vtrum Papa poſsit diſpenſare vt Clerici ſeculares poſsint eſſe Abbates in Abbatijs Regularibus.
9 Vtrum cõueniens ſit quod eligantur prælati alterius ordinis.
10 An legatus poſsit diſpẽſare, vt profeſſus in vna religione eligatur in alia in prælatum prouincialem.
11 Vtrum valeat electio prouincialis cum fraude electi, alio habente maiorem partem votorum.
12 Vtrum ille, cui non deſunt viginti quinque dies ad complementum ſex annorũ, poſtquam reliquit prouincialatum, poſsit eligi in prouincialem.
13 Vtrum mortuo prouinciali teneantur ipſi ad quos ſpectat electio alium conſtituere idoneum.
14 Vtrum ante ſepulturam prouincialis debeat fieri vicarij prouincialis electio.
15 Vtrum ſtante ſtatuto aliquarum prouinciarum, quod vicarij & præſidentes conuentuũ nõ poſsint eligi diſcreti ad capitulum prouinciale viſitator prouinciæ cum plenitudine potestatis poſsit diſpenſare vt eligantur.

QVAESTIO. LIII.

De electione Guardianorum, & Priorum conuentualium, in tredecim articulos diuiſa. *Pag. 255,*

Circa quam quæſtionem tredecim quæruntur.

1 Quomodo Guardiani & Priores conuentuales ſint eligendi.
2 Vtrum Diffinitores & Conſiliarij teneantur eligere digniores in Priores & Guardianos.
3 Vtrum dicti Diffinitores & Conſiliarij de tegere in diffinitorio crimina, aut impedimenta teneantur, quæ obſtant promouendis in prælatos.
4 Vtrum Diffinitores & Conſiliarij, per id, quod de aliquo ſciunt in confeſsione ſacramentali poſsint ſuffragium in electione denegare.
5 Vtrum repulſus à prælatione propter aliquod impedimentum ægritudinis, poſsit à Præſatis, & Diffinitoribus reeligi ante quam probet ipſam ægritudinẽ ceſſare.
6 Vtrum Guardiani, & Priores electi per dictos patres ſint ſtatim confirmati.
7 Vtrum diſpenſatus ad duo beneficia poſsit eligi in Abbatem.
8 Vtrum omnia monaſteria virorum valorem duodecim communicatione excedentia poſsint prouideri per electionem.
9 Quid ſi Papa, aut ſtatutum mandat cõmunitati, vt eligat prælatum cum aliquorũ conſilio, ex quibus vnum volunt eligere, an requirendum ſit eius conſilium.
10 Vtrum valeat electio facta à ſex electoribus, quorũm tres vota vni dederunt & ille compulſus à prouinciali vt voueret, renunciauit votum petens cõfirmationem, dicens,

dicens ſe habere maiorem votorum partem, & an prouincialis illum teneatur confirmare.

11 Vtrum collegium poſsit conſtitui in vno ad electionem prælati faciendam.

12 Vtrum valeat electio facta ab vno nomine, ſeu vice omnium compromiſſariorum præſentibus & cõſentientibus ipſis.

13 Vtrum debeant conſtitui iudices cõpromiſſarij ad cognoſcendum de cauſa electionis quando capitulum appellat ad ſedem Apoſtolicam.

QVAESTIO LIIII.

De electione Abbatiſſarum, & Prioriſſarum in ſeptem articulos diuiſa. Pag. 266.

Circa quam quæſtionem ſeptem quæruntur.

1 Vtrum electio Abbatiſſarum pertineat ad conuentum.

2 An clauſula de conſenſu medietatis conuentus requirat moniales collegialiter congregatas, an vt ſingulæ conſentiant.

3 An monialis corrupta poſsit eligi in Abbatiſſam.

4 Vtrum valeat electio monialium quando ex ſexdecim nouem vni ſuffragauerunt & ſeptem alteri octies, & dicente ſuperiore ſe non eſſe electurum, niſi eam quæ duas votorum partes haberet, omnes ſimul vni ſuffragauerunt, quæ antea nullum habebat votum, & à ſuperiore fuit electa.

5 Vtrum Abbatiſsæ præſentatæ per patronum in ordine Sanctæ Claræ poſsint eſſe perpetuæ.

6 Vtrum collegium oblatarum teneatur eligere præſidentem triennalem.

7 Vtrum electa Abbatiſſa ſtatim ſit confirmanda.

QVAESTIO. LV.

De obligatione acceptandi prælationes, in duos articulos diuiſa. Pag. 270.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur

1 Vtrum electus teneatur electionem de ſe factam acceptare.

2 Vtrum religioſi electi ad aliquam prælationem extra ordinem ſuum poſsint aſſentiri tali electioni.

QVAESTIO. LVI.

De pœnis eorum qui per ambitionem eligi procurant, in tres articulos diuiſa. Pag. 271

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 In quas pœnas incidũt ſubornantis in electionibus regularium.

2 Vtrum procurantes officia per perſonas extra ordinẽ aliquam pœnam incurrant.

3 An ſcribentes aut recipientes dictas literas incidant in pœnam.

QVAESTIO LVII.

De eleemoſyna, in octo articulos diuiſa. Pag. 272.

Circa quam quæſtionem octo quæruntur.

1 Vtrum monaſteria ad eleemoſinas largiẽdas teneantur.

2 Vtrum aliquando religioſus particularis poſsit dare eleemoſynam.

3 Vtrum religioſus magis teneatur ſubuenire patris tuo naturali neceſsitatem patienti

tienti & requirenti quam obedire prælato ſuo contrarium imperanti.
4 Vtrum religioſus teneatur obedire prælato præcipienti ne parẽtibus egentibus ſuccurrat, etiam ſecundum modum ſuæ profeſsionis.
5 Vtrum Commendatarij ordinum militarium tenẽatur de redditibus commendatarum eleemoſynam prẽſtare.
6 Vtrum fratres Minores Conuentuales poſsint impedire obſeruantibus ne eleemoſynas petant.
7 Vtrum Concilium Tridentinum abolens quæſtores eleemoſynarum comprehendat mendicantes religioſos pro ſuorum Conuentuum ſuſtentatione eleemoſynas quæſtuantes.
8 Vtrum Curati poſsint impedire ne in Eccleſijs fratrum â fidelibus fratribus aliquid offeratur.

QVAESTIO. LVIII.

De Epiſcopis & epiſcopatu, in octo articulos diuiſa. Pagi. 288.

Circa quam quæſtionem octo quæruntur.

1 Vtrum religioſi poſsint acceptare epiſcopatum ſine licentia ſui prælati.
2 An religioſi appetẽtes epiſcopatũ peccẽt.
3 An monachus factus Epiſcopus ſit ſolutus â legibus monachatus.
4 An monachus factus Epiſcopus priuilegijs religionis priuetur.
5 Vtrum prouiſio Abbatiæ ordinis vnius ſit valida à ſede Apoſtolica Epiſcopo collata, nulla mentione facta, illum ante Epiſcopatum eſſe Monachum alterius religionis.
6 Vtrum bona quæ ante Epiſcopatum monachus quæſiuit pertineant ad monaſterium.
7 Vtrum Monachus factus Epiſcopus, aut Cardinalis acquirat hæreditatem ſibi delatam monaſterio.
8 Vtrum Epiſcopi religioſi & alij beneficiarij regulares tam libere poſsint impendere de redditibus ſuis quam alij beneficiarij ſæculares.

QVAESTIO. LIX.

De excommunicatione quantum ad poteſtatem excommunicandi religioſos, in octo articulos diuiſa. Pagina. 292.

Circa quam quæſtionem octo quæruntur.

1 Vtrum Generales & Prouinciales poſſint excommunicare ſuos ſubditos.
2 Vtrum ſententia excommunicationis poſsit fieri à prælatis diebus feriatis.
3 Vtrum Prælati regulares excommunicantes ſuos ſubditos ſine ſcriptura incidant in pœnam iuris.
4 Vtrum prælati regulares pro omnibus poſſint ſubditos excommunicare.
5 Vtrum religioſi poſsint excommunicari ab ordinarijs.
6 Vtrum valeat excommunicatio contra regulares dictis priuilegijs ignoratis.
7 Vtrum ad hoc vt religioſi excommunicentur, ſit neceſſarium quod nominatim exprimantur.
8 Vtrum famuli fratrum ab Epiſcopo excõmunicari poſsint.

QVAESTIO LX.

De excommunicationibus iuris quas perſonæ regulares incurrunt, in duos articulos diuiſa. Pag. 298.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Quid ſit excommunicatio, quæ dicitur à iure.
2 In quas cenſuras incurrant religioſi ipſo facto à iure.

Quæſtionum.

QVAESTIO LXI.

De excommunicatione quantum ad euitandum excommunicatos, in duos articulos diuiſa. Pag. 302.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Vtrum liceat religioſis cum excommunicatis comunicare,

2 Vtrum liceat communicare cum publice excommunicatis.

QVAESTIO LXII.

De exceptione religioſorum á tribunalibus ſæcularibus, in viginti vnum articulos diuiſa. Pagi. 304.

Circa quam quæſtionem viginti v num quæruntur.

1 Quid & quotuplex eſt exemptio.

2 Quo iure ſint exempti eccleſiaſtici, & regulares & eorum bona.

3 Vtrum iudices ſæculares poſsint ſequeſtrare propria authoritate triticum commendatorum ordinum militarium in tẽpore maximæ neceſsitatis.

4 An redditus temporales Eccleſiarum, & monaſteriorum poſsint exigi contra debitores laicos coram iudice eccleſiaſtico.

5 Vtrũ religioſi pro cauſa ciuili poſsint cõueniri corã iudice eccleſiaſtico aut ſæculari,

6 Vtrum monachus poſsit capi à iudice ſæculari, aut eccleſiaſtico pro debito ciuili, ſi poſt debitũ monaſterium ingrediatur.

7 Vtrum prælati eccleſiaſtici poſsint habere iuriſdictionem temporalem exemptã à dominis ſæcularibus.

8 Vtrum conueniens ſit Epiſcopos & Abbates aliquorum monaſteriorum habere iuriſdictionem temporalem actualem exemptam.

6 Vtrum Abbates monaſteriorum habentium iuriſdictionem temporalem poſsint condemnare vaſſallum ad pœnam ſanguinis.

10 Vtrum monaſterium ſuccedens in feudo & maioricatu poſsint conueniri coram domino feudi.

11 Vtrum quando eccleſia, aut monaſterium litigat cum laico ſuper bonis temporalibus poſsit conuenire laicum coram iudice eccleſiaſtico aut ſeculari.

12 Vtrum pro publicatione teſtamẽtiin quo monaſterium eſt inſtitutũ poſsit iudex ſæcularis citare prælatum monaſterij.

13 Vtrum commendatarij ordinũ militariũ poſsint conueniri coram iudice ſæculari.

14 Quando iudices ſeculares poſsint inhiberi à cognitione cauſarum horũ militũ.

15 Vtrum commendatarij ordinũ militarium occidẽtes clericũ gaudeãt priuilegio fori.

16 Vtrum commendatarij ordinum militiarum pragmaticas Regales frãgentes poſsint condemnari à iudice ſeculari.

17 Vtrum milites ordinum militiarum exterorum regnorum poſsint cõueniri extra ſuas prouincias coram iudice ſæculari,

18 Vtrum fratres ordinis Diui Ioãnis portantes Tau, gaudeant priuilegio fori.

19 Vtrum Corrector ciuitatis poſsit compellere, vt prædicetur in feſtiuitatibus principalibus in aliqua eccleſia renitente & contradicente Vicario generali.

10 An Eremitæ ſint exempti a curiſdictione ſæculari.

11 Vtrum Eccleſia, aut monaſterium ſuccedẽs iure ſucceſsionis, vel legati laico iam conuento corã iudice ſæculari poſsit conueniri ante ipſum iudicem ſæcularem.

QVAESTIO LXIII.

De exemptione regularium quoad ordinarios, in vndecim articulos diuiſa Pag. 321

Circa quam quæſtionem vndecim quçruntur

1 Vtrum iure communi regulares ſint ab Epiſcoporum iuriſdictione exempti.

1 Vtrum Papa poſsit eximere regulares ab Epiſcoporum legibus.

3 Vtrum per priuilegia ſint monachi & regulares exẽpti à poteſtate ordinariorum.
4 Vtrũ exẽpti à Papa â iuriſdictione cuiuſlibet ordinarij cenſeantur exempti à legibus Papæ,
5 Vtrum moniales ſint exemptæ â iuriſdictione ordinariorum.
6 Vtrum ſententia ordinariorum contra regulares ſit nulla.
7 Quibus modis poſsint ſe defendere regulares ab ordinarijs.
8 Vtrum tollatur priuilegium exemptionis quod continet, vt ad eius reuocationem fiat de eo mentio ſpecialis. ſi tantũ in communi de eo fiat mentio.
9 An per exemptionem ab ordinarijs liberentur exempti à reuerentia debita Epiſcopo.
10 Vtrum regulares poſsint huic exemptioni renuntiare.
11 In quibus caſibus exempti ſubduntur ordinarijs.

QVAESTIO. LXIIII.

De exemptione religioſorum reſpectu obedientiæ debitæ ſuis prælatis, in quatuor articulos diuiſa. Pag.330.

Circa quam quæſtionem quæruntur quatuor.

1 Vtrum Epiſcopus propria authoritate poſsit ſibi aſſumere ſocium regularem.
2 Vtrum ordinarij debeant examinare reſcriptum exemptionis alicui regulari cõceſſum,
3 Quibus priuantur religioſi ab obedientia exempti.
4 Vtrum religioſi regum capellani à ſint iuriſdictione exempti.

QVAESTIO. LXV.

De exemptione religioſorum quoad tributa & exactiones, in ſex articulos diuiſa. Pag.340.

Circa quam quæſtionem ſex quæruntur

1 Quid ſit tributum & quotuplex.
2 Vtrum regulares ſint exempti à quocunque vectigali & munere.
3 Vtrum fratres mendicantes poſsidentes cõtra inſtituta ſui ordinis munus & exactiones præſtare debeant.
4 Vtrum fratres Hieroſolymitani de Malta nuncupati ſint exempti à tributis & muneribus.
5 Vtrum fratres tertij ordinis B. Franciſci ſint exempti à gabellis & collectis.
6 In quas pœnas incidant prædicta onera imponentes.

QVAESTIO. LXVI.

De exemptione fratrum à charitatiuo ſubſidio, & à contributione proſeminarijs. in quatuor articulos diuiſa Pag.347.

Circa quam quæſtionem quatuor quæruntur.

1 Vtrum monaſteria exempta ad charitatiuum ſubſidium teneantur.
2 Vtrũ eccleſiæ & capellæ annexa monaſterijs teneantur ſoluere charitatiuum ſubſidium.
3 Vtrum monaſteria exempta teneantur contribuere pro ſeminario puerorũ educandorum & edocendorum.
4 Vtrum collectæ & ſubuentiones quæ debentur ex priuilegio eccleſijs regularibus ſi illæ redigantur in ſtatum ſæculare debeantur, & ê contra &c.

QVÆST,

Quæſtionum.

QVAESTIO. LXVII.

De famulis & familiaribus monaſteriorum, in quatuor articulos diuiſa. Pag. 353

Circa quam quæſtionem quatuor quæruntur.

1 Vtrum famuli, & familiares religioſorum gaudeant ipſorum religioſorũ priuilegijs.
2 Vtrum famuli fratrum poſsint ſepeliri in monaſterijs ipſorum fratrum ſine eo quod ibi eligant ſepulturam.
3 Vtrum famuli fratrum poſsint ab ordinariijs excommunicari.
4 Quas indulgentias lucrantur ſeruitores fratrum.

QVÆSTIO. LXVIII.

Dt feſtiuitatibus, & de ſanctis noue Kalendario additis, in decem articulos diuiſa

Circa quam quæſtionem decem quæruntur.

1 Vtrum feſtum Corporis Chriſti poſsit à quibuſcunque celebrari in Dominica infra octauam huius feſtiuitatis.
2 Vtrum feſtum nominis Ieſu poſsit cum proprio officio à religioſis celebrari.
3 Vtrum feſtum D. Bonauenturæ ordinis Minorum cum officio Doctorum ſit celebrandum.
4 Vtrum feſtum Sancti Didaci ordinis Minorum ſit ab omnibus fidelibus celebrandum.
5 Vtrum feſtum Sancti Antonij de Padua ordinis Minorum ſit ab omnibus celebrandum.
6 Vtrum feſtum Sancti Franciſci de Padua ordinis Minorum ſit ab omnibus celebrandum.
7 Vtrum feſtum Sãcti Placidi & ſociorum ejus ſit ab omnibus celebrandum.
8 Vtrum omnes teneãtur celebrare feſtum Sancti Nicolai Tolẽtini.
9 Vtrum feſtum Sancti Petri martyris ſit ab omnibus celebrandum.
10 Vtrum feſtum Sancti Iacynti ſit ab omnibus celebrandum.

QVÆSTIO LXIX.

De feſtiuitatibus Sanctorum ordinum quoad eorum obſeruantiam & ſolemnitatem, in quinque articulos diuiſa. Pag. 369.

Circa quam quæſtionem quinque quæruntur.

1 Quomodo feſtum Patris Noſtri Franciſci ſit celebrandum.
2 Quomodo ſit celebranda feſtiuitas Patris noſtri Franciſci.
3 Quomodo fratres Minores poſsint celebrare feſta aliquorũ Sãctorũ ſui ordinis.
4 Vtrum Moniales poſsint celebrare feſta ſui ordinis.
5 An feſta Sanctorum & aliæ feſtiuitates in religionibus celebrari conſuetæ ante breuiarium reformatum debeant modo celebrari.

QVÆSTIO LXX.

De obſeruatione feſtorum, in duos articulos diuiſa. Pag. 373.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Vtrum religioſi teneãtur obſeruare feſta ab Epiſcopis præcepta.

Index

1 Vtrũ laici in monaſterijs religioſorũ ratione pietatis poſsint diebus feſtiuis laborare

QVAESTIO. LXXI.

De feudo, in duos articulos diuiſa. Pag. 375.

Circa quam quęſtionem duoquæruntur

1 Vtrum monaſteria feudalia bona habere poſsint.
2 Vtrum milites Hieroſolymitani ſint capaces feudi.

QVAESTIO. LXXII.

De profeſsione fidei, in tres articulos diuiſa. Pag. 376.

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 Vtrum prælati regulares & prædicatores fidem profiteri teneantur.
2 Vtrum motio doctorum & aliorũ cuiuſcunque artis & facultatis profeſſorum cum profeſsione fidei ſit præſtanda.
3 An religioſus adeptus prælationem non faciens profeſsionem ignoranter ſit tutus in conſcientia.

QVAESTIO LXXIII.

De ordinum Generalibus quo ad poteſtatem reformandi, in quatuor articulos diuiſa. Pag. 379.

Circa quam quæſtionem quatuorquæruntur.

1 Quam poteſtatem habent generales ordinum.
2 Vtrum generales teneantur monaſteria & eorum ſubditos reformare.
3 Vtrum generales debeant reformare ad regulæ quam profeſsi ſunt præſcriptum
4 Quomodo debeant prælati ſe habere in reformatione

QVAESTIO LXXIIII.

De gradibus ſcholaſticis regularibus præſtandis, in quinque articulos diuiſa. Pag. 384.

Circa quam quæſtionem quinquequæruntur.

1 Vtrum monachi poſsint ad gradum Doctoratus promoueri.
2 Vtrum fratres Minores regularis obſeruantiæ poſsint gradus ſcholaſticos recipere.
3 Vtrum religioſi recipientes gradum ſcholaſticum ſine licentia ſuorum prælatorum maneant graduati.
4 Vtrum prælati Societatis Ieſu poſsint graduc ſcholaribus conferre.
5 Vtrum graduati per dictos prælatos gaudeant priuilegijs graduatorum in vniuerſitatibus.

QVAESTIO LXXV.

De grangijs monaſteriorum, in duos articulos diuiſa. Pagina. 388.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Vtrum in grangijs monaſteriorum poſsint fieri oratoria, in quibus diuina officia celebrentur ſine licentia Ordinarij,
2 Vtrum grangiæ monaſteriorum gaudeant immunitate ipſorum monaſteriorum.

QVÆST.

Quæſtionum.

QVÆSTIO LXXVI.

De habitu regulari, in vndecim articulos diuiſa. Pag. 391.

Circa quam quæſtionem vndecim quæruntur.

1 Qualis debeat eſſe habitus regularis.
2 Vtrum profeſsi in ordinibus militaribus habitum ſui ordinis teneantur deferre.
3 Vtrum religioſus curatus in Eccleſia ſæcularipoſsit vti habitu clericorum retento proprio ſub chlamyde.
4 Vtrum vna religio poſsit portare habitū conſimilem habitui alterius religionis.
5 Vtrum fratres Minores peccent portantes habitum à capillo ſolutum.
6 Vtrum religioſi poſsint dimittere habitū ſine timore alicuius cenſuræ.
7 Vtrum ſecularis vtens veſte religioſa virorum ac mulierum cauſa ciuili peccet mortaliter.
8 Vtrum contradicentibus parrochis, poſſint fideles in habitu minorum ſepeliri.
9 Quis debet dare habitum ad ſepeliendum fideles.
10 Vtrum decedētibus cum habitu religioſorum mendicantium indulgentia aliqua concedatur.
11 Quæ indulgentiæ conceduntur oſculantibus habitum religioſornm.

QVÆSTIO LXXVII.

De hæreditatibus in communi regularibus delatis, in octo articulos diuiſa. Pag. 400

Circa quam quæſtionem octo quæruntur.

1 Vtrum hæreditas monacho relicta immediate acquiratur monaſterio.
2 Vtrum monachus poſsit exhæredari à parte ex cauſa ingratitudinis commiſſæ ante ingreſſum religionis.
3 Vtrum valeat ſtatutum quod filia ingrediens religionem non ſuccedat patri.
4 Vtrum ſubſtitutio facta ſub hac conditione ſi ſine liberis deceſſerit cēſeatur euanuiſſe per ingreſſum religionis.
5 Vtrum ſubſtitutus ſi ſine liberis, moriatur hæres inſtitutus excludatur per ingreſſū religionis inſtituti.
6 Vtrum monachus ſuccedat ab inteſtato patri tanquam ſuus hæres.
7 Vtrum præferendum ſit monaſterium monachorum monaſterio monialium ipſis duobus inſtitutis.
8 Vtrum hæreditas nouitij morientis ab inteſtato debeatur monaſterio.

QVAESTIO. LXXVIII.

De ſucceſsione hæreditatum reſpectu religionum particularium, in quatuor decim articulos diuiſa. Pag. 405.

Circa quam quæſtionem quæruntur quatuor decim.

1 Vtrum fratribus minoribus regularis obſeruantiæ poſsit deferri hæreditas.
2 Vtrum prædictis fratribus minoribus æſtimatio ſaltem hæreditatis debeatur.
3 Vtrum ſit nullum teſtamentum vbi inſtituti ſunt fratres Minores regularis obſeruantiæ nulla facta ſubſtitutione.
4 Vtrum fratres Minores poſsint inſtitui hęredes cum clauſula appoſita, quod pro eorum neceſsitatibus vendatur hæreditas & in eas conuertatur.
5 Vtrum poſsit inſtitui hæres Eccleſia B. Franciſci de obſeruantia.
6 Vtrum fratres ordinis prędicatorum poſſint ſuccedere ab inteſtato.
7 Vtrum Eremitæ ſancti Auguſtini poſsint ſuccedere ab inteſtato.
8 Vtrum monachi Sancti Benedicti & Ciſtercienſes poſsint ab inteſtato ſuccedere.

9 Vtrum Canonici Regulares poſsint ſuccedere ab inteſtato.
10 Vtrum conuerſi ſuccedant ab inteſtato.
11 Vtrum moniales ſuccedant ab inteſtato.
12 Vtrum monaſterium poſsit in maioricatu ſuccedere.
13 Vtrum monaſterium ſuccedat in maioratu in quo arma & nomen inſtitutoris deb eant conſeruari.
14 Vtrum monialis faciens pleniſsimam renunciationem videatur renunciare ius ad maioratum.

QVAESTIO LXXIX.

Quomodo regulares ad ſecundam religionem tranſeuntes ſuccedant, in duos articulos diuiſa. Pag. 420.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur,

1 Vtrum fratres Minores regularis obſeruantiæ meliorati à parentibus in tertio & quinto habeant ius ad talem melioratio nem ſi poſtea fiant capaces facti epiſcopi, aut tranſeuntes ad religionem bonorum capacem.
2 Vtrũ cum Monacho trãslato trãſe ãtque que bona ipſius vel per eum quæſita,

QVAESTIO. LXXX.

Quomodo regularibus ſuccedatur, in duos articulos diuiſa. Pag. 422.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Quomodo fratribus regularibus mendicantibus ſuccedatur.
2 Quomodo ſuccedatur ab inteſtato regularibus non mendicantibus.

QVAESTIO. LXXXI.

De hæretica prauitate quantum ad eius inquiſitores, in octo articulos diuiſa. Pag. 424.

Circa quam quæſtionem octo quæruntur,

1 Vtrum inquiſitores hæreticæ prauitatis poſsint procedere contra religioſos exemptos.
2 Vtrũ fratres ordinis prædicatorum poſſint eſſe inquiſitores contra fratres ordinis minorum & è contra.
3 Vtrum religioſi ſint grauius puniẽdi propter hæreſim quam alij.
4 Vtrum Inquiſitores poſsint abſoluere ſacramentaliter ab hæreſi.
5 Vtrum religioſi inquiſitores poſsint in aliquo ab eorum prælatis limitari.
5 Vtrum inquiſitores poſsint procedere cõtra dicentes peccata confeſſa confeſſoribus ordinum mendicantium iterum parrochis eſſe confitenda.
7 Vtrum religioſi poſsint creari notarij ab inquiſitoribus.
8 Vtrum inquiſitores plenariam indulgentiam conſequantur in vita & in morte.

QVAESTIO LXXXII.

De hæretica prauitate quantum ad prohibitionem legendi libros hæreticorum, in tres articulos diuiſa Pag, 430.

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 Vtrum omnes generaliter incurrant excõmunicationẽ, legẽdo libros prohibitos.
2 Vtrum

2 Vtrum religioſus abiuratus de leui ſit inhabilis ad gradus & dignitates.
3 Vtrum Epiſcopi & prælati regulares poſſint facultatem concedere viris doctis vt legant libros hæreticorum ad eos refutandos.

QVÆSTIO, LXXXIII.

De hæreſi quantum ad bonorum confiſcationem, in duos articulos diuiſa. Pag. 433.

Circa quam quæſtionem duo quęruntur.

1 Vtrum bona hæreticorum confiſcentur.
2 vtrum ſint excommunicati confiſcantes libros fratrum Minorum regularis obſeruantiæ.

QVAETIO. LXXXIIII.

De Hoſpitalibus regularium, in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 Vtrũ hoſpitalia in titulum poſsint conferri.
2 Quid circa hoſpitalia regularia iura definiant.
3 Vtrum hoſpitale poſsit committi perlegatum religioſo iuxta Clementinam. Quia contingit.

QVAESTIO. LXXXV.

De indulgentijs in communi quo ad ſuam communitatem & diuiſionem, in quatuor articulos diuiſa. Pag. 437.

Circa quam quęſtionem quatuor quæruntur

1 Quid ſit indulgentia Eccleſiaſtica.
2 Quotuplex ſit indulgentia.
3 Quid ſit indulgentia plenaria.
4 A quo cæperit iubileus & quid ſit.

QVÆSTIO. LXXXVI.

De poteſtate concedendi indulgentias, in duos articulos diuiſa. Pag. 440.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Vtrum prælati religionum poſsint concedere indulgentias.
2 Vtrum ex priuilegio poſsint prælati religionum indulgentias concedere.

QVAESTIO. LXXXVII.

De indulgentijs plenarijs á fidelibus in feſtiuitatibus lucrandis á religioſis in duodecim articulos diuiſa. Pag. 442.

Circa quam quæſtionem duodecim quæruntur

1 Vtrum in die receptionis habitus & in die profeſsionis conſequantur religioſi indulgentiam plenariam.
2 Vtrum religioſi & religioſæ in diebus, in quibus communicant indulgentiam plenariam conſequantur.
3 Vtrum religioſi recitando Coronam Domini Ieſu Chriſti & Coronam beatæ Virginis indulgentiã plenariam cõſequãtur.
4 Vtrum pro Miſſa conceptionis Virginis Mariæ & pro eius feſto indulgentia plenaria conſequatur.
5 Vtrum ſit indulgẽtia plenaria pro feſtiuitatibus ordinis Minorum.
6 Vtrum in feſto portiunculæ indulgentia plenaria concedatur.
7 Vtrum

7 Vtrum religioſi poſsint lucrari indulgentiam plenariam dicendo quinquies Pater noſter cum totidem Aue Maria.
8 Vtrum Monachi Carthuſienſes indulgentiam ſimilem conſequantur.
9 Vtrum religioſis in articulo mortis indulgentia plenaria concedatur.
10 Vtrum hæc indulgentia in articulo mortis poſsit concedi à laico.
11 Vtrum lethargicus & phræneticus vel amens poſt electionem confeſſarij poſsit plenariè abſolui per huiuſmodi indulgentiam.
12 Vtrum pro ſalutatione angelica quando pulſatur campana, aliqua indulgentia concedatur.

QVAESTIO. LXXXVIII.

De indulgentijs ſtationum, in duos articulos diuiſa. *Pag.* 454.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Quid per hoc nomẽ ſtationes importetur. 2 Quæ indulgentiæ in ſtationibus lucrẽtur.

QVAESTIO. LXXXIX.

De indulgentijs ſeptem eccleſiarum vrbis Romæ, in ſeptem articulos diuiſa. *Pag.* 455.

Circa quam quæſtionem ſeptem quæruntur.

1 Quas indulgentias habeat ſacroſancta Lateranenſis Eccleſia.
2 Quæ indulgentiæ concedãtur viſitantibus Eccleſiam Sancti Petri in vrbe.
3 Quæ indulgentiæ conceduntur viſitantibus Eccleſiam Sancti Pauli.
4 Quæ indulgentiæ lucrentur ad Sanctam Mariam Maiorem.
5 Quæ indulgentiæ lucrentur apud Sanctũ Laurentium extra muros.
6 Quæ indulgentiæ lucrentur ad Sanctum Fabianum & Sebaſtianum.
7 Quæ indulgentię lucrentur ad Sanctam Crucem in Hieruſalem.

QVAESTIO XC.

De indulgentijs quæ habentur in diebus ſtationum Romæ, in duodecim articulos diuiſa. *Pagi.* 459

Circa quam quæſtionem duodecim quæruntur.

1 Quæ indulgẽtiæ lucrẽtur in mẽſe Ianuarij
2 Quæ indulgentiæ lucrentur in menſe Februarij.
3 Quæ indulgentiæ lucrentur in menſe Martij.
4 Quæ indulgentiæ lucrentur in menſe Aprilis.
5 Quæ indulgentiæ lucrentur in menſe Maij.
6 Quæ indulgentiæ lucrentur in ſtationibus menſis Iunij.
7 Quæ indulgẽtiæ cõcedantur in mẽſe Iunij
8 Quæ indulgentiæ concedantur in menſe Auguſti.
9 Quę iudulgentiæ concedantur in menſe Septembris.
10 Quę indulgentiæ concedantur in menſe Octobris.
11 Quæ indulgentiæ concedantur in menſe Nouembris.
12 Quæ indulgentiæ concedantur in menſe Decembris.

QVAESTIO XCI.

De indulgentijs ſtationum in aduentu & quadrageſima, in tres articulos diuiſa. *Pag.* 464.

Circa quam quæſtionem tria quęruntur.

1 Quot in aduentu cõcedãtur indulgentiæ. 2 Quæ indulgentiæ cõcedãtur in quadrageſ.

3 Quæ indulgentiæ concedantur in ſtationibus tempore Paſchali.

QVAESTIO. XCII.

De indulgentijs locorum & eccleſiarum Hieruſalem per religioſos lucrantes, in nouem articulos diuiſa. Pag.466.

Circa quam quæſtionem nouem quæruntur.

1 Vtrum religioſi poſsint lucrari indulgentias eccleſiarum Hieruſalem.
2 Quæ iudulgentiæ concedantur in monte Sion,
3 Quæ indulgentiæ concedantur in monte Caluario.
4 Quæ indulgentiæ concedantur in corpore Ciuitatis.
5 Quæ indulgentiæ concedantur in valle Siloe.
6 Quæ indulgentiæ ſunt conceſſæ intorrente Cedron.
7 Quæ indulgentiæ ſunt in valle Ioſaphat.
8 Quæ indulgentiæ ſunt conceſſæ in monte Oliueti.
9 Quæ indulgentiæ ſunt in Bethania.

QVAESTIO XCIII.

De indulgentijs conceſsis Sancto Iacobo in Compoſtella, in duos articulos diuiſa. Pag.469.

Circa quam quæſtionem quæruntur duo.

1 Quæ indulgentiæ ſunt conceſſæ Sancto Iacobo in Compoſtella.
2 Vtrum prædictæ indulgentiæ quoad regulares ſuſpēdātur per Bullā Cruciatæ.

QVAESTIO. XCIIII.

De indulgentijs non plenarijs conceſsis ſæcularibus viſitantibus in præcipuis feſtiuitatibus eccleſias Ordinum Mendicantium, in tres articulos diuiſa, Pag.470.

Circa quam quæſtionem tria quæruntur,

1 Vtrū ſæculares viſitādo eccleſias fratrum Minorū, aliquas indulgētias conſequātur.
2 Vtrum ſecularibus viſitantibus eccleſias Fratrum Prædicatorum aliquæ indulgentiæ concedantur,
3 Vtrum ſecularibus viſitantibus eccleſias Fratrum Auguſtinienſium indulgentiæ concedantur.

QVAESTIO. XCV.

De indulgentijs conceſsis audiētibus verbum Dei, & miſsam primā á regularibus, in duos articulos diuiſa Pag.472.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Quas indulgentias conſequantur audientes verbum Dei à religioſis.
2 Quas indulgentias conſequantur miſſam religioſorum audientes.

QVAESTIO XCVI.

De indulgentijs conceſsis defunctis per modū ſuffragij in octo artic. diuiſa Pa.473

Circa quam quæſtionem octo quæruntur,

1 Vtrum religioſi per ſua priuilegia poſsint per modum ſuffragij liberare animam â pœnis purgatorij.
2 Vtrū Eccleſia poſsit concedere indulgen-

tias ānimabus Purgatorij.
3 Vtrum ſi indulgentia plenaria concedatur vni animæ Purgatorij talis anima omnino, & infallibiliter liberetur à Purgatorio.
4 Vtrum neceſſe ſit quod ſit in ſtatu gratiæ is qui vult lucrari indulgentiam pro defuncto.
5 Vtrum valeat gratia facta alicui alteri priuilegiato, quia in Eccleſia erant viginti ſacerdotes cum ſint pauciores.
6 Vtrū indulgentia facta pro miſſa ad liberā dā anīmā ſufficiat v: dicatur miſſa de feſto.
7 Quæ ſit origo indulgentiæ Sabbatinæ apud religioſos Carmelitas.
8 Vtrum indulgentia de ſex Paternoſter, & Aue Maria cum Gloria Patri, poſsit pro defunctis, applicari,

QVÆSTIO. XCVII.

De indulgentijs pro nouo orbe Indiarum, in duos articulos diuiſa. Pagina. 481.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Vtrum in Indijs in Sanctis ordinum indulgentiæ concedantur.
2 Vtrum alię indulgentiæ pro dicto nouo orbe ſpecialiter ſint conceſſę: in fine ponitur decretum Sancti Domini Noſtri Papæ Clementis Octaui pro indulgentijs conceſsis granis, & imaginibus benedictis.

QVAESTIO XCVIII.

De indulgentijs quo ad earum publicationem & acquiſitionem, in nouem articulos diuiſa, Pag. 484.

Circa quam quæſtionem nouem quæruntur,

1 Quomodo ſint publicādæ indulgentiæ monaſteriorum regularum.
2 Vtrum religioſi indulgentias indiſcretas prędicantes peccent.
3 Vtrum clauſula indulgentiæ poſt quinquennium non valituræ debet intelligi à die conceſsionis & datæ literæ, an vero à die publicationis ipſarum.
4 Vtrum indulgentia conceſſa alicui eccleſię reuocetur à Papa in die ſuæ creationis.
5 Vtrum indulgentia poſsit lucrari ab exiſtēti inpeccato mortali.
6 Vtrū deſinat eſſe bonus moraliter actus qui fit inpeccato veniali.
7 Vtrum quando conceditur indulgentia tot dierum & annorum an intelligatur de tot diebus & annis continuis an interpollatis.
8 An indulgentiæ tot dierum & annorum intelligātur de diebus & annis vitæ huius, an purgatorij.
9 Vtrum pænædebitæ in vno die vitæ huius correſpondeat alter etiam dies & idem tempus pænæ purgatorio luendæ.

QVAESTIO XCIX.

De Indis quoad eorum priuilegia, in ſeptem articulos diuiſa. Pag. 490.

Circa quam quæſtionem ſeptem quæruntur.

1 Vtrum Epiſcopi Occidētales & Meridionales Indiarum poſsint abſoluere nouiter conuerſos a caſibus bullæ Cænæ Domini.
2 Qui ordo conficiendi chriſma in partibus Indiarum concedatur.
3 Vtrum Epiſcopi Indiarum teneātur ſingulo biennio limina Sancti Petri viſitare
4 Vtrum Indi ſint domini ſuarum poſſeſſionum.
5 Vtrum religioſis pro conuerſione Indorum aliqua concedantur.
6 Vtrum tempore iubilei aliqua gratia ſpecialis Indis ſit largita.
7 Vtrum tranſeuntes ad Indias ſine licentia Regū Hiſpaniarū ſint excōmunicati.

Quæstionum.

QVAESTIO C.

De ieiunio, in octo articulos diuisa. *Pag.* 496.

Circa quam quæstionem octo quæruntur.

1 Vtrum monachis esus carnium prohibeatur.
2 Vtrum prælati regulares possint dispensare cum monachis vt comedant carnes & non ieiunent.
3 Vtrum fratres itinerantes possint transferre ieiunium diei itineris in alium diei.
4 Vtrum fratres Minores ratione suæ regulæ teneãtur ad ieiunia quadragesimalia.
5 Vtrum monachi à feria secunda post quinquagesimam teneantur ieiunare.
6 Vtrum fratres Minores teneantur ante vigesimum primum ætatis annũ ad ieiunia vigiliarum, & quatuor temporum.
7 Quibus cibis in ieiunijs regulæ fratribus Minoribus vesci fas sit.
8 Vtrum sicut omnes etiã regulares ante vigesimum primũ annũ à ieiunijs ecclesiasticis eximuntur, ita fratres Minores huius ætatis à ieiunijs regulæ eximantur.

QVAESTIO CI.

De ieiunio quantum ad abstinentiam à carnibus, in tres articulos diuisa. *Pa.* 509.

Circa quam quæstionem tria quæruntur.

1 Vtrũ statutũ non edendi perpetuo carnem in ordine Carthusiensi sit rationabile.
2 Vtrum liceat Regularibus abbreuiare vitã pernimiam abstinentiam.
3 Vtrum religiosi teneantur abstinere ab ouis & lacticinijs.

QVAESTIO. CII.

De infirmis fratribus, in duos articulos diuisa. *Pag.* 513.

Circa quam quæstionem duo quæruntur.

1 Vtrum indulgentiæ fratribus concessæ sint etiam infirmis communicatæ.
2 Vtrum fratres possint medicari infirmos.

QVAESTIO CIII.

De impetratione rescriptorum á regularibus, in tres articulos diuisa. *Pag.* 515.

Circa quam quæstionem tria quæruntur.

1 Quomodo sit intelligendum rescriptum vt exequãtur negotium de consilio & cõsensu aliquorum.
2 Vtrum religiosi sine licentia superioris possint impetrare rescriptum.
3 Vtrum subditus sine licentia prælati impetrans aliquod à sede Apostolica rescriptum maneat absolutus à censuris, etiam si non valeat ipsum rescriptum.

QVAESTIO CIIII.

De impressione librorum, in quatuor articulos diuisa *Pag.* 519.

Circa quam quæstionem quatuor quæruntur.

1 Vtrum libri regularium possint imprimi sine licentia Ordinarij.
2 Vtrum regulares possint habere priuilegia Consilij Regalis quo prohibeatur ne alius eorũ libros imprimat, aut vẽdat sub pœnis in dicto priuilegio contentis.
3 Quomodo fratres Minores obseruantiæ possint suos libros imprimere sine suæ regulæ transgressione.
4 Vtrum Syndicus Apostolicus possit in iudicio petere pœnam in priuilegio contra imprimẽtes aut vendentes dictos libros.

QVÆST.

Index

QVAESTIO CV.

De irregularitate, in quatuor articulos diuiſa. Pag. 527.

Circa quam quæſtionem quatuor quæruntur.

1 Vtrum prælati regulares poſsint in foro exteriori in irregularitate, quę procedit ex homicidio voluntario diſpenſare.

2 Vtrum non habens poteſtatem diſpenſandi ſuper irregularitate contracta ex homicidio voluntario poſsit diſpenſare in ea, quæ naſcitur ex homicidio iuſtè patrato.

3 Vtrum monachus iuuans chirurgum ad ſcindendum aliquod membrum, quod arte chirurgiæ ſcindi debet, fiat irregularis.

4 Vtrum ſit irregularis prælatus monaſterij qui conqueſtus coram iudice laico indicauit locum vbi fur comprehẽderetur ſecuta morte ipſius furis.

QVAESTIO CVI.

De interdicto quod eſt cenſura eccleſiaſtica quoad eius diffinitionem & diuiſionem, in duos articulos diuiſa. Pag. 531.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Quid ſit interdictum.

2 Quotuplex ſit interdictum.

QVAESTIO CVII.

De interdicto quoad eius miniſtrum in imponendo, & in tollendo, in tres articulos diuiſa. Pag. 532.

Circa quam quæſtionem quæruntur tria.

1 Quis poſsit interdicere.

2 Vtrum prælati inferiores epiſcopo poſſint interdicere.

3 Quis poſsit abſoluere ab interdicto perſonali.

QVÆSTIO, CVIII.

De interdicto quoad ea quæ poſsunt interdici, in ſex articulos diuiſa. Pag. 533.

Circa quam quæſtionem ſex quęruntur.

1 Vtrum interdicta ciuitate cẽſeantur etiã interdicta monaſteria in ipſa ciuitate exiſtẽtia.

2 Vtrum monaſteria fratrum poſsint interdici non interdicto populo.

3 Vtrum religioſi poſsint ab Ordinarijs ſpecialiter interdici.

4 Vtrum religioſi teneãtur ſeruare interdictum nullum ſeruatum à matrice.

5 Vtrum religioſi non ſeruantes interdictũ ſint excommunicati.

6 Vtrum matrice non ſeruante interdictũ teneantur religioſi non ſeruare.

QVÆSTIO. CIX.

De interdicto locali quoad eius effectus & priuilegia iuris communis, in quinque articulos diuiſa. Pag. 538.

Circa quam quæſtionem quæruntur quinque

1 Quis ſit effectus interdicti localis.

2 Quę iure communi tempore interdicti localis permittantur.

3 Quæ ſacramenta tempore interdicti permittantur conferri.

4 Quomodo tempore interdicti officia diuina ex priuilegio cap. Alma mater celebrentur.

5 Vtrum interdictum loci violetur etiam ſi non ſit denunciatum.

QVÆST.

QVAESTIO CX.

De interdicto in quantum prohibet ſepulturam Eccleſiaſticam, in quatuor articulos diuiſa. Pag. 546.

Circa quam quæſtionem quatuor quæruntur.

1 Vtrum tempore interdicti poſsit aliquis ſecundum ius commune ſepeliri in Eccleſiaſtica ſepultura.
2 Vtrum hi qui habent priuilegium vt tempore interdicti poſsint aſsiſtere diuinis, poſsint in ſacro ſepeliri.
3 Quid intelligatur per pompam moderatam in conceſsione ſepulturæ tempore interdicti.
4 Vtrum ceſſante interdicto cadauera ſepulta in loco non ſacro poſsint transferri ad locum ſacrum.

QVAESTIO. CXI.

De interdicto quoad eius relaxationem & ſuſpenſionem iure communi in aliquibus caſibus & feſtiuitatibus, in tres articulos diuiſa. Pag. 548.

Circa quam quæſtionem tria quęruntur.

1 Quibus modis interdictum ſuſpendatur.
2 In quibus feſtiuitatibus ſuſpendatur iure communi interdictum generale.
3 Quomodo incipiat & finiatur dies feſtus à ſuſpenſione interdicti.

QVAESTIO. CXII.

De interdicti ſuſpenſione per priuilegia regularium, in ſex articulos diuiſa. Pag. 550.

Circa quam quæſtionem ſex quæruntur.

1 Vtrum priuilegia regularium quibus ſuſpenditur interdictum ſint ſublata per Cõcilium Tridentinum.
2 In quibus feſtiuitatibus regulares poſſunt ſuſpendere interdictum.
3 Vtrum poſsit ſuſpendi interdictum propter reliquiam Sancti, aut in feſto patroni.
4 Vtrum in alijs feſtiuitatibus à ſupradictis poſsint regulares ſuſpendere interdictum & ceſſationem à diuinis.
5 Vtrum in profeſsione alicuius religioſi poſsit ſuſpendi interdictum & ceſſatio à diuinis.
6 Vtrum prælati religionum poſsũt in ſuis eccleſijs admittere ſæculares ad officia diuina tẽpore interdicti, aut ceſſationis à diuinis

QVAESTIO. CXIII.

De interdicto & ceſſatione à diuinis quantum ad moniales, in duos articulos diuiſa. Pag. 565.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur

1 Vtrum tempore interdicti & ceſſationis à diuinis poſsint moniales in ſuis monaſterijs diuina celebrare.
2 Vtrum Abbatiſſæ monaſteriorum, aut Præſidentes poſsint admittere in ſuis Eccleſijs ad diuina & ad recipienda ſacramenta tempore interdicti, aut ceſſationis à diuinis perſonas, de quibus in articulo finali quæſtionis præcedentis.

QVÆST.

QVAESTIO. CXIIII.

De interdicto & ceſſatione à diuinis quo ad familiares & ſeruitores religioſorũ, in quatuor articulos diuiſa. Pag. 567.

Circa quam quæſtionem quatuor quæruntur,

1 Vtrum familiares & ſeruitores religioſorum vtriuſque ſexus ſint priuilegiati in tempore interdicti aut ceſſationis à diuinis.
2 Vtrum ſyndicus fratrũ Minorum & eius vxor & filij poſsint recipi ad diuina tempore interdicti aut ceſſationis à diuinis.
3 Vtrum medicus monaſterij poſsit aſsiſtere diuinis & recipere ſacramenta tempore interdicti aut ceſſationis à diuinis.
4 Vtrum in monaſterijs tempore interdicti poſsit admitti laicus vt adminiſtret in miſſa.

QVÆSTIO CXV.

De ceſſatione à diuinis quo ad eius eſſe & poſitionem, in quatuor articulos diuiſa Pag. 569.

Circa quam quæſtionem quatuor quæruntur.

1 Quid & quotuplex eſt ceſſatio à diuinis.
2 In quo differt ceſſatio ab interdicto.
3 Vtrum expediat imponi ceſſationem à diuinis.
4 Vtrum damna temporalia ſecuta ex ceſſatione debeant reſtitui.

QVÆSTIO. CXVI.

De ceſſatione à diuinis quo ad eius effectus, in ſeptem articulos diuiſa. Pagina. 571

Circa quam quæſtionem ſeptem quæruntur.

1 Quæ officia tempore ceſſationis fieri poſsint.
2 Vtrum duo aut tres poſsint recitare horas Canonicas tempore ceſſationis à diuinis.
3 Vtrum aliqui ſecundum ius commune poſsint celebrare tempore ceſſationis.
4 Quæ ſacramenta tempore ceſſationis cõ ferri permittantur.
5 Vtrum tempore ceſſationis liceat ſepultũram dare eccleſiaſticam.
6 Vtrum tempore ceſſationis in feſtis ibi numeratis habeat locum deciſio capituli, alma mater.
7 Quæ priuilegia habeant regulares pro tempore ceſſationis.

QVÆSTIO. CXVII.

De ceſſatione à diuinis quoad eum qui ponit & tollit, in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur.

1 Quis poſsit imponere & tollere ceſſationem.
2 An poſsit ex parte tolli ceſſatio.

QVÆSTIO. CXVIII.

De ceſſatione quoad pœnas eam frangentium, in duos articulos diuiſa. Pa. 576.

Circa quam quæſtionem duo quęruntur.

1 In quas pœnas incurrunt violantes ceſſationem validam.
2 Quis poteſt abſoluere ab his pœnis.

QVÆST.

Quæſtionum.

QVAESTIO CXIX.

De iudicibus, in tres articulos diuiſa, Pag. 577.

Circa quam quæſtionem tria quęruntur.

1 Quotuplex ſit iudex.
2 Vtrum Regulares poſsint compelli ad acceptandam aliquam iudicaturam.
3 Quomodo iudices regulares ſe habere debent in examinandis reſcriptis ſibi à ſede Apoſtolica, ſeu ab alijs ſuperioribus commiſsis.

QVAESTIO. CXX.

De iuramento, in tres articulos diuiſa. Pag. 579.

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 Quid ſit iuramentum.
2 Quibus modis iuratur.
3 Vtrum præceptum obedientiæ impoſitũ ſubditis habeat vim iuramenti.

QVAESTIO. CXXI.

De itinerantibus fratribus in quinque articulos diuiſa. Pag. 581.

Circa quam quæſtionem quinque quæruntur.

1 Vtrũ ſint recipiendi fratres itinerantes ſine literis commendatitijs ſuorum prælatorũ.
2 Vtrum fratres conuentuales itinerantes teneantur ſe præſentare coram prælatis obſeruantiæ.
3 Vtrum fratres obſeruantes ordinis Minorum poſsint hoſpitari in domo ad hoc ipſis relicta.
4 Vtrum fratres itinerantes poſsint lucrari indulgentias ſtationum.
5 Quomodo fratres itinerantes ſe debent habere circa ieiunia.

QVAESTIO CXXII.

De iure patronatus, in quinque articulos diuiſa. Pag. 584.

Circa quam quæſtionem quiuque quæruntur.

1 Quid ſit, & quotuplex ſit ius patronatus.
2 Vtrum patrono monaſterium ingreſſo, ius patronatus transferatur in ipſum monaſterium.
3 Vtrum Rex Hiſpaniarum habeat ius patronatus in præceptorias militiarum.
4 Vtrum Reges habentes ius præſentandi Abbatem in Eccleſijs collegiatis, aut Regularibus poſsint præſentare illos qui non ſunt illius religionis.
5 Vtrum de bonis incertis quæ pauperibus ſunt reſtituenda poſsit inſtitui monaſterium cum iure patronatus.

QVAESTIO. CXXIII.

De laicis fratribus, in tres articulos diuiſa. Pag. 587.

Circa quam quæſtionem tria quæruntur.

1 Vtrum laici fratres ſint propriè religioſi.
2 Vtrum laici fratres poſsint tangere corporalia, & cætera alia ad diuinum cultum.

tum pertinentia.
3 Vtrum laici apoſtatæ in apoſtaſia ordinati debeant portare tonſuram vt clerici ſi ad ordinem reuertantur.

QVAESTIO CXXIIII.

De legatis á latere, in tres articulos diuiſa. Pa. 589.

Circa quam quæſtionem quæruntur tria.

1 Vtrum religioſus factus canonicus poſſit eſſe legatus Papæ, vel legati.
2 Vtrum religioſus poſsit eſſe locum tenens legati & decidere cauſas.
3 Vtrum legatus habens facultatem conferendi quæcumque beneficia Regularibus, ſi tunc requirendus eſt conſenſus Abbatis.

QVAESTIO CXXV.

De legatis relictis religioſis, in vndecim articulos diuiſa. Pag. 590.

Circa quam quæſtionem vndecim quæruntur.

1 Vtrum fratribus mendicantibus poſsit aliquid legari.
2 Vtrum fratribus particularibus aliquid poſsit legari, ita vt commodi particeps nõ ſit Abbas.
3 Vtrum huiuſmodi legatum poſsit relinqui ſub certa cautela.
4 Quomodo religioſis fratribus poſsit fieri legatum.
5 Quis prælatus poſsit dare licentiam religioſis ad acceptanda & conſumenda legata ipſis.
6 Vtrum prælati legata acceptata & acquiſita fratribus inuitis, quibus facta fuerunt poſsint in conuentuum neceſsitatibus cõſumere.
7 Vtrum legatum religioſo particulari relictum ad pias cauſas relictum cenſeatur.
8 Vtrum legato relicto monaſterio poſsint teſtamentarij aliquid amplius monaſterio applicare ex operibus piis ipſius teſtatoris diuidendis.
9 Vtrum legata monaſterio in certum vſum poſsit ſecluſo ſcandalo prælatus commutare in alium vſum magis neceſſarium.
10 Vtrum legatum vt monaſterium in certo loco conſtituatur ſit caducum, ſi in tali loco non poſsit conſtrui.
11 Vtrum fundans legatum vt ex fructibus ipſius feſtum Conceptionis quolibet anno celebretur, poſsint hæredes id quod ſupereſt ſibi applicare.

QVAESTIO CXXVI.

De legatis factis fratribus Minoribus regularis obſeruantiæ, in ſex articulos diuiſa. Pag. 596.

Circa quam quæſtionem ſex quæruntur.

1 Vtrum fratribus Minoribus Regularis obſeruantiæ poſsint aliqua legari.
2 Vtrum fratribus minoribus poſsint legari annui redditus.
3 Vtrum fratribus minoribus poſsint legari annui redditus ad modicum tempus.
4 Vtrum legata annua relicta dictis fratribus ſint valida, ita vt licet nõ poſsint peti in iudicio, ſaltem in foro conſcientiæ hæres ad id ſoluendum teneatur.
5 Vtrum annuus redditus promiſſus vel legatus monaſterio fratrum Minorum de obſeruãtia pro fabrica, vino, cera & oleo, & pro celebratione miſſarum ſit validus.
6 Vtrum prælati poſsint facere compoſitionem ſuper his annuis legatis.

QVAESTIO. CXXVII.

De legatis factis ſæcularibus ſub conditione ſi religionem ingrediantur, in tres articulos diuiſa. Pag. 605.

Circa quam quæſtionem tria quæruntur,

1 Vtrum legatum factum filiæ ſi nupſerit ei debeatur ſi religionem ingrediatur.
2 Teſtator reliquit legatum mulieri ſub cõditione ſi intrauerit monaſterium quæ intrauit & exijt, an debeatur ei legatum.
3 Vtrum legatum relictum pauperibus magis Religioſis quam alijs ſit conferendum.

QVAESTIO CXXVIII.

De legitimis debitis filijs regularibus, in duos articulos diuiſa. Pag. 608.

Circa quam quæſtionem quæruntur duo.

1 Vtrum fratribus Minoribus conuentualibus debeatur legitima parentum.
2 Vtrum matri vel auiæ debeatur legitima filij, vel nepotis monachi iam profeſsi contra monaſterium bonorum capax in communi.

QVAESTIO. CXXIX.

De libris ex bibliotheca non extrahendis, Articulus vnicus.

1 Vtrum religioſi poſsint extrahere libros á bibilotheca monaſteriorum.

QVÆSTIO. CXXX.

Delectoribus, in duos articulos diuiſa Pag, 614.

Circa quam quæſtionem duo quæruntur

1 Vtrum lectores Theologiæ aliquam in ordinibus habeant præeminentiam ſecundum literas Apoſtolicas.
2 Vtrum Regulares in ſuis monaſterijs teneantur habere lectores ſacræ Theologiæ.

FINIS.

INDEX COPIOSVS OMNIVM NOTABILIVM, QVÆ IN HOC TOMO CONTINENTVR.

Abbates.

ABBATES Ciſtertij non poſſunt priuari Abbatia extra capitulum, pa. 111. col. 2.

Abbates Ciſtercij habent iuriſdi tionem quaſi epiſcopalem. pa gina. 112. columna. 2.

Abbates Ciſtertij antiquitus erant perpetui ibi.

Abbates Ciſtertij licet non ſint benedicti ha bent priuilegia benedictorum, ibi.

Abbates retinent de cõſuetudine beneficia vſque ad benedictionem, pa. 260. col. 2.

Abbates ſuos monachos iudicant, pag. 326. col. 2.

Abbates habent iuriſdictionem in foro con tentioſo, pa. 112. col. 2.

Abbates commendatarij perpetuĩ poſſunt exercere omnia quæ poſſunt proprietarij, pa. 250. col. 1.

Abbates commendatarij incommendam ad vitam poſſunt præſentare, ibid.

Abbates nõ poſſunt eſſe iudices in cauſa mo naſterij, pa. 310. col. 1.

Vide verbo prælati.

Abbatiſſa.

Abbatiſſæ de las Huelgas habent quendam vſum clauium, pa. 157. col. 1.

Abbatiſſa debet eſſe virgo ad exhortandam virginitatem, pa. 268. col. 1.

Abbatia.

Abbatia eſt dignitas p. 112. col 2.

Abbatia ex ſua natura eſt perpetua, ibi.

Abbatiæ Regulari poteſt ex diſpenſatione Papæ præeſſe clericus, pag. 249. col. 2. & pa. 250. col. 1.

Abbatia non venit appellatione dignitatis vel beneficij, pa. 260. col. 2.

Abiuratio.

Abiuratio de leui in cauſa hæreſis non omnis facit religioſum inhabilem ad officia ordinis, pa. 431. col. 2.

Abiuratio ab hæreſi eſt receſsio ab ipſa ibid.

Abſoluere.

Licentia ad abſoluendum à peccatis extendi tur de peccata futura pa. 151. col. 1.

Licentia ad abſoluendum non dat occaſionem peccandi ibid.

Epiſcopus poteſt abſoluere religioſum ſibi à prælato ſubiectum p. 326. col. 1.

Epiſcopi Indiarũ poſſunt abſoluere ibi ſuos ſubditos à caſibus Bullæ Cænæ, pa. 491. col. 1.

Poſſunt hanc abſoluendi poteſtatem alijs cõmittere, ibid,

Priuilegium ad abſoluendum à caſibus Bullæ Cænæ non tollitur per publicationẽ eius dem Bullæ ibid. col. 2.

Abſoluere poteſt ab interdicto quĩ interdicit, pa. 532. col. 2.

Abſoluere poſſunt ſubditos à cenſuris Prælati regulares ibid.

Abſolutus.

Semel abſolutus non poteſt amplius moleſta pa. 151. col. 2.

Abſolutio.

Abſolutio plenaria poteſt conferri phræneti co poſt electionem confeſſarij, p. 453. co. 2 & 2.

Abſolutio ab excõmunicatione virtute Bullæ, aut priuilegij intelligitur in foro conſcientiæ ibid. col. 2.

Abſolutio ab excomunicatione conceſſa in forma conſueta intelligitur etiam in foro iudiciali, ibid.

Ante abſolutionẽ debet parti ſatisfactio fieri, pa. 533. col. 1.

Aborſus.

Eccleſiaſtici aborſum procurantes tradũtur brachio ſeculari, p. 153. col. 2.

Abſtinentia.

Nimia abſtinentia aliquando illicita. pa. 511. col. 2.

Index

Abſtinentia ab ouis & lacticinijs aliquando regularibus obligatoria, pa.512.

Acceſſorium.

Acceſſorium deſtruitur deſtructo principali pa.407.col.2.

Acceptilatio.

Acceptilationis effectus ſuſpéditur licet maneat ipſa acceptilatio, pa.576.col.1.

Actiones.

Actiones non computantur inter bona immobilia p.599.col.1.

Acta.

Acta ordinariorum contra exemptos ſunt nulla.pa.332.col.1.

Accuſatio.

Accuſatio contra occulte delinquentem nō eſt admittenda niſi adſit delator, aut ſufficiens probatio cum indicijs, pag.28.columna 1.

Nulla præcedente accuſatione non poſſunt prælati procedere contra ſubditos occulte delinquentes ibi.col.2.

Accuſatio procedit ex zelo iuſtitiæ, pag.34. col.1.

Accuſatio eſt promotio delicti coram iudice competenti, pa.40.col.1.

Accuſatio in ſcriptis proponi debet, ibidem col.2.

Accuſatio licet non ſit mala eſt tamen diſſuadenda, ibid.

Accuſatione vindicta particularis nō debe prætendi ibid. t

Accuſatione non interpoſita non poteſt iudex procedere ibid.& p.41.col.1.

Sine accuſatione interpoſita poſſunt iudices in aliquibus caſibus procedere, ibid.col.2

Tria vitia in accuſatione interuenire ſolent. pa.42.col.1.

Accuſationem relinquens propter aliquid acceptum peccat, ibid.col.2.

Accuſationes aliquas poteſt iudex inferior iuſte reſcindere, p.43.col.1.& pagin.152. col.2.

Accuſare.

Nemo tenetur accuſare pro iniuria ſibi illata pag.42.col.1.

Ex cauſa vnuſquiſque tenetur accuſare, aut denunciare ibid.

Qui falſo accuſat peccat grauiſsime, ibi.

Qui inpublico accuſat, & in ſecreto fauet, peccat, ibid.col.2.

Accuſare non poſſunt laici monachos, pag. 43.col.1.

Peccatur in accuſando calumniatoriè, &c. pa.42.col.1.

Falſarij non poſſunt accuſare ſicut & infames.pa.43.col.2.

Accuſatus.

Contra accuſatum crimina ſubticēs peccat, pa.42.col.2.

Accuſandi.

Accuſandi ſunt monachi coram ſuo Abbate, p.326.col.1.

Accuſator.

Accuſator non probans talionis pœna punitur, pagina.39.columna.2.& pag.43. columna.1.

In locum accuſatoris ſuccedit fiſcus, pa.41. ibi.col.2.

Accuſator ſciēs defecturum in probatione peccat, ibid.

Accuſator faciens pactū relinquendi accuſationem in damnum alicuius peccat ibid.

Accuſator, & accuſati debent eſſe eiuſdem fori, ibi.

Adminiſtratio

Quæcunque adminiſtratio commiſſa monacho à ſuo prælato explicatur ſecundū ſuū ſtatum.pa.591.col.1.

Adulteri, adulterantes.

Monachi adulterātes debent puniri à iudice regulari, pag.120.col.2.

Seculares adulteri non puniuntur niſi marito accuſante, ibid.

Clericus adulter poteſt accuſari etiā marito non accuſante, ibid.

Punitiq

Punitio monachi aut clerici adulteri debet fieri à ſuis prælatis cum magno ſecreto ita vt maritus adulterium id neſciat. ibid.

Adulterium.

Adulterium non cadit ſub legibus prohibentibus acceſſum. pa. 120. col. 2.

Aduocatus.

Aduocati fratrum debent eſſe iudices regulares. pag. 90. col. 1.

Affinitas.

Affinitas non contrahitur niſi emiſſo ſemine intra vas. pag. 120. col. 1.

Agere in iudicio.

Cuilibet de populo cõpetit agere in iudicio vt pia legata ſoluantur pagina 405. columna 2.

Alapa.

Alapam infligenti officiali publico poteſt imponi pæna mortis pag. 102. col. 2. & pag. 132. col. 1.

Alcauala.

Alcauala Hiſpane à quo dicatur pag. 341. columna 1

Alienare.

Alienare non poſſunt prælati pro libito res monaſteriorum. pag. 382. col. 2.

Alienatio.

In alienatione generali nõ veniunt bona feudalia pag. 420. col. 1.

In alienatione reddituũ eccleſiaſticorum debet ſeruari ſolemnitas alienationis rerum eccleſiaſticarum, pag 599. col. 2.

Alimenta.

Alimenta debent præſtari monacho delinquenti à ſuo monaſterio. pag. 108 col. 1.

Alimenta debent præſtari monacho ordinis Minorum à monaſterio in quo incarceratur. ibidem.

Alia

Alius adiectiuum & repetitionum ſimilium pagina. 275. col. 1 & pag 322. col. 2.

Altaria.

Altaria & oratoria poſſunt fieri in grangijs monaſteriorum & ibi dici miſſa ſine licẽtia ordinarij pag. 388. colu. 2. & 389.

Amicitia.

Amicitia cauſat multa bona pa. 3. col. 2.

Amicitia cum Monialibus punitur grauiſsime. pag. 98 col. 1.

Amiſſum.

Amiſſum non dicitur quod non durata miſſum, ſed ad ſuam naturam reuertitur. pagin. 417. columna 2.

Anima.

Animæ purgatorij ſunt oues Chriſti. pagina 475. columna. 1.

Animæ purgatorij ſunt ſuper terram quo ad ſtatum. pagina 475. col. 1.

Animæ purgatorij ſunt in medio ſtatu ibid. & colum. 2. in princ.

Super animas purgatorij non eſt data Papæ iudiciaria & abſolutiua poteſtas ibi.

Animabus purgatorij proſunt indulgentiæ per modum ſuffragij. pagina 476. columna 1.

Pro animabus purgatorij ſemper ſunt ſuffragia offerenda. pag. 477. col. 1, & 2.

Pro animæ purgatorij liberatione capella priuilegiata debet neceſſario habere tot ſacerdotes quot ſunt in priuilegio. ibi. & pag. 478. columna. 1.

Anima in purgatorio proprie non ſatisfacit, ſed ſatispatitur. pagina 590. columna. 2.

Vide in verbo, liberatio animæ & in verbo, purgatorium.

Apices iuris.

Non pertinet ad apices iuris ſcribi à notario proceſſus. pag. 64. coluna. 2.

Non eſt contra apices, ſed contra ſubſtantiã iuris negare iudicia reo. pag. 91 col. 1.

Arſenius.

Arſenius Abbas laudatur d.792.col.1.

Articulus mortis.

In articulo mortis magis finiri quam incipere nouus ſtatus ſolet,pa.403.col.1.

Auxilium brachij ſæcularis.

Auxilium brachij ſæcularis non eſt vltimum remedium,ſed cenſura Eccleſiaſtica, pag. 324.col.1.

B.

Baronia.

BAronia eſt dignitas Regalis,& feudũ intitulatum,pa.416.col.1.

Benedictio.

Benedictio menſæ tempore interdicti & ceſſationis non prohibetur,pa.539.col.1.

Beneficium.

Non poteſt quis â beneficio priuari niſi propter crimen graue,pa.110.col.1.

Pæna priuationis beneficij debet exprimi in iure,ibi.

Beneficia Eccleſiaſtica ſunt ſtipendia miniſtrorum eccleſiæ,ibid.col.2.

Conſtitutio contra confidentiam in beneficijs eſt odioſa,pa.112.col.1.

Omnes duo beneficia habere prohibentur, pa.179.col.1.

Ex diſpenſatione,literati & nobiles duo beneficia habere poſſunt,ibid.

Electio ad beneficium prætermiſſo digniori poteſt irritari,pa.244.col.1.

Beneficia Eccleſiaſtica danda ſunt naturalibus Regni,pa.251.col.1.

Confidentia bona in beneficijs reſignandis non damnatur,p.273.col.2.

In monachis quod libet beneficium eſt compatibile ad aliud,pa.290.col.2.

Papa conferens beneficium inhabili ex certa ſcientia cenſetur diſpenſare,ibi.

Beneficiarij nõ ſunt domini ſed diſpẽſatores bonorum Eccleſiaſticorum,p.252.

Monachi beneficiarij ſunt tantum diſpenſatores,ibi.

Retinens plura cum diſpenſatione non peccat,pa.551.col.1.

Blaſphemus.

Blaſphemus criminaliter eſt viſitandus nulla præcedente infamia.p.30.

Blaſphemia eſt peccatum hominum abiectorum,ibid.

Bonum.

Magis ponderat bonum animæ quã bonum famæ,pa.37.col.1.

Bona clericorum ſunt pauperum, pag. 156. col.1.

Bona Epiſcoporum defunctorum pertinent ad Papam pa.187.col.2.

Papa eſt omnium bonorum Eccleſiaſticorũ & regularium diſpenſator,ibi.

Propter bonum temporale non debet prætermitti ſpirituale,pa.259.col.1.

Quædam ſunt bona ſpiritualia per eſſentiam alia per cauſam & effectum,& per connexionem,p.306.col.1.

Quædam ſunt bona fortunæ,ibi,col.2.

Bona ſpiritualia Eccleſiaſticæ ſubſunt poteſtati,ibi.

Bona confiſcata propter crimen proditionis pertinent ad Regem,pa.315.col.1.

Bona religioſi ſine liberis decedẽtis remanẽt apud monaſterium,pagin.423.col.1.& 2. Idem ſi decedat ſine parentibus,ibid.

Bona hæreticorum poſt ſententiam declaratoriam debentur,pa.344.col.1.

Bona vnius monaſterij poſſunt prælati in aliud monaſterium transferre,pa.595. colum.1.

C.

Calumniari.

CAlumniari nihil aliud eſt quam cauillari pa.124.col.2.

Calumnia.

De calumnia accuſatus debet ſe defendere, pa.124.col.1.

Calumniator.

Calumniatori in iure diuino imponitur pæna,p.123.col.2.

Calum-

Calumniator viperinam habet naturam ibi.
Calumniator apud omnes gentes puniebatur ibidem.
Calũniator Aman laqueo fuit ſuſpẽſus. pagina. 124. col. 1.
Caluniator à cõmunione reijciebatur. ibid.
Calumniator eſt qui obijcit crimina & non probat. ibid.
Calumniator obijciens multa crimina aliquod tamen probans mitius punitur. ibi.
Calũniator eſt qui falſa crimina proponit. pagina, 124. col. 2.
Calumniator eſt qui ſemel tantum calumnioſe accuſauit. ibidem.
Non eſt calumniator mittẽs litteras ſecreto ad prælatum contra aliquos ibidem.

Canonici regulares.

Fratres Minores tranſlati ad Canonicos regulares non poſſunt incedere per oppida in quibus ſunt Monaſteria dictorũ fratrũ. pagina 339. columna. 2.

Capella.

Capella annectitur monaſterio cum ſuo onere. pag. 340. col. 1.
Capella ſubiecta monaſterio non tenetur ad iura epiſcopalia. ibi. & co. 2.

Capellanus.

Regulares capellani Principum ſub obedientia ſunt prælatorum. pag. 340. col. 1.

Capellaniæ.

Capellanias in ſuis monaſterijs inſtitui non eſt licitum fratribus Minoribus ſuadere. pag. 603. col. 2.

Capere.

Ordinarius neque per ſe nec per alium poteſt capere religioſum. pagina 334, columna 1.
Non incurrit excommunicationem Ordinarius capiens exemptum in caſu permiſſo. ibi. col. 1.
Ordinarius capiens exemptum intra viginti horas tenetur remittere. ibi.
Iudex laicus non incurrit excommunicationem capiens clericum quando timetur de fuga eius. ibi. col. 2.

Captura.

Non poteſt Ordinarius procedere ad capturam nouitij. pag. 334 col. 1.
Captura malefactorum etiam cum proteſtatione aliquando inducit irregularitatem. pagina 530. columna 1. & 2. Vide in verbo, carcer.

Cardinalis.

Monachus poteſt fieri Cardinalis. pag. 292 col. 1.
Monachus factus Cardinalis non abſoluitur à ſubſtantialibus regulæ. ibi.
Monachus factus Cardinalis non poteſt cõdere teſtamentum. ibi.
Monachus factus Cardinalis retinet iura ſuc cedendi. ibi.
Monachus factus Cardinalis debet deferre habitum ſuæ religionis. ibi.

Cardinalatus.

Monachus non debet procurare dignitatem Cardinalatus propter libertatem. pa. 292. colum. 1.

Caro.

Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. pagina 1. col. 2.
Carnium eſus prohibitus eſt monachis. pagina 496. columna 2. & & pagina 497. columna 1.
Carnis eſu prohibito prohibentur inteſtina, & non quæ ex carne trahunt originem. ibidem.
Statum non edendi carnes perpetuo apud Carthuſianos rationabile. pagina 509. colum. 2. & pag. 510.

Carcer.

Regularis non poteſt in carcere includi cum ſemiplena probatione. pagina 22. columna 2. in fine.
Carcer in religionibus eſt pæna, pag. 52. columna. 2.
In carcere incluſi regulares priuantur voce actiua & paſsiua. ibi.
In carcere includi poteſt reus per teſtes ſingulares. ibi

Carcer eſt mala manſio pag.77.col.1.
Carcer inuentus ad cuſtodiam, & non ad pænam,ibid.
Carcer in iure Canonico ad pænitentiam agendam deſtinatur,ibid.
Carcer ab antiquo fuit inuentus & à Deo deſignatus,ibid.& col.2.
Carcer debet eſſe humanus,ibid.
Carcer debet proporcionari delicto & dignitati delinquentis,ibid.& pagin.78.column.1.
Iuſte præcipitur in religionibus ne cum religioſo incluſo in carcere aliquis loquatur ibid.
Non poſſunt iudices eccleſiaſtici neque regulares in carcere recludere eccleſiaſticum& religioſum ſine confirmatione ſummaria. ibid.& col.2.
Relaxatio ſola à carcere non reſtituit famã deperditam.ibid.
In recluſione religioſorum in carcere magna conſideratione opus eſt,ibi.
Religioſi ſine duobus,aut tribus teſtibus fide dignis non ſunt in carcere recludendi. ibid.& pag.79.col.1.
Carceris cuſtos debet eſſe vigilans ne fugiat religioſus recluſus,ibid.
Carcer aliquando imponitur propæna,pag. 103.col,1.
Carceris pæna non eſt faciliter infligenda, ibidem.
Ad recludendum in carcere non debent faciles eſſe iudices,ibid.
In carcere recluſio eſt iniuria irreparabilis, ibid.& col.2.
Non debet Monachus in carcere recludi niſi probato plene delicto,ibid.
Propter atrocem carcerem confitentur plerunque rei quæ nũquã commiſerunt,ibi. col.2.
Ad recludendũ in carcere monachos poteſt auxilium ſeculare implorari,ibid.
Perpetuus carcer eſt pæna capitalis,ibid.
De iure ciuili perpetuus carcer ſoli ſeruo poteſt irrogari.ibid.
Perpetui carceris pæna poteſt laico eccleſiaſtico & regulari irrogari,p.104.col.1.
Carcer religionibus non eſt rigoroſus,ibid.
Carceris perpetui pæna poteſt imponi in religionibus delicto cui in ſeculo pæna mortis correſpondet,ibid.
Carcer perpetuus cũ aſsignatione quatuor vnciarum panis & aquæ non eſt vltimum ſupplicium,ibid.col.2.
Officiales recludentes delinquentes in carcere inhumano ex quo ſequitur mors remanent irregulares,ibi,
Fuga à carcere eſt licita ſæcularibus ,illicita tamen regularibus,p.105.col.1.& 2.
Religioſus fugiens à carcere tenetur iterum reuerti,ibi.
Religioſus in carcere injuſte recluſus aut injuſte ibi tractatus poteſt fugere ab eo,p. 106.col.1.in verbo captura.

Cauſa.

A potiori cauſa potentior producitur effectus,pa.383,col.2.

Cauſa criminalis.

Non eſt cauſa criminalis quando agitur de priuatione dignitatis,p.58.co.2.
Cauſa criminalis eſt quando quis punitur pœna ordinaria,ibid.
In cauſis criminalibus, rei vt ſententientur debent audiri,pa.322.col.1.

Cenſus.

Dominiũ cenſus conſtituti pro monialibus eſt apud monaſterium,p.197.col.1.

Ceſſatio á diuinis.

Ceſſatio perſonalis à diuinis non datur pag. 169.col.1,
Ceſſatio à diuinis eſt ſuſpenſio organorum diuinæ laudis in locum decretæ,ibid.
Ceſſatio á diuinis differt ab interdicto, pag. 570.col.1.
Ceſſatio non differt ab ſtrictiſsimo interdicto,ibid.
Ceſſatio non eſt cenſura Eccleſiaſtica,ibid. col.2.
Ceſſatio neceſſaria eſt,ſed ante quam ponatur multa debent præcedere,ibidem,& col.2.
Ceſſatio etiam ſi nulla à regularibus eſt ſeruanda,pa.571.col.1.
Damna ſecuta ex ceſſatione ſunt reſtituenda, ibidem.
Deploradum eſt quod damna ſecuta ex ceſſatione non reſtituantur,ibi.col.2.
In ceſſationis tempore aliqua de iure communi permittuntur,p.572.col.1.
Priuilegium Cap.alma Mater , pro certis feſtiuitatibus ad ceſſationem extenditur,ib.

In tem-

In tempore ceſſationis multa modo licent. quæ olim iure antiquo non licebant, ibid & col. 2.
Tempore ceſſationis poſſunt duo, vel tres clerici priuatim horas recitare, ibid.
Tempore ceſſationis poteſt clericus horas priuatim recitare cum excommunicato nominatim, ibid.
Tempore ceſſationis poteſt epiſcopus miſsã celebrare, pag. 572, col. 2. in fine & p. 573 col. 1.
Nulla eſt differentia inter ceſſationem & interdictum inter regulares, quo ad obſeruantiam non tamen quod ad ſeculares, ibi.
Tempore ceſſationis non poteſt presbyter ſecularis celebrare in eccleſijs fratrum etiam cum licentia prælatorum regulariũ ibidem.
Tempore ceſſationis aliqua ſacramenta celebrari permittitur, ibi. & col. 2.
Tempore ceſſationis non licet dare ſepulturam eccleſiaſticam, ibid. & pa, 574. col. 1.
Tempore ceſſationis habet locum deciſio capituli Alma mater, ibid.
Pro tempore ceſſationis varia priuilegia habent regulares, ibid. col. 2.
Qui poteſt ponere interdictum poteſt ponere ceſſationem pa. 575 col. 1,
Nulla ceſſatio ponitur ipſo iure, ibid.
Capitulum ſede vacante aliquando ponit ceſſationem, ibid.
Qui iure ordinatio poteſt relaxare interdictum poteſt relaxare ceſſationem, ibid. & col. 2.
Ceſſatio poteſt relaxari pro vna ciuitatis eccleſia tantum, pa. 576. col. 2.
Ceſſatio eſt executio rigoroſa qua omnino ceſſatur á diuinis, ibid.
In varias pænas incurrunt violantes ceſſarionem, ibid. infi. & pa. 577. col. 1.
Violator ceſſationis generalis non remanet irregularis, ibid.
Violator ceſſationis generalis excomunicatur non autem violator ceſſationis ſpecialis, ibid.
Ceſſatio non eſt proprie pæna, ibid.
Ceſſatio reſpicit nocentes & innocentes, ibi.

Circunciſio.

Circunciſio arcet ſacramentũ, pa. 580. col. 2.

Citatio.

Citatio non requiritur quando reus non poteſt contradicere, p. 76. co. 2.
Citatio regularis aliquando non requiritur quando amouetur à prælatione, pag. 80. col. 1.
Citatio requiritur quando reus ſe poteſt defendere. ibid.
Citatio eſt à iure naturali, ibid. col. 2.
In citatione regularium non ſeruatur ſtylus Curiæ, ibid. col. 2.
Non requiritur citatio, quando inquiſitio particularis contra aliquem fit, pag. 82. col. 1.
Quando à iure quis ſua dignitate priuatur non requiritur citatio, p. 109. col. 2. & pa. 110. Secus quando pæna crimini arbitraria conſtituitur, ibid.
Citatio patris vt ſe defendat eſt de iure naturali, pa. 238, col. 1.
Citatio non valet contra notorie exemptũ, pa. 322. col. 2.
Citatio miſſa executioni cauſat litis pendeniam, p. 325. col. 2.

Citari.

Citari poteſt ab Ordinario monaſteriũ inſtitutum vt publicetur teſtamentum p. 318. col. 1.

Citatus.

Mandata contra non citatum inualida & illis non obediendum, p. 238. co. 1. & 2.
Citatus non tenetur comparere quando eſt notorie exemptus, pa. 322. col. 2.
Regularis notorie exẽptus citatus ab Ordinario nõ tenetur cõparere, pa. 332 col. 1.

Ciuitas.

Appellatione ciuitatis non veniunt proprie ſuburbia, ſed tantum quod murorum ambitu coutinetur, p. 533. col. 2.

Coadiutores.

Coaudiutores Epiſcoporum præſtantiores presbyteris ſecularibus ſunt religioſi, pa. 328. col. 1.

Commendatarij militiarum.

Commendatarij militiarum non poſſunt expendere redditus ſuarum cõmendatariarũ niſi ſecundum eorum ſtatum & profeſsionem, p. 286. col. 1.
Cõmendatarij in cauſis ciuilibus & inquibus deliquerunt reſpectu officiorũ regalium, poſſunt conueniri corã iudice ſeculari p. 318. col. 1. & 2.
Cõmendatarij promiſſa impunitate propter priuilegia aliquando ſunt inſolentes, ibi.

Commendatarij profeſsi ſunt religioſi.
Comendatarij poſſunt habere proprium, pa. 319.col.1.
Commendatarij poſſunt contrahere matrimonium, ibid.
Commendatarij liberi ſunt à poteſtate ſecularí. ibid.
Commendatarij pro eorũ exemptione poſſunt nominare conſeruatorem, ibid. colum. 2.
Commendatarij nõ profeſsi non poſſunt inhibere iudices ſeculares, ibid. col. 2.
Commendatarij occidentes clericum nõ gaudent immunitare fori, neque eccleſiæ, ib.
Commendatarij frangentes pragmaticas regales non poſſunt condẽnari à iudice ſeculari, pa. 321. col. 1.
Pro commendatariorũ defenſione à cõſilio regali ordinum debet conſtitui conſeruator neceſſario, ibid. col. 2.
Cõmendatarij & milites ordinum extra ſuas prouincias non gaudent immunitate fori. ibidem.
Commendatarij in diuerſis prouincijs & regnis diuerſi ſunt, ibid.
Commendatariorum indulta & priuilegia debent examinari, ibid. & pa. 321, col. 2.
Commendatarij diuerſorum regnorum non ſunt in Hiſpania liberati à tributis nec à decimis, pa. 322. col. 1.
Bona ſequeſtrata propter delictum horum commendatariorũ anno fatali trãslato debent executioni mandari à iudice ſeculari, ibid.

Commodum.

Commodum rei priuatæ prouideri debet. p. 305. col. 2.

Commiſſarij.

Commiſſarij digni ſunt prouidendi, pa. 2. columna. 2.
Commiſſarij generales ordinum Minorum quomodo eligendi, pa. 235. col. 2.

Committere.

Cui aliquid committitur cẽſentur ei cõmiſſa omnia quæ ad illud negotium agendum ſunt neceſſaria, pag. 309. col. 2.

Comitatus.

Comitatus eſt dignitas regalis, & feundum intitulatum, pag 416, col. 1.

Communicatio.

Cõmunicatio bonorum congregationis facta à prælatis regularibus non eſt propriè indulgentia, p. 437. col. 2.

Conatus.

Conatus in grauibus criminibus punitur vt actus, pa. 133. col. 1.
Conatus remotus non punitur vt actus. ibi.

Concilium Tridentinum.

Concilij Tridẽtini decreta ſunt maxime obſeruanda, pag. 323. col. 2. & p. 324. col. 1.
Concilium Tridentinum loquens de paupertate regulariũ quomodo intelligatur. pa. 551. col. 2. & pag. 553. col. 1.

Condemnare.

Iudex non poteſt condemnare delinquentẽ ex ſola confeſsione in occulto facta, pag. 153. col. 1. & 2.
Petrus iudicialiter condemnauit Ananiam & vxorem eius Saphiram, pag. 312. co. 1. in fine & col. 2,
Abbates regulares non poſſunt per ſe condẽnare aliquem ad pænam ſanguinis, p. 316. col. 1. & 2.

Conſiteri.

Regulares quando confitentur reos quæſtionibus ſubijciendo, non debent ipſos obligare vt ſe prodant, niſi præuia maxima conſultatione, pa. 83. col. 1.

Confeſsio.

Confeſsio extraiudicialis nõ ſufficit vt reus condemnetur, pa. 90. col. 2.
Solicitatio in actu confeſsionis eſt puniẽda per Inquiſitores, pag. 114. col. 2. & pa. 115. col. 1.
Sacerdotes ſine iuriſdictione cõfeſsiones audientes puniuntur, pa. 115 col. 2. & pa. 116. col. 1. & 2.
Non ſacerdotes audientes cõfeſsiones & abſoluentes ab Inquiſitoribus puniuntur, p. 117. col. 1. & 2.
Confeſsio delicti propter impunitatem à iudice promiſſa non eſt ſufficiens ad pænã ordinariam, p. 153. col. 1. & 2.
Vti confeſsione ſacramentali ad regimen tẽporale eſt quid perniciosum, pa. 258. co. 2.
præceptum confeſsionis debet ſeniri, ibid
Scientia acquiſita in confeſsione non debet eſſe in odium pænitentis, pag. 259, col. 1.

Propter

Propter crimen ſcitum in cõfeſsione non debet priuare â ſuffragijs in electionibus, & prouiſionibus.ibi.

Confeſſor.

Licentia ad eligendum confeſſorem non extinguitur morte concedentis pagina 184. colum.2

Confiſcata bona.

Confiſcata bona nullus dominus vaſſallorũ poteſt ſibi applicare.pag.315.col.1.

Confiſcata bona applicantur ſecundum leges particularium prouinciarum.pa. 434. columna 1.

Confiſcare.

Bona Eccleſiæ non poſſunt confiſcari.pag. 434.col.2.

Libri fratrum Minorum regularis obſeruantiæ non poſſunt confiſcari, ſi eorum dominium tranſiuit in Eccleſiam Romanam.pagina.435.col.1.

Confirmare.

Ante quam prælatus confirmetur debet examen electionis de ipſo factæ præcedere.pagina 247.colu.2.

Generalis, aut præſidens in capitulo confirmat Prouincialem.ibi.

Nolente præſidente confirmare, ſuperior ad quem fuit appellatum tenetur facere omnia, vt gregi de paſtore prouideatur.pag. 266.col.1.

Abbatiſſa electa eſt ſtatim confirmanda.pa. 270.col.1.

Confirmator.

Confirmator electionis debet cognoſcere de omnibus concernentibus electionem.pagina 265.col.2.

Confirmator electionis poteſt ex officio etiã ea quæ ſunt facti ſupplere, ibi.

Confirmator peccat nolendo confirmare electum à maiori parte.pag. 208.col.2.

Confirmatio.

Electus ante confirmationem remanet priuatus ſe ingerens adminiſtrationi dignitatis. pag.244.col.2.

Poſt confirmationẽ poterit electus & cõfirmatus denunciari & accuſari.p.270.co.1.

Coniectura.

Coniecturæ non ſufficiunt ad pænam ordinariam imponendam.pa.62.col.1.

In claris non eſt opus coniecturis.pag. 267. col.2.in fine.

Complices.

De complicibus non poteſt inquiri, in criminibus grauibus. pag. 31.col.1.

Dictum complicium etiam ſine tortura facit aliquam fidem.pag.60.col.1.

Non poteſt iudex interrogare de complicibus, niſi in caſibus à iure permiſsis.pag.85 col.2.& pag.86.col.1.

Non facile debent confeſſarij obligare reos ad declarandum complices.ibi.

Vide in verbo reus.

Conſpirator.

Conſpiratores grauiter debent puniri.pagina 136.col,2.

Grauis pæna proponitur contra conſpiratorem in principem.pag.150.col.1.

Conſilium.

Conſilium eſt concluſio facta per diſcurſum pag.515.col.2.

Conſilium eſt de ſingularibus.ibi.& pagina 516 col.2.

Conſilio requiſito non adhibito in aliquo actu, actus eſt nullus.ibi.col.2.

Vbi eſt petendum conſilium non ſufficit petere ex poſt facto.ibi.

Conſilium à multis petendum non eſt neceſſarium vt ſint in vnum congregati. ibidem.

Inter conſilium & tractatum eſt magna differentia.ibi & col.2.

Conſilium non ſemper includit tractatum. ibidem.

Iura requirentia conſilium in grauibus cauſis de conſenſu ſunt interpretanda.pagina 100.col.1.& 2.

Conſilium petendum eſt à ſenioribus & expertis.pag.169.

Verba cum conſilio ſeniorum denotant formam ſubſtantialem.pag.170.col.1.

Conſilium eſt petẽdum vbi peti præcipitur. pag.261.col.2.

Index

Conſiliarij.

Poſſunt religioſi Cõſiliarij in ordine Ciſtertij priuari ſuo munere extra capitulum. pa.111.col.1

Prædicti Conſiliarij neque perſonatibus eccleſiarum cathedralium poſſunt comparari.pag.112.columna.2.

Præfati Conſiliarij tantum habent votum deciſiuum & non electiuum.ibi.

Præfati Conſiliarij habent minorem præeminentiam quàm Abbates.ibid.pag. 113.co. 1.in principio.

Conſtitutio, vide in verbo,lex,& in verbo ſtatutum.

Conſuetudo.

Conſuetudo ſæpe integerrima iura deſtruit. pag.85.columna.2.

Conſuetudo immemorialis æquiparatur priuilegio.pag.157.col.2.

Conſuetudo præſcripta excuſat in his, quæ ſunt mala,quia prohibita iure tantum humano.pag. 181.columna.2

Conſuetudo multum præiudicialis eccleſijs corruptela eſt.pagina.222.co.2.

Conſuetudo præter ius vt valeat debet per decem annos continuari. pag.239.col.1.

Conſuetudo habet vim legis. ibid.

Conſuetudo interpretatur legem & mentẽ teſtatoris.pag.419.col.1.

Conſuetudo dat iuriſdictionẽ.pa.498.co.1.

Conſuetudo eſt optima legum interpres.pagina.506.columna.1.& pag.507.

Conſuetudo habet vim legis.ibid.

Non quæcunque conſuetudo inducit vim legis.ibid.col.2.& pagina 508.co.1.

Quando conſuetudo eſt declaratiua legis ius certum videtur conſtituere. pa.508.co.2.

Conſuetudo ſoluendi annuos redditus fratribus Minoribus non dat ipſis ius.pag.599. columna 1.

Conſuetudo ſoluendi aliquid per ſingulos annos alicui tribuit ius.ibi.

Conuenire,conueniri.

Regulares non poſſunt conueniri niſi coram ſuperioribus ſuis.pag.16.col.2.niſi notorie extra clauſtra peccauerint,& à ſuis ſuperioribus non fuerint caſtigati. pag.17. columna.1

Conueniri poſſunt regulares coram ordinarijs in aliquibuscaſibus,ibi.& col.2.& pa. colum.2.

In cauſa ciuili debet conueniri religioſus coram ſuo prelato.pag.309.col.2.

Non poteſt religioſus conuenire aliquem in iudicio ſine licentia prelati.pa.309.co2.

Sicut filius familias conuenit in iudicio,& cõuenitur ita monachus.pagina 309. columna 2.

Monachus abſens pro cauſa monaſterij poteſt conuenire, & conueniri coram iudice Eccleſiaſtico.ibi.

Clericus in fraudem creditorum ordinatus poteſt cõueniri coram iudice ſeculari.pagina 310.col.1.

Commendatores militiarum Rectores creati poſſunt conueniri coram iudice ſeculari pag.318.col.1.& 2.

Conuentus coram vno iudice de eadem cauſa non poteſt coram alio conueniri. pag. 325.col.2.

Religioſi coram ſuo ſuperiori ſunt conueniẽdi.326.co.1.& 2.

Conuerſi.

Conuerſi ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ,p.345. col.2.

Contractus.

Succeſſor tenetur ex contractu prædeceſſoris.pag.113.col.2.

Religioſi non poſſunt facere contractum ſine licentia prælati.pag.249.col.2. & pagina 250.

Contractus contra legem & publicam vtilitatem non valet.pag.66.col.1.

Contractus per quem reuertitur ad ius antiquum ſecundum aliquos valet ibid. & columna 2.in medio.

Contentiones.

Contentiones ex peccato dimanant.pag. 2. columna 1.

Contentiones ſunt peſtes Reipublicæ .ibid.

Continentia.

Continentia eſt eſſentialiter annexa ſtatui religioſo,pag.122. columna.1. & 2.

Continentia non eſt eſſentialiter annexa ordini ſacro.ibid.

Contumeliare.

Contumeliare ſubditos illicitum eſt prælatis pagina.148.columna.1.

Exceſſus prælatorum in reprehendendo ſubditos verbis contumelioſis non ſemper dignus pœna, ibi. col. 2.

Contraria.

Contrariorum non ſemper eſt eadem ratio. pag. 537. col. 1.
Argumentum à contrario ſenſu ceſſat vbi illius contrarium inuenitur in iure, pa. 551. colum. 1.

Corrector.

Corrector ciuitatis poteſt compellere eccleſiaſticos & regulares vt obſeruentur decreta Concilij Tridentini, pa. 323. columna 1. & 2.

Corrigere.

Corrigi non poſſunt exempti regulares matriculati in vniuerſitatibus, niſi à ſuis prælatis, pa. 19. col. 1.
Corrigi poſſunt nouitij delinquentes à iudice eccleſiaſtico, pag. 19. col. 2.
Corrigi non poſſunt regulares à ſuis prælatis quando ſunt deponendi, aut degraduandi. pag. 20. col. 1.
Corrigendi publicè ſi poteſt fieri ſecretò corrigantur, pa. 27. col. 1.
Non poteſt prælatus corrigere publicè delinquentem religioſum emendatum, pag. 29. col. 2.
Corrigi poteſt reus ex confeſsione ſua extra iudiciali coram multis, pa. 31. co. 1.
Corrigere poteſt iudex delinquentem in ſui præſentia. ibi. col. 2.
Qui vna correctione fraterna incipit corrigi credendum eſt quod iterum adhibitis alijs omnino corrigetur, pag. 37. col. 2.
Conuenit vt delinquens aliquando per amicum ſecreto fraternaliter corrigatur, ibi.
Crudelis eſt qui non corrigit ſecreto fratrem ibidem.
Humiliter ſunt prælati à ſubditis corrigendi, pa. 45. col. 1.
Volentibus corrigere perſonis grauibus alij paruæ notæ non debent corrigere, ibi.
Prælatus vt poſsit corrigere ſubditos debet in ſe peccatum corrigere, pag. 45. col. 2.
Omnes tenentur corrigere fratrem ex ignorantia præcepta decalogi trãgrediente, ibi.
Non tenentur prælati cum periculo mortis corrigere fraternaliter ſubditos, p. 47. co. 1
Proprium prælatorum eſt corrigere ſubditos pag. 106, col. 2.

Correctio.

Correctio publica delictorum mores componit. pa. 27. col. 1.
In correctione fratrum quando delictum eſt ſecretum prudentia & charitas eſt maximè neceſſaria, pa. 29. & p. 30. col. 1.
Correctio eſt diſsimulanda ne inde aliquid deterius contingat, pa. 29. col. 1.
In correctione maximè emenda fratris prætenditur. ibi.
Correctio fraterna non obligat quando peccatum eſt publicum, pa. 35. col. 1. & 2.
Correctio fraterna quando peccatum eſt ſecretum & ſperatur emenda. ibi.
Correctio fraterna quomodo obligat, pa. 44. colu. 1.
Correctio fraterna non fit niſi ratione peccati mortalis. ibi.
Obligat correctio fraterna ſi non timetur dãnum, & ſperatur emenda. pa. 45. col. 1.
Non obligat correctio fraterna quando timetur conturbatio in congregatione & non ſperatur emenda. ibi.
Correctio aliquando eſt dilatanda. ibi. col. 2.
Exiſtens in peccato mortali nõ deobligatur à correctione fraterna. pa. 45. col. 2.
Correctio fraterna coram vno aut duobus teſtibus adhibenda, p. 46 co. 1.
Correctio fraterna charitatiuè eſt reiteranda ibid.
Deficientibus idoneis teſtibus coram prælato debet fieri correctio, ibi. col. 2.
Correctio coram prælato eſt vltimum remedium, ibi.
Correctio fraterna obligat cum periculo vitæ quando quis videt propter eius defectũ fratrem æternaliter moriturum, ibid.
Correctio fraterna non obligat cum periculo. pa. 47. col. 1.
Ante accuſationem non eſt præmittenda neceſſario correctio fraterna, ibi. co. 2.
Correctio monachorum magis verbis quam verberibus fieri debet, pag 96. col. 2.

Coronare.

Imperator coronatur à Summo Pontifice, pa. 312. col. 1. & pa. 348.

Index

Corporalia.

Religioſi laici poſſunt tangere & lauare corporalia, pa. 587. col. 2. & pag. 588. col. 1.

Neque laici, neque fæminæ poſſunt tangere neque lauare corporalia, ibi.

Moniales poſſunt tangere & lauare corporalia, ibid.

Culpa.

Culpa quædam lata leuis & leuiſsima, pa. 144 col. 1. & pa. 145. vbi explicatur.

Chriſtus.

Chriſtus Dominus, vt rex eiecit de templo ementes & vendentes, pag. 312. col. 2.

Chriſtus Dominus abſoluit adulteram, ibi.

Chriſma.

Pro Chriſmate conficiendo eſt priuilegium in Indijs, pa. 491. col. 2. in fine.

Clauſura.

Clauſuram in minimo frangens non eſt excommunicatus. pa. 333. col. 1.

Clauſula.

Clauſula vt non cenſeatur reuocatum priuilegium niſi de verbo ad verbum fiat expreſſa mentio, pag. 15. col. 2.

Clauſula ſummariè & de plano & ſola veritate inſpecta explicatur, pag. 21. col. 1.

Clauſula ex certa ſcientia & motu proprio priuilegia reuocata reualidat. pa. 135. columna. 1.

Clauſula poſita inter vnum capitulũ ad aliud tantum refertur, pag. 198. col. 2.

Clauſula poſita inter plura capitula, vel ante omnia, vel poſt omnia ad omnia refertur. ibid.

Clauſula, vt tibi viſum fuerit deſignat arbitrium boni viri. pa. 575. col. 1.

Clauſula, tuam conſcientiam oneramus non deſignat neceſſario induſtriam perſonæ. ibidem.

Clemens Septimus.

Clemens Septimus Papa fuit multo poſt Alexandrum VI. pa. 568. col. 2.

Crimina.

Crimina quoad correctionem non poſſunt præſcribi, pag. 33. col. 1. & 2. vide in verbo delicta & in verbo peccata.

D.

Damnum.

DAmnum, ita debet reſeruari vt quominus poſsit tertius lædatur, pagina. 36. co. 2.

Debita.

Debita ciuilia debita pijs locis debent peti coram iudice ſeculari, pag. 309. col. 1.

Ordinarij nõ poſſunt compellere exemptos vt ſoluant debita, pa. 33. col. 2.

Pro debito ciuili poteſt monachus capi à iudice ſeculari, modo probetur ingreſſum fuiſſe religionem in fraudem creditorum. pag. 310. col. 2.

Pro debito ciuili poteſt capi clericus qui in fraudem clericorum fuit ordinatus. ibi.

Decima.

Decima eſt omnium bonorum mobiliũ licite acquiſitorum pars decima, pagi. 155. colum. 1.

Decima eſt triplex, ibi.

Decima debetur de iure diuino, pag. 156. colum. 1.

Summus Pontifex poteſt aliquibus concedere exemptionem à decimis, ibi.

Papa poteſt laicis concedere decimarum perceptionem, ibi. col. 2.

Papa de facto conceſsit aliquibus perceptionem decimarum. ibi. co. 2.

Laici poſsunt præſcribere ius ſpirituale percipiendi decimas. pag. 257. col. 1.

Nobiles Calatrauæ præſcripſerunt decimes. ibid.

Regibus Catholicis eſt conceſſum in regno Granatæ ius percipiendi decimas, pa. 157. colum. 2.

Religioſi ſecundum diuerſa tempora tenebantur ſoluere decimas & ſecundum alia ab eis ſoluendi fuerunt exempti, pagina. 158. & pagina. 159. & 160. & 161. & 162. & 163. & 164.

Coloni conducentes poſſeſsiones religioſorum non tenentur ſoluere decimas, ibid.

Decimæ perſonales non ſunt petendæ à ſeruitoribus monaſteriorum, pagina. 165. columna. 1.

Moniales ſunt exemptæ à decimis, ibi. & pagina. 166. col. 1. & 2.

Materiarum.

Nullus præter Papam poteſt concedere exẽ tionem à decimis,p.16.

Exemptio à decimis conceſſa eſt religionibus & non perſonis particularibus,ibid.

Exemptio decimarum conceſſa religionibus non perditur negligentia particulariũ,ibi. & pag.167.

Religioſi confitentes & prædicantes tenentur facere conſcientiam de decimis, ibid. col.2.& pag.168.col.1.& 2.

Nolentes ſoluere decimas non ſunt abſoluẽ di,ibid.

Ius percipiendi decimas competens Epiſcopis quo ad quotam pendet à Summo Pontifice.pag.382.co.1.

Fratres Hieroſolymitani ſoluunt decimas de rebus patrimonialibus.pa.343.co.2.

Decimæ debentur ad modum tributi,ibid.

Decipere.

Decipere decipientem illicitum apud Chriſtianos licet fuerit licitum apud Gentiles. pag.153.co.1.

Deceptio.

Sæpe in cauſis examinandis contingit decep tio,pa.180.co.1.

Deceptus non videtur conſentire, pag.207. Colum.2.

Declarare.

Conſtitutio debet declarari iuxta terminos iuris à quo fuit originata,pa.111.col.1.

Declarare non poſſunt ordinarij priuilegia regularium,pa.333.co.2.

Declaratio.

Declaratio eſt quædam diſpenſatio circa ius pag.179.col.1.

Declaratio iuris ita debet fieri vt â proprietate ſermonis non recedatur, pagina. 186. col.1.

Declaratio priuilegij pertinet ad Papam. pa. 333.col.1.

Declaratio priuilegiorum regularium ad iuris peritos eſt commiſſa,ibi.

Priuilegia regularium non poſſunt ordinarij interpretari,ibid.co.2.

Defenſio.

Defenſio eſt de iure naturali, pag 83.col.1.

Defenſio naturalis etiam facinoroſis non eſt deneganda,pa.89.co.2.

Defendere.

Duobus modis poſſunt ſe defendere exempti ab ordinarjs.p.332.col.2.

Definitores.

Definitores in religionibus non concludũt negotia vt conſiliarij Regum,pagin.132. col.2.

Definitores ex officio tenentur ſecundum Deum ſuffragari,pa.171.col.1.& 2.

Definitores tenentur non ſilere quãdo oportet vt ſuperioribus reſiſtatur,ibid.col.2.& pag.172.col.1.

Definitores debent quando oportet dicere veritatem etiamſi ſuperiores contriſtentur ibi.col.2.

Definitores cum reuerentia loqui in conſultationibus oportet,ibid.

Definitores non debent acquieſcere ſuperioribus niſi in cauſis ab eis aſsignatis.pa.173 colum.1.

Definitores tenentur dicere veritatem etiam ſi ſciant ſuperiores eam non ſecuturos, pag.173.& 174.col.1.

Definitores in ſuffragijs dandis habere debent libertatem ſecundum locum & tempus,ibid.co.2.

Definitores coram prælatis debent cauere à verbis aſperis dicendis,& ab alijs ſignis irreuerentiæ,ibid.p.175.col.1.

Definitores debent dare ſuffragia etiam ſi ſciant prælatos magis irritandos, ibid.columna.2.

Definitores poſſunt dare ſuffragia contra ſuá mentem: ne ex negatione maius malum religioni eueniat,ibid.& pag.175. colum.2. & pa.176.

Definitoribus debent dici cauſæ,quæ ipſos mouere aut diſſuadere poſsint ad decidendum,ibid.col.2.

Definitores tenentur conferre cauſas vt proferant ſententiam,ibid.

Definitores tenentur accedere ed diffinitorium quando à ſuperioribus vocantur. pa. 177.col.1.

Definitores tenentur ſubſcribere ſententiæ à maiori parte approbatæ,ibid.col.2

Definitores peccant aliorum definorum ſuffragia reuelando,ibi.

Definitores in religionibus vt cõſiliarij ſunt iuridice introducti.pa.169.

Definito-

Definitores in aliquibus religionibus habēt totum conſultiuum & deciſiuum. pagina. 170. columna. 1. & 2. Vide in verbo Conſiliarij.

Degradati.

Clerici degradati debent exui veſtibus clericalibus, pa. 588. col. 2.

Delegatus.

Delegatus Papæ procedens contra exemptos non procedit vt Ordinarius. pagi. 15. col. 1.

Delegatus Papæ contra clericos procedit, non contra exemptos, ibi.

Iudici delegato iniuſtè, non notoriè procedendo difficulter reſiſtitur, pagi. 101. columna. 1.

Delegatus poteſt mandare ordinario vt ſuā ſententiam exequatur, ibi.

Per delegationem ablata cenſetur iuriſdictio Ordinario, pag. 101. col. 2.

Per delegationem non cenſetur ablata poteſtas Ordinario ad defendendum ſuum ſubditum, ibi.

Quando ab Ordinario iuſtè reſiſtitur delegato remanet delegatus, vt priuatus, ibid.

Dilapidator.

Dilapidator bonorum monaſterij grauiter punitur, pa. 136. col. 1.

Monachi conſpirantes contra Abbatem dilapidatorem bonorum monaſterij, digni ſunt pœna, ibi. col. 2.

Denunciatio.

Denunciatio in aliquibus caſibus vim obtinet accuſationis, pa. 31. co. 2.

Denunciatio eſt duplex, pa. 34. co. 1.

Denunciatio differt ab accuſatione, ibi.

Denunciatio procedit à charitate, ibi.

Denunciatio Euangelica debet precedere iudicialem, niſi peccatum denunciandum ſit contra bonum publicum, pagina. 35. columna. 1. & 2.

Denunciatio iudicialis eſt actus iuſtitiæ, ibid.

Ad eam omnes non tenentur, ibi.

Denunciare non poſſunt excommunicati, pagina. 35. co. 1.

Denunciare non poſſunt infames, ibi.

Denunciare nō poſſunt religioſi in cauſa ſanguinis, niſi adhibita proteſtatione, ibi.

Denunciare poſſunt religioſi Bannitos in regno Aragoniæ, ibi.

Denunciatio eſt facienda nulla præuia correctione, quando peccatum redundat in dānum tertij, pa. 36. co. 2.

Contra quando peccatum eſt in damnum delinquentis ſolum. ibi.

Denunciatio non facienda iudici etiam vt patri quando timetur deterioratio, pagi. 36. col. 2.

Denunciatio eſt facienda iudici vt patri quādo conuenit etiam ſi infamia ſequatur delinquenti, pa. 37. col. 1.

Ad denunciandum charitas neceſſario ſeruanda, ibid.

Denunciatio iudicialis eſt facienda, ſi etiā timeatur deterioratio delinquentis, pag. 37. colu. 1.

Non eſt denunciatio iudicialis proponēda, ſi delinquens aliquo modo admonitione ſe creta eſt correctus, ibi.

Audita à gente parui nominis nemo tenetur denunciare, ibi. col. 2.

Denunciationes non facile debent credi. pa. 38. co. 1. & 2. in fine.

Denunciationes ſæcularium contra eccleſiaſticos in plurimum ſunt ſuſpectæ, ibi.

Denunciationes mulierum garrularum ſunt vitandæ, ibi. co. 2.

Denunciationis circunſtantias debent iudices perſcrutari. ibi.

Denunciatores & delatores nimis odio habentur, ibi.

Princeps qui denunciatores & delatores non caſtigat irritat, ibi.

Denunciationes contra prælatos à ſubditis datæ in plurimum falſæ, pa. 39, col. 1.

Aliqui denunciatores non probantes pœnæ talionis ſubduntur, pa. 39. col. 1.

Non ſemper tenetur denunciator probare, quod denunciat, ibid.

Denunciator iudicialiter peccat non potens probare quod denunciat, ibid. in fin.

Denunciator non facit numerum cum alio teſte, pa. 63. col. 1. & pa. 64.

Denunciatio iuridica eſt quæ fit coram iudice competente, pa. 124. col. 2.

Derogare.

Vide in verbo reuocare.

Determinatio.

Vna determinatio reſpiciens plura determinabi-

minabilia debet ea pariformiter determinare.pag.562.col.2.

Detruſio.

Detruſio in monaſterio vel in carcere eſt magna pœnitentia.pag.29.col.2.
Detruſio in monaſterio eſt magna pœna.pa. 106.col.2.
Detruſio in monaſterio religioſo non eſt magna pœna.ibi.col.2,
Criminoſi ad pœnitentiam agẽdam in monaſterio detrudebantur.pag.107.col.2.

Deus.

De Deo debemus ſentire in bonitate.pagina 180.col.1.
Deo dicata non poſſunt contra voluntatem ipſius vſurpari.pa.284.col.1.

Dictio.

Dictio,etiam,implicat caſum minus dubiũ, pag.col.1.
Dictio, dumtaxat, explicatur per affirmationem cui adiungitur.pag.450.col.2
Dictiones,penitus,nullatenus, nullo modo excludunt omnem diſpenſationem. pag. 406.col.2.

Diſpar.

Homines diſpares profeſsione in vnum non debent aſſociari.pag.250.col.2.

Diſpenſatio.

Petens diſpenſationem & ea vtens ſine cauſa peccat.pag.185.col.1.
Diſpenſatus ſine cauſa in iure humano tutus eſt in conſcientia.ibi.
Diſpenſatio ſine cauſa in præceptis ab inferioribus à Papa eſt irrita.ibi
Papa non poteſt diſpenſare ad libitum in votis.ibidem.
Aliquæ diſpenſationes in præceptis regulæ Beati Patris Franciſci ſunt ſubreptitiæ.pagina 183.co.1.
Diſpenſatio in dolo & fraude conſequuta eſt nulla.ibid.& col.2.
Committens delictũ vt cum eo facilius diſpẽſetur non obtinet diſpenſationem.ibi.
Non quæcunque taciturnitas facit irritam diſpenſationem.ibi
Facultas ad diſpenſandum alicui conceſſa non finitur morte concedentis.ibi
Diſpenſandi poteſtas competit prælatis circa præcepta & circa vota.pagina 185.columna 1.& 2.
Diſpenſatio facta ad teſtandum non expirat morte concedentis.pagina 183.col.2.
Diſpenſatio voti intelligenda eſt ad modum diſpenſationis legis.pagina 185. columna 1.&2.
Quando prælatus mandat fieri aliquid contra præceptum regulæ cẽſetur diſpenſare. pag.185.col.2.& pag.186.col.1
Si eſt iuſta cauſa diſpenſandi ſubditus tenetur præſumere diſpenſare prælatum quando aliquid præcipit.ibi.
Diſpenſatio contra ius commune ſtricte interpretatur,ibi.
Diſpenſatio gratioſa late interpretatur. ibi.
Diſpenſatio non ita interpretatur ſtricte, vt non veniant acceſſoria.ibi
Diſpenſatio in corpore iuris incluſa late interpretatur.pag.186.col.1.
Diſpenſatio à diſtribuendo deriuatur. pag. 178.col.1.
Papa prouidens ſcienter inhabilem cenſetur diſpenſare.ibi.col.2.
Diſpenſatio alia tacita,alia expreſſa,ibi.
Tacita diſpenſatio prælatorum inferiorum parum vtilis.ibi.
Inferiores non poſſunt diſpenſare niſi allegent cauſam.ibi
Diſpenſatio expreſſa fit quando apponitur verbum,diſpenſamus,aut verbum permittimus.ibi.
Diſpenſatio, priuilegium,declaratio,& Epicheia differunt.ibid.& pa 179.col.1.& 2
Diſpenſatio conceditur ad partis petitionem non vero priuilegium.ibid.col.1.
Soli prælati poſſunt diſpenſare.ibi.col.2. in fine.
Diſpenſationes non ſunt faciliter concedendæ.pag.181.col.2.
Aliquæ ſunt leges in quibus expediret vt nũquam diſpenſaretur. pag.182.col.1.
Laudantur Carthuſienſes quia nunquam in eſu carnium petunt diſpenſationem.ibi.
Negare in aliquibus caſibus diſpenſationem eſt neceſſarium ibidem.
Diſpenſatio non poteſt fieri niſi in commune bonum.pagina 255.col.2.
Diſpenſatio ad duo beneficia eſt ſtricte interpretanda pag.260.col.1.
Dictiones penitus, nullatenus, nullo modo excludunt omnem diſpenſationem. pag. 406.

406.col.2.
Prælati quando ab ipſis petitur diſpenſatio non debent hoc conſcientiæ ſubditorum relinquere.pag.498.col.1.
Poſſunt Prælati diſpenſare cum ſuis ſubditis vt comedant oua & caſeum in quadrageſima.ibid.
Diſpenſationes relaxant religionem. pag. 511.col.1.
Virtute diſpenſationis tranſgreſsio legis nō eſt peccatum.pag.551.col.1.

Diuitiæ.

Diuitiæ & poſſeſsiones multum nocuerunt eccleſiæ & religionibus,ſed forte non minus damnum cauſaret nimia paupertas. pag.315.co.2.

Dolus.

In quibus debet præcedere deligentia & non præcedit,præſumitur dolus.
Nemo ex ſuo dolo debet lucrum reportare. pa.183.col.1.vide fraus.

Domeſtici.

Domeſtici admittuntur quo ad faciendum iudicium non quo ad probationem.pag. 6.col.1.
In cauſis regularium domeſtici admittuntur ad reſtificadum.ibid.& pag.62.col.1.
Domeſtici ſunt qui in expēſis alicuius com mēſales cotinue exiſtunt.pa.354.col.2.

Domicilium.

Domicilium cōtrahitur per matrimonium. pagina.251.col.1.

Donatio.

Donatio eſt datio liberalis ſiue reddibilis. pag.187.col.1.
Donatio eſt rei licitæ nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio. ibi.
Donatio eſt duplex inter viuos & cauſa mortis.ibid.
Donatio omnium bonorum etiam futurorū non valet niſi in fauorem piæ cauſa ibid. col.2.
Religioſi prohibentur facere donationes ibi.
Religioſi cum licentia prælatorum non prohibentur facere donationes remuneratorias.pag.188.col.1.
Fratres Minores regularis obſeruantiæ nec intra ordinem nec extra poſſunt facere donationes niſi certis conditionibus ſeruatis pag.189.& pa.190.co.1.
Syndicus fratrum minorum nō poteſt donare res ipſorum fratrum, niſi in ipſorū fratrum vtilitatem.ibidem.
Religioſi nō poſſunt recipere res donatas ſine licentia prælatorum. ibid.
Donatio facta Deo publice quando quis ingreditur monaſterium non reuocatur non ſecuta profeſsione.ibid.& col.2.
Donatio facta à Canonico ante eius mortē de his,quæ non erant ad diuinum cultum ordinata valet.ibid.& pag.191.col.1.
Religioſi habentes bonorum adminiſtationem poſſunt aliquid donare.ibi.co.2.
Religioſus præfatus non poteſt facere donationem cauſa mortis.ibid.
Donatio facta à volente ingredi religionem intuitu ingreſſus dubitatur an ſit valida. pa.192.col.1.& 2.& p.193.vbi hoc explicatur.
Donatio facta ante ingreſſum religionis iure communi antiquo ſine dubio erat valida.ibid.
Donatus ante ingreſſum religionis præſumitur de religione præcogitaſſe.ibid.
Donatio facta cauſa mortis à nouitio ſine ſolemnitate Concilij Tridentini valet. pag. 194.col.2.
Donatio facta a nouitio non ſecuta profeſsione ipſo iure reuocatur.pag.195.col.1.
Non reclamante intra quinquennium profeſsio donatio ab eo facta, eſt rata. ibid.
Donatio facta à nouitio ſi moriatur ante profeſsionem irrita eſt ibidem.col.2.
Donatio facta à nouitio poſt decimum ſextum ætatis ſuæ annum valet, etiam ſi in ea non ſeruetur forma Concilij Tridentini.pag.196.col.1
Non valet donatio nouitij ſine authoritate Ordinarij facta.ibid.col.2.
Donationes nouitiorum Societatis Ieſu non eſt neceſſarium quod fiant ſecundum formam Concilij Tridetini. pag.198.col. 1.& 2.
Donatio remuneratoria eſt merces laboris. pag.213.col.2.
Syndicus fratrum Minorum poteſt extra religionem aliquid donare. pagina 215.colum.2.

Materiarum.

Donatum.

Donatum ob turpem cauſam factum à religioſo debet reſtitui conuentui, p. 591. co. 2

Dos.

Indotibus recipiendis à monialibus no committitur ſimonia, pa. 199. col. 1. & 2. & pa. 200. col. 1. & 2.

Dos datur maritis pro oneribus matrimonij. pa. 201. co. 1.

Petitio dotis in monaſterijs locupletibus male audit, ibi. co. 1. & 2.

Taxatio dotium pro maritandis mulieribus pertinet ad bonum publicum, ibi.

Prælati poſſunt taxare dotes, ibi. col. 2. & pagina 202.

Principes poſſunt taxare dotes pro mulieribus maritandis, ibid.

Prelati cum conſenſu monialium conuentus poſſunt taxare aliquam dotem particularem, pagina 202. colu. 2. & pagina 203. & pag. 204.

Taxatio dotis pro moniali debet eſſe prudẽtialis, pa. 203. co. 1.

Taxationem dotis particularis poſſunt prælati in ſuo conuentu facere quando id petit circunſtantia negotij, ibi. co. 2.

Ita inualuit conſuetudo paciſcendi dotes pro monialibus vt in nihilo ferè ſcrupulizetur ibi. col. 2.

Dos ante profeſsionem non poteſt recipi. p. 204. col. 1. & 2.

Immodicas dotes recipere pro ingreſſu monialium malè ſonat, pa. 205. col. 1.

Certam pecuniæ quantitatem recipi à monaſterio donec dos ſoluatur non debet omnino damnari, pa. 205. col. 1. & 2. & pa. 206. & 207. co. 1.

Pro dote promiſſa marito poteſt ipſe maritus recipere aliquid vltra ſortem principalem donec ſoluatur dos, ibid. pagina 215. colu. 2.

Tenetur maritus de integra dote reddenda vxori, pa. 206. col. 1.

Conuentus poteſt agere pro recuperãda dote, quando hæreditas non obtenta pro ea fuit promiſſa. p. 207. co. 2.

Maritus non tenetur vxorem accipere & alere, donec ſibi ſoluatur dos, ibi.

Cùm monialis tranſfertur authoritate prælatorum, ad aliud monaſterium debet deferri dos.

Ducatus.

Ducatus eſt dignitas Regalis à ſolo Rege creata, & eſt feudum intitulatum, p. 416. col. 1.

Duratio.

Generalis in ordine Minorum durat per ſexennium, Prouinciales & Guardiani per trienium durant, pa. 243. col. 2. & pag. 244 col. 1.

Triẽnium Prouincialium, & Guardianorum non punctualiter, ſed de capitulo in capitulum numerandum, pag. 251. co. 1. & 2. & pa. 253. col. 1.

Eccleſia.

Eccleſia ſumpta perſonaliter, & collegium idem ſunt, pa. 408. co. 2.

Per Eccleſiam intelligitur monaſterium, hoſpitale & pia ædificia authoritate Epiſcopi facta, pa. 142. col. 2.

Effringit Eccleſiam qui effodit parietem, vel ſi fecit aliquam violentiam, ibi.

Effringens Eccleſiam eſt excõmunicatus, ibi.

Qui reſerit claue Eccleſiam, aut clauem ſubripit vt reſeret, non dicitur effractor, ibid.

Eccleſia non ſignificat monaſterium, pa. 131 col. 1.

Eccleſia non poteſt ad humanos & profanos vſus conuerti, pa. 212. col. 2.

Eccleſia ſæcularis facilè regularis efficitur, pag. 213. co. 1.

Eccleſiæ fratrum Minorum ſunt Eccleſiæ Romanæ non autẽ monaſteria, neque hortus. pa. 214. co. 2.

Infringentes & ſpoliantes Eccleſias remanẽt excommunicati, pa. 221. col. 1. & 2.

Iudices Aragoniæ dum infringunt portas Eccleſiæ, aut monaſteriorum ab excommunicatione liberantur, ibi. co. 2.

Iudices infringentes portas *Eccleſiæ* non vt apprehendant delinquentes ibi cuſtoditos, ſed vt videant, an ibi ſint, non incidunt in excommunicationem, pa. 222. col. 1.

Occultus effractor *Eccleſiarum* eſt excõmunicatus, ibi.

Excommunicatio contra effractores Eccleſiarum eſt *Papæ*, aut Conſeruatori Eccleſiarum reſeruata, ibi.

Non poſſunt malefactores ab Eccleſijs extrahi ſine licentia Ordinarij, pa. 225. co. 2.

Delinquentes extracti ab Eccleſia debent reponi in carcere Eccleſiaſtico, ibi.

Extracti ab Eccleſia & incarcere Eccleſiaſtico repoſiti debent humaniter tractari,ibi. & pa.226.col.2.
Extractos ab Eccleſia iudices aliquando male tractant,ibi.
Delinquens extractus ab Eccleſia ſine licentia Epiſcopi poteſt ſe ipſum defendere,ibi col.1.
Conſtitutio Gregorij XIII. de immunitate Eccleſiarum recepta in Hiſpanijs eſt maxime conſona iuri & æquitati,ibi.col.2.
Fides data à iudicibus reducendi ad eccleſiã eos qui eius immunitate gaudent,non liberat ab irregularitate religioſos, quibus data eſt,ſi de facto ſuſpendatur,pag.227. col.2.
Eccleſiã in cauſis ſpiritualibus trahit laicum ante iudicem Eccleſiaſticum,p.317.co.2.

Ebrietas.

Ebrietas à religioſis aliena,p.139.col.1.
Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria,ibi.
Apud Gentiles vitium ebrietatis deteſtabatur,ibi.
Ebrietas religioſorum non debet caſtigari priuatione miſſæ tantum,ibi.col.2.
Ebrietas indicijs probatur,ibi.col.2 & pag. 140.

Edere.

Prælati monachorum poſſunt diſpenſare cũ monachis vt edant carnes,pag.497,col.2.
Statutum non edendi perpetuo carnes apud Carthuſienſes rationabile eſt,pag.590.co. 2.& pa.510.Vide in verbo eſus.

AEdificare.

Magiſtratibus,Correctoribus & Iudicibus, conuenit ædificia in Republica erigere,p. 208.col.2.
Prioribus conuentualibus conuenit in ſuis monaſterijs ædificare,ibi.
Noua ædificia non ſunt incipienda donec vetera reparentur,ibidem,& pagina 209.columna 1.
Ædificia non debent incipi niſi redditus,aut eleemoſynæ ad ſumptus adſint,ibi.
Melius eſt ædificare monaſterium quam collegium ſæculare cæteris paribus fundare ibidem.
Regulares nõ poſſunt ædificare de nouo monaſteria ſine licentia Ordinarij, pag. 209. col.2.& 210.col.1.
Non ſufficit ad ædificandum monaſteria de nouo licentia Ordinarij ſed neceſſaria eſt licentia Summi Pontificis,ibi.col.2.
Licentiam Summi Pontificis iam habent ad dicta ædificia,ibi.
Monaſteria non poſſunt ædificari iuxta alia monaſteria intra certas cannas,pa. 215. & pa.212.
Priuilegium ad ædificandum monaſteria ſine licentia Ordinarij per non vſum decennij non amittitur,pag.246.col.1.

AEgrotus.

Ægrotus olim etiam hodie præſumitur,pa. 259.col.2.

Electio.

Eligi non poſſunt in prælatos niſi ſint eiuſdem ordinis,pa.586.col.2.
Electio Abbatum pertinet ad conuentũ,ibi.
Miniſter generalis ordinis Minorum quomodo eligendus,p.242.&243.
Eligentes indignum peccant,ſed non eſt irrita electio,pa.246.col.2.
Electio deuoluitur ad Præſidentem,quando primo die naturali non concordant electores,pa.248.col.1.& 2.
Differre electionẽ Generalis,aut Prouincialis magnum damnum,ibi.
Valida eſt conſtitutio vt ſeptẽ ſcrutinijs peractis non concordando ſuffragantes,electio deuoluatur ad capitulum,ibi.& co.2
In electione diſcretorum non concordando per vnum diem non deuoluitur electio ad conuentum,pa.249.col.2.
Non debet eligi in Prælatum qui eſt alterius ordinis,pa.250.col.2.& pa.251.col.1.
Conſuetudine poteſt introduci,vt ex certo gremio electio fiat,pa.251.col.a.& 2.
Legatus non poteſt diſpenſare vt eligatur vir diſparis profeſſionis,ibi.col.2.
Irrita eſt electio vbi maior pars non conſentit,pa.251.col.2.& 252.col.1.
Eligens tribuens maiorem partem non electo grauiſsime peccat,pag.251.col.1.
Statutum de non eligendo niſi habẽtem certum curſum literarum, non habet locum in defectu paruo.p.253.col.1.
Mortuo Prælato ſtatim alius eſt eligendus, ibi.col.2.
Valet electio Prælati nõ idonei,& omnia coram eo facta,ibi.
Antequam ſepeliatur Prælatus niſi ex magna cauſa poteſt fieri alterius electio, pag. 254.col.1.& 2.

In eccle-

Materiarum.

In Eccleſijs cathedralibus & regularibus ceſſante impedimento tenentur electores intra tres menſes eligere,ibid.

Electio electo intra octo dies eſt præſentanda,ibi.

Electus intra menſem tenetur conſentire ibi. col.2.

Electio Abbatum & Priorum pertinet ad cõuentum de iure communi,pag 256.& pa. 257.

Guardiani in ordine Minorũ aliquando à cõuentu,aliquãdo à definitorio eligũtur,ibi.

Digniores ſunt in prælatos eligendi,pa.257. col.1.

Electores eligẽtes indignum per id quod tãtum ſciunt in confeſsione ſacramentali, non remanent excommunicati,pag. 258. col.2.& pa.259.

Electores debent detegere etiam ſecreta impedimenta quæ obſtant eligendis,pa.257 col.2.& pa.158. col.1.

Non electus propter infirmitatem nõ poteſt eligi,niſi probetur ſanus,pa.259.col.2.

Diſpenſatus ad duo beneficia poteſt eligi in Abbatem,pa.260.col.2.

Conſentiẽs electioni de ſe factæ videtur præſtare conſenſum,pa.261.col.1.

Conſentire præſtando cõſilium electioni de ſe factæ videtur ambitioſum.pag.261.columna.2.

Compromiſſarij poſſunt eligere vnum ex ipſis,pa.262.col.1.

Renunciatio ſuffragij à compromiſſario nõ debet prodeſſe vt maior pars in eum conſenſiſſe dicatur,p.262.col.2.& pa.263.

Collegium poteſt in vno ad electionem,pa. 264.col.1.

Iſte vnus non poteſt ſe eligere,ibi.col.2.

In electione per cõpromiſſum poteſt vnus compromiſſarius ſe ipſum eligere,p.264. col.2.

Non valet electio facta per cõpromiſſum ab vno,omnibus alijs præſentibus,& non cõſentientibus,p.264.col.2.& 265.col.1.

In electionibus per compromiſſũ debẽt omnes compromiſſarij ſigillatim inquiri,pa. 264.col.1.

Electio compromiſſarij facta de ſe ipſo cũ facultate aliorum eſt valida,pag.265.col.1.

Electio de ſeipſo immediate ambitioſa,ibid.

Non licet ſuffragatoribus conuenire vt electio maneat ſecreta,pa.266.col.1.

Electio Abbatiſſarum pertinet ad conuentũ ibi.col.2 & 267,col.1.

Electio monialium debet fieri per ſchedulas obſignatas in ordine Minorum,ibi.& per vota ſecreta in alijs religionibus,ibi.

Conſenſus ſuffragatorum in electionibus debet præſtari collegialiter,pa.267.col.2.

Conſenſus medietatis conuentus in electione non requirit maiorem partem ſed tantum medietatem,ibi.col.1.

Monialis corrupta non poteſt fieri diſpenſatione eligi in Abbatiſſam,pa.268. col.1.

Electio metu facta eſt nulla,ibi.col.2.

Metus reuerentialis in foro conſciẽtiæ vitiat electionem,ibid.

Electio Guardianorum & Abbatiſſarum eſt triennalis quando eligũtur à conuẽtu aut definitorio,non tamen quando eliguntur per præſentationem à Patrono.pa. 269. col.1.& 2.

Abbatiſſæ non tenentur eligere præſidentẽ triennalem,ibi.& pa.270.col.1.

Subditus electus tenetur conſentire electioni de ſe factæ,ibi.col.2.niſi cauſam habeat non acceptandi,ibid.& pag.271.col.1.

Religioſi electi extra ordinem non poſſunt conſentire electioni ſine licentia ſuorum prælatorum.pa.271.col.2.& 272.co.1.

Inter eſt Reip.vt digniores ad publica officia eligantur,pa.273.col.2.

Non prohibetur in electionibus ſubornatio bona,ſed mala.ibi.

Non eſt danda via ſeruis domini vt facilius putent eligi ad aliquod melius, ſi fuerint deteriores,p.183.col.1.

Electio eſt idoneæ perſonæ ad dignitatem vel fraternam ſocietatem,ſeruata forma canonica facta vocatio,pa.228.col.1.& electio eſt triplex,ibi.& col.2.

In electione per ſcrutiniũ tres debent adeſſe ſcrutatores,ſi poſſunt haberi,ibidem columna.2.

In electione per ſcrutinium debent ſcrutatores iurare ſe ſeruaturos ſecretum,pa.229. col.1.

Scrutatores poſſunt protendere electionem in alium diem,ſi opus fuerit,ibi.

Suffragia purè & non conditionaliter in electionibus ſunt ferenda,ibi.col.2.

In electionibus Cathedralium,& Collegialium Eccleſiarum habent vocem tantum, ſacris inſigniti, pagina 230. columna 1. & 2.

Apud mendicantium electiones ſacris non inſigniti non prohibentur à iure vocem habere,ibi.&pa.231.

Index

In ordine Minorum in aliquibus partibus laici fratres habent vocem in electionibus per ſcrutinium, pag. 132. colu. 2. in fine. & pa. 233. col. 1.

In electionibus ſuffragia poſſunt ſuppleri, p. 233. col. 1.

Reintegra ſuffragium datum poteſt reuocari, ibi. col. 2.

Conuenientius eſt fieri electionem per ſchedulas obſignatas, quam per ſortes, pa. 234. col. 1. & 2.

Electio per ſorres aliquando fuit in vſu, ibid. & pa. 235. col. 1.

Electio valet etiam ſi publicetur fraude aliquorum, ibi.

Electio debet eſſe libera, ibi. col. 2.

Coarctatio ad quatuor aut quinque tollit libertatem in electione, pag. 236. col. 1. & 2.

Coarctatio ad certum genus perſonarum in electione iuridica eſt ibi. col. 2.

Coarctatio ad tres aut quatuor in electione maximum damnum adfert communitati, pa. 237. col. 1.

Non poſſunt in electionibus priuari voce actiua & paſsiua, niſi de aliquo crimine cõuicti, ibid. col. 2.

Commiſsio facta vt in electionibus priuari poſsit voce actiua & paſsiua debet intelligi ſeruato iuris ordine, pa. 238. col. 1.

Electio facta excluſis aliquibus quibus competebat electio, poteſt reiterari, ibi. col. 2.

Non valet conſuetudo vt tantum prudentiores & prouectiores ætate admittantur in electionibus religioſorum, pa. 239. col. 1.

Melior eſt electio facta à multis, quam à paucis, ibi. col. 2.

Votum, datum contra ordinem iuris in electionibus non facit numerum, ibi. col. 1.

Electio ſtatim eſt publicanda, ibid. & p. 240, col. 1.

Publicato ſcrutinio in electionibus non poſſunt ſuffragatores variare, ibi. col. 1.

Electio per vota ſecreta non poteſt commode nocte fieri, ibi.

Ante electionem miſſa Spiritus ſancti eſt dicenda, pa. 241. col. 2. & pa. 242.

Ante electionem Præſes debet abſoluere vocales ab excommunicatione, pag. 242. columna 1.

Eleemoſyna.

Eleemoſyna certa moraliter non repugnat paupertati monaſticæ, p. 603, col. 2.

Ad eleemoſyna, largiendas tenentur monaſteria, pa. 281. col. 2. & pa. 282. col. 1.

Religioſi ſine expreſſa, aut tacita licentia ſuorum prælatorum nõ poſſunt dare eleemoſynam, pa. 282. col. 1. & 2. & pag. 283. col. 1.

Vxores poſſunt ſine licentia maritorum facere eleemoſynas conſuetas, ibi.

Religioſi in eleemoſynis conſuetis faciendis non debent ſcrupulis agitari, ibi.

Commendatarij ordinum militiarum tenentur de redditibus commẽdatariarum eleemoſynam præſtare, pa. 285. & pa. 286.

Fratres Minores de obſeruantia poſſunt impedire Fratres conuẽtuales vt in ſuis locis eleemoſinam petant, ibi. col. 1. & 2.

Mendicantes & alij Religioſi poſſunt petere eleemoſynam ſine licentia Ordinarij, pa. 286. col. 2. & pa. 287. col. 1.

Quærere eleemoſinam publicãdo indulgentias eſt prohibitum. pa. 287. col. 1.

Epiſcopi & beneficiarij etiam regulares tenẽtur facere eleemoſynas de rebus eccleſiaſticis, pa. 292. col. 2.

Emptio.

Emptio non poteſt eſſe ſine precio, pag. 65. col. 2.

Epiſcopus.

Epiſcopi iurant ſeruare canones, pa. 97. col. 1

Epiſcopi habent poteſtatem corrigendi ſubditos pag. 100. col. 1.

Epiſcopus non poteſt cauſam agere ſine clericorum præſentia ibid.

Epiſcopus non poteſt ponere interdictum neque clericos ſuſpendere ſine iudicio Capituli, ibid.

Epiſcopus in determinandis leuibus conſilium Capituli tantum debet requirere, ibidem.

Religioſi non poſſunt acceptare epiſcopatũ ſine licencia ſuorum prælatorum, pa. 288. col. 2.

Religioſi bono fine appetentes Epiſcopatũ, non peccant, p. 289. col. 1. & 2.

Epiſcopatus eſt bonum opus ſed deſiderium eius aliquando prauum, ibid.

Epiſcopatus eſt perfectior religionis ſtatu. ibidem.

Monachus factus Epiſcopus non eſt omnino ſolutus à Regula monaſtica, p. 289. col. 2. & pa. 290. col. 1.

Monachus factus Epiſcopus priuatur priuilegijs religionis. p. 290. co. 2.
Monachus cui poſt epiſcopatū collatæ ſunt Abbatiæ alterius ordinis nulla facta mentione de monachatu non habet ius ad talem Abbatiam. ibi.
Bona acquiſita â monacho ante epiſcopatum pertinent ad monaſterium. pag. 291. co. 1.
Monachus factus Epiſcopus poteſt adire hæreditatem paternam ſibi delatam. ibi. co. 2.
Hæchæreditas acquiritur epiſcopatui. ibi. & pag. 292. col. 1.
Monachus factus Epiſcopus non eſt dominus ſed diſpenſator rerum Eccleſiaſticarū. ibi. col. 2.
Monachus factus Epiſcopus tenetur res Eccleſiæ pauperibus diſtribuere. ibi.
Epiſcoporū baculum ſymbolum eſt iuriſdictionis temporalis. pag. 312. col. 2.
Baculū recipiunt Epiſcopi â Sūmo Pōtifice
Epiſcopus poteſt abſoluere monachum ſibi à prælato commiſſum. pag. 326. col. 1.
Epiſcopi olim erant Generales regulariū. ibi.
Tota poteſtas ordinaria in ſua diœceſi ad Epiſcopum pertinet. ibi. col. 2.
Lex Epiſcopi duplex diœceſana & iuriſdictionis. pag. 327. co. 1.
Epiſcoporum iuriſdictio ſpiritualis pendet à Papa. pag. 328. co. 1.
Epiſcoporum præſtantiſsimi coadiutores religioſi. p. 328. col. 1.
Epiſcopi aliquando reddūt Regularibus malum pro bono. ibi.
Epiſcopi regulares exemptos trahebant inuitos ad inferiora tribunalia. ibi.
Epiſcopi inexperti inſtituti regularis turbabant regularem diſciplinam. ibi.
Epiſcopi propter grauamina Regularibus illata perdiderunt poteſtatem in eos. ibi.
Non erat in vtilitatem Epiſcoporum, ſed in bonum ſubditorum ſubiectio, quam habebant Epiſcopi. ibi col. 1.
Ab Epiſcopis recipiunt Regulares Chriſma, Oleum, conſecrationes altarium. &c. ibi.
Epiſcopi nō poſſunt compellere exemptos vt ſoluant debitum. pag. 332. col. 2.
Epiſcopus excedens modum in captura clerici eſt excommunicatus. pag. 334. col. 1.
Epiſcopus autoritate propria nihil poteſt in exemptos. ibi. col. 2.
Epiſcopis reuerentiam debent Regulares. pagina 335. col. 2.
Epiſcopus in Eccleſijs exēptis aliqua nō poteſt inuitis prælatis earum. pag. 336. co. 1.
Epiſcopus poteſt declarare notorie excommunicatum exemptum. ibi.
Epiſcopus poteſt præfigere terminum exēpto, intra quē coram ſuo iudice debet cōparere. pa. 336. col. 2.
Epiſcopus antiquitus poteſt cognoſcere dē exemptis hæreticantibus. ibi.
Quod poteſt Epiſcopus contra exemptos, poteſt etiam Legatus à latere. ibi.
Epiſcopus poteſt corrigere exēptum extra clauſtra delinquentem. ibi.
Epiſcopus poteſt regularem extra clauſtra viuentem cōuenire in duobus caſibus. ibi.
Epiſcopus poteſt ſuſpendere regularem matrimonio aliquos copulantem. ibi.
Epiſcopus in aliquibus poteſt viſitare regulares exemptos curam animarum habentes. pag. 337. col. 1.
Epiſcopus poteſt iure communi procedere contra regulares dantes, aut recipientes aliquid pro ingreſſu monaſterij. ibi.
Epiſcopus poteſt componere præſidentes regularium in proceſsionibus. ibi.
Epiſcopo poteſt à prælato dari ſocius regularis. pag. 337. col. 2.
Non poſſunt inuitis prælatis Epiſcopi aſſumere ſocios regulares. pag. 337. col. 2.
Ad Epiſcopos pertinet examinare reſcripta. pag. 339. col. 2.
Epiſcopi non poſſunt compellere fratres Minores ad canonicos regulares iuſtis de cauſis vt non incedant in oppidis vbi ſunt fratres minores. pag. 339. col. 1.
Epiſcopi Indiarum non tenentur ſingulo biēnio limina Sancti Petri viſitare.

Epicheia.

Epicheia eſt idem quod æquitas, quæ eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata. pagina 179. col. 1.
Epicheia eſt medium inter ius & rigorem ipſius iuris. ibi.
Prælati & omnes poſſunt vti epicheia, at ſoli prælati poſſunt diſpenſare. ibi.
Ad vtendum epicheia aliqua ſunt conſiderāda. pag. 180. col. 1. & 2.
Ad vtendum epicheia benigna interpretatio prævalet. ibi. col. 1.

Æqualitas.

Circa mediū virtutum moralium æqualitas punctualis difficile ſeruatur. 180. col. 1.

Index

AEquitas.

Æquitas iudicum non à capite debet eſſe ſed iuribus regulari, pa. 96. col. 1.

AEquipollens.

De æquipollentibus idem iudicandum, pa. 192. col. 1.

Eremitæ.

Eremitæ aliqui gaudent priuilegio fori, pa. 10. col. 2. & pa. 324. col. 2.

Eſus.

Eſus carnium prohibitus eſt monachis, pag. 496. col. 2. & pa. 497. col. 1.

Eſus eorum quæ ex carne trahunt originem non eſt prohibitus monachis, ibid.

Euchariſtia.

Euchariſtiæ ſacramentum poteſt adminiſtrari in feſtiuitatibus in quibus ſuſpenditur interdictum, pa. 557. col. 1. & 2.

Euchariſtia & Extrema vnctio poteſt à regularibus adminiſtrari famulis ipſorum ſine licentia parrochi, pag. 567. col. 2.

Examinari.

Ad ordinarios pertinet examinare reſcriptũ exceptionis regularium, pa. 138. col. 2.

Pro examinatione reſcriptorum debent verba perpendere, ibid.

Excluſiuus.

Excluſiuus terminus ſolum excludit omnia repugnantia termino cui adiungitur, pag. 194. col. 1. & 2.

Excommunicare.

Prouinciales ordinum mendicantium poſſunt excommunicare, pag. 293. col. 1.

Excommunicationis ſententia cauſa cognita fieri debet, ibid. col. 2.

Sententia excommunicationis poteſt fieri diebus feriatis, pag. 293. col. 2.

Excommunicationis ſentẽtia poteſt fieri no ctu, pa. 294. col. 1.

Non poteſt excomunicatio fieri niſi ſeruetur forma iuris, ibi.

Debet fieri in ſcriptis, ibi.

Prælati regulares poſſunt proferre excõmunicationem ſine ſcriptura, ibi. & col. 2.

Excommunicationis gladius neruus eſt Eccleſiaſticæ diſciplinæ, pa. 295. col. 1.

Excommunicationes pro rebus perditis ſeu ſubtractis non poſſunt imponi niſi ab Epiſcopis, & ab habentibus iuriſdictionẽ quaſi epiſcopalem in religionibus. ibi.

Religioſi non poſſunt excõmunicari ab ordinarijs, ibi. & pa. 296. & 297. col. 1.

Milites correctores ciuitatum poſſunt excõmunicari ab ordinarijs, ibi.

Excommunicatio lata ab ordinarijs contra religioſos, quorum exemptio eſt notoria, non valet. ibi.

Excommunicationes generales latæ à legato à latere contra omnes non comprehendunt religioſos, niſi de ipſis ſpecialiter fiat mentio, ibi. col. 2.

Excommunicatio eſt duplex, generalis, & ſpecialis pa. 298, col. 1.

Excommunicatio alia à iure, alia ab homine ibidem.

Excommunicatio à iure eſt lata generaliter à canone vel conſtitutione, ibi.

Excomunicatio ab homine finitur mortuo homine: excõmunicatio à iure contra. ibi.

In multas excomunicationes iuris incidunt religioſi, ibi. col. 2. & pag. 299. 300, & 301.

In quibus viginti quatuor excommunicationes numerantur, quæ contra religioſos in iure ſeruantur.

Licitum eſt communicare cum excommunicatis in his quæ ad ſalutem pertinent, pa. 302. col. 2. & propter neceſsitatem, ibi. & p. 303. col. 1.

Solum tenemur euitare nominatim excommunicatos, & publicum clerici percuſſorem, ibi. col. 2.

Regulares non poſſunt excommunicari à regularibus, pa. 333. col. 2.

Ordinarij non poſſunt declarare, regulares eſſe excomunicatos, ibi.

Ordinarij poſſunt excommunicare regulares, caſu quo eos poſſunt compellere ad aliquid. ibi.

Excommunicati licet non poſſunt denũtiare poſſunt ſimpliciter admonere, pa. 453. col. 1.

Regularis notoriè excommunicatus poteſt declarari talis ab Ordinario, pagi. 336. columna 1.

Communicatio in diuinis cum excommuni

cato

cato eſt prohibita â iure diuino, pag. 495. col. 2.
Tranſeuntes ad Indos ſine licentia Regum Hiſpaniarum non ſunt excommunicati, pa. 332. col. 1.
Multæ excommunicationes extrauagantiũ non obligant, quia ignorantes, pag. 496. col. 1.
Fæminæ non poſſunt excommunicari, p. 532 col. 1.

Exhæredare.

Pater propter ingratitudinem poteſt ex hæredare filium monachum, p. 401. col 2.
Filia contrahens matrimonium inuito patre poteſt exhæredari ab ipſo etiam ſi ante cõ ſummationem religionem ingrediatur, ib.

Exilium.

Religioſi poſſunt à prælatis mitti in exilium pa. 107. col. 1.
Iuſta cauſa intercedente poſſunt Epiſcopi & prælati Regulares ſibi ſubditos ab exilio reuocare, pa. 107. col. 2.

Eximere.

Eximere à tributis ſine cauſa aliquos eſt peccatum, p. 182. col. 2,
Exemptio importat libertatem &. eſt quædã liberatio à poteſtate Ordinarij inferioribus à Papa, p. 304. col. 2.
Eximere eſt propriũ Sedis Apoſtolicæ, ibid.
Exemptio quædam eſt quo ad perſonas in totum vel in partem, p. 305. col. 1.
Exemptio eſt quoad perſonas, & quoad res, ibidem.
Quo iure ſint exempti eccleſiaſtici & regulares & eorum bona à iuriſdictione ſæculari diſputatur, pagi. 305. & 306. & 307. colum. 1.
Non ſunt obligati religioſi exemptionis priuilegium allegare, pa. 322. col. 2,
Gregorius Primus exemit regulares ab Epiſcopis, pa. 325. col. 1.
Papa poteſt eximere regulares ab Epiſcopis, pa. 327. col. 2.
Solus Papa poteſt eximere vniuerſaliter à iuriſdictione Epiſcoporum, pagina 327. columna. 1.
Epiſcopus ſolum poteſt eximere ſuas oues à parochis, ibid.
Legatus à latere poteſt eximere à iuriſdictione proprij Epiſcopi, ibid.
Non fit iniuria Epiſcopis eximendo regulares ab ipſis, ibid.
Exemptionis priuilegium non valet vt nemnem etiam Papam recognoſcat, pag. 327. col. 2.
Exẽpti ſunt modo regulares ab Epiſcopis & Ordinarijs, pag. 328. col. 2. & pagina. 329. & 330.
Exemptio ab ordinarijs intelligitur de Epiſcopis, Abbatibus ſecularibus Archiepiſcopis & Nuncio Apoſtolico, p. 331. col. 1.
Exemptio ab Ordinarijs extẽditur ad futuros, ibid.
Exemptio bonorum extẽditur ad futura bona & noualia ibid.
Exemptio ab ordinarijs ſignificatur per verba conſueta apponi à Papa, quibus recipit eos in ſuam protectionem, ibid.
Exempti à iuriſdictione cuiuſcunque ordinarij non cẽſentur exẽpti â legatis à latere ibid. col. 2.
Exempti ab ordinarijs dupliciter ſe defendere poſſunt ab eis, p. 332. col. 2.
Exemptio per præſcriptionem quæſita debet probari, ibid.
Exempti notoriè ſunt religioſi mendicãtes pa. 333. col, 2.
Notoriè exemptus citatus ab Ordinario nõ tenetur coram eo comparere, pag. 334. columna. 1.
Exemptioni non poſſunt renunciare regulares, pa. 336. col. 1.
Tacita renunciatio non præiudicat exemptioni regularium, ibid.

F.

Falſarius.

QVI dicit falſum vt falſarius caſtigatur pa. 581. col. 1.
Falſarij ſunt grauiter puniendi, p. 117. col. 1. & 2.
Crimen falſarij inter crimina capitalia cõputatur, ibid.
Pæna falſarij imponenda à Iudicibus Eccleſiaſticis & Regularibus debet commenſurari grauitati pænæ in tali prouincia conſuetæ imponi, ibi. col. 2.
Iuxta rationem nocumenti augetur falſario pæna. 127. col. 1. & 2.
Falſarius ſine dolo non debet grauiter puniri, ibid.
Falſos teſtes ſolicitare eſt atrociſsimum delictum, ibid. & pa. 128. col. 1.

Pæna falſi eſt depoſitio in clerico.pag.137. col.1.

Fama.

Fama non eſt idem quod rumor

Familia.

Familiæ dignitas conſeruatur in vita Monachi.pag.471.col.1.

Familiares & famuli.

Familiaribus Monaſteriorum poſſunt religioſi adminiſtrare ſacramenta. pag.354. columna.1.

Familiares & Famuli religioſorum gaudent aliquibus priuilegijs.pag.354. col.1.

Familiares ſunt qui cohabitauerunt cum aliquo. ibidem. col.2.

Famuli ſeruientes aliquibus patribus ex authoritate prælati gaudent aliquibus priuilegijs. ibidem,

Famuli aſſumpti infraudé legis nõ gaudent priuilegio. ibidem.

Famuli fratrum poſſunt ſepeliri in monaſterijs.pag.355.col.1.

Famuli religioſorum gaudent multis indulgentijs. ibid.col.2.

Familiares tempore interdicti habent multa priuilegia pag.567.

Fœmina.

Fœmina eſt incapax poteſtatis clauium. pagina 532.col.1.

Feriatus dies.

Die feriato cognitio cauſæ fieri nequit, pag. 293col.2.

Feſtum.

Feſtum Corporis Chriſti à quibuſuis eccleſijs poteſt ſolemniter celebrari intra octauam.pag.356.& pag.357.& pa.358.

Feſtum nominis Ieſu poteſt celebrari à regularibus minoribus.pag.359.& 360.

Moniales ſubiectæ fratribus Minoribus de obſeruantia poſſunt celebrare feſtum nominis Ieſu. pagina.361.col.1

Feſtum D. Bonauenturæ debet celebrari à cunctis fidelibus ſub nomine Doctoris ibidem.columna.2.

Feſtũ D. Didaci celebratur à fratribus Minoribus & etiam ab omnibus fidelibus in his Hiſpaniarum partibus.pag.363col.2.& pagina.364.

Feſtum S.Antonij de Padua celebratur à cũctis fidelibus.pag.365.col.2.& pa.366.

Feſtum S. Franciſci de Paula celebrandum ab omnibus fidelibus.ibid. col.2.

Feſtum S. Placidi & Sociorum eius celebrãdum ad omnibus fidelibus pag.367.col.1.

Feſtum S. Nicolai Tolentini celebrandum ab omnibus fidelibus. ibid.col.2.

Feſtum S. Petri Martyris celebratur ab omnibus fidelibus pag.368.col.1.

Feſtum S.Iacynthi à fidelibus celebrandum. ibid.col.2.

Quomodo Feſtum P.N.Frãciſci eſt celebrãdum.pag.369.col.1.

Feſtum B.P.Franciſci obſeruandum ibidẽ. col.2.& in eo indulgentia plenaria conceditur ibid.

Feſtum Sãctorum ordinis poſſunt celebrare Regulares & Moniales.pa.371 & pa.372.

De Feſtis & feſtiuitatibus conſuetis celebrari antebreuiarium Romanum poſſunt Regulares recitare officium iuxta formam eiuſdem breuiarij.pag.372.& pa.373.

Feſtum Angeli Cuſtodis & Angeli Michaelis poſſunt modo celebrari à minoribus. pa. 373.col.1.

Religioſi tenentur obſeruare feſta ab Epiſcopis præcepta.pag.373.co.2.&374.

Nullum eſt priuilegium ad laborandum in feſtiuitatibus in monaſterijs regularium. ibid. col.2.

Conceſſa pro feſtiuitatibus ordinis Prædicatorum conceduntur pro feſtiuitatibus ordinis minorum.pag.554.co.2.

Feudum.

Monaſterium eſt capax feudi.pag.316.columna.1.

Dominus feudi poteſt cognoſcere in cauſa feudali ciuili etiam de clericis & monachis. pag.317.col.1.

Per inueſtituram feudi vaſſalli ſe domino obligant.ibid.

Dominus feudi non poteſt in cauſa criminali procedere cõtra clericos aut monachos ibidem.

Milites Hieroſoylmitani ſunt capaces feudi. pag.371.

Feudum eſt cõceſsio rei immobilis facta pro homa-

homagio,ibid.col.2.
In feudo Dominus retinet ſibi directum dominium,ib.
In feudo conditiones ſolent apponi, pagina 376.col.1.
Regulares ſuccedunt in feudo,pa.414.col.1.
Monaſteria habentia bona in communi ea in feudare poſſunt,pag.415.col.1.
Feudatarius ingrediens monaſterium habet fructus fœudi.pa.415.col.2.
Feudum non cenſetur renunciari in renunciatione ampliſsima,pag.420.col.1.
Bona feudalia non veniunt in generali alienatione,ibid.

Fides.

Fides humana,opinio, ſcrupulus,dubitatio maxime differunt,pag.176.col.1. & 2.vbi declarantur.
Fides à prælatis & prædicatoribus regularibus profitenda & eſt profitenda ante promotionem ad gradum Doctoratus aut Magiſterij,pag.376.& 377.& 378.& 379.
Fauor fidei multa operatur,pa.378.col.2.
Conſtitutio de profeſsione fidei eſt nota cũ apponatur in Concilio Tridentino,ibid.
Fidei profeſsio per ignorantiam aut obliuionem emiſſa non cauſat pœnam contra non profitentes,pa.379.col.1.& 2.

Fideicommiſſum.

Fideicommiſsi vniuerſalis ſunt capaces Fratres Minores.pa.406.col.2.
Fideicommiſſum particulare poteſt relinqui Fratribus Minoribus,pa.407.co.1.
Renunciatio generalis fideicommiſsi intelligitur de puris non vero de conditionibus dependentibus à futuro euentu,pag.420.
Præſumpta fideicommiſsi renunciatio non officit minoribus & ruſticis,ibid.col.2.

Filius.

Filij Monialium & Sacerdotum ſunt ſacrilegi,pa.122.col.1.& 2.
Filius magis tenetur patri naturali quam monaſterio quando ingreſſus fuit monaſteriũ in neceſsitate exiſtenti,pa.282.col.2.
Contra tamen ſi poſt ingreſſum neceſsitas ſuperueniat,ibi.& pa.284. vide parentes.

Fiſcus.

Fiſcus ſuccedit in locũ accuſatoris,p.4.co.2
Fiſcus non poteſt aliquid oblatum recipere pro accuſatione,ibi.
Fiſcus peccat ſciens in probatione delati criminis defuturum,ibid.
Propter defectum fiſci in religionibus aliquando peccant iudices regulares,ibi.

Fornicatio.

Fornicatio continuata ab aliquo religioſo eſt peccatum prælatiudiciale communitati,pa.46 col.1.& nolente corrigi ſacrilego prælato vt patri eſt denuncianda,etiamſi non ſperetur emendatio,ibid.

Fortuna.

Peruenire debitorem ad pinguiorem fortunam eſt poſſe ſoluere deducto quod non egeat,pag.217.col.2.

Forum.

Actor debet ſequi forum rei.pag.309.col.1.
Declinatoria fori intra terminum nouem dierum debet poni.pa.322.col.2.
Non gaudent priuilegio fori portantes mediam crucem albam in ordine D. Ioannis. pag.325.col.1.

Fratres.

Fratres Minores ſunt incapaces fideicommiſsi vniuerſalis,pag.406.col.1.
Poteſt tamen ipſis relinqui fideicommiſſum particulare,pa.407.col.1.
Fratres Minores faciunt in fraudem ſuæ regulæ facientes,vt dantes reſeruent dominium rerum ad ſuum vſum datarum,p.435 & verbo liberi,
Fratres Minores nullum ius habent ad petendum in iudicio annuos redditus ipſis legatos.pa.598.co.2.
Fratres Hieroſolymitani ſunt liberi à tributis pa.343.col.2.& pa.344.col.1.
Fratres Hieroſolymitani patrimonia retinẽt, ibid.
Fratres Hieroſolymitani ſunt capaces feudi, pag.375.
Fratres Hieroſolymitani ſunt religioſi,ibi.
Fratres Hieroſolymitani habent communicationem cum alijs religionibus,ibid.
Fratres Minores ſunt incapaces ſucceſsionũ. pag.40.col.1.

Fratribus Minoribus reſpectu legatorum cõ ſulitur publici remedio,ibi.p.405. & pag. 406,
Fratrum Minorum præcepta ſecundum aliquos ſunt vota,pa.505.col.1.
Fratres Minores non ieiunando in ſexta feria vnum peccatum committunt.pag.507 columna.1.

Fraus.

Fraus aliquando ſumitur pro ſpecie diſtincta à dolo.144.col.2.
Dolus & calliditas fallacia machinatio ad decipiendum,ibi.
Fraus aliquando ſumitur pro fraude,ibid.
Fraus de nomine ad nomen eſt vitandum,pagina.408.col.2.

Fugitiuus.

Fugitiuus eſt,qui ſine licentia recurrit ad ſuperiorem,pag.263.col.2.
Non eſt fugitiuus qui tyrannicè grauatus ad ſuum ſuperiorem accedit,pag.164.col.1.

Furtum.

Furtum committere in extrema neceſsitate non eſt peccatum,pa.83.col.1.
Fur famoſus confeſſus vnum furtum poteſt de alijs furtis interrogari,pag.142.col.1.
Religioſus fur non debet à monaſterio eijci pag.141.col.2.& p.142.col,1.
Pæna furti eſt fuſtigatio vel exilium & non vltimum ſupplicium,ibi.
Furantes calices & patenas non ſunt excommunicati,pa.142.col.2.niſi perfringant feras Eccleſiæ.

G.

Generales.

Generalis in ordine Minorum quomodo eligatur,& durat per ſexennium,pa.242. & pag.243.
Generales religionum ſtatim vt eliguntur cõ firmantur & pa.245.
Generales ordinum tenentur habere ſcientiam eorum quæ pertinent ad ſuum munus pa.278.col.2.
Generales ordinum vt primum electi, habẽt curam animarum,& ſunt reformatores,pa. 380.co.1.& 2. & pa.381.& declarant dubia ſtatutorum,ibid.& non poteſt ſine ipſis fieri deformatio in ſua religione.ibi.
Inuitis Generalibus poteſt authoritate Apoſtolica fieri reformatio,ibi.

Gradus.

Regulares aliqui poſſunt ad gradus Doctoratus promoueri,pag.384.col.2.& pag.385. & pag.386.
Gradus recepti à regularibus,contradicentibus prælatis pro non receptis habentur,ibi. col.2.& pa.387.col.1.
Prælati Societatis Ieſu poſſunt gradus conferre,ibi,& co.2.
Graduati per dictos prælatos gaudent multis priuilegijs,pa.388.co.1.& 2.

Grangiç.

In grangijs monaſteriorum poſſunt fieri oratoria & altaria,pa.388.col.2.& pagi.389. col.1.
Grangiæ monaſteriorũ gaudent immunitate eccleſiarum,pa.390.co.2.

Gratia.

Executio gratiæ iam factæ non expirat morte concedentis,pa.184.col.1.
Gratia facta in præiudicium concedentis nõ eſt ambitioſa ſed extendenda,p.184.col.2

Gratianus.

Gratianus fuit Monachus,p.401.co.2.
Gratianus à Couarruuias,de quo dicitur calumnia,liberatur,ibi.

Gubernatio.

Gubernatio Ordinum militiarum non tota pendet à magiſtris ordinum,pag.382.columna 2.

Gubernatores.

Gubernatores debent eſſe mites ſicuti Moyſes & Dauid,pa.384.col.1.
Gubernatores multorum conſilio indigent, ibid.
Gubernatores debent eſſe pluſquam homines,ibi.co.2.

Guardiani.

Guardiani in ordine Minorum electi ſtatim ſunt confirmati,pag.260.col.1.

H.

Habeo.

ILlud dicitur haberi in ſpe quod eſt in potentia de præſenti, pa. 420. col. 1.

Habitus.

Religioſus incedens ſine habitu quia ita fugit à carcere non eſt excommunicatus, pagina 105. co. 2.
Habitus Religioſorum debent eſſe honeſti, pa. 291. & pa. 931.
Habitus Fratrum Minorum, quoad vtilitatē à Prælatis debent arbitrari, ibi.
Profeſsi in ordinibus militaribus habitum ſui ordinis tenentur deferre, pa. 393. & pagi. 394.
Monachus aſſumptus ad curā eccleſiæ ſæcularis non abſoluitur ab habitu monachali deferendo, ibid, col. 2.
Clerici debent eſſe honeſti, ibid.
Non poſſunt Regulares occulte deferre habitum, pa. 394. co. 2. in fine.
Religiones debent habere diuerſos habitus. pag. 395.
Fratres de Iuan de Dios habent habitum certum & contra non vtentes eis data eſt regalis executoria, ibi. & pa. 396. col. 1.
Non peccant Fratres Minores deferentes habitum à capillo ſolutum, ibi. col. 2.
Religioſi non poſſunt timore habitum dimittere, ibid. & pa. 397.
In ludis vtentes habitu religioſorum indecens, pa. 398. col. 1.
Contradicentibs parrochis poſſunt fideles in habitu Fratrum Minorum ſepeliri, ibid. col. 2.
Soli Prælati poſſunt dare habitum fidelibus vt ſepeliantur, pa. 399. col. 1.
Decedentibus cum habitu communicantur indulgentiæ fratrum, etiam ſi non dent eleemoſynam vt alius ematur, ibi. col. 2. & pag. 400. col. 1.
Oſculantibus habitum Ordinis prædicatorum indulgentia communicatur, ibi.

Hæres, hæreditas.

Loco hæredis ſuccedit monaſterium, p. 283. col. 1. & 2. in fine.
Hæredes licet extranei tenentur præſtare debita alimenta, p. 284. col. 1.
Hæreditas iacens repræſentat perſonam defuncti laici, p. 318. co. 1.
Hæreditas monacho quæſita immediate acquiritur monaſterio, pa. 401. col. 1.
Monacho recuſante hæreditatem poteſt eam monaſterium adire, ibi.
Quoad acquirendam hæreditatem Monachus æquiparatur filio, ibid.
Non poteſt monachus adire hæreditatem ſine conſenſu Abbatis, ibid.
Propter ingratitudinem poteſt monachus exhæredari à Patre, ibid. col. 2.
Hærede in articulo mortis ingreſſo religionem ſubſtitutus ſi ſine liberis deceſſerit hęres non excluditur, ibid. col. 2.
Hæreditas nouitij pertinet ſuccedentibus ab inteſtato. pa. 464. co. 2.
In hæreditate non poſſunt ſuccedere Fratres Minores obſeruantiæ, pagina. 406. columna. 1.
Fratribus Minoribus nec æſtimatio hæreditatis debetur, ibid. co. 2.
Hæreditas pertinet venientibus ab inteſtato teſtamento nullo, ibid.
Teſtamento nullo poteſt hæres in foro cōſcientiæ retinere hæreditatem, ibid.
Hæreditas eſt quoddam ius vniuerſale, pag. 407. co. 1.
Inſtituta aliqua eccleſia quæ non extat propinquiori debetur hæreditas, ibi. co. 2.
Hęreditas poteſt deferri Fratribus Minoribus vt ſtatim pro eorum neceſsitatibus vendatur pa. 407. col. 1. & 2. & pa. 408.
Eccleſia B. Franciſci poteſt inſtitui hæres. pagina. 408. co. 1. & 2.
Hęreditas delata religioſo incapaci ipſius debetur illi ſi tranſeat ad religionem capacem bonorum, pa. 421. col. 1.
Capacitas hæredis debet conſiderari in morte teſtatoris, ibid.

Hæreticus, hæreſis.

Eccleſia hæreticum relaxſum tradit brachio ſeculari, pa. 150. col. 2.
Contra religioſos hęreticantes poteſt procedere officium inquiſitionis, pa. 424. col. 2. & pag. 425. & pa. 246.
Inquiſitores hæreticæ prauitatis nō poſſunt eſſe fratres prædicatores contra minores, ibid. col. 2.
Religioſi propter hęreſim comprehenſi mitius torquendi ſunt quam ſeculares, ibid.

Inquiſ-

Inquiſitor vnus ſine alijs non poteſt abſolue re ſacramentaliter ab hæreſi, pagina.427. col.1.
Religioſi inquiſitores hæreſis quo ad hoc munus exercendum non poſſunt ab eorũ Prælatis limitari,ibi.co.2.
Religioſi non poſſuut eſſe inquiſitores hæreticæ prauitatis ſine expreſſa licentia ſuorũ Prælatorum,pa.428.col.1.
Inquiſitores hæreſis poſſunt procedere contra affirmantes peccata confeſſa â confeſſoribus Ordinum mendicantium eſſe iterum confitenda,ibi.co.2.
Religioſi poſſunt creari notarij per inquiſitores hæreſis.pa.428.co.2.
Inquiſitores hæreſis plenariam indulgentiá conſequuntur,pa.429.
Abiuratio de leui in cauſa hæreſis non facit religioſorum inhabilem ad officia ordinis pag.43.col.2.
Purgatio Canonica in cauſa hæreſis eſt oſtẽſio innocentiæ obiecti criminis,pag.432. col.1.

Homicidium.

Homicidium alicui pari ipſum certiorem facere aliquando optimum.p.45.co.1.
Homicida religioſus grauiter puniendus,pagina 130.co.2.
Homicidium inter grauiora & horribiliora crimina computatur.ibi.
Clericus homicida deponendus,ibi.
Clericus homicida non priuatur ipſo iure homicidio,pa.131.co.1.
Subditi occidentes *Prælatum* non ſunt homicidæ,ſed parricidæ,ibid.
Hi ſi non ſint pertinaces non debent tradi brachio ſæculari,ibi.
Quidam Monachi qui occiderũt prelatum traditi ſunt brachio ſeculari,ibid. & co.2.
Remiſsio homicidij pertinet ad conuentum non ad hæredes monachi interfecti, pag. 251.col.2.

Honor.

In diſtributione honorum æqualitas ſeruari debet,p.257.co.1.
Summa æqualitas in diſtributione honorum iniuſtitia,ibi.

Hora.

Duodecim horæ ſunt diei,pa.259.col.1.
Religioſi ſecundum cõmunem opinionem tenentur horas canonicas recitare,pa.506. col.2.

Hoſpitalia.

Hoſpitalia debent viſitari ab Ordinarijs,pag. 334.col.2.
Hoſpitalia poſſunt in titulum conferri,pagi. 435.col.2.
Hoſpitalia in multis ſunt exempta,ibi.
In hoſpitalitate non bene ſegerunt commẽdatarij,pa.436.col.1.
Hoſpitalarij regulares tenentur pauperibus & peregrinis prouidere,ibi.
Prelatis regularibus hoſpitalitas commendatur.ibid.co.2.
Hoſpitale habens eccleſiam curatam annexã poteſt à legato committi religioſo,pa.436 co.2.& p.437.co.1.& vrgente neceſsitate poteſt Epiſcopus ad id religioſum â clauſtro reuocare,ibid.

I.

Idelfonſus.

Duus Idelfonſus fuit Ordinis Sancti Benedicti,p.561.col.2.
Idelfonſus accepit habitum in monaſterio Agalienſi quod erat ordinis Sancti Benedicti, quod fuit dedicatum Sancto Iuliano,ibid.p.562.col.1.

Ieiunium.

Solus Papa poteſt diſpenſare circa generalia ieiunia.pa.498.co.1.
Epiſcopi & Prælati regulares cum ſuis ſubditis in ieiunijs aliquando poſſunt diſpenſare,ibid.
Diſpenſatus vt non ieiunet non eſt diſpenſatus vt carnes comedat,ibid.col.2.
Prælati poſſunt diſpenſare quo ad anticipationem horæ in ieiunijs,ibid.
Actu prædicantes poſſunt anticipare horam in ieiunijs,pa.99.col.1.
In dubio cõſulendus eſt ſuperior circa obligationem ieiunandi,ibid.
In ieiunijs colatio ſerotina ratione debilitatis ſumitur & poteſt ex cauſa manè ſumi. ibi.col.2.
Itinerãtes poſſunt transferre ieiunium in aliũ diem,pa.500,col.1.
Fratres minores ex vi ſuæ regulæ teneri ad ieiunium

ieiunium quadrageſimale probabilius. ibidem columna.2.
Fratres Minores ante vigeſimum primũ ætatis annum tenentur ad ieiunia vigiliarũ & quatuor temporum.pag,502.col.1.
Fratres Minores in ieiunijs circa cibos debent ſeruare conſuetudinem. ibid.col.2.
Fratres Minores ante vigeſimum primum annum nõ ſunt exempti à ieiunijs regulæ. pag.503.& 504&505 &506.
Minores 21. annis poſſunt ſe voto ieiunio obligari.pag.503.col.1.& 2.
Magna tribulatione imminente pueris ieiunium indicitur.ibid.col.2.
Fratres Minores tempore manifeſtæ neceſsitatis non tenẽtur ieiunio corporali & quæ ſit manifeſta neceſsitas declaratur.pa504.
Quare Eccleſia reputat adoleſcentes impotẽtes ad ieiunandum.pag.508. col.1.& 2.
Fratres Minores non ieiunando 6.feria vnũ tantum peccatum committunt. pag.509. columna1.

Ignorantia.

Ignorãtia craſſa non excuſat.pag.105.col.1
Ignorantia eorum quæ pertinẽt ad ſuum munus ſubeundum non debet excuſare prælatos.pag.278.columna.2.
Ignorantia teſtamenti & fideicommiſsi præſumitur niſi probetur.pag.419.col.2.
Ignorantia triplex & eius natura explicatur pag.431.col.1.

Immunitas Eccleſiarum.

A iure diuino immunitas Eccleſiæ habet originem.pag.211.
Apud Gentiles etiã immunitas quorundam locorum erat.ibidem.& pa.220.col.1.
Gregorius Decimus quartus immunitatem Eccleſiarum commendauit.ibid. columna.2.& pag.223.&.224.
Immunitas Eccleſiarum in ſacris canonibus maxime comendatur.pag.222.col.2.
Non fit contra immunitatem Eccleſiæ quãdo aliquod priuilegium particulare alicuius Eccleſiæ infringitur.ibidem.
Aliqua ordinauerunt Sixtus V. & Gregorius XIIII. circa immunitatem eccleſiarũ, pa.223.& 224.& 225.
Religioſi ſinentes capi malefactores in ſuis monaſterijs contra immunitatem eccleſię faciunt & irregularitati & cenſuris ſe ſubijciunt. ibid.colu.1.
Religioſi non ſunt obligati malefactorem in ſuis eccleſijs cuſtodire.ibid.col.2. Vide in verbo Eccleſia.
Clerici in criminibus quæ merentur degradationem non gaudent immunitate eccleſiæ.pag.226.col.2.
Religioſi non gaudent immunitate eccleſiæ pag.227.col.1.
Iudex tenetur reducere ad eccleſiam gaudẽtem immunitate eccleſiarum. ibi.
Commendatarij Ordinum militiarum in aliquibus non gaudent immunitate eccleſiæ pag.318.col.1.
Cõmendatarij Ordinum occidentes clericum non gaudent immunitate fori nec eccleſiæ pag.320.col.1
Loca fundata autoritate Epiſcopi gaudent immunitate eccleſiarum.pag.390.col.2.
Grangiæ monaſteriorum gaudent immunitate eccleſiarum.ibidem.

Imperator.

Imperator coronatur à Summo Pontifice. pag.312.col.1.
Imperatorũ confirmatio ad Papam ſpectat. ibidem.
Imperium aliquando â Papa Imperatori in ſeculum fuit conceſſum.ibid.

Implorare auxilium.

Poteſt implorari auxilium iudicis ſæcularis cõtra iudicem eccleſiaſticum opprimentẽ laicum,pa.101.co.2.
Ad incarcerandum monachos fugientes poteſt implorari auxilum ſæculare. pagina 103.columna.2.

Impunitas.

Impunitas delictorum cauſa eſt multorum malorum.pa,151.columna.1.

Inceſtus.

Magna pæna eſt infligenda clericis, inceſtũ cum filiabus ſpiritualibus committentibus.pag.114.col.1 &.2

Incontinentia.

Incontinentiæ peccatum clericorũ aut monachorum à ſecularibus magnifit pagina. 28,columna.1.

Index

Indi.

Indi ſunt domini ſuarum poſſeſsionum.pa. 492.col.1.

Indi bene tractandi vt conſeruentur in fide. ibidem.

Indi varie fuerunt oppreſsi.ibid.

Multa priuilegia conceſſa ſunt infauorem Indorum à Sede Apoſtolica.pag.492. col. 2.& 493.columna.1.& 2.& pa.494.col.1.

Tranſeuntes ad Indos ſine licentia Regum Hiſpaniæ modo non ſunt excõmunicati. pag.496.col.1.

Indicia.

Indicia quædam grauia, quædam leuia.pag. 28.co.1.& 2.

Indiciorum copia non eſt danda teſtibus. pagina,59.col.2.

Indicia variantur ex diuerſitate feſtorum.

Indulgentia.

Indulgentiæ quæſtuarię ſunt ſublatæ.pagina 287.col.1.&.2.

Indulgentia decedentibus cum habitu communicatur etiam ſi non dent elemoſynam vt alius ematur. pag.339.co.2.& pa.400. columna.1.

Oſculantibus habitum ordinis prædicatorũ indulgentia communicatur ibidem.

Indulgentia eſt remiſsio pœnæ temporalis. &c.pag.437.columna.1.

Indulgentia eſt abſolutio pœnarum.ibid.

Indulgentia pertinet ad forum pœnitentiale aut ſacramentale.ibid.col.2.

Communicatio bonorum facta à prælatis regularibus non eſt indulgentia.ibid.

Indulgentia tripliciter conſideratur.p.438.

Indulgentia per modum ſuffragij nõ eſt actus iuriſdictionis.ibid. col.1.

Indulgentiæ per modum ſuffragij multiplex definitio ibidem.col.2.

Indulgentia eſt communicatio theſauri ſatiſfactorij.ibid.

Olim maxima differentia erat inter indulgẽtiam plenariã, pleniorem & pleniſsimam. pag.439.col.1.

In indulgentijs carena, quadragena,ſeptena habent ſua ſignificata. ibid.col.2.& 340. columna.1.

In conceſsione indulgentiæ plenariæ addun tur aliquando carena,quadragena,& ſeptena ibidem.

Prælati habentes iuriſdictionem Epiſcopalẽ concedunt indulgentias.pag.441. columna 1.& 2.

Prouinciales ordinum concedunt indulgentias ex authoritate apoſtolica.ibid. columna.1.&.2.& pag.442.col.1.

In die receptionis habitus & profeſsionis cõceditur indulgentia plenaria.ibid.& pa.1.

Religioſi in diebus quibus communicant maximas indulgentias conſequuntur.pagina 444.columna.1.& 2.

Religioſi recitando Coronã Domini Ieſu & Coronã B.M.V.indulgentiam plenariam cõſequũtur. ibid.col.2.& pag.445.col.2.

Pro miſſa Cõceptionis habent regulares indulgentiam plenariam.pag. 446.

Pro feſtiuitatibus ordinis Minorum indulgẽtia plenaria conceditur. pagina. 447. & 448.&449.

In feſto Portiunculæ indulgentia plenaria conceditur.pag.450.

Multæ indulgentiæ lucrãtur in ſtationibus Romæ.pag.455.

Magnæ indulgentiæ lucrantur in eccleſia Lateranenſi.pag 456.

Indulgentiæ ſeptem eccleſiarum vrbis Romæ enumerantur. pag 457. & pag.458.

Indulgentiæ enumerantur in diebus ſtationum anni. pagina .459. & 460.461. & 462.&463.

Indulgentiæ ſtationum in aduentu & quadrageſima enumerãtur. pag.464 &465.

Indulgentiæ in tẽpore paſchali enumerãtur.

Indulgentiæ locorum Terræ Sãctę enumerantur.pa.466.&467.&468.& 469.

Indulgentiæ Sancti Iacobi in Compoſtella enumerantur ibi.& pag.470.

Indulgentiæ conceduntur ſæcularibus viſitãtibus eccleſias ordinum mendicantium. pag.471.& pag.472.

Indulgentiæ conceduntur audientibus verbum Dei & primum ſacrum à regularibus ibidem.& pag.473.

Regulares,indulgẽtias viuorum poſsũt applicare defunctis per modum ſuffragij.ibi.& pa.474.vide in verbo liberacio animæ.

Regulares per modum ſuffragij indulgentias poſsũt applicare animabus purgatorij.ib. columna 1.

Eccleſia poteſt concedere indulgentias per modum ſuffragij animabus purgatorij ib. columna 2.

Papa habet poteſtatem ad diſpenſandum de communi theſauro indulgentiarum. pag. 475.colu.1.

Materiarum.

Indulgentia non conceditur animabus purgatorij per modum ſuffragij per iudiciariã & abſolutiuam poteſtatem.pa.475.col.2.

Indulgentia per modum ſuffragij conceditur per authoritatem diſpenſatiuam theſauri Eccleſiæ.pag.473.col.2.

Indulgentia tantum valet quantum ſonat. pag.476.col.1.

Lucrans pro defuncto indulgentiam non neceſſe eſt vt ſit in ſtatu gratiæ.pagina 477. columna.1.

Indulgentia tantum plenaria liberat animã à purgatorio.pag.478.col.1.

Indulgentiæ Sabbatinæ origo apud Carmelitas & de eius valore. pa.479.& 480.

In ſtatione Sacramenti multa conceduntur, ibidem & columna 2.

Similem indulgentiam lucrantur Carthuſienſes.pagina 451.

In articulo mortis habent Religioſi indulgẽtiam plenariam.pa.452.col.1.

Probabile quod laicus poſsit cõcedere indulgentiam in articulo mortis.ibi.col.2.

Indulgentia Sanctiſsimi ſacramenti inordine Minorum prodeſt prodefunctis. pa.480.

Regulares indulgentias pro viuis poſſunt pro defunctis applicare. ibidem.col.2.

Indulgẽtię pro nouo orbe concedũtur multæ.pag.481.& 482.

Legati Papæ poſſunt cõcedere indulgẽtias. pag.481.col.2.

Dare indulgentias magis eſt actus iuriſdictionis quam ordinis. ibidem.

Maiores indulgentias poſſunt concedere Legati quam Epiſcopi.ibidem.col.1.

Indulgentia conceſſa plenaria pro feſtiuitatibus ordinis Minorũ cõceditur etiam in nouo orbe ibidem.

Indulgentiæ reformãtur nouiter. à *S.D.N.* Clemente VIII.pag.483 & pa.485.

Indugentię debent prædicari debitis temporibus arbitrio Ordinarij.pag.485. co.2.

Prælati poſſunt facere prædicari indulgẽtias pro ſuis fratribus.ibidem.

Peccant indulgentias indiſcretas prædicantes.ibidem.& col.2.

Indulgentię indicretæ multipliciter conſiderantur.ibidem.

Indulgentię conceſſæ valent â tempore datæ.ibidem col.2.

Indulgentiæ non lucrantur niſi poſtquam notificantur. pag.486.co.1.

Quinquẽniũ indulgentiæ incipit â die notificationis. ibidem.

Papa nõ reuocat indulgentias per prędeceſſores in principio ſuæ creationis, ibid.

Cum abſoluitur opus impoſitum pro indulgentia debet lucraturus eſſe in ſtatu gratiæ,pa.486.co.2.&487.col.1.

Bona impoſita pro quærenda indulgentia ſufficit quod ſint bona moraliter licet cũ lucratur debet eſſe in ſtatu gratię.ibidem, columna.2.

Non omnis actus qui fit in peccato eſt ineffi cax pro quærenda indulgentia, pag.482. columna 1.& 2.

Indulgentiæ tot dierum & annorum intelliguntur aliquando de continuis aliquando de interpollatis, pag.489.col.1.

Indulgentiæ tot dierum & annorum cõceſſæ animabus purgatorij intelliguntur de pęnitentijs in hac vita,ibid.& col.2.

Indulgentiæ multæ cõcedũt infirmis.p.114.

Infamia,infamis,infamare.

Infamia eſt duplex.pagina.34.col.1.

Infamare ſolent maleuoli.ibid.

Infamantes debent caſtigari ibi.

Infamia eſt exiſtimationi maculatio facta, pag.99.columna 1.

Infamati innocentes debent liberari â iudicibus.pag.99.col.1.& 2.

Infamia eſt communis locutio ex veroſimilibus coniecturis.pa.99.col.1.

Mali ſæpe probos viros infamant.ibid.co.2.

Infamia duplex iuris & facti.ibid.

Infames repelluntur à teſtificando.ibid.

Infames ſunt periuri.ibid.

Infames ſunt electi à religione & habitu ſpoliati.ibidem.

Innocens infamatus debet canonice purgari. ibidem. & pag.100.col.1.

Infirmitas.

Statutum diſponens in infirmitate habet locum in ſenectute.pa.498.col.2.

Fratribus infirmis multę indulgentiæ concedũtur,pa.513.&.514.

Fratres poſſunt medicari infirmos. ibidem columna 2.

Ingratitudo.

Ingratitudo abominabilis eſt.pa.214.col.2.

Iniuria.

Animo iniuriandi qui dicit aut facit aliquid facit iniuriam.

Non

Non eſt iniuriator qui contra aliquem falſo ſcripſit ſecreto ad ſuum prælatum nó animo iniuriandi.ibidem.
Iniuriam facit literas obſignatas aperiens,& iniuriarum actione tenetur .ibidem
Non debet iudex vt pius ſit iniurianti crudelis eſſe iniuriato.pag.126.col.1.

Ingreſſus.

Ingreſſus religionis,vide in verbo religio,& religioſus.

Inimicus,inimicitia.

Præſumitur hodie inimicus qui olim fuit inimicus.pag.73.col.1.
Inimicitia eſt exceptio legitima cõtra teſtẽ ibidem.
Inimicitiæ capitalis multiplex radix.ibidem columna 2 & pagi.74.
Iudicis arbitrio relinquitur plerunque quæ ſit inimicitia capitalis.ibidem.
Inimicitia præſumitur in teſte quando reus aliquid mali contra ſe iut contra conſanguineos fuit molitus. ibidem.
Oritur inimicitia ex minis de occidendo.pa. 74.columna 1.
Inimicitia oritur ex accuſatione.ibidem.
Inimicitia oritur ex depoſitione alicuius criminis.ibid.
Inimicitia oritur ex ſola iniuriarum prolatione.ibidem.col.2.
Inimicitia oritur ex ſola allegatione quod aliquis ſit humili loco natus.ibidem.
Inimicitia oritur dum quis mouet quæſtionẽ ſuper prælationem obtentam.ibid.
Inimicitia oritur ex iniuria facta.pa.75.co.1.
Inimicus præſumitur recenter recõciliatus. ibidem.
Ab inimico diſcedens preſumitur inimicus. ibidem.
Inimicus præſumitur qui cum inimicis alicuius commoratur.ibidem.
Inimici preſumuntur quiſunt de factione aliqua contraria.ibid.
Recõciliatio antiqua & diuturna purgat præſumptionem inimicitię. ibi.
Inimicitia procurata videtur fraudulẽta .pagina.76.col.1.
Quæ ſit inimicitia capitalis in particulari arbitrio iudicis derelinquitur ibi.

Innocens.

Innocentis bonum maxime debet attẽdi.pa. 36.columna.2.

Inquiſitio.

Inquiſitio eſt multiplex.pag.23.col.1.
Inquiſitio dicitur ab inquirendo.pa.26.co.1
Inquiſitio eſt triplex ,generalis ſimpliciter, ſpecialis ſimpliciter,generalis & ſpecialis pagina.26.col.2.
Inquirere tenetur prælatus de vita ſubditorum ibidem.
Inquiſitio alicuius delinquẽtis fratris non debet committi niſi experto .ibidem.
In inquiſitione monachorum aut clericorũ caute procedendum. ibidem.
Inquiri debet de incontinentia clericorum aut monachorum cum ſecreto .ibidem.
Inquiſitio generalis poteſt fieri ſine eo quod præcedat infamia.pag.27.col.1.
Inquiſitio proponatur cum charitatiua exhortatione. ibid.
Viſitatio firmatur à viſitante.ibid.col.2.
Qui nihil viſitat debet illud firmare.ibid.
Ante inquiſitionem non debent prælati recipere chartas quas mittunt monachi.ibi.
Ante inquiſitionem aliquando ipſæ chartæ ſunt vtilitatis.ibidem.
Non debent ſemper Prælati per dictas chartulas de aliquo ſpecialiter inquirere. ibi.
Non poteſt inquiri contra aliquem niſi ſit infamatus.pa.28.co.1.
Non poteſt inquiri contra aliquem niſi contra eum ſint indicia grauia.ibid.
Inquiſitio contra aliquem particularem fieri poteſt non præcedente infamia quando crimen eſt contra rempublicam. pagina 30.columna 1.& 2.
Infamatus de vno crimine non poteſt inquiri de alio diſtincto .pag.30.col.1.
Poteſt inquiri de genere alicuius nulla præcedente infamia.pag 31.col.1
Inquiri poteſt de meritis aut demeritis pro mouendorum ibidem.
Inquiſitio non eſt facienda ſolum ex literis delatorijs.pag.39.col.2.
Inquiſitio non eſt de occultis facienda.pag. 83.columna.1.
Aliquando iuſte iudex interrogat & iuſte reus veritatem celat.pag 83.col.2.

Inquiſitores Hæreticæ prauitatis.

Inquiſitores hæreticæ prauitatis ſolum poſſunt punire ſacerdotes ſolicitantes fœminas in actu vel iuxta actum confeſſionis. pagina.114 col.2.& pag.115.col.1.
Poſſunt etiam procedere contra ſolicitantes ad pe-

ad peccatum nefandum in actu vel iuxta actum confeſsionis.ib.
Inquiſitores poſſunt caſtigare regulares non ſacerdotes qui audiunt confeſsiones,& abſoluunt pœnitentes. pag.117.col.2.& pag. 118.col.1
Inquiſitores non poſſunt punire ſacerdotes, qui ſine iuriſdictione actuali audiunt confeſsiones.

Inſtitutio.

Duobus pijs locis inſtitutis pauperior præfertur.pag.404.col.2.
Monaſterium monialium debet preferri monaſterio virorum quando ſimul inſtituuntur.ibi.col.2.
Inſtituta aliqua Eccleſia quæ non eſt,propinquiori debetur hæreditas.pag.407.col.2.
Inſtitutio inualida in perſona vera eſt etiam invalida.pag.408.col.2.
Inſtituta Eccleſia fratrum minorum,inſtituitur Papa & Eccleſia Romana.ibi.

Interdictum.

Interdictum dicitur quaſi inter duo dictum. pagi.531col.1.
Interdictum eſt ſeparatio â iure vel â iudice facta à ſacramentis,& à diuinis,ibi.& col. 2.in fine.
Interdictum multiplex eſt.ibi.col.2.
Poteſt interdicere qui Ordinarij autoritate poteſt excommunicare & ſuſpẽdere, pag. 532.col.1.
Fœmina non poteſt interdicere,ibi.
Fœmina & laicus ex priuilegio poſſunt interdicere.ibi.
Aliqui prælati inferiores Epiſcopis poſſunt interdicere pag.532.col.2.
Qui interdictum ponit poteſt ab ipſo abſoluere.ibi.
Interdicta ciuitate cenſentur interdicta monaſteria.pag.533.col.1.& 2.
Monaſteria non poſſunt ſpecialiter interdici.pag.534.col.1.&.2.
Monaſteria tenẽtur ſeruare interdictum obſeruatum à matrice. ibi & pag.535.col.1.
Religioſi non poſſunt ſpecialiter ab Ordinarijs interdici.ibi.col.2.
Familiares & domeſtici religioſorũ poſſunt interdici ab Ordinarijs.ibi.
Religioſi curam animarum habentes poſſunt interdici ab Ordinarijs.pa.536.co.1.
Religioſi tenentur ſeruare interdictum nullum ſeruatum à matrice. ibid.columna.2.
Clerici ſeculares non tenentur ſeruare interdictum nullum.ibidem.col.2.
Religioſi & ſæculares clerici non ſeruãtes interdictum ſunt excommunicati.ibi.
Quæ dicatur Eccleſia matrix ſeruans interdictum à religioſis neceſſe ſeruandum.pag. 537.col.1.
Eccleſia matrice non ſeruante indictum, non excommunicantur religioſi illud nõ ſeruando,ibid.co.2.
Diuina officia tempore interdicti prohibentur.pa. 538.col.1.
Tempore interdicti poteſt Epiſcopus ordinis propter grauem neceſsitatem celebrare.ibi.col.2.
Tempore interdicti aliqua diuina officia iure cõmuni permittuntur.pa.539.540.541
Benedictio menſæ tẽpore interdicti non prohibetur.pag.539.col.1.
Cantus litaniarum non ſolemnis tempore interdicti non prohibetur.ibi.& col.2.
Aliqui tempore interdicti poſſunt aſsiſtere diuinis pag.540.col.2.
Aliqua ſacramenta iure communi permittũtur cõferri tẽpore interdicti.pa.541.&pagina 542.
Tempore interdicti damnatus ad mortẽ poteſt etiam non ieiunus communicare.pag. 542.col.1.& 2.
Cui conceditur tempore interdicti aſsiſtentia in diuinis non conceditur vt poſsit recipere communionem.ibi.
Matrimonium in quantum cõtractus poteſt fieri in loco interdicto ſe ipſis contrahentibus interdictis.543.col.1.
Benedictio nuptialis tempore interdicti prohibetur pa.543.col.1.
Officia diuina ex priuilegio cap. Alma mater,celebrantur tempore interdicti.ibi.& pag.544.&545.
Pulſans campanam ad miſſam tempore interdicti non fit irregularis.pag.544.col.2.
Tempore interdicti excludendi ſunt omnes non habentes priuilegium.pag.545. col.1
Non peccant mortaliter audientes ſacrũ tẽpore interdicti ibidem.
Peccat tamen laicus in aliquibus caſibus intereſſens ſacro tempore interdicti ibid.columna. 2.
Clericus ſacris initiatus violãs interdictum peccat mortaliter ibidem.&pa.546 col.1
Interdictum loci non violatur niſi denuncietur ibidem.

Index

Tempore interdicti poſſunt clerici primæ tonſuræ ſepeliri in ſepultura eccleſiaſtica, ibidem, col.2.

In interdicto tantũ generali diſponit caput Alma mater,ibid.

Laicis priuilegio carentibus tempore interdicti negatur eccleſiaſtica ſepultura, pag. 547.col.1.

Sacerdos publice officiãs funus tempore interdicti peccat mortaliter ibid.& ſi officiet funus in loco ſpecialiter interdicto incurrit irregularitatem,ibid.

Priuilegium conceſſum tempore interdicti pro diuinis officijs extenditur ad ſepultu ram,ibid.col.2.

Pompa moderata tempore interdicti varie explicatur.ibi col.2.& pa.584.col.1.

Ceſſante interdicto cadauera ſepulta in loco prophano ſolent extumulari,ibid.

Diuerſis modis tollitur interdictum,p.548. col.2.

In aliquibus feſtiuitatibus tempore interdicti ſuſpenditur interdictum iure communi,pag.549,col.1.& 2.

Suſpenſo interdicto quoad officia diuina nõ ſuſpenditur quoad adminiſtrationem Sacramentorum,ibid.

Suſpenditur interdictum in feſtiuitatibus à primis veſperis præcedentis diei,p.450. col.1.

Finitur ſuſpenſio interdicti in completorio incluſiue,ibid.& ſecundum quædam priuilegia in occaſu ſolis ibid.

Priuilegia regularium contraria iure communi pro tempore interdicti & ceſſationis â diuinis non ſunt ſublata per Concilium Tridentinum,pa.550.col.2.& 551.&552. 553.

In multis feſtiuitatibus poſsũt regulares ſuſpendere interdictum,ibi.col.2.& 554.& 555.& 556.& 557.& 558.559.

Pro generali interdicto cõceſſa nõ extẽduntur ad ſpeciale,pa.156,col.2.

Nulla eſt differẽtia quo ad regulares inter interdictum & ceſſationem à diuinis pa.556 col.1.

In feſtiuitatibus inquibus interdictũ,& ceſſatio à diuinis tollitur per priuilegia fratrũ poteſt ſæcularibus adminiſtrari Sacramẽtum Euchariſtiæ,pa.557.col.1.& 2.&558 & 559.

Religioſi extra ſua monaſteria quando ſuſpẽditur interdictum quo ad officia non poſſunt Sacramẽtum Euchariſtiæ adminiſtrare fidelibus,ibid.col.2.

Religioſi poſſunt dare ſacramentum extremę vnctionis fidelibus in ſuis domibus ægrotantibus,pa.559.col.2.

In feſtiuitatibus Sanctorum quorum corpora in eccleſijs regularibus requieſcũt ſuſpenditur interdictum,ibid.& pagin.560. col.1.

Non poteſt ſuſpendi interdictum quando in dictis Eccleſijs notabiles reliquiæ requieſcunt.

In feſto patronorum & Patronarum Eccleſiarum regularium ſuſpenditur interdictũ, ibid.col.2.

In feſto tranſlationum Patronorum ordinũ ſuſpenditur interdictum,pa.561.col.1.

In multis feſtiuitatibus alijs ſuſpẽditur interdictum & ceſſatio,ibidem.col.1.& 2.& pagina 562.

In profeſsione alicuius religioſi ſuſpenditur interdictum & ceſſatio à diuinis per totũ diem.non tamen in noſtro ordine Minorum,pa.562.pa.563.& 564.

Prælati regulares poſſunt in ſuis monaſterijs etiam tempore ceſſationis admittere aliquos ſæculares ad officia diuina,pa. 564. col.1 & 2.& pa.565.col.1.

Interdictum & ceſſationem à diuinis poſſunt moniales in feſtiuitatibus ordinis ſuſpendere,pa.565.& 566.col.1.& 2.

Pro tempore interdicti habẽt familiares multa priuilegia,pa.567.col.1.& 2.

Abbatiſſæ monaſteriorum poſſunt tempore interdicti & ceſſationis à diuinis admittere aliquos ſæculares ad diuina,pa. 566. col.1.& 2.

Syndicus fratrum Minorum & eius vxor & filij poſſunt admitti ad diuina tempote interdicti & ceſſationis à diuinis,pagi. 568. col.1.

Medicus monaſterij poteſt admitti tempore interdicti & non ceſſationis ad diuina,ibi. col.2.

Ordinarius ſanguinis diminutor non gaudet priuilegio etiã tẽpore interdicti, pa. 569.col.1.

Ad celebrandum poteſt clericus admittere eos cum quibus comitari ſolet ibid.

Ad celebrandum poſsũt admitti ſæculares deficientibus fratribus qui celebrantem adiuuentibid.

In loco ſpecialiter interdicto poteſt aliquãdo Epiſcopus diſpẽſare vt celebretur,pagina 575.col.2.& pa.576.col,1.

Caput

Caput Alma mater non habet locum in ſpeciali interdicto. pag.575.col.2.
Iure antiquo interdicto generali aut ſpeciali omnino à diuinis ceſſabatur p.576.co.1
Interdictũ generale aut ſpeciale iuris antiqui bene poterat in parte relaxari.

Irregularitas.

Non poſſunt Prælati regulares diſpẽſare in irregularitate proueniente ex aborſu creaturæ animatæ.pa.135. co.1.& 2.
Non remanent irregulares eccleſiaſtici committentes cauſam ſanguinis alicui iudici ſęculari.pag.316.col.1.
Prælati regulares poſſunt diſpenſare in irregularitate procedenti ex homicidio voluntario etiam iniuſto.pag.527.col.2.& pag. 528.columna1.& 2.
Irregularitas homicidij volũtarij & bigamiæ ſemper excipitur in priuilegijs regulariũ. ibidem.
Papa reſeruat ſibi irregularitatem ex iniuſta fructuum perceptione. p.528.co.1.
Habens poteſtatem ad diſpenſandum in irregularitate excepta orta ex homicidio voluntario,etiã excipitur orta ex homicidio iuſto.ibid.col.2.& pag.529.
Prælati regulares nõ poſſunt diſpẽſare in irregularitate procedẽti ex bigamia. ibi.co.2.
Monachus iuuans chirurgum ad ſcindendum membrum non fit irregularis. pag.620. columna 2.
Captura alicuius malefactoris fugitiui cum poteſtatione non inducit irregularitatem. pag.530.col.2.
Querela de malefactoribus cum proteſtatione non inducit irregularitatem,ibidem columna.2.
Irregularis factus ſine abſciſsione mẽbri alicuius poteſt omnia exercere quæ non repugnant abſciſsioni.pag.530.col.2.
Irregularis non eſt pulſans campanam ad miſſam tempore interdicti pag.544 col.2.
Eccleſiaſticus authorizans aſsiſtendo deformationibus factis per ſentẽtiam ſui iudicis non eſt irregularis. ibid.
Non fit excõmunicatus *E*piſcopus excommunicatum ſi compellat Sacerdotem coram ſe celebrare ibid.
Non quæcunque authorizatio inducit irregularitatem.pag.594.co.2.
Perſonaliter dictus violans interdictum fit irregularis.p.545.columna.1.

Itinerantes, fratres.

Itinerantes fratres ignoti non ſunt recipiẽdi à Prælatis monaſteriorum ſine literis cõmendatitijs.pa.582.co.1.& 2.
Itinerantes presbyteri non debent recipi ad celebrandum ſine literis commẽdatitijs pag.583.col.1.
Itinerantes fratres conuentuales tenentur ſe præſentare coram Guardianis fratrum de obſeruantia.ibide.
Itinerantes fratres Minores de obſeruantia poſſunt hoſpitari in aliqua domo ipſis relicta.ibidem.co.2.
Itinerantes fratres lucrantur indulgentias fratrum.pag.584.col.1.
Itinerãtes fratres poſſunt trãsferre ieiunium diei in alium. ibidem. & poſſunt de mane facere ientaculum. ibidem.

Iubileus.

Iubileus aliquid addit ſupra indulgentiam, pag.439.co.2.
Iubileus ab antiquo trahit originem pagina 440.columna.1.& 2.
Tempore Iubilei priuilegium ſatis acõmodatum conceditur.pag.494.co.2.& pagina.495.

Iudex.

Iudices ſunt conſtituti vt homines in officio contineant.pa.1.
Iudices ſtateram debent in manibus geſtare ibidem, col.2.
Iudices debent ſeruare iuſtitiam. ibid.
Iudices debent componere partialitates, & diſcordias. ibid.
Iudices non debent eſſe partiales.
Iudex ſæcularis nõ poteſt cognoſcere de cauſis regularium.pa.7.col.2.
Iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de cauſis regularium militum.pag.8.
Iudex ſæcularis poteſt cognoſcere de crimine commiſſo à religioſo ante ſuſceptũ habitum.pag.9.
Iudex ſæcularis debet cognoſcere de delicto commiſſo à laico cum monacho. pag. 11. columna 1.qui non poteſt cognoſcere de delicto monachi. ibid.
Iudex ſæcularis non poteſt cognoſcere decrimine enormi clerici.p.12.co.1.
Iudex ſecularis non poteſt morti tradere presbyterum ante degradationem.ibid.

Index

Iudices regularium procedũt vt patres & vt iudices, pag. 20. col. 1. & 2.

Iudices regulares procedendo vt patres tantum procurant vt emendent, ibid.

Procedendo vt iudices prætẽdunt vindictã, ibid. & ſic procedere debent ſine figura iudicij & ſtrepitu, ibid.

Iudices in cauſis leuibus procedũt de plano ibid. & pag. 21. col. 1.

Iudices regulares pro leuibus non debẽt ſuſpendere proceſſus ibidem.

Iudices regulares non debẽt eſſentialia iuris omittere & quæ ſunt talia explicatur, pag. 21. col. 1. & 2.

Iudices regulares ſolemnitates iuris poſſunt omittere, ibid.

Iudices non poſſunt procedere niſi prius cõſtet de delicto, p. 22, col. 1.

Iudices poſſunt inquirere de delicto etiamſi non conſtet de delinquente, ibidem. columna. 2.

Iudices non poſſunt procedere per viam accuſationis niſi prius conſtet de delinquẽte, ibid.

Iudices non poſſunt procedere contra aliquem per viam denunciationis, niſi prius conſtet de delinquente, pagina. 22. columna 2.

Iudices regulares non poſſunt procedere ad capturam monachi cum ſemiplena probatione, p. 21. col. 2.

Iudex dum conceditur, idoneus præſumitur pa. 24. col. 1.

Iudex eſt mediator inter accuſantem & accuſatum, pa. 40. col. 2.

Peccant iudices procedendo in grauibus ſine accuſatione, pa. 41. col. 1. ſecus in leuibus, ibidem.

Iudices in caſibus leuibus non tenẽtur ſeruare ordinem iuris, ibid.

Iudex ad indagandam veritatem debet facere omnia quæ oportet, p. 59. col. 2.

Iudices regulares magis procedunt ad correctionem, quam ad vindictam, pagina. 66. col. 1.

Simplici Iudicis aſſertioni ſine eo quod conſtet de proceſſu in ſcriptis, etiam ex conuentione partium ſecundum aliquos non creditur ibi. col. 2.

In cauſis exiguis creditur ſimplici iudicis aſſertioni, pag. 67. col. 1.

Pro iudice præſumit ius, ibid. col. 2.

Iudex in inquirenda veritate debet eſſe ſubtilis & diligens inueſtigator, pag. 83. columna. 1.

Iudices contra iuris ordinem reos interrogãtes proprias animas damnant, pagina. 83. col. 1.

Iudex condemnando innocentem ſecundũ allegata & probata non amittit ſuum honorem, pa. 85. col. 2.

Iudices miniſtri Dei vocantur, pa. 95. col. 1.

Iudices iuſtitiam præ oculis habere debent, ibidem.

Iudices veritatem & æquitatem præ oculis habere debent, pa. 96. col. 1.

A iudicibus vana gloria abeſſe debet. ibid.

Iudices in rebus leuibus faciliores ad gratiã quam ad rigorem ſunt, ibid,

Iudices magis ad miſericordiam quam ad rigorem debent inclinare, ibid.

Iudices non debent nimis omnibus indulgere. ibid. co. 2.

Æquitas iudicũ debet eſſe regulata iuribus, ibidem.

Iudicis authoritas iuridice interpoſita facit licitum. 101. col. 2.

Iudex in arbitrarijs debet eligere mitiorem pœnam. pa. 102, col. 2.

Iudex omittendo iuſtitiam videtur facere iniuſtitiam, pag. 143, col. 1.

Eadem pœna punitur iudex negligens qua ipſe delinquens, ibid.

Negligentia iudicis perdit diſciplinã in ſubditis, ibi.

Negligentia iudicis fouet crimina, ibi.

Iudex negligens in adminiſtratione iuſtitiæ cum dolo debet priuari ab officio, ibid.

Iudex male iudicans ex imperitia pœna arbitraria debet puniri, pa. 144. col. 1.

Iudex iuſtius peccat in abſoluendo quam in condemnando, ibi.

Ex tenore proceſſus cognoſcitur quando iudex ex dolo vel ex leui culpa procedit, ibi. col. 2. & p. 145.

Non licet rogare iudicem vt faciat cõtra ius, pa. 149. col. 1.

Decet pro inimico rogare iudicem vt ei tota pœna delicti remittatur, ibi.

Licet rogare iudicem vt tota pœna remittatur reo emẽdato, ibi. & pa, 150. col. 1.

Quilibet poteſt preere à iudice vt faciat quod ius non impedit, pa. 150 col. 1.

Non licet rogare iudicem vt volenti emẽdare tota pœna remittatur, ibi.

Iudex tenetur ſeruare fidem, quam dedit delinqueuti eum non offendendi, ſi cõfitetur delictum, pa. 227. col. 1.

Iudex promittendo impunitatem delinquẽti peccat ibi.
Iudices extra territorium iurisdictionẽ exercere non possunt, pa.293.col.1.
Iudices Ecclesiastici possunt sequestrare triticum religiosorum, pa.307.col.2. & pa.308.col.1.
Coram iudicibus sæcularibus debẽt peti redditus monasteriorum commissi à Rege, p.308.col.2.& p.309.col.1.
Corã iudicibus Ecclesiasticis debent peti redditus temporales hospitalis fundati autoritate Episcopi, ibi.
Iudex Ecclesiasticus est competẽs respectu causæ spiritualis, non autem temporalis, pa,317.col.2.
Iudex Ecclesiasticus cognoscit contra laicũ damnificantem Ecclesiam aut monasteriũ ibidem.
Monasterium potest reconueniri coram iudice sæculari.
Iudex sæcularis potest citare prælatum monasterij instituti pro publicatione testamẽti, p.318.col.1.
Iudex non competens est tanquam persona priuata, pa.332.col.2.
Nullus potest esse iudex in causa propria, pa.333.col.1.
Iudex, alius ordinarius, alius extraordinarius, pa.577.col.2.
Iudex ordinarius est ad vniuersalitatem causarum, ibi.
Iudex extraordinarius quidam est arbiter, quidam ex commissione superioris delegatus, pa 578.col.1.
Iudex conseruator secundum aliquos est iudex delegatus, ibi.
Regulares nõ possunt compelli esse iudices, ibidem.
Quando compelluntur à Sede Apostolica esse iudices obediant, sed possunt non exequi intercedente supplicatione, ibidẽ. columna 2.
Possunt iudices examinare rescripta Apostolica, ibid.& p.579.col.1.
Qualitas monachalis non inhabilitat monachos vt sint iudices, p.189.col.1.

Iudicare.

Non est iudicandum secundum ea quæ foris sunt, pa.171.col.1.
Inferiores de superiorum factis non debent iudicare, pa.485.col.2.

Iudicium.

Iudicium quoddam est suppositionale, aliud secundum definitionem, pag.30.col.2.& p.31.col.1.
Acta in iudicio ordinario & extraordinario debent scribi à notario, pa.64.col.2.
Iudicium est notabile signum alicuius dicti vel facti, pa.98.col.2.
Triplex est iudicium, plenum, semiplenum & leue, ibi.& pa.99.col.1.
Iudicia grauia sunt quæ veritati præsumptione iuris æquantur, ibi.
Iudicium incongruit diuidi, pa.321.col.2.
Vbi est iudicium cæptum ibi debet finiri, p.325.col.1.
Alterius conditio, qui iudicium inchoauerat non debet fieri deterior ex persona hæredis, ibi.
Dicitur iudiciũ inceptũ ante litis cõtestationẽ, imo & per citationẽ, ibi. vide verbo lis.

Iuramentum.

Iuramentum à iudice non competente acceptum nullum est, pa.65.col.1.
Sacerdos aut religiosus iurant supra pectus aut supra habitum, p.70.col.2.
Præceptum obedientię in virtute spiritus Sãcti non est in virtute iuramentum, ibi.
Iuramentum præstitum obligat respondere secundum intentionem iudicis iuribus regulatam, pa.85.col.1.
Iuramentum assertorium liberũ appellatur. pa.86.col.1.
Iuramentum potest sumi à reo ad indagandã veritatem, ibi.col.2.
Ad deferendum reo iuramentum nõ sola indicia aut infamia sufficiunt, ibi.
Iuramentum prudenter est deferendum, ne occasio periurij accipiatur, ibi.
Iuramentum non potest à lege ciuili annullari, pa.193.col.2.& pa.194.col.1.
Iuramẽtum est quid spirituale & Ecclesiasticum. ibi.
Lex ciuilis non potest præcipere vt non seruetur iuramentum, ibi.
Iuramentum contra ius naturale non obligat, ibi.
Ius Canonicum potest declarare non valere tale iuramentum. ibi.col.2.
Iuramentum est actus latriæ, p.579.col.2.
Iurare est Deum in testem vocare, ibi.
Multipliciter iuratur, pa.580.col.1.

Iuramentum neceſſe debet ſumi à teſtibus. ibi.col.2.
Iuramentum datur ad ligandum teſtes, ibid
In lege veteri multipliciter iurabatur, ibid.
Sacerdotes iurant in verbo ſacerdotis, ibid.
Maior obligatio oritur ex voto quam ex iuramento.p.381.col.1.
Defertur iuramentum in cauſis, in quibus proceditur de plano ſola veritate inſpecta.ibi.
Mandatum in Spiritu ſancto non eſt etiam virtualiter iuramentum,ibid.
Iuramentum inuentum eſt ad indagandam veritatem vnicum remedium,ibi.
Iuramentum torturæ comparatur,ibi.
Qui iurat falſo, vt periurus debet caſtigari, ibid.

Ius Patronatus.

Tria conſtituunt ius patronatus, pag. 214. col.1.
Fundatio dat ius patronatus,ibi.
Fundator poteſt in iure patronatus apponere omnes conditiones licitas,ibi.
Translatio monaſteriorum debet fieri ſaluo iure patronatus,pa.215.col.1.
Fratres Minores non poſſunt concedere ius patronatus ſuarum Eccleſiarum poſt quam ſunt Sedis Apoſtolicæ,pagina.215. col.2.
Laici in ſuo iuris patronatu debent foueri, ibidem.
Ius patronatus à iure & patrono dicitur,pag. 584.col.2.
Ius patronatus eſt poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium eccleſiaſticum ibidem.
Ius patronatus quoddã eccleſiaſticũ, quoddam ſæculare,ibid.
Ius patronatus alicuius per profeſsionẽ trãſfertur in monaſterium,pag.581.columna. 1.& 2.
Ius patronatus eccleſiaſticum ex priuilegio competit laicis,pa.585.col.2.
Reges Hiſpaniarum habent ius patronatus in præceptorias militiarum,pag.586. columna 1.
Reges habentes ius patronatus in eccleſijs ſęcularibus aut regularibus nõ poſſunt præſentare in his niſi Abbates illius cõgregationis,ibid.& col.2.
Poteſt aliquis inſtituere ius patronatus de rebus incertis pauperibus inſtituendis,ibid. & pa.587.col.2.

Iuriſdictio.

In contentione iuriſdictionis nõ trahit ad ſe magis dignum minus dignum,pa.11.col.2
Iuriſdictio iudicis eccleſiaſtici eſt à iure communi,ibi.
Iuriſdictio iudicis regularis eſt à priuilegijs ibidem.
Omnis iuriſdictio iure Pontificio eſt delegabilis.pa.265.col.1.
Iudices non poſſunt exercere iuriſdictionẽ in territorio alieno,pa.293.co.1.& 2.
Prouinciales regulares poſſunt exercere iuriſdictionem in territorio alieno,ibi.
Poteſtas eccleſiaſtica non ſe extendit ad iuriſdictionem temporalem,pagina.32.col. 1.& 2.
Iuriſdictionem temporalem habere Eccleſticos & regulares non eſt inconueniens, p.314.col.1.&2.& pa.315.& pa.316.
Pro hac iuriſdictione exercenda iudices laici ſunt conſtituendi.pa.314.col.2.qui debent procedere ſicut alij iudices quo ad ſe & quo ad alios.
Æquius credendum eſt eccleſiaſticos & regulares debere exercere iuriſdictionem temporalem,quam Eccleſiaſticam, principes. pa.316.col.1.
Abbates habentes,iuriſdictionem temporalem non poſſunt per ſe condẽnare vaſſallũ ad pœnam ſanguinis,ibid.
Iuriſdictio non poteſt conferri alicui à priuatis,p.317.col.2.
Iuriſdictio ſpiritualis Epiſcoporum pendet à Summo Pontifice,pa.328.col.1.
Monaſteria poſſunt habere iuriſdictionem temporalem,pa.415.col.1.& ceſſante metu irregularitatis poſſunt eam exercere per ſubſtitutos ſæculares,pa.416.col.2.
Iuriſdictionem dat cõſuetudo,pa.498.col.1.

L.

Laborare.

LAborare in diebus feſtiuis etiã cauſa pietatis eſt prohibitum pa.374.col.2.
In quibus feſtis conceſsit Eugenius quartus laborare,ibi.

Laici Fratres.

Laici fratres ſũt proprie religioſi,p.587.co.2
Laici fratres differunt à donatis,ibi.

Laici Fratres dicuntur conuerſi, ibid.
Laici Fratres poſſunt tangere corporalia, pagina. 587. co. 2. & pa. 588. col. 1.
Laicis Fratribus in apoſtaſia ordinatis non debet permitti vſus ordinum, ibid. co. 2.

Læſæ maieſtatis crimen.

Crimen læſæ maieſtatis grauiter punitur, pagina. 128.
Domus hoc crimen committentis euertitur & ſale aſpergitur. ibid. col. 2.
Domus prefata aratro deſtruitut, ibid. vide in verbo perduelis.

Lectiones.

Lectiones ſacræ Scripturæ poſſunt regulares in ſuis Eccleſijs legere, pa. 616. col. 2.

Lectores.

Lectores Theologiæ qui per duodecim annos eam perlegerunt in ordine Minorum habent præeminentiam, pa. 615.
Lectores Theologię moralis ſunt in monaſterijs conſtituendi, ibi. co. 2. & pa. 616.

Legatus.

Abbates Epiſcopi & Monachi habentes alia requiſita poſſunt eſſe legati, pa. 589. col. 1.
Legati locum tenens poteſt eſſe Monachus, ibid. col. 2.
Legatus poteſt conferre beneficium monacho ſine licentia ſui Abbatis, ibi. co. 2.
Legatus poteſt exercere omnia quæ poteſt delegans exceptis reſeruatis, pa. 616. co. 1.
Legato accedente ad aliquam vrbem omnis clericus tenetur obuiam ire. ibid.
Non minus parcendum legato, quam Papæ, ibid. co. 2.
Legatus à latere habet in exẽptis iuriſdictionem, ibid.
Legatus non poteſt diſpenſare vt homo diſparis profeſsionis in prælatũ eligatur, pa. 251. co. 2.
Legatus à latere poteſt magis contra exemptos, quam Epiſcopus, pa. 336. co. 1.

Legatum.

Cuilibet de populo competit vt legata pia adimpleantur, pa. 405. col. 2.
Syndicus Fratrum minorum poteſt petere in iudicio legata Fratribus Minoribus, pag. 406. col. 1.
Legatum relictum monacho cum cõditione vt nihil percipiat Abbas, & ſub hac conditione, quod in eo ſe intromittere non poſſit, explicatur, pagina 591. & 592. columna. 1.
Cum licentia Prælati poteſt monachus recipere legatum, ibid. co. 2.
Prælatus monaſterij poteſt dare licentiam monacho vt diſpendat ſecundum ſuum ſtatum, pag 592. col. 1. & pa. 593.
Legatum relictum monacho acquiritur monaſterio ſuę habitationis quando legati dies cedit, ibid.
Legata in ſingulos annos ſunt plura, ibid.
Prælatus inuito ſubdito poteſt expendere in neceſsitates conuentus legarum relictũ ipſi, ibid. col. 2.
Legatum pecuniæ factum fratri Minori pro ſuis neceſsitatibus poteſt expendi à Prælato in alios conuentus, pa. 394. co. 1.
Dominium pecuniæ legatæ Fratribus Minoribus non remanet apud dantem, ſed in Sedem Apoſtolicam transfertur, ibid.
In expendendis legati factis fratribus Minoribus magna debet eſſe paupertatis abdicatio, ibi. co. 2.
Legatum relictum religioſo ad ſuas neceſsitates cenſetur relictum ad pias cauſas, ibi.
Relicto legato monaſterio non poteſt teſtamentarius eidem monaſterio aliquid aliud applicare. pa. 595. co. 2.
Legatũ relictum monaſterio in certũ vſum ſecluſo ſcandalo poteſt Prælatus in alium vſum conuertere legatum, pa. 595. col. 1.
Teſtamẽtarius cum licentia & conſilio Epiſcopi poteſt commutare vnum legatum in aliud, ibid. co. 2.
Non eſt relictum caducum pro aliquo opere quod fieri non poteſt, pa. 596. co. 1.
Fundus legatus religioſis pro celebratione feſti, quod ſuper eſt ex fructibus ipſius monaſterio acquiritur, pag. 596. co. 2.
Legatum relictum fratribus Minoribus pro ſuis neceſsitatibus quomodo intelligatur, pagi. 597. col. 1. & 2. & pagina 598. colu. 1. & 2.
Legatum annui redditus relinqui poteſt fratribus Minoribus. ibid. & pa. 599. & pa. 600 & 601. & 602. & 603.
Legatum incapaci pro non ſcripto habetur, pag. 600. co. 2.
Legatum annui redditus eſt multiplex, pag. 600. col. 1.
Legatum annui redditus pro miſsis dicendis eſt potius ſtipendium quam legatum, p. 601 col. 1. & 2.

Index

Legata annua relicta fratribus Minoribus poſſunt peti ex officio iudicis,pa.602.

Legata annua fratribus Minoribus relicta vt ſtipendia Miſſarum cenſentur,ibi. &co.1. & 2.& pa.603.

Legatum relictum fratribus Minoribus pro fabrica.valet.pa.604.co.1.

Prælati Regulares poſſunt facere compoſitionem ſuper legatis annuis etiam relictis fratribus Minoribus,ibi.co.1.& 2.

Legatum relictum puellæ ſi nobili nubat debetur ipſi totum ſi ingrediatur religionem pag.605.co.2.& pa.606.col.2.

Legatum relictum fœminæ ſi nupſerit fauorabilius , quam legatum relictum ſi non nupſerit,pa.606.co.1.

Conditio appoſita legato impediens ingreſſum religionis irrita eſt,ibi.co.2.& p.608 col.1.

Legatum relictum alicui ſi intrauerit religionem explicatur de ingreſſu per profeſsionem,ibi.co.2.

Legatum relictum pauperibus religioſis magis quam alijs conferendum,ibi.co.2.

Legatum relictum Eccleſiæ parrochiali debetur pauperiori duobus exiſtentibus, ibi.

Legatum relictum monaſterio Monialium eſt conferendum,pa.608.co.1.

Legitima.

Filius nõ poteſt petere legitimam in bonis patris facti religioſi poſt etiam profeſsionẽ donec ipſe moriatur,pagina.423.col.2.

Legitima parentum debetur fratribus Minoribus conuentualibus,pag.608.colu.2.& 609.& 610.

Lex.

Lex Imperatorum non obligat eccleſiaſticos ipſius tamen rationibus reguntur, pa. 97.co.2.

Lex pænalis rigoroſa tantũ obligat in foro exteriori,pa.120.co.1,

Lex naturalis per humanas leges declaratur, p.179.co.1.

Lex naturalis dictat, defenſionem omnibus eſſe permiſſam,ibid.

Lex ponitur reſpiciendo ad id quod eſt vt in pluribus bonum,ibid.& pa.185.co.2.

Tranſgrediens legem ex animi ſimplicitate excuſatur à peccato mortali.pa.181.co.2.

Lex exorbitans & pænalis extenditur ad aliũ caſum vt non ſit fruſtratoria,pa.193.co.1.

Lex non debet extendi contra ius ne detur legum correctio,ibi.

Lex generalis limitatur ſecundum mentem legis,pag.204.co.2.

Leges debent eſſe omnibus fructuoſæ,pagi. 255.co.2.

Lex generaliter loquens per alias leges limitatur.p.274.co.2.

Lex non ligat præter finem intentum à legiſlatore,ibid.co.2.

Verba proœmialia legis inducunt cauſam finalem,ibid.

Ex legis proœmio colligitur mens diſponentis,ibid.

Lex generalis ad omnia ſpecificata per ipſius verba debet extendi,p.273.co.1.

Ceſſante cauſa legis ceſſat eius diſpoſitio,p. 779.col.2.

Senſus legis magis quam eius verba debet cõfiderari.ibi.

Verba legis ſunt intelligenda cũ effectu etiã extrinſeco quem intendit legiſlator. pag. 280.col.1.

Lex vetus iudicialis & ceremonialis per paſſionem Chriſti ceſſauit,pa.307.co.2.

Lex Euangelica continet præcepta moralia, & naturalia,ibi.

Duplex lex Epiſcopi diæceſana & iuriſdictionis,pa.327.co.1.

Lex pænalis non obligat ad pænam ante ſententiam declaratoriam,p.379.co.2.

Bona fide tranſgrediens legem non peccat mortaliter,ibid.

Lex humana male intellecta nõ ligat in foro conſcientiæ,ibid.

Lex aliquid prohibens fieri niſi certo modo inducit formam,p.430.co.2.& 431.col.1.

Lex fundata in præſumptione ceſſat in foro conſcientiæ quando veritas eſt in contrarium,pa.485.co.2.

Lex vt liget debet publicari,pa.496.col.1.

Lex vt liget debet eſſe in vſu,ibi.

Lex rationabilis deſcribitur,pa.509.co.2.

Tranſgreſsio legis cum diſpenſatione non eſt priuilegium,p.551.co.1.

Liberatio animæ.

Liberant Religioſi per ſua ſuffragia animas à purgatorio,pa.473.co.2.& 474.

Per indulgentiam plenariam per modum ſuffragij liberatur anima à purgatorio.pag.

475,col.2.in fine.& pa.476.col.1.
Non omnis indulgentia liberat animã â purgatorio,pa.478.col.1.
Missa dicta pro liberatione animæ purgatorij in certo altari non est necessarium vt dicatur in altari portatili,ibid.& col.2.

Liberi.

Conditio si sine liberis decesserit,cessat in ingrediente monasterium,pa.402.col.2.
Conditio si sine liberis decesserit est explicãda vt à religione nemo abstrahatur.

Libri.

Legentes libros prohibitos manent excommunicati.
Aliqui Prælati regulares extra has Hispaniarum regiones possunt dare licentiam viris doctis sui ordinis vt legant libros hæreticorum,pagina. 432.col.2.& pa.433. columna 1.
Libri facti à regularibus non possunt imprimi sine licentia superiorum & supremi senatus pa.520.col.1.& 2.
In impressionibus librorum cõsuetudo pronunciarum attenditur,ibib.
Priuilegia ad imprimendos libros religiosis concessa monasterio acquirũtur,pa.521.
Non est contra regulam Fratrum priuilegia mediante Syndico ad imprimẽdum libros procurare,ibid.
In impressionibus librorum caute debẽt procedere Fratres Minores,pa.522.& 523.& 524.& 525.
Priuilegium ad imprimendum librum factũ Fratri Minori explicatur,pag.522.col.2.
Non est licitum fratribus Minoribus petere pecunias mutuatas ad imprimẽdos libros ibi.col.2.
Fratres Minores non possunt vendere libros ibi.col.2.
Negatio circa libros fratribus Minoribus est prohibita,pa.524.col.1.
Syndicus Apostolicus nõ potest pœnam apposita contra imprimentes libros fratrũ Minorum petere,pa.526.co.1.& 2.
Libri non sunt ex Bibliothecis extrahendi sine licentia Prælati,pa.611.& 612.&613 & 614.

Lis.

Lis inchoata à laico coram Iudice sæculari debet finiri eo mortuo coram ipsoetiam si monasterium ei succedat,pag.324.col.2. & p.325.col.1.
Sola mandati productio non indicit litem, ibidem.
Litis pendentiam causat citatio,ibi.col.2.
Pendente lite nemo est priuandus titulo & possessione exemptionis,pa.335.col.2.

Literæ.

Literæ delatoriæ sine subscriptione non cau sant infamiam,pa.39.col.1.
Harum literarum auctor diligenter debet indagari,pa.40.col.1.
Literæ priuatæ faciunt fidem si ab scriptore recognoscantur,pa.63.col.1.
Literæ priuatæ habentur pro recognitis ad contumaciam scriptoris nolentis recognoscere,ibid.col.2.
Literæ debẽt recognosci cum alijs similibus literis ab scriptore faciendis,ibid.
Recognitionis sententia visis alijs literis ad scriptores peritiores pertinet,ibid.
Comparatio literarũm non inducit plenam probationem,ibid.
Iuramentum datum scriptori literarum supplet defectum probationis earum,ibid.
Scribens literas secreto ad Prælatum contra aliquos non est infamator,pa.125.col.2.
Literas obsignatas aperientes, & aduersario mittentes vel ostendentes incidunt in pœnam falsi,pa.137.col.2.& pa.128.
Non licet literas obsignatas aperire etiam ad propriam defensionem,pa.138.col.2.
Licet literas non tradere ad propriã defensionem,ibid.
Literas dantes procurandis officijs in ordine D.Hieronymi incidunt in excommunicationem,pa.280.col.2.
Religiosus potest accipere à Prælato bonorum administrationem,pa.282.col.2.

Loca.

Excommunicantur religiosi qui sine licẽtia Papæ noua loca ad habitandum recipiũt, mutant & alienant hactenus præcepta,pa. 216.col.2.& pa.217.col.1.

Ludus.

Non est licitum religiosis ludere ad aleas,p. 140.col.1.
Ecclesiastici & Religiosi ludentes sunt puniẽdi iuxta qualitatem culpæ ibi.col.2.
Iurans non ludere dans alteri pecuniam vt ludat est periurus,pa.141,col.1.

Lucrata in ludis à religioſis ſunt monaſterio reſtituenda,ibi.
Licentia Prælatorum data religioſis ad donãdum non intelligitur data ad ludendum, ibid. & col.2.

Luna.

Luna habet radios lugubres, ſol vero claros, pa.69.col.2.

M.

Maioratus.

CAuſæ maioratus & feudi habent in multis maximam ſimilitudinem. pa.317. col.1.
Super tenuta maioratus non debet extrahi clericus aut monachus à ſuo foro,ibi.
Monaſteria ſuccedunt in maioratu non tamen in Ducatu aut Marchionatu,pag.411 col.1.
Cõmendatarij milites poſſunt abſolutè in maioratu ſuccedere,pa.412.col.1.
Fratres minores non poſſunt in maioratu ſuccedere,ibi.
Monaſteria poſſunt in maioratu non habente annexam iuriſdictionem temporalem ſuccedere,ibi.co.2.
Nouitius poteſt in maioratu ſuccedere,ibid.
Mortuo religioſo ratione cuius in maioratu ſucceditur,reuertitur maioratus ad primo vocatum,ibid.
Succeſsio in maioratu eſt ex vocatione primi inſtitutoris,pa.413.co.1.& 2.
In Inſtitutione maioratus poteſt excludi monaſterium niſi maioratus fundetur ex tertio & quinto,ibid.
Monaſterium ſuccedere in maioratu habente iuriſdictionem temporalé eſt verior opinio,ibi.& pag.414.& 415.& 416.
Regula communis concedens ſucceſsionem maioratus monaſterijs non apponit exceptionem .pa.414.co.1.
Maioratus cum iuriſdictione nõ eſt proprie dignitas,ſed dignitas minor,pag.416.columna.1.
Monachus ſuccedens in maioratu conſeruat familiæ dignitatem,pa.417.col.1.
Priuatio maioratus non inducitur niſi per iuraclara,p.418.co.1.
Monachi poſſunt conſeruare iura & inſignia maioratus,ibi.
In maioratu â fœmina inſtituto fœmina non cenſetur excluſa,pa.419.co.1.
Maioratus non cenſetur renunciatus in generali renunciatione ſucceſsionis,ibi.columna 1.
Maioratus ſtatim mortuo poſſeſſore in ſequẽtem gradum tranſit ipſo iure,pa.421.columna 1.

Maledicus.

Maledicus cõdemnatur vt cantet palinodiã, pa.125.col.2.
Sacerdos & maledici Regulares non debent obligari vt dicant ſe fuiſſe mentitos,ibi.& pag.126.co.1.
Maledici in religionibus peſtis graſſabilis, ibid.co.2.
Clericus maledicus degradatur,ibid.col.2.
Seditio aduerſus Magiſtratus,& Prælatos grauior eſt,ibid.
Maledicens de Rege eſt grauiter puniendus pa.129.co.1.& 2.&pa.130.
Religioſus maledicens de Rege grauiter puniendus à ſuo Prælato.ibid.

Malum.

Malum pro malo reddi non debet,pa.40.columna.2.
Non ſunt facienda mala vt veniant bona, pa. 150.co.2.

Manus violenta.

Manus violenta in Prælatum aut in magiſtratum graue crimen capitale, pag.132.col.1.
Monachus manus grauiter injiciens in Vicarium conuentus in Guardianum & in Deſinitorem Prouinciæ grauiter puniendus, ibid.col.1.& 2.

Marchionatus.

Marchionatus eſt dignitas regalis & feudum intitulatum,pa.416.col.1.

Matricula.

Miles non inuentus in matricula pro priuato habetur,pa.320.col.1.

Matrimonium.

Ad matrimonium contrahendum adeſſe debet libertas,pa.236.col.2.
Religioſus matrimonio aliquos copulans poteſt

teſt ſuſpendi ab Epiſcopo, pag.336. col.2.
Matrimonium in articulo mortis contractum operatur legitimationem filiorum, pa.403 co.1.&.2.
Qui contraxit matrimonium cum multis in infidelitate poſt conuerſionem poteſt alijs ommiſsis cum vna contrahere, p.493. co.1
Diſpenſatio facta alicui vt poſsit contrahere matrimonium cum conſanguinea eſt facta conſanguineæ, pa.590.co.1.

Medicus.

Quod medicorum eſt proprium pertractent medici, pa.104.co.2.
Religioſi poſſunt medicari infirmos, pa.514. col.2.
Medicus monaſterij poteſt admitti tempore interdicti, pa.568.co.2.

Medium.

Medium in virtute ſummum & ſecũdum rẽ & ſecundum proportionem, p.43.co.2.
In quibus virtutibus neceſſario ad medium ſecundum proportionem eſt recurrendum ibid.

Mendacium.

Mendacium eſt intrinſece malum, pag.153. colu.1.

Mendicantes.

Mendicantes regulares ſunt motorie exẽpti, pag.333.col.2.
Mendicantes regulares ſunt in duplici differentia, pa.590.co.2.
Fratres Minores ſunt mendicantes ſecundũ regulam, ibid.
Fratres Prædicatores ſunt mendicantes ſecundum conſtitutiones, ibi.
Medicantes præter Minores poſſunt capere ex teſtamento, ibid.& p.591.co.1.

Mens.

Mens diſponentis eſt maximè conſideranda, pa.533.co.1.

Minima.

Minima & exigua non veniunt in conſiderationem, pa.67.co.1.
In minimis & exiguis non præſumitur iudex aliquod falſum aſſerere, ibi.co.2.
Res minima non viciat contractum, pag.133. col.1.
In minimis non debent Prælati eſſe nimis rigoroſi, ibi.
Leges rigoroſæ non habent locũ in minimis ibid.
De minimis non eſt multum conſiderandũ, pa.195.columna 1.

Miniſtri iuſtitiæ.

Religioſi extrahentes delinquentes à manibus iuſtitiæ non debent ita grauiter puniri ſicut laici, pa.129.co.1.

Miſſa.

Qui celebrat Miſſam cum non ſit ſacerdos grauiter punitur, p.116.co.1.& 2.
Religioſi celebrãtes Miſſam ſine ordine preſbyteratus ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis puniuntur, p.117.co.1.& 2.
Omnes Miſſæ ſunt æqualis valoris quo ad valorem quem ex opere operato operatur, pa.478.co.2.

Mobilia.

Mobilia & immobilia proprie tangit & palpari poſſunt. p.599.co.2.

Monachus.

Monachi nomen ſolitarium, triſtevẽ ſignificat. pa.106.co.2.
Monachus non præſupponit clericatum neque ſufficientiam ad ordines, pa.231.co.1.
Laico oportet conferri Monachatus. ibi.
Monachi in multis æquiparantur Canonicis regularibus, ibid.
Monachi vitam cæperunt agere ſeparati ab hominum conſortio p.326.co.2.
Monachi cæperunt poſtea in cœnobijs ſub vno Abbate ſe congregare, ibid.
Monachi antiquitus clauſuram ſtrictiſsimã ſeruant, ibi.
Monachi in vnum collecti non poterant Ordinarium ſibi iudicem conſtituere, ibi.
Monachi ſemper fuerunt in poteſtate Abbatis in his quæ pertinent ad regularia, pag. 427.co.1.
Monachus mortuus eſt mundo. p.417.co.2.
Monachi poſſunt conſeruare iura maioratus, pa.418.col.1.

Cum

Cum monacho tranſlato ad aliud monaſterium non ſemper tranſeunt bona. pagina 421. columna. 2.
Monachus ſe & ſua transfert in monaſteriũ. pagina. 485. columna. 2.
Nihil debet committi monacho vt agatinui to Prælato. ibidem.
Monachus nihil habet ſed totum eſt monaſterij. pagina. 591. col. 1.
Monacho nihil poteſt legari quod non quæratur monaſterio. ibidem.
Quicquid habet Monachus eſt monaſterij. pagina. 592. col. 2.

Monaſteria.

Monaſteria de vno loco ad alium poſſunt transferri ſine licentia Ordinarij. pag. 210 columna. 2. & pag. 211.
Non debent transferri niſi ſaluo iure patronatus. pag. 215. col. 1.
In quacũque prouincia Minorum aliqua monaſteria recollecta debent haberi. pag. 217 columna. 2. & pag. 218.
Monaſteria ſunt in Epiſcopi territorio. pag. 293. columna. 1.
Monaſterium poteſt reconueniri coram iudice ſeculari. pag. 317. col. 2.
Monaſterium comparatur filio per iuriſdictionem. pag. 402 col. 2.
Inſtitutis monaſterijs virorum & mulierum monaſterium mulierũ debet prę ferri. pagina. 404 col. 2.
Monaſteria ſuccedunt in maioratu, non tamen in Ducatu &c. pag. 411. col. 1.
Monaſteria. vaſſallorum & iuriſdictionum ſunt capacia pa. 414. col. 2. & pa. 415. co. 1.
Monaſteria habẽtia bona in communi ea infeudare poſſunt. ibidem.
Monaſteria non poſſunt habere iuriſdictionem criminalem exercendam per perſonas ipſorum pag. 416. col. 2.
Legatum relictum pro monaſterio cõſtruendo in certo loco inquo fieri nõ poteſt, poteſt autoritate Epiſcopi, & teſtamentarij in alio loco conſtrui. pag. 596. col. 1.

Moniales.

Moniales poſſunt eſſe teſtes contra alias moniales. pag. 57. co. 1
Ad ingrediendum monaſteria monialium ſubiectarum Prælatis regularibus eorum & non Epiſcopi autoritas ſolũ requiritur. pag. 197. columna. 1.
Cenſus conſtituti pro monialibus ratione alimentorum amittuntur. ibid. col. 2.
Non poſſunt recipi plures Moniales quam poſſunt ali à monaſterijs. pag. 199. col. 1.
Monaſteria monialium debent prouideri de Abbatijs Monialium eiuſdem ordinis. pag. 250. col. 2.
Moniales ſunt ſolum profeſſæ ſolemniter in congregatione viuentes. pag. 269. col. 2. & pagina. 270. col. 1.
Moniales ſubiectæ Prælatis regularibus ſunt exemptæ à iuriſdictione ordinariorum. pag. 331. co. 2. & p. 334. co. 1.
Moniales gaudent priuilegijs religioſorum ibidem. & pag. 566. col. 1. & 2.
Monialis ſine licẽtia legitima nõ poteſt exire à monaſterio. pag. 336. col. 2.
Monialium monaſterium debet in inſtitutioi ne præferri monaſterio virorum. pagina. 404. col. 2.
Cum moniali iuſtè trãſlata ad aliud monaſterium debet transferri dos pag. 422. co. 1.

Mulieres.

Mulieres ad teſtimonium ferẽdum non ſunt aptæ. pag. 57. col. 1.
Mulieres ſolent verba faciliter proferre. pag 74. columna. 1.
Mulier perdit vſumfructũ à marito legatum. ſi ad ſecundas nuptias non tranſierit, quæ tranſiuit. pag. 164. col. 2.

Munus.

Munus ſuum vnuſquiſque exequitur. pag. 169. col. 1. & 177. col. 1.

N.

Naturalis.

NAturalis regni eſt qui in eo natus eſt, aut ineo domicilij acquiſiuit. pa. 251. columna. 1.

Neceſsitas.

Neceſsitas caret lege. pag. 338 col. 2.

Nihil.

Nihil & inutile in iure æquiparãtur. pa. 421. columna 2.

Notarius.

Notarius debet neceſſario ſcribi in actu proceſſus. pa. 94. co. 2. & 66.

Notarij religionum magis ſecreti quam aliorum tribunalium.pag.121.col.1.

Notorium.

Notorium eſt quod nulla tergiuerſatione celari poteſt.pag.35.col.2.
Notorium eſt triplex, ſcilicet,facti, iuris, & ex iuris præſumptione,ibi.
Notorium eſt quod ſcitur à maiori parte vicinitatis.pag.36..col.1.
Non omne publicum eſt notorium.ibi.
Idem eſt notorium quod manifeſtum.ibi

Nouitius.

Nouitius delinquens poteſt corrigi à iudice Eccleſiaſtico.pag.19.col.2.
Nouitij bona ante ingreſſum ſunt laicalia.pagina 193.col.2.
Nouitius delinquens non poteſt puniri á iudice ſæculari.pag.320.col.1.
Nouitij hæreditas pertinet ſuccedẽtibus ab inteſtato.pag.404.col.2. & pag.423.columna.1.
Bona oblata â nouitio monaſterio, etiam ſi non profiteatur,remanẽt apud ipſum monaſterium.ibi.
Nouitius in receptione habitus & in profeſſione conſequitur indulgentiam plenariá. pag.443.

O.

Oblati.

OBlati ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ.pag. 587 columna.2.

Oblatio.

Curati non poſſunt impedire ne in Eccleſijs fratrum ipſis fratribus à fidelibus aliquid tribuatur. pag.287.co.2: & pag.288.columna.1.
Illicitum eſt impedire, ne oblationes ad Eccleſias fratrum adducantur.ibi

Obedientia.

Obedientia impoſita à prælatis non obligat in minimis ad peccatum mortale.pag. 84 columna.2.
Obediendum eſt præcepto ſuperioris ſiue iuſto,ſiue iniuſto.pag.101.co.1&.2.
Subditus tenetur obedire Prælato ſecundũ regulam præcipienti. pag.105.col.1.
Obediendum eſt ſuperioribus in his quæ ſecundum Deum fieri poſſunt.pagina. 171 columna.2.
Omnes tenentur obedire ſuo modo.pagina 313.columna.2.
Regulares extra clauſtra in ſeruitijs Principum aſsiſtentes ſunt ſub obedientia ſuorum Prælatorum pa.246.columna 1.
Obedientia à Ioanne Vigeſimo ſecundo maxime commendatur, pagina. 391. & pagina.392.
Obediens non debet eſſe peioris conditionis quam inobediens,pa.588.co.2.

Obligatio.

Neque Deus,neque Eccleſia vult nos ad impoſsibile,& nimis difficile obligare,p,180 co.1.
Ad aliqua difficilia cum periculo mortis obligamur,ibi.co.2.
Non obligat lex ad aliquid ita vt ex eius obſeruatione fatuus appareat,ibid.
Non obligamur ad aliquid faciendum cum ſcandalo,ibi.

Occaſio.

Occaſio eſt tollenda vt vitia extirpentur,pa. 107.co.1.
Qui dat occaſionem damni, damnum dediſſe videtur,pa.150.co.2.
Homo quærit ſæpius occaſionem ad calumniandum, pag.180.col.1.

Officia Ordinis.

Non poteſt Religioſus priuari officio niſi propter graue crimen,pa.110.co.1.
Pæna priuationis officij ordinis non eſt neceſſarium,quod exprimatur in iure,ibi,& pa.143.col.1.
Officia religionum non ſunt ad modum beneficiorum eccleſiaſticorum,imo cõparantur beneficijs manualibus,ibid.co.2.
In religione Ciſtertij ſunt diuerſa officia, ibid,pa.111.co.1.
Facilius priuantur religioſi ſuis officijs quam clericus ſuis beneficijs,pa,242.col.2.
Officia debent confetri inuitis,pa.273.co.2
Procurantes officia extra ordinem in graues pœnas incidunt,pa.275.co.2.& pa.276.& 277.& 278.& 279.& 280.

Pro-

Procurantes officia per literas pœnitẽtia ducti non vtentes dictis literis non incidunt in præfatas pœnas. pag. 279. col. 2.

Officia diuina.

Officia Sanctorum debent recitari ſeruata forma breuiarij reformati. pag. 372.
Non omnia quæ continentur in breuiario & miſſali ſunt officia diuina. pag. 538. col. 2.

Omiſſum.

Quod verbis non exprimitur omiſſum intelligitur. pag. 419. col. 2.

Oratoria.

Oratoria & altaria poſſunt fieri in grangijs monaſteriorum. pa. 388. col. 2. & 389. in quibus poteſt Miſſa celebrari. ibi.

Orare.

Non eſt licitum pro peccatore deſinere orare. pag. 45. col. 1.
Oratio eſt ſpirituale ſubſidium. ibi.
Vult Deus orari pro peccatoribus. pag. 150 columna 2.
Pro peccatoribus nolentibus recedere à peccatis non vult Deus orari. ibi.
Oratio antequâm quidquam agatur premit tenda. pag. 241. col. 2. & 242.

Ordinarius.

Ordinarius eſt Epiſcopus, Abbas exemptus Archiepiſcopus. pag. 331. col. 1.

Ordo.

Ordo Eccleſiaſticus ſine fraude ſuſceptus liberat à iuriſdictione ſæculari. pagina. 10 columna. 1.
In Luſitania ordo Eccleſiaſticus etiã in fraudem ſuſceptus liberat à iuriſdictione ſæculari reſpectu criminalium. ibi.
Ordines minores liberant à iuriſdictione ſęculari. ibi.
Ordo Eccleſiaſticus in fraudẽ ſuſceptus non liberat de iure communi à iuriſdictione ſæculari. ibi. col. 2.
Diuinis mancipati officijs & præbendati debẽt ordinibus ſacris inſigniri. pag. 231. columna 2.
Iuniores in religione non debent ſtatim ordinibus ſacris inſigniri. pag. 232. col. 1. & 2.

Ornamentum.

Ornamenta Eccleſiaſtica fratrum minorum debent eſſe paupertati accommodata. pagina 524. col. 2.
Ornamẽta eccleſiaſtica non poſſunt tãgi à laicis. pag. 587. colum. 2. & pag. 588. col. 1.

Oua.

In eſu ouorum in quadrageſima poſſunt prælati cum ſuis ſubditis diſpenſare. pa. 498. col. 1. & 2.
Abſtinentia ab ouis & lacticinijs aliquando regularibus obligatoria. pag. 512.

P.

Pœnitentiæ.

DEus peccata hominum diſſimulat propter pœnitentiam. pa. 150. co. 2.
Pro quocũq; peccato graui imponebãtur olim ſeptem anni pœnitentiæ. pa. 489. col. 2.
Pœnitentiæ ſacramentum ſingularis medicina. pag. 114. col. 2.
Grauiter ab *I*nquiſitoribus puniuntur ſacramentum pœnitentiæ maculantes. ibi.

Papa.

Papæ tenentur omnes iure diuino obedire. pag. 327. col. 2.
Papa inuito prelatus non aſſumit ſocium regularem. pag. 337. col. 2.
Papa habet poteſtatem ad diſpenſandum de communi theſauro indulgentiarum. pag. 473. col. 1.
Papa in principio ſuæ creationis reuocat gratias expectatiuas, & indulta beneficiaria. pag. 486. col. 2.
Papa cum primum eſt electus efficitur ſuperior omnium ipſo iure. pag. 590, col. 1.
Monachus electus Papa ſine licentia prelati poteſt acceptare. pag. 589. col. 2.
Papa cenſetur portare iura in ſcrinio pectoris ſui. pag. 133. col. 1.
Papa habet poteſtatem ſuper temporalia in ordine ad ſpiritualia. pa. 193. col. 1. & 2. & pa. 311. & 312. & 313.
Papa coronat Imperatores. pag. 312. col. 1.

Papa vt Papa conſecratur, & vt Rex corona tur. ibi.
Pedes Papæ ab Imperatoribus, & Regibus oſculantur. ibi.
Magna Papæ poteſtas. ibi. col. 2.
Non ſine cauſa Summus Pontifex Rex ſæculi appellatur. ibi.

Par.

Par in parem non habet autoritatem. pagina 392. col. 2.

Parens.

Ad ſubueniendum parentibus poteſt filius exire extra religionem cum licentia prælatorum. pag. 284. col. 1. & pag. 285.
Præceptum de ſubueniendis parentibus non obligat filium niſi ſecundum ſui ſtatus metas. ibi col. 1.
Prælatus poteſt præcipere ſubdito, ne pro ſubueniēdis parentibus eleemoſynam extra clauſtra petat. ibi.
Pater poteſt vendere filium pro neceſsitate famis. pag. 283. & 284. col. 2

Parochiani. Parochus.

Parochiani vt plurimum ſuum ſequuntur parochum. pag. 39. col. 1.
Parochus non reſidens neque recitans horas canonicas non facit fructus ſuos. pa. 164 columna. 2.
Parochiales Eccleſię annexæ monaſterijs tenentur ad caritatiuum ſubſidium. pagina 349. col. 1. & 2.
Regulares per ſua priuilegia nō poſſunt præiudicare parochialibus Eccleſijs in decimis & primitijs. pag. 390. col. 2.

Participans.

Participans de aliquibus cenſetur eſſe de natura alius extranei, cui magis aſsimilatur. pag. 346. col. 1.

Paruitas.

Paruitas rei in quacunque materia excuſat. pag. 67. col. 1

Paruulus.

Pro paruulis baptizatis offert Eccleſia ſuffragia. pag. 477. col. 1.

Patronus.

Vbi conſtat de expreſſa nominatione patroni ab ea non eſt recedendum. pagina 585. columna. 1.
Nominatio Monachi in patronum etiam cō tradicente Prælato eſt nulla talis conditio tanquam impoſsibilis. ibidem. col. 2.
Patroni non poſſunt præſentare niſi dignos pagina. 586. colum. 1.
Patronus habens ius præſentandi, habet ius poſſeſſoris. pag. 269. columna. 1.
Per multos annos acquirit patronus ius præſentandi. pag. 269. col. 2.

Pauperas.

Paupertatis votum Deo maxime acceptum, pag. 209. col. 2.
Nimia paupertas mala intulit Eccleſiæ. pagina. 375. co. 2.
In pauperis appellatione veniunt, qui pauperibus inſeruiunt. pag. 354. col. 1.
Inſtitutis duobus pauperibus, pauperior debet præferri. pag. 404. col. 2.
Non peccat mortaliter monachus, qui trāſgreditur ſuam regulam cum diſpenſatione, aut conſuetudine immemoriali. pagina 551. columna. 1. pag. 552. 553. co. 1.

Pax.

Pax in Republica prætenditur. pagina. 2. columna. 1.

Peccata.

Aliqua peccata à legibus diſsimulantur. pagina. 2. col. 1
Peccata publica publice ſunt corripienda. pagina. 27. co. 1.
Non paſsim peccata ſunt diſsimulanda, ſed punienda. pag. 29. co. 1.
Peccata diſsimulata paternaliter ſecreto debent corrigi. ibidem.
Peccata contra rempublicam ſunt per quæ delinquentes principaliter Reip. damnum intendunt. pag. 30. co. 1.
Peccatum eſt contra Remp. furtum publici ærarij, homicidium alicuius hominis eminentis, ſubornatio in electionibus. ibidem
Non eſt peccatum contra Rep. crimen nefandum. ibidem.
Peccata religioſi ſunt præcauenda, quia multum

tum nocent,pa.37.co.1.
Peccata in damnum alicuius impedire ex charitate obligamur.p.45.co.1.
Reuelatio peccatorum coram Prælatis egrefertur à ſubditis,46.co.2.
Peccata puniri iure ſeruato eſt neceſſe, pag. 153.col.2.
Peccatum non eſt in eo quod faceret ſi tentaretur,ſed in eo quod actu fit,pa.413.co.1.
Peccatum non eſt transgreſsio legis virtute diſpenſationis,pag.551co.1.
Pæna peccati originalis ſuſpenditur licet ipſum originale maneat,pa.576.co.1.

Pæna.

Nulla pæna iuris incurritur niſi ipſo iure exprimatur,pag.12.co.1.
Pænæ eccleſiaſticæ ordinantur in bonum publicum,pa.29.co.1.
Pæna talionis in aliquibus non obſeruatur, pa.43.co.2.
Pæna talionis debet compenſari ſecundum qualitates accuſatoris & accuſati,ibi.
Pænæ ſunt imponendæ iuxta decretum canonicum,p.97.co.1.
Pænæ poſſunt moderari iuſta cauſa exiſtente ibidem.
Pænæ etiam poſſunt moderari à iudicibus inferioribus,ibid.& p.152.co.2.
Quando ex cauſa pænæ moderãtur debet in ſententia cauſa aſsignari,ibi.
Pænæ debent regulari ſecundum ius, pa.98. colu.2.
In arbitrandis pænis plura debet iudex conſiderare,ibi.
Pæna arbitraria poteſt extendi vſque ad pœnam mortis,incluſiue,pa.102.
Pænæ ſanguinis & mortis correſpondet in religionibus pæna expulſionis à religione,p. 102.co.2.
In pænis infligendis debet attendi conſuetudo,ibi.
Iudex excedens pænam ſolitam dicitur grauare partem,pa.103.co.1.
Longe minor pæna eſt ſtatim mori quã diu affligi ſine ſpe ſalutis,p.104.co.1.
Pæna non ita debet poni vt per eam vita nimis attenuetur,pa.14.co.2.& pa.105.co.co.1.
Nemo tenetur adſoluendam ante quam condemnetur,ibid.co.2.
Pæna iniuſta in foro conſcientiæ non eſt ſubeunda,pa.106.co.1.
Illicitum eſt petere vt tota pæna remittatur delinquenti,pa.149.co.1.
Iudex poteſt imminuere pænam, pagi.150. col.1.
Iuſta cauſa ad moderandam pænam erit ignorantia,aut merita delinquentis,pagina.152 col.2.
Poſt ſententiam tenetur reus ſubire pænam, pag.154.co.2.
Non tenetur reus ſubire pænam,quæ à miniſtris iuſtitiæ poteſt cõmodius inferri,ibid.
Condemnatus ad auſteram pœnitentiam tenetur conſentire in hanc pœnam,quam miniſtris iuſtitiæ inferre tenentur,pa.154.columna.2.& 155.co.1
Miniſtri iuſtitiæ in inferendis pœnis non debent eſſe nimis indulgentes,ibi.
Pœnæ Canonicæ non comprehendunt ignorantes.pa.28.co.1.
Pæna non debet irrogari niſi in caſibus à iure expreſſis,p.414.co.2.

Percutere.

Percutiens iudicem collateralẽ Regis & eius conſiliarium capite punitur,pa.132.col.2.
Statutũ factum contra percutientem non habet locum in percuſſione parua, pagi.133. col.1.

Periculum

Vbi maius periculum,ibi cautius agendum, pa.61.co.1.

Permittere.

Dum aliquid permittitur cẽſetur permiſſum illi annexum.543.co.1.

Perpetuum.

Quod poteſt eſſe perpetuum,perpetuũ cenſetur,pa.112.co.2.

Perſonæ eccleſiaſticæ.

Perſonæ annexæ ordini perſedem Apoſtolicam approbato ſunt eccleſiaſticæ,p.345. col.2.
Conuerſi dicuntur perſonę eccleſiaſticę,ibi.
Profitens in manu Epiſcopi religionem approbatam eſt perſona eccleſiaſtica,ibi.

Poſsidere.

Melior eſt conditio poſsidentis,p.36.col.2.

Non

Nō debet permitti vt agatur de iuris proprietatibus donec poſſeſſorium finiatur, pagina.269.co.1.

Poſtulare.

Nonpoſſunt poſtulare Canonici regulares. pag.57.columna.2.

Poteſtas.

Poteſtas eccleſiaſtica non ſe extenditabſolute ad temporalia pag.211.& 312.
Non eſt poteſtas niſi à Deo pag.313.col.2.
Eccleſia habet poteſtatem temporalem in habitu.pagi.314.col.1.
Tota poteſtas monachorū reſpectu eſt apud Abbatem.pag.326.col.2.
Tota poteſtas ordinaria in ſua diœceſi ad Epiſcopum pertinet.pag.326.co.2.
Poteſtas ordinaria non poteſt ab Epiſcopis auferri.ibidem
Secundum ius Canonicum nō tota poteſtas Epiſcoporum circa regulares eſt adempta ibid.col.2.
Publica poteſtas non poteſt conferri à priuatis.ibidem & pag.327.col.1.

Præceptum.

Id quod reſpondiſſet legislator ſi eſſet interrogatus non imponit præceptū obligans ad mortale.pag.413.col.1.
Præcepta regulæ fratrum Minorum ſecundum aliquos ſunt vota.pag.505.col.1.

Prædicare.

Poſſunt Correctores ciuitatū compellere vt in feſtiuitatibus principalibus prædicetur pag.323.col.1.& 2.
Contradicente Vicario foraneo compellēte Correctore poſsit Fratres Minores in Eccleſijs prædicare. pag.324.col.1.
Prædicare non poſſunt regulares ſine licentia Epiſcopi.pag.336.col.2.

Prælatus.

Prælatus inferior non habet poteſtatem in eos qui non ſunt ſui collegij.pag.16.col.1
Prælati regulares ſunt iudices regularium. ibidem.
Prælati partiales multorum malorum ſunt cauſa.pag.2. col.2.
Prælati debent particulares amicitias vitare. pag.3.col.1.
Prælati debent vitare adulatores,& garrulos ibidem.
Prælati debent ſeruare ſecretum.ibidem.co lumna.2.
Prælati non debent eſſe inexorabiles.pagina 25.col.1.
Prælati non debent eſſe aſperi & minaces ibidem.& pag.6.col.1.
Prælati ab iracundia & verbis inordinatis debent eſſe alieni.ibidem.& col.2.
Prælati debent eſſe ſeueri quando oportet, ibidem.
Prælati debent eſſe inverbis graues. ibidem.
Prælati non debent eſſe nimis creduli. pag. 27.co.2.
Prælati in dubio debent definitiue habere bonam ſuorum ſubditorum opinionem. pag.31.col.2.
Prælati non debent maleuolis & detractoribus libenter aures accommodare. pa. 38. columna.2.
Prælati qui quærunt timeri verberibus magis quam verbis deponendi.pa.96.col.2.
Prælatorum proprium eſt vitia ſubditorum redarguere.ibidem.
Prælati regulares habent Apoſtolicæ ſolicitudinis commiſsionem.ibid.
Prælati regulares obligantur ſeruare decreta canonica.pag.97.col.1.
Prælatorum ignauia, & tepiditas multorum malorum cauſa.pag.98.col.1.
Prælati in Ordine Mendicātium habent dignitatem.112.col.2.
Prælati debent reuereri à ſubditis.p.131.co.2
Proprium Prælatorum eſt arguere ſubditos. pag.146.col.2.
Prælati debent arguere ſubditos cum ſuauitate.pag.147.
Prælatus vt paſtor debet maxime curare de ouibus.pag.250.col.1.
Quælibet congregatio ſuum debet habere Prælatum.ibidem.col.2.
Prælati in his quæ pertinent ad ſuum officiū non poſſunt allegare ignorantiam.pagina. 378.col.2.
Prælatiæ non ſunt appetendæ,imo aliquando fugiendæ.pag.271.col.1.
Prælati regulares in aliquibus religionibus non ſunt perpetui.pag.382.co.2.
Prælati tenentur prouidere ſubditis in ſuis neceſsitatibus temporalibus.p.383.col.1

Præſcribere.

Crimina non præſcribuntur.pa.33.col.1.
Accuſatio criminalis iure ciuili præſcribitur.ibidem.
Poſt annū præſcribitur actio iniuriarū ibi.

Laici poſſunt præſcribere ius ſpirituale percipendi decimas, pa. 157. col. 1.
Præſcriptio exemptionis debet probari, pa 332. col. 2.
Contra Papam non præſcribitur niſi per centum annos, pa. 336. col. 1.

Præſentare.

Præſentari non poſſunt ad dignitates & beneficia niſi digni, pa. 586. col. 1.

Præſumptio.

Violentæ præſumptiones ſufficiunt in crimi nibus quæ occulte committuntur, pa, 62. col. 2.
Semel malus ſemper præſumitur malus, ibid.
Præſumptio purgatur per perſeuerantiam in bonis operibus, ibi. col. 2.
Condemnatus quod furtum commiſit non præſumitur cætera commiſiſſe, ibid.
Talis quis præſumitur qualis ante fuerit, pa. 83. col. 1.
Præſumptiones bonæ aliquando recipiunt probationem in contrarium, pa. 83. col. 1.
Præſumptio violenta non ſufficit ad imponendam pænam ordinariam, pa. 95. col. 1.

Princeps.

Aliqui principes particulares amicos habuerunt, pa 3. col. 2.
Princeps non poteſt contra ius naturale venire, pa. 80. col. 2.
Princeps & Rex negligẽs poteſt à regno priuari, pa. 143, col. 2.
Principes non debent conſentire delinquentes manere impunitos, ps. 316. col. 2.
Principes & eorum Miniſtri poſſunt cõpellere etiam eccleſiaſticos vt Concilij Tridẽtini decreta obſeruentur, pa. 374. col. 1.
Princeps in dubio nõ præſumitur tollere ius tertij, pa. 328. col. 1.
Princeps non præſumitur concedere aliquid cum prẽiudicio alterius, pa. 589. col. 1.
Princeps non poteſt concedere aliquid cum præiudicio alterius, ibid.

Prior.

Prior conuentualis electus ſtatim confirmatur, pa. 260. col. 1.

Priuatio.

Succeſsionũ priuatio non debet admitti niſi per vulgaria iura, pa. 414. col. 1.

Priuilegium.

Priuilegia debent intra ſuos limites contineri, pa. 11. col. 2.
Pro religionibus cõceſſa & decreta extẽdun tur ad religiones militares, pa. 15. col. 2.
Priuilegij intentio debet regulari ſecundum intentionem legis, pa. 24. col. 1.
Pontifex per ſuum priuilegium nenimi cenſetur facere iniuriam, pa. 225. col. 1.
Priuilegium ſatis eſt quod aliquid operetur pa. 272. col. 2.
Priuilegia non conceduntur cum magno tertij nocumento, pa. 310. col. 1.
Priuilegiatus non gaudet priuilegio contra pariter priuilegiatum, pa. 320. col. 2.
Religioſi non tenentur exemptionis priuilegium allegare, pa. 322. col. 2.
Priuilegium infauorẽ religionis æqualis eſt iuri communi, pa. 317. col. 1.
Priuilegium licet late interpretari quatenus eius verba patiuntur, ibid.
Priuilegium in præiudicium tertij valet quãdo conſtat de mente concedentis, ibidem.
Inutile eſt priuilegium ſi nihil operetur etiã cum prẽiudicio tertij graui. ibid.
Priuilegium derogat iuri cõmuni, etiam ſi in eo non ponatur clauſula derogatoria, ibi.
Priuilegiũ in præiudiciũ tertij debet reſtringi, pa. 328. col. 1.
Priuilegium integraliter eſt oſtendendum in loco decenti, pa. 332. col. 2.
Priuilegium eſt oſtendendum intra terminũ competentem. ibid.
Pendente lite ſuper validitate priuilegij nõ debet quis priuari ſua poſſeſsione vel quaſi poſſeſsione, ibid.
Cum dubium eſt de intelligentia priuilegij ad Papam eſt deueniendum, pa. 333. col. 1.
Priuilegiorum regularium commiſſa eſt declaratio iuris peritis & denegata Ordinarijs. ibid. col. 2.
Pendente lite non eſt religioſus ſpoliandus poſſeſsione exemptionis, ibid.
Regulares mendicantes non tenentur oſtendere priuilegium exemptionis, ibi. colu. 2.
De priuilegio non debet fieri mentio ſpecialis vt ei derogetur, pa. 235. col. 1.
Priuilegium alicui conceſſum miniſtris conceſſum intelligitur, pa. 353. col. 2. & pagi. 354. col. 1.
Priuilegia magna reuocantur propter publicam vtilitatem, pa. 378. col. 2.
Priuilegia cõceduntur ſine prẽiudicio tertij pa. 422. col. 1.

Priuilegia aliqua proficiunt etiam exiſtenti bus in peccato mortali,pa.486.col.2.
Priuilegium vnius monaſterij communicatur eiuſdem ordinis Monaſterijs,pa.560. col.2.
Priuilegia debẽt ita interpretari vt non ſint inutilia,pa.559.col.1.

Probatio,probans.

Omnis virtus probationis arbitrio iudicis ponderatur,pa.53.col.1.
In cauſis criminalibus probationes debent eſſe euidentes,pa.61.colu.1.& 2.
Pro crimine etiam commiſſo leuiores probationes aliquando admittuntur, ibidem.
Contra hæreticos teſtes inhabiles admittuntur,ibi.
Probatio per coniecturas ſufficit in his quæ difficiliter probari non poſſunt,pag, 62. col.1.
Scriptura priuata facit priuationem, pa. 63. col.1 & 2.
Probatio ex coniecturis præcipuis aliquando admittitur,pa.99.col.1,

Proceſſiones.

Epiſcopus debet præcedere Prouinciali in proceſsione quæ intratintra terminos monaſterij ſui,pa.293.col.2.
Præcedentiæ in proceſsionibus reſpectu Regularium debent componi ab Epiſcopo, pa.337.col.1.

Proceſſus.

Proceſſus fulminatio pertinet ad vtilitatem publicam,pa.56.col.1.

Prodigus.

Prodigus non tenetur perquirere diuitias ab eo perditas vt pauperibus ſubueniat,p.45 col.2.

Prodere.

Delinquens non tenetur ſe prodere,pa. 27. col.1.

Profeſſio.

Profeſsio in religione poſt delictum commiſſum eſt nulla,pa.10.col.2.
Profeſsio facta poſt delictum cõmiſſum non liberat à iuriſdictione delinquentem,ibi.
Profeſsio non valet ante decimum ſextũ annum expletum,pa.15.col.2.
Profeſsio non irritatur,etiam ſi nouicius dicat habere ſe loco dotis hæreditatem quã re vera iam in matrem renunciauerat,pag. 207.col.2.& pa.208.
Profeſsio facta ab excommunicato valet,pa. 310.col.2.
Epiſcopi olim admittebãtur in monaſterijs ad profeſsionem,pa.326.col.1.
Profeſsio fidei eſt à Prælatis & prædicatoribus regularibus ſumenda,pa.367.col.2.
Profeſsio fidei eſt ſumenda à Doctoribus & magiſtris ante promotionẽ,pa.377.& 378.
Recipiẽtes prælatiæ & prædicationis ofucia aut Doctoratus vel Magiſterij gradus ſi non poſiteantur fidem intra terminum præfixum à iure incidunt in multas pænas ibidem.
Profeſsio in religione bonorum capaci non eſt mors ciuilis pa.417.col.2.

Prouinciales.

Prouinciales tenentur recurrere ad conſtitutiones generales deficiente iure Canonico & Ciuili in caſu,pa.97.col.1.
Prouinciales regulares habent iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem,pa.112.col.2.
Prouinciales Ordinum Minorum per ſcrutinium eligendi,pa.245.& pa.246.
Prouincialis Ordinum Minorum non eſt neceſſarium quod ſit de corpore capituli,pa. 249.col.1.
Prouinciales non decet quod ſint aliarũ Prouinciarum,ibid.
Prouinciales regulares habent iuriſdictionẽ in vtroque foro.pa.243,col.1.
Prouinciales regulares non habent territorium,ibid.

Prouiſio.

Generalis prouiſio non refertur ad ſpiritualiter prouiſa,pa.261.col.1.

Purgatorium.

Quidam Papa ſecundum aliquos eſt detinendus in purgatorio vſque ad diem iudicij, pa.490.col.2.
Pæna gurgatorij acerbiſsima,pa.490.col.1.
Acerbitas pœnarũ purgatorij vnius diei valet ad ſatisfactionem pænarum multorum dierum huius vitæ,ibi.col.2.

Purgatio canonica.

Prælati tenentur purgare ſuas congregationes à peccatis venialibus.pa.47.col.1.
Purgatio canonica eſt religioſis indicenda. pa.94.col.1.
Purgatus canonice debet ſtatim declarari innocens,pa.95.col.1.
Non purgatus debet puniri,ibidem.
Purgatio de hæreſi eſt oſtenſio innocentiæ obiecti criminis,p.432.col.1.

Q.

QVarta funeralis vide ſupra in verbo,Canonica portio.
Qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi,pa.402.col.1.

R.

Redditus.

NON poſſunt acquiri annui redditus fratribus Minoribus,pa.699.
Redditus monaſteriorum cõceſsi à Regibus debent exigi contra debitores laicos coram iudice ſæculari,pa.308.col.2.& p. 309.col.2.
Annui reddi tus inter bona immobilia computantur,pa.599.col.1.& 2.
Redditus hoſpitalis fundati autoritate Epiſcopi coram iudice eccleſiaſtico peti debet,pa.308.col.2.& 309.col.1.
Fratres Minores ſunt capaces annui redditus per viam eleemoſinæ,pa.600.& & 601.& 602.
Redditus monaſteriorũ poſſunt peti coram iudice conſeruatore,pa.309.col.1.
Annui redditus neque ad modicum tempus poſſunt relinqui Minoribus,pa.699.
Redditus annui relicti Monaſterijs Fratrum Minorum non poſſunt actione ciuili peti in iudicio,pa.350.col.1.
Annui redditus pro fabrica Eccleſiæ & pro neceſſarijs ad celebrationẽ miſſarum poſſunt legari Fratribus Minoribus,pa. 604. col.1.
Reformatio inuitis generalibus non poteſt fieri ſine authoritate Apoſtolica,pa. 381. & 382.
Regulares debent reformari iuxta præſcriptum ſuæ regulæ,ibid. & pa. 382.col.2.& pa.383.col.1.
Reformationis inſtitutio & compoſitio ad prælatos primo ſpectat,ibi.
Non poteſt fieri reformatio niſi prius prouideantur ſubditi in ſuis neceſsitatibus temporalibus.ibid.
Non poteſt fieri reformatio niſi tot tantum aſsignatis monachis quot poſſunt commode ſuſtentari pa.383.col.1.& 2.
Peccant Prælati non reformantes & reformationi contrauenientes,ibid.
Non tenẽtur Prælati ad reformandum ordinem iuxta primæuam inſtitutionẽ,ibi.
Reformatio paulatim eſt facienda,ibidem.& pa.384.
In reformatione multa prudentia & manſuetudine procedendum,ibid.

Regnum.

Monaſteria non poſſunt ſuccedere in regno neque in ducatu,pa.415.col.2.

Religioſus,religio.

Religioſus eſt minor omni clerico.pag.12. col.2.
Religioſis conceduntur indulta clericorum ibidem,
Religioſus enormiter delinquens non poteſt niſi poſtquam priuatur habitu à iudice ſæculari caſtigari,pa.12,col.1.& 2.
Religioſos delinquentes non poſſunt punire Epiſcopi,pa.12.col.2.
Niſi fuerint Prælati eorum negligẽtes in puniendo,ibid.pa.13.colu. 1. & 2.& pag.14. col.1.& 2.
Milites D.Ioãnis ſunt religioſi.pa.15.col.1.
Religioſus multum commodi ex animi tranquilitate adipiſcitur,pa.21.col.2.
Religioſus non debet mundanis rebus inuolui,pa.57.col.2.
Religioſus eſt mortuus mundo,ibid.
Religioſi non ſunt inuiſi laicis ſicut clerici, pa.59.col.1.
Solicitudo circa temporalia auocat religioſũ à Deo,pa.80.col.1.
Religioſi nõ ſolum ſæcularibus inſtitutis,ſed etiam factionibus Pontificalibus ſubſequi neceſſe eſt,pa.109.col.1.
Religioſus non habet velle neque nollẽ,pa. 100.col.2.

Non

Non eſt dignior cætus clericorum quam religioſorum,ibi.
Religioſus per profeſsionem dominium omnium bonorum patrimonialium perdidit pa.161.col.1.
Quicquid acquirit religioſus acquirit monaſterio,ibid.
Religioſus poteſt habere adminiſtratio nem bonorum,ibid.col.2.
Religioſi nihil poſſunt habere,pa.198.co.1.
Religioſi præcipue Fratres Minores ſunt peregrini in hoc ſæculo,pa.215.col.1.
Religionis ſcopus eſt charitas in Deum,pag.281.col.1.
Religio eſt bonum incommutabile,pa.289.col.2.
Religioſus ratione profeſsionis conſecratur Deo,pag.305.col.2.
Religioſus eſt quaſi ſeruus aut filius prælati pa.309.col.2.
Verbum religioſus ſumitur pro potiori ſignificato,id eſt,pro religioſis abſolute,pa.322.col.2.
Religioſi erant olim ſubiecti Epiſcopis,pag 326.col.1.
Tota religioſorum poteſtas eſt apud Abbatem,ibid.
Religioſi apud Abbatem ſunt indiſtincte accuſandi,ibi.col.2.
Religioſi ſunt liberi à lege diœceſani, non tamen omnes ſunt abſolute liberi à iuriſdictionis lege,pag.327.col.1.
Religioſi ſunt præſtantiſsimi coadiutores Epiſcoporum,pa.227.col.1.
Epiſcopi regulares exemptos trahebant inuitos ad ſua tribunalia,ibid.
Regulares ſunt immediate ſubiecti Papæ & legatis eius à latere,ibi.col.2.
Regulares modo nec etiam cumulatiue ſunt ſubiecti Epiſcopis.ibid.
Regulares ſubiecti Prælatis regularibus quietius viuunt,ibid.
Regulares mendicantes ſunt notorie exempti,pa.333.col.2.
Regulares inuitis Prælatis non poſſunt eſſe ſocij Epiſcoporum pa.437.col.1.
Regularis non poteſt habere quidquã proprij,pa.383.col.1.
Religioni Minorũ maxima eſt deuotio,fidelium,pa.400.col.2.
Statutum quod filia ingrediens non ſuccedat haud valet,pagina.401.col.2.& 402.colu.1.
Religioſus liberatur à patria poteſtate cum transeat in poteſtatem Abbatis pa.403.col.2.& pa.404.col.1.
Religioſus inſeruit ſeruitutequè ſpirituali,p.404.col.1.
Religioſus non patitur capitis diminutionẽ per tranſitum in poteſtatem Abbatis,ibid.
Per ingreſſum religionis Patris ſoluitur patria poteſtas,ibid.
Religio per diſpẽſationes multum relaxatur, pa.511.
Religioſus nõ debet eſſe ocioſus,p.522.co.1
Religioſus pro labore nõ debet quærere mercedem temporalem,ibidem.vide in verbo monachus.

Remittere delictum.

Licet aliquando Principi cõcedere remiſsionem delicti futuri.pa.151.col.1.
Reſcriptum remittens cum cauſa peccatum futurum non valet,ibid.
Remiſsio homicidij quando interficitur pater monachi pertinet ad monaſterium nõ ad filium,pa.151.col.2.
Ad ſolum Principem pertinet delictorum rẽmiſsio,pa.153.col.2.

Remuneratio.

Propter remunerationem multa concedun-tur,pa.188.col.1.
Remuneratio ad procuranda officia in ordine ſuſpecta de ſimonia,ibidem.

Renunciare.

Exemptioni non poteſt etiam indirecte in vna cauſa renunciari,pa.336 col.1.
Tacita renunciatio non præiudicat exemptioni regularium,pa.336.col.1.
Renunciare non cenſetur maioratum qui renunciat ſucceſsionem quamcunque, pag.419.col.2.
Renunciatio eſt ſtricte interpretanda, pagi.419.col.2.
Renuncians ſucceſsioni paternæ & maternæ non eſt prohibitus ſuccedere fratribus.pa.419.col.2.
Renunciatio generalis fidei commiſsi intelligitur de puris fidei commiſsis,pagi.420.col.1.
In renunciatione ampliſsima non venit feudum,pa.420.col.1.
Præſumpta renunciatio fidei commiſsi non officit minoribus ruſticis & mulieribus.

Foro ſuo ſine præiudicio alterius| poteſt qui libet renunciare, pa.269.col.1.

Reſcriptum.

Papa non cenſetur aliter reſcribere quam ſit conſuetum, pa.261.col.1.
Reſcriptum exemptionis regularium poteſt examinari ab ordinarijs, pa.348.col.2.
Reſcriptum ſine licentia Superiorum nō poteſt impetrari, pa.517.col.1.& 2.
In reſcripto ſoluitur impetrans â cenſuris, pa.518.col.1. &. 2.
In reſcripto nō abſoluitur impetrans ab omnibus cenſuris, ibid.& pa.159.
Si reſcriptum eſt nullum nō valet abſolutio â cenſuris.

Reſpublica.

Reipublicæ intereſt ne ſua re quis male vtatur, pa.405.col.1.

Reſtitutio.

Reſtitutio famæ & damnorum, non eſt imponenda illi qui accuſat ante correctionē fraternam, pa.47.col.2.
Pro modica re non datur in integrū reſtitutio, pa.133.col.1.
Qui eſt occaſio damni tenetur reſtituere, pa.150.col.2.

Reuerentia.

Maxima reuerentia etiam apud ethnicos Magiſtratibus irrogabatur, pa.131.colu.2.& pa.132.col.1.
A reuerentia debita Epiſcopis non liberātur regulares in aliquibus caſibus, pagin.335.col.2.

Reuocare.

Vt priuilegio derogetur non debet fieri de eo mentio ſpecialis, pa.335.col.1.
Cauſa poſita vt non cenſeatur derogatum priuilegium niſi de eo fiat mētio ſpecialis non ligat Pontifices ad non derogandum ibid.col.2.
Propter publicam vtilitatem multa & magna derogantur priuilegia, pa.37.col.1.

Reus.

Quomodo rei ſunt interrogandi arbitrio iudicis relinquitur, pa.82.col.2.
Rei ſunt benigne examinandi. ibid.
Rei non debent verbis contumelioſis tractari, ibid.
Rei non debēt interrogari niſi de neceſſarijs, ibidem.
De generalibus prius quā de particularibus rei ſunt interrogandi, ibid.
Rei non debent ſubtiliter interrogari, pagi. 83.col.1.
Reus interrogatus legitime ſtatim data copia iudicum, & proceſſus tenetur reſpondere, ibidem.
Reus legitime â iudice interrogatus quando eſt competens & contra eum eſt infamia & vnus ſaltim teſtis, pa.83.col.2.&pa.84. colu.1.
Reus legitime interrogatus in cauſis grauibus poteſt verbis æquiuocis celare veritatem, pa.83,col.1.& 2.
Reus legitime interrogatus non reſpondens habetur pro confeſſo, pa.83.& 84.
Quando dubitatur confeſſor, debet iudicare in fauorem rei vtrum legitime interrogetur, pa.84.col.1.
In petēdo manifeſtationem proceſſus rei debent eſſe cauti, ibid.
Reus legitime interrogatus obligatur reſpondere ſecundum mentem iudicis, ibid.
Non poteſt reus verbis æquiuocis celare veritatem in omnibus caſibus, pa.84.colu.2.
Reus de paruis interrogatus nō peccat mortaliter celando veritatem, ibid.
Reus de vno crimine indiciatus non poteſt de alijs diuerſis interrogari, pa.85.col.1.
Reus non tenetur confiteri delictum quod negauit ſi fuit condemnatus, ibid.& col.2
Reus poteſt interrogari de complicibus, pa. 85.col.1.
Reus legitime interrogatus de complicibus non eſt abſoluendus niſi eos manifeſtauerit, ibid.
Reus à carcere & vinculis ſolutus debet interrogari pa.87.col.1.

Rex.

Nullum ius diffinit quod ingrediēs monaſterium poſsit eſſe Rex, pa.415.col.2.
Rex eſt dignitas ſuprema, ibid.

Rogare.

Qui rogat potentior eſt quam qui conſulit, pa.150.col.1.& 2.

Rumor.

Rumor ſunt vanæ voces populi.pagina 99. columna.1.

S.

Sacerdos, Sacerdotium.

SAcerdotis dignitas eſt maior quã Angelica.pag.103.col.1.

Sacerdotis dignitas ſuperat dignitatem regalem.pa.125.col.2.

Maior eſt differẽtia inter imperium & ſacerdotium quam inter ſolem & lunam. ibid.

Honor ſacerdotis magis conſiſtit in patiendo propter Deum quam in actione iniuriarum agendo.pag.126.col.1.

Sacramenta.

Religioſi poſſunt adminiſtrare Sacramenta familiaribus.pa.354. co.1.

Sal.

Salis natura non eſt fructifera imo erodit & conſumit.pag.128.co.2.

Sanguis.

Quinimis emungit,elicit ſanguinem.pagina 383 co.1.

Religioſus non perdit ius ſanguinis.pa.411. columna.1.

Sanguinis diminutor Ordinarius religioſorum non gaudet priuilegio etiam tempore interdicti.pag.569 col.1.

Scientia.

Scientia eſt in rebus ſpeculatiuis. pagi.176. col.1.

Scientia indicat intellectum alicui rei per certas cauſas adhærere.ibid.

Scientiæ contrarium eſt neſcientia.ibidem.

Vnus quiſque debet habere ſcientiam de his quæ pertinent ad ſuum munus. pag.378. col.2.

Scrupulus.

Ad deponendum ſcrupulum recurrendum eſt ad doctos & timoratos.pa.180.col.2.& pag.181.col.1.

Sacrilegium.

Sacrilegium cum monialibus deteſtabile crimen, & maxime punibile.pag.121.col.2.

Moniales ſacrilegium hoc committentes in monaſterio recluduntur. ibidem.

Laici clerici,& monachi hoc crimen committentes ſecundum diuerſa iura, diuerſas pænas patiuntur,ibidem.& pag.122.

Ordine ſacro inſigniti fornicantes committunt ſacrilegium.ibidem &pag.123.col.1.

Statutum quod filia ingrediens religionem non ſuccedat,non valet.pag.401.col.2.& pag.402.col.1.

Seditioſus.

Seditioſi maxime in communitatibus ſunt puniendi grauiter.pag.126.col.2.

Secretum.

Secreta reuelantes apud Ethnicos graui pœna puniebantur.pag.138.col.1.

Conſiliarij reuelantes ſecreta officia priuantur.ibidem.

Definitores in religionibus ſecreta reuelantes peccant grauiter,ibidem. col.2.

Secretum ſeruandum eſt ſecundum ius naturale.pag.138.col.2.

Secreta religionum reuelare ſæcularibus deſtructio eſt religionum.ibid.

Non debet eſſe ſecretum quod Reip.intereſt quod pandatur.pag.266.col.1.

Seminarium.

Monaſteria tenentur contribuere pro ſeminario pag.350.col.1.& 2.

Senectus.

Diſpoſita pro infirmitate habent locum in ſenectute.pag.498.col.2.

Senes cenſentur ſemper eſſe in morte. ibi.

Sententia.

Sententia lata ſine eo quod cõſtet de proceſſu eſt nulla.pag.65.col.1.

Nullitate proceſſus conſtante non poteſt iudex ad quem appellatur,ſentẽtiam reformare.ibidem.

Sententia eſt nulla vbi non citatur pars.pag. 82.columna 1.

Sententia debet dari in religionibus iuxta ſacros canones,& iura ciuilia, quibus deficien-

deficiẽtibus ad ordinationes generales eſt recurrendum, pa.97.col.2.
Sententiæ apud regulares poſſunt proferri ſecundum conſuetudines approbatas, pagina.98.co.1.
Sententia iniuſta notoriè dicitur continere nullitatem, pa.101.co.1.
Sententia non debet fieri contra religioſos graues, niſi magno adhibito conſilio, pagi. 113.co.2.
Sententia priuationis non poteſt dari niſi caſu à iure expreſſo, pa.143.co.1.
Sententia in re gratia non eſt ferenda ſine cõſilio peritorum, pa.170.co.1.& 2.
Sententia debet ferri à iudice pro tribunali ſedente, pa.293.co.1.
Nec poſſunt ſententiam ferre extra territorium, ibi.
Prouinciales regularium poſſunt ferre ſententiam in territorio Epiſcopi, ibi.
Sententia ordinariorum contra regulares eſt nulla, pa.332.co.1.& 2.
Sententia à iudice incompetente lata non trãſit in rem iudicatam, ibi, co.2.

Sepelire.

Famuli religioſorum poſſunt ſepeliri in monaſterijs inuitis parochis, p.355.co.1.
Contradicentibus parochis poſſunt ſæculares in habitu religioſorum ſepeliri, p.398. col.1.
Prælati ſolum poſſunt dare habitum fidelibus vt ſepeliantur, pa.399.co.1.
Contra tres religioſorum poſſunt ſepeliri in Eccleſiaſtica ſepultura in tempore interdicti pa.567.co.2.

Sequeſtrare.

Iudices ſæculares tempore neceſsitatis poſſunt ſequeſtrare triticum religioſorum. p. 308.co.1.
Bona militarium ordinum ſequeſtrata propter delictum debent translato anno fatali executioni mandari à iudice ſæculari. pag. 322.col.1.

Serui ſeruitus.

Propter vitandam ſeruitutem permittitur ſeruo fugere, pa.83.co.1.
Seruus poteſt habere proprium permittente domino, p.591.co.1.

Sigillum.

Pæna maxima ſigilli confeſsionis reuelanti. pa.137.co.1.
Sigilli confeſsionis Papa maximus zelator. p. 259.co.1.

Signum.

Signa pro vt communiter interpretatiue accipiuntur, pa.172.co.1.

Simile.

A ſimilibus ad ſimilia progreditur, pa.39.co. 2.& 98.co.2.
Exceptis aliquibus caſibus ſimiles cenſentur excepti. p.504.co.2.

Simonia.

Simonia in dono paruo non præſumitur, pa. 188.co.2.

Simulatio.

Simulatione vti debent iudices non mendacijs, pa.154.co.2.

Singularitas.

Singularitas eſt triplex obſtatiua, cumulatiua & diuerſificatiua, pag.50.col.1

Synodus.

Aliqui exempti ad Synodum accedere tenentur, pa.326.co.2.

Syxtus.

Sixtus V. Pontifex maximus ex ordine Minorum. p.569.co.2.

Sodomia.

Sodomia non eſt peccatum contra rempublicam, pa.30.co.2.
Sodomitæ magnis cenſuris & pænis afficiũtur, pa.118.co.2.
Sodomitę poſſunt à iudicibus ſæcularibus puniri etiam ſi ſint eccleſiaſtici aut regulares, ibid.& pa.119.co.1.& 2.
Non eſt ſodomita omnis exercens crimen cõtra naturam pa.120.co.1.
Sodomita non gaudet immunitate eccleſiarum. p.226.co.2.

Socius.

Inuitis Prelatis non poſſunt regulares eſſe ſocij Epiſcoporum. pa.337.co.1.

Spes.

Illud dicitur haberi in ſpe quod eſt in potentia de præſenti, pa.420.co.1,

Statio.

Statio.

Statio præſidium.pa.454.col.2.
Stationarij milites ſunt qui inuigilant in ſtationibus.ibidem.
Statio à ſtando dicitur.ibidem.

Statutum.

Conſtitutio partim odioſa,partim fauorabilis,ſi magis principaliter in odium odioſa cenſenda eſt.pa.112.col.1
Statutū quod translato tali termino non denūcietur neque accuſetur aliquod peccatum de iure ciuili valet.pag.33.col.1.
Non habet locum tale ſtatutū quando vult Prælatus tantum procedere ad correctionem.ibid.col.1.&.2.
Conſtitutio odioſa debet reſtringi. pa.112. columna.1.
Statutū non poteſt fieri in religionibus contra ius commune.pa.41.co.1.
Statutum de non eligendo niſi habēte certū curſum litterarum non habet locum in defectu paruo.pag.253.colu.1.
Princeps non cēſetur aliquid ſtatuere aliter quam ſit conſuetudo.pa.261.co.1,
Propter publicā vtilitatem multa ſtatui poſſunt contra regulas iuris.pag.378.col.2.
Conſtitutio contra confidentiam in beneficijs eſt odioſa.pag.112 col.1.
Conſtitutio pænalis extenditur quādo ratio ipſius id petit.pag.115.co.1.
Statutum pænale in fauorē animæ eſt fauorabile & ideo extendēdum. pag.378.col.2.
Statutum ignoratū non ligat niſi ſit irritatorium.ibidem.
Ratio ſtatuti reſtringit ipſum.pa.397.col.1.
Verba ſtatuti ſunt intelligenda moraliter. ibidem.
Statutum diſponēs aliquid in infirmitate locum habet in ſenectute. pag 498. col.2.

Stigmata.

Stigmata B.P. N.Franciſci vera & celebrāda.

Stipendium.

Stipendiū temporale non debet ptocurari à profeſſoribus artium liberalium.pa.522. columna 1.

Stuprum.

Stuprum clam commiſſitur.pag.61.co.2.
Domeſtici teſtes non faciunt fidem ad probandum ſtuprum.ibidem
Stuprator eſt qui promiſsis fallacious virginem aliquam deflorauit.pag.153.co.2.

Studium.

Studium literarum vtiliſsimū Eccleſiæ Dei pag.385.col.1.

Stylus.

Quoties ſtylus infringitur non valet quod agitur.pag.103.col.1.

Subiecta.

Talia ſunt ſubiecta qualia demoſtrant prædicata.pag.131.columna.1.

Subiectio.

Subiectio regularium Epiſcopis in bonum ſubditorum erat ordinata. pa.328.col.2.
Subiecti immediate Papæ & ſuis legatis à latere ſunt regulares.ibidem & pa.335.
Clerici non poſſunt ſubijci alieno Epiſcopo. ibidem columna 2.

Subornatio

Subornatio in electionibus eſt peccatum cō tra rempublicam.pag.30.colum.2.
Subornatio eſt ſuaſio, qua ſuadetur verum vel falſum in bonum vel malum finem.pa. 273.columna.1.
Subornatio duplex bona & mala, mala tantum prohibetur à iure ibid.col.2.
Subornator remanet priuatus dandi vocem capitulariter. pag. 274.columna.1.

Subreptio.

Subreptio ſimplex ſine dolo quo ad literas ad lites & beneficia non obſtat.pag.477. col.2.inſine,

Subrogatus

Subrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur.pag.309.col.1.

Subſidium charitatiuum.

Monaſteria exempta non tenentur ad charitatiuum ſubſidium. pag.347.col.2.& pa. 348.& pag.349.

Capellæ fundatæ in monaſterijs fratrum Minorum non tenentur ad charitatiuum ſubſidium.ibi.col.2.

Subſtitutio.

Si ſine ſubſtitutione deceſſerit non excludit omnino ingredientem religionē. pag.402 col.1.& 2.

Succedere.

Statutum quod filia ingrediens religionē patri non ſuccedat non valet. pag. 401 co.2. & pag.402.col 1.
Monaſterium ſuccedit loco filij.ibi.co.2.
Monachus ſuccedit patri ab inteſtato vt ſuus hæres.pa.403.col.2.
Succeſsionum ab inteſtato vel in teſtamento ſunt incapaces fratres Minores,pa.405 columna 2.
Fratres ordinis Prædicatorum poſſunt modo ſuccedere ab inteſtato.ibi.
Fratres D.Auguſtini Eremitæ poſſunt ſuccedere ab inteſtato.pag.410.col.1.
Fratres Benedictini & Ciſtercienſes poſſunt ſuccedere ab inteſtato.ibi.
Canonici Regulares poſſunt ſuccedere ab inteſtato.ibi
Conuerſi ſuccedunt ab inteſtato. pag.411. columna.2.
Moniales ſuccedunt ab inteſtato.ibi.
Religioſi militares poſſunt in maioratu ſuccedere.pag.412.
Succeſsionum priuatio non debet induci,niſi per iura clara.pag.414.col.1.
Monaſteria non poſſunt ſuccedere in regnis neque in Ducatu.pag.415.col.2.
Non prohibetur ſuccedere fratribus renunciantibus ſucceſsioni paternæ & maternæ. pag.419.col.2.
Succedentes ab inteſtato ſuccedūt fratribus minoribus profitentibus.pa.422.co.2.
Succedentes fratribus ordinum habentium bona in communi debent expectare mortem naturalem ipſorum fratrum.ibi
Nouitio decedenti ſuccedunt conſanguinei-pag.423.col.1.
In regno Nauarræ ſuccedunt filij naturales non extantibus legitimis.ibi.col.2.
Monaſteria Diui Hieronymi non ſuccedunt in bonis prouenientibus ab inteſtato fratribus dicti ordinis.pag.424.col.1.
Religioſi mendicantes præter minores poſſunt ſuccedere ex teſtamento & ab inteſtato.pagina.590.columna.2.& pag.591. columna.1.

Suffragium.

Suffragia in congregationibus ordinatē debent dari.pa.170.col.2.
A recentioribus oportet quod incipiant dari ſuffragia.ibi.
Suffragia habent laici fratres in actibus aliquarum religionum.pag.233.col.1.
Subditi timentes prælatum ſæpe non libere ſuffragantur.pag.254.col.1.
Renunciatio ſuffragij poteſt non acceptari à prælato.pag.263.col.1.
Renunciatio ſuffragij ſine cauſa Reipublicæ præiudicialis.ibi.
Renuncians compromiſſarius non cenſetur pro ſe ſuffragari.ibi.col.2.
Suffragia pro defunctis in liberali Dei miſericordia nituntur.pag.475.col.1.
Pro paruulis baptizatis offert Eccleſia ſuffragia pag.477.col.2.

Superbia.

Superbi quærunt quę ſua ſunt.

Supplere.

Iudex poteſt ex officio ea quæ ſunt facti & iuris ſupplere.pag.265.col.2

Syndicus.

Syndicus fratrum minorum poteſt petere in iudicio relicta ipſis fratribus.pag.406.columna 1.
Syndicus fratrum minorum. pag.526.col.1
Syndicus poteſt agere de damno vitando circa fratres minores.pa.526.columna 2.& pagina 527.
Syndicus fratrum minorum, & vxor,& filij poſſunt admitti ad diuina tempore interdicti & ceſſationis à diuinis.pag.568.columna. 1.

Syndicatus.

Syndicatus eſt experimentum iuſtitiæ,pag. 23.columna 2.
Syndicari ægrefertur à prælatis.ibi.
Syndicatio eſt de iure diuino.ibi.
In ſyndicatu abſoluti magiſtratus,& prælati non

non poſſunt amplius conueniri,pa.151.co lumna 2.&152.col.1.
In ſyndicatione officialium ipſi officiales ab officio ſuſpenduntur.pa.254.co.2.& pag. 255.co.1.
Eſt iniuſtus ſyndicator ſi in hoc diſpenſaret, ibid.

T.

Taciturnitas.

TAciturnitas pro re graui nó habetur pro conſenſu,pa.264.co.2.
Taciturnitas eſt peccatum vbi obligantur contradicere.p.265.co.1.
Velamine taciturnitatis peccatum nutritur, ibidem.

Tangere.

Tangi non debent veſtimenta ſacra, niſi ab hominibus ſacris,pa.587.co.2.

Tau.

Portantes Tau in ordine D.Ioannis à paucis ſunt exempti,p.323.co.1.

Tentatio.

Tentatio non inducit peccatum ſed conſenſus,pa.413.co.1.

Tertiarij.

Tertiarij fratres non omnes ſunt liberi à tributis,p.344.
Tertiarij ſunt eccleſiaſtici,ibid.& pa. 345.& 346.
Tertiarij religioſis aſsimilantur,pa,346.co.1
Tertiarij gaudent aliquibus priuilegijs Regularium,ibid.

Teſtamentum, teſtari.

Non debemus præſumere legem auferre ab aliquo authoritatem teſtandi,pa.159.
In dubio non eſt recedendum à verbo teſtatoris.pag.217.co.2.
Pro publicatione teſtaméti poteſt citari monaſterium inſtitutum â iudice laico,pa.38. col.1.
Filius monachi poteſt teſtari,pa.504.co.1.
Teſtamentum eſt nullum in quo fratres Minores nullo ſubſtituto dato inſtituuntur, p.406.col.2.& p.407.co.1.
Teſtamento nullo hæreditas pertinet ad venientesab inteſtato,p.406.co.1.
Teſtamento poteſt hæres in foro cõſcientiæ retinere hæreditatem.ibi.co.2.

Teſtamentarius.

Teſtamentarius relicta ad pias cauſas non poteſt applicare monaſterio,cui in teſtamento aliquod legatum fuit relictum,pag.595 columna 1.
Teſtamentarij cum conſilio & licentia Epiſcopi poſſunt commutare vnum legatum in aliud,p.595.co.2.

Teſtator.

Teſtatoris voluntas ſemper attendi debet,p. 402.co.2.
Mens præſumpta teſtatoris non imponit præceptum,pa.413.co.1.
Mens teſtatoris præſumitur conformis legi, pa.417.co.1.

Teſtis.

Teſtis tenetur dicere veritatem,ſi à competẽte iudice interrogetur,p.70.co.1.
Teſtis interrogatus de occultis non præcedẽte infamia poteſt reſpondere nihil ſcire, ibid.
Teſtes vt faciant fidem debent iurare, ibid.
Teſtis non iuratus aliquam facit coniecturã, ibi.co.2.
Teſtis præſumitur dicere verum,pa.70.co.2 & pa.71.co.1.
Teſtis teſtificans falſum agit contra ius diuinum & naturale,ibi.
Ignorantia in teſtificante non excuſat à dolo,ibid.
Iudex debet arbitrari,vtrum teſtis falſum iurauerit.ibi.
Teſtes falſi in tribunali ſanctæ Inquiſitionis traduntur brachio ſæculari,ibi.
Pæna Talionis puniuntur teſtes falſi,ibi.
Teſtis falſus etiam non iuratus coram iudice legitimo puniendus eſt,ibi.
In puniendis falſis teſtibus pæna etiam arbitraria locum habet.ibi.
Teſtificans falſo in cauſa hæreſis,etiamſi pæniteat,tráditur brachio ſæculari, licet non tradatur

tradatur hæreticus reconciliatus, ibi. co.2.
In cauſa fidei nomina teſtium & denunciatorum non manifeſtantur reo,pa.71.co.2. & pa.72.co.1.
Teſtes nō deteguntur in aliquibus cauſis grauibus quod aliqui reprobant,ibi.co.1. & 2
In criminibus grauibus nomina teſtium detegenda,receptior opinio.ibi.
Contra teſtes ponere exemptiones veras licitum eſt.pa.73.co.1.
Inimicus eſt teſtis ſuſpectus,ibi.Vide in verbo,inimicitia.
Falſa opponentes contra teſtes peccant mortaliter,pa.76.co.1.& 2.
Vera opponentes debite contra teſtes nō peccant,ibi.
Licet reo contra teſtem ſe verè defendere, ibidem.
Conſanguineus non compellitur eſſe teſtem in cauſa graui contra ſuum conſanguineum pa.84.co.2.
Maior teſtium numerus requiritur contra prælatos,quam cōtra alios inferioris claſſis,pa.113.co.1.
Teſtificari etiam tenentur priuilegiati quando res aliter non poteſt probari, pag.266. co.1.
Teſtium nomina in re graui ſunt apud Regulares reo regulari manifeſtanda,pag.21.columna 2.
Teſtes ſæculares cōtra clericos & monachos ſunt ſuſpecti,pa.26.co.2.
Teſtes ſingulares, moraliter loquendo ſunt qui per foramen vnus poſt alterum videt, ibidem.
Teſtes ſingulares ſunt in multiplici differentia,pa.49.& 50.co.2.& pa.51.
In cauſis regularium admittuntur teſtes ſingulares,ibi.co.1.
Multa ſunt religioſorum & clericorum crimina,quæ non poſſunt probari niſi per teſtes ſingulares,vt ſolicitatio in confeſsionibus,ibi.co.2.
Vbi deſunt teſtes,ſæculares admittuntur contra clericos & religioſos,ibi.
Duo teſtes ſingulares non probant ſicut con teſtes.ibi.
Per teſtes ſingulares nemo pœna ordinaria caſtigatur,p.50.co.1.& 2.
Ad probandum aliquid in iure non ſufficiūt teſtes ſingulares,pa.51.& 52.
Nemo poteſt condemnari niſi duobus legitimis teſtibus ſit conuictus,ibi.co.1.
Teſtes ſingulares ſufficiunt quando teſtificā tur de pluribus actibus habentibus vnam originem & vnam cauſam,ibi.pa.2.
Teſtibus etiam conteſtibus poteſt iudex nō credere ſicut etiam poteſt credere teſtibus ſingularibus,ibi.&.p.52.col.1.
Teſti varianti non eſt credendum,pag.53.columna 2.
Teſtes in omnibus cōcordātes ſuſpecti reddūtur,pa.50.co.1.
Primo dicto teſtis eſt magis ſtandum quam ſecundo,pa 53.co.2.
Primum dictum teſtis varians non eſt maior omni exceptione,ibi.
Non dicitur teſtis variare quando continuo ſe corrigit,ibi.
Dicitur teſtis variare quando dimiſſus à iudice mutat ſententiam,p.54.co.1.
Poſt depoſitionem teſtium iterato eis debet legi dictum,ibi.
Teſtis qui ſe corrigit aſsignare debet cauſam correctionis,ibi.
Correctio teſtis admittitur ſi non fuerit partem alloquutus,ibi.
Obliuio ſæpe eſt cauſa correctionis teſtium ibidem.
Teſtis varians non facit fidem,ibi.
Magis ſtandum eſt depoſitioni factæ in iudicio,quam extraiudicialiter factæ,ibi.
Monachi poſſunt eſſe teſtes in cauſis ciuilibus & criminalibus monaſteriorum, quæ non poſſunt per alios probari,p.55.co.1. & 2.& pa.56.
Teſtes domeſtici ad teſtificandū ſunt repellendi.ibi.
Teſtes domeſtici ſunt familiares,ibi.
Teſtes ſunt compellendi ad ferendum teſtimonium,p.56.co.2.
Clerici non poſſunt compelli eſſe teſtes in cauſis ſanguinis,ibi.& p.57.co.1.
Moniales poſſunt eſſe teſtes contra alias moniales,ibi.
Duæ moniales ſunt teſtes omni exceptione maiores,ibi.
Moniales non ſunt teſtes omni exceptione maiores,ibi.
Sine licentia prælati non poſſunt monachi, neque moniales eſſe teſtes,pa.57.co.2.
Eccleſiaſticus nō poteſt teſtificari ſine facultate iudicis Eccleſiaſtici,pa.57.co.2.
Ad teſtificandum poſſunt prælati inferiores dare licentiam monachis,ibid.
Ad teſtificandum in cauſis criminalibus ſolum Epiſcopus & prælati ſuperiores debent dare licentiam Eccleſiaſticis & Regu-

laribus

laribus.ibi.& pag.58.col.1.
Laici contra clericos & cõtra monachos nõ poſſunt eſſe teſtes niſi in cauſa neceſsitatis ibidem.co.2.
In fauorem clericorum & monachorũ poſſunt laici eſſe teſtes.ibidem.
Non poſſunt Prælati regulares compellere laicos adteſtificandum. pag.59.col.1.
Iudex eccleſiaſticus poteſt compellere laicos ad teſtificandum in cauſis regularium. pag.59.col.1.
Contra regulares Prælatos non ſufficiũt duo teſtes pa.61.col.1.
Teſtis poteſt torqueri vt dicat veritatem pagina 59.col.1.
In multis cauſis non ſufficiunt duo reſtes. etiam conteſtes.pa.61.col.1.
Ad minus duo veltres teſtes ſunt neceſſarij ad faciendam fidem. ibidem.
Teſtes ſunt examinandi.pa.62.& pa.63.
Multa mendacia teſtium ſunt manifeſta.ibidem.col.1.
Notarij ex commiſsione aliquando poſſunt examinare teſtes.ibi.col.2.
Dicta teſtium à notario debent ſcribi.ibid.
In cauſis criminalibus teſtis non poteſt ſuũ dictum ſcribere. pa.67.& 68.co.1.
Non in ſcriptura ſed in vultu & verbis declaratur animus teſtis. ibidem.
Iudices in criminalibus cauſis debent examinare teſtes per ſe ipſos pa.98. col.1. & 2.
Cõmiſsio examinandi teſtes facta ſcribæ debet dari in ſcriptis pa.69.col.1.
Dicta teſtium recepta à Notario cum commiſsione ſunt nulla in cauſis grauibus.ibi.
Conſuetudo examinandi teſtes per alium iudicem deputatum in cauſis grauibus eſt corruptela.ibidem.
Examinatio teſtium per iudicem ſagacem ad apicem iuris non ſpectat.ibidem.
Teſtes ſunt interrogandi de loco & tempore.pag.69.col.2.
Teſtes debent reddere rationem ſui dicti.ib.
Teſtis teſtificãs defacto in nocte rationẽ viſus debet aſsignare.ibid.
Teſtis deponẽs ſuper non veroſimili eſt ſuſpectus.ibid.

Torqueri, tortura.

Torqueri quis poteſt per teſtes ſingulares. pag.53.col.1.
Torqueri teſtis varians poteſt.p.54. columna.1.& 2.
Torqueri non poteſt clericus à iudice ſæculari.ibidem.
Non poteſt dari tortura niſi priſus exceptio contra oppoſita ventiletur.pa.59.col.2.
Tortura purgat defectum teſtium. pag.66. colum.1.
Ante aut poſt torturam debet dari teſti iuramentũ de dicenda veritate.pag.60.co.1
An debet dari tortura reo & teſti arbitrio iudicis relinquitur.ibid.co.1.
Aliqui teſtes qui delicto interuenerunt ſunt torquendi.ibid.col.2
In tortura inferenda non debent iudices eſſe carnifices ibi.
In religionibus tortura eſt flagellatio & panis & aquæ ieiunium ibi.
Moniales ſuauius debent torqueri quam religioſi. ibid.
Tortura non poteſt reiterari inteſtibus.ibi.
Inter aliquos poteſt qui alias dictum commiſit poni priusad torturam.pag.62.col.1.
Multa ſunt torturæ genera. pag.87.col.1.
Noua tormenta excogitare eſt hominum carnificum.ibid.
Non eſt accedendum ad torturam antequam de delicto conſtet.ibid.
Non eſt adhibenda tortura niſi quando delictum aliter probari non poteſt. pag.88. col.1.
Indicia probata debent præcedere antequam adtorturam accedatur.ibidem.
Indicia debent eſſe legitima ante torturam. ibidem.
Ex variatione delinquentis aliquando ſumitur indicium adtorturam.ibidem.& co.2.
Sola variatio ſine infamia non ſufficit ad torturam.ibidem.col.2.
Infamatus de crimine,& cum vno teſte poteſt poni ad torturam.ibi.
Fama de delicto cũ alijs indicijs eſt ſufficiẽs ad torturam.pag.89.col.1.
Ex vehemẽtibus indicijs poteſt aliquis torqueri etiam ſi non præceſſerit infamia. ibidem columna.2.
Sola infamia vel infamia vehemens eſt ſufficiens ad torturam.ibidem.
Socius criminis non facit indicium ad torturam.ibid.& col.2.
Ante quam procedatur ad torturam copia eſt danda indiciorum & proceſſus.ibidem
Danda eſt copia indiciorum aliquando etiã reo nõ petente antequam ponatur ad torturam.pag.90.col.1.
Confeſsio facta in tormentis extra tormenta extra-

eſt ratificanda ibid. col. 2.
Non data copia indiciorum reo eſt nulla. ibi. & pag. 91. col. 1,
In foro regulari & eccleſiaſtico non debent fieri tormenta quę ſunt in foro ſęculari. ibi dem. col. 2.
Clerici & Monachi ſuauius debēt torqueri. ibidem.
Tormenta repeti poſſunt pag. 92. col. 2.
In religionibus non debent tormenta repeti ibidem. & pag. 93. col. 1.
Metu tormentorum falſum confiteri illicitū eſt. pag. 93. col. 1. & 2.
Tortura non eſt inuenta vt fallacijs reus con fiteatur veritatem. pag. 153. col. 2.

Tractatus.

Inter tractatum & conſilium eſt magna diffe rentia. pag. 516. col. 1. & 2.
In tractatu debet eſſe conferentia commun tatis in vnum congregatæ. ibidem. col. 2.
Tractatus conſilium includit non tamen cō ſilium includit tractatum. ibid.
Tractatus eſt deliberatio per diſcurſum ra tionis. ibidem.

Transferre.

Tranſlato monacho ad aliam religionem nō ſemper cum eo tranſeunt ea quorum ha bet vſum. pag. 421. col. 2.
Monachus translatus ad aliud monaſterium vt ibi pœnitentiam impoſitam peragat de bet portare ſecum alimenta. ibidem.
Monachus translatus ad aliam religionem poteſt ſua authoritate deferre ſcripta in utilia primæ religioni. pag. 422. col. 1

Tributum.

Tributa quæ ſoluuntur dominis temporali bus non ſunt qualificata niſi titulus probe tur. pa. 255. col. 1.
Tributum exactionem publicam importat pag. 440. col. 1.
Tributum eſt multiplex. ibi. & pa. 441. co. 1.
Tributum alcauala à quo dicatur. ibid.
Tributum non poteſt imponi eccleſiaſticis regularibus. ibidem. col. 2.
Eccleſiaſtici de iure diuino ſunt liberi à tribu tis. ibidem.
Cenſuræ maximæ fulminātur contra Princi pes ſæculares tributa regulalaribus inferen tes. ibidem. & pag. 342. col. 1.
Tributa impoſita aliquibus ſunt ſecundum eorum facultates diuidenda. pa. 343. co. 2
Regulares ſunt exempti à tributis etiam ſi bona immobilia contra ſui ordinis inſtitu tum habeant. ibidem.
Fratres Hieroſolymitani ſunt immunes à tri butis. ibidem.
Fratres Tertij non omnes ſunt liberi à tribu tis. pag. 344. col. 2.
In graues cenſuras incidunt exigentes à re gularibus & eccleſiaſticis tributa. pa. 347. columna. 1.
Tributi exemptio intuitu religionis & refor matæ vitæ ceſſat ceſſante reformatione pag. 351. col. 1.
Pius V. exemit copioſe Regulares à tribu to. pag. 351. 352. & 353.

Triremes.

Damnari ad triremes poſſunt religioſi. pag. 108. columna. 2.
Non decet damnari ad triremes religioſos, & eccleſiaſticos. pa. 109. co. 1. & 2.

V.

Vagatio.

VAgationes Fratrum debent Prælati im pedire. pag. 32. col. 1.

Verberari.

Non poteſt Prælatus eccleſiaſticus aut regu laris verberare ſuos ſubditos per laicum ſine vrgēte neceſsitate. pa. 91. co. 1. & 2.
Verberatio clericorum & Monachorum de bet eſſe moderata. ibidem.
Verberatio inconſueta monachorum aut cle ricorum non eſt admittenda. ibid. col. 2.
Verberare clericos & monachos per laicos eſt illicitum. pag. 108. col. 2.

Veritas.

Magis peccat clericus celans veritatem, quā laicus. pag. 54. col. 2.

Venefici.

Veneficus clericus grauiſsime puniendus pag. 133. col. 1. & 2.

Qui veneno occidit dicitur proditorie occidere.ibid.
Qui intendit venenum propinare eadem pæna punitur ſicut de facto punitur propinans.ibi.
Venenum propinantes vt ſequatur aborſus ſunt excommunicati & ſi ſequatur ſunt ir regulares.pag.134.& 135.

Vicarius.

Non tãtus honor debetur Vicario ſicut principali.pag.132.col.1.
Vicarij conuentuum nõ debent comparari vice teneñti correctoris,nec Vicarijs Epiſcoporum.ibid.
Vicarius & Præſidens conuẽtus non poteſt in religionibus aliquibus eligi in diſcretũ ad capitulum.pa.254.col.2.& pag.285. col.1.&.2.
Iniuſtus erit viſitator aut Prælatus qui diſpenſaret in hoc cum Vicario.ibi.col.1.

Vicetenens.

Vice tenẽs Correctoris habet ampliſsimam iuriſdictionem.pag.132.col.1.

Villa.

Monachi Ciſtercienſes non poſſunt habere villas.pag.421.col.1.

Virgines.

Virgines Veſtales liberabantur à patria potestate.pagina 404.col.1.

Viſitare.

Viſitatores in religione eſſe oportet.pa.24. columna 1.
Viſitatores debent eſſe idonei.ibid.
Viſitatores ſuſpecti inhabiles ad viſitandum. ibidem.
Viſitatores experti in cauſis regularium debent prouideri. ibidem.
Viſitatores cum plenitudine poteſtatis poſſunt ſubdelegare. pag.24.col.2.
Viſitatores pro re particulari non poſſunt ſubdelegare. ibidem.
Viſitare tenentur Prouinciales ſuos Fratres iudicialiter quotannis.pag.25.colu.1.
Viſitare non tenetur quotannis iuſta cauſa interueniente. pag.25.col.1.
Viſitare quæ debeant Prælati ibid.& pa.27. columna.1.
Viſitantibus debet præſtari iuramentum de dicenda veritate. pag.25.col.1.
Viſitare poteſt iudex Apoſtolicus capellanũ exemptum triremium. pag.25.col.1.
Viſitare poteſt Epiſcopus hunc capellanum non exiſtente iudice Apoſtolico ibi.
Si fuerit vero exemptus Epiſcopus debet ſeruare ſua priuilegia. ibidem.
Viſitatio contingit per viam inquiſitionis generalis & particularis per viam denunciationis aut accuſationis.ibid.
Poſt viſitationem non ſunt ſtatim mutandi Religioſi.pag.32.col.1.
Poſt viſitationem non debent ſtatim prohiberi fratres ingredi aliquas ſæcularium domos.ibidem.col.2.
Multa de monialibus poſſunt viſitari. ibi.
Viſitare debent Abbatiſſæ monaſteria ipſis ſubiecta.pag.33.col.1.
Viſitatores magis odioſi redduntur propter proceſſus ab ipſis factos,quam iudices.pa. 113.col.1.
Viſitatores generales in Ordine Ciſtertij magnam habent prꝛeminentiam.ibidem & columna.2,
Viſitantes Prouincias & crimina viſitata & iam iudicata non debent confiteri vt vlterius viſitentur.pag.152.colu.2.
Regulares non poſsunt viſitari ab Ordinaris pag.334.col.2.
Commiſsio eccleſiaſtica ad viſitandos clericos non extenditur ad regulares.ibid.
Cõmiſsio facta Ordinario ad viſitandũ exẽptos eſt delegata.ibid.
Hoſpitalia viſitantur ab Ordinarijs. ibidem.
Epiſcopus poteſt viſitare regulares exemptos curam animarum habentes.pag.337. columna.1.

Vita.

Vita corporalis poſtponenda eſt proſpirituali proximi.pag.46.col.2.

Votum.

Votum ſolemne continentiꝛ fit in ſuſceptione ordinis ſacri.pag.122.col.1.&.2.
Vota ſtulta non placent Deo.pa.180.col.2.
Diſpẽſatio votorum quæ communiter fiunt pertinent ad Prælatos inferiores,vota vero maiora Pontifici reſeruãtur.p.185.co.2

Maior

Maior obligatio oritur ex voto quam ex iuramento, pag. 581. col. 1.

Vox.

Vox viua habet neſcio quid energiæ, pag. 67. col. 2. in fine.
Priuatio vocis actiuę & paſsiuæ non incurritur ipſo facto, pa. 275. co. 1. & 2,

Vltima voluntas.

Circa vltimas voluntates eſt prouidendum, pag. 405. co. 2.
Voluntas vltima defunctorum non debet improbafraudantium calliditate celari, ibid.
Magna pietas eſt iuuare voluntatem illius qui nihil poteſt clamare, ibi.
Solus Papa poteſt alterare vltimam defuncti voluntatem, pag. 595. co. 2.
Voluntas teſtatoris contra legem pro non ſcripta habetur, pa. 606. co. 1.

Vniuerſale.

Vniuerſale reſtringitur ſecundum ius. pa. 67. col. 1.

Vrbes.

In vrbibus condendis aratro locus definiebatur, p. 126. co. 2.
Vrbs ab vrbo appellata eſt, ibid.
Aratro vrbes deſtruebantur, ibid.

Vtor.

Intereſt Reip. ne ſua re quis male vtatur, pagina 405. col. 2.

INDEX

INDEX LOCORVM CONCILII TRIDENTINI, QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO OBITER, SEV EX PROFESSO CONTINENTVR.

SESSIONE XXV. DE REG. CAP. VII.

ABBATISSA.

PRÆLATVS qui præeſt electioni Abbatiſſę, clauſtra monaſterij nō ingrediatur, ſed foris vota ſingulę cuiuſque audiat p. 234. columna. 2.

Seſsione XXV. De Reg. Cap. IIII.

Apoſtata.

Apoſtata & fugitiuus iudicatur religioſus, qui ſine licētia Prouincialis ad ſuperiorē fugit, ſaltim in gradu appellationis. pag. 263. col. 2.

Seſsione XXV. De refor. Cap. III.

Cenſura.

Ne contemnantur cēſuræ eccleſiaſticæ, nō ſunt leui cauſa exercendæ. pag. 295. co. 1

Seſsione XXV. De reg. Cap. XII.

Cēſuræ ab Epiſcopo & Ordinario dimanātes, mādāte Epiſcopo, in regulariū eccleſijs publicentur. pag. 298. col. 2.

Seſsione XXV. De refor. Cap. III.

Cenſuræ vt vltimum remedium ſunt apponendę. pag. 324 co. 1.

Seſsione. XXV. De refor. Cap. VI.

Si incurrat in excōmunicationē Ordinarius apprehendens religioſum delinquentem, cum propoſito tradēdi eum proprio Prę lato. pa. 334. 1.

Seſsione. XXV. De refor.

Si famuli fratrum poſsint ab Ordinario excommunicari, pa. 355. col. 2

Seſsio. XXV. De refor. Cap. III. infine.

Siquis indurato animo, cēſuris annexus, in illis per annū inforduerit, cōtra eū vt in hereſi ſuſpectum procedēdum eſt, pagina 519. col. 2.

Seſsione XXV. De refor. Cap. VI.

Clericus.

De manifeſtatione priuilegij clericorū primæ tonſuræ. pag. 10. col. 1.

Citatur idem locus. pag. 12. col. 1.

Seſsione VI. De refor. Cap. III.

De correctione & punitione clericorum regularium. pag. 14. col. 2.

Seſsione VII. De refor. Cap. VII.

De iudice clericorum. pag. 16. col. 1.

Seſsione XXIII. De refor. Cap. VIII.

Concubinam clerici, etiam coniugatam, ab eccleſiaſticis iudicibus puniēdā eſſe, quo modo & quādo intelligatur. pag. 120. columna. 2.

Seſsione XXIII. De refor. Ca. VI. & XVII.

Vt clericus in minoribus ordinatus fruatur priuilegijs Eccleſię, debet eſſe in aliqua Eccleſia, alicui officio aſcriptus.

Seſsione VI. Ca. III. & ſeſſ. xxiij. De refor. Cap. III.

Papa per ſpeciale reſcriptum mandet Ordinario viſitare, corrigere & punire clericos pag. 334. col. 2.

Index locorum.

Seſsione vij. De refor. Cap. iij.

Irritatur collatio facta clericis de beneficijs præſertim curam animarum habẽtibus ſi non dignis collata fuerint. p. 246. co. 2.

Seſsione. x xiij. De refor. Cap. xv.

Confeſsio.

Religioſi poſſunt audire confeſsiones & ſacramenta, adminiſtrare, famulis ſeculari bus, & illis, qui intra ſepta monaſterij curantur, dummodo cõfeſſores fuerint ab Ordinario approbati. pag. 354. col. 2.

Seſsione. xxv. De refor. cap. xv.

Non poſſunt Monachi, quantumuis à ſuperioribus deputati, ſecularium confeſsiones audire quo ad vſque ab Ordinario approbentur. pag. 339. col. 2.

Seſsione vj. de refor. cap. iij.

Correctio.

De correctione, & punitione criminis, pa. 29. columna. 1.

Seſsione xxv. de refor. capi. vj. & xiiij

Quãdo iudex, & Epiſcopus, in correctione debent procedere ſine forma accuſationis pag. 41. col. 1.

Seſsione. xxij. De reform. cap. I. & Seſſione xxv. de reſid. ca. 1. & Seſsi. xxiiij de refor. cap. iij. & .x.

Ad eundẽ propoſitum explicantur multa loca ibidem.

Seſsione. xiij. in proœ. De refor. & ſeſs. vj. de refor. cap. iij.

Qualiter ſe debeat habere Prælatus in corrigendo ſubditos. pagi. 96. col. 2.

Seſsione vj. De refor. cap. iij.

De poteſtate Epiſcopi, necnõ Generalis alicuius ordinis ſeu Prouincialis in correctione ſubditorum. pag. 100. col. 1.

Seſ. ca. vj. de refor. c. xxv. circa med.

Quãdo fuga delinquẽtis timetur, poteſt iudex facta ſummaria informatione, ad correctionẽ procedere: & de quo atrocitatis caſu intelligatur. pa. 103 col. 1.

Seſsione xiij. De refor. Cap. I.

De pæna arbitraria deliquentibus imponẽda. pag. 98. col. 2.

Seſsione xxv. De refor. Cap. xij.

Decima.

Confeſſores regulares non abſoluant nolẽtes ſoluere decimas, ſi ter amoniti, ſeu excommunicati fuerint. pag. 168. col. 2.

Ibidem.

Decimæ debentur, de iure diuino. pag, 156 columna 1.

Seſsio xxv. De refo. Cap. v.

Diſpenſatio.

Quibus cõmittãtur diſpenſationes quę extra Romanam Curiam committi debẽt pag. 339. col. 1.

Seſsione. xxiiij. De refor. Cap. v.

Prohibetur diſpẽſatio in matrimonio ſciẽter cõtracto in gradu prohibito, ſi cõtrahentes conſummauerint. pag. 183. col. 1

Seſsione xxij. De refor. Cap. v,

Cõmittuntur à Pontifice alicui legato, ſeu Ordinario, vt verificet narrata, & ſic diſpenſet. pag. 184. col. 1.

Seſsione xxv. De refor. Cap. III.

Eccleſiaſticus.

Eccleſiaſtici, poſſunt procedere cõtra iudices ſęculares, per cẽſuras. pag. 226. col. 1

Seſsione xxij. De refor. Ca. I. & Seſſione xxiiij. De refor. cap. xij.

Prohibetur, eccleſiaſticos ludere. pag. 140. columna. 1.

Seſsione xxiiij. De refor. Cap. xx.

Cauſas eccleſiaſticas in prima inſtantia nõ poſsũt cognoſcere niſi iudices Ordinarij pag. 578. col. 1.

Seſsione x x ij. De refor. Cap. iiij

Electio.

Qua ætate poſsit quis habere vocẽ actiuam in ele-

in electionibus & initiari ſacris Ordinibus pag. 230. col. 2.

Seſsione xxv. De reg. Cap. vj.

Electio facta à quocũque ſaltim ſcriba ſi ſine fraude & legitime fiat, valida eſt, pa. 235. colu. 1.

Seſsione xxiiij. De refor. Cap. xviij.

Quod eligatur dignior, ſi vero dignum eligãt electores relicto digniore peccant, ſed electio valida eſt, pag. 247. col. 1.

Seſsione xxiij. De reform. Cap. j.

Exhortatio ad electores vt digniorem eligãt ibidem.

Seſsione xxj. Capit. ix.

Eleemoſina.

Quomodo intelligatur Concilium, abolens quæſtores eleemoſynæ, pa. 286. col. 2.

Seſsione v. De reformatione, Capite. ij. Seſsione vj. De refor. Cap iij. Seſsio. xxv De reg. Cap xiiij Seſsione vij. De refor. Cap vij. & viiij. Seſsio. xxiiij. De mat. Cap i. verbo quod ſiquis parochus, Seſsio. xxiiij. De refor. Ca. ij eadem Seſsio. Ca. iiij. verſ nullus, ſeſſ. xxv. de Reg. cap iiij. v. & xi. & xvi. in fine. & iij.

Epiſcopi.

In quibus, regulares Epiſcopis ſint ſubiecti plura dicantur loca, p. 337. co. 1.

Seſsione xxiij. De refor. Cap. xi.

Epiſcopus inſtituat ſeminarium puerorum in ſua cathedrali, pa. 350. col. 1.

Seſsione xxv. De regul. Cap. xii.

Feſtum.

Dies feſtus, qui in vna diœceſi celebrentur, à regularibus etiam eiuſdem diœceſis debet ſeruari, pa. 378. co. 1.

Seſsione xxiiij. De matrim. Capit. x.

In aliquibus feſtiuitatibus prohibetur benedictio nuptialis, licet in alijs permittatur. pag 543. col. 1.

Seſsione xxv. De refor. Cap xix.

Homicida.

Qualiter ſeruandus ſit ſeu tradendus homicida ad Eccleſiam confugiens, p. 220. co. 1.

Seſsione vij. De refor. Cap. xv.

Hoſpitale.

De gubernatione, & viſitatione rerum pertinentium ad hoſpitalia, pa. 334. co. 2.

Seſsione iiij. De vſu & edit. lib. ſacr.

Imprimere.

Prohibetur ſub grauibus pœnis nequis imprimat nec imprimere faciat, libros de rebus ſacris abſque nomine autoris, pa 520. col. 2.

Seſsione xxj. De refor. Cap ix.

Indulgentiæ

Prohibetur, indulgentias, aut alias ſpeciales gratias prædicari, niſi debitis temporibus pa. 484. co. 2.

Seſsione xxv. de Reg. Cap. xij.

Interdictum.

Interdicta ab Epiſcopo ſeu Ordinario poſita ac promulgata à regularibus debent ſeruari, pa. 298. co. 2.

Seſsio. xxv. De regularibus. Cap. xij. & xxij.

Non poteſt Epiſcopus Eccleſijs fratrum ſpecialiter interdicere licet in generali interdicto comprehendantur, pag. 553. columna. 1.

Index

Seſsione XXIII. Cap. liceat De refor.

Irregularitas.

Si poſsint aliqui prælati præter Papam diſpenſare in irregularitate homicidæ, pag. 529. col. 2.

Seſsione XIIII. De refor. Cap. VII.

Non poteſt Epiſcopus diſpẽſare in irregularitate procedente ex datione potus venenoſi, pa. 135. col. 1.

Seſsione XXIIII. De refor. Cap. II.

Ius.

Habẽtes ius patronatus, ſi fuerint eccleſiaſtici, tenentur digniorem præſentare, ſi vero laici dignum, pa. 215. col. 2.

Seſsione xxj De reg. Ca. ii.

Fatres Minores de obſeruãtia ſunt incapaces cuiuſcunque iuris, pa. 521. col. 2.

Seſsione xxij. De refor. Ca. vj.

Legatum.

Non obſtantibus vltimis voluntatibus legatorum poteſt Prouincialis ſeu Epiſcopus commutare legata vnius terminati vſus in alium, pa. 595. col. 1.

Seſsione xxij. De obſer. & in celeb. miſ.

Miſſa.

Nõ licet celebrare miſſas extra Eccleſias vel oratoria ad diuinum tãtum cultum ab Ordinarijs deſignata, pa. 589. col. 1.

Seſsione xxiij. Cap. xvj.

Non admittantur hoſpites Religioſi ad miſſam celebrandam niſi eorum literæ commendatitiæ à ſuperioribus ſint præuiſæ, p. 583. col. 1.

Seſsione xxv. De reg. Cap. iij.

Monaſterium.

Non poſſunt noua monaſteria erigi ſine licentia Ordinarij diœceſis ſpeciali, pa. 210 col. ſecunda.

Seſsione xxi. De reg. Cap. iij.

Monaſteria ſeraphici P. N. Franciſci ſunt bonorum temporalium incapacia, pag. 403. colu. 1.

Seſsione xxv. De reg. Cap. iij.

Tot debẽt in monaſterijs eſſe religioſi quot reddita ſeu eleemoſynæ conſuetæ valeãt ſuſtentare, pa. 383. col. 2.

Seſsione xxiij. De reg. Cap. xviij.

Monaſteria ſeu collegia mendicantium exẽpta ſunt â cõtributione proſeminarijs quę ab Epiſcopo eriguntur, pa. 342. col. 2.

Seſsio xxv. De reg. Cap. v.

Moniales.

Qua licentia poſsit quis ingredi monaſteria monialium, pa. 197. col. 1.

Seſsione xxv. de reg. cap. vj. & vij.

Electiones monialium fiant per vota ſecreta pa. 267. col. 1.

Ibidem.

Citatur idem locus, pa. 270. col. 1.

Seſsione. xxv. De reg. cap. v.

Patres Prouinciales (cum aſſenſu Epiſcopi) habent autoritatem iure Ordinario ad examinandas infirmitates contagioſas ſuarum monialium, pa. 579. col. 1.

Seſsione. xxv. De reg. Cap. v.

Nemini Sanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio, pa. 15. col. 2.

Seſsione. xxv. De reg. Cap. iiij. vj. ix. x. & Cap. xj.

Priuilegium.

Non denegat Conciliũ priuilegia regularia, pa. 551. col. 1.

Sessione xxiiij *De refor. Ca. ij.*

Priuilegiũ exceptans capellanos Principũ à iurisdictione Prælatorum, & alia similia reuocantur. pa. 339. col. 2.

Sessione xxiii. *De refor. Cap. ii.*

Reuocatur quo ad aliquid priuilegiũ concessum religioni Cistertiensi & alijs denegãda Episcopo iuridictione excommunicãdi. pag. 53. col. 2.

Sessione xxv. *De Regularibus.*

Capite. xxij

Reuocãtur priuilegia à Sede Apostolica impetrata contra reformationem & obseruãtiam secundum regulæ præscriptum. pa. 382. col. 2

Sessione xxv. De reg. Cap. xxiij.

Prælatus.

Prælati Regulares assumantur ex eodem ordine. pag. 250. co. 2.

Sessione xxv. De Reg. Cap. ij.

Si possit prælatus committere alicui licentiã ad impendendum? pag. 282. co. 2.

Sessione xxiiij. De refor Cap. xij.

Si prælati Regulares & Prædicatores fidem profiteri teneantur. pag. 376. col. 2.

Sessione xxij. De regularibus. Capi. ij.

Prælatus tenetur sui subditi necessitatibus subuenire. pag. 592. col. 1.

Sessione vj. Capite iij. & sessione. v. capite xiiij.

Prælatus ordinarius non incurrit excommunicationem capiendo religiosum fugitiuum. pag. 334. col. 2.

Sessione vij Capi. xiiii.

Si possit prælatus ordinarius cognoscere causas Regularium ratione delicti. pagina 17. columna. 1.

Sessione xxv. De Regularibus. ca. x. & capite. xx.

Prælatus visitet monasteria sibi subdita. pagina 25. col. 1.

Sessione xxiij. De reform. cap iiii.

Prædicare.

Quod saltim Dominicis diebus & festis solẽnibus populo prædicetur. pag. 323. col. 2.

Sessione xxv. De Reg. Capi xix.

Professio.

Quando aliquis ante legitimam ætatem profitetur, faciens bonorum suorum donationem, si post professionem intra quintum annum reclamauerit, sicut irritatur professio, sic & donatio. pag. 195. col.

Sessione xxv. *De Regularibus.*

Capite. xvi.

In Societate Iesu, valet donatio facta ante professionem. pag. 198. col. 1.

Sessione xxv. *De Reg. cap.* xv.

Quod non sit professio religionem intrantiũ ante decimum sextũ annum completum. pag. 15. col. 2.

Sessione xxv. *De reg. Cap. xix.*

Annullatur quęcũque donatio professione non secuta. pagina 190. col. 2.

Sessione xxv. *De reg. Cap.* xvi.

Quando valeat renũciatio seu obligatio professis. pag. 192. col. 1.

Sessione xxv. *De reg. Cap. ij.*

Proprietas.

Quod non liceat superioribus alicui Regulari bona stabilia concedere. pag. 197. co. 1.

Sessione xxv. *de Regul. cap. I.*

Non liceat religiosis bona mobilia seu immobilia quæcunque sint tãquam propria habere. pag. 592. co. 2.

Sessione xxv. *De ref. ca. xiij.*

Quarta funeralis.

Si potuit consuetudo quadraginta annorum introducere, vt quarta funeraliũ à religiosis contra eorum priuilegia soluatur. pa. 223. col. 1.

Index locorum

Seſsione XXV. De Reg. capi. XIX.

Religioſus.

Nulli religioſo concedatur facultas, habitū ſuæ religionis occultè ferendi, pag. 394. columna 2.

Seſsione. XXV. De Reg. cap. I.

Quod omnes religioſi tam viri quam mulieres, ad regulam quam promiſerunt præſcriptum, vitam inſtituant, pa. 382. co. 1.

Seſsione XXV. De Reg. cap. XIIII.

Religioſus extra monaſterium notoriè delinquens, inſtante Epiſcopo, ſeuerè à ſuo prælato puniatur, pa. 333. co. 2.

Seſsione. XXV. De Reg. capi. XIIII.

Quando Regulares debent conueniri coram Ordinarijs, pa. 17. co. 1.

Seſsione XXV. De Reg. ca. IX.

De his quæ pertinent ad ſtatum religioſi, pa. 15. col. 2.

Seſsione XXV. De reg. capi. IIII.

Si patres conuentuales ordinis Minorum diuerterint ad domos de obſeruantia, debēt literas commendatitias prælatis oſtendere. pa. 583. co. 2,

Seſsione XXV. De Reg. ca XV. & XVI.

Religioſus nouitius.

Qua licentia poſsit nouitius bona ſua ante profeſsionem donare, pag. 196. co. 2.

Seſsio. XXV. de reg. cap. XVI.

Quæ bona poſsit nouitius, ſeu nouitia tribuere monaſterio ante profeſsionem. pag. 24 col. 1.

Seſsione XXV. De reg. cap. XXI.

Religioſus Militaris.

Si Rex Hiſpaniæ profiteatur regulam Ordinum Militarium, quorum eſt Magiſter, pa. 586. col. 1.

Seſsione VII De refor. ca. XIIII.

Religioſi Ordinum Militiarum extra ſuas prouincias coram iudicibus ſæcularibus cō uenire debent, pa. 322. co. 1.

Citatur idem locus, ibi. col. 2.

Seſsione XXV. de refor. cap. I.

Scriptura ſacra,

In monaſterio monachorum vbi commode fieri poſsit, lectio ſacræ ſcripturæ habeatur pag. 615. co. 2.

Seſsione XXV. de reg. capi. I. & VIII,

Viſitare.

Quod adſit in religione frequens viſitator aſſumptus ex eodem ordine, p. 24. co. 1.

Seſsio. XXV. de regularibus cap. XXii.

Quod in viſitatione deſcendat ad præcepta regulæ. pa. 25. col. 1.

Seſsione XXV. de refor. capitu. vi.

Vt viſitator generalis ſententiam ferat contra officiales monaſterij debent conſulere viros in regularibus cauſis expertos, pag. 113. co. 2.

Seſsio. XXV. de refor. ca. ij.

Debet Summus Pontifex viſitare per legatos Vniuerſitates ſuæ viſitationi immediatè ſubiectas, pa. 334. co. 2.

FINIS.

ERRATA.

PAg.2.co.2.li.23.ſum.leg.ſuum.pa.4.co.1.li.31.audaciam.le.audacium.pa.5.co.2.li.6.debeben. le.debent.li.40.Donaſtis.le.Donatiſtis.p.10.col.2.li.25.cõficatione.le.cõfiſcatione. pa 16.co. 1.li.12.volut.le.voluit.p.17.co.1.li.14.deſitione.le definitione.li.28.ſubditis.le.ſubditus.pag.23. co.1.li.antep.triermium.le.triremium.pa.24.co.2.li 33.dicendo.le.dicendum.pa 25.co.2.li 4. tremiũ.le.triremiũ.p.29.co.2.li.15.vulne mederiri.le.vulneri mederi.p.33.co.2.li.45 deteneatur.le. teneatur.p. 38.co.2.li.2.curãta.le curanda.p.48.co.1.li.25.vinus.le.vnus.p.50.co.1.li.4.noſcere.le.no cere.li.11.eiam.le etiam.p.54.co.2.li.vlt.poſsint.le.poſsint eſſe.p.61.co.1.li.41.diaconicus.le. diaco nus.p.104.co.1.li.5 ne le.ſine.co.2.li.17.ſupplium.le.ſupplicium.p.124.co.2.li.18. Saluaſtium.leg. Saluſtium.p.126.co.2.li.37.eſt.le.eſſe.p.133 co.2.li.26.nime.le.minime.pa.145.col.1.li 30. inſt.le.in eſt.p.172 co.1.li.23.adiſinitoriũ.le.ad diffinitoriũ.p.181.co. 2.li.14.putare.le. putaret.p.189 co.2.li. 4.cõfeſsiones.le.conceſsiones.p.193.co.2.li.pen.priuerij.le.periurij.p.258.co.1.li.28.prouibit.le pro uidit.p.283.co.1.li.40.obediere.le obedire.p.284.co.2.li.2.leges.le.lege.p.288.co.2.li.13.regularis. le.regulares.pa.326.co.2.li.7.iure.le.iura.pa.345.co.2.li.13.vulgo.le.vulgus.pag.355. col.2.li.8.laico. le.laicos.co.1.li.23.24.25.26.27.bi.incientis.gaudeat interdicti.ſepelini.le.hi.indictis.gaudeant.inter dicti.ſepeliri.pa.387.co.2.li.8.extra v.le.extra v.pa.427.co.1.li.29.iudictio.le. iuriſdictio.p.463.co. 1.li.49.Sarnini.le.Saturnini.p.468.co.2 li.35.ſepulchro.le.valle.p.505.co.1.li.20.obedientia. le.obe dientiam.p.512.co.1.li.25.conceſsit.le.conceſsis.pa.516.co.li.13.mandatur.le.mandator.pa.520.co.2 li.39.definitorem. le.diffinitionem.pa.521.co.1.li.antepen.quætaturle.quæratur.pa.549.co.2.li.38. imponẽtes e imponentis.pa.562.co.1.li.4. ſ.auguſtano.non.le.auguſtani.nona.pa.578.co.1.li.35.iu dicaturum le , iudicaturam.pa.604.co.1.li.25.incertam.le.certam.

Con eſtas erratas eſta correcto, conforme à ſu original , eſte ſegundo Tomo de las Queſtiones Regulares. En teſtimonio de lo qual lo firme. En Salamanca oy 24. de Mayo de 1605.

El Corrector,&c. Manuel Correa De Montenegro.

SALMANTICÆ,

Excudebat Didacus â Cuſsio.

Anno. M.DC.V.

1.461